

Reg. 17.

tate, & universalitate materiæ, quæ circuit, & ambit totum fermè Ius Canonicum. Vocatur *Phison*, & interpretatur abundantia, vel aquarum, vel divitiarum, quas secum trahit, aut producit; vel quia terram, quam rigat, abundantem facit, & divitem. Similiter hoc volumen intumescit, & grandescit abundantiùs, & copiosiùs ex congestis, & rectè ordinatis in suum scopum sacris legibus, regulis, & decretis Iuris Canonici, constitutis in remedium malorum, quæ oriri solent ex prava distributione, vel procuratione, & usu istorum beneficiorum; ubi enim sacra Decreta copiosiora, & vehementiora, ubi uberior, & laxior causa est, & origo pravitatum: quare necesse fuit, ut hoc Volumen complecteretur tot Canones, tot capita, & titulos, & quidquid militat contra Clericorum abusus, maculasque, ac rugas de pluritate beneficiorum, aut de simoniæ labe nascentes, aut de neglectu circunstantiarum, personæ, modi, & finis, ne beneficia Ecclesiastica pabula sint, aut fomenta pompæ, fastus, & delitiarum: quæ omnia resecantur per sanctissimas istas Iuris Canonici, Conciliorum, & Patrum leges, quas Sapientissimus Author, Divini zeli fervore succensus, in hoc Opere colligit; & instar apis studiosæ, & sedulæ omnia Iuris sacri prata, & viridaria delibans facit, ut sicut ipse Ecclesiæ decoris studio, amore, ac desiderio æstuabat, ita de suo Volumine dici, & censeri possit, quod à Vate egregio de opere, & constructione favorum: *Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.* Et quod circuit omnem terram *Hevilath*, quæ interpretatur *parturiens*, designat Authorem hunc fœtum istum parturiisse, etiam dum alios formabat; vel quia qui loquitur, aut scribit ad Ecclesiæ utilitatem, parturit potius, quàm parit, de exemplo Pauli dicentis, se iterum parturire, donec formaretur Christi sapientia, innocentia, vel paupertas illa, quæ congruit Ecclesiasticis viris, quæ existere non potest, si pravè appetantur, & injustè beneficia dispensentur. Ex his enim duobus capitibus charitas læditur, aut justitia violatur, quibus concussis, omne Ecclesiasticum pensum, & ædificium præceps ruit, ac subvertitur. Producit aurum optimum, quia materia hujus Operis est de Beneficiis Ecclesiasticis, quæ rectè per aurum exprimuntur, & in illis, ut aurum optimum, quia *omne datum optimum, & donum perfectum*, quale est Ecclesiasticum, *descendit à Patre luminum*, si rectè confertur, qui ut Sol in visceribus terræ aurum generat, & qui ut beneficus, & indulgentissimus Pater Ecclesiasticæ familiæ, de suis Altaribus, & altissimis munerat, ac reficit eos, qui sanctè, piè, ac religiosè suis deserviunt Altaribus. Vel ideo aurum optimum, quia Ecclesiastica beneficia, eo etiam titulo, & nomine optima sunt, quia in illis non solùm confertur census ad victum, sed etiam splendor, & dignitas ad honorem. Vel ideò aurum optimum, quia fluvius iste, qui typus est hujus Voluminis, tradit vivendi disciplinam auream, probatam, & defæcatam, ac decoctam à terrenis sordibus, quæ contrahi solent ex Ecclesiasticis beneficiis, si non justè, aut ritè præbeantur à Superioribus, aut non dignè suscipiantur à subditis: quas sordes expungere nititur hujus lucubrationis Magister, tota ista supellectile Canonum, Legum, & Decretorum; cum nihil sit, quod magis sordidum reddat Ecclesiasticum statum, quàm hujus disciplinæ circa beneficia neglectus, & injuria. Præterea fluvius iste habet bdellium, seu smaragdum lapidem vernantem, & perpetuò virentem, quia leges Juris Canonici ad æternæ vitæ virorem inclinantur, qui necesse est arescat per pravum beneficiorum usum; & ideò color iste prasinæ gemmæ dicatus est Sacerdotibus: unde Doctores Juris Canonici insigniuntur viridi pileo Canonum sacrorum, [illegible], & aptissimo stemmate: nam & Sacerdotes linigeri olim vocabantur, quorum tempora albescebant lineis, vel fasciis: linum enim ex herba viridi conficitur, candescitque, ac nivescit à solibus, aquis, & vexationibus, quibus carpitur, texitur, torquetur, & expolitur. Inveniuntur etiam in hoc fluvio onychini lapilli, quorum color carneus, & roseus fulget ad similitudinem unguis hominæ, per cujus quasi auream, & corneam perspicuitatem translucet fl[illegible]ator; qui [illegible] lapillus ab Authoribus eruditis, & sacris, Carbunculus dicitur, qui rubeus, purpureus, & igneus est, consecraturque Regiæ potestati. Quas gemmas flammeas, & roseas liber iste habet, quia etiam non parum deservire potest Superioribus, & Doctoribus juris Regii, & Cæsarei, quorum stemma, [illegible] pileis Doctoratus sui insigne roseum, & purpureum est: quia Reges, [illegible] sunt hujusmodi leges, purpura utuntur, cujus igneus splendor docet, quod [illegible] ignis,

Ad Galat. c. 4. v. 19.

Jacob 1. v. 17.

BIBLIOTECA CENTRAL DE LA ROJA EX-LIBRIS
R/2159

urit, & lucem præbet: ita Regiæ eſt poteſtatis beneficia, & præmia honoris largiri virtuti, & ſupplicia ad correctionem irrogare iniquitati. Felicia ergo, ac ter, & amplius beata ingenia, quæ fluvius iſte rigabit: faciet enim ea tot bonis diteſcere, & abundare; nam ut de meis interim ſileam ab ejus lectione, & cenſione, & irrigatione proventibus, illud ſolùm dicam, quod magis pertinet ad munus Cenſoris; ſcilicet, quod ſuperabundare me fecit gaudio, quo multis ex rationibus nato perfundor: gaudeo enim quod typis mandetur ſpecioſiſſimum hoc Volumen, cujus editione fiet, ut initium novæ liberalitatis ad genus humanum, & Rempublicam Eccleſiaſticam exhibitæ, ſit conſummatio prioris, quam Sapientiſſimus Magiſter præſtitit prioribus lucubrationibus. Gaudeo etiam gloria, & celebritate tanti Doctoris, cujus ad me redundat pars non exigua pro noſtra neceſſitudine, & familiaritate, ac ejuſdem Academiæ Hyrachenſis uſu, convictu, & converſatione. Gaudeo iterum, quod pulcherrimis operibus iſtis video proferri, & extendi Benedictini nominis ſplendorem, & quod noſtra Academia antiquitate nobilis, & nobilitate iſta felix, magis, ac magis floreſcit; & ut cum Plinio loquar, & deſinam, precor ut huic animo, zelo, ſtudio tempus quàm longiſſimum tribuatur; liquet enim mihi futurum, ut emiſſo hoc Volumine, inchoët aliud Magiſter tam ingenii non defeſſi. Sic ſpero, & ſic cenſeo in hoc perilluſtri, & Regali Monaſterio, ac Alma Univerſitate Hyrachenſi, octavo Idus Februarii, Anno Domini milleſimo ſexcenteſimo octogeſimo primo.

Magiſter Frater MAURUS DE SORIA.

INDEX

INDEX
QUÆSTIONUM, ARTICULORUM, QVÆSITORUM, PARAGRAPHORUM, Dubiorum, Sectionum, & Subſectionum, ac Decretorum Apoſtolicorum, in hoc Tomo contentorum.

QUÆSTIO PRIMA PRINCIPALIS.

Quid ſit Beneficium Eccleſiaſticum. p. 1

Dub. j. AN *Commenda perpetua, beneficium propriè dici poſſit, & ſit?* pag. 7

Dub. ij. *An Hoſpitalia, ſeu Xenodochia, propriè, & verè beneficia ſint?* 8

QUÆSTIO SECUNDA PRINCIPALIS.

Quotuplex ſit beneficium? 11

Art. j. *De diviſione Beneficii in ſæculare, & Regulare.* 12

Dub. j. *An quando Eccleſia Parochialis annexa eſt & unita Monaſterio, omnes Monachi, qui ſunt de Gremio, & Conventu illius, ſint dictæ Eccleſiæ Parochi?* 17

Dub. ij. *An Epiſcopus removere poſſit Parochos Regulares, negligentes inventos in Sacramentorum adminiſtratione.* 19

Dub. iij. *An Epiſcopus viſitare poſſit Regularem, ut Parochum vel Vicarium Eccleſiæ ſuo Monaſterio unitæ inſervientem, aut in Eccleſiis aliis exemptis?* 24

Quæſit. j. *Quid fiet de illo Regulari delinquente, ſi non poſſit Epiſcopus illum viſitare.* 28

Quæſit. ij. *Si Regularis diſpenſatus à Papa, de conſenſu ſui Prælati Regularis ad dignitatem Epiſcopalem, vel ad beneficium Parochiale, extra ſuum Ordinem poſſidendum, poſſit ille ab Archiepiſcopo ſuo corrigi, & viſitari, & hic ab Epiſcopo ſuo?* ibid.

Dub. iv. *An juriſdictio Epiſcopis attributa per Conc. Trid.* ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 11. *circa viſitationem Regularium Curam animarum exercentium, de qua in dubio præcedenti*, num. 55. & 88. *ſit privativa, ita ut impediat Prælatis Regularibus, quibus Eccleſiæ ſunt unitæ, viſitationem illis inſervientium in Officio Curati, ſeu Vicariatus, an verò cumulativè?* 35

Dub. v. *An poſtquam Prælatus Regularis cauſam inchoavit contra Religioſum ſuum curam exercentem animarum in Eccleſia ſuo Monaſterio unita, ad puniendum delictum ab eo perpetratum in dictæ curæ executione, ſeu adminiſtratione Sacramentorum, poſſit Epiſcopus ſe ingerere in dictæ cauſæ cognitione? Et idem è contra quæritur de Prælato Regulari, in caſu, quo Epiſcopus priùs cognoſcere de illa incœperit cauſa?* 38

Dub. vj. *An in caſu, quo Epiſcopus Diœceſanus, ſeu alius loci Ordinarius, & Abbas, ſeu alter Prælatus Regularis Eccleſiam ſuo Monaſterio unitam viſitando, Decreta, ſeu Mandata contraria ediderint, prævalere debeant Decreta Epiſcopi, Judicis Delegati Apoſtolici, an verò Abbatis?* 40

Dub. vij. *An Ordinario viſitanti Eccleſias Monaſteriis exemptis unitas, procuratio ſolvi debeat ab ipſis Eccleſiis, vel ab earum Vicariis, & miniſtris? Et idem inquiritur reſpectu Abbatis, aut alterius Viſitatoris eaſdem Eccleſias viſitantis?* 44

Quæſit. j. *An dicta in Dubii reſolutione de Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis viſitantibus Eccleſias Monaſteriis exemptis unitas, tam quoad jus exigendi, & percipiendi procurationem, quàm quoad exemptionem illarum à procurationis ſolutione, militent etiam in Prælatis Regularibus habentibus dictas Eccleſias unitas ſuis Monaſteriis?* 51

Quæſit. ij. *An pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, injuncta Epiſcopis, & aliis ſæcularibus Prælatis Viſitatoribus, recipientibus*

quodlibet munus, præter procurationem, conſiſtentem in Victu, locum habeat in Regularibus, ſi duplum intra menſem non reſtituant Monaſterio, à quo illud acceperunt Viſitatores Regulares, aut ad quod illud pertinebat? 53

Dub. viij. *An Viſitator, ſive ſæcularis, ſive Regularis, cui viſitatio impeditur claudendo Oſtia Eccleſiæ, vel ei aliter reſiſtendo, poſſit contra reſiſtentes procedere, & etiam Oſtia infringere Eccleſiæ?* 59

Dub. ix. *An Regularis de conſenſu Prælati ſui in Parochum Eccleſiæ exemptæ, aut non exemptæ per inſtitutionem Canonicam, aut per collationem aſſumptus, perpetuus ille ſit, aut amovibilis à Curatu per Prælatum Regularem? Et an ſit ei ſubjectus in omnibus? an Epiſcopo Diœceſano?* 62

§. j. *Supponuntur aliqua pro intelligentia tituli Dubii, & pro illius reſolutione neceſſaria?* ibid.

§. ij. *Reſolvitur difficultas principalis Dubii noni propoſiti.* 88

Dub. x. *Quiſnam viſitare poſſit Eccleſias jure pleno, ſeu quoad ſpiritualia, & ad menſam ſubjectivè unitas, & incorporatas Monaſteriis exemptis, Epiſcopus Diœceſanus, an verò Abbas, vel alius Superior Monaſterii, cui aliqua illarum reperta fuerit, ut dictum eſt, unita, & incorporata?* 95

Dub. xj. *An facultas viſitandi hujuſmodi Eccleſias, quoad ea, quæ non pertinent ad exercitium Curæ animarum, & Sacramentorum decentem cuſtodiam, & adminiſtrationem, privativè ſpectet ad Prælatos Regulares, quorum Monaſteriis Eccleſiæ ſunt unitæ, an verò cumulativè cum Epiſcopo?* 98

Dub. xij. *An Religioſi exempti Ordinis Sancti Benedicti Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, Curam exercentes Parochialem in Eccleſiis ſuis Monaſteriis unitis, accedere teneantur ad Synodum Diœceſanam, & ad alias Congregationes, & convocationes Cleri, de Mandato Epiſcoporum factas? Et idem inquiri poteſt de aliis Regularibus, eiſdem, aut ſimilibus privilegiis gaudentibus.* 99

Art. ij. *De diviſione beneficii in duplex, & ſimplex.* 103

Art. iij. *De diviſione beneficii duplicis, in Majus, Medium, & infimum.* 105

§. j. *Expenduntur membra iſtius diviſionis.* ibid.

§. ij. *De Cura, & beneficio Curato præmittuntur aliqua pro præſenti materia apprimè utilia, & neceſſaria.* 107

Dub. j. *Quodnam ſit beneficium Curam habens, ſeu Parochiale, & ex quibus conſtituatur, & tale illud ſit?* 112

Dub. ij. incidens. *An Regulares aliqui, & qui terras eorum conducunt, teneantur ex illarum fructibus decimas, & primitias ſolvere, vel potiùs, an ab earum ſint ſolutione exempti?* 116

§. j. *Præmittuntur multa ſcitu digna, & pro debita reſolutione neceſſaria.* ibid.

§. ij. *Reſolvitur difficultas incidenter propoſita.* 144

Dub. iij. *Quænam ſint Curati, ſeu Parochi jura?* 152

§. j. *An baptizare Parochianos ſuos, ſit proprium Jus Parochi, & curati munus?* 153

§. ij. *An Parochiani ſemel in anno teneantur omnia peccata ſua proprio Parocho confiteri, ita ut aliàs jus ejus violent, & Confeſſio alteri facta irrita evadat, & nulla?* 156

Sect. j. *Reſolvitur Quæſtio propoſita in §. ſecundo.* ibid.

Sect. ij. *Recenſentur Decreta Apoſtolica in Generali Inquiſitione Romana, & in aliis ſacris Congregationibus edita, per quæ varia damnantur, & prohibentur.* 181

Sect. iij. *Referuntur caſus Epiſcopis à Jure communi reſervati, à quibus Parochi, & Confeſſores Ordinarii abſolvere non poſſunt.* 197

§. iv. *An munus ſit Parochi Sacram Euchariſtiam ſuis miniſtrare parochianis?* 200

§. v. *An ad Parochi jus ſpectet, ut ejus Parochiani diebus feſtis Sacrum audiant in ſua Parochiali Eccleſia?* 202

§. vj. *An onus ſit Parochi Miſſam parochianis celebrare, & an illam pro eis offerre?* 204

Sect. j. *De celebrandi onere Parocho incumbente.* ibid.

Sect. ij. *De Parochi obligatione circa applicationem Miſſarum pro populo ſuo.* 206

§. vij. *An munus, & onus Parochi ſit Unctionis extremæ Sacramentum moribundis miniſtrare ſuis?* 211

§. viij. *An ita proprium munus ſit Parochi oves ſuas matrimonio conjungere, aut earum benedicere nuptias, ut nullæ iſtæ ſint ipſo jure, ſi ab alio abſque illius licentia fuerint benedictæ? Et an, & quas pœnas incurrat Sacerdos, qui illas ſic benedixerit?* 215

Sect. j. *Reſolvitur pars prima hujus Quæſtionis.* ibid.

Sect. j. *Reſolvitur Secunda Quæſtionis pars, quoad pœnas inflictas Sacerdotibus aſſiſtentibus celebrationi matrimonii, ſine Parochi, aut alterius Superioris licentia.* 226

§. ix. *An Parochus jus ullum habeat in cadavera eorum qui in ſua obierint Parochia? & an in eorum aliqua bona?* 228

Sect. j. *Præmittuntur aliqua pro reſolutione ſcita*

ſcitu neceſſaria. *ibid.*
Sect. ij. *Quæſtioni in Paragrapho nono propoſitæ ſit ſatis.* 236
Sect. iij. *De nonnullis, quæ Parochus obſervare, & de aliis à quibus abſtinere debeat, circa ſepeliendi munus.* 239

QUÆSTIO TERTIA PRINCIPALIS.

Quot modis beneficia Eccleſiaſtica acquirantur? 241
Art. j. *De modo acquirendi beneficia per præſentationem Patroni, & Superioris inſtitutionem, in duos paragraphos diviſus.* 242
§. j. *De jurepatronatus, quoad ejus ſubſtantiam, & diviſionem, ac effectus.* *ibid.*
Sect. j. *De Iurepatronatus laicali.* *ibid.*
Sect. ij. *De Iurepatronatus Eccleſiaſtico: ubi de collatione reſervatorum per Ordinarios.* 248
Sect. iij. *De jurepatronatus mixto.* 254
Sect. iv. *De differentiis inter juſpatronatus Eccleſiaſticum, & laicum repertum, diviſivè ſumptis, prout ſcilicet mixtum ex eis non coaleſcit.* 259
§. ij. *De præſentatione ad beneficia per Patronum facienda, & de examine præſentatorum.* 261
§. iij. *De inſtitutione, qua mediante beneficium acquiritur: & de ejus diviſione, & deſcriptione.* 271
Sect. j. *De Inſtitutione Tituli collatoria, ad quos pertineat.* 273
Sect. ij. *De Inſtitutione authorizabili, ad quem ſpectet.* 278
Sect. iij. *De Inſtitutione reali, ad quem pertineat.* 280
Art. ij. *De modo acquirendi beneficium per Electionem, & Superioris confirmationem.* 282
Art. iij. *De modo acquirendi beneficium poſtulatione, & confirmatione Superioris.* 286
Art. iv. *De modo acquirendi beneficium per Collationem liberam.* 290
§. j. *Definitur Collatio, & pro illius recta Praxi Utilis doctrina traditur.* *ibid.*
§. ij. *Reſolvuntur quædam Dubia pro majori dilucidatione doctrinæ traditæ pro Praxi Collationis beneficiorum Eccleſiaſticorum.* 279
§. iij. *De reſervationibus Papæ factis, in Iure repertis, ratione quarum ligantur manus Collatorum Ordinariorum, ne beneficia ſub reſervatione cadentia conferant.* 321
§. iv. *De reſervationibus Summo Pontifici per diverſas Conſtitutiones Apoſtolicas extravagantes factis, quibus aliis Collatoribus facultas beneficia conferendi tollitur.* 327
§. v. *De beneficiis Papæ reſervatis per Cancellariæ Regulas.* 329
§. vj. *De beneficiis Eccleſiaſticis Sedi Apoſtolicæ affectis.* 336
§. vij. *De tempore intra quod beneficia debeant, & poſſint conferri.* 345
§. viij. *De Anno, de ejus partibus, diviſione, & computatione, valde utilibus, & neceſſariis Ordinariis locorum, Collatoribus, Iudicibus, Notariis, Parochis, & Confeſſariis.* 349
§. ix. *De forma & conditionibus ſervandis in beneficiorum proviſione.* 354
§. x. *De devolutione Iuris Conferendi beneficia ab uno ad alios Collatores.* 368
§. xj. *De qualitatibus requiſitis in his, qui Eccleſiaſtica beneficia obtinere poſſunt.* 379
Sect. j. *De Clericatu, prima qualitate promovendi ad beneficium.* 380
Sect. ij. *De diuturnitate in Fide, & de Neophytis.* 381
Sect. iij. *De ſexus virilitate pro beneficii adeptione neceſſaria.* 383
Sect. iv. *De qualitate uſus rationis, neceſſaria ad beneficii conſecutionem.* 385
Sect. v. *De aptitudine ad exercenda ea, quæ per beneficiarium præſtari debent: & de corpore vitiatis.* 386
Sect. vj. *De legitimitate natalium neceſſaria ad beneficia, & Ordines promovendis.* 389
Subſect. j. *Concluſio de incapacitate ad beneficia propter defectum natalium, multipliciter ampliatur.* 392
Subſect. ij. *Incapacitas ad beneficia, & irregularitas, non habet locum in omnibus, qui non ex legitimo matrimonio procreati ſunt, & redditur prima regulæ exceptio.* 394
Subſect. iij. *Redditur ſecunda exceptio limitans regulam generalem de illegitimitate natalium impediente promotionem ad Ordines, & beneficia Eccleſiaſtica.* 400
Subſect. iv. *Tertia, & ultima exceptio, quæ regulam generalem excludentem illegitimum à beneficiis, & Ordinibus limitat, proponitur.* 403
Sect. vij. *De filiis Presbyterorum ineptis ad obtinenda beneficia.* 404
Subſect. j. *Multipliciter ampliantur diſpoſitiones Clementis VII. & Concilii Trident. circa excluſionem illegitimorum à beneficiis obtinendis in Eccleſiis, in quibus parentes beneficiarii ſunt.* 406
Subſect. ij. *Diſpoſitio Clementis VII. & Concilii Trident, in multis caſibus limitatur.* 413
Sect. viij. *De ætate debita pro beneficiis Eccleſiaſticis acquirendis, & obtinendis, pro Ordinibus, & aliis certam requirentibus.* 416
Subſect. j. *De ætate ad quemlibet Ordinem neceſſaria.* *ibid.*
Subſect. ij. *De ætate requiſita pro ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis obtinendis, à ſimplici, & à minimo uſque ad ſupremum Summi Pontificatus apicem.* 417

Index Quæſtionum,

Subſect.iij. incidens. *De ætate pro aliis, qui beneficiati non ſunt, ac pro diverſis Officiis, & muneribus requiſita.* 427

Sect.ix. *De gravitate morum, qua præditi eſſe debent ad Eccleſiaſtica aſſumendi beneficia.* 437

Sect. x. *De literatura, & ſcientia neceſſaria in iis, qui ad dignitates Eccleſiaſticas, & ad beneficia promovendi ſunt.* 449

Sect. xj. *De qualitate conjugium, & matrimonium excludente.* 461

Sect. xij. *De carentia bigamiæ ei, qui beneficium obtinere voluerit neceſſaria.* 464

Sect. xiij. *De naturalitate pro obtinendis aliquibus beneficiis deſiderata.* 470

Sect. xiv. *De beneficiis ſolùm certis perſonis conferendis.* 474

Sect. xv. *De beneficiis patrimonialibus.* 486

Sect. xvj. *De beneficiis ſæcularibus, & Regularibus.* 489

Subſect. j. *Recenſentur caſus, in quibus ampliatur concluſio, quod beneficia ſæcularia ſæcularibus; & Regularia Regularibus conferri debeant?* 492

Subſect. ij. *Referuntur limitationes quas patitur concluſio dicta.* 498

ART. V. *De modo acquirendi beneficium media permutatione.* 503

§. j. *Quid ſit beneficii permutatio, & qua ex cauſa facienda ſit?* ibid.

§. ij. *Quæ beneficia permutari poſſint, declaratur.* 506

Dub. j. *Utrum beneficia unita permutari poſſint?* 510

Dub. ij. *Utrum beneficia expectata valeant permutari.* 512

Dub. iij. *Utrum beneficium verum, & reale commutari queat cum beneficio ficto?* 513

§. iij. *Cujus authoritate beneficia ſint permutanda, & qui valeant permutare?* ibid.

§. iv. *De conditionibus ſervandis in permutationibus beneficiorum.* 522

ART. vj. *De modo acquirendi beneficium per reſignationem in favorem.* 525

§. j. *Quid, & quotuplex ſit reſignatio, & quibus ex cauſis fieri valeat.* ibid.

§. ij. *Quæ beneficia, & coram quo Superiore reſignari poſſint.* 530

§. iij. *Qui poſſint beneficia reſignare, ſeu renunciare.* 541

§. iv. *An fieri poſſit per procuratorem beneficiorum reſignatio? Ubi plura traduntur, ex quibus appareat, an validè, an verò invalidè procurator mandatum exequatur.* 547

§. v. *De conditionibus ad reſignationem requiſitis.* 558

Sect. j. *Reſignatio beneficii Eccleſiaſtici, liberè fieri debet, & non fraude, metúve, aut dolo extorta.* 559

Sect. ij. *De ſimonia, qua committi, & contrahi poteſt in beneficii reſignatione.* 564

Sect. iij. *De publicatione reſignationis.* 577

QUÆSTIO QUARTA PRINCIPALIS.

De modo acquirendi Beneficia Eccleſiaſtica per unionem. 583

Art. j. *De Unionis diffinitione, & quidditate.* ibid.

Art. ij. *De diviſione, & multiplicitate unionum, quibus modis fiant.* 585

§. j. *De modis faciendi uniones.* ibid.

§. ij. *De Vnione æquè principali.* 586

§. iij. *De Vnione acceſſoria, & ſubjectionis.* 589

Sect. j. *De Vnione acceſſoria ſubjectiva ſimplici.* ibid.

Sect. ij. *De Vnione acceſſoria, ſubjectiva, plenaria, ſeu duplici.* 592

Subſect. j. *De Unione plenaria cum juriſdictione contentioſa.* 593

Subſect. ij. *De Unione acceſſoria ſubjectiva, per viam incorporationis, jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia facta, & ad menſam dicta.* 596

Diviſio j. *Pluribus illuſtratur unio plenaria, quoad curam.* ibid.

Diviſ. ij. *De cauſis efficientibus unionem Beneficiorum, & Eccleſiarum.* 606

Diviſ. iij. *De cauſis finalibus, & motivis unionum Eccleſiarum, & beneficiorum.* 614

Diviſ. iv. *De conditionibus requiſitis ad unionem Eccleſiarum & beneficiorum, ſubjectivam, acceſſoriam, per viam incorporationis, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam.* 622

Diviſ. v. *Dilucidatur, quot ſint, & quales effectus unionis acceſſoriæ, ſubjectivæ, & per viam incorporationis, jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam.* 626

Diviſ. vj. *Quomodo unio acceſſoria, ſubjectiva, & plenaria, quoad ſpiritualia, & temporalia reſpectu curæ animarum, per viam incorporationis, & ad menſam probari poſſit.* 639

Art. iij. *De unionis revocatione: An, & quomodo, & à quo fieri poſſit, & debeat.* 648

QUÆSTIO QUINTA PRINCIPALIS.

De diſmembratione beneficii, & Eccleſiæ. 651

QUÆSTIO SEXTA PRINCIPALIS.

De beneficiorum diviſione, & ſectione. 652

QUÆSTIO SEPTIMA PRINCIPALIS.

De beneficiorum ſuppreſſione, & extinctione. 659

QUÆ

Articulorum, Dubiorum, &c.

QUÆSTIO OCTAVA
PRINCIPALIS.

De erectione Beneficii, ſeu Eccleſiæ: de illius mutatione, & tranſlatione. Ubi etiam de Religionibus, ac Monaſteriis, ac de eorum deſertione. 665

QUÆSTIO NONA
PRINCIPALIS.

Quibus modis amittantur beneficia Eccleſiaſtica, & dignitates. 680

ART. I. *De medis amittendi in genere, & de vacantibus ipſo jure, abſque delicto, vel quaſi delicto.* ibid.

Art. j. *Recenſentur aliqui caſus, in quibus ob varia crimina amittuntur, & vacant beneficia.* 691

Sect. ij. *Referuntur effectus aliqui vacationum beneficiorum, dignitatum, & officiorum ipſo jure.* 700

Art. iij. *Recenſentur plures caſus, in quibus privandi veniunt beneficiarii ſuis beneficiis Judicis miniſterio.* 707

QUÆSTIO DECIMA
PRINCIPALIS.

De obligationibus, & oneribus beneficiati. 710

ART. j. *De obligatione incedendi in habitu, & Tonſura Clericali.* ibid.

Sect. j. *De privilegio Fori Clericalis.* 712

Sect. ij. *De privilegio Canonis, Eccleſiaſticis competente: in qua Canon ipſe declaratur exactè.* 731

Art. ij. *De obligatione Clericorum Beneficiariorum circa penſum Officii divini, & Horarum Canonicarum perſolvendum.* 740

Art. iij. *De obligatione Beneficiariorum quoad reſidentiam.* 746

Art. iv. *De obligatione aſſiſtendi, & deſerviendi Parocho, Beneficiariis ſimplicibus incumbente.* 749

ADDITAMENTA.

I. *DEcretum Innocentii XI. circa communionem frequentem, & quotidianam, & circa abſolutionem à venialibus, per Sacerdotem non approbatum.* 751

II. *Indulgencia plenaria de N. SS. P. Innocencio XI. para el dia de las Animas en los Reynos de Eſpaña.* 755

III. *Decretum Innocentii XI. damnantis duas propoſitiones, anni 1679.* 757

IV. *Sententia P. Raymundi Lumbier, circa diſpenſationem impedimenti matrimonii per Parochum fiendam, refertur, & impugnatur.* 758

V. *Inſtructio Parochorum, & Confeſſariorum, pro caſibus, quorum abſolutio, vel diſpenſatio ſpectat ad S. Pœnitentiariam, ſeu ad Sedem Apoſtolicam.* 759

VI. *Decreta Inquiſitionis Hiſpaniæ libros aliquos prohibentia.* 761

VII. *Propugnatur ſententia Authoris, de eo, quod habentes Eccleſias Parochiales ſibi, & ſuis menſis unitas, ſeu jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, conferre poſſint in omnibus menſibus omnia illarum beneficia, quamvis pluries de illis Sedes Apoſtolica providerit in menſibus aliàs ſibi reſervatis.* 764

VIII. *Subſcribunt aliqui juris utriuſque periti Senatus Regii, & Supremi Advocati.* 766

ULT. *Allegatio Juris ejuſdem D. Advocati, in qua ſolidiſſimè fulcit Authoris doctrinam.* 769

APPENDIX.

Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ, quæ per extenſum poſitæ, ad comprobanda aliqua in hoc Volumine tradita deſerviunt. 774

I. *Coram R. P. D. Seraphino, Placentina Parochialis, 28. Iunii 1585.* ibid.

II. *Coram R. P. D. Pamphilio, in eadem Placentina Parochialis, 20. Decembris ejuſdem anni 1585.* ibid.

III. *Coram R. P. D. Bubalo, in eadem Placentina Parochialis, 24. Martii 1586.* 775

IV. *Coram R. P. D. Bevilaqua, in Ferrarienſi Decimarum, Veneris 8. Aprilis 1658.* ibid.

V. *Coram Cardinali Veroſpio, in Bononienſi exemptionis, Veneris 23. Maii 1618.* 777

ANNOTATIO. 778

ANNOTATIO. 780

FACULTAS

FACULTAS, ET LICENTIA
Reverendiſſimi Patris Generalis.

NOS Magiſter Frater Benedictus de Salazar, Generalis Congregationis Sancti Benedicti Hiſpaniæ, Theologus Regiæ Majeſtatis in Juncta pro Conceptione, & Supremæ, ac Generalis Inquiſitionis Cenſor, &c. Tenore præſentium licentiam concedimus Patri Magiſtro Fr. PETRO DE MURGA, ut imprimere poſſit, & imprimat librum, cui Titulus eſt, *Tractatus de Beneficiis Eccleſiaſticis*, ex noſtra commiſſione reviſum, & approbatum per Viros doctos Congregationis noſtræ, præcedente licentia, & facultate Regiæ Majeſtatis, & ſui Regii Senatus. In cujus fidem præſentes dedimus, manu noſtra ſubſcriptas, per noſtrum Secretarium ſignatas, & ſigillo noſtri Officii munitas, apud noſtrum Monaſterium Sancti Martini Matritenſis, vigeſima quinta die menſis Februarii anni milleſimi ſexcenteſimi octogeſimi primi.

GENERALIS SANCTI BENEDICTI.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato ſuæ Reverendiſſimæ

FRATER STEPHANUS VELARDE.

Summa Privilegii Regis Chriſtianiſſimi.

AUCTORITATE Regis ſancitum eſt, ne quis librum, cui Titulus eſt, *Tractatus de Beneficiis Eccleſiaſticis, auctore R. P. PETRO DE MURGA, Monacho Benedictino*, intra decem annos ab hac Editione numerandos in hoc Regno imprimat, præter voluntatem FRATRUM HUGUETAN Bibliopolarum Lugdunenſium, ſub pœnis in Regio diplomate declaratis. Dat. Pariſiis die 16. Junii 1683.

De Mandato Regis Signatum

IUNCQUIERES.

R. P. F.



R. P. F. PETRI

DE MVRGA,

ÆMILIANENSIS,

Monachi Benedictini,

TRACTATUS

DE BENEFICIIS ECCLESIASTICIS.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Beneficium Eccleſiaſticum.

1. OLIM propoſita hac Quæſtione, præmonui, ſolere multa à Doctoribus proferri pro illuſtranda ejus reſolutione; breviter tamen illi ſatisfacere libuit, ſupponendo illam procedere tantùm de Beneficio Eccleſiaſtico, & illam definiendo cum P. Gabriele Vazquez *in Opuſculo de Beneficiis, cap.1. dub. ultimo*, per hoc, quod ſit: *Jus percipiendi Eccleſiaſticos fructus, propter officium ſpirituale.* Cui definitioni affines eſſe dixi diffinitiones Beneficii, traditas à Caſtro Palao *part.1. tract.13. diſp.1. punct.1. num.12.* Ludovico Caſpenſi *tom.2. tract.18. ſect.2. num.10.* à Noctinot. *in Compendio Dianæ, verbo Beneficium, num.1.* & meliùs cum Gregorio Sayro *de cenſuris, lib.4. cap.6. num.1.* Paulo Layman *lib.4. tract.2. cap.1. n.1.* Baſſæo *tom.1. verbo Beneficium 1. num.1.* Leonardo Leſſio *de Juſtit. & Jure, lib.2. cap.34. dubit.1. n.1.* Thoma Delbene *de Immunit. Eccleſiaſt. tom.1. cap.4. diſput.3. num.2.* & cum Joanne Baptiſt. Lezana *in Quæſtionibus Regularib. tom.1. part.2. cap.18. num.1.* per hoc, quod ſit: *Jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Eccleſiæ, ratione ſpiritualis officii, Eccleſiaſtica authoritate conſtituti.* Similem tradit Beneficii diffinitionem Steph. Bauni *in nova Praxi Beneficiorum, diſp.1. quæſt.2.* cum Hoſtienſi, *in cap... de Præbendis*, & Reginaldo *tom.2. lib.10. num.78.* dicens: *Eſt jus percipiendi bona Eccleſiaſtica toto vitæ tempore, conſtitutum ab Eccleſia propter officium ſpirituale, quod Clericus, cui ſunt debita, tenetur titulo ſui Beneficii præſtare.*

2. In Beneficio duplex eſt jus; aliud ad ſpiritualia miniſtranda; aliud ad percipiendos fructus, ſeu bona Eccleſiaſtica, Beneficiario ad victum, cultumque ſuum aſſignata: idque in beneficio vocatur titulus, ſeu facultas, juſtaque cauſa ea ſibi vendicandi, ob ſpirituale miniſterium. Ita Baunius *ubi proximè*, cum Navarro *lib.6. Conſilior. conſil.6. tit. de Præbendis*, Joanne Selva *de Beneficiis, quæſt.5.* & Valerio

lerio Reginaldo *lib.19. num.78.* Barboſa *allegat.77.num.145.*

3. Conſultò vocatur *Titulus*, facultas quam propter officium ſpirituale habet ad percipiendos fructus, aut bona, qui verè beneficium poſſidet: *primò*, quia quædam ſunt Eccleſiæ titulatæ, quæ condiſtinguuntur à commendatis ad tempus, juxta *cap. Qui plures, 21. quæſt.1. el 3.* ubi Leo Papa Quartus decernens, ait: *Qui plures Eccleſias retinet, unam quidem tiulatam, aliam verò ſub commendatione, retinere debet.* Ubi Gloſſa duo dicit: *primum, ſub verbo commendatione*; videlicet, *illius Eccleſiæ non eſt Prælatus, ſed potiùs Procurator*, ut 61. *diſt. Obitum. Secundum* autem eſt: *& qui commendavit, poteſt revocare quando vult. Nam commendare, nihil aliud eſt, quàm deponere, ut ff. Depoſiti, Lucius, ff. de Verbor. ſignificat. Commendare: & de elect. in 6. Nemo deinceps.* Sed hujus diſtinctionis, ut ait Baunius, nulla cauſa dari poteſt, quàm quod titulatæ ſunt beneficia, ac proinde perpetua; non autem commendatæ. Ergo titulus, & beneficium communiter ſunt idem. Ergo cùm beneficium bona, aut fructus Eccleſiaſticos connotet, ab Eccleſia deſtinatos ad ſui miniſtri ſuſtentationem, hos ipſos, tanquam effectum in cauſa ſua, deſignabit tituli nomen, beneficii definitioni additum. Conſonat Barboſa *alleg.77. num.146. & 147.*

4. *Secundò*, in *can.2. diſt.70.* deſumpto ex Concilio Placentino ſub Urbano Papa, ſic legitur: *Sanctorum Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, ut ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur*; ideſt, quoad uſum ſuſpenſa. Ergo titulus, nedum complectitur jus functionis ſacræ, ſed jus colligendorum fructuum. Ergo titulus materialiter ſpectatus, idem eſt ac beneficium. Conſequentia probatur. Ideo ordinari prohibentur Clerici ſine titulo, ne cogantur, cum Ordinis dedecore, ſtipem cogere, aut turpem quæſtum manuum artificio facere: quæ eſt cauſa, cur ſine titulo aliquos initians Epiſcopus, teneatur eos alere, *donec eis in aliqua Eccleſia convenientia militiæ Clericalis ſtipendia aſſignaverit*, juxta diſpoſitionem Concilii Generalis Lateranenſis, ſub Alexandro Papa Tertio, *in cap. Epiſcopus, el 4. de Præbendis*; ubi tamen hæc additur limitatio: *Niſi talis ordinatus de ſua, vel de paterna hæreditate, ſubſidium vitæ poſſit habere*: & juxta diſpoſitionem Innocentii Tertii, *in cap. Cùm ſecundùm, el 16. eod. tit.* Ergo titulus cum poteſtate faciendæ rei ſacræ, continet etiam poteſtatem, & jus Eccleſiaſticos fructus, redditus, aut bona percipiendi: Sed duæ iſtæ poteſtates componunt: Ergo quod modò nobis eſt beneficium, id antiquis titulus fuit: quod habetur certum *in lib. 1. Feudorum, tit. 6. §. 1.* ibi: *Si Epiſcopus, vel Abbas, aut Abbatiſſa, & Dominus plebis feudum dederit de rebus Eccleſiarum, quæ eis ſubjectæ ſunt, & tituli vocantur.* Et ob hanc cauſam Petrus Greg. *cap.6. de Beneficiis*, ait: Bauni, beneficium definit dicens: *Eſt certa, & ſpirituali muneri conjuncta bonorum Eccleſiaſticorum portio, quæ certis eſt ædibus ſacris ad hoc aſſignata, ut Clerico ob miniſterium ſacrum perpetuò ad vitam ſuſtentandam in victu, & cultu cedat.*

5. Officium, aut munus ſpirituale, propter quod redditus, fructus, aut bona Eccleſiaſtica habenti beneficium, ſeu ejus titulum, debentur, non idem eſt in omnibus beneficiariis, uti advertit Bauni *loco citato, verſic. Et quidem:* quia interdum illud ſalvatur in celebrando Sacroſancto Miſſæ Sacrificio: aliquando in dicta celebratione, & ſimul in canendis, ſeu pſallendis Horis Canonicis, & Officio Divino in Choro: & ſæpe his functionibus accedit obligatio Sacramenta miniſtrandi, ut in Parocho. Et ut in paucis concludam, nullum datur beneficium, niſi propter officium: dicit enim Bonifacius Papa Octavus *in cap. Quia per ambitioſam, el 15. & fin. de Reſcriptis in 6. Et officium plerumque (quod propter beneficium Eccleſiaſticum datur) omittitur.* Ubi Gloſſa, *verbo Datur*, ait: Unde privatus officio, & beneficio privatus intelligitur, cùm ſit ejus ſequela, 81. *diſt. Eos, & cap. Si quis ſacerdotum, 32. diſt.* &c. Ego ipſe *ad Conſtit.6. num.864. in fine.* Ubi *num.1088.* addidi, quod ſuſpenſus à jure ab officio, ſuſpenſus eſt à beneficio, *cap. Præter, 22. diſt.* Abbas *in Clement. Cupientes, de Pœnis.* Qui idem

idem ait de ſuſpenſo ab homine ob crimina, aut aliam cauſam gravem, etiamſi id ſententia non exprimat, *ex cap. Inter, de Purgatione Canonicâ.*

6. Reliquæ particulæ naturam indicant beneficii. Dictio enim *Portio*, certis aſſignata ædibus ſacris, materialiter ſumpta, ponitur ad excludendum ab obtentione beneficii eos, quibus obventiones annuæ non adhærent: hujuſmodi ſunt, ut advertit P. Bauni, *verſic. particulæ*, Epiſcopi Titulares, ad Epiſcopatus in partibus Infidelium promoti, ex quibus nullos unquam ſunt recepturi proventus. Item ponitur ad excludendum à beneficiis Canonicatus à Summo Pontifice conceſſos, pro tempore, quo vacare contigerit, non antè poſſidendos. Qui certè potiùs gratiæ expectativæ dici debent, quàm beneficia, ob duplicem rationem. Prima eſt, quia hujuſmodi homines, redditus Eccleſiaſticos non habent, ſed illos expectant futuros, *cap. Dilecto, 25. de præbendis.* Secunda eſt, quia jus in re non habent, ſed ad rem tantùm. Si enim præſentatus ad beneficium, aut dignitatem, non habet jus in re, ſed ad rem, ut dixi *in Commentariis ad Conſtitut. 6. num. 772.* cum Barboſa *in Votis deciſivis, lib. 3. voto 35. num. 7.* & colligitur *ex cap. Cùm dilecta, el 16. & fin. de Conceſſione præbendæ:* illud non habebit, qui gratiam habet expectativam.

7. Conſultò dictum eſt, *materialiter ſumpta:* quia beneficium formaliter acceptum, & propriè, ſignificat jus ſpiritualis miniſterii exequendi, & ſimul ob ejus gratiam, jus colligendæ portionis præfatæ, à qua, & à jure eam exigendi; & cùm eſt ſoluta, jus eam retinendi, & inſumendi, appellatur beneficium.

8. Hæc autem *portio*, bonorum Eccleſiaſticorum eſſe debet, ut beneficium dici poſſit, & eſſe; & ut excludantur à beneficii ratione bona patrimonialia, & hæreditaria, quorum percipiendorum jus habet Clericus, cùm ejus Pater, aut alter moritur, cujus eſt hæres ab inteſtato, vel ab alio quolibet hæres inſtituitur. Vide Baunium *d. cap. 2. verſ. Dicitur.*

Debet etiam perpetua eſſe, & non temporaria hujuſmodi *portio* ad beneficium ſpectans, uti præfatus obſervat Bauni *loco citato, & verſic. Debetque.* Et ob hanc cauſam excluduntur à ratione beneficiorum ea, quæ manualia ſunt, & ad nutum alterius auferri poſſunt, juxta eundem Authorem, *verſic. Excipienda*, ex Valer. Reginaldo *lib. 30. tract. 3. cap. 9. num. 138.* Quibus conſonat Barboſa *alleg. 77. num. 145. & 146.* Quæ tamen exceptio Beneficia Regularia non afficit, & comprehendit; quæ licèt ad nutum Superiorum auferri poſſint; hæc tamen amovibilitas non derogat eorum perpetuitati ex propria, & intrinſeca ratione, ut ita loquar, eis competenti; cùm per accidens illis accidat ratione ſtatus Religioſi, ut olim dixi *in Quæſtionib. Paſtoral. part. 1. quæſt. 1. à num. 4. & part. 3. quæſt. 12. à num. 7.* & docuit S. Rota *in Sabinenſi Archipresbyteratus, 27. Decembris, 1600. coram Ioanne Bapt. Coccino*, inter ejus impreſſas *la 18. pag. mihi 83.* dicens *num. 6. & ſeqq.* Non obſtant, quæ dicuntur de beneficiis Regularibus, quæ licèt ſint ad nutum Superiorum amovibilia, tamen cauſant incompatibilitatem, juxta caput *Cum ſingula, de Præbend. in 6.* Gambar. *de Officio Legati, locò infrà citando,* Hojeda *de Incompatibilitate beneficior. part. 1. cap. 22. num. 14.* quia beneficia regularia aptitudine ſunt perpetua, niſi ea obtinentes amoveantur. Et de iis judicatur ut de perpetuis, prout ſunt de ſui natura, cùm conferantur in titulum, & poſſint impetrari, licèt obtinentes potiùs ratione obedientiæ, & ex vi profeſſionis, quàm ex natura beneficii, poſſint removeri ad nutum Abbatis, qui poteſt etiam non removere, quidquid dicendum ſit de manualibus ſæcularibus, quæ non dantur in titulum, juxta diſtinctionem Gambar. *de Officio Legati, lib. 4. tit. de Poteſtate Legati in reſervatione beneficior. num. 14. cum ſeqq.* præſertim cùm Regulares non poſſint amoveri ſine cauſa. *Clement. 1.* & *ibi* Doctores, *de ſupplenda neglig. Prælator.* Silvan. *de Beneficiis, part. 3. queſt. 21. ſub num. 5.* Rebuffus *de Pacifica poſſeſſione, num. 331.* ibi: *Quod datur recurſus à remotione ſine cauſa.* Et fuit reſolutum in dicta cauſa Se-

guntina Theſaurariæ, coram bonæ memoriæ Orano, 29. Aprilis 1596. Hactenus Coccinus, qui ſecus dicit in caſu Vicarii ſæcularis ad nutum amovibilis, *num.* 13. per hæc, quæ ſequuntur verba.

10. Iſta autem ceſſant in Vicario ad nutum amovibili in Eccleſia ſæculari, qui nullum habet titulum, & nihil agit nomine proprio, & poteſt amoveri ad libitum conſtituentis, etiam abſque cauſa, ut patet ex ſuperiùs allegatis.

Quocirca Barboſa *alleg.* 77. *n.* 146. ait: Tertiò infertur, Vicariam temporalem, & non perpetuam, quæ non datur in titulum, quales etiam ſunt eæ, quæ dantur à Monachis, ſeu Regularibus Mendicantibus, non venire, nec comprehendi ſub reſervatione hujus regulæ, per ea, quæ latè tradit Gonzalez *gloſſa* 5. §. 3. *num.* 59. *cum ſeqq.* Gomez *de Expectativis, num.* 94. *verſ. Ex quo infero, quod nec Vicarium temporalem.* Ratio eſt, quia Vicaria hujuſmodi temporalis, ſeu ad nutum amovibilis, non eſt beneficium, nec titulus beneficialis, ut cum aliis reſolvit Nicol. Garcia *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 91. Secus verò in Vicariis perpetuis, quæ dantur in titulum, cùm ſint vera Eccleſiaſtica beneficia, *cap. Poſtulaſtis, de Reſcriptis, cap. Ad hæc*, & ibi Abbas, *de Offic. Vicarii.*

11. Neque perpetuitati *Portionis* opponitur, quod adimi queat beneficiario, in pœnam delicti à ſe admiſſi, & patrati, ut bene notat Bauni *verſic. Debetque*; cùm ſufficiat pro illius perpetuitate, quod intenderint, qui illam Deo obtulerunt, ut Clericorum perpetuò illa foret, quo ſic ſemper munera ſua ſpiritualia adimplerent: quare ſine culpa beneficiarii *Portio* præfata ab eo auferri non poteſt, & multo minùs titulus, ex quo, tanquam ex cauſa ſua, *Portio* ipſa promanat.

12. Addidit Petrus Gregorius, in Beneficii diffinitione, *Portionem* aſſignatam fuiſſe, *ut Clerico ob miniſterium ſacrum perpetuò ad vitam ſuſtentandam cedat in victu, & cultu.* Non itaque datur illain pretium officii ſpiritualis, alioqui ſimoniæ crimen admitteretur; ſed datur tanquam alimentum ei omni jure debitum. *Neſcitis,* (inquit Apoſtolus 1. *Corint.* 9.) *quod qui in Sacrario ſunt, edunt: & qui altari deſerviunt, cum altari participant?* Et in Numerorum 18. *capite, num.* 21. dixit Dominus: *Filiis autem Levi dedi omnes decimas Iſraëlis in poſſeſſionem, pro miniſterio, quo ſerviunt mihi in tabernaculo fœderis.* Et etiam *in* 18. Deuteronomii *capite, num.* 1. dictum eſt: *Non habebunt Sacerdotes, & Levitæ, & omnes, qui de eadem tribu ſunt, partem, & hæreditatem cum reliquo Iſraël, quia ſacrificia Domini, & oblationes ejus comedent.* Vox autem, *Pro*, in loco Numerorum appoſita; ſicut dictio, *Propter*, ſuprà *num.* 5. ex capite *Quia per ambitionem*, 15. *& finali de Reſcriptis*, recenſita, finem ſignificat, & non pretium, ſicut circa iſtam advertit ex Valerio Reginaldo Baunius *dicto cap.* 2. *verſic. Quod ſi beneficium.*

13. Immò in bono, & ſano ſenſu, ſi quis diceret bona Eccleſiaſtica beneficiariis dari in pretium miniſteriorum ſpiritualium, quibus deſerviunt; & tamen crimen non committi ſimoniæ, ni fallor, id non improbabiliter diceret. Pro quo duo ſuppono. *Primum*, ſimoniam eſſe *ſtudioſam voluntatem emendi, aut vendendi pretio temporali aliquid ſpirituale, aut ſpirituali annexum*, vti ego ipſe illam definivi *in Diſquiſitionibus, tomo* 1. *tract.* 4. *diſp.* 4. *num.* 31. *& tomo* 2. *diſp.* 14. *dub.* 8. *num.* 2. poſt D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 1. cum Buſembaum *in Medulla Theologiæ, lib.* 3. *tract.* 1. *cap.* 2. *dub.* 3. *in princ.* Paulo Layman *lib.* 1. *tract.* 10. *cap.* 8. Laurentio de Peyrinis *de Privilegiis, tom.* 1. *ad Conſtitut.* 21. *Leonis X.* & cum Stephano Bauni *in Praxi Beneficiorum, diſp.* 16. *quæſt.* 29. *ad finem.*

14. *Secundum*, quod ſuppono eſt, bona in quibus conſiſtit *Portio* beneficiario aſſignata pro miniſterio ſacro, ſive decimæ ſint, ſive prædia, ſive domus, ſive quid aliud, ex ſe, & ex natura ſua profana eſſe, & pretio æſtimabilia: ſunt tamen ita ſacro muneri cohærentia, ut ab eo ſeparationem non patiantur, uti plures Sacri teſtantur Canones, quorum aliquos recenſeri hîc, incongruum non erit, ſed congruum, & opportunum. In

Canone

Canone *Salvator*, *el* 8. 1. *quæſt.* 3. ait Urbanus Papa: *Donum quippe Dei eſt Spiritus Sanctus: & donum Dei eſt res ipſi Eccleſiæ oblata.* Et infrà: *Quiſquis igitur res Eccleſiaſticas, & Dei dona, quæ à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæque ab eo gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent, propter lucra ſua vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei poſſideri pecuniâ exiſtimat. Ideo qui eas, non ad hoc ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad propria lucra, munera linguæ, vel indebiti obſequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcitur, ſimoniacus eſt.* Et inferiùs: *Sed beatus anteceſſor noſter Paſchaſius, libro de conſecratione, affirmavit, quod quiſquis eorum alterum vendiderit, ſine quo alterum non provenit, neutrum non venditum derelinquit: ac per hoc eum, qui res Eccleſiæ vendit, vel emit, ſimoniacum eſſe intelligit.* Item Paſchaſius II. relatus in canone *Pervenit*, *el* 13. *ejuſdem cauſæ, & quæſt.* ita ait: *Pervenit ad nos fama ſiniſtra, quod quidam Epiſcoporum non Sacerdotibus propriæ Diœceſis Decimas, atque Chriſtianorum oblationes conferant; ſed potius laicalibus perſonis, militum videlicet, ſive ſervitorum, vel (quod gravius eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodò Epiſcopus inventus fuerit hujus divini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & antichriſtos non minimus habeatur: ſicut Nicæna Synodus de ſimoniacis cenſuit: & qui dat Epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſive pretio, ſive beneficio, æterni incendii ignibus deputentur.* Denique Paſchalis II. in canone 14. *dict. cauſæ, & quæſt.* ſic ait: *Altare, & Decimas per pecuniam dare, & Spiritum Sanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe, nullus fidelium ignorat.* Sunt igitur hujuſmodi Eccleſiaſticæ res ſpirituales, quia ſunt ex authoritate ſupernaturali Summis Pontificibus traditæ, ſacris uſibus, & Divinis deſtinatæ myſteriis, quæ eſt cauſa cur ſine pretio jus ad eas dari debeat.

15. Quibus ſuppoſitis, dictum noſtrum breviter ſic probatur. Simonia non committitur, ſaltem de Jure Divino prohibita, niſi quando pro ſpirituali, aut pro ſpirituali annexo, traditur res temporalis, & pretio æſtimabilis. Sed dare beneficiario pro ſervitio ſpirituali, res Deo, & Eccleſiæ donatas, & à Summis Pontificibus ſacris uſibus, & Divinis myſteriis deſtinatas, non eſt dare temporale aliquid, & pretio æſtimabile. Ergo in hujuſmodi conceſſione, datione, aut largitione, non committitur ſimoniæ crimen, ſaltem de jure divino. Immò, nec de canonico quidem, cum hoc id non prohibeat, ſed potius præcipiat: quod manifeſtè patet, cum ex univerſali Eccleſiæ praxi, & ipſius Tribunalium, quorum Judices compellunt hos, ad quos ſpectat, reddere, ſolvere, & tradere beneficiariis bona, quæcumque illa ſint, ad illos pertinentia ratione beneficiorum, ut illa cum effectu reddant: tum ex titulis, quibus beneficia conferuntur; in eis enim eorum collatores conſueverunt injungere præceptum obligans beneficiario ſolvere fructus, redditus, & proventus eidem beneficio debitos, & ſolvi ſolitos: tum ex *can. Sanctorum*, 70. *diſt.* ubi Urbanus Papa, in Concilio Placentiæ coacto, ſic ſtatuit. *Sanctorum Canonum ſtatutis conſona ſanctione decernimus, ut ſine titulo facta ordinatio irrita habeatur.* Ubi nomen *Ordinatio*, non ſumitur pro Sacramenti Ordinis collatione, ſed pro miniſtri Eccleſiæ, beneficiarii ſcilicet deputatione. Et *tituli* vox non accipitur pro monumento, ſeu pro inſtrumento dictæ deputationis: in qua ſignificatione illam modò accipimus; ſed pro congrua miniſtri ſuſtentatione. Quod certè convincitur ex clauſula paulò inferius in Canone ipſo appoſita. Hujuſmodi illa eſt. *Si quæ tamen Capellæ ſunt, quæ ſuis redditibus Clericos ſuſtentare non poſſunt, earum curæ, ac diſpoſitio Præpoſito majoris Eccleſiæ, cui Capellæ ſubditæ eſſe videntur, immineat: & tam de poſſeſſionibus, quam de Eccleſiaſticis officiis ipſe provideat.* Et in eodem ſenſu accepit Alexander III. in Concilio Lateranenſi, relato *in cap. Epiſcopus, el* 4. *de Præbendis*, vocem *Titulus*, & in diverſo accepit vocem *Ordinare*. Dixit enim: *Epiſcopus, ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria vitæ percipiat, in Diaconum, vel Preſbyterum ordinaverit, tandiu ei neceſſaria ſubminiſtret, donec in aliqua Eccleſia ei convenientia ſtipendia mi-*

litiæ Clericalis assignet. Et ex his quidem Conciliorum, & Pontificum Canonibus convincitur, quod diximus, Jus Canonicum non prohibere, sed præcipere subministrari, Divinis mysteriis servientibus, temporalia. Immò ista illis de Jure debentur divino: Christus enim Dominus, *Lucæ* 10. deputatis Prædicatoribus Evangelicis, dixit eis, *versic.* 7. *In eadem autem domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua.* Idem dixit Apostolis, *Matthæi, cap.* 10. *vers. etiam* 10. *Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.* Apostolus etiam Paulus, *in epist.* 1. *ad Timotheum, cap.* 5. sequentia dixit: *Qui bene præsunt Presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo, & doctrina.* Hæc *versic.* 17. & immediatè subjungit: *Dicit enim Scriptura: Non alligabis os bovi trituranti. Et, Dignus est operarius mercede sua.* Idem Apostolus 1. *Corinth.* 9. plura ad rem congerit. *Quis militat* (inquit) *suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat. Nunquid secundùm hominem hæc dico? An & lex hoc non dicit? Scriptum est enim in lege Moysi: Non alligabis os bovi trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos carnalia vestra metamus?* Et paulò post: *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altari deserviunt, cum altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere.*

16. Sed dices. Inter Collatorem, nomine Ecclesiæ, & Beneficiarium, initur contractus utrimque obligatorius: obligat enim se Collator ad conferendum Beneficiario portionem ex bonis Ecclesiæ, ex quibus perpetuò vivere possit; & Beneficiarius se obligat Ecclesiæ servire in Divinis, & spiritualibus ministeriis suo beneficio congruentibus, eò prorsus modo, quo diximus in Disquisitionibus, *tom.* 2. *disq.* 6. *dub.* 9. *num.* 31. & 32. cum Hieronymo Llamas *part.* 3. *Methodi, cap.* 13. §. 14. & Laurentio de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato, quæst.* 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 58. allegante Gratianum *tom.* 3. *Disceptationum Forensium, cap.* 552. *num.* 21. & Leonardum Lessium *de Iustitia, lib.* 2. *cap.* 41. *dubit.* 8. *num.* 67. *versic. Verius tamen puto*, quod quando Religiosi solemnem emittunt professionem, & illam acceptat Prælatus nomine Conventus & Ordinis, tacitus initur contractus inter Conventum, & Ordinem ex una parte, & Religiosum profitentem ex altera, in quo obligatur Religiosus suas impendere operas in Conventus, & Ordinis servitium: Conventus autem & Ordo se obligant ad ministrandum Religioso profitenti omnia necessaria ad victum, & vestitum, juxta Ordinis præscriptum. Quocirca *in tom.* 1. *Disquisit. tract.* 9. *sect.* 2. §. 15. *n.* 2. dixi cum utroque Roderiquez, cum Emmanuele *in quæstionum Regular. tom.* 3. *quæst.* 38. *artic.* 1. & cum Hieronymo *in illarum Compendio, resolut.* 97. *num.* 8. Religiosum posse nomine proprio agere contra Monasterium pro alimentis, & Procuratorem constituere. Immò in eodem tomo, *tract.* 4. *disq.* 5. *in fine*, & *in* 2. *disq.* 1. *dub.* 6. *num.* 25. *in fine*, dixi, debere Monasterium contribuere Monacho litis expensas, ultra alimenta; citra casum tamen apostasiæ, & fugæ injustæ; quia si licitè, & ex causa justa fugit, ut se Superiori præsentet, alimenta omnia, & justas expensas tempore fugæ factas, Monasterium contribuere tenetur: immò tenetur ad alimenta, & expensas in casu injustæ fugæ, si pœnitentia ductus fugitivus sponte ad Monasterium redeat; & etiam si ab aliquo captus, invitus ad illud revocetur. At quilibet contractus, & pactum quodlibet in materia beneficiorum, aut Dignitatum, etiamsi contractus, & pacti materia spiritualis sit, aut spirituali annexa, simoniacum est, uti dixi in Commentariis ad Constit. Apostolicas, *ad Constit.* 6. *à num.* 583. pluribus Doctoribus recensitis,

17.

ſitis, & non paucis juribus allegatis, ex quibus in præſentiarum ſufficiat reddere *cap. 5. de Rerum permutatione*, in quo Urbanus Papa III. ſic decidit: *Quæſitum eſt ex parte tua, ſi commutationes fieri valeant præbendarum, cùm commutatio dignitatum, in Turonenſi Concilio fuerit interdicta? Et infra. Generaliter itaque teneas, quod commutationes præbendarum de jure fieri non poſſunt, præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continent ſimoniæ.* Ergo ſimonia etiam committitur quando datur beneficiario *Portio*, quæcumque illa ſit, ſive temporalis, ſive ſpiritualizata, ſive ſpiritualis tandem, pro ſervitio in divinis miniſteriis exhibito, maximè dicto contractu, & pactione præmiſſa.

18. Reſpondeo *primò*, ſimoniacam non eſſe ullam pactionem, aut conditionem, quæ de jure ineſt, uti docet Caſtr. Palaus *part. 3. tract. 17. diſp. 3. punct. 3. num. 3. & punct. 17. num. 11. & alibi ſæpe*, & Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 11. num. 99. & num. 171. & ſeqq. & n. 180.* Antonius Naldus *in Summa, verbo Simonia, num. 1.* quos allegavi, & ſequutus fui *in Commentariis ad dictam Conſtit. 6. num. 583. 584.* Ex quibus recenſere libet Jordanum *dicto num. 171. Limita 6.* (inquit) quando apponeretur pactum de eo, quod ineſſet de jure communi, vel deberetur antidorali obligatione, qua benefacienti benefacere, vel natura ipſa magiſtra docemur; his enim caſibus, ut jam ſuprà diximus, non incurritur ſimonia, & conſequenter nec pœnæ illius, dummodo tamen in nullo alterentur, quæ de jure inſunt. Ut in exemplo ſuperius poſito de Capellano præſentato ad beneficium, cui onus erat injunctum habendi Capellanum: ſi enim in præſentatione, aut inſtitutione exprimatur ſimpliciter, quod retineat Capellanum, non erit ſimonia; ſed ſi dicatur, quod recipiat talem, vel talem perſonam pro Capellano, ſive aliter appareat conventionem reſpicere magis perſonam, quàm Eccleſiam, tunc pactio erit illicita, & ſimoniaca, quia exprimitur id, quod non inerat de jure, vel ſaltem exprimitur alio modo, quàm inerat. Achil. *deciſ. 4. de Simonia.* Optimè facit Navarrus *conſil. 81. de Simonia, in fine*, & concordantes. Hactenus Pax Jordanus. Cum autem in pluribus inſit juribus, tam Divinis veteris, & novi Teſtamenti, quàm Canonicis, ut vidimus *num. 15. & 16.* quod temporalia Eccleſiæ donata, beneficiariis pro ſpiritualibus miniſteriis, & quidem tanquam merces dentur, ad eorum perpetuam ſuſtentationem, & cultum, abſque omni ſimoniæ labe poterunt in conventionem, & pactum deduci.

Secundò reſpondeo, commutationes dignitatum, præbendarum, & beneficiorum, propria ex authoritate factas, prohibitas eſſe, & ſimoniacas: & hoc probat dicta Decretalis *Quæſitum eſt*, & alia Jura idem firmant, ſignanter *cap. Cum olim, de rerum permutatione*, cujus Rubrica eſt, *Beneficia ſua perdunt, qui ea propria permutant authoritate*; non autem quando legitimi Superioris authoritate fiunt, *cap. Inter cætera*, ubi Gloſſa *in caſus formatione*, *el 17. de Præbendis*, Gloſſa etiam *in dicto capite Quæſitum*, *verbo Non poſſunt.* Item Gloſſa *in formatione caſus dicti capitis cùm olim*, & verbo *Diffinitivam*, facto argumento à contrario ſenſu. 19.

Dvbivm Primvm.

Circa ea, quæ dicta ſunt ſupra, *num. 9. & 10.* diſcutiendum venit, *an Commenda perpetua, beneficium propriè dici debeat, & ſit?* Conſultò de perpetua procedit difficultas, quia de temporali jam olim diximus *in 22. Paſt. part. 1. quæſt. 1. num. 4.* beneficium non eſſe, defectu qualitatis perpetuitatis. Quam concluſionem etiam firmat Steph. Bauni *in Praxi de Beneficiis, diſp. 1. quæſt. 2.* dicens: Quædam ſunt Eccleſiæ titulatæ, quæ contradiſtinguuntur à commendis ad tempus, *ex can. Qui plures Eccleſias, 2. cauſæ 21. quæſt. 21.* At hujus diſtinctionis alia proferri cauſa nequit, quàm quod priores ſunt beneficia, & proinde perpetua; non ſecundæ. 20.

Difficultati igitur reſpondeo, cum eodem Bauni, *in eodem Volumine, diſp. 1. de Commenda, quæſt. 2. pag. 18.* 21.

commen

commendam perpetuam ſæcularem, beneficium eſſe. Pro qua reſponſione allegat Flamin. Pariſium *lib.* 11. *quæſt.* 5. Piaſecium *in Praxi Epiſcoporum, part.* 2. *cap.* 5. Fabricium de Bleins *in Theoria, tract. de Officiis, & adminiſtrationib. num.* 13. *& in ſigno C. ad marginem.* Choppin. *lib.* 1. *Monaſtic. tit.* 2. & Rebuffum *in Praxi, part.* 1. *Rubrica de Commenda, num.* 53. & *in tract. de Pacifica poſſeſſ. num.* 35.

22. Et probat, quia duo beneficium conſtituunt: jus colligendi temporales redditus, & functio ſpiritualis. At utrumque in commenda perpetua reperitur. Ergo commenda perpetua beneficium eſt. Probatur minor, & primò, quoad primam partem juris colligendi redditus temporales: quia commenda perpetua titulo æquiparatur. Flamin. Pariſ. *de Reſignat. benefic. dicto lib.* 11. *quæſt.* 5. *num.* 34. Petrus Matthæus *in Additionib. ad Guidonem Papæ, in Deciſionib. Gratiapolit. quæſt.* 152. quibus addo Auguſt. Barboſam *tract. de Appellativa verborum utriuſque Iuris ſignificatione, verbo Dignitas, appellat.* 72. *num.* 8. dicentem venire appellatione Dignitatis commendatarium perpetuum: & allegat Fuſchum *de Viſitatione, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 8. *num.* 10. Maſſobrium *de Synodo Diœceſana, cap.* 4. *dub.* 13. *num.* 38. & Aſcanium Tamburinum *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 4. *pag. mihi* 5. quò loci ita fatur: Item Abbas commendatarius, maximè perpetuus, hodie eſt Prælatus; cùm habeat plenariam adminiſtrationem Abbatiæ in ſpiritualibus, & temporalibus, ut ait Barbat. 2. *volum. conſil.* 2. incipit *Solemni, num.* 25. Fuſchus *de Viſit. lib.* 2. *cap.* 9. *de commendat. num.* 5. Sub appellatione autem beneficiorum, in favorabilibus, ſeu in materia ambitioſa, veniunt Dignitates: idem Barboſa *verbo Beneficium, appellat.* 31. *num.* 10. ex *cap. Tua, el* 32. *de Verborum ſignificat.* & *ex cap. Dudum, de Prabendis, in* 6. Mandoſio *ad Lapum, allegat.* 84. & Sbroz. *de Vicario Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 81. *num.* 2. Habentque commendatores perpetui penes ſe liberam adminiſtrationem fructuum, & illos faciunt ſuos, ſicut titulares, quod bene probatur ex *Canone Relatio, el* 5. 21. *quæſt.* 1. ubi Gregorius Papa, Epiſcopo Fundenſis Eccleſiæ, cui cum hujus retentione Tarraconenſem commendavit, ſequentia ſcripſit. *Quidquid verò de prædictæ rebus Eccleſiæ, vel ejus patrimonio, ſeu Cleri ordinatione, promotionéve, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus, ſolerter, atque canonicè ordinare facereque provideris, liberam habebis (quippe ut Sacerdos proprius) modis omnibus facultatem.* Hæc dicto Canone habentur, quæ pro primo beneficii conſtitutivo, pro nunc ſufficiant referre.

Quoad ſecundum verò, de jure functionis ſacræ, & ſpiritualis faciendæ, quod ad commendatarium perpetuum pertinet, ambigi, & dubitari non licet: nam & Horas Canonicas legere, ſeu Officium Divinum perſolvere, Prioratibus cum vacant, idoneos præficere, beneficia conferre, quæ ex Commenda pendent, aut ad illa Epiſcopis inſtituendos offerre poſſunt Commendatarii: quæ omnia clara ſunt argumenta juris ſpiritualis, ad munia, quæ ſimiliter ſpiritualia ſunt. Ergo Commenda perpetua eſt beneficium, cùm duo habeat, quæ beneficium conſtituunt, jus ſcilicet colligendi temporales redditus, & ſpirituales functiones. Et quia eſt beneficium, ait Bauni *quæſt.* 5. ea privari non poteſt Commendatarius ſine cauſa. 23.

Dvbivm II.

Secundò dubitatur, *an Hoſpitalia, ſeu Xenodoxia propriè, & verè beneficia ſint?* 24.

Supponendum nobis eſt, ut cum diſtinctione reſpondeamus, Hoſpitalia omnia non unius generis, modíve eſſe, ut notat Bauni *diſp.* 1. *de Beneficiis, quæſt.* 14. Alia enim ſunt, quæ providentiæ Religioſorum ſunt attributa. Hujuſmodi ſunt Xenodochia S. Antonii, & Militarium Ordinum, de quibus Concilium Viennenſe, ſub Martino V. *in Clementina Quia contingit, §. Præmiſſa verò, la* 2. *de Religioſis domibus.* Alia ſunt, quæ Capitulis, aut Cœnobiis annexa reperiuntur, ut pars toti, quale eſt Xenodochium Sancti Joannis Baptiſtæ,

tiſtæ, extra muros Civitatis Burgenſis, Ordinis noſtri. Et iſta ſub Abbate, aut Decano ſunt, qui Capitulo, aut Cœnobio præeſt. Alia tertiò ſunt, quæ laicis dantur hominibus adminiſtranda, quale eſt celeberrimum Hoſpitale Cæſarauguſtanum Aragonum, de quibus *in dicta Clementina* 2. §. *Vt autem præmiſſa*. Alia Clericis committuntur in titulum, unde juſtam operæ ſuæ in functione Eccleſiaſtica mercedem repetant, ut beneficiarii: quarum plurima olim fuiſſe, inſinuat præfata Clementina, *dicto* §. *Vt autem*, ibi: *Niſi in illorum fundatione ſecus conſtitutum fuerit, ſeu per electionem ſit de Rectore locus hujuſmodi providendum.*

25. Quo ſuppoſito, *dico primò*. Hoſpitalia ex ſua primæva inſtitutione dari ſolita Clerico in titulum, beneficia ſunt. Hanc concluſionem tenet Bauni ubi proximè, cum Corraſio *de Beneficiis*, Flaminio Pariſio *de Reſignat. benefic. lib.* 10. *quæſt.* 14. Selva *de Beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 3. *num.*9. Felino *in cap. de quarta Decimæ, el* 4. *de Præſcriptionib. num.* 15. *&* 16. Duclos *ad Flaminium, ubi proximè, num.* 9. Garcia *de Benefic. part.*1. *cap.*2. Rebuffo *in Praxi benefic. part.* 1. *rubrica de Revolutionibus, num.*73. Frederico *tract. de Permutatione, quæſt.* 14. & cum Renato Choppin. *lib.* 3. *de Sacra Politia, tit.*5. *num.* 2. *ad marginem*, & Auguſtinus Barboſa *de Poteſt.Epiſc. part.* 3. *alleg.* 77. *num.* 148. infra referendus, *num.*31. *in fine.*

26. Probatur dicta concluſio: quia ubi eſt jus exigendi redditus ob miniſterium ſacrum, Eccleſiæ authoritate conſtitutum, ibi eſt beneficium, uti ſuprà eſt non ſemel dictum. Sed domus hoſpitalis pauperum, ab Epiſcopo, & fundatoribus data in titulum Clerico, habet jus exigendi redditus, ob ſacrum miniſterium authoritate Eccleſiæ conſtitutum. Ergo hujuſmodi Hoſpitale beneficium eſt. Major cum conſequentia patet. Minor autem probatur: quia tam Epiſcopi, quàm fundatoris Xenodochii conſenſu, & voluntate, ob miniſterium ſacrum conceduntur Clerico obventiones annuæ de redditibus Hoſpitalis, cum obligatione, & onere, ut quæ ſibi de congrua, & juſta ſuſtentatione erunt reliqua, & ſuperfuerint, in pauperum, & hoſpitum impendat utilitatem.

Dico ſecundò. Hoſpitalia, quæ laicis dantur perſonis adminiſtranda, beneficia non ſunt, neque quæ Clericis quidem, ſi eis in titulum, & ad vitam non conferuntur. Ita Bauni *ubi proximè*, cum Duareno *de Sacris miniſteriis, lib.* 2. *cap. finali*, Gomeſio *de triennali poſſeſſione, quæſt.*7. & Renato *loco citato, dicto tit.*5. & ratio eſt, quia de ratione beneficii eſt ut ſit perpetuum. Sed ab Hoſpitalium cura amoveri poſſunt illorum adminiſtratores, ſive laici ſint, ſive Clerici; ſi non quoties Epiſcopis placet, ſaltem poſt triennium, ultra quod eorum adminiſtratio prorogari non poteſt, ita decernente S. Concilio Tridentino *ſeſſ.*25. *de Reformat. cap.*8. *in fine*, ibi: *Nec adminiſtratio, ſeu gubernatio hujuſmodi locorum uni, & eidem perſonæ ultra triennium deinceps committatur, niſi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obſtante, quoad omnia ſupradicta, quacumque unione, exemptione, & conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili, ſeu privilegiis, aut indultis quibuſcumque.* Ergo dicta Hoſpitalia beneficia non ſunt. 27.

Unum hic advertere, operæ pretium duxi, hoſpitalia non jam eſſe beneficia, ſi ab eorum fundatione cautum non fuerit, quod in titulum dari debeant perpetuum, eſto à trecentis annis, & citra, in hujuſmodi titulum perpetuum dari conſueverint. Pro quo recenſere libet Auguſt. Barboſam in collectanea ad dictum Concilii caput, referentem Vveyms *ad Conſtitutiones* 24. *ex antiquo jure deſumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas, conſt.*16. *num.*32. ubi dicit, ideo in præſenti Concilii capite prohiberi, ut deinceps uni, eidemque perſonæ adminiſtratio, ſeu gubernatio ejuſmodi hoſpitalium, ac piorum locorum comnitti non poſſit ultra triennium, niſi in ipſa fundatione aliter cautum reperiatur; quia ex majoris temporis anguſtia, ſeu limitatione, minor ſolet eſſe occaſio ambiendi, cùm nemo facilè ſit appetiturus, quod prævidit diu non duraturum: & quia Synodus nullam voluit conſuetudinem, quantumvis 28.

immemorabilem obſtare huic decreto, de non committenda uni, eidemque perſonæ adminiſtratione pii loci ultra triennium, *Cenſuit S.Congregatio, hoc eodem decreto contineri hoſpitale, cujus collatio, vel inſtitutio dari conſuevit in titulum perpetuum à trecentis, & citra annis 3 nam per expreſſionem unicæ illius exceptionis, intelligitur generaliter ſuo decreto comprehendiſſe omnes alios caſus, quibus committi non poſſit adminiſtratio ultra triennium.* Hæc omnia Barboſa.

29. Secundò probatur concluſio, ex eodem Tridentino diſponente *ſeſſ.22. cap.9. Adminiſtratores, tam Eccleſiaſtici, quam laici, fabricæ cujuſvis Eccleſiæ, etiam Cathedralis, hoſpitalis... ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario: conſuetudinibus, & privilegiis quibuſcumque in contrarium ſublatis: niſi ſecus fortè in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſſe cautum eſſet.* Ubi Barboſa in Collectanea, *num.6. verbo Hoſpitalis*, ait ex Armendariz *in addit. ad Recopilationem legum Navarræ, lib. 4. tit.29. l.2. §. 1. de Hoſpitalibus, n.11.* deciſum eſſe, intelligi debere Conciliarem diſpoſitionem, tam de Hoſpitalibus Eccleſiaſticis, quàm de privatis. Et ex eodem Armendariz *in dicto §.1. num.5.* refert deciſum, poſſe Epiſcopum ab adminiſtratoribus hoſpitalium rationem adminiſtrationis exigere, donec coram eodem doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſſe cautum ſit; & tunc curare debere, ut quod ordinatum eſt, obſervetur. In caſu tamen, quo ex inſtitutione, aliis perſonis eſſet dictæ adminiſtrationis reddenda ratio, reddendam eſſe Ordinario, cum interventione hujuſmodi perſonarum, refert deciſum ex ipſo Armendariz *lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.79.* Quod tamen limita in caſu, quo in inſtitutione, & fundatione hoſpitalis, non adſit prohibitio, quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere in illius viſitationem. Et ita cenſuiſſe S. Congregationem refert Barboſa *num.* 8. ex Vveyms *dicta Conſt. 16. num.23.* Apud Barboſam ipſum, alios duos caſus excipit dictus Vveyms, à communi, & generali regula, in quibus non poteſt Epiſcopus hoſpitalia viſitare. *Primus* eſt, quando illa immediatè ſunt protectioni Regis ſubjecta. *Secundus* eſt, quandiu fundator laicus adhuc ſuperſtes eſt, & ſuæ fundationi nullus Superior Eccleſiaſticus authoritatem adhibuit. In dicto etiam Tridentino Concilio *ſeſſ.25. de Reformat. cap.* 8. ſic diſponitur: *Quod ſi hoſpitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè, etiam in hunc eventum, in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum: quo caſu, quod ordinatum fuit, obſervari curet Epiſcopus; aut ſi id non poſſit ipſe, prout ſupra, utiliter provideat.* Sed utraque S.Concilii diſpoſitio, ſeu ejus materia, valde aliena eſt & diſtans à natura beneficii, cum hæc non exigat, ut ratio reddatur adminiſtrationis fructuum illius à beneficiario, cum ille expendere illos ad propriam ſuſtentationem, & cultum prout libuerit, valeat, uti illorum dominus, ad tradita per Antonium Naldum *in Summa, verbo Beneficium, num.3.* ibi: *facit fructus ſuos. Clericus, num.* 38. Ubi cum D.Thoma, 14. aliis Doctoribus, ac cum Rota Romana tenet, non teneri Clericos ex lege juſtitiæ expendere eccleſiaſticos proventus in uſus pios, & honeſtos, nec teneri ad reſtitutionem, ſi male illos expenderint: nec natura beneficii patitur, ut ipſius proventus aliter expendantur, quàm ſtatutum fuerit in illius inſtitutione, aut erectione, invito beneficiario: Ergo hoſpitalia, de quibus in noſtra ſecunda concluſione, & in dictis Concilii diſpoſitionibus, beneficia non ſunt.

30. Tertiò probatur concluſio. Laici capaces beneficii Eccleſiaſtici non ſunt, ſed Clerici tantum, prima ſaltem tonſura initiati. Barboſa *de Vniverſo jure Eccleſiaſt. lib.3. cap.* 13. &

in

in Collectanea in Concilium Trident. ſeſſ. 7. de Reformat. capite 3. num. 1. Baunius *loco citato, verſiculo Tertiò.* Gloſſa *in cap. Cum adeo, verbo Nec clericus, el 17. de Reſcriptis.* Sed hoſpitalia, de quibus procedit concluſio, committuntur laicis, ut eorum curam gerant, cum obligatione reddendi rationem. Ergo illa non ſunt beneficia.

31. Noſtra concluſio vera eſt, etiamſi Sacellum habeant ad ſacrificia celebranda Xenodochia, quorum redditus ſunt in laicorum poteſtate, eſto tribuendi illi ſint pro tempore, nedum peregrinis, hoſpitibus, aut infirmis, pro quibus illa reſpectivè deſtinata fuerint, ſed etiam Religioſis, aut Clericis, Sacra inibi celebrantibus. Ita Stephan. Baunius *vbi ſupra, aſſertione tertia.* Et ratio eſt, quia jus colligendi reditus, & fructus hujuſmodi Xenodochiorum, non reſidet penes Religioſos, aut Clericos Sacra in illis facientes; ſed laici illud habent, ut ſupponimus. At quilibet beneficiarius jus habet colligendi fructus quibus alitur. Ergo Hoſpitalia, ſeu Xenodochia prædicta, beneficia non ſunt. Et ita judicatum fuiſſe anno 1567. & 1571. in centumvirali Senatorum Pariſienſium Prætorio, refert dictus Baunius. In eadem fuit ſententia Barboſa *allegat. 77. n. 148.* dicens: Quartò infertur, hoſpitalia non venire ſub diſpoſitione hujus regulæ, cum regulariter appellatione beneficii non comprehendantur, etiamſi Eccleſias, vel Capellas habeant annexas, decimaſque, & alia jura ſpiritualia. *Clement. Per literas 2. de Prabendis,* cùm laicis committantur. *Clement. Quia contingit, §. Vt autem, de Religioſ. domibus.* Nicolaus Garcia *part. 1. cap. 3. num. 1.* Gonzal. *gloſſ. 5. §. 4. num. 16.* qui hoc limitant, ſi Eccleſiæ, ſeu Eccleſiaſtico beneficio eſſent unita, vel in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam Clericis Sæcularibus eſſent danda. Hactenus Barboſa.

32. Sed dices: Reſignatio Hoſpitalis, dé eorum, quorum intereſt voluntate facta, publicari debet in loco ubi illud ſitum eſt, aliàs vacat, ita definiente S. Rota anno 1586. & 1588. uti teſtantur Felinus *in cap. De quarta, 4. de Præſcriptionibus, n. 15. & 16.* & Flamin. Pariſ. *de Reſignat. beneficior. lib. 10. quæſt. 3. num. 48.* penes Baunium. Sed nulla reſignatio eſt ſolita publicari, niſi beneficii tantùm. Ergo Hoſpitalia etiam in adminiſtrationem ſæcularibus data, beneficia ſunt. 33.

Reſpondetur negando minorem, quia licèt Gregorius XIII. *in conſtitut. Humano vix judicio, ta 85. Bullarii Magni* Angeli Cherubini, *tom. 2. pag. mihi 468.* præcipiat publicare reſignationes; non tamen alias, quàm beneficiorum, quæ propriè, rigoroſè, & ſtrictè beneficia ſint, qualia tantum ſunt, ut ait Baunius cum Gomezio *in Regulam de Triennali poſſeſſione, quæſt. 7.* quæ ex Apoſtolica, vel Ordinarii canonica obtinentur collatione, in quibus adnumerari non poſſunt Hoſpitalia, de quibus in præſenti concluſione.

Quod ſi petas: Si Hoſpitalia iſta beneficia non ſunt, ad quid publicanda eorum reſignatio? Reſpondet Baunius, ad duo. *Primum*, ut Ordinarii habeant à quo bonorum diſpenſatorum exigere, & repetere valeant rationem, juxta Concilii Tridentini præſcriptum *ſeſſ. 22. cap. 4. Secundum*, ut coloni intelligant, & alii Xenodochiorum debitores, apud quos res eorundem Xenodochiorum, & proventus deponant, juxta Felinum *in cap. Cum dilecta, de Reſcriptis*, & Flamin. Pariſium *de Reſignat. lib. 10. quæſt. 3. num. 56.* 34.

QUÆSTIO II.

Quotuplex ſit Beneficium?

QUIA non omnia beneficia unius modi ſunt, perneceſſe eſt, ut multiplicem patiantur diviſionem. Quare ut de illorum qualitatibus, & natura, cum ea, qua fas eſt claritate & dilucidatione, in Quæſtionis reſolutione procedamus, iſtam ad tres articulos reducere operæ pretium duxi, ſupponendo pro nunc, dividi illa: *Primò*, in Sæcularia, & Regularia.

Secundò, in duplex, & ſimplex. *Tertiò*, in Titulare, & non Titulare, ſue in Titulare ſimpliciter, & in Titulare ſecundum quid. *Quartò*, in Electivum, Collativum, & Miſtum. *Quintò*, in Compatibile, & Incompatibile.

ARTICULUS I.

De diviſione Beneficii in Sæculare, & Regulare.

1. LIcet quodlibet beneficium ex prima ſua inſtitutione ſæculare præſumatur, ut tradit Sanchez *in Decalogum, lib. 7. cap. 29. num. 11.* cum Franco, Dominico, Probo, Milo, Rebuffo, Ludov. Gomez, Staphilæo, Zerola, Hojeda, Maſcardo, & Gonzalez, in locis ab eo allegatis, Baunius *in Praxi de Beneficiis, diſput. 1. quæſt. 3. verſic. Secundo*, ex Rota, Navarro *tom. 1. Conſilior. lib. 3. de Præbendis, conſil. 3. num. 1.* & communi Doctorum ſententia; niſi contrarium oſtendatur, & probetur. Gloſſa *pragmaticæ ſanctionis, tit. de Collationibus, §. Item quod ad dictas*; aut niſi per ſpatium quadraginta annorum ſit per Regularem poſſeſſum, Paponius *libro trium Notariorum* 3. cum hoc tempus ſit neceſſarium ad præſcriptionem, ut beneficium ſæculare fiat regulare, & è converſo ut regulare ſæculare reddatur, juxta *cap. de quarta, el* 4. *de Præſcriptionibus*, & ibi Gloſſa *verbo Quadragenaria*; communiter dividitur beneficium in ſæculare, & regulare. Ita dictus Baunius *ubi proximè, verſic. Poſtremò*, ſic ait.

2. Poſtremò dividitur beneficium in regulare, & ſæculare, *cap. Cum de beneficio, de Præbendis in 6. & Clementina unica, de Supplenda neglig. Prælator.* Regulare, quod à Monachis, aut Regularibus tantum acquiri poteſt: Seculare, quod à ſæcularibus Clericis, id eſt Monaſtico voto, aut Regula non obſtrictis, etſi Regulari interdum committi queat: nam *primo* poteſt Novitius Religioſus ad Epiſcopatum eligi, *cap. Nullus, 28. de Electione in 6.* modò factæ de ſe electioni ante obtentam Papæ licentiam minimè conſentiat (inquit) Corraſius *3. parte de Beneficiis, cap. 4.* quod neceſſarium non exiſtimo, cum id canon citatus non exigat. Verba ipſa indicant: *Ad dignitatem Epiſcopalem, ad quam Novitii interdum eliguntur, talem in ſæcularibus, aut regularibus Eccleſiis eligi minimè prohibemus.*

Secundo, ad Parochiam quamlibet regularem admoveri poteſt Canonicus Regularis, ut habetur *cap. Quod Dei timorem 5. de ſtatu Monachorum*, etſi ſit de Ordine Mendicantium, Nicolaus Garcias *part. 7. cap. 10.* non tamen ad Canonicatum, aut ſimplex aliud beneficium; quia tunc cauſa curæ animarum ſuſcipiendæ deſinit, ac ceſſat, ob quam Religioſos eſſe Parœciæ capaces voluit, cum facultate tamen Papæ, ac Superiorum ſuorum, quam degandam non eſſe, cùm neceſſitas, aut utilitas Eccleſiæ poſtulat, docent Layman *de Beneficiis, tract. 11. cap. 4. num. 3.* Rodrig. *tom. 1. Regular. quæſt. 34. articulo 4. & 5.* 3.

Hæc Baunius: ſed certè Religioſi nedum ad Parochialem regularem, ſed ad ſæcularem etiam promoveri poſſunt in vim dictæ Decretalis *Quod dei timorem*, cujus rubrica id probat: hujuſmodi illa eſt: *Regularis Canonicus poteſt præfici Eccleſiæ Parochiali etiam ſæculari, ſed debet habere ſocium ſui Ordinis, ſi commodè fieri poteſt.* Lex autem ſeu Canon, debet intelligi ſecundum rubricam, & ejus naturam, ſub qua ſituatum eſt. Exactiſſimè Everardus *in locis Legalibus, in loco 45. de Rubro ad nigrum*, & Surdus ibi, faciens hoc idem argumentum. Verba ſunt omnia Doctoris Salgado *de Protectione Regia, tom. 2. part. 4. cap. 3. num. 14.* Idem docet Barboſa, & pluribus exornat *loco 98. num. 1.* Quibus conſonat Lezana *conſulto 10. num. 15.* ibi: *Et cum dicatur in margine* (quod vicem rubricæ gerit,) Qualiter ſit Prioris ſocius eligendus, *proculdubio non erat neceſſarium adiungere* (in conſtitutione de qua agebat) *clauſulam irritantem tali Conſtitutioni. Certi namque juris eſt apud omnes, quod quando lex præſcribit aliquid ut formam, etiamſi talem clauſulam non adjungat, ea debeat ad unguem obſervari.* Conſonat etiam dictus 4.

Barboſa

Barboſa *in Votis diviſivis, voto* 47. *num.*160. ubi ait, quod Rubrica, *de modo procedendi, &c.* denotat ſub illa diſpoſitum, formam continere ſubſtantialem. Immò ex nigro conſtat, ibi agi de Parochia ſæculari in ſpecie; & in genere dicit ibi Innocentius Papa Tertius, dictæ conditor Decretalis: *Et per antiquos Canones etiam Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium (quod privilegiatum eſt) exercere.* Hæc textus. Gloſſa autem *verbo Canones*, illos indicat dicens, 16. *quæſt.*1. *Doctos in Parochia: &* 55. *diſt. Priſcis.* Sed de promotione Regularium ad Eccleſias Parochiales ſæculares, opportunius agetur inferius, *quæſt.*3.*n.*955.*& ſeqq.*

5. Dicta beneficii diviſio in ſæculare, & regulare, ex pluribus aliis Juribus colligitur. *In primis* ex *cap. Poſſeſſiones, el* 10. *de Rebus Eccleſiæ non alienandis*, duo ſtatuente. *Primum*, Poſſeſſiones ad menſam Archiepiſcopi, vel Capituli pertinentes, non debere alienari. *Secundum, Nec Eccleſias in quibus Monachi miniſtrare conſueverunt, Clericis, vel laicis aſſignari. Secundò* colligitur ex *cap. Cum de beneficio, el* 5. *de Præbendis, & dignit. lib.* 6. ubi duo alia decernuntur. *Primum:* Quod cum de beneficio Eccleſiaſtico conſueto Clericis ſæcularibus aſſignari, provideri mandatur, de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno, vel pluribus ſæcularibus Clericis inſtitutis in eo Rectoribus, extitit continuè, ac pacificè gubernatum, ut præſcriptio legitima ſit completa, etiamſi ante, vel poſt Religioſi quandoque miniſtraverint in eodem. *Secundum*, quod decernitur ibi, eſt: Quod quando ſcribitur, ut provideatur de aliquo Prioratu alicui Clerico ſæculari, provideri non poſſit de Prioratu, qui per Religioſos (juxta modum præmiſſum,) eſt ſolitus gubernari; niſi hoc in litteris caveatur expreſſe. *Tertiò* colligitur ex *cap. Cum ſingula, §. Prohibemus, el* 32. *eod. tit. & libro* 6. ubi Papa prohibet, ne Prioratus, vel Eccleſiæ, aut adminiſtrationes, ſive Officia unius Monaſterii conſueta per ejuſdem Monachos gubernari, committantur abſque authoritate Sedis Apoſtolicæ alterius Monaſterii Monachis gubernanda, nec hactenus commiſſa dimittantur eiſdem: ſed per eos, ad quos pertinent, liberè ordinentur. Et rationem hujus reddit Bonifacius Octavus, ibidem dicens: *Cùm illis non liceat habere locum in diverſis Monaſteriis, quorum unum ab alio non dependet; &c.* Quod à fortiori intelligi debet de beneficiis ſæcularibus, ne ſcilicet gubernentur à Regularibus; & de beneficiis regularibus, ne à Clericis ſæcularibus poſſideantur. Unde originem duxit commune proloquium: *Beneficia ſæcularia, ſæcularibus; regularia, Regularibus conferenda eſſe.* Quod quidem expreſſe ſtatuit Concilium Viennenſe ſub Clemente Quinto, *in cap. Quia Regulares, unico in Clementinis, tit. de Supplenda negl. Prælat.* ibi: *Prioratus, Eccleſias, Adminiſtrationes, & Beneficia hujuſmodi, illa videlicet, quæ conſueverunt per ſæculares Clericos gubernari, ſæcularibus Clericis: alia verò, quæ Religioſis dumtaxat committi ſunt ſolita, vel conferri, Religioſis Monaſteriorum, quorum Prælati hujuſmodi negligentes fuerint, conferendo.* Ex qua certè Clementina colligitur *quarto*, diviſio beneficii in ſæculare, & in regulare; immò ex illa convincitur. *Quintò* colligitur illa ex Concil. Trident. *ſeſſ.*14. *cap.*9. ubi de beneficiis ſæcularibus, *& cap.*10. ubi ſic ſtatuit: *Regularia beneficia, in titulum Regularibus profeſſis provideri conſueta, cum per obitum, aut reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, Religioſis tantum illius Ordinis, vel iis, qui habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non aliis, ne veſtem lino, lanaque contextam induant, conferantur.*

De hac beneficii diviſione etiam agit Vivianus, in Praxi de Jurepatronatus, *part.*1. *lib.*1. *cap.*1. *num.*79. *& ſequentib.*

6. Beneficium itaque ſæculare dicitur, & verè eſt, quod Clerico ſæculari ſolet in titulum conferri, non attento, an Collator ſæcularis ſit, vel Regularis. Ita Sanchez *in Decalog. lib.*7. *cap.*29. *num.*13. cum Felino, Selva *de benefic. p.*3. *quæſt.*11. *num.*129. S. Rota *in Montis Caſſinenſis Parochialis,*

chialis, 8. *Februarii* 1648. *coram Bichio*, in qua allegantur Felinus *in cap. In noſtra, ſub num.* 44. *el* 32. *de Reſcriptis*, Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancell. gloſſa* 8. *num.* 38. & Lotherius *de Re beneficiaria, lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 7. Quam Deciſionem invenis apud Antoninum Dianam *part.* 9. ſuarum Reſolutionum Moralium, *fol. mihi* 403.

7. Regulare vero beneficium, eſt illud habendum, quod ejus fundatorem, aut authorem voluiſſe conſtat, ut à Religioſis, & non ab aliis adminiſtraretur. Sic Baunius *ubi ſuprà, verſic. Pro Regulari*, cum Valerio Reginaldo *lib.* 30. *cap.* 9. *num.* 535. & cum Navarro *conſilio* 2. *de Præbendis, num.* 1. Ferdinandus Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 1. *punct.* 2. *num.* 1. Auguſt. Barboſa *in Paſtorali, ſeu de Officio, & Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 77. *num.* 168. cum Selva *de Beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 24. & Hojeda *de incompatibilitate beneficiorum, cap.* 24. *num.* 92. & Petrus Gregorius *Inſtitutionum rei beneficiariæ cap.* 10. *num.* 12. *fol. mihi* 49. Regulare etiam eſt beneficium, quod per quadraginta annos conſuevit regi per viros Regulares. Sic Baunius *verſic. Secundò, ad Parochiam*, cum Paponio *in libro trium Notariorum* 3. Sanchez *d. num.* 13. dicens: Nec ſatis etiam eſt, ut ſit regulare, quod ſit unitum Religioni, niſi per litteras unionis, vel conſuetudinem præſcriptam factum ſit regulare. Sic Navarrus *lib.* 3. *Conſilior. in* 2. *edit. tit. de Statu Monach. conſ.* 11. *num.* 4. Thom. Zerola *Praxis Epiſcop.* 2. *p. verbo Beneficium, dub.* 12. Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 8. *num.* 37. Joannes Bapt. Lezana *in Summa QQ. Regular. tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 18. *num.* 1. Vivianus *loco citato, num.* 85. Petrus Gregorius, Palaus, & Barboſa, in ſequentia prorumpens.

8. Dicuntur autem regularia beneficia, de quibus in fundatione dictum fuit, ut per Religioſos regerentur... Vel illa, quæ per quadraginta annos conſueta ſunt regi per viros Regulares: textus *in cap. Cùm de beneficio, de Præbendis, in* 6. Rota *deciſ.* 2. *n.* 2. *de Præbendis, in novis.* Moneta *de Commutatione ultimarum voluntatum, dicto cap.* 10. *num.* 21. *in fine.* In dubio autem, an hoc beneficium dicatur ſæculare, vel regulare, attenditur ultimus ſtatus illius, hoc eſt, an vacaverit per obitum perſonæ regularis, vel ſæcularis. Gonzalez *gloſſa* 7. *num.* 23. Nam in beneficialibus ultimus rei ſtatus inſpicitur, & maximè conſideratur. Mar. Antonin. *Variarum Reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 55. *num.* 6. Gonzalez *gloſſa* 5. §. 2. *n.* 14. §. 3. *num.* 18. *& gloſſa* 45. §. 2. *num.* 14. Marcus Antonius Genuenſis in Praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, *cap.* 100. *verſic. Quod ſi.* Anton. Monach. Bononienſ. *deciſ.* 36. *n.* 13. *cum ſequenti*, etiamſi ſint beneficia juriſpatronatus, ut ex Cravetta, & Rolando, dicit Mar. Anton. *dicto lib.* 1. *reſolut.* 80. *num.* 7. & quanvis appareret de variatione, Vincentius de Franchis *deciſ.* 85. *num.* 2. *part.* 1. niſi conſtaret de contrario ſtatu legitimo præcedente, Rota Romana, apud Farinacium *deciſ.* 188. *num.* 1. *part.* 1. *recentiorum.* Hùcuſque Barboſa. Textus autem ab eo allegatus, circa utrumque beneficium, ſæculare, & regulare, prout ſequitur, decernit.

9. *Cum de beneficio Eccleſiaſtico, conſueto Clericis ſæcularibus aſſignari, provideri mandatur: de illo debet intelligi, quod tanto tempore ab uno, vel pluribus ſæcularibus Clericis inſtitutis in eo Rectoribus, extitit continuè, ac pacificè gubernatum, ut præſcriptio legitima ſit completa, etiamſi ante, vel poſt Religioſi quandoque miniſtraverint in eodem.*

Quando vero ſcribitur, ut provideatur de aliquo Prioratu alicui Clerico ſæculari, provideri non poteſt de Prioratu, qui per Religioſos (juxta modum præmiſſum) eſt ſolitus gubernari: Niſi hoc in litteris caveatur expreſſe. Hæc textus. Verbo autem *Legitima*, ſic Gloſſa: Scilicet 40. annorum, in antiquis, *de Præſcriptionibus, De quarta: de cauſa poſſeſſionis, Cum Eccleſia; de conſuetudine, capite ultimo.* Quod certè probat, quod *num.* 7. dictum eſt in fine.

10. In univerſum, Regulare beneficium eſt, quod tantum Regularibus confertur, verbi gr. Abbatia Regularis, Prioratus, Canonicatus Regularis, Monachatus: vel ita annexum, ut per eos adminiſtrari debeat. Ita

Leonard.

Leonard. Leſſius *de juſtit. & jure, lib.2. cap.34. dubit.2.num.7.* Caſtr. Palaus *parte 2. tract. 13. diſp. 1. punct.2. num.2.* Rebuff. *in Praxi benefic.part.1. tit. Regularia beneficia, num. 1.* Eligius Baſſæus *tomo 1. verbo Beneficium I. num. 2.* Stephan. Baunius *in Praxi nova beneficiorum, diſp. 1. q. 3. verſic. Poſtremò*, ibi: *Regulare, quod à Monachis, aut Regularibus tantum acquiri poteſt.*

11. Et quod Parochialia Beneficia, Regularibus unita, ſeu annexa, Regularia ſint, conſtans veritas eſt. Illam defendunt Franciſc. Pellizzarius *in Manuali Regularium, tom.2. part.1. tract.8. cap.4. ſect.4. num.105. & 113. verſic. Addo.* Barboſa *dicta allegat. 57. numero 155. & 158.* ibi enim dicit: Nono infertur, beneficia de menſa non cenſeri reſervata ſub diſpoſitione hujus regulæ (*la 8. Cancellariæ de reſervatione menſium Apoſtolicorum*) beneficium enim de menſa dicitur illud, quod eſt perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali, ita quod nunquam vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in proviſione. Gloſſa *in verbo De menſa, in Clement. 1. de Supplenda neglig. Prælator.* ubi Imola *num.42.* & Cardinalis *num.5.* ideoque cum non detur vacatio, ſequitur quod non comprehendantur ſub hac Regula loquente de beneficiis vacaturis. Ita fuit deciſum *in una Tarviſina Parochialis, 10. Decembris 1603. coram Domino Litta.* Refert Gonzalez *dicta gloſſa 5.§. 6.in fine.* Hæc Barboſa *num.155.num.* autem 158. ſequentia profert: Undecimò infertur, beneficia unita acceſſoriè, non cenſeri reſervata ſub diſpoſitione hujus Regulæ: nam cum per unionem perdant titulum, nec amplius poſſint beneficia nominari, ſed quædam ſint prædia, non intrat reſervatio hujus Regulæ loquens de beneficiis Eccleſiaſticis vacantibus. Staphil. *de Litteris gratiæ, tit. de formis mandati de Providendo, §. Secunda forma, num. 2. verſic. Dico excludendo.* Rebuffus *in Praxi, tit. de Vnion. num.31.* Gonzalez *gloſſa 5. §. 7. per totum, & præcipuè num. 25. & 38.* ubi *num.39.* dicit, quod ſi beneficium unitum eſt alteri, in quo cadat reſervatio, tunc quidem veniet in reſervatione, non tanquam beneficium de per ſe, quod non eſt, ſed uti prædium, & patrimonium alterius beneficii, ex Regula *Acceſſorium, de Regulis Juris, in 6.*

Eandem firmavit Sacra Rota veritatem, & quidem non ſemel, ſed ſæpe ſæpius. *In una Parochialis Pampilonenſis de Stella, 14. Decemb. 1598. coram Cardinali Seraphino, la 1304.* & per tres ſententias definitivas conformes executoriatas *in eadem cauſa anno 1607.* ad favorem Abbatis, Præſidentis, Monachorum, & Conventus Cœnobii mei Hyrachenſis. Et *in nova cauſa Vicariæ ejuſdem Parochialis de Stella, 14. Decembris 1648. coram Otthobono, num. 5.* ibi: Minus obſtare poteſt prætenſum juſpatronatus Parochianorum S. Joannis de Stella, *quia cum agatur de Eccleſia Regulari*, Parochiani tenentur exhibere privilegium Apoſtolicum, ſine quo *in Eccleſiis Regularium* juspatronatus non acquiritur, &c. & *in eadem coram Meltio, 26. Maii 1653. num. 14.* ibi: Dicta Eccleſia S. Joannis de Stella, fuit mediante donatione, liberè, & abſque reſervatione alicujus ſervitutis facta à Rege Sanctio, qui eam fundaverat, *unita Monaſterio S. Mariæ de Hyrache; atque ita cum hodie agatur de dicta Eccleſia pro Regulari habita*, præſentationes factæ à Parochianis, remanent deſtitutæ omni titulo, cum prætenſum juſpatronatus non poſſit habere locum *in Eccleſia Regulari*, niſi quatenus doceatur de privilegio Apoſtolico, ſine quo illud non acquiritur, &c. Et *in una Vlisbonenſi juris conferendi, 13. Iunii 1607. coram Cardinali Lancelloto*, apud Farinacium *2. parte Deciſionum Selectarum, tom. 3. la 204. In alia Vlisbonenſi, 2. Decembris ejuſdem anni 1607. coram Litta. In alia coram Merlino, tomo 1. deciſ. 128. num. 6.* tenuit etiam *membrum, & annexum Monaſterii, eſſe beneficium Regulare*, ſicut in prædictis omnibus: quibus adde ſequentes: *in una Pamphilonenſi Parochialis de Mendavia, ad favorem prædictorum Abbatis, & Conventus Hyrachenſis Cœnobii, 19. Ianuarii 1663. coram Bevilaqua, n.1.* ibi: *Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natu-*

12.

ra receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari. Et *num.* 4. ibi: Et primò, *quia agitur de Eccleſia Regulari, ratione unionis Monaſterio factæ.* Et *in eadem, coram R. P. D. meo Otalora* (nunc Cancellariæ Granatenſis digniſſimo Præſide) 11. *Martii* 1667. *n.* 13. ibi: Et ſic, *cùm extinctum fuerit juſpatronatus, non poterunt incolæ in hac Eccleſia Regulari novum juſpatronatus acquirere.* Item & *in alia Pampilonenſi Parochialis de Elizondo, ad favorem Abbatis, & Monachorum Præmonſtratenſium de Urdax, coram Veroſpio,* 3. *Martii* 1664. *num.* 10. ibi: *Hæc quippè beneficia curata, virtute unionis Regularia cenſentur evaſiſſe, ac eadem proinde poſſunt Regularibus legitimè conferri*, ut diſponitur à S. Concilio Trident. *in ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de Reformat.* &c. Et *in eadem, coram eodem Domino meo Otalora,* 19. *Iunii* 1665. *in fine*, ibi: *Et Regulares poſſunt aſſumere Clericos ſæculares ad inſerviendum propriis Eccleſiis, & Capellis, abſque alteratione ſtatus Regularis.*

13. Pro hujus puncti coronide libet recenſere Breve Sixti Papæ Quinti ad favorem Congregationis Ordinis noſtri, in Regnis Portugaliæ, & & Algarbiorum, editum 17. Februarii 1588. quod habet Emmanuel Rodericquez *in nova collectione Privilegiorum Regularium, Bulla* 22. dicti Pontificis, in quo, recenſita declaratione Eminentiſſimorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium, S. Concilii Tridentini Interpretum, in quorum Congregatione (ait) *fuerit declaratum, Parochialium Eccleſiarum, & Regularium beneficiorum, quibus animarum cura incumbit, necnon Vicariarum etiam perpetuarum Monaſteriis, & aliis Regularibus locis, etiam perpetuò unitarum, quæ Regularibus perſonis conferri, ſive per ſæculares Preſbyteros, & perpetuos Vicarios regi, & gubernari conſueverunt, vacatione pro tempore occurrente, minimè licere locorum Ordinariis edicta proponere, & examen per concurſum, juxta Concilii* (Tridentini) *Decretum, ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *facere: ſed ſatis tunc eſſe, ut Regulares quidem perſonæ, Eccleſiis prædictis præficiendæ, à dictis locorum Ordinariis examinentur, & approbentur; ſæculares verò, in Vicariis, & aliis beneficiis prædictis inſtituendi, à Superioribus Regularibus prædictis nominentur: examen autem, & approbationem, ad dictos tantùm Ordinarios, juxta fælic. recordat. Pii Papæ Quinti Conſtitutionem pertinere*: illi adhæſit, eamque approbavit, & confirmavit, & omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis dictorum Regnorum, præcepit, & mandavit, *ut Parochialibus, & aliis Eccleſiis, in quibus per dictæ Congregationis fratres animarum cura exercetur, & Vicariis etiam perpetuis Parochialium Eccleſiarum, in quibus pro earum cura ſæculares Clerici deputari conſueverunt Monaſteriis, & aliis locis Congregationis ejuſdem perpetuò unitis pro tempore vacantibus Edicta proponere, & concurſum juxta dicti Concilij decretum, quod de ſæcularibus Eccleſiis tantum intelligendum eſt, minimè de cætero facere præſumant, ſed Regulares Ordinis, & Congregationis præfatæ, ac ſæculares Clericos ab ejuſdem Congregationis Abbatibus, & aliis dictorum Monaſteriorum Superioribus, juxta dictam Pii V. Bullam debito tempore nominandos, ſi ab ipſis idonei reperti fuerint, abſque Edictis, & aliorum concurſu in Parochialibus Eccleſiis, & Vicariis præfatis admittant, & inſtituant, prout nos admittendos, & inſtituendos eſſe decernimus, & ſtatuimus. Inſuper etiam volumus, & juxta ejuſdem Concilii diſpoſitionem & mentem ſtatuimus, & mandamus, quod in Parochialium Eccleſiarum, & beneficiorum curam animarum habentium, quæ de ejuſdem Ordinis, & Congregationis jurepatronatus Eccleſiaſtico extiterint, & ſæcularibus Clericis conferri conſueverunt, earum vacatione quandocunque occurrente, quamvis per dictos Epiſcopos ad concurſum, & examen admitti poſſint alii ultra eos, qui per ejuſdem Congregationis Abbates, & alios Superiores Patronos erunt nominati; nequeant tamen per eoſdem Epiſcopos, ſi ad eos inſtitutio, & non ad alium pertineat, inſtitui, & ordinari, niſi illi tantum, qui inter approbatos, & ab Examinatoribus idoneos repertos, ab ejuſdem Ordinis, & Congregationis Prælatis Patronis digniores, & magis idonei judicati, & pro inſtitutione recipienda eiſdem Epiſcopis præſentati fuerint. Quod ſi inſtitutio, non ab ipſis Epiſcopis, ſed ab aliis fuerit facienda, tunc quidem ſoli Epiſcopi, ex dignis digniorem eligere debeant, ſed non antè ab eo, ad quem ſpectat, inſtitui poſſint, quàm ab eiſdem Patronis ei fuerint præſentati.* Hæc omnia ad amuſſim Sixtus V. qui addit decretum irritans:

tans: ſicque judicari, & diffiniri debere per quoſcumque Judices, etiam Palatii Apoſtolici Auditores, & per S.R.E. Cardinales in quavis inſtantia decernit, cum clauſula *Sublata*, & ampliſſima derogatione Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Conciliorum provincialium, & Synodalium, conſuetudinum, & privilegiorum, &c.

Aliud Decretum S. Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad favorem Congregationis Caſſinenſis, quod Urbanus Papa Octavus confirmavit ex certa ſcientia, & obſervari præcepit, cum decreto irritante, & derogatione Conſtitutionum, & Ordinationum Apoſtolicarum, &c. die 6. Septembris 1638. per ſuum Breve: per quæ Decretum, & Breve, partibus auditis, decernitur, poſſe deſerviri per Monachos ad nutum amovibiles, ab Ordinario examinatos, & approbatos, non ſolum Eccleſias, quæ ſunt membra Monaſteriorum, atque eis unitas ad menſam, ſed quoquo modo ab eis dependentes: in qua quidem clauſula comprehendi videntur, quæ ſolum ſunt de jurepatronatus illorum. Vide me ipſum poſt Commentaria, *pag.* 104. *&* 105. & quæ ibi annotavi, & in hac quæſtione, *num.* 204.

14. Ex quo Brevi Sixti V. & ex Declaratione in eo inſerta, habemus, nedum duo membra diviſionis beneficii, in Regulare, & ſæculare: illud quidem, tam ex tenore totius Declarationis Sacræ Congregationis (ſive regatur illud per Regulares perſonas, ſive per ſæculares) quàm ex Papæ Brevi, in prima ejus parte, uſque ad clauſulam, *inſtituendos eſſe decernimus, & ſtatuimus*, incluſivè; per quam, dubio procul, novum jus inducit. Sæculare autem beneficium innuit declaratio, mediante clauſula, *juxta Concilii Decretum ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *facere*: ſiquidem declarat, illam Conciliarem diſpoſitionem, circa edicta, & examen per concurſum, locum non habere reſpectu beneficiorum Regularium, quibus cura animarum incumbit, ſive exerceatur per ipſos Regulares, ſive etiam per Clericos ſæculares Vicarios perpetuos: & per neceſſarium conſequens declarat, illum habere reſpectu beneficiorum ſæcularium, dictam curam habentium; aliàs inutile implicitè declararet Decretum Concilii, cum non eſſet aliud beneficium de quo ejus diſpoſitio verificari poſſet. De quo etiam beneficio ſæculari, agit Sixtus V. à clauſula, *Inſuper etiam volumus*, per quam etiam, mediante dictione *volumus*, novum jus inducit. Non enim ibi fit mentio de Eccleſiis, aut unitis Monaſteriis beneficiis, quæ unionis ratione regularia ſunt; ſed de Eccleſiis, & beneficiis ſæcularibus, quorum juſpatronatus penes Abbates, & alios Monaſteriorum Superiores reſidet. Nedum, inquam, habemus ex Declaratione, & Brevi diviſionem beneficii in ſæculare, & regulare, ſed etiam quod Parochialia Regularibus unita, & annexa, regularia ſint, quod principaliter demonſtrare intendimus *à num.* 11. Sed in hac materia ſit

Dvbivm I.

An quando Eccleſia Parochialis annexa eſt, & unita Monaſterio, omnes Monachi, qui ſunt de gremio, & Conventu illius, ſint dictæ Eccleſiæ Parochi? 15.

Affirmativè reſpondet Ceſpedes in Tractatu ſuo *de Exemptione Regularium*, *cap.* 8. *dub.* 178. Ratio illius eſt: quia Canonici Eccleſiæ Collegiatæ habentis Parochiam annexam, omnes ſunt iſtius Curati, juxta Alphonſum de Leone *de Officio Capellani*, *quæſt.* 3. *à num.* 26. & ad omnes illos cura animarum pertinet, ut colligitur ex quadam Declaratione à Flaminio Pariſio receñſita, *in ſuo Tract. de Reſignatione beneficiorum*, *lib.* 8. *quæſt.* 9. *num.* 93. Sed Regularium Eccleſiæ in favorabilibus ſunt Collegiatæ, ut teſtatur Moneta *de Mutatione ſtatus Eccleſ. cap.* 11. *numero* 39. & dictum eſt à S. Rota 16. *Decembris* 1605. *in Celſonenſi Præceptoriæ*, coram R.P.D. Joanne Baptiſta Coccino, inter impreſſas *la* 259. *pag. mihi* 393. ubi ita *num.* 9. Minus etiam ſuffragatur, quod de Jure communi Eccleſiæ Cathedrales & Regulares, ſunt Collegiatæ. Hoſtienſis *in dicto cap. nobis*, *ſub num.* 2. *colum.* 2. *verſic. Quidquid etiam.* Abbas *num.* 8. *verſic. Item Eccleſiæ*, Biſignet. *deciſ.* 13.

*cif.*13. *num.*3. *de Præbendis.* Et in eadem cauſa, coram eodem Coccino *deciſ.* 296. dixit 2. *Iunii* 1606. *num.*4. Neque obſtat, quod cum ſit probatum, tres fratres degere cum Præceptore, eſt probatum Collegium. Gloſſa *in cap. Nobis, in verbo Conventualis, de jurepatronatus:* quibus favet Emmanuel Roderiquez *tom.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 39. *art.* 12. Ceſpedes ſcilicet, & Monetæ aſſerentibus, penes Pellizzarium *in Manuali Regular. tom.*2. *part.* 1. *tract.* 8. *ſect.*4. *capitis* 4. *num.*107. *verſic. Quæritur*, Eccleſias Regularium in favorabilibus eſſe Collegiatas, quatenus idem ipſe Emmanuel docet; negat tamen Collegiatas eſſe in odioſis: *Sicut enim nomine Eccleſiaſticorum* (ait) *in odioſis Regulares minimè comprehenduntur, ita etiam nomine Eccleſiarum* (collegiatarum ſcilicet, de his enim agebat) *in hoc onere* (dicendi duas Miſſas in Vigiliis, Adventu, & Quadrageſima, unam de feria, & alteram de Sancto occurrenti, juxta præſcriptum Rubricæ Miſſalis: quod etiam docet Gavantus *in Comment. in dictas Rubricas, part.*3. *tit.*11. *n.*4. *&* 12. ex eo tamen capite, quod abſolutè Collegiatæ non ſint, ſed Conventuales) *Monaſteria minimè veniunt.* Ergo omnes Monachi Monaſterii, cui unita eſt Eccleſia Parochialis, illius ſunt Parochi. Idque etiamſi apud illos exercitium functionum Parochialium non fiat per turnum à ſingulis, ſed alicui Capellano committatur: quia titulus ſemper apud Capitulum perſeverat, nec in Capellanum transferri potuit, ita ut Capitulum liberetur, etiam immemorabili tempore, ut notat *ſuprà* Alphonſus de Leone. Ita Ceſpedes, qui bene monet, hinc non ſequi, quod dicta Parochialis plures habeat Parochos: quia illa adhuc haberet unicum Parochum, nempe Capitulum, & ſingulos de Capitulo, quatenus faciunt Capitulum; ſi tamen omnes habeant ad curam animarum requiſita. Prædicta omnia recenſet etiam Mag. Lezana *tom.* 4. *conſultor. ſuorum, conſulto* 41. *à num.*48. *ad* 55. *pag. mihi* 248. Deciſionibus tamen S. Rotæ exceptis.

16. Et quidem, quod quilibet Monachus habeat in communi curam animarum Eccleſiæ Parochialis ſuo Monaſterio unitæ, & annexæ, ac in perpetuum incorporatæ, quatenus cum aliis Monachis conventualibus facit unum Capitulum, ſeu Conventum, non autem quatenus ſingularis perſona, illuſtratur argumento à *Simili*, quod validum eſt in Jure, ſicuti docet Auguſt. Barboſa *in locis argumentorum Iuris, loco* 101. cum Everardo *in topicis legalibus, loco* 10. Petr. Andr. Gamar. *in Dialectica legali, lib.*2. *in loco à Simili*, Petr. Enriquez *conſil.* 14. *num.* 6. Deciano *conſ.*32. *num.*47. *volum.*1. Fulvio Paciano *de Probationib. lib.* 2. *cap.* 13. *num.*10. Maſcardo *in ſimili tract. concluſ.* 1253. *num.* 4. Marco Anton. de Amatis *Marchiæ Deciſ.* 21. *num.*43. Alexandro Raudenſi *Piſana Deciſ.*47. *num.*11. *part.*1. Mario Antonino *Variarum Reſolutionum lib.* 1. *reſol. fin. caſu* 62. Cardin. Tuſcho *Practicarum Concluſ.* 1. *tom. lit. A, concluſ.* 507. *num.* 29. Gratiano *conſ.*30. *n.*31. *volum.*1. Franc. Viv. *deciſ.*255. *num.*3. *lib.* 2. *& opin.* 203. *num.* 19. *& ſeqq.* & cum Peregrino *conſ.* 9. *n.*29. *volum.*2. Et ratio eſt, quia de ſimilibus idem eſt judicium, *l. Non poſſunt, & l.ſeq. ff. de legibus, §.Rectè, Inſtit. Mandati.* Albertinus *tract. de Hæreticis, quæſt.* 24. *num.* 9. Farinacius *Fragment.Criminal.p.*1.*lit.E,n.*188.

17. Simile autem, ex quo argumentum conficio, dominium eſt bonorum, ac rerum Monaſterii, quorum dominæ ſunt Religiones, præter Minores de Obſervantia, & Capucinos, juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.*3. *de reformatione*, & præter Domos profeſſas Societatis Jesu, juxta Canonem 21. ſecundæ Congregationis Generalis illius, uti diximus *in Diſquiſitionibus, tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.*8. *num.*1. Domini etiam ſunt Religioſi particulares omnium aliarum Religionum, tam Monachalium, quam Mendicantium, ſive bona mobilia ſint, ſivè immobilia, ſe moventia, vel annui redditus; non tamen ita, ut ſinguli domini ſint aliquotarum partium, (& multo minus omnium illarum) qualiter eſt fundus pluribus hæredibus communis; ſed ſunt ſinguli Religioſi, domini omnium bonorum Monaſterii, *in communi*, in quantum ſimul cum aliis

conſti

conſtituunt Conventum, qui habet per modum univerſitatis perfectum rerum Monaſterii dominium, & hac ex cauſa, ſingulis quod opus fuerit, applicari debet de juſtitia ab eo, qui authoritatem habet bona Monaſterii adminiſtrandi, uti dixi *ubi proximè, diſq. 6. dub. 9. num.* 11. *&* 43. In hoc ergo ſenſu dicimus, quemlibet Monachum Monaſterii, vel Cœnobii, cui incorporata eſt Parochialis Eccleſia, habere in communi curam animarum illius: cujus effectus eſt, quod ſi exercitium dictæ curæ committendum ſit Religioſo, ſingulis illius Conventus committi poſſit, & debeat quidem digniori in doctrina, & virtute, ad tradita per me ipſum in Commentariis *ad Conſtitut. 6. n.* 488. & juxta Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 1. ibi: *Hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant; eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint; & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos ſciant, quæ juxta Sacros Canones, & Tridentinæ hujus Synodi decreta requiruntur.* Et in hoc quidem, pari paſſu currit jus, quod Religioſus habet ad bona ſpiritualia ſui Conventui propria, ac quod ad temporalia; & ſicut iſta debet Abbas, ex juſtitia, ſingulis Monachis diſtribuere, ſecundum proportionem meritorum, & dignitatis perſonarum, ut quanto una perſona meritis, & dignitate aliam excedit, tanto bona, quæ illi diſtribuuntur, excedant bona, quæ aliis conferuntur, uti *dicta diſq. 6. & dub. 9.* dixi *num.* 29. ex traditis à P. Amico *in Curſu Theolog. tom. 5. diſp.* 11. *ſect.* 15. *num.* 180. in Philoſophi ſententia, 5. *Ethicor.* 3. & D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 61. *artic.* 2. ita debet & illa ſecundum proportionem diſtribuere prædictam. Non enim eſt major, aut alia ratio in uno, quàm in alio caſu.

R. P. de Murga, tract. de Benef.

Dvbivm II.

Secundò dubitatur, *An Epiſcopus poſſit removere Parochos Regulares, negligentes inventos in Sacramentorum adminiſtratione?* 18.

Negativè reſpondet P. Franciſcus Pellizzarius in Manuali Regularium, *tomo* 2. *parte* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 113. *verſic. Addit*, cum Marchino *tract. de Peſte, part.* 1. *c.* 4. Suam probat reſolutionem, cum ratione, tum etiam ex Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium Declaratione. Ratio illius eſt: Quia illius eſt auferre beneficium, cujus eſt conferre. Sed Regulares habent à Summo Pontifice Eccleſias Parochiales, quæ ideo nunquam vacant, nec per concurſum obtinentur. Ergo Epiſcopus removere non poteſt Parochos Regulares, in adminiſtratione Sacramentorum negligentes inventos.

Conſequentia legitimè ex præmiſſis infertur: ex qua ſequitur, nec poſſe illos, in aliis ad Officium Parochi negligentes, removere: quia, cum exempti illi ſint ab Epiſcopi juriſdictione, & Summo Pontifici immediatè ſubjecti, non minus lædetur dicta exemptio, & Pontificis authoritas, per remotionem factam ob unam, quàm ob aliam cauſam. Et quia, cui prohibetur majus, & minus prohibetur. Gloſſa *in cap. Pœnale, el* 13. 14. *quæſt.* 5. ibi: *Argumento, quod aliquo prohibito, prohibita ſunt omnia ſimilia.* Quod ait ſuper illa verba textus: *Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit.* Et *in cap. Viſis, verbo Quod majus, el* 1. 16. *quæſt.* 1. ait Gloſſa: *Item, cui prohibetur majus, & minus.* Gloſſa etiam *in cap. Nam concupiſcentiam, verbo Unde omnia mala, el* 4. *de Conſtitutionibus*, ait: *Argumento, quod uno prohibito, omnia prohibentur, quæ ſequuntur ex illo.* Et *in caſus formatione*, dicit: *Item nota, quod aliquo prohibito, vel conceſſo, omnia concedi, vel prohiberi debent, quæ ex eo ſequuntur.* Si ergo Religioſus negligens in adminiſtratione Sacramentorum, quod eſt majus, removeri ab Epiſcopo non poteſt à ſervitio Eccleſiæ Monaſterio ſuo unitæ, nec poterit removeri ob negligentiam in aliis minoribus 19.

ſpectantibus ad ſervitium dictæ Eccleſiæ.

20. Majorem autem argumenti probo, cum ex Gloſſa *in 16. quæſt. 2. in princip.* ubi ita ait: *De capellis. Hæc quæſtio dividitur in duas partes. In prima, probatur per cap. ſequens* (ſcilicet *Viſis*) *quod ſi Monachi habent Eccleſias pleno jure, poſſunt in eis Capellanos inſtituere, & deſtituere.* Habere autem Eccleſias pleno jure ait, *verbo de Capellis*, ſi illas habeant quoad temporalia, & quoad ſpiritualia: quod contingere ait, quando Epiſcopus illas contulit cum omni jure. Gloſſa *in Clement. Frequens, verbo Ad menſam, unica de exceſſibus Prælator.* ibi: *Aut pleno jure ſpectat ad illum quoad ſpiritualia, & temporalia.* Tum ex *cap. Cum & plantare, §. In Eccleſiis verò*, ubi Gloſſa, *verbo Pleno jure, el 3. de Privilegiis*, ex Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro III. deſumpto: *cap. Quoniam per confeſſionem*, & ibi Gloſſa *verbo Pleno jure, el 3. eod. tit. in 6.* Tum ex S. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, 19. Ianuarii 1663. & 27. Iunii 1664. coram Ninot, verſic. Hanc autem plenariam, la 3. poſt mea Commentaria*, ubi ego ipſe latè. Et *in alia Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 23. Martii 1667. coram Eminentiſſ. Cerro, verſic. Reſultat quoque, la 17. poſt dicta Commentaria.* Ubi etiam ego. *Et in eadem cauſa coram eodem, 7. Iunii 1666. verſic. Etenim illius validitas, la 16. ubi proximè.* Qua unione plenaria, ſeu pleno jure quoad ſpiritualia, & temporalia firmata, firmatum manet, quod Epiſcopus removere non poſſit ab exercitio curæ Eccleſiæ ſuo Monaſterio unitæ, ullam ob negligentiam, Monachum deſervientem, ſed poſt Papam, unicè ab Abbate dependere ſuo, quoad deſtitutionem, & remotionem, ſicut quoad inſtitutionem (non authorizabilem, ſed tituli collativam, vel quaſi.) Quod firmant, nedum *caput Viſis*, & Gloſſa citata *in cauſa 16. quæſt. 2.* ſed Abbas *in dicta Clement. Frequens, num. 11.* ibi: *Vnde poterit pro libito ponere ibidem Vicarium temporalem, & deponere.* Et *in cap. Paſtoralis, n. 7. el 19. de Privilegiis*, ibi: *Sed ubi Eccleſia eſt annexa menſæ eorum, & pleno jure eſt ſubjecta, tunc non tenentur ponere Vicarium ibi perpetuum, ſed ſufficit ponere Rectorem temporalem, quem poſſint ad libitum revocare.* Barboſa *in Clement. unica de Officio Vicarii, num. 17.* ubi ait, temporalem Vicarium, & ad nutum conſtituentis apponi, quando beneficium eſt unitum menſæ. Quando autem illud ſit unitum menſæ, docet *de Poteſt. Epiſcopi, allegat. 58. num. 16.* dicens: *Illud verò dicitur beneficium de menſa Prælati, quod perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali.*

Firmat etiam S. Rota in dicta *coram Ninot, verſic. At omnis, cum tribus ſeqq.* edita anno 1663. & in emanata *coram eodem, 27. Iunii 1664. verſic. Cum enim, & verſic. Et quatenus.* In eadem cauſa Jurium Parochialium de Mendavia, 11. *Martii 1667. coram D. meo Otalora, verſic. Cenſuerunt, cum ſeqq. la 5. poſt mea Commentaria.* Item in eadem cauſa, 13. *Martii 1669. coram Albergato, verſic. Validitas*, omnino videnda, ibi: *Ideoque Abbatem dicti Monaſterii eſſe verum Rectorem Eccleſiæ unitæ; Vicarium verò ab ea deputatum, eſſe nudum miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amovibilem.* Ubi ego ipſe, *in Annotat. §. 1. In una Burgenſi Vnionis de Arredondo, 23. Februarii, & 3. Iunii 1643. coram Ghiſlerio, las 7. y 8. ubi proximè. In Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 28. Martii 1659. coram Albergato, la 9. & in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 28. Novembris 1664. coram Veroſpio, la 12. & in eadem 19. Iunii 1665. coram Otalora, la 15.* & rurſus *in dicta cauſa, 7. Iunii 1666. coram Eminentiſſ. Cerro*, ſignanter *verſic. 1.* ibi: *Declaratum fuit, Vicarium ſæcularem, ſive Regularem, poſſe ad libitum Abbatis amoveri.* Et iterum *verſic. 2.* ibi: *utique ad ejus Abbatem ſpectare debet jus deputandi Vicarium... Et quidem cum facultate illum ad nutum amovendi.* Ubi ego ipſe *in addit. & annot. dixi, num. 4. & 5.* poſt dicta Commentaria *ad deciſ. 16. pag. 52.* Et *in eadem cauſa, coram eodem, 23. Maii 1667. verſic. 1.* ibi: *ac poſſe Vicarium, etiam ſæcularem, ad libitum Abbatis amoveri.* Eſt ibidem *la 17.* ubi ego *in addit. num. 6.* 21.

Pro minoris argumenti principalis probatione, facit quod, etiamſi 22.

Religioſi

Religioſi habeant Eccleſias Parochiales ſuis Conventibus, quoad ſpiritualia, & temporalia unitas, non à Papa, ſed ab Epiſcopo, non eſt illi licitum, & permiſſum, Religioſum in aliqua illarum, pro curæ exercitio præpoſitum, removere. Quod utique planè conſtat *ex præcitato cap. Viſis, et* l. 16. *quæſt.* 2. ibi: *Quomodo poſſeſſoris jura cognoſcentur, & ſuarum rerum ſibi tributa reddentur, ubi quod ſuum eſt, per alterum datur, & cum voluerit aufertur? Humani moris illum vereri, cujus judicio, & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Unde fit, ut in partem Epiſcopi ad ſerviendum Sacerdos proclivior fiat: & ſic Epiſcopus quod ſanctè, & religioſe dederat, quadam ſimulata authoritate ad ſe trahat.* Hæc, & alia Papa Joannes, in terminis Eccleſiarum Monachis ab Epiſcopis conceſſarum. Et hæc pro ratione à Pellizario tacta, pro ſua, & noſtra reſolutione hic, & *in Quæſt. Paſtoralib. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 6. dicta ſufficiant.

23. Secundum dicti Authoris fundamentum, pro eadem fundanda reſolutione, Declaratio fuit Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium, *in una Mediolanenſi*, edita *anno Domini* 1613. cujus meminit *dicto tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *ſub num.* 113. *verſic. Addit Marchinus. pag.* 359. non tamen illam recenſet.

24. Huic Declarationi, pro ulteriori probatione reſponſionis, alias addo à Sacra Congregatione S. Concilii Tridentini Interpretum editas, in quibus excluditur Epiſcopus à Viſitatione Eccleſiarum Regularibus unitarum, & per Regulares deſervitarum: ac per neceſſarium conſequens excluditur à facultate corrigendi, puniendi, & removendi Religioſos, pro exercitio curæ animarum dictarum Eccleſiarum à Prælatis Monaſteriorum, quibus illæ unitæ reperiuntur, nominatos, ſeu appoſitos, vel inſtitutos: quia Viſitatio, cùm ſit actus juriſdictionalis, Aſcan. Tamburinus *de Iure Abbatum, tom.* 1. *diſput.* 15. *quæſt.* 9. *num.* 27. ex Rota *coram Seraphino, deciſ.* 475. *num.* 1. *deciſ.* 615. *num.* 2. & *deciſ.* 1008. *num.* 4. *coram Mantica deciſ.* 322. *num.* 14. *coram Ludoviſio, poſtea Gregorio XV. deciſ.* 4. *num.* 4. & *deciſ.* 304. *num.* 4. & *coram Burato deciſ.* 504. *num.* 1. & ex aliis per Ferentill. *ibi, ſub littera A,* Joannes Bapt. Lezana *tom.* 2. *QQ. Regular. part.* 4. *verbo Viſitator, num.* 2. Berti *in Praxi Crimin. tit.* 4. *cap.* 1. *n.* 6. & ordinetur ad corrigenda, & punienda delinquentium delicta, ut praxis univerſalis teſtatur, & docet Berti *dicto cap.* 1. *num.* 1. & communiter Doctores. Immò & dictus Author, *eodem tit.* 4. *cap.* 22. *num.* 1. ait, viſitationem pro punitione ſumi. Verba ejus reddo: Nec poterit quis meritò mirari, pro eo, quod dicemus, quod viſitare, in Sacra Scriptura accipiatur pro punire. Nam legimus hac præciſa forma verborum uſum ibi fuiſſe Deum ipſum, dum loqueretur de tranſgreſſorum præceptorum ſuorum ultione juſtiſſima facienda per ipſum, videlicet *Exodi cap.* 20. *in princ. Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem eorum, qui me oderunt.* Conſequenter ſi viſitare Eccleſias Regularibus unitas, & Religioſos in eis curam animarum exercentes, Epiſcopo prohibitum invenerimus, non poſſe illos à dicto exercitio removere, pro comperto erit.

In primis noſter Magiſter Petrus 25.
Marcilla, *in decreta S. Concilii Tridentini, lib.* 4. *tit. de Accuſationibus, ſuper cap.* 4. *de Reformat. ſeſſionis* 7. *verſic. Quomodolibet exemptas, pag. mihi* 538. refert hanc quæſtionem S. Congregationi dicti Concilii propoſitam, & ejus reſolutionem, videlicet: *An Epiſcopus viſitare poſſit Eccleſias, quas Abbas Sancti Benedicti in ejus diœceſi ſitas habet? Congregatio, poſſe ex hoc Decreto, ſi modò in eis cura animarum exerceatur per Sacerdotes ſæculares.* Eandem refert Aug. Barboſa *in Collectanea in dictum caput Concilii, num.* 11. ex Armendariz *in Addition. ad Recopilat. legum Regni Navarræ, lib.* 1. *tit.* 6. *de Viſitat. l.* 5. §. 2. *num.* 87. Ex ea quidem manifeſtè convincitur, viſitare dictas Eccleſias, ſi in eis cura animarum exerceatur, non per Clericos ſæculares, ſed per Monachos, Epiſcopum minimè poſſe. Ratio; quia dictio, *Si*, conditionem importat. Azorius *Inſtitutionum Moral. part.* 1. *libro* 5. *cap.* 24. *quæſt.* 1. Peyrinus *de Privileg. tom.* 1. *ad Conſtitut.* 1. *Sixti Quarti, num.* 5. Aug. Barboſa *tract. de Dictionib.*

ctionib. dict. 364. *num.* 1. maximè juncta verbo futuri temporis, *ex l.* 1. & DD. *ibi, ff. de Conditionibus, & demonſtrationibus*, & *ex l. Quibus diebus*, §. *Quidam Titio, ff. eod. tit.* & *l. Quis, ff. de Verborum obligation.* Bartolo, Jaſone, & aliis. Conditio autem formam non levem inducit, qua omiſſa, diſpoſitio non ſortitur effectum. Idem Barboſa *tractat. de Axiomatib. axiom.* 48. *num.* 1. ex *l. Qui hæredi, l. Mævius, ff. de Conditionib. & demonſtration.* Tiraquel. Menochio, Sanchez, & pluribus aliis, ac S. Rota citatis. Quò loci plura *num.* 2. & 3. addit obſervatione digna, & præfatæ S. Congregationis Declarationi adaptabilia. Et *in dicta dictione* 364. *n.* 4. in ſpecie ait: Illud advertete oportet, quod conditio reſultans ex hac dictione, *Si*, inducit formam ſecundùm Baldum *in Authent. Matri, & Aviæ, C. Quando mulier effic. tutor.* Ruinum *conſil.* 199. *num.* 1. *volum.* 1. &c. Forma autem cùm det eſſe rei, uti dixi in Commentariis *ad Conſtit.* 15. *num.* 7. *verſic. Actus igitur*, ex *l. Divus, ff. de in integrum reſtit. Clement.* 1. de Rebus Eccleſiæ non alienandis, ex Decio, Tuſcho, & Raggio; ſi illa non ſervatur, quæ apponitur in diſpoſitione, corruit omninò actus. Ibidem cum pluribus dixi. Si ergo cura animarum exerceatur in Eccleſiis, quas Abbas habet S. Benedicti in Diœceſi, per Monachos, & non per Clericos ſæculares, illas Epiſcopus viſitare non poterit, & per conſequens, nec removere, aut aliàs punire Monachos illam exercentes, ſi negligentes reperti fuerint in curæ exercitio.

26. Secundò recenſet Mag. Petrus Vincentius Marcilla *loco citato*, aliam S. Congregationis Concilii Tridentini Interpretum, non conditione appoſita, ſed diſpoſitione abſoluta prolatam. Hujuſmodi illa. *Epiſcopus poteſt viſitare omnes Parochiales ſuæ Diœceſis, in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, licèt Eccleſiæ ſint Regularibus ſubjectæ.* Ex qua etiam concluſio noſtra probatur. Quia S. Congregatio, ſi voluiſſet comprehendere Sacerdotes Regulares, illos expreſſiſſet, & non expreſſiſſet, uti expreſſit ſolum ſæculares. Unde Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 36. *art.* 3. *verſic. Sed his*, recenſitis verbis Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de reformat. Eadem etiam in iis Eccleſiis ſæcularibus obſerventur*, ait: Quæ verba apertè indicant contrarium eſſe in Eccleſiis Regularibus, ſecundum notiſſimam Juris regulam, quod ſcilicet, *expreſſio unius, ſit excluſio alterius.*

In verſiculo, *Cura animarum*, idem 27.
Marcilla aliam recenſet Cardinalium Declarationem ſub hoc tenore. *Etiamſi Eccleſiæ ſint Regularium, quando cura exercetur per Sacerdotes ſæculares, comprehenduntur Eccleſiæ ſæculares; tametſi ad Regulares illæ pertineant, & ab eis dependeant, dum per ſæculares illis deſerviatur.* Similes Declarationes S. Congregationis Concilii refert Barboſa *in dicta Collectanea capitis quarti, num.* 2. & 12. & *de Officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 74. *n.* 12. ex Armendariz *dicto tit.* 6. *l.* 5. *num.* 3. & 88. Ad quid ergo in tot Declarationibus, tanta repetitio clauſulæ, *per Sacerdotes ſæculares?* Numquid myſterio iſta repetitio caret? Minimè quidem. Quia licet taciti, & expreſſi idem ſit regulariter judicium, uti Barboſa *axiomat.* 218. *num.* 1. *ex l. Cum quid, ff. Si certum petatur, l. Si filiusfamilias, ff. eod. tit. l. fin. ff. de legatis* 2. *l. Item quia, ff. de Pactis*, & *l. ult. C. Qui bonis cedere poſſunt*, Federic. de Senis *conſil.* 100. Covarr. *in cap. Quamvis pactum, de Pactum, in* 6. *part.* 2. *in initio, num.* 6. *in med.* & alii; hæc tamen regula locum habet, quando tacitum includitur in natura expreſſi, ſicut eſt ſi non ſit de natura expreſſi, nec inducatur ſub expreſſo. Ita intelligit regulam axiomatis dictus Barboſa *ibidem, num.* 2. cum Mar. Antonino *Variarum Reſolution. lib.* 2. *reſolut.* 57. *num.* 72. At Monachi, & alii Religioſi, in odioſis, qualis eſt facultas per S. Concilium Trident. Epiſcopis ad viſitandas Eccleſias Parochiales ſuæ Diœceſis, licèt illæ ſint Regularibus ſubjectæ, attributa, & conceſſa, non includuntur in natura Clericorum Sæcularium, nec veniunt ſub eorum nomine, cum Urbanus Papa, relatus *in cap. Duæ ſunt, el* 2. 19. *quæſt.* 2. diſponat, quod Clericus ſæcularis, qui Monachorum propoſitum appetit, etiam invito Epiſcopo ſuſcipiatur; quod certè Religioſis non permittitur viris, ut ſcilicet à cœtu Monachali,

chali ad cœtum Clericorum ſæcularium tranſire valeant, uti dixi in Commentariis *ad conſtitut. 6. n.340.* & Peyrinus *tom.2.de Prælato, quæſt.3. cap.1. §.2. num.84.* eo quòd tranſitus ſit ſemper de minori ad majus; ſtatus autem Religioſus, ait *ibi, & in Formulario Prælatorum, litt.P, cap. 16. num.4.* major, & nobilior eſt, ac dignior ſtatu, ordine, & cœtu Clericorum ſæcularium, ob ea quæ utrobique addit. Ergo in dicta Conciliari diſpoſitione, Religioſis odioſa, & pœnali, ipſi Religioſi non includuntur in natura Clericorum ſæcularium, nec inducuntur ſub iſtorum expreſſione: ac per conſequens, non erit idem judicium taciti, & expreſſi.

28. Præterquam quod, ubi requiritur expreſſum, tacitum non ſufficit: dictus Barboſa *axiom.89. n.1.* ex *cap.2. de Præbendis, & cap. ult. de Procuratoribus, in 6.* Federico de Senis *conſil.233. colum.2. verſic. Sed ubi requiritur*, Tuſcho *tom. 3. lit. E, concl.654. per totam*, Cabedo Luſitano *deciſ.12. num.2.* & Valaſco *de Partitionib. c.14. num.18.* At lex, maximè pœnalis, ad hoc ut obliget ad aliquid, illud exprimere debet, & idem eſt ad hoc, ut hos aut illos liget: tum quia à verbis legis recedendum non eſt, ſicut nec à verbis privilegii, *cap. Porro, de Privilegiis*, & *cap. Ad audientiam, el 12. de Decimis*, ubi Gloſſa *verbo Intelligeremus*: argumentum, quod à forma verborum (ait) non eſt recedendum ſine certa ſcientia, *31. diſt. Omninò, ff.de legatis 3. Non aliter, &c.* Illam, & plures alios recenſui, & ſequutus fui in Diſquiſit. *tom.2. diſq.11. dub.2. num.14.* Tum etiam, quia ſi lex Concilii Tridentini, & S. Congregatio illius Interpres, in ejus Declaratione comprehendere voluiſſet Parochos Religioſos, illos exprimeret, ſicut expreſſit Clericos ſæculares S.Congregatio. Et hac ex cauſa dixi in Commentariis *ad conſtitut. 6. num. 802.* Abbates, & alios Prælatos Regulares Conventibus præpoſitos, non ligari diſpoſitione capitis *Licet canon, el 14. de Electione in 6.* decernentis irritam ipſo jure collationem Eccleſiæ Parochialis factam annum 25. non attingenti: ex Gloſſa *in cap. Si pro Clericis, verbo Promoveri, el 8. de Præbendis, eod. lib.* & ex S. Rota *in Tullenſi Monaſterii, 17. Maii 1597. coram Pennia, num.4. la 24. apud Tamburin. de Iure Abbat. tom.3.* nec arctari dictos Abbates, & Prælatos ad pœnam privationis etiam ipſo jure inflictam *in cap. Vt Abbates, el 1. de ætate, & qualitate:* & *in cap. Cùm in cunctis, §.Inferiora, de Electione*; ſed ſub eadem per ſententiam inferenda, juxta dictam Rotæ Deciſionem: nec tandem ſub eadem pœna ipſo jure incurrenda, compellitur Abbas intra annum Sacerdotium ſuſcipere, in vim Clementinæ *Ne in agro Dominico, §.Cæterùm, de ſtatu Monachorum*; licet compellatur Prior Conventualis. Sed ut hæc omnia melius percipiantur, & probentur, libet ex dicta Deciſione, quod expediat, & ſufficiat recenſere.

Quæſivi... an idem Abbas, ob non promotionem ad ſacros Ordines, eſſet ipſo jure Abbatia privatus, aut ſaltem per ſententiam veniret privandus? 29.

Et Domini, utraque parte informante, neque ipſo jure fuiſſe privatum, nec venire privandum, cenſuerunt. Nam ex Juribus, quibus id ſuaderi poſſe videbatur, nempe *cap. 1. de ætate, & qualitate, cap. Cùm in cunctis, §.Inferiora, de electione, cap. licèt Canon, eod. tit. lib.6. Clementina Ne in agro, §. Cæterùm, de ſtatu Monachor.* non poterat id legitimè concludi.

Quoniam *cap.1. de ætate, & qualit.* non inducit privationem ipſo jure; ſed procedit juxta terminos capitis *Cùm in cunctis, §.inferiora, de electione*, nempe in privatione per ſententiam; monitione tamen præcedente. Gloſſa *in dicto cap. 1. in verbo Fiant, & in §.Inferiora, in verbo Canonibus*, ubi Antonius de Butrio *n.6.* Rota *deciſ. 3. de Pœnis, in antiquis.* Geminianus *conſil.131. num.1. & ſeq.* & Federicus de Senis *conſil.28.* quod incipit, *Caſus.* 30

Caput *Cum in cunctis, §.Inferiora*, licèt comprehendat Abbates, ut notavit Panormitanus *in dicto §.inferiora, num.3.* non tamen operatur privationem ipſo jure, nec per ſententiam, ſine prævia Epiſcopi monitione, *dict. §.inferiora*, Rebuffus *in Praxi,* 31.

Praxi benefic. tit. de non promotis infrà annum, num. 25.

32. Caput *Licet Canon*, ſtrictè procedit in Eccleſiis Parochialibus, & earum Curatis, ſeu Rectoribus actu curam adminiſtrantibus, de quibus loquitur *in dicto §. Inferiora.* Gloſſa *in dicto cap. Licet canon, in verbo Parochialibus*, Geminianus *in d. conſil.* 131. *num.* 1. *& ſeq.* Rota *dicta deciſ.* 3. *de Pœnis, in antiquis:* Joannes Andreas *in cap. Statutum, num.* 2. *circa medium, de Electione, lib.* 6. latè Rebuffus *in Praxi, dicto tit. de non promotis infra annum, num.* 21. 27. *&* 60.

33. Rurſus *cap. Licet canon*, non habere locum in Prælatis Collegiatarum, declarat *cap. Statutum, eod. tit. de Electione, lib.* 6. neque in illis, qui non exercent curam per ſe ipſos, docent ibidem communiter Canoniſtæ, & Vital. *in Clement.* 1. *num.* 27. *de Offic. Vicarii*, & *in Clement. Ne in agro, §. Cæterùm, num.* 37.

34. Omnis ergo difficultas verſabatur circa intellectum *dictæ Clementinæ Ne in agro, §. Cæterum*, quam ideo huic Abbati Nicolao non obſtare pronunciatum: quia illius diſpoſitionem locum habere ſolum in Priori Conventuali, habente curam animarum, & perſonarum, tam in foro pœnitentiali, quàm judiciali; non autem in Abbate, præſertim Commendatario, cujus perſona remanet ſub diſpoſitione *dicti §. Inferiora*, cenſuerunt Federicus de Sena *conſil.* 25. *num....* Rebuffus *præcit. loco, num.* 21. *&* 22.

35. Cui intellectui ſuffragabatur ſeries verborum dictæ Clementinæ, quæ multis in locis, tam ante, quam poſt dictum §. *Cæterum*, quando voluit comprehendere Abbates, illos explicitè nominavit, ut *in §. Rurſus, & §. ſequenti*, & *§. Si quis, & in §. Ad ampliationem:* at *in §. Cæterum*, omiſſa mentione de Abbate, Priorem tantum expreſſit: Ergo ibi de Abbate diſponere noluit; quia ſi voluiſſet, ſimpliciter expreſſiſſet. Alexander *conſ.* 38. *num.* 8. *lib.* 6. Gabriel *conſ.* 79. *num.* 28. *lib.* 1. Et cùm agatur de pœnalibus, non eſt facienda extenſio de perſona unius qualitatis, ad aliam habentem diverſam qualitatem, &c.

36. Hæc S. Rota, quo nihil opportunius, efficaciuſque adduci poteſt, pro firmando Declarationes S. Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum, *num.* 25. *& ſeqq.* à me recenſitas, non comprehendere Religioſos curam animarum exercentes, ſed ſolum Clericos ſæculares, quos tantum exprimit; non autem illos, qui cum ſint perſonæ diverſæ qualitatis, & agatur de materia pœnali, non poteſt extendi ad illas diſpoſitio Declarationis, in qua, omiſſa mentione Religioſorum, tantum expreſſit Clericos ſæculares, qui ſunt diverſæ qualitatis; & ſi Religioſos voluiſſet comprehendere, illos explicitè nominaſſet. Dictis tamen Declarationibus Sacræ Congregationis non obſtantibus, tenendum cenſeo, Epiſcopum viſitare, corrigere, & punire poſſe Regularem Parochum Eccleſiæ ſuo unitæ Monaſterio, ob alias Declarationes, & Decreta expreſſe Epiſcopis concedentia facultatem viſitandi Regulares, curam ſæcularium perſonarum exercentes, in his, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant: de quo inferius redibit ſermo. Et hæc pro dubio ſecundo dicta ſufficiant.

Dvbivm III.

Tertiò dubitatur: *An Epiſcopus viſitare poſſit Regularem, ut Parochum, vel Vicarium, in Eccleſia ſuo Monaſterio unita inſervientem, aut in aliis Eccleſiis exemptis?* 37.

Duplex eſt circa hanc difficultatem ſententia, & utrinque multos, ac nobiles pro ſe habet defenſores, & Patronos. Affirmativam tenent noſter Aſcanius Tamburinus *tom.* 4. *de Iure Abbatiſſarum, diſp.* 17. *quæſt.* 3. *num.* 3. *verſic. Poteſt Epiſcopus*, Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 74. *num.* 20. qui tamen *num.* 21. limitat dicendo: *Quando verò conſtaret de aliqua præſcriptione, vel exemptione, non poteſt Epiſcopus viſitare.* Tenet etiam Joannes Baptiſt. Lezana *tomo* 1. *Summæ Quæſt. Regul. part.* 2. *cap.* 18. *num.* 9. Barth. Gavantus *in Manuali Epiſcop. verbo Viſitatio Epiſcopi, n.* 10. 13. 14. & *n.* 52. quatenus refert deciſum 27. Auguſti 1577. à S. Epiſcoporum Congregatione, quod contribuant procurationi viſitationis ii Regulares, qui

Paro

Parochialem Eccleſiam Conventui unitam habent. Pro eadem ſententia referuntur Marcus Antonius de Amatis *deciſ.*89. *num.*4. Campanil. *in diverſ. Iuris Canonici, rubrica* 12. *cap.*13. *num.*51. & Marius Antoninus *Variar. reſolutionum lib.*1. *reſol.*112. *caſu* 50. *prope finem.* Riccius *in Praxi Aurea, reſol.*176. Sed eſt mente tenenda doctrina Lezanæ *loco citato, num.*26. quæ hujuſmodi eſt. Hinc declaratum dicitur à S.Congreg. Conc. Canonicum Regularem juſſu ſui Superioris degentem in ædibus Parochialis Eccleſiæ Congregationi unitæ, in qua curam animarum exercet, & Sacramenta adminiſtrat, ſi delictum non concernens curam animarum, nec adminiſtrationem Sacramentorum commiſerit, non poſſe ab Epiſcopo puniri vigore decreti Concilii *cap.* 3. *ſeſſ.*6. Barboſa *in collect. Bullar.*verbo *Canonici Regul.*15. Quod etiam videtur dicendum de aliis Regularibus ſervientibus ſimilibus Parochiis, juxta dicta *tom.*1.*cap.*12. *n.*8. Hæc Lezana. Barboſa *in collectan. in Conc. ſeſſ.*25. *de Regular. cap.*11. *n.*21. ait: Regularem verò delinquentem extra Sacramentorum adminiſtrationem, & curam animarum, non ab Epiſcopo, ſed à ſuis Superioribus puniri, referunt deciſum Galetus *in Margarita caſuum conſcientiæ*, verbo *Parochus* 3. Aloyſ. Riccius *in Praxi aurea, reſol.*513. *num.*2. *& reſol.*632.

38. Hæc ſententia probatur *primò*, ex *cap. Decretum eſt, el* 3. 10. *quæſt.*1. ex *Conc.*2. *Cabilonenſi*, deſumpto, in quo ſic habetur: *Decretum eſt, ut omnes Eccleſiæ, cum dotibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis juribus, in Epiſcopi poteſtate conſiſtant, atque ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.* Ex quo certè textu evidenter colligitur, Epiſcopum viſitare poſſe Eccleſias Monaſteriis unitas intra ſuam Diœceſim exiſtentes, & Regulares, Vicarios in illis, & in aliis exemptis agentes, cùm habeat omnes Eccleſias Diœceſis ſibi ſubjectas, qui tanquam Ordinarius poteſt caſtigare, punire, coërcere, & inquirere contra malefactores, juxta *caput Pernicioſam, el* 1. *de Officio Iudic. Ordinarii*, & Doctores ibi.

39. *Secundò* probatur ex *cap. Decrevimus, el* 10. *dictæ cauſæ* 10. *& quæſt.*1. *cap. Relata, & cap. Placuit*, 9. & 12. *ejuſdem cauſæ, & q.* decernentibus, quod Epiſcopus tenetur quolibet anno Eccleſias in ſua Diœceſi conſtitutas viſitare, & ſi aliqua viderit, quæ reparatione indigent, reparari jubere.

40. *Tertiò* probatur ex Concilio Trident. *ſeſſ.*7. *de Reformat. cap.*8. prout ſequitur ſtatuente: *Locorum Ordinarii Eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas, authoritate Apoſtolica, ſingulis annis viſitare teneantur, & opportunis juris remediis providere, ut quæ reparatione indigent, reparentur: & cura animarum, ſi qua illis imminеat, aliiſque debitis obſequiis minimè defraudentur: appellationibus, privilegiis, conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præſcriptis, Iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus excluſis.*

41. *Quartò* probatur ex eodem Trid. *ſeſſ.*25. *de Regularib. cap.*11. ſic decernente. *In Monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ, tam Regulares, quàm ſæculares hujuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in his quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſunt ſita.*

42. *Quintò* probatur dicta ſententia ex variis Declarationibus S.Congregat. Eminentiſſimorum S. R. E. Cardinalium. In primis enim poteſt Epiſcopus viſitare dignitatem exemptam, in concernentibus curam animarum illi annexam. Ita ex Aldano *in compendio Canonic. Reſolutionum, lib.*1. *tit.*7. *num.*5. refert deciſum *in Burgenſi*, 18. *Auguſti* 1628. Auguſtinus Barboſa *in Collect. in Concilium Trid. ſeſſ.*7. *cap.*8. *num.*8.

43. Secundò refert *loco citato, num.*9. & *tom.*3. *de Poteſtate Epiſcopi, allegat.*74. *num.*14. ex Armendariz *in Addit. ad recopilat legum Navarræ, tit.* 6. *num.* 85. fuiſſe reſolutum, Eccleſias curatas unitas Monaſteriis, poſſe Epiſcopum Ordinarium loci viſitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, ſive temporaneos, prout ei expedire videbitur.

44. Tertiò refert in dicta Collectanea, *num.* 10. ex eodem Armendariz, ubi proximè, *num.* 86. posse Episcopum visitare Ecclesias exemptas, inferioribus Prælatis subjectas.

45. Quartò refert *num.* 13. ex Armendariz *num.* 89. & *in d. allegat.* 74. *num.* 12. posse Episcopum visitare omnes Parochiales suæ Diœcesis, etiamsi Monasteria prætenderent habere jurisdictionem spiritualem immutabilem in locis, ubi dictæ Ecclesiæ sitæ sunt.

46. Quintò refert *num.* 17. ex dicto Armendariz *loco cit. tit.* 6. *de Visitation. num.* 95. Ecclesias Parochiales unitas Monasteriis, quæ sunt capita Ordinum, ab Ordinariis visitari debere, ut est resolutum.

47. Sextò refert *num.* 23. ex Aldano *in Compendio Resolution. Canonicar. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 7. fuisse resolutum *in Veronensi*, 28. *Iulii* 1628. posse Episcopum visitare tanquam delegatum Sedis Apostolicæ Parochialem subjectam Monachis Olivetanis, & hoc debere exprimere: & Abbatem cumulativè posse concedere Decreta cum Episcopo; sed quatenus sint contraria, prævalere debere Episcopi decreta.

48. Septimò refert dictus Barbosa *in collect. in sess.* 25. *de Regularibus, c.* 11. *num.* 3. ex eodem Aldano *lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 38. fuisse decisum *in Augustana*, 26. *Iunii* 1627. Rectores, seu Parochos in Ecclesiis S. Joannis Hierosolymitani curam animarum sæcularium exercentes, subesse in omnibus, visitationi, correctioni, & jurisdictioni Episcopi, in iis, quæ concernunt curam, & Sacramentorum administrationem.

49. Similiter refert ex Steph. Dalvin *de Potest. Episcop. & Abbat. cap.* 14. *num.* 1. Parochiales unitas Monasteriis, quæ jurisdictionem habent, Ordinarios visitare posse, & personas tantùm quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent. Plures alias declarationes S. Congregationis adducit Barbosa *in d. cap.* 11. *sess.* 25. *de Regularibus.* Et denique refert Constitutionem Gregorii Papæ XV. de exemptorum privilegiis, incipit, *Inscrutabili*, editam Nonis Februarii 1622. in qua sic statuit. *Hac generali, ac perpetuò valitura constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, ut deinceps, tam Regulares, quàm sæculares quomodolibet exempti, sive animarum curam personarum sæcularium Monasteriis, seu Domibus Regularibus, aut quibusvis aliis Ecclesiis, vel beneficiis, sive Regularibus, sive sæcularibus incumbentem exerceant, sive alias Ecclesiastica Sacramenta, aut unum ex illis ministrent, prævia Episcopi licentia, & approbatione, sive quoquo modo in dicta curæ exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel alicujus ex illis administratione de facto absque ulla authoritate se ingerant, in his, quæ ejusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnmodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni diœcesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, plenè in omnibus subjiciantur.* Hactenus dicta constitutio.

51. Super qua S. Congregatio Concilii, inter alias Declarationes, Urbano Octavo approbante, sequentem edidit, quas idem Barbosa testatur se authenticas, & originales vidisse. Videlicet,

Eam nequaquam subjicere Regulares exemptos, quibus cura animarum sæcularium non incumbit, Episcoporum jurisdictioni, in his, quæ Sacramentorum administrationem concernunt, nisi cum in Sacramentis personis sæcularibus administrandis, iidem Regulares delinquunt.

52. Sententiam autem negativam tenent Hieronymus Garcia in Politica Regulari, *tom.* 1. *tract.* 8. *difficult.* 3. *dubitat... puncto* 3. *num.* 12. & Bruno Chassaing, Ordinis Minorum Recollectorum, Pœnitentiarius prædictorum Pontificum Gregorii XV. & Urbani VIII. in Ecclesia Lateranensi, *in prima parte privilegiorum Regularium, tract.* 2. *cap.* 2. *proposit.* 3. ubi plura eruditè docet circa facultatem, quam habent Prælati Regulares deputandi Regulares in Vicarios Ecclesiarum suis Monasteriis unitarum, in vim duarum Constitutionum à Pio V. editarum, incipientium *Ad exequendum*, & *Etsi Mendicantium Ordinum*, & deponendi eos, & revocandi eos ad Monasteria, ad suum nutum. Addit tamen: Ad hoc autem, ut licitè, & prudenter fiat revocatio, requiritur aliqua causa rationabi

tionabilis, vel quæcumque utilitas, vel commoditas Religionis, aut Eccleſiæ. Caſu autem, quo conſtaret revocationem malo animo factam fuiſſe, revocati majoris Prælati auxilium implorare poſſent. Sic citatus Archangelus Rom. *verbo Eccleſiarum immunitas*, & Lezana *tom.2. cap.* 17. Quæ certè doctrina veriſſima eſt, juxta à me ipſo tradita *in tract. de Appellationibus, part.2.quæſt.3.n.*111. ubi plura ad rem ſatis opportuna, maximè Sacræ Rotæ Deciſiones cumulavi.

53. Negat igitur Chaſſaing, poſſe Epiſcopum viſitare Religioſum Vicarium in Eccleſia ſui Monaſterii inſervientem, aut in Eccleſiis aliis Parochialibus exemptis Vicarium agentem. Sic enim ait *num.*3. Certum eſt, tribus modis poſſe Regulares Beneficiis Curatis inſervire. I. Tanquam veros Curatos, ut ſunt communiter Canonici Regulares S. Auguſtini in ſuis Parochiis, & Prioratibus à ſuis Monaſteriis dependentibus. II. Ut Curatos, ſeu Vicarios in alienis Parochiis Epiſcopo ſubjectis. III. In alienis à ſuo Ordine Parochiis, ab Epiſcopi tamen juriſdictione exemptis. His poſitis, noſtra propoſitio probatur quoad primam partem. Quoniam ſi juriſdictione in Vicarium Regularem, ſeu Curatum potiretur Epiſcopus, hoc haberet, vel ex parte Eccleſiæ, vel ex parte perſonarum Regularium: ſed nulla juriſdictione potitur in Eccleſiam, & perſonas Regularium, ut ſupra probatum eſt, cum exemptionem pleniſſimam ab illius juriſdictione probaverimus: ergo nulla in dictum Vicarium Regularem, in Eccleſia Parochiali ſui Monaſterii inſervientem, juriſdictione potitur: ergo cum Viſitatio ſit vnus ex præcipuis actibus juriſdictionis Epiſcopalis, non poteſt Epiſcopus talem Regularem viſitare.

54. Secundò, ex Mari magno Fratrum Prædicatorum, expreſſe ab Urbano VIII. confirmato, in quo §.51. ſic habetur: *Cæterum ne ſi ratione Parochialium Eccleſiarum, apud quas eorum Fratres aliquam ſuperioritatem ſibi vendicare tentárunt, Fratrum eorundem quies in aliquo perturbaretur; concedimus eiſdem Fratribus, ut in ſic conceſſis, & quas ei concedi contigerit, Curatis Eccleſiis, poſſint per Capellanum, per eos pro eorum nutu ponendum, & amovendum, curam hujuſmodi exercere: qui quandiu Capellanatus hujuſmodi fungetur officio, ac ſi dicti Ordinis Prædicatorum libertate, & exemptione ubique fruatur, Eccleſiæ verò prædictæ, & illarum bona, illa, qua domus dicti Ordinis, prærogativa lætentur.* Quid clarius? Sic etiam habet antea memorata Bulla, Monaſterio S. Crucis à Martino V. conceſſa.

Objicies I. Tridentinum, quod illo privilegio, tempore poſterius eſt, *ſeſſ.*25. *cap.*11. *de Regularibus*, decernere, quod *in Monaſteriis, ſive domibus virorum, ſeu mulierum, in quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eos, qui ſunt de eorum familia, perſonæ, tam ſæculares, quam Regulares, hujuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in his, quæ ad dictam curam & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus Diœceſi ſunt ſitæ.* Ex quibus videtur colligi, quod Epiſcopus poſſit viſitare hunc Regularem in adminiſtratione Sacramentorum, & animarum cura. 55.

Sed huic argumento Reſpondetur, quod non poteſt judicari de particula alicujus legis, niſi tota lege perſpecta, ut ait quidam Juriſconſultus: unde oportet perlegere totum capitulum Concilii Tridentini, ubi poſtquam dictam clauſulam argumenti poſuit, ſtatim in hæc verba prorumpit, excipiendo ea, quæ ſæquuntur, in hunc modum: *Excepto Monaſterio Cluniacenſi, cum ſuis limitibus: & exceptis etiam his Monaſteriis, ſeu locis, ubi Abbates, Generales, aut Capita Ordinum Sedem ordinariam principalem habent: atque aliis Monaſteriis, ſeu domibus, in quibus Abbates, & alii Regulares Superiores juriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent.* Hæc Concilium. Ex quibus conſtat, ſubſiſtere exemptionem factam in Curatis illorum trium Ordinum, ac etiam aliorum, qui juriſdictione ſpirituali, & temporali in ſua Beneficia Curata potiuntur: & denique in aliis Curatis aliorum 56.

Ordinum, videlicet Mendicantium, & aliorum, qui cum eiſdem Ordinibus in privilegiis communicant.

57. Quocirca, argumento reſpondendo, dicimus: I. illud Decretum non habere clauſulam revocatoriam privilegiorum, ac conſequenter nec illius privilegii: ac proinde privilegium ſtare in ſuo robore. II. Quod licèt Tridentinum illud revocaret, ſubſiſteret tamen privilegium illud, quod Regularis Curatus in Eccleſia ſui Monaſterii, non poſſit viſitari ab Epiſcopo: cum, ut oſtendimus in tractatu de Privilegiis in communi, privilegia Dominicani Ordinis, & ſpecialiter Mare magnum, in quo dictum privilegium continetur expreſsè, fuerint ab Urbano VIII. expreſſe, ut jam ſupra dictum eſt, confirmata, ut antea Pius V. explicando Tridentinum, Bulla ſæpè dicta, *Etſi Mendicantium Ordines*, confirmaverat privilegia à Sixto Quarto, à quo prædictum Mare magnum emanavit, conceſſa.

58. Objicies II. Decretum illud S. Congregationis, quo declaratum eſt, non poſſe Epiſcopum viſitare Eccleſias Regularium, *Quibus non imminet cura animarum*: ergo videtur ſentire, quod poteſt viſitare Eccleſias illorum in quibus imminet cura animarum: ergo & conſequenter Regularem.

Reſpondetur I. id non ſentire S. Congregationem; ſed tantum declarare Dubium, quod illi proponebatur, videlicet: *Num Regularium Eccleſiæ, in quibus non imminet animarum cura, viſitari poſſint ab Epiſcopo*; quocirca illa verba interpoſita, non poſſe obeſſe privilegio.

II. S. Congregationem conformiter ad prædictum Decretum Concilii, ut ibi videbatur, declaraſſe, non in vim decreti, ſed poſita Conſtitutione Gregorii XV. *Inſcrutabili*, quam in Gallia, & Hiſpania non valere alibi diximus.

III. Quod licet ita declaraverit, non eſt tanti ponderis, quod officiat privilegio per Conſtitutionem Apoſtolicam facto, ut ſupra oſtenſum eſt. Accedit, quod non habet clauſulam revocatoriam, & quod illud privilegium, poſt decretum præfatum fuerit confirmatum cum debitis clauſulis derogatoriis, ut dictum eſt.

Ex quibus ſequitur ſecunda propoſitionis pars, videlicet Regularem non ſubjici viſitationi Epiſcopi, ſi fungatur Vicarii, vel Parochi munere in Eccleſia exempta: quoniam ex utroque titulo, ſcilicet exemptione Eccleſiæ, & perſonæ, potitur. 59.

Sequitur ſecundò, non ſubjici Viſitationi Epiſcopi, ſi eodem munere fungatur in Eccleſia non exempta: quoniam licèt ab Epiſcopo viſitetur talis Eccleſia, Parochus, ſeu Vicarius Regularis, cum ſit perſona exempta, ac ſuo Prælato Regulari ſubjecta, ab Epiſcopo viſitari non poteſt, quia non poteſt illum corrigere: ergo nec viſitare; cum viſitatio, ut jam dictum eſt, ſit via ad correctionem. Probabimus autem *in cap. de exemptione à poteſtate coactiva Epiſcopi*, quod Epiſcopus non poſſit hujuſmodi Regularem corrigere. 60.

Quæsitum I.

Petes I. Quid fiet de illo Regulari delinquente, ſi Epiſcopus non poſſit illum viſitare? Reſpondetur, Epiſcopum viſitando Eccleſiam, & paroeciam, poſſe illum per accidens ſic viſitare, & viſitationem factam Prælato ipſius intimare, & inſtare apud illum, ut caſtiget, vel illum Prælato eidem denunciare, ut informet: & inſtare, ut puniat. 61.

Quæsitum II.

Petes II. Si Regularis diſpenſatus à Papa, de conſenſu ſui Prælati Regularis ad dignitatem Epiſcopalem, vel ad Beneficium Parochiale extra ſuum Ordinem poſſidendum, poſſit ille ab Archiepiſcopo ſuo viſitari, & corrigi, & hic à ſuo Epiſcopo? Reſpondetur, quod ſic, quia amplius Ordini, ex quo ſunt aſſumpti, non tenentur: cum ſi reſignent, aut ſua Beneficia dimittant, non obligentur ad illum redire, ſed poſſunt vivere inter cognatos, &c. ut docent Navarrus, & Emmanuel Sà, citati à Millardo *de Sacramento Pœnitentiæ*, *cap.* 33. *inſtit.* 1. *num.* 5. Cumque in odioſis Regularium non participent, nec in favorabilibus, ut eſt exemptio, qua nullus diſpenſatus gaudet, 61.

gaudet, ſicut nec aliis privilegiis, ut Sedes Apoſtolica declaravit. Quocirca dum aliquis Regularis ſit Parochus, aut Vicarius in aliqua Parochia cujuſdam exemptæ, aut non exemptæ Eccleſiæ, attendenda ſunt verba proviſionis; & ſi Papa diſpenſet cum conſenſu Prælati, hunc Regularem poteſt Epiſcopus viſitare, & corrigere, quia in ejus jus tranſit Regularis, cum in perpetuum diſpenſatur ad Beneficium Curatum, ut docet Navarrus *conſilio 6. de Teſtamentis.* Omnia hæc Bruno.

63. Sà autem, quæ ſequuntur docet *verbo Religio, num.* 32. Religioſus de licentia Superioris poteſt fieri Parochus (non autem ſimplex beneficiatus ſine Papæ licentia) ubi, ſi delinquat, non per Epiſcopum, ſed per Prælatum puniendum, quidam cenſent: ego putarim, id ad Epiſcopum pertinere, cui ſit ſubjectus: quod in iis, quæ ad curam animarum ſpectant; certum eſt, ex Conc. Trident. *ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus.* Eſtque ſolutus obſervantiis, quas commodè non poteſt obſervare. Dicunt & quidam, poſſe Abbatem dare, cum populi, & Epiſcopi conſenſu, Monachum in Capellanum Eccleſiæ Parochialis. Hæc Sà *loco citato.*

Pro eo, quod dicit P. Bruno, Conſtitutionem *Inſcrutabili*, Greg. XV. non valere in Hiſpania, libet recenſere Magiſtrum Nicolaum Bravo, & Joannem Baptiſt. Lezanam, eandem firmantes propoſitionem. Nicolaus enim Præfatus Monaſterii Olivenſis Abbas, ſic *in tract. Monaſtico, cap. 23. num.* 12. in ſequentia prorupit: Neque etiam obſtat Conſtitutio quædam Gregorii XV. quæ incipit *Inſcrutabili, &c.* expedita anno 1622. circa gubernium Monialium, & deputationem Confeſſorum, diverſimodè valde diſponens. Nam ob ingentia incommoda inde emergentia, atque etiam inſtante Rege Hiſpaniarum Philippo Quarto, ſuſpenſa fuit omnino ejus executio ab Urbano Octavo, anno 1625. & ſuſpenſionis effectus commiſſus Illuſtriſſimo Nuntio Hiſpaniæ Julio Sachetto, à quo tunc ſolemniter, & juridicè facta eſt Matriti, die 21. Aprilis ejuſdem anni, cujus authenticum inſtrumentum habuimus, quia & prædictæ cauſæ, Religionis nomine, inter alios Prælatos, iiſdem tempore, & loco, aliquam geſſimus partem, dum Abbatis munere fungerer in noſtro Matriti Cœnobio.

Hactenus prædictus Author, cujus atteſtationi, utpote viri religioſiſſimi, doctiſſimi (ut ejus teſtantur Opera) & graviſſimi, integra fides adhiberi debet: maximè cum deponat de actu poprio, & ſit oculatus teſtis, & quidem non ſingularis, cum habeat plures alios graviſſimos, & doctiſſimos viros in eadem depoſitione conteſtes. 64

Magiſter etiam Lezana *tom. 4. Conſulto* 40. inſerto *à num.* 110. *pag. mihi* 236. de Brevi Innocentii X. expedito die 14. Maii 1648. anno 4. ſui Pontificatus, quod etiam exſcribit noſter Angelus Cherubinus *in Bullario Magno Romano, tom. 4. pag.* 286. cum hac inſcriptione: *In cauſa Angelopolitana Juriſdictionis, in Indiis Occidentalibus Novæ Hiſpaniæ*, ſequentia profert. 65.

Circa quod Breve SS. D. N. Innocentii, notatu dignum illud, quod ipſi præponitur, ſcilicet: *Ad futuram rei memoriam*; non enim dicitur, *Ad perpetuam rei memoriam*, ut alibi ſæpè in reſcriptis Pontificum; non ſolùm, quia perpetuum nihil poteſt eſſe ſub ſole, *l. Cum debere, ff. de Servitutibus urbanorum prædiorum*, cum traditis per Molinam *de Primogenit. lib. 1. cap. 4. num.* 15. Sed etiam quia, cum hoc Breve ſit ad inſtantiam partis, quæ poterat proponere multa, quæ non probabantur, non debebat à Sede Apoſtolica emanare Breve, quod obligaret omnes ſemper, aut in perpetuum. Tempus enim perpetuum in infinitum ſe extendit, *l. Purè, in fine, ff. de Exceptionib. l. Fundi, §. Labeo, ff. de Actionibus Empti*, & aliis Juribus, & Doctoribus apud Barboſam *tract. de Dictionib. dict. 254. num. 2. & 3.* Solùm ergo Decreta S. Congregationis in eo Brevi contenta obligant pro tempore, & quouſque ab ipſamet S. Congregatione melius, & exactius informata, aliter proviſum fuerit. 66.

Quod manifeſtè declarat Pontifex illis verbis: *Salva tamen ſemper in præmiſſis authoritate dictæ Congregatio-* 67.

nis. Clauſula etenim, *Salva, &c.* uti *Salvo, &c.* eſt præſervativa juris, ut cenſuit Rota *deciſ.* 610. *in fine*, quam affert Barboſa *de Clauſulis, clauſ.* 139. *num.* 4. & modificat, & limitat Angelus *conſ.* 27. Tuſchus *Practicarum Concluſionum tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 308. *num.* 1.

68. Notandum præterea, Declarationes, & Decreta S. Congregationis, confirmationem, & approbationem à Sanctiſſimo factam, ſolum videri procedere, quantum eſt ex vi hujus Brevis, directè & per ſe pro Epiſcopatu Angelopolitano in Indiis Occidentalibus Novæ Hiſpaniæ, pro quo, & ſedandis controverſiis inter ipſum, & Patres Societatis editum eſt.

69. Ita enim conſtat ex titulo præfixo eidem, ſcilicet: *Breve Sanctiſſimi D. N. Innocentij, in cauſa Angelopolitana Iuriſdictionis in Indiis Occidentalibus Novæ Hiſpaniæ.* Deindè ex toto contextu ipſius Brevis; maximè ex verbis Procœmii: *Cùm ſicut accepimus, aliquæ fuerint ortæ differentiæ inter Venerabilem fratrem Ioannem Epiſcopum, &c. & dilectos filios Clericos Societatis Ieſu, &c.* Adjunctis illis: *Pro ſopiendis differentiis hujuſmodi.* Dixi autem *directè, & per ſe:* quia *indirectè, & per accidens*, aliquæ Declarationes, & Decreta in Brevi contenta, videntur generalia pro aliis Epiſcopis, Epiſcopatibus, & aliis Religionibus à Societate Jeſu, maximè in partibus illis Indiarum.

70. Maximè advertendum, in hujuſmodi Brevi ſupponi, Bullam Gregorii XV. *Inſcrutabili Dei providentia*, non eſſe ſuſpenſam pro Regnis Hiſpaniarum per Urbanum Octavum, in ſpeciali Brevi ſuo edito, quod retuli *ſuprà, num.* 63. Etſi enim, ut eo loco dixi, verè extaret tale Breve Urbani, ſuſpenſivum pro Regnis Hiſpaniarum dictæ Bullæ Gregorii XV. quia illud jam propriis oculis olim videram, ut dixi *tom.* 1. *Summæ, cap.* 19. *num.* 35. & retulerunt Antonius de Hinojoſa, P. Auguſtinus de Bellis, Alphonſus de Carranza, & alii; nihilominus, quia in Regiſtris Papæ Urbani non inveniebatur per tres menſes, quibus ſuper hoc diligentia adhibita eſt, ut teſtatur Joannes Naldus, vir ſingulariter doctus, & in Curia Advocatus, *in informatione ſuper hac cauſa*, §. 59. ideo S. Congregatio in Decretis, & Declarationibus præfatis confirmatis à S. D. N. Innocentio, ſuppoſuit ſemper dictam Bullam Gregorii XV. eſſe in viridi obſervantia in Hiſpaniarum Regnis.

71. Cum verò poſtea repertum fuerit (Deo ſic providente) præfatum Urbani VIII. Breve, nec illud revocatum ab eodem Urbano, aut à S. D. N. Innocentio, cenſendum eſt, manere in ſua vi, & vigore: ac proinde juxta illud in hac & ſimilibus cauſis in Regnis Hiſpaniarum in dies emergentibus judicandum eſſe. Illud propterea hîc apponimus, prout à viro fide digno accepimus. Hucuſque Lezana, poſt quæ immediatè ſubjungit dictum Urbani Octavi Breve ſub eodem tenore, quo illud ego ipſe poſt Deciſiones S. Rotæ exſcribo in Appendice. Idem Lezana *tom.* 3. *ad Mare magnum Prædicatorum*, §. 50. *num.* 159. *in fine*, iterum aſſerit, conſtitutionem Gregorii XV. eſſe pro Regnis Hiſpaniæ ſuſpenſam.

72. Præter præfatos Bravum, Lezanam, Hinojoſam, Bellum, & Carranzam, ab eo allegatos pro ſuſpenſione Bullæ Gregorii XV. pro Hiſpaniarum Regnis, adeſt Doctor Joannes Sanchez Theologus, & Juris utriuſque peritiſſimus, *in ſuis ſelectis, & Practicis Diſputationibus, diſp.* 49. *in fine*, dicens: Poſt hæc ſcripta editum eſt S. D. N. Gregorii Papæ XV. decretum, quo decernit Confeſſarios Monialium, non aliter poſſe earum confeſſiones excipere, niſi approbati ſint ab Epiſcopo Diœceſano. A quo decreto pro parte Regularium habentium Monaſteria Monialium ſibi ſubjecta, ſupplicatum eſt, & credo hactenus non eſſe executioni mandatum. Decretum verò hujus eſt tenoris. *Inſcrutabili Dei providentia, &c.* Hæc Author præfatus, qui uti doctiſſimus, in Curia habitans Matritenſi, & muneribus Examinatoris generalis pro Concionibus, & Confeſſionibus, & Confeſſarii Sanctimonialium Regalis Conventus Incarnationis utens, ſcire benè potuit, quod aſſerit. Unde credo, illum veritatem dixiſſe, & ejus dictum, minimè falſo, nec dubio quidem ſubeſſe.

73. Adſunt & alii, cùm Antoninus Diana *part.* 11. *tractat.* 2. *Miſcellaneo, reſol.* 28.

reſol. 28. circa finem, pag. 71. dicat, de dicta loquens Gregoriana Conſtitutione: Notandum eſt tamen, Doctores Hiſpanos aſſerere, ſupradicta non procedere in Regnis Hiſpaniarum. Et ſtatim ſubjungit Magiſtrum Nicolaum Bravum, prout ſuprà recenſitum relinquo. Dubitat tamen ipſe Diana de ſuſpenſione prædicta, eo quòd Leander Hiſpanus Doctor *tom. 1. de Sacramentis, tract. 5. diſp. 11. quæſt. 46.* adducit Gregorii Conſtitutionem, tanquam in Hiſpania exiſtentem in vigore, & nullam facit mentionem de ſupplicatione Regis, quam adducit Bravus: & ideo ſe veritati, & Hiſpaniæ praxi remittit.

74. Sed redeundo ad reſolutionem dubii principalis propoſiti, ſentio primam ſententiam Tamburini, Barboſæ, Lezanæ, & Gavanti, veram eſſe, dummodo excipiantur Eccleſiæ Monaſterii Cluniacenſis, & earum Vicarii, juxta dicenda ex Tridentino *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11.* & pro illa, præter addùcta *à num. 38. ad num. 51.* produco Decretum S. Congregationis Concilii, pro noſtra Congregatione Caſſinenſi editum, & ab Urbano Papa Octavo approbatum, & confirmatum in forma ſpecifica, & obſervari mandatum per Breve ſuum, hujuſmodi ſub tenore conditum, videlicet:

75. *VRBANVS PAPA VIII.*

Ad futuram rei memoriam.

Alias à Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus, S. Concilii Tridentini Interpretibus ſuper ſubinſerto ſupplici libello, ſibi tunc porrecto, emanavit Decretum tenoris ſubſequentis, videlicet: Illuſtriſſime, & Reverendiſſime Domine. Monaſterium Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinenſis, Civitatis Patavinæ, habet nonnullas Parochiales Eccleſias in eadem Diœceſi, quæ non ſunt unitæ Monaſterio, ſed ſunt Parochiales dependentes ab illo, in quibus dictus Epiſcopus Patavinus dicit Monaſterium fuiſſe ſolitum deputare Presbyteros ſæculares, qui prævio ipſius Epiſcopi examine, & approbatione, curam animarum exercuerunt; ſed ab aliquot annis cœpiſſe deputari unum Monachum, qui ſine ſocio Regulari, & cum ſolo famulo habitat in dicta Parochiali, & curam adminiſtrat etiam ſine Epiſcopi approbatione. Vnde nunc quæritur, an in dictis Parochialibus ab ipſis Monaſteriis quoquo modo dependentibus, non autem unitis, debeat cura animarum exerceri per Monachum, vel Presbyterum ſæcularem ab ipſis Monachis nominatum, & ab Epiſcopo approbatum.

§. I. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partibus auditis, cenſuit, in Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, curam animarum exerceri poſſe, etiam per Monachos ad ſuorum Superiorum nutum amovibiles; ita tamen ut iidem priùs examinentur, & approbentur ab Epiſcopo, ejuſque juriſdictioni ſubjiciantur in his, quæ ad ipſam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent: & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius ſaltem Monachus ejuſdem Ordinis profeſſus, ad præſcriptum Concilii Lateranenſis, ſub Alexandro III. cap. 10.

§. II. Cum autem ſicut dilectus filius Procurator Generalis dictæ Congregationis, Nobis nuper exponi fecit, ipſe Decretum hujuſmodi pro illius firmiori ſubſiſtentia, Apoſtolicæ noſtræ confirmationis patrocinio communiri ſummopere deſideret. Nos eundem Procuratorem generalem ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum forecenſentes, ſupplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porretis inclinati, Decretum prænſertum, cum omnibus, & ſingulis in eo contentis, Apoſtolica authoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes & ſingulos, tam Iuris, quàm facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. III. Decernentes illud, necnon præſentes litteras, valida, firma, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere,

ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. IV. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, Die VI. Septembris M. DC. XXXVIII. Pontificatus noſtri anno decimoſexto.

M. A. Maraldus.

76. Dicta Decretum, & Breve, ut ſupra jacent, ego ipſe reddidi in quarto volumine, in fine Appendicis ad Commentaria Conſtitutionum Apoſtolicarum, poſt Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ, quò loci plura annotanda pro illorum vera intelligentia, memoria digna ſubjunxi, & cumulavi, quæ abs re non erit, (ni fallor,) in præſentiarum recenſere, ex quibus non parum noſtra fulciatur, & illuſtretur reſolutio.

77. In primis enim annotavi Decretum præfatum emanaſſe prævia cauſæ cognitione, auditis in juſtitia, Epiſcopo Diœceſano, & Congregatione Caſſinenſi, partibus hinc inde contendentibus, quod certè importat (ut ibi obſervavi) clauſula illa Decreti, *partibus auditis:* ex qua vim ſententiæ definitivæ obtinuiſſe firmavi.

78. *Secundò* adnotavi illas Eccleſias Parochiales membra dici Monaſteriorum, quæ iſtis ſunt incorporatæ per unionem ad menſam, acceſſoriè, & ſubjectivè, ſeu jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia: de qua unionis ſpecie multa, Deo dante, inferius Lectoribus meis tradam.

79. *Tertiò* adnotavi, non ſolum à Sacra Concilii Congregatione decerni, deputari poſſe Monachos amovibiliter à ſuis Prælatis pro ſervitio Eccleſiarum ſuis Monaſteriis jure pleno unitarum, & incorporatarum, & ſuppreſſivè; ſed etiam pro Eccleſiis unione ſimplici, aut alio quovis modo, ad ſua ſpectantibus Monaſteria: quod ſpecialiſſimum, & menti tenendum videtur.

80. *Quartò* adnotavi, S. Congregationem ſubjicere Monachum, Curam animarum ſæcularium exercentem, Epiſcopi Diœceſani juriſdictioni, in his, quæ ad ipſam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent; non tamen declarat cui Epiſcopi ſubjiciat juriſdictioni, ordinariæ ſcilicet, aut delegatæ, ei per §. Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 7. & ſeſſ. 21. cap. 8. de reformat.* competenti. Ego tamen ibi cenſui, quod ſi Monachus præficitur Eccleſiæ, quæ ſit Monaſterii membrum, eo quòd illi ſit incorporata, & unita ad menſam, ſeu jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad jura Parochialia ſpectantia, ſubjiciatur juriſdictioni delegatæ, non autem ordinariæ, & hoc innixus fui fundamento. Quia Concilium Tridentinum, ſolum concedit Epiſcopo, in Eccleſiis Monaſteriis unitis, juriſdictionem delegatam, ex S. Rota *in Pampilonenſi de Elizondo, 19. Iunii 1665. coram R.P.D. Otalora*, quam produxi *in prædicta Appendice, la 14. num. 2. & in eadem, 7. Iunii 1666. & 23. Martii 1667. coram Eminent. Cerro, las 16. & 17. in priori, num. 2. & num. 10. in poſteriori.* Sacra autem Congregatio, cum ſit Interpres Concilii, in eodem ſenſu loqui cenſetur, in quo illud loquutum fuit. Unde de juriſdictione delegata, non verò de ordinaria intelligi poteſt præſens Congregationis Decretum. Ad quod addidi, & nunc iterum conſultò addo, quod cum Congregatio Caſſinenſis, & noſtra Hiſpana, & hujuſmodi, notoriè exemptæ ſint, non poterunt illarum Monachi, quoad dictam animarum Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, ordinariæ ſubjici Epiſcopi juriſdictioni, abſque expreſſa, & legitima ſuæ exemptionis revocatione, qualis certè nec in prædicto Congregationis Decreto, nec in Urbani quidem Brevi, illius confirmatorio apparet.

81. *Quintò*, hanc confirmationem Decreti S. Congregationis, fuiſſe ex certa ſcientia factam, eo quòd Decreti tenor in ea adſit inſertus, *cap. Venerabilis*

venerabilis, *el* 8. *de Confirmat.* ubi Gloſſa *verbo Inſertus*, Abbas *num.* 2. Barboſa *n.* 2. cum pluribus, quos recenſet Laurent. de Peyrinis *de Privileg. tom.* 1. *ad Conſtit.* 2. *Sixti IV. num.* 3. Thom. Delbene *de Immunit. tom.* 1. *c.* 8. *dub.* 46. *num.* 13. Naldus *verbo Privilegium*, *n.* 15. Raggius *de Regim. Regul. centur.* 2. *tract.* 8. *dubit.* 161. *n.* 1. Petr. ab Angelis *in Spec. Privil. diſp.* 7. *ſect.* 4. *num.* 3. & ego ipſe cum aliis, *in Diſquiſitionibus Moralibus & Canonic. tom.* 2. *diſquiſit.* 11. *dub.* 17. *num.* 169. *& in Commentariis ad Conſtit.* 15. *immediatè poſt eam*, *pag.* 348. *in fine.* Confirmatio autem ex certa ſcientia vim habet novæ conceſſionis ex motu proprio. Barboſa *clauſula* 59. cum Gabriele *de Clauſulis*, *concl.* 1. *n.* 27. Pariſio *conſ.* 3. *num.* 57. *volum.* 4. Moneta *de Commutat. ultimar. volunt. cap.* 5. *num.* 104. & Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *num.* 32. Plures cumulavi *in Diſq. tom.* 1. *tract.* 2. *diſq.* 9. *num.* 20. *& tom.* 2. *diſq.* 11. *dub.* 17. *num.* 161. *cum ſeqq.* Et vim habet conceſſionis, de plenitudine poteſtatis. Barboſa *ubi proximè*, *num.* 2. cum Felino *in cap. Cùm inter*, *n.* 5. *de Exceptionibus*, Pariſio *conſ.* 1. *num.* 42. Alexandro *conſ.* 92. *num.* 31. *& ſeq. lib.* 1. & pluribus aliis.

82. *Sextò*, quod dato, & non conceſſo, quod S. Congregatio non habuiſſet poteſtatem decernendi omnia in ſuo contenta Decreto, ex quo fuerunt ab Urbano ex certa ſcientia confirmata, ab ipſo Papa cenſentur conceſſa, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, maximè accedente clauſula §. 2. appoſita: *Ac omnes, & ſingulos, tam juris, quàm facti defectus.: ſupplemus.*

83. *Septimò* adnotavi, Congregationem noſtram Benedictinam Hiſpanam, ſeu Valliſoletanam, æquè ac Caſſinenſem potiri, & gaudere poſſe prædicto S. Congregationis Concilii decreto, & Urbani confirmatione, pro illius perpetua ſubſiſtentia edita, ex adductis, & adnotatis poſt commentaria *ad deciſ.* 22. *num.* 1.

84. *Octavò*, per clauſulam appoſitam ab Urbano, *Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis*, ſufficienter derogari Decretis Conc. Tridentini. Ita Barboſa *clauſ.* 82. *n.* 14. cum Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellariæ*, *gloſſ.* 6. *num.* 120. Mareſcotto *variar. lib.* 1. *cap.* 19. *ad finem*, *& lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 41. Bonacina *de cenſur. diſp.* 2. *quæſt.* 5. *punct.* 2. *num.* 2. *verſic. Ratio deſumitur.* Martha *de Clauſulis*, *part.* 4. *clauſ.* 14. Stephano Gratiano *tom.* 5. *Diſceptat. cap.* 940. *&* 963. Filliucio *tract.* 16. *num.* 320. Ricciul. *de Iure perſonar. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 16. *lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 6. Deciſiones Rotæ referente. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.* 7. *n.* 177. *& cap.* 11. *n.* 250. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 8. *n.* 87. teſtante, ſic reſpondiſſe S. Congregationem. Sigiſm. à Bononia *de Electione*, *dub.* 5. *num.* 3. Joan. Anton. Maſſobrio *in praxi habendi concurſum*, *requiſit.* 17. *dub.* 4. *num.* 8. Barth. de Vecchis *in Praxi obſervanda in admittend. ad Religionis ſtatum Novitiis*, *diſp.* 6. *dub.* 12. *in fine*, & cum Rota apud Farinac. *deciſ.* 179. *num.* 6. *& deciſ.* 687. *num.* 24. *part.* 2. *recentior. & in Ferentina Penſionis*, 25. *Ianuarii* 1602. *coram Ottembergo*, *impreſſa poſt Marcheſanum*, *part.* 1. *pag.* 535. *in ultima impreſſione.* Et probat idem Barboſa ex eodem Concilio *ſeſſ.* 25. *de Reformatione*, *cap.* 21. dicente: *Poſtremò Sancta Synodus omnia, & ſingula, ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub felicis recordationis Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificibus Maximis in hoc Sacro Concilio ſtatuta ſunt, declarat ita decreta fuiſſe, ut in his ſalva ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe intelligatur.*

Omnia præfata adnotavi loco citato, circa decretum S. Congregationis, & circa Urbani Breve, illius confirmatorium. Ex quibus, quod maximè, & præcipuè facit pro præſenti dubio, & ejus reſolutione, eſt quartò adnotatum, ubi diſtinguimus in Epiſcopis duas juriſdictiones, unam ordinariam, eis ex propria dignitate, munere, & officio competentem; & alteram eis ex Concilii delegatione advenientem. Quod igitur Dubio propoſito reſpondemus, eſt: Epiſcopos poſſe viſitare Regulares, Vicarios Eccleſiarum ſuis Monaſteriis, aut aliis Eccleſiis exemptis unitarum; & in hujuſmodi viſitatione uti poſſe juriſdictione delegata, & illos corrigere, & punire, ſi deliquerint, in his tantùm, quæ ad Curam, & ad Sa- 85.

cramentorum administrationem spectant. Visitatio enim, ad correctionem tendit, & punitionem, sicut & subjectio hujusmodi Regularibus à Sacra injuncta Congregatione Concilii, ibi: *Ejusque jurisdictioni subjiciantur.* Consultò dixi: *In his tantum, quæ ad Curam, & ad Sacramentorum administrationem spectant.* Quia ad hæc tantum extenditur delegatio, & non ad alia, uti ex ipsamet appareret, tam in Decreto suprà reddito, quam in ipso Sacro Concilio, *sess.7. cap.8. & sess.25. de Regularibus, c.11.* uti vidimus *num.*40. & 41. & in constitutione Gregorii XV. de qua *n.*49. & docuimus in QQ. Pastor. *part.1. quæst. 2. divis. 1. num.*9. cum Lezana *tom.1. p.2. cap.*18. *num.*26. ex Declarat. S. Congreg. Conc. 8. Febr. 1601. apud Barbosam *in Sum. Decis. Apost. collect.*102. *num.*7. Laym. *in QQ. Canonicis, quæst.*208. Ibi addidi, posse visitare, quomodo conservetur S. Sacramentum Eucharistiæ, vasa, & paramenta sacra, cum Ascan. Tamburin. *tom.*4. *disp.*17. *quæst.*3. *num.*3. & Barbosa *de Potest. Episc. alleg.*74. *num.*20. ex Rota *coram Seraph. decis.*1067. & ut Calices, & decentia paramenta ad decorem administrationis Sacramentorum provideantur, ex Declarat. Cardin. recensita à Campanili *in Rubric. Iuris Canonici, cap.*13. *num.*49.

86. Ad id, quod Pater Chassaing docet *suprà, num.*53. Episcopum nullam jurisdictionem habere in Ecclesias exemptas, neque in personas Regularium exemptorum, illis inservientium: ex qua præmissa infert, non posse illos visitare, cùm visitatio sit unus ex præcipuis actibus jurisdictionis: respondeo ex numero præcedenti dictis, verum esse, Episcopum non habere respectu exemptorum, jurisdictionem Ordinariam; habere tamen delegatam, ratione cujus visitare potest exemptos, in his tantùm, quæ in delegatione continentur, & non in aliis; licèt in nihilo valeat visitare, jurisdictione utens ordinaria; cùm illa, respectu exemptorum, minimè gaudeat. Unde verum non est, Episcopum nullam jurisdictionem in exemptos habere, cum habeat delegatam, licèt limitatam ad ea, quæ ad Curam, & Sacramentorum administrationem, erga sæculares personas tantum, spectant.

87. Ad id, quod adducitur ex Mari magno Fratrum Prædicatorum, per Urbanum Octavum confirmato, ex eodem respondeo principio, illud nostræ non obstare resolutioni, quia hujusmodi Maris magni concessio intelligi debet, attenta ordinaria jurisdictione, non verò attenta delegata. Et Urbani confirmatio non alterat, aut immutat substantiam concessionis, sed illam in suo esse conservat, & relinquit, ex quo illi sit accessoria: accessorium autem naturam sui principalis sequitur, ut noti juris est. Et quod nostra ista interpretatio juridica sit, & legitima, ex nostris Decreto S. Congregationis, & ejusdem Urbani Brevi, illius confirmatorio, facilè apparet. Quia eadem Cassinensis Congregatio, pro qua utrumque fuit editum, similem obtinuit ab Eugenio IV. concessionem, ex motu proprio, 7. Kalendas Martii 1434. in Bulla 6. Bullarii Congregationis nostræ Vallisoletanæ: immò, ni fallor, ampliorem, cùm dictam Congregationem, ejus Ecclesias, Capellas, & Capellanos earum eximat, *à quorumcunque Legatorum, Delegatorum, Subdelegatorum, Nuntiorum Apostolicorum, Rectorum, & quorumcunque Officialium Romanæ Ecclesiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcunque Iudicum Ordinariorum ditione, authoritate, potestate, dominio, visitatione, & correctione, &c.* Si ergo Capellani, seu Vicarii Ecclesiarum, tali exemptione gaudentes, visitari possunt ab Ordinariis, & eorum jurisdictioni delegatæ subjiciuntur in his, quæ ad Curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, in vim S. Concilii Tridentini, Decreti Eminentissimorum illius Interpretum, & Urbani Octavi Brevis: quare Vicarii Patrum Prædicatorum, & eorum Ecclesiarum Capellani idem onus non sustineant, capere non valeo.

88. Ad id, quod dicitur *num.*56. à Chassaing: dico, locum Concilii Tridentini ibi adductum, solùm habere, illum in Ecclesiis, in quibus inibi mentio fit, & non in aliis, quia exceptio

exceptio illa firmat regulam in contrarium in non exceptis, de quorum numero eſſe debent Eccleſiæ unitæ Monaſteriis, aut aliis Eccleſiis exemptis, quæ Monaſterio Cluniacenſi annexæ non ſint: iſtæ enim excipiuntur in dicto Concilii loco, ſicut Monaſterium ipſum, & alia Monaſteria, & loca, ubi Abbates, Generales, aut Capita Ordinum Sedem principalem habent, ſeu Abbates, & alii Regulares Prælati juriſdictionem habent Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos: de quibus, nec de Curam in eis exercentibus, & Sacramenta miniſtrantibus procedit difficultas dubii propoſiti, ſed de aliis Eccleſiis unitis.

89. Numero 57. dicit P. Bruno, Concilium non habere clauſulam derogatoriam privilegiorum. Ad quod dico ego, cum noſtro Petro Marcilla *in Decretæ Concilii, lib. 4. tit. 7. cap. 18. pag.* 557. ex Sacra Congregatione, hoc Decretum privilegiis non derogare, niſi his tantum, quæ ad Curam animarum, & actualem Sacramentorum adminiſtrationem concernunt. Addo Rotam *in Toletana, ſeu nullius Iuriſdictionis, 26. Martii 1612. coram Pirovano, la 67. penes Tamburin. de Iure Abbat. tom.* 3. ubi *num.* 7. dicit: Et quoad privilegium Clementis VII. per quod conceditur exemptio locis Religionis S. Joannis Hieroſolymitani, etiam à Viſitatione, fuit dictum, comprehenſum eſſe ſub derogatione Concilii *d. ſeſſ. 2. cap. 8. & ſeſſ. 21. cap. 8.* quæ loquitur de locis exemptis: & eadem derogatio habetur in his, quæ ſunt nullius, *cap. 9. ſeſſ. 24.* & eſt ſermo generalis, ibi: *Quibuſcumque privilegiis non obſtantibus*, comprehendens quaſcumque perſonas quantumvis privilegiatas. Tiraquel. *de Retract. conſanguin. §. 1. gloſſ. 14. num. 96.* Sarnenſis *in Proœm. reg. quæſt. 4. col. 4. verſ. Iſtis tamen non obſtantibus.*

90. Addit *eodem num.* 57. P. Bruno, quod licèt Tridentinum revocaverit privilegia hujuſmodi, ſubſiſtat illud, quod Regularis Curatus in Eccleſia ſui Monaſterii, viſitari non poſſit ab Epiſcopo, eo quòd Pius V. explicando Tridentinum in Bulla, *Etſi Mendicantium Ordines*, confirmavit privilegia à Sixto IV. conceſſa, de quorum numero eſt Mare magnum Fratrum Prædicatorum, in quo expreſſe continetur dictum privilegium, quod Urbanus VIII. ultimò confirmavit. Sed ad hoc denuo dico, & reſpondeo, quod *num.* 87. dixi, videlicet hujuſmodi privilegium intelligi de viſitatione Epiſcopi, quà Ordinarii, non quà Delegati. Ex quà certè doctrina fit ſatis iis, quæ ex P. Chaſſaing recenſui *à num.* 58.

Dvbivm IV.

An juriſdictio Epiſcopis attributa per Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus, *circà viſitationem Regularium Curam animarum exercentium, de quà in dubio præcedenti*, num. 55. & 88. *ſit privativa, ita ut impediat Prælatis Regularibus, quibus Eccleſiæ ſunt unitæ, viſitationem illis inſervientium in officio Curati, ſeu Vicariatus; an verò cumulativa?*

Reſpondeo dictam juriſdictionem 91.
Epiſcopis à Concilio Tridentino conceſſam contra Regulares exemptos, Curam animarum ſæcularium in Eccleſiis ſuis Monaſteriis unitis, aut in aliis exemptis gerentes, eſſe cumulativam, non autem privativam. Ita dixi *in 22. Paſt. p. 1. quæſt. 2. diviſ. 1. num. 9. & in Diſq. tom. 2. diſq. 6. dub. 3. num.* 35. & ita *in tom. 1. diſq. 3. dub. 1. §. 1. num.* 25. *pag.* 21. *tractatu* 1. Hæc concluſio probatur ex declaratione Sacræ Congregationis, recenſita à noſtro Petro Marzillæ *in Decreta Concilii, lib. 4. tit. 7. de Accuſationibus, pag. mihi* 559. hujuſmodi ſub tenore. *Congregatio Concilii cenſuit, juriſdictionem tributam Epiſcopo, decreto Concilii*, cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularib. *in perſonas exercentes Curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum in Monaſteriis Regularium, quibus incumbit animarum cura, competere etiam Præpoſitis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus. Item eam juriſdictionem competere Superioribus Regularibus; ceterum ſi Præpoſiti Decreta, hac in re à Superiorum Regularium decretis diſcrepent, prævalere utique, & obſervanda eſſe decreta Præpoſiti.*

Secundò probatur ex S. Rota *in* 92.
Piſcienſi Iuriſdictionis, 25. Iunii 1590. coram Plato, quam refert Barboſa *in*

Collect. DD. in Concil. dicta ſeſſ. 25. cap. 11. per hæc verba: *Facultas ex hoc Decreto data Ordinariis viſitandi perſonas exercentes Curam animarum in Monaſteriis virorum, aut mulierum, intelligitur data cumulativè, non autem privativè ad eam, quæ competit Abbati, & aliis Superioribus Regularibus.* Ita Rota *in Piſcienſi Iuriſdict. 15. Iunii 1590. in eadem 20. Octobris 1593. coram Penia.* Hæc Barboſa. Rota etiam in ea cauſa, *Nullius ſive Piſcienſi Iuriſdict. 24. Novembris 1593.* coram eodem Penia, inter ejus impreſſas, *tom. 1. fol. 336. mihi 143.* ſic ut ſequitur, decidit, & dicit.

93. *Utraque parte informante fuit concluſum, quod expediretur cauſa ad favorem Præpoſiti Piſcienſis, cum declaratione expreſſa, quod juriſdictio quoad Capellam S. Ioannis Baptiſtæ, ſitam in Eccleſia B. Mariæ Caſtri Bugiani, cui cura imminet animarum, in his, quæ concernunt adminiſtrationem Sacramentorum, & quoad perſonam, ſeu perſonas exercentes prædictam Curam, ſpectaret ad Præpoſitum cumulativè cum ea juriſdictione, quæ competit Abbati Monaſterii, cui dicta Eccleſia reperiebatur unita*; nam cùm Concilium Trident. *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 11.* concedat Ordinariis juriſdictionem viſitandi perſonas exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, aut mulierum, *ea in dubio cumulativè, non privativè cenſetur conceſſa*, ita ut Superiores procedere poſſint, ſicut poterant antequam juriſdictio aliis Judicibus delegare tur. Bart. *in l. 1. C. de Offic. Præfecti Urbis, & in l. 1. §. Hoc autem edictum, num. 7. ff. de Novi operis nuntiat. & in l. Sanctio, ff. de Pœnis.* Bald. *in l. unica, §. Ubi autem, num. 6. & 7. C. de Caducit. tollenda.* Aretin. *conſ. 102.* incipit, *Spectabilis Domine,* Anchar. *conſ. 164. num. 5. verſ. Nec ex eo, quod populus.* Decius *conſ. 3. num. 3.* Jaſon *in l. Quod in rerum, §. Si quis poſt, num. 7. & ſeq. ff. de legat. 1.* ubi latè Aretinus. Abbas *in cap. Cæterum, n. 9.* & Felinus *num. 4.* & *ibi* communiter Canoniſtæ, *de Iudiciis.* Cardin. *in Clement. 1. §. 1. num. 4. & 5. de Hæreticis,* Anchar. Geminian. Franchus, & cæteri communiter, *in cap. Per hoc, de Hæreticis, lib. 6.* Plenè Angelus *in l. Teſtamenta, C. de Teſtament.* quem ſolum dicit Aretinus, bene fuiſſe locutum de hac materia, & fuerat reſolutum in hac, coram Illuſtriſſimo Plato, tunc Rotæ Auditore, 15. *Iunii 1590.* Hactenus R. P. D. Penia, cujus Deciſionem ſecuta eſt, & allegavit Rota coram Card. Seraph. *deciſ. 1047. num. 1. & 4.* quanvis dubio procul dicatur ibi edita 20. *Octobris,* Typographi incuria.

Hanc concluſionem, & Deciſionem dictam, datam coram Plato, ſecuta eſt Rota coram Coccino *in Montis Regalis Iuriſdictionis, 27. Novembris 1606. inter ejus impreſſas la 316.* ubi *num. 7.* dicitur: Præterea, licèt in dubio regulariter juriſdictio cenſeatur data cumulativè, non privativè, ut latè per Romanum *d. conſ. 393. num. 1. & ſeq.* & *ibi* Add. Felin. *in d. cap. Paſtoralis, num. 1. & ſeqq.* & tenuit Rota, ex ſententia Illuſtriſſimorum Interpretum Concilii *in cauſa Piſcienſi juriſdictionis, 15. Iunii 1590. coram Illuſtriſſimo Plato*; tamen hæc concluſio intelligitur reſpectu illius, qui jam habet juriſdictionem. Tunc enim ſi alteri concedatur, cenſetur conceſſa cumulativè, niſi appareat de contraria mente concedentis. Et ideo in propoſito non applicatur, quia Domini Archiepiſcopi ſunt ſuffecti in locum Abbatis Monachorum, qui habebat juriſdictionem. Et propterea juriſdictio potuit dari privativè tantum, quia non aderat cum quo daretur cumulativè. Unde concluſum, juriſdictionem ſpectare ad Dominos Archiepiſcopos pro tempore privativè, non cumulativè. Ita Coccinus, poſtquam *num. 6. præcedenti* dixerat: Concluſiones ſunt claræ, quod quando conſtat de mente concedentis, juriſdictio cenſetur data privativè, non cumulativè, ut per Felinum *in cap. Paſtoralis, col. 3. in 1. limitat. de Offic. Iudic. Ordinarii,* Roman. *conſ. 393.* ubi Addent. *in lit. A*, & communem dicit Ferret. *in conſ. 142. num. 15. in principio, lib. 1.* 94.

95. Noſtram concluſionem iſtam tenet Pellizzarius *in Manuali Regular. tom. 2. part. 1. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. quæſt. 7. n. 116.* cum Ceſpedes, Layman *in QQ. Canonicis, quæſt. 208.* ex dicta Deciſ. coram Coccino: & quia per hoc, quod Inquiſitoribus in hæreſis cauſis tribuatur per Bullas Pontificum facultas, non detrahitur Epiſcopi facultati, uti docent Pegna, Farinacius, Palaus,

Palaus, & alii. Et in univerſum, quando alicui particulari Judici conceditur juriſdictio, nunquam ea cenſetur adempta à Judice Ordinario. Tuſchus *verbo Iuriſdictio, concluſ.* 556. & juriſdictio præſumitur conceſſa cumulativè, non privativè. Pax Jord. *de Re judiciaria, tom.* 3. *lib.* 13. *tit.* 2. *n.* 36. ex *l. fin. C. ubi cauſæ fiſcales, l.* 1. *C. de Offic. Præf. Urb.* ubi Bart. Bald. *conſ.* 253. *n.* 5. Rom. *conſ.* 393. *in fin.* per text. quem dicit ſingularem, *in l. Tam collatores, C. de Re militari.* Scrader. *tr. de Feudis, p.* 10. *ſect.* 1. *num.* 125. *allegat.* 30. Peregrinus *in Rubric. de Officio Judicis ordinar. numero* 19. Marta *de Clauſulis, part.* 2. *clauſ.* 7. *Citra præjudicium, num.* 17. *& infra.* Menochius *de Præſumption. lib.* 2. *præſumpt.* 12. *per totam.* Felinus *in cap. Paſtoralis, à num.* 2. *de Officio Ordinarii,* & concordantes apud eos. Latè ego ipſe *in qq. Paſt. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 9. *& Diſquiſit. tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 3. *num.* 35. Cum igitur Epiſcopis conceditur facultas ad viſitandum, corrigendum, & puniendum Regularem Parochum, aut Vicarium Eccleſiarum Regularium, ipſaſque viſitandas, in pertinentibus ad Curam animarum, & Sacramentorum decentiam, & adminiſtrationem, non illa in eiſdem, à Prælatis Regularibus, verè illorum Ordinariis, aufertur. Et ſic tam ipſi, quam Epiſcopi ad præventionem poterunt de Parochorum Regularium cauſis, delinquentium ſcilicet in adminiſtratione Sacramentorum, & animarum cura, cognoſcere, ut docet Pellizzarius *verſ. Addo,* & *verſ. Reſpond. Poſſe :* & *verſ. Addit,* ubi docet cum Ceſpedes hanc doctrinam procedere etiam reſpectu Parochi Regularis Ordinis non exempti : adeoque, ſicut Papa, & Prælatus Regularis, de facto poſſunt punire Regularem exemptum in omnibus, ſic idem procedere de Regularibus non exemptis, reſpectu quorum Epiſcopus, hac in re, habet poteſtatem, ſicut Papa reſpectu exemptorum. Hæc P. Pellizzarius.

96. Et licet à nobis producta, pro concluſionis, & reſponſionis dubii probatione ſuperabundent, libet reddere doctiſſimum Eraſmum à Chokier *in tract. de Iuriſdictione Ordinarii in Exemptos, deque illorum exemptione ab Ordinaria juriſdictione*, ex cujus recenſione ampliùs illuſtrabitur doctrina ſuprà tradita. Author igitur iſte *in lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 22. quartum hoc excitat, & reſolvit Dubium, videlicet. Quartò, dubitatur Utrùm Ordines, qui habent Generalem, ſint exempti ? Dubium movet, quod Ordinum Generales jus dicant, viſitent, corrigant totum Ordinem: quod autem Generalibus conceſſum eſt, Diœceſanis ademptum eſſe Videtur, *argum. l. Dominicus, C. ubi cauſa fiſcales, l. Si duo, ff. de Adminiſtr. tutor.* Unde placuit quibuſdam, ſi Judex deputetur cauſis certæ ſpeciei, quod eæ ex juriſdictione Judicis ordinarii detractæ, & ſemotæ eſſe cenſebuntur. Raphaël Cumanus, Caſtrenſis, & Doctores *l. Quod in rerum, §. Si quis poſt, ff. de Legatis* 1. Vulgatum eſt enim, quod generi per ſpeciem derogetur. Unde voluit Baldus, quod ſpecialis Viſitator deroget generali, *in l.* 1. *ff. de Officio Conſulis*, Angelus *l. Teſtamenta omnia, C. de Teſtamentis.* Baldus *Authent. Habita, col.* 5. *C. Ne filius pro patre.* Idque cùm conceſſio generalis eſt in favorem certarum perſonarum, eſtque in earum favorem, quod per conceſſionem ſpecialem derogetur generali. Item cum Generalibus Ordinum attributa eſt hujuſmodi ſpecialis juriſdictio ex poſtulatione impetrantium; ſecus verò ſi motu proprio Pontificis. Angel. *d. l. Teſtamenta*, Bald. *d. Authent. Habita.*

Nihilominus tamen negativam 97.
hujus quæſtionis partem defendit unà cum aliis Jaſon *l. Quod in rerum, §. Si quis poſt, num.* 6. *& ſeqq. ff. de legatis* 1. Petr. de Ancharano *cap. Tibi qui, de Reſcriptis in* 6. *cap. Per hoc, de Hæreticis in* 6. Ratio eſt, ex communi concluſione, quod juriſdictio ſpecialis cenſeretur conceſſa cumulativè, non verò privativè. Bart. *l.* 1. *ff. de Officio Præfecti Urbis.* Roman. *conſ.* 393. Aretin. *conſ.* 102. Doctores *cap. Paſtoralis, de Offic. Ordinar. cap. Quia contingit, de Relig. Domib.* Nec enim eſt regulariter verum, quod per ſpecialem juriſdictionem uni conceſſam, etiam cum taxativa *ſolus*, derogetur univerſali juriſdictioni. Angelus *l.* 1. *C. ubi, & apud quos*, per illum textum, ubi Gloſſa, *verbo Solus.*

Confirmatur hæc opinio : nam ex 98.
privilegio quocumque Pontificis,

nunquam cenſetur ordinariæ poteſtati derogatum, niſi exemptio formalibus, vel æquipollentibus verbis concedatur, *text. cap. Paſtoralis, de Privilegiis*, ubi Doctores. De quibus à me ſuprà ſcriptum eſt, *quæſt.9.* Unde etiamſi Ordinum Generales jus habeant viſitandi, corrigendi, judicandi totum Ordinem; non ideo tamen Ordo à juriſdictione Ordinarii exemptus eſſe cenſendus eſt, niſi Ordini nominatim exempto conceſſa ſit.

99. Idem Doctor Chokier, in eodem volumine, *libro, ſeu parte 5. quæſt.22.* quæſito, *Iuriſdictio alteri in ſubditos Ordinarii competens, an Ordinarium excludat?* Sic reſpondet. Ad hoc collineandum eſt, an ex diplomate liqueat juriſdictionem conceſſam eſſe privativè, vel accumulativè. Gabriel *conſ. 195. lib. 2.* Bart. *l. 1. Cod. de Offic. Præfecti Vrbis*, Bald. *l.unica, §.Vbi autem, num.6. C. de caducit. tollenda*, Anchar. *conſ.164.* latè Roman. *conſ.393.* Caſtr. *l. Teſtamenta, num.6. de Teſtament.* Felinus *cap. Paſtoralis, de Offic. Ordinarii*, & ibi Doctores. Quo in articulo, licet in dubio communiter concludatur, juriſdictionem accumulativè cenſeri conceſſam, latè Farinacius *deciſ. 33. part.2.* & Menoch. *lib.2.præſumpt.18.* & Doctores jam laudati: ſunt tamen, qui variè hanc theoriam communem reſtringunt. Menochius *præſ.18.* nimirum, niſi juriſdictio concedatur favore ejus, cujus interſit non habere plures Judices. Bald. *d. l. unica, num.3.* Felin. *d.cap. Paſtoralis, num.2.* Farinac. *deciſ.30. num.4. part.2.* Afflictis *deciſ.41.n.2.* Menoch. *d.Præſ.18. num. 16. & ſeqq.* Plerumque enim, nonnullorum intereſt non habere plures Judices, aut Viſitatores. Angelus *l. Si teſtamenta, verſic. Si favore, C.de Teſtamentis.* Bald. *Auth. Habita, num.59. C.Ne filius pro patre.* Et quandoque favor aliorum poſtulat ut complures habeant Judices, veluti alio in loco oſtendi. Similiter reſtringunt in Prælatis Regularibus, quibus ſpeciali jure cenſetur juriſdictio conceſſa privativè. Farinac. *d. deciſ.33. num. 2. part. 2.* Abbas *cap. Paſtoralis, num.6. verſ. Sed in Regularibus aliud puto*, & ibi Felin. *num.4. de Offic. Ordinar.* Ita concludit Farinac. *deciſ.30. & 33. part. 2.* Menoch. *d. Præſumpt. 18. num. 6.* Surdus *conſ. 56. num.13.* In quo tamen quia ſpinoſior eſt hic articulus, pedem nunc non figo: ideo vide ea, quæ alio loco ſcripſi *lib.1. quæſt.17. num.22.* Hactenus Doctor ille, qui nos remittit ad ea, quæ in tribus immediatis numeris ex eo recenſuimus.

Noſtram coronet reſolutionem Pax 100.
Jordanus Epiſcopus Tragurienſis, vir quidem ſapientiſſimus, qui in volumine ſuo tertio, *lib. 13. titulo 2. de Iuriſdictione, num. 36.* in ſequentia prorumpit. Ex eodem fonte concluſionis, de qua *num. 31.* crediderim emanaſſe regulam: Quod juriſdictio præſumatur conceſſa cumulativè, non privativè, *l. fin. C. ubi cauſæ fiſc. l.1. C.de Offic. Præfecti Vrbis*, ubi Bart. pulchrè. Bald. *conſ. 253. n.5.* Romanus *conſ. 393. in fine*, per textum, quem dicit ſingularem, *in l.Tam collatores, C. de Re militari.* Schrader. *in tract.de Feud. part.10. ſect.1.n.125.* ubi allegat 30. Doctores. Peregrin. *d. Rubrica de Officio Iudic. Ordinar. num. 19.* Marta *de Clauſulis, part. 2. clauſ.7. Citra præjudicium, num.17.* & infrà. Menochius *de Præſumptionib. lib.2.præſumpt.18. per totam.* Felin. *in cap. Paſtoralis, à num. 2. de Offic. Ordinarii*, & concordantes apud eos: quibus etſi multi ſint contrarii, ſtandum nihilominus crediderim dictæ regulæ, niſi de contrario poſſit aliunde apparere. Hactenus Pax.

Dvbivm V.

An poſtquam Prælatus Regularis cauſam inchoavit contra Religioſum ſuum Curam exercentem animarum in Eccleſia ſuo Monaſterio unita, ad puniendum delictum ab eo perpetratum in dictæ Curæ executione vel adminiſtratione Sacramentorum, poſſit Epiſcopus ſe ingerere in dictæ cauſæ cognitione? Et idem è contra quæritur de Prælato Regulari, in caſu, quo Epiſcopus cognoſcere priùs de illa incœperit cauſa?

Reſpondeo negativè. Quam reſo- 101.
lutionem tenet noſter Petrus Marzilla in Decreta Concilii Tridentini, *lib. 2. tit.12. de Privilegiis, & exceſſibus privilegiatorum, cap.5. in fine*, dicens: Quando ſunt plures Judices inſolidum conſtituti, uno cauſam cognoſ

cognoſcente, cæteri cognoſcere prohibentur; eſt enim locus prævention, *cap. Cum plures, de Offic. Delegati lib. 6.* Ita ille. Ita & Eraſmus à Chokier de Juriſdictione in exemptos, *part. 2. quæſt. 87. pag. 250.* dicens: Sed in contrarium eſt, cui aſſentior, quod privilegium foris ſuperveniens, non eximit à juriſdictione Judicis, qui prævenit, *cap. Propoſuiſti*, ubi DD. *de Foro compet.* Quibus ego addo, per prævention em judicii acquiri jus parti proſequendi, & ad exitum, juris ordine ſervato, perducendi cauſam coram Judice prævento cœptam, *l. ubi cœptum, ff. de Iudiciis.*

102. Et ratio eſt deſumpta *ex regula legis 1.* ibi: *& ſeorſim ſinguli manumittunt*, ubi Doctores, *de Officio Conſulis:* ex qua communiter traditur, teſte Barboſa *clauſula 225. num. 7.* ex duobus Judicibus Ordinariis, quibus cauſarum cognitio competit, poſſe quemlibet ſeorſim judicare, quia quilibet in ſolidum habet exercitium juriſdictionis. Gloſſa *verbo Separatum, in cap. Vt officium, in principio, de Hæreticis, lib. 6.* Bart. *in l. Si uni, num. 1. ff. de Re judicata*, Vantius *de Nullitate ex defectu juriſdictionis ordinariæ, num. 177.* alter Barboſa *in l. Si longius 18. in principio, num. 19. & 22. ff. de Iudiciis*, & Menochius *de Præſumptionib. præſumpt. 18. num. 37.* Huc ſpectat quod docet Lezana *tom. 1. p. 1. cap. 27 n. 43.* per hæc verba. Ex quibus colligo, cauſam præfati Religioſi nullo modo dici poſſe devolutam ad Reverendiſſ. Generalem, cùm nulla cauſa, præſertim inchoata, devolvatur à Judice inferiori ad ſuperiorem, niſi per legitimam recuſationem, vel appellationem, quæ in hoc caſu non fuerunt: & caſu dato, quod propter negligentiam Judicis inferioris quandoque devolvatur ad ſuperiorem, argumento *cap. 2. de Conceſſ. præbend. Clem. unica, de ſupplenda negliz. Prælat.* cùm hæc non fuerint in præſenti, nullus datur locus dictæ devolutioni. Dixi, *præſertim inchoata*, quia Jura valdè favent cauſis inchoatis, etiam à Commiſſariis, ut patet ex *cap. Gratum, cap. Relatum, & cap. Licet undique, de Officio delegati.* Suarez *lib. 8. de legib. cap. 31.* Bonacina *de legib. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 8. §. 1. n. 24.* ex aliis, quæ majori ratione applicari debent prædicto P. Provinciali, cùm ipſe non ut Commiſſarius, ſed ut Judex Ordinarius cauſam inchoaverit.

Et probatur ex dicto *cap. Cum plures, de Officio Delegati in 6.* ibi: *Porro, uno eorum negotium inchoante commiſſum, alii nequibunt ſe ulterius intromittere de eodem.* Ubi Gloſſa *verbo Uno eorum*, ſic ait: Idem credo de duobus, vel de omnibus, qui ſimul inchoaverunt, quoad quid: ſcilicet, quod ſi omnes incœperunt, omnes finiant, niſi ex cauſa. Cauſam aſſignat textus immediatè poſt verba dicta, addens: *Niſi vel infirmitate, vel alia juſta cauſa, illum contingeret impediri: aut ſi nollet, vel malitioſe in eo procedere recuſaret.* 103.

Aug. Barboſa *in d. cap.* ſic *num. 1.* ait: Cauſa quando pluribus delegatur à Papa in ſolidum, quilibet per ſe ſolum poteſt procedere: & ſi unus horum cauſam incœpit, alter non ſe immiſcere poteſt in eadem, niſi primus ſit impeditus juſta cauſa, vel nolit, vel matitioſe recuſet procedere. Item ſi Papa mandans, & delegatus, qui incœpit, moriatur, poteſt unus ex aliis proſequi, quia cauſa perpetuatur, licèt res videatur integra. Colligunt ex ordinariis, Lapus, Abbas, Archidiaconus, Geminianus, Ioannes Andreas, Ancharanus, Butrius, Dominicus, Monachus, Franchus, Vivianus *in Rationali, lib. 1. pag. 403.* Alagona *in Compendio, pag. 147.* remiſſivè Ximenez *in Concord. part. 1. & 2.* 104.

Et *num. 2. verbo Ipſorum quilibet*, dicit: Notatur ad hoc, quod ex pluribus Iudicibus delegatis, datis cum clauſula, *Quod ſi non omnes, &c.* vel ſimili, quilibet, id eſt, is qui prævenit, poteſt per ſe ſolum ſine aliis in cauſa procedere, & eam definire, ut per Alexandrum *conſ. 93. num. 2. lib. 7.* Covarruviam *Practicar. QQ. cap. 26. num. 5.* Vantium *de Nullitate, tit. Ex defectu Iuriſdictionis Ordinariæ, num. 179.* Molina *de Iuſtitia, tract. 5. diſp. 24. num. 4.* Barboſa *in l. Si quis poſtea quam, num. 1. ff. de Iudiciis*, Steph. Gratianum *diſceptation. Forenſ. cap. 4. n. 22.* & alios per me citatos *in tract. de clauſulis uſufrequentibus, clauſ. 125. num. 6.* 105.

Quod ſi objicias: Superius dicta nihil habent commune cum caſu noſtri dubii præſentis, cùm hoc procedat 106.

cedat reſpectu duorum Iudicum, quorum alter delegatus eſt, & Ordinario dignior, nedum quia Epiſcopus, ſeu ſaltem quà Ordinarius, Epiſcopali juriſdictione in Parochianos, & Parochos fungens, ſed etiam quà Delegatus Papæ; quà talis enim, major eſt Ordinario: ait namque Aug. Barboſa *in c Sanè, el 2. & 11. de Officio delegati, n. 1.* Delegatus Papæ in cauſa delegata eſt ſuperior Epiſcopo, vel Ordinario, & poteſt in ipſos uti ſuſpenſione vel interdicto. Colligunt ex ordinariis Abbas antiquior, Zabarella, Collect. Bellamera, Ioan. Andreas, Innocentius, Butrius, Imola, Ananias, Hoſtienſis, Anchar. Panormitanus, Baldus, Felinus, Decius, Guido Papæ, Barbatius, Sahagun, Vivianus *in Ration. primi libri Iuris Pontificii, pag. 162.* remiſſivè Ximenez *in Concord. part. 1. & 2.* Alagon. *in Compendio Canonici Iuris, pag. 135.* Sbroz. *de Offic. Vicarii, lib. 2. quæſt. 62. num. 10.* Bellencin. *de Charitativo ſubſidio, quæſt. 91. num. 2.* Franc. Molin. *de Brachio ſæculari, cap. 6. num. 12.* Steph. Gratian. *Diſcept. Forenſ. cap. 111. num. 65. cum ſeqq.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 21. num. 59.* Gutierrez *de Matrimonio, cap. 63. num. 29.* Bellon. *de Mand. Iuriſdict. c. 9. quæſt. 3. n. 5. & quæſt. 9. n. 4. & 16.* Anton. de Fuertes *in repetit. cap. Super 27. §. Porrò, hoc tit. num. 26.* Joſeph. Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib. 1. cap. 3. num. 33.* Molina *de Iuſt. tom. 6. tract. 5. diſp. 26. num. 1.* Ego ipſe *in tract. de Appellationib. part. 1. num. 383.* ubi plures alios cumulavi; in prædictis autem, vel ſunt duo Judices Ordinarii, vel duo, aut plures Judices Delegati. Unde ex eo, quod ubi ſunt plures Judices Ordinarii, vel plures Judices Delegati, quilibet illorum reſpectivè poſſet in ſolidum in cauſa procedere, & illam definire; non tamen quando, ut in caſu præſentis dubii, unus eſt judex ordinarius, & alter delegatus. Et ſic unus tantum illorum procedere non poterit incipiendo, aut inchoando, & finiendo cauſam; ſed uno illorum cauſam incipiente, alter illam definire poterit.

107. Reſpondeo, hoc ſaltem habere commune caſum Dubitationis hujus cum caſibus deſuper recenſitis, quod quilibet ex Ordinario, Papæ Delegato, & ex Abbate, ſeu quolibet alio Regulari Prælato, Superiore Religioſi Curam Parochialem exercentis, aut Sacramenta ſæcularibus, qui non ſunt de familia Monaſterii, miniſtrantis, in ſolidum habet, in hujuſmodi Religioſum, juriſdictionis exercitium. Quod utique ſufficit ad hoc ut quilibet ex his qui judicium in dictum incœperit Religioſum, illud perficiat, & cauſam definiat, ad communiter tradita, ut *num. 102.* ex *l. 1. de Officio Conſulis*, vidimus, & ſeorſim quidem, ut dictum eſt. Et ut verum fatear, intelligere non poſſum, cur in noſtro caſu, incœpto judicio per Judicem Ordinarium, ſe immiſcere in eo Delegatus, vel è contra, poſſit. Unde Naldus *verbo Viſitare, num. 2.* ait: Viſitare iterum poſſunt Eccleſias Epiſcopi viſitatas ab inferioribus, ut dicitur *in cap. 3. de reformat. verſ. Sed non ideo Epiſcopus, ſeſſ. 24. Conc. Trident.* non tamen poteſt punire iterum punitos ab eis; nec ab eis abſolutos cogere ad ſuam innocentiam demonſtrandam. Eadem S. Congregatio. Ita ille. Eandem declarationem Congregationis recenſet Barboſa *allegat. 73. num. 31.* ex Armendariz *in Addit. ad Recopilat. Legum Navarr. l. 7. de Epiſcopis, num. 111.*

Dvbivm VI.

An in caſu, quo Epiſcopus Diœceſanus, ſeu alius loci Ordinarius, & Abbas, ſeu alter Prælatus Regularis, Eccleſiam Monaſterio ſuo unitam viſitando, Decreta, ſeu mandata contraria ediderint, prævalere debeat Decretum Epiſcopi Iudicis delegati Apoſtolici, an verò Abbatis?

Pro Dubii reſolutione, ſupponen- 108.
dum eſt neceſſariò, ut ex præcedentibus conſtat, Diœceſanum, ſeu Ordinarium, dictam Eccleſiam Monaſterio exempto, pleno jure unitam, ſolùm viſitare poſſe non quà talem, ſed quà delegatum quidem, in vim Tridentini, & in his, quæ ad Curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, & conſequenter quoad ea, quæ ad decentiam, & decorem ſpectant conſervationis Sacramentorum, & eorundem adminiſtrationem; & non quoad alia, quamvis ad ea proximè accedere videantur: quia cum Juriſdictio Ordinario per

Conci

Concilium contra Exemptos collata, odioſa ſit nedum Exemptis ipſis, ſed Summo etiam Pontifici, cui immediatè ſubduntur, & adhærent, reſtringenda omninò eſt ad rigoroſos delegationis terminos, & ad ejus voces, & nullo modo amplianda, ex regula Juris, *la* 15. *in* 6. *Odia reſtringi, favores convenit ampliari*, & communi Doctorum placito.

109. Et conſequenter (conſultò addidi) quoad ea, quæ ad decentiam, &c. quia in dependentibus à cura animarum, & ab adminiſtratione Sacramentorum, intelligunt Marius Antoninus *Variarum reſolutionum lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 50. *propè finem*, Marcus Antoninus de Amatis *deciſ.* 89. *num.* 5. Campanilis *in Diverſor. Iuris Canonici*, *rubrica* 12. *cap.* 13. *num.* 51. quos recenſet, & ſequitur Barboſa *in Collect. in Concilium, ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. *num.* 15. & *de Poteſtate Epiſc. tom.* 3. *allegat.* 74. *n.* 20. Aſcan. Tamburinus *tom.* 4. *de Iure Abbatiſſar. diſp.* 17. *quæſt.* 3. *ſub num.* 3. *verſ. Poteſt Epiſcopus.* Hujuſmodi autem dependentia ſic explicant: Veluti ſi inquiratur, quomodo conſervetur Sanctiſſimum Sacramentum, & Eccleſiaſtica ornamenta. Barboſa *d. num.* 15. ex Cardin. Seraphino *deciſ.* 1067. & Tamburinus: & ut Calices, & decentia paramenta ad decorem adminiſtrationis Sacramentorum provideantur, ut deciſum referunt Barboſa, & Tamburinus locis citatis, ex Franc. Leone *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici*, *part.* 2. *cap.* 31. *n.* 3. & ex Campanile *d. cap.* 13. *num.* 49. quos recenſui, & fui ſequutus *in* 22. *Paſtoralibus*, *part.* 1. *quæſt.* 2. *de Diviſione Beneficior. diviſ.* 1. *num.* 9. quò loci recenſui Pellizzarium *in Manuali Regular. tom.* 2. *part.* 1. *tr.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *quæſt.* 7. *num.* 116. docentem ex Franc. Leone *ubi proximè*, non poſſe Epiſcopum præcipere, ut Eccleſia, aut Sacriſtia reficiatur, neque ad id in viſitatione partem fru-
110. ctuum ſequeſtrare. [Hoc tamen verum exiſtere poteſt in caſu, quo hujuſmodi refectio neceſſaria non ſit ad bene, & decenter conſervandum Sanctiſſimum Sacramentum Euchariſtiæ, vaſa, ornamenta, & paramenta Sacra. Tunc enim verum indubitanter puto, Ordinarium loci poſſe præcipere, ut Eccleſia Regularibus unita, in qua Cura animarum ſæcularium, qui non ſunt de eorum familia, exercetur, & eis Sacramenta miniſtrantur, & illius Sacriſtia reficiatur, ſicut præcipere poteſt, quod tabernaculum, ſeu turris lignea, aut Cuſtodia Sanctiſſimi, decens ſit, pariter & ſecura. Ducor, quia ex quo 111.
Ordinarius ex Sacri Tridentini Concilii diſpoſitione, & Apoſtolicæ Sedis delegatione, habet facultatem viſitandi hujuſmodi Eccleſias Regularium exemptas, quoad ea, quæ ad decentiam, & decorem conſervationis Sacramenti, & ornamentorum ſacrorum ſpectant: habet etiam ex eiſdem diſpoſitione, & delegatione, ut præcipere & ordinare poſſit, & debeat neceſſaria ad dictam decentiam, & conſervationem. Hic enim eſt viſitationis Eccleſiæ finis, & ad illum dirigitur illa, non minus quàm viſitatio Curam exercentis, ad ejus dirigitur correctionem, & punitionem.] Et ratio eſt, quia uno conceſ- 112.
ſo, omnia ad illud neceſſaria, & utilia conceduntur, juxta Juris axioma, quod exornat Barboſa *axiom.* 156. *n.* 3. ex *l.* 2. *ff. de juriſdictione omnium judicum*, *l. Ad rem mobilem*, *§. Qui procuratorem*, *ff. de Procuratoribus*, *l.* 1. *§.* 1. *ff. Si uſusfructus petatur*, *l.* 3. *§. Qui habet*, *ff. de ſervitutibus ruſticorum prædiorum*, *l.* 3. *ff. Pro ſocio*, *l.* 1. *§ fin. ff. de Officio ejus*, *cui mandata eſt juriſdictio*, *l. Avibus*, *& ibi* Gloſſa 2. *ff. de legatis* 3. *§. Minorem*, *Inſtit. de Actionibus*, *cap. Præterea*, *de Officio delegati.* Navarro *de Pœnit. diſt.* 5. *num.* 24. Surdo *conſ.* 347. *n.* 20. Gamma Luſitano *deciſ.* 206. *n.* 9. Thoma de Thomaſſet *in Floribus legum*, *Regula* 29. Gail. *in Margarita caſuum conſcientiæ*, *verbo Condere.* In unius enim actus conceſſione, omnia ea veniunt, quæ faciliorem, & commodiorem executionem actui præſtant. Idem Barboſa ex Baldo *in l.* 2. *verſ. Tu dic pleniùs*, *ante num.* 1. *ff. de Iuriſdict. omnium Iudic.* & ibi Curtio Juniore *à num.* 2. Alciato *num.* 2. Decio *num.* 6. Joanne Bolog. *à num.* 18. Menochio *conſ.* 14. *num.* 8. ex eodem Baldo, per textum ibi, *in cap. ult. num.* 4. *de Dolo*, *& contumacia*, ubi docet, quod habens mandatum ad neceſſaria, videtur etiam illud habere ad utilia. De

quibus omnibus ego ipſe, *in commentariis ad conſtit. 1. num. 26. pag. 7.* & *in tract. de Appellationibus, parte 2. num. 151.*

113. Huc ſpectat, quod dixi *d. part. 2. num. 220.* nimirum, quod cui aliquid ſtatuendi facultas conceditur, eidem etiam facultas exequendi, ac executionem ſemel fundatam tuendi, conceſſa cenſetur. Nam in primo actu exſpiraſſe, cum tractum ſucceſſivum contineat, dici non debet, ut ait Bart. *in l. Fidejuſſor, §. Meminiſſe*, ubi Lancellotus Gallia, *ff. de legatis 1.* ex eodem Bartolo *in l. Inter Caſtellanum, ff. de Arbitr.* & Baldo *ibidem*, Alexand. *in l. Ait Prætor, §. Si petit, colum. penultim. verſic. procedere poſſet etiam, ff. de Iurejurando.* Anton. de Alex. *ibidem, colum. 3. verſic. Poſſet etiam alio caſu.* Giurba *conſ. 39. n. 21. uſque ad num. 24.* Et meritò quidem; quia inutile eſſet, Principem (ait Thom. Delbene *de Immunitate Eccleſiaſt. tom. 2. cap. 9. dubitat. 6. ſect. 1. ſub num. 34.*) violentiis occurrere, ſi poſtea illas iterari, & oppreſſum non eſſe tutum, permitteret. Et ad rem noſtram inutile eſſet Principem, Ordinarium ſcilicet, viſitare Eccleſiam, quoad decentiam, & decorem, quo conſervatur Sanctiſſimum Sacramentum, vaſa, & ſacra ornamenta, ſi occurrere non poſſet, mediis Decretis, & eorum executione, negligentiis refectionis Eccleſiæ, & Sacriſtiæ, ex quibus reſultaret minor decentia, & decor conſervationis Sanctiſſimi Sacramenti, ac Vaſorum Sacrorum, & Eccleſiaſticorum ornamentorum.

114. Quibus ſuppoſitis, Dubio propoſito reſpondeo, juxta ea, quæ docui *in Diſquiſition. tom. 1. tract. 1. diſq. 3. dubio 1. §. 1. num. 29. pag. 22.* quod data contrarietate inter Decretum Abbatis, ſeu alterius Prælati Regularis, cui Eccleſia Parochialis, & ejus Monaſterio eſt acceſſoriè unita, & incorporata; & inter Decretum Ordinarii loci, in illius viſitatione, in vim Delegationis Concilii Tridentini editum, in pertinentibus ad decentiam, & decorem, quibus conſervantur Sanctiſſimum Sacramentum, vaſa, & ornamenta ſacra, (cæteris paribus) prævalere debet Decretum ab Ordinario editum. Ita P. Pellizzarius *in Manuali, tom. 2. part. 1. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. quæſt. 7. num. 116. verſic. Addo, pag. 360.* ubi in ſequentia prorupit: Addo (inquit) ex Deciſione Rotæ Romanæ apud Seraphinum *deciſ. 1067.* Epiſcopum non poſſe viſitare Parochum in Eccleſia Regularium, quando Superiores Regulares in Parochianos habent juriſdictionem temporalem: verba Deciſionis affert Ceſpedes (*tract. de Exempt. cap. 8.*) *dub. 166.* monens *deciſionem hanc* (nota pro puncto præſenti,) *non excludere, quin in caſu iſto poſſit Epiſcopus viſitare Parochum, quoad concernentia Curam animarum; quippe qui, quoad hæc, cumulativè concurrit cum Regulari Prælato: ita tamen, ut data contradictione inter Decreta Prælati, & inter Decreta Epiſcopi, hæc debeant prævalere, ex alia Deciſione Rotæ, 20. Octobris, coram Peña.* Iſta Pellizzarius, quem fui ſequutus *in 22. Paſtoralib. part. 1. q. 2. diviſ. 1. n. 9. pag. 11.*

115. Deciſio autem Peniæ, hic à Pellizzario allegata, habetur inter ejus impreſſas, *tom. 1. la 336. fol. 243.* & *poſt dictas meas 22. Paſtorales, la 30.* in qua ſic *num. 2.* lego. *Præterea, ut omnis ambiguitas tolleretur, placuit Dominis, ulterius declarare in ſententia, quod ſi hac in materia contingeret Præpoſitum* (Piſcienſ. Ordinarius, Nullius) *facere conſtitutiones, ſeu Decreta diſcrepantia à Decretis Superiorum Regularium, tunc Præpoſiti Decreta prævalere, & obſervari deberent.* Hæc S. Rota, cujus ſententiam cum habeamus, non eſt amplius dubitandum, nec inſiſtendum in perquirendis rationibus, aut enumerandis Doctorum authoritatibus, (ut ſcribit Barboſa *in voto deciſivo 121. num. 10.* ex Petro Caballo *conſ. 60. num. 7. part. 1.*) ad noſtram reſponſionem probandam. Quia Rotæ Romanæ deciſio (proſequitur Barboſa) facit communem opinionem, cum ejus Deciſiones ſint Magiſtrales, & ſuperent cæteros Doctores, licèt numero plures, ut ex Imola, & Barbat. tradunt Ludovicus Gomez *in Proœm. ad Regul. Cancellariæ, quæſt. 2. verſic. Quartò*, Vantius *de Nullitate, tit. de Nullitate ex defectu Iuriſdictionis delegatæ, num. 20.* Surdus *conſ. 403. num. 83. & 84.*

Conſultò

116. Conſultò addidi in reſponſione clauſulam, *cæteris paribus*; tum quia cum Ordinarius loci, in noſtro caſu, procedat ut Sedis Apoſtolicæ delegatus, & delegatus Sedis Apoſtolicæ, quà talis, dignior, & major quolibet Judice Ordinario ſit, ut vidimus ſuperius, *dubio* 5. *n.* 106. & nullus inferior legem, aut Decretum condere poſſit validè, aut licitè contra conditum à Superiore, ut dixi in QQ. Paſtoralib. ſeu potius poſt ipſas, *in Diſquiſit. de Iure Prioris annexi, num.* 83. *& ſeqq.* & *tom.* 2. *Diſquiſitionum, diſq.* 6. *dub.* 3. *num.* 32. ut latè ibi probavi, ex *cap. Super his, de Majoritate, & obedientia*, ex Panormit. & aliis Canoniſtis ibi, & *in cap. Inſtitutionis*, 25. *quæſt.* 2. Joanne Andrea *in cap. fin. de Appellationib. in* 6. & *cap. fin. de Officio Archipresbyteri, num.* 7. inferior enim contra Superioris Decretum, aut legem, nihil omninò decernere valet: iterum dico, & docent Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 12. *n.* 6. *& tom.* 3. *diſp.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 2. Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 8. Auſon. Noctinot *in illius Summa, verbo Prælati Regulares, num.* 27. Pellizzar. *tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 9. *n.* 65. *&* 75. Portel. *in Dubiis Regular. verbo Lex, num.* 10. Lezana *tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 12. *num.* 3. *&* 6. Suarez *de legib. lib.* 4. *cap.* 19. Rodrig. *tom.* 3. *qq. Regul. quæſt.* 17. *art. ult. verſ. Nec contra.* Peyrinus *de Privileg. tom.* 1. *ad Conſtit. Pyrrhi*, §. 2. *n.* 6. *&* §. 4. *num.* 10. Caſtellinus *de Electione Canonica Prælator. cap.* 1. *n.* 3. Navarrus *tom.* 1. *Conſiliorum, tit. de conſtitutionibus, conſ.* 9. *num.* 14. *& lib.* 3. *tit. de Regularibus, conſ.* 5. *num.* 10. *& conſ.* 24. *num.* 4.

117. Tum etiam dictam addidi clauſulam, quia ſi Ordinarius Decretum ederet contra jura Abbatis, ſeu alterius Prælati Regularis, cujus Monaſterio Eccleſia illa viſitata unita eſt, & annexa, aut in alia quidem materia, quàm in ſpectante ad Curam animarum perſonarum ſæcularium, (& non ad familiam Regularium pertinentium,) & ad Sacramentorum adminiſtrationem, eorumdem conſervationem cum decentia, & decore, & ad decentiam pariter, & decorem Vaſorum Sacrorum, & Ornamentorum, & eorumdem conſervationem, (& id quidem intrà limites juſtos, & ſufficientes,) Decretum Ordinarii exequi non debet, ſive Abbas contrarium ediderit, ſive nullum, in illo puncto. Et ratio in promptu eſt: quia in illo caſu Ordinarius operatur, non quà talis, cum in Exemptos nullam ordinariam poteſtatem habeat; neque quà delegatus, cum excedat limites ſuæ delegationis: unde cum operetur authoritate propria, quæ nulla eſt, impunè, & liberè ei reſiſti poteſt, cum debita tamen modeſtia, & reverentia ſuæ dignitati dignis: & poterit Abbas recurrere ad ſuum Judicem Conſervatorem, ut per ipſum ab hujuſmodi manifeſta defendatur violentia, ſi Ordinarius perſiſtat in ſui Decreti ſubſiſtentia, & executione.

118. Duo conſultò dixi in verſiculo præcedenti: unum, quod antea non ſemel dixeram, nimirum Ordinarium cognoſcere non poſſe de ſpectantibus ad curam animarum perſonarum ſæcularium, quæ ſunt de familia Regularium exemptorum: quod ideo dixi, quia hujuſmodi excipiuntur à Tridentino *dicta ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regularibus*, in principio, dicente illo: *Quibus imminet cura animarum perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia.* Quæ exceptio, quid magnum exiſtimari non debet, cum ſæculares, qui ſunt de Religioſorum familia, non dependeant, quoad Confeſſiones Sacramentales, ab approbatione Confeſſariorum per Epiſcopum facta, ſed poſſint confiteri Prælato Regulari, & Sacerdotibus ab eo tantùm approbatis, non obſtante eodem Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. ſic ut ſequitur diſponente. *Quamvis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſolvendi poteſtatem accipiant, decernit tamen Sancta Synodus, nullum etiam Regularem poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopo per examen, ſi illi videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: privilegiis, & conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obſtantibus.*

119. Qua Conciliari diſpoſitione non obſtante, concluſio noſtra vera eſt, & abſque formidine ulla ſequenda. Illam tenet Aug. Barboſa *in Collect. ad d. caput Concilii, n.* 11. ubi in ſequentia prorumpit. Regulares Prælatos, ſive alios Religioſorum Confeſſores, poſſe abſque alia licentia, ſive approbatione Epiſcoporum audire Confeſſione ſæcularium, qui ſunt de familia, & continui commenſales, non tamen illorum qui tantum deſerviunt in Monaſteriis, reſolvunt Fernandez *in Examine Theologiæ Moralis, part.* 3. *c.* 9. §. 8. *n.* 1. Homobonus de Bonis *de Examine Eccleſiaſt. tract.* 8. *cap.* 2. *quæſt.* 7. *in reſol.* refert deciſum Armendariz *in Addit. ad Recopilat. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 53. *& lib.* 4. *tit.* 28. *l.* 1. §. 1. *de Confitendo ſemel in anno, n.* 10. Hactenus Barboſa.

120. Hanc concluſionem ego ipſe tenui, in Commentariis *ad Conſtit.* 2. *à num.* 19. ubi adduxi declarationem Sacræ Congregationis, editam 14. Auguſti, 1568. tenoris ſequentis. *Prælati Regulares, ſeu alii Religioſi Confeſſores, non poſſunt audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & deſerviunt ipſorum Monaſteriis, abſque approbatione, vel licentia Epiſcopi; ſecus tamen, ſi illi ſæculares ſunt verè de familia, & continui commenſales.* Ibi adduxi interpretationem dictionis *Familia*, & diſcrimen quod adeſt in illa, appoſita in exceptione, à ſeipſa appoſita in regula. Et *num.* 21. allegavi pro concluſione, Trullench *tom.* 3. *tract. de Officio Parochi, cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 5. Peyrinum *de Privileg. tom.* 1. *ad Conſtit.* 1. *Iulii II.* §. 15. *num.* 12. & penes eum, *Clementinam Religioſi*, §. *Sanè*. Crucem *de Statu Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 1. *concl.* 1. & me ipſum *Diſquiſition. tom.* 2. *diſq.* 4. *dub.* 6. *num.* 2. *&* 3. & præter dictam Declarationem S. Congregationis de anno 1568. aliam ſimilem recenſet Emman. Rodriq. *in Bullario, tom.* 2. *poſt ultimam Bullam Gregorii XIII.* tenoris ſequentis.

121. *Sanctiſſ. D. N. Gregorius XIII. declaravit, tempore Iubilæi poſſe omnes Regulares confiteri peccata ſua Sacerdotibus approbatis ab Ordinario ad audiendas confeſſiones: in Bulla enim non fit mentio, niſi de Ordinario eorum, qui audiunt Confeſſiones, non autem de Ordinario confitentium.*

An Prælati Regulares, ſive alii Religioſorum Confeſſores, poſſint audire Confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, aut aliàs deſerviunt in eorum Monaſteriis, abſque licentia, ſeu approbatione Epiſcoporum, de quo in hoc capitulo. Congregatio Concilii eenſuit, audire poſſe confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & continui commenſales; non item eorum, qui deſerviunt in eorum Monaſteriis.

122. Alterum, quod dixi notanter, *num.* 117. eſt, Ordinarium fungentem delegatione, de qua in Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regularibus*, debere in viſitatione Eccleſiarum Regularibus Exemptis unitarum decreta edere, in terminis ſuæ delegationis, intra terminos, & limites juſtos, & ſufficientes, ſervata ſcilicet debita proportione, & prudentia, attentis ſcilicet omnibus circumſtantiis. Si enim decerneret fieri pro Eccleſia parvi, & humilis populi, vaſa Sacra, & ornamenta pretioſiora his, quibus ſimiles Eccleſiæ decenter utuntur juxta morem patriæ, injuſtè decretum ederet, & illud obſervari non deberet, nec executioni demandari, ſed editum ab Abbate, attenta poſſibilitate Eccleſiæ, & aliis de more patriæ decentibus, & obſervatis in ſimilibus eidem Ordinario ſubjectis Eccleſiis.

Dvbivm VII.

An Ordinario viſitanti Eccleſias Monaſteriis exemptis unitas, Procuratio ſolvi debeat ab ipſis Eccleſiis, vel ab earum Vicariis, & Miniſtris? Et idem inquiritur reſpectu Abbatis, aut alterius Monaſterii Viſitatoris eaſdem Eccleſias Viſitantis?

123. PRo intelligentia tituli Difficultatis propoſitæ, & pro ejus reſolutione, ſuppono ex à me ipſo dictis in Commentariis *ad Conſtit.* 6. *n.* 411. *pag.* 129. nomen *Procuratio*, importare ſuſtentationes, ſeu expenſas, quæ Ordinariis debentur ratione Viſitationis, vel legationis. Ita Gloſſa *in cap. Conquerente, verbo Facultatibus, el* 16. *de Officio Ordinarii*, Lezana *tom.* 3. *in Mari magno Prædicatorum*, §. 34. *num.* 102. allegat *dict. cap. Conquerente, caput Procurationes, de Cenſibus, cap. cùm ex officii, de Præſcriptionibus, cap. Accedentes, eod. tit. cap. Cum inſtantia,*

tia, d. tit. de Cenſib. & Clement. 1. eod. tit. Peyrinum *de Privileg. tom. 1. ad Conſtit. 2. Iulii II. num. 86.* Azorium *tom. 2. lib. 4. cap. 42. in princ.* & Barboſam *de Poteſt. Epiſc. allegat. 130. num. 1. & 2.* cujus verba reddere libet.

124. Pro terminorum cognitione, & faciliori hujus quæſtionis reſolutione, primò advertendum duxi, quod ultra alias acceptiones, de quibus per Calepinum, Theſaurum, & alios, verbum *procuro*, accipitur pro *ſuſtento*, & *procuratio* pro *ſuſtentatione*, ut ex aliis obſervant iidem Calepinus, & Theſaurus. In quo ſenſu frequenter Jure Canonico *procuratio* importat *ſuſtentationem*, quæ aliquando *prandium*, aliquàndo *convivium*, vel *refectio* dicitur, de qua paſſim *in titulis de Cenſibus, in Decretalibus, Sexto, & Clementinis.* Licet autem juxta hanc acceptionem variæ in Jure reperiantur *procurationes*, quæ variis de cauſis debentur, ut colligitur ex Gloſſa *ult.* & Doctoribus *in cap. Accedentes, de Præſcriptionibus*, & ex textu ubi Gloſſa, *in cap. Procurationes, de Cenſibus, Clement. 2. verſic. Ipſis, illo titulo*, Marian. *de Viſitat. num. 33.* frequenter tamen, & paſſim apud Pontifices, *procuratio* dicitur *ſuſtentatio*, vel *refectio illa*, quæ Ordinariis ratione viſitationis, vel Legatis Apoſtolicis jure delegationis debetur. De priori agit *cap. Conquerente, de Officio Ordinarii: cap. Procurationes, de Cenſibus: cap. Cum ex officii, de Præſcriptionibus.* De poſteriori vero, *textus in dicto cap. Accedentes, & in cap. Cum inſtantia, de Cenſibus, & in Clement. 1. eodem titulo.*

125. Secundò, advertendum eſt (proſequitur Barboſa) valde dubium eſſe, quanam ratione lex Canonica conſtituerit procurationes ab Eccleſiis viſitatis præſtandas eſſe Epiſcopis, & Archiepiſcopis viſitantibus, quibus pro ſpiritualium adminiſtratione ad congruam eorundem ſtatus, & onerum ſuſtentationem aſſignantur redditus opulenti, qui pro his omnibus ſatis ſufficiunt, *argumento cap. Cùm ab omni, verſic. Nos, de Vita, & honeſt. Clericor.* Varias congerit Marian. *ubi ſuprà, num. 37.* Inter quas probabilior videtur illa, quæ colligitur *ex d. cap. Cum ex Officii, verſ. Quia ſecundum*, & ex *cap. Si Epiſcopus, de Officio Ordinarii, lib. 6.* Scilicet quod cum viſitantes ſpiritualia ſeminent in utilitatem Eccleſiarum, quas viſitant, meritò ab eiſdem præſtantur procurationes, & ita temporalia in ſuſtentationem; licèt enim redditus Epiſcopatus, vel Archiepiſcopatus ſufficiant etiam ad hujuſmodi opus viſitationis peragendum; nihilominus lex Canonica prudenter intellexit, ne contemnatur negotium bono publico maximè conveniens, ſed faciliùs expediatur, & ut viſitantes magis alliciantur, & ne pertimeſcant difficultatem in victualibus de loco ad locum deferendis, aut in eiſdem inquirendis per Epiſcopatum, vel Provinciam, ſatius, & utilius eſſe procurationes Viſitantibus ſolvi, ut ſic toti incumbant viſitationi, & proventus, quos interim non expendunt, cedant in alios uſus, & neceſſitates communes, ut benè conſiderant Abbas *in d. cap. Cum ex Officii, num. 9. & in cap. Procurationes, num. 5.* Marian. *ubi ſuprà*, & alii. Hæc omnia Auguſtinus Barboſa *d. allegat. 130.* qui plura ad intentum etiam dixerat *allegat. 73. num. 43. & ſeqq.*

126. Quod ſi petas, ad quæ ſuſtentatio, ſeu procuratio viſitatoris ſe extendat? Reſpondeo, ad illa, quæ conſiſtunt in victu tantùm, non autem ad illa, quæ concernunt perſonam, quamvis illi neceſſaria. Ita Barboſa *ubi proximè, num. 57.* ex Zerola *in Praxi Epiſcopali, verbo Viſitatio, §. 6. dub. 5.* Et ſolùm obligantur viſitati providere alimenta illius diei, quo viſitat, pro ipſo Viſitatore, & ſuo moderato comitatu. Barboſa ex Piaſeg. *in nova Praxi Epiſcop. cap. 3. num. 64.* Qualis autem ſit moderatus comitatus, ait Gavantus *in Manuali Epiſcoporum, verbo Viſitatio, num. 44.* eſſe decem perſonas, computato Epiſcopo ipſo, ac proinde novem perſonæ conſtituunt moderatum comitatum. Vecturas autem, & ferraturas equorum præſtare non teneri, docet Barboſa cum Zerola §. 6. *dub. 3.* Piaſeg. *d. cap. 3. num. 63. in fine*, & Mar. Anton. Genuenſi *in Manuali Paſtorum, cap. 35. num. 9. in fine, & n. 10.* Et licet Gavantus ſeptem aſſignet jumenta, ultra dictas decem perſonas, illa aſſignat in vim Concilii Provincialis 4. Mediolanenſis.

127. Conſultò dictum eſt, quod viſitati

ſolum obligantur providere alimenta illius diei, quo viſitantur, quia non tenentur ad comeſtibilia præſtanda, quæ ſecum Viſitator aſportet. Ita docet Barboſa *allegat.* 73. *num.* 54. poſt Imolam, & Ancharanum *in Clementina* 2. *de cenſibus*, Piaſeg. *cap.* 3. *n.* 73. & Mar. Anton. Genuenſem *d. c.* 35. *num.* 7. ubi *num.* 6. reſolvit, quod nec fragmenta notabilia ad domum portare poteſt pro erogando pauperibus; ſed tenetur illis diſtribuere, qui ſunt in loco illo, quem viſitat. Quod etiam docet Naldus *verbo Viſitare, num.* 10. dicens: Viſitatores recipientes aliquid pecuniæ loco victualium, quæ ſibi debentur à Viſitatis, tenentur reſtituere quod ſupereſſet de ipſa pecunia: & ratio eſt, *quia de victualibus nihil ſecum deferre poſſunt. Clementina* 2. *in fine*, & ibi Gloſſa, *de cenſibus.* Ergo neque de pecunia, quæ ſubrogata loco victualium, debet ſubire naturam ipſorum. Docet etiam Gavantus *loco citato, num.* 47. ibi: Toleratur acceptio munerum, quæ conſumenda ſunt ibidem, *nec aliò aſportanda.* Villagutierrez *in Speculo Viſitatorum*, *p.* 2. *num.* 21. Et *num.* 50. ait Gavantus: Quæ ſuperſunt victualia, erogantur pauperibus loci viſitati. (Genuenſ. *Man. Paſtor. cap.* 35.) *num.* 6. Et eſt notandum, quod Viſitator non poteſt in pecunia taxare id, quod per victum neceſſarium ſibi debetur, ut ait Barboſa *num.* 55. cum Zerola *in Praxi Epiſc. d. verbo Viſitatio*, §. 6. *dub.* 2. Quia, ut ait Gavantus *num.* 54. Procuratio ad pecuniam redigenda, non pendet ex arbitrio Viſitatoris. Ita ille ex S. Congregat. Epiſcoporum, 22. Januarii 1601. Quocirca Diana *part.* 10. *tract.* 13. *reſol.* 2. inter caſus in quibus Epiſcopus incurrit interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, quintus eſt, *ſi occaſione Viſitationis accipiat procurationem in pecunia, & non in victualibus.* Intellige ut ſuperius dicit Barboſa, & *in Concilium, ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *num.* 34. ſi Viſitator taxaverit in pecunia procurationem. Liberum tamen erit viſitatis, ſi velint, pecuniâ redimere procurationem, (ait Barboſa *num.* 56.) & tunc Viſitator tenetur recipere in ea ſpecie, qua fuerit oblata, ut reſolvit Piaſeg. *d. cap.* 3. *num.* 64. *in fine.*

Eſt etiam ſupponendum, nulla munera, qualiacumque illa ſint, & quomodocumque offerantur, poſſe Epiſcopos à viſitatis recipere ratione viſitationis, ut innuit Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 3. Ita Barboſa *d. num.* 54. Et ſi recipiant aliquid ultra procurationem debitam, non obſtante quavis donantium remiſſione, ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec reſtituant duplum intra menſem. Ita ex Concilio *loco citato*, & ex Decreto Benedicti XII. Gavantus *num.* 63. qui *num.* 64. ſequenti addit, ex eiſdem Concilio, & Benedicto, fieri debere reſtitutionem Eccleſiæ gravatæ. Et in ſequentibus, quæ ſequuntur profert. Videlicet: 128.

Laici ad idem tenentur, ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, & à communione Euchariſtiæ, *ibidem, cap. Exigit, tit. de cenſibus.* Et Epiſcopus tenetur de facto famulorum ſuorum, ſi ſciat, aut ratum habeat, *ibidem.* Neque in his valet ulla donantis remiſſio, *ibidem.* Sufficit reſtituere ſimplum, etiam poſtquam incurrit. Navar. *conſil.* 2. *de cenſibus*: immò ſi diſtulerit, ante menſem non incurrit. Zerola *part.* 2. *Viſitatio primò.* Sed oppoſita ſententia eſt communior, & tutior. Naldus *Viſitare, num.* 8. Hæc omnia Gavantus. Naldus autem, quæ ſequuntur, docet. 129.

Viſitatores quærentes aliquid per concuſſionis crimen, ideſt occaſione officii ſui, præter peccatum mortale, quod admittunt, tenentur ſub pœna ſuſpenſionis, ipſo jure incurrenda, reſtituere duplum infra menſem, *c.* 1. §. *Procuratio, juncto cap.* 1. *de cenſibus, in* 6. à qua pœna ibi liberari prohibentur, niſi facta priùs reſtitutione dupli ejus, quod acceperunt. Sed in foro conſcientiæ ſentit Navarrus *conſ.* 2. *tit. eod. de cenſib. in noviſſ.* poſſe eos abſolvi, facta reſtitutione tantùm ſimpli, quod acceperunt, eo quòd pœna non debeatur in foro conſcientiæ: vulgaris Gloſſa *capitis Fraternitas*, 12. *quæſt.* 2. & probat à ſimili de Inquiſitoribus, quorum Officialis, quærens aliquid per concuſſionem, præter excommunicationem, incurrit pœnam quadrupli: qua tamen non ſoluta, ſed tantum reſtituto ſimplo, poteſt abſolvi, ut dicit Gloſſa *in* 130.

Clem. 2.

Clem.2.§.1. verbo Officii, de Hæreticis. Sed contrarium, nempe eam deberi, etiam in foro conſcientiæ, verius eſſe puto: nec quicquam facit authoritas Gloſſæ *capitis Fraternitas*, quia illa loquitur generaliter in omni pœna; ſed hic ſpecialiter prohibetur abſolutio, non facta reſtitutione dupli, ut dicitur *in præcitato cap.1. §.Procurationes.* Neque ejus opinionem juvat ſimile de Officiali Inquiſitoris, quia ibi nulla fit prohibitio abſolutionis ante reſtitutionem, ſicut in caſu noſtro. Non negatur tamen, poſſe abſolvi ante reſtitutionem dupli, ſi aliquo modo excuſaretur reſtitutio, prout in omni alio caſu excuſaretur, ad tradita per eundem Navarrum *in Manuali, cap.17. num.59.* & alibi ſæpe. Hæc Pater Antonius Naldus.

131. Et non ſolùm Viſitator, ſed nec aliquis ex ſuis, poteſt quicquam præter procurationem accipere, ſub pœna maledictionis, & interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac reſtituendi duplum infra menſem, & poſt menſem, non obſtante remiſſione partium. Barboſa *d.allegat.73. num.44.* ex *d.cap.1. §. Procurationes, in 6. & ex cap. Exigit, el 2. eod. tit. & libro.* Surdo *de Alimentis, tit.1. quæſt.64. num.6. & tit.4. quæſt.22.* Azorio *part.2. lib.3. cap.42. quæſt.9.* & Marco Anton. Genuenſi *in Manuali Paſtorum, cap.35. num.2.* Idem Barboſa *in Collectan. ad Concilium Trid. ſeſſ.24. cap.3. num.18. & 19.* ex eodem Concilii capite, ibi: *Neve ipſi, aut quiſquam ſuorum, quicquam procurationis cauſa pro Viſitatione, etiam teſtamentorum, &c.* Naldus *num.3.* & alii. Barboſa *d.num.18.* ita ait: Non poſſe Epiſcopum quicquam ab eis, qui viſitantur, pro Decretis, & Ordinationibus ſpectantibus ad viſitationem, pro rogitu, ſeu ſcriptura, laboreve ſuo percipere, refert deciſum Armendariz *in Addit. ad Recopilationem legum Navarræ, lib.1. tit.6. de Viſitatione, num.116.* Naldus autem, ſic: Viſitans Epiſcopus, vel ei adjuncti, non poteſt quicquam ab eis, qui viſitantur, pro decretis, & etiam ordinationibus ſpectantibus ad viſitationem, vel etiam pro ſcriptura, vel labore percipere. Eadem S.Congregatio. Hæc ille.

132. Quod ſi petas, an ſub hac prohibitione intelligendus veniat Secretarius, Scriba, aut Notarius Viſitationis? Reſpondeo ex Barboſa *ubi proximè, num.19.* referente Narbonam *l.33. gloſſ.unica, num.9. tit.25. lib.4. Recopilat.* quod cùm Concilium *in d.cap.3.* non loquatur expreſſe de Notariis, circa eos non videtur illud Decretum obſervandum: immò potiùs (ſubdit) Notarios nullum ſalarium habentes pro labore ſcripturarum, actorum, vel Decretorum, non ſecus ac pro litteris ordinatorum, aliquid recipere poſſe pro ſcripturis, ſive inſtrumentis in viſitatione confectis: & citat Socinum *de Viſitatione, limit.11. quæſt.4. num.34. verſic. Et hoc verum.* Annib. Roch. *in tract. de Viſitat. ſuper verbo Gratis, verſ. Quæro, an Notarius, pag.217. & verbo Miniſtriſque familiaribus tuis, verſic. Quæro an miniſtris, pag.308. concluſ.2.* Hæc Barboſa. Sed Gavantus *d.verbo Viſitatio, num.58.* contrarium tenet, dicens: Neque Notarii poſſunt accipere quicquam pro labore. Tridentinum *loco citato*, contrà Villagut. *ubi ſuprà (in ſpeculo Viſitatorum, num.7.)* concedentem aliquid moderatum, ſi non habent ſalarium. Negant Zerola *loco citato (parte 1. verbo Viſitatio, §.6.)* & alii. Iſta Gavantus.

133. Dictus tamen Barboſa *in alleg.73. num.41. & 42.* quæ ſequuntur docet: Unde Cancellarius, Auditor, Scriba, vel Notarius Epiſcopi, non poſſunt quicquam accipere à Viſitatis pro ſcriptura proceſſus viſitationis: pro copia tamen actorum, ſeu decretorum Viſitationis ab eis, qui ea petunt, licitè competentem mercedem petere poſſunt. Navar. *conſ.1. de cenſibus, in novis*, Piaſegus *in d. Praxi nova Epiſcoporum, d.cap.3. num.63. verſ. Neque Cancellarius*, quamvis Zerola *dicto verbo Viſitatio, §.6. dub.4.* aſſerat Secretarium, vel Scribam, non poſſe aliquid accipere pro ſuis laboribus ſcribendo, vel tranſcribendo, vel dando copiam ipſius viſitationis. Hactenus Barboſa.

134. Dictis ſuperius non obſtantibus, procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti, in multis caſibus. *Primò*, quando loca ſunt ſpecialiter exempta à præſtanda procuratione viſitanti. Ita Barboſa *allegat.73. num.47.* cum Piaſeg.

ſeq. *num.* 65. Roderiquez *tom.* 2. *Q. Regular. quæſt.* 63. *art.* 7. *verſ. Quartò*, & Azorio *Inſtit. Mor. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 42. *quæſt.* 2. De numero exemptorum à à procurationis ſolutione, ſunt Monaſteria, Capellæ, Eccleſiæ, & alia loca Congregationis S. Juſtinæ, aliàs Caſſinenſis, in vim Conſtitutionis Eugenii Papæ Quarti, incipit *Etſi ex debito*, editæ ex motu proprio illius, Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quadringenteſimo, Trigeſimo Quarto, Septino Kalendas Martii, & ſui Pontificatus Quarto. Quæ adeſt in Bullario Congregationis noſtræ Benedictinæ Hiſpanæ, *la ſexta*, in qua *num.* 10. ſic lego: *Necnon ab omnibus cenſibus, redditibus, & ſolutionibus ratione viſitationis, aut ſubjectionis quocumque jure hactenus debitis, aut in futurum debendis, quibuſcumque Ordinariis, Capitulis, Collegiis, Congregationibus, Univerſitatibus, aut aliis quibuſvis perſonis, per ejuſdem plenitudinis poteſtatem, omninò liberamus, & penitus abſolvimus. Non obſtantibus præſcriptionibus, conſtitutionibus, conſuetudinibus, ſtatutis, Decretis, & privilegiis Apoſtolicis quibuſcumque in contrarium facientibus, de quibus ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum eſſet mentio facienda.* Hæc ad amuſſim dicta Eugeniana Conſtitutio, poſtquam *num.* 1. dixerat: *Motu proprio, non ad ipſorum Monachorum, aut alicujus alterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios Congregationem præfatam, ejuſque Præſidentem, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Converſos, Commiſſos, Novitios, & perſonas, ac eorum Capellanos, qui pro tempore fuerint, etiam Curam habentes animarum: necnon familiares, & ſervitores ipſorum, qui nunc ſunt in præfata Congregatione, & in futurum pro tempore erunt, ac etiam Monaſteria, Prioratus, & loca, quæ nunc ſunt, vel in poſterum Congregationi prædictæ quandocumque uniri, vel incorporari, ſeu ſubjici, vel aggregari contigerit: necnon omnia, & ſingula dictorum Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum, ut præmittitur, præſentium, & futurorum, Eccleſias, Capellas, etiamſi ipſis curæ animarum immineat: Oratoria manualia, membra, caſtra, fortalitia, ædificia, Villas, grangias, vineas, oliveta, hortos, ſylvas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molendina, aquas, aquarum decurſus, jura, juriſdictiones, prædia, poſſeſſiones quaſlibet, & bona quæcumque, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt dictæ Congregationis, & quæ omnia, & ſingula per eorum vocabula, fines, valores, quantitates, qualitates hîc haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, à quorumcunque Legatorum, Delegatorum, necnon Nuntiorum Apoſtolicæ Sedis, atque Vicariorum, Rectorum, & quorumvis Officialium Romanæ Eccleſiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Electorum, Adminiſtratorum, & aliorum quorumcunque Judicum Ordinarium, quovis nomine, & poteſtate fungantur, locorum Ordinariorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: ita quod in dictam Congregationem, vel ejus ſingulares perſonas, ſeu benefactores occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum hujuſmodi Monachis converſentur, ſeu ab eis recipiant abſolutionis beneficium, & Euchariſtiæ Sacramentum, necnon in Monaſteria, Prioratus, loca, & perſonas in eis degentes, ratione delicti, exceſſus, ſeu contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque ineatur contractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat, Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aut alias quaſvis Sententias, niſi de ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ, ac de indulto hujuſmodi, ac Congregationis præfatæ mentionem expreſſam faciente, quomodolibet, directè, vel indirectè ferre, ſeu promulgare non poſſint. Decernentes ex nunc, ſi quid in contrarium actum fuerit, irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti, de ſpecialis dono gratiæ, & plenitudine poteſtatis, tenore præſentium prorſus eximimus, ac totaliter liberamus: illaque omnia, & ipſorum quodlibet in jus, & proprietatem Beati Petri, & Sedis ejuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra, retento Nobis, & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in feſto Beatorum Petri, & Pauli, annis ſingulis Nobis, & Cameræ Apoſtolicæ perſolvendo auri uncia unius, in ſignum perpetuæ libertatis, & exemptionis.*

Qua libertate, & exemptione, ſicut omnibus aliis gratiis, & privilegiis Congregationi Caſſinenſi, ejuſque Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, 135.

ſiis, Capellis, locis, Monachis, Capellanis, etiam Curam animarum habentibus, &c. conceſſis, gaudet noſtra Congregatio Benedictina Valliſoletana, ſeu Hiſpana, & ejus Monaſteria, Prioratus, Eccleſiæ, Capellæ, & loca, Monachi, Capellani, ſeu Vicarii, etiam curam habentes, in vim Conſtitutionum plurium Apoſtolicarum, de quarum numero ſunt, quas ediderunt Julius Secundus, 18. Kalendas Julii, anno 1505. & ſui Ponficatus ſecundo: incipit, *Ad ſacram Petri Sedem*, la 1. noſtri Bullarii (quæ clauſulam habet, *quorum tenores, &c.* quæ uti ait Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 28. in fine*, ex Caſſadoro *deciſ. 10. num. 2. deciſ. 28. & 38.* & Decio *conſ. 340. num. 1.* tantam vim habet, quantam haberet clauſula in qua omnia exprimerentur.) Leo X. & Clemens VII. 26. Novembris 1523. la 84. ejuſdem Bullarii, incipit *Rationi congruit*, & Clemens VIII. 10. die menſis Septembris, 1592. incipit, *Romanus Pontifex, el* 123. Et in ſpecie, gaudere, & potiri exemptione non ſolvendi procurationem Ordinariis, noſtras Eccleſias, ſeu Capellas viſitantibus, curam quidem animarum habentes: & in vim præfatæ Eugenianæ Conſtitutionis, Sacra declaravit Rota, mediis Deciſionibus, & ſententiis tribus definitivis, pro quarum executione litteras relaxavit executoriales, die 20. menſis Auguſti 1599. Primam tulit R. P. D. Franciſcus Orano, Papæ Clementis Octavi Commiſſarius, & Rotæ Auditor, ſub tenore ſequenti.

136. *Chriſti nomine invocato, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum voto, & aſſenſu ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, quæ coram nobis inter Abbates, & Monachos Monaſteriorum Ordinis Sancti Benedicti, exiſtentium in Diœceſi Burgenſi, ac totam Congregationem ejuſdem Ordinis Regni Hiſpaniarum, ex una; & Reverendiſſimum D. Archiepiſcopum, ac Decanum, Canonicos, & Capitulum Eccleſiæ Burgenſis, de & ſuper procurationibus ſolvi ſolitis ratione viſitationis per dictum Archiepiſcopum, & eo mortuo, per Decanum, & Capitulum faciendæ, ac rebus aliis in actis cauſæ & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis, & illorum occaſione, in prima, ſeu alia veriori verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, partibus ex altera: Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, privilegia per Summos Pontifices Congregationi Sanctæ Juſtinæ prædicti Ordinis conceſſa, & toti Ordini communicata, prædictis Abbatibus, & Monaſteriis ſuffragari, ac dictos Abbates, Monachos, & Monaſteria, & quaſcumque illorum Eccleſias, & illarum Rectores, ſeu Vicarios fuiſſe, & eſſe liberos, & exemptos à ſolutione dictarum procurationum, & quorumcunque onerum ratione viſitationis, aut alia de cauſa Archiepiſcopo, ſeu Capitulo ſolvi ſolitorum, & prædictis Archiepiſcopo, ſeu Capitulo, Sede Archiepiſcopali vacante, nullum jus, nullamque actionem ſuper hujuſmodi procurationibus, ſeu oneribus contra, & adverſus prædictos Abbates, Monachos, & Monaſteria, & Eccleſias, ac illarum Rectores, ſeu Vicarios, vel eorum quemlibet competiiſſe, neque competere: ac dictos Abbates, Monachos, & Rectores, ſeu Vicarios, & quemlibet eorum, à petitis pro parte dictorum Archiepiſcopi, abſolvimus, & Capituli & à prædictis Abbatibus, Monachis, & Rectoribus, ſeu Vicariis præſtitas, & illatas, ac præſtita, & illata, fuiſſe, & eſſe illicitas, iniquas, indebitas, & injuſtas, illicitaque, iniqua, indebita, & injuſta, ac de facto factas, & facta, ac illas, & illa eis, & cuilibet eorum facere minimè licuiſſe, neque licere de jure: ac de, & ſuper præmiſſis, eiſdem Archiepiſcopo, & Capitulo perpetuum ſilentium imponendum fore, & eſſe, ac imponimus: necnon eoſdem Archiepiſcopum, & Capitulum, in expenſis, in hujuſmodi cauſa factis, fore, & eſſe in ſolidum condemnandos, ac illos in ſolidum condemnamus, quarum expenſarum taxationem nobis in poſterum reſervamus, præmiſſo, & omni alio meliori modo, &c. Ita pronunciavi Ego Franciſus Oranus Rotæ Auditor.*

137. Quam quidem ſententiam confirmavit in ſecunda inſtantia, per aliam diffinitivam, præcedenti conformem, eadem Rota, ſub Cardinali Seraphino Olivario, tunc illius Auditore, & Papæ Commiſſario. Et in tertia tandem huic ſimilem ſuam pronunciavit

R. P. D. Horatius Lancellotus, qui illa in judicatum tranſacta, cum inſertione hujuſmodi trium ſententiarum, pro illarum debita executione litteras expedivit, & relexavit, quæ in Archivio antiquiſſimi, & celeberrimi Aſceterii S. Petri de Charadigna, à Burgenſi Civitate prope duas leucas diſtantis, aſſervantur, & in hujus Hyrachenſis Cœnobii Archivio copia illarum authentica pariter aſſervatur.

138. Et eſt valdè notandum, & menti tenendum, quod licèt aliquæ, aut plures Eccleſiæ Parochiales, ſeu Capellæ Curam animarum habentes, dictis Congregationibus Caſſinenſi, & Valliſoletanæ incorporatæ, aggregatæ, ſeu ſubjectæ, vel earum Vicarii, ſeu Capellani, procurationem hactenus Epiſcopis illas viſitantibus ſolverint, per quamplurima annorum curricula, nullum jus, nullamque poſſeſſionem ad illam exigendam, Dominos Epiſcopos acquiſiviſſe. Et ratio eſt, quia præfata Eugeniana Conſtitutio, Decretum continet irritans, ſicut & Clementis Octavi diploma: Decretum autem irritans, inter alios effectus, iſtos producere habet: quod ipſo jure irritet quidquid in contrarium fit, ut dixi in aliis lucubrationibus meis, & docent Barboſa *clauſula* 40. & Rota *in Pampilonenſi Vicariæ, Stellæ, coram R. P. D meo Cerro, anno* 1642. *&* 1643. poſt meas QQ. Paſtorales *deciſ.* 17. *&* 18. Quod tollat conſuetudinem in præteritum, & in futurum, & omnem tollat uſum. Barboſa *d. clauſula* 40. *num.* 35. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 18. *quæſit.* 6. Quod tollat ſententiæ vires, & ejus impediat executionem. Barboſa *num.* 36. & Eugenius IV. in præfata Conſtitutione, *num.* 11. ibi: *Decernentibus ex tunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, &c.* Et denique, quod poſſidens contra Decretum irritans, non habeat poſſeſſionem civilem, nec naturalem, nec detentationem, ſeu inſiſtentiam facti manutenendam. Barboſa *num.* 18. Rota *in Metenſi Monaſterii*, 5. *Iulii* 1621. *coram Coccino*, *la* 22. apud Aſcan. Tambur. *tom.* 3. *de Iure Abbat. num.* 22. quatenus dicit: Certum eſt, quod Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem, ... & habet oculos retro, & operatur nullitatem ab initio. Caſſadorus *deciſ.* 11. *&c.* Quod autem nullum eſt, manuteneri non poteſt, nec detentatio: in detentatione enim, ſeu inſiſtentia facti, manutenendus quiſque eſt, quando non eſt certum, intrare, decretum irritans. Decretum enim irritans (inquit Barboſa *d. clauſ.* 40. *num.* 21.) tunc inficit poſſeſſionem, quando certum eſt illud intrare: & donec dubium eſt, an intret, vel non, interim poſſeſſor ſit manutenendus, ratione ſaltem ſuæ detentationis. Tenet Lancellotus *de Attentatis, quæſt.* 3. *cap.* 24. *quæſt.* 1. *numero* 80. Seraphinus *deciſ.* 1471. *num.* 5. *&* 7. & fuit reſolutum *in Salernitana Præbendæ*, 10. *Novembris* 1617. *coram Ubaldo Seniori, & in Anagnina Beneficii*, 15. *Martii* 1627. *coram Ubaldo Iuniori.* Hæc Barboſa. Sed certum eſt, intrare decretum irritans in diſpoſitione Eugenii Quarti, circa exemptionem noſtrarum Eccleſiarum, & earum Vicariorum, à procurationis, ratione Viſitationis, ſolutione. Ergo poſſidens perceptionem dictæ procurationis, manutenendus non eſt in hujuſmodi perceptione, etiam ratione detentationis.

139. Dictis conſonat Poſtius *obſerv.* 46. ubi quæſito, *An poſſeſſio infecta ſit manutenibilis, & an detur manutentio contra habentem aliquod privilegium, ſeu litteras Apoſtolicas, præſertim cum Decreto irritante, & clauſula Sublatæ?* poſt alia *num.* 7. de Decreto irritanti docet, quod inficiat poſſeſſionem civilem, naturalem, & detentationem, & omnem juris effectum tollat; & quod habens illud contra ſe, non poſſit uti aliquo remedio poſſeſſorio, nec ſummariiſſimo manutentionis.

Pro qua concluſione plures allegat Sacræ Rotæ Deciſiones, quas affert, & exſcribit per extenſum, poſt ſuum tractatum *de Manutentione.* Hujuſmodi illæ ſunt: *In Ianuenſi Parochialis, coram Durano, la* 217. *num.* 57. *in Anagnina beneficii, coram Cardinale Ubaldo, la* 286. *num.* 3. *in Recentior. deciſ.* 341. *num.* 5. *deciſ.* 476. *num.* 4. *la* 508. *numero* 2. *la* 523. *num.* 3. *la* 554. *num.* 1. *part.* 3. *&* *deciſ.* 224. *num.* 3. *part.* 4. *coram Martino Andreæ, deciſ.* 1. *num.* 10. *in*

in Vlyſbonenſi declarationis Concordiæ, coram Iuſto, poſt dictum tract. la 393. *numero* 5. *in Leodienſi Perſonatus, coram eodem, la* 405. *num.* 1. *in Abulenſi Beneficii del Varco, coram eodem, la* 408. *num.* 4. *& la* 482. *num.* 1. *in Elnenſi Canonicatus, coram D. Card. Vbaldo, la* 517. *num.* 5. *in Baionenſi Beneficii, coram Coccino, la* 480. *num.* 10. *& deciſ.* 482. *n.* 1. *in Leodienſi Canonicatus, coram Pirovano, la* 578. *num.* 9. *in Peruſina exemptionis, coram eodem, la* 641. *num.* 1. *in Bononienſi Exemptionis, la* 646. *num.* 5. Duran. *deciſ.* 126. *num.* 5. *in Virdun. Monaſterii, coram Coccino, la* 670. *num.* 22. *& coram Buratto deciſ.* 527. *num.* 3. At Eugeniana Conſtitutio, munita apparet, tam *Decreto irritanti*, quam clauſula *Sublata*, uti ex illius inſpectione conſtat. Ergo Epiſcopi, & alii Viſitatores Eccleſiarum Parochialium, Monaſteriis Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ unitarum, exiſtentes in poſſeſſione percipiendi procurationem illas viſitantes, manuteneri non poſſunt, nedum in hujuſmodi poſſeſſione, ſed nec in detentatione quidem, ſeu in inſiſtentia facti, percipiendi procurationem ab Eccleſiis ipſis, ſeu à Vicariis earum, aut ab aliis eorum nomine.

Quæsitum I.

140. Quod ſi inquiras, *an ſupradicta procedant etiam in Prælatis Regularibus habentibus Eccleſias Parochiales ſuis Monaſteriis unitas, & incorporatas acceſſoriè, ſicut procedunt in Epiſcopis, & aliis Ordinariis, & tam quoad jus exigendi, & percipiendi procurationem ratione Viſitationis earum, quàm quoad exemptionem à procurationis ſolutione?* Reſpondeo *primò*, hujuſmodi Prælatos Regulares, jus habere ad viſitandas dictas Eccleſias, & ad exigendam ab eis procurationem. Et ratio eſt primò, quia dictæ Eccleſiæ, cùm exemptæ ſint à jurisdictione, viſitatione, & correctione Ordinariorum, quà talium, ut patet ea Eugeniana præfata, quoad omnia iſta ſubjectæ eſſe per neceſſe debent Prælato, & Monaſterio, cui hujuſmodi Eccleſiæ pleno jure, quoad ſpiritualia, & temporalia, acceſſoriè, & ſubjectivè unitæ ſunt, & incorporatæ; cum non poſſit Eccleſia ulla non eſſe alicui Prælato immediatè pleno jure ſubjecta, & nulli alteri ſubeſſe poſſit Eccleſia Monaſterio, ſic ut præfertur unita, quàm ipſi, ejuſque Regulari Prælato, ut latius dixi *in qq. Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *à num.* 18. & ex eo fit manifeſtum, quod ut ibi, *part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 3. *&* 4. demonſtravi, Eccleſiæ per unionem acceſſoriam, & ſubjectionis Monaſterio factam, amittunt qualitates, & naturas ſuas, & ſortiuntur, & acquirunt omnes qualitates, prærogativas, privilegia, & naturam ipſam Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, cui uniuntur, & in illud transformantur. Cum ergo dictæ Eccleſiæ Ordinario, quà tali, non ſubdantur, ſed Prælato Regulari, ab illo viſitari poterunt, & debebunt, ſicut Eccleſia ipſa Monaſterii viſitatur: aliàs illæ, qualitates, privilegia, & naturam Eccleſiæ non haberent Monaſterii, & non eſſent alicui Prælato immediatè ſubjectæ pleno jure.

Secundi verò ratio eſt: quia, uti 141.
Barboſa docet *allegat.* 73. *ſub num.* 63. Eccleſiæ inferiores, Epiſcopis, & aliis viſitantibus moderatas procurationes ſolvere tenentur, juxta modum, & qualitatem Jure præfinitam: debentur enim, vel ratione Viſitationis, ut *in cap. Cum ex officii*, 16. *de Præſcription. verſ. Nos igitur*, & *in cap. Cum venerabilis, verſ. Quia ergo, de cenſibus, cap. Procurationes*, 23. *eod. tit. lib.* 6. vel ex vi conſuetudinis, aut alterius juris ſpecialis, *cap. Servitium, in principio*, 18. *quæſt.* 2. *cap. Scientes* 3. *de cenſibus*, juncta regula *capitis Ad Apoſtolicam*, 42. *de Simonia*. Vel tandem ex pacto legitimè celebrato, tempore ſcilicet fundationis, *capite Eleutherius*, ibi: *Tempore, quo, &c. cap.* 18. *quæſt.* 2. *cap. Præterea* 23. *verſic. Præſenti, de Iurepatronatus, cap. Quanto* 16. ibi: *Ab ipſo primordio*; & ibi, *procurationem Eccleſiaſticam, &c. de cenſibus.* Qua autem ratione procuratio viſitationi annexa fuerit ſtatuta, examinant poſt Innocentium Abbas *num.* 5. *in d. cap. Procurationes*, Marian. *de Viſitat. num.* 37. Pavin. *eod. tract. part.* 1. *quæſt.* 9. *in princ.* Fuſchus *in ſimili tr. lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 14. *& unico verbo*, S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 3. *verſ. licèt tamen.* Quorum alii, in ſignum ſubjectionis; alii, ut faciliùs Prælati in-

ducantur ad viſitandum, expendentes ſimilitudinem de quotidianis diſtributionibus, quæ ſpecialiter deputantur Canonicis, ut ad intereſſentiam Divinorum invitentur, quamvis aliàs ad divina Officia teneantur, *cap. unico, de Clericis non reſidentibus lib.6.* Ita Abbas *d. n. 5.* & alii *ibidem.*

142. Si verò proxima, & immediata ratio quæratur, illam eſſe certius duco, quam reddit *d. cap. Cum ex officii, prope fin.* quia nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare, & qui ſpiritualia ſeminat, &c. Habetur ex D. Paulo 1. *ad Corinth.9.* Bonus textus *in cap Si Epiſcopus 6.* ibi: *Stipendia ſanctis laboribus debita, 1. quæſt. 2.* Ita in propoſito S. Thom. & Pavin. *citatis locis.* Si tamen aliquis opponat, quod hæc ratio videtur remota, & generica, quippe quæ communis ſit omnibus quorumcunque beneficiorum redditibus, quinimò omnibus illis, qui ad clericalem Ordinem promoventur, *cap. Cum ſecundum, 16. in principio, de Præbendis*, juncta regula *cap. ultimi, de Reſcriptis, lib.6.* Reſponderi poterit *primò*, hanc rationem in individuo in materia viſitationis, & procurationis reddi à Summis Pontificibus, quoad intentum *in d. cap. Cum ex officii, & d. capite Si Epiſcopus*; & ideo neque de remota, vel generica notari poſſe, argumento *cap. Ne innitaris, de Conſtitutionibus.* Ex eo autem quod generica, cum alios concludat, notari poteſt. Vel *ſecundò* reſponderi poterit explicando rationem illam, ſi dicas prudenter ſatis Prælatis viſitantibus procurationem deputari, ut ſic magis invitentur per ſe ipſos perſonaliter viſitare, cùm aliter certò ſciant, nihil procurationis ſe poſſe exigere, *d. cap. Si Epiſcopus, in fine:* inſuper ne propter defectum hoſpitii, à perſonali Viſitatione aliquatenus deterreantur, ſicut experientia docet in illis, qui extra domos proprias divagari, vel commorari coguntur: quo caſu boni ſpiritualis grave inſurgeret detrimentum. Hucuſque Barboſa.

143. In quibus aliqua obſervare convenit. *Primò*, Eccleſias inferiores, nedum Epiſcopis debere procurationem, ſed etiam viſitatoribus aliis, ut ex tot Juribus probat Barboſa in principio, cujus concluſio cum abſoluta, & indefinita ſit, ibi, *Epiſcopis, & aliis viſitantibus*, negari non poteſt Abbates, & alios Prælatos Regulares, Eccleſias ſuis Monaſteriis unitas viſitantes, ſub ly, *aliis*, comprehendi. *Secundò*, procurationem ſolvi debere ratione ſubjectionis, quam habent Eccleſiæ illas viſitantibus: Eccleſias autem Monaſteriis jure pleno unitas, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, ſubjici quoad utraque ipſis Monaſteriis, & eorum Prælatis, evidens veritas eſt: cum hujuſmodi unio dicatur, & verè ſit, unio ſubjectionis, & incorporationis Eccleſiæ unitæ cum Monaſterio. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, 19. Ianvarii 1663. coram Bevilaqua, la 2. poſt mea Commentaria, num. 1.* ibi: *Quia Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendavia, jam uſque de anno 1408. à Nicolao de Romero*, potiùs *de Roncesvalles, tunc Adminiſtratore Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ, plenariè, & per viam incorporationis unita, & annexa fuit Monaſterio de Hyrach, cum omnibus pertinentiis ſuis, &c.* Et inferiùs *numero 2.* ibi: *De hac autem unione incorporationis, & ſubjectivè facta Monaſterio, abundè Domini apparere dicebant ex illis verbis, ibi: Cum omnibus juribus, & pertinentiis præfato Monaſterio incorporamus & perpetuò unimus, &c.* Et poſtea, *num. 3. Secus quando, ut hîc, pleno jure, & ſubjectivè, Parochialis fuit alteri unita.* Et in eadem cauſa, *27. Iunii 1664. coram Ninot, la 3.* ubi proximè, ubi *num. 4.* dicit: *Hanc autem plenariam, & ſubjectivam unionem, tam quoad temporalia, quàm quoad ſpiritualia, Domini reſultare dicebant, non ſolùm ex illis verbis, Cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, &c.* Et rurſus in eadem cauſa, *11. Martii 1667. coram Otalora*, ubi ſuprà, *la 5.* ubi *num. 7.* ad illa verba: *Ita quod liceat per Vos, vel procuratorem veſtrum corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, juriumque & pertinentiarum prædictarum authoritate propria apprehendere*; ſic ait: *Ita ut importet pleno jure, & ſubjectivè unire, & incorporare Eccleſiam Parochialem menſæ Monaſterii, tam quoad temporalia, quàm ſpiritualia, &c. Et in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 14. Decembris 1598. coram Cardinali Seraphino, la 1304. & poſt meas 22. Paſtor. la 13.* ſic *num. 4.* ait: *Quartò facit*

quod

quod coram Abbate præſentant Vicarium amovibilem; hoc enim eſt manifeſtum ſignum ſuperioritatis, ut per Abbat. in d. cap. de Monachis, num. 9. de Præbend. DD. *in cap. fin. de Iurepatronatus.* Et in ſententiis diffinitivis illius cauſæ dicitur: *Ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochiali exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, &c.* Obſervari debet *tertiò*, facilius induci Prælatos, etiam Regulares, ad viſitandum, ſi procuratio illis ſolvatur, quàm ſi ſuis viſitent expenſis: quod, ultra ſimile de quotidianis diſtributionibus Canonicorum, à Barboſa ponderatum, quotidiana ſuadet in ſpecie praxis.

144. *Secundò* reſpondeo quæſito *n.* 140. facto, doctrinam in præcedentibus traditam non procedere in Prælatis Regularibus Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, viſitantibus Eccleſias ſuis Monaſteriis ſubjectas, & unitas, quoad exemptionem iſtarum à ſolutione procurationis illis debita ratione viſitationis. Et ratio eſt: quia exemptio hujuſmodi conceſſa eſt ab Eugenio Quarto, uti in ejus vidimus Conſtitutione, non abſolutè reſpectu omnium Viſitatorum, ſed illorum tantùm, qui de dictis Congregationibus non ſunt, Epiſcopi ſcilicet, & alii Ordinarii, &c. & quia dicta exemptio primariò conceſſa eſt Congregationi, ejus Monaſteriis, Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, & Monachis illius, & eorum reſpectu, Eccleſiis eis annexis, unitis, & incorporatis: Quod autem, ob gratiam alicujus conceſſum eſt, non debet in ejus diſpendium retorqueri, *cap. Quod ob gratiam, el 61. de Regul. jur. in 6. l. Nulla, ff. de legibus.* Ex quibus ego ipſe, *in Diſquiſitionibus, tom. 1. tract. 7. ſect. 1. diſq. 6. dub. 1. num. 2. pag. 267. & dub. 7. n. 8. pag. 279. & in Apologia, in reſponſione ad primam Oppoſitionem, num.* 8. Auguſt. Barboſa *in d. cap. Quod ob gratiam,* ex eodem, & ex *l. citata, Nulla juris ratio, la* 24. *de legibus, l. Quod favore, C. eod. tit.* Thoma Thomaſſet *in Florib. legum, regula* 143. Surdo *deciſ.* 195. *num.* 5. Cardin. Mantica *de Tacitis, & ambiguis, lib. 2. tit. 12. n. 27.* Monacho *de Optione can. cap.* 3. *num.* 142. Glorit. *Reſp. 1. p. 1. num.* 39. Idem Barboſa *in tract. de Axiomatib. axiom. 96. num.* 1.

Quæsitum II.

Quod ſi iterum quæras, *an pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ, injuncta Epiſcopis, & aliis Secularibus Viſitatoribus, recipientibus quodlibet munus, præter procurationem conſiſtentem in victu, locum habeat in Regularibus, ſi duplum intra menſem non reſtituant Monaſterio, à quo illud acceperunt Viſitatores Regulares, aut ad quod illud pertinebat, ad ſuprà tradita, à num.* 128. 145.

Reſpondet Aſcan. Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 2. diſp. 15. quæſt. 5. num.* 5. quæ ſequuntur. Abbates, & Prælati Regulares in viſitatione aliquid ultra ea, quæ ſibi juxta ſuarum Religionum conſtitutiones, & conſuetudines competunt, accipientes, vel exigentes, ſuſpenduntur ab ingreſſu Eccleſiæ, donec reſtituant duplum Monaſterio, à quo acceperunt, non obſtante qualibet ipſius Monaſterii remiſſione, *cap. Exigit, de Cenſibus, lib.* 6. Quod intelligendum eſt de iis, qui jure ordinario, non autem ut delegati viſitant, *cap. Romana, eod. tit. lib.* 6. Sayrus *de Cenſuris, lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 26. *&* 27. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 39. *num.* 4. Suarez *de Cenſuris, diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 15. & alii apud Bonacinam *de Cenſur. diſp.* 3. *puncto* 5. §. 2. *num.* 20. Hæc Tambur.

146. Lezana *tom. 1. part. 1. cap.* 18. *n.* 68. *in fine*, ita ait, loquendo de ſuperioribus Regularibus, viſitare debentibus Monaſteria ſibi ſubjecta: In viſitationibus autem, maximè cavere debent à munerum receptione, *ex cap. Romana, §. Procurationes, de cenſibus, in 6. & ex Tridentino, ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 3. Peyrinus *tom. 1. privilegiorum Minimor. in conſtit.* 14. *Leonis X. num.* 7. Idem Lezana *tom. 2. part. 2. verbo Iudex, & Iudicium Regulare, num.* 16. in ſequentia prorupit: Præterea circa Judicem Regularem, animadvertendum *primò*, in ipſo maximè procedere id, quod dixi *tom. 1. part. 1. cap.* 18. *num.* 68. ſcilicet, cavere debere à munerum receptione, etiam liberaliter conceſſorum, non ſolùm propter dicta *ſuprà, verbo*

Dare, ſeu Donare, num. 5. ex Conſtitutione Clementis VIII. noviſſimè approbata, & explicata juſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri Urbani: ſed etiam propter *cap. Romana, & Concil. Tridentinum eod. num.*68. relata. De quo Thomas de Jeſu *de Viſitatione Regularium, tract.* 1. *cap.* 21. *per totum.* Quibus adde, Judicem Eccleſiaſticum (ac per conſequens Regularem) aliquid recipientem, etiam gratis oblatum, teneri ad reſtitutionem, etiamſi pars, quæ donavit, illud remittat, *cap. Statutum, de Reſcriptis, in* 6. Sylveſter *in Summa, verbo Iudex* 1. *quæſt.* 8. Cajetanus *verbo Iudicis peccata, in fine.* Sanchez *d. tom.* 1. *Concilior. Moral. lib.* 3. *cap. unico, dub.* 2. Poteſt tamen aliquid donari Judici, cauſa redimendæ vexationis, ſi eſt periculum injuſtitiæ. Tunc enim licèt ipſe Judex injuſtè recipiat, pars tamen injuſtè vexata, licitè donat, quia jure naturæ id permittitur titulo defenſionis, & jura humana non loquuntur pro hoc caſu. Corduba *lib.* 1. *quæſt.* 32. Bannez 2. 2. *quæſt.* 62. *art.* 5. *dub.* 4. Sanchez *ſuprà, dub.* 2. Excipienda etiam videntur parva eſculenta, & poculenta, & etiam xenia, ſeu eulogiæ, id eſt munuſcula parva data humanitatis, vel urbanitatis gratiâ. Gloſſa *in cap.* 1. *de Decimis, in* 6. *in princip.* Sylveſter *ſuprà*, Peyrin. *tom.* 1. *Privileg. Minimor. conſt.* 14. *Leonis X. num.*7. Quod intellige ceſſante ambitione, & cum licentia requiſita, de quibus *eo num.* 5. dixi.

147. *In eodem tom.* 2. *part.* 4. *verbo Viſitator Regularis, num.* 11. idem docuit, dicens: Nota etiam, quod licèt juxta dicta *tom.* 1. *part.* 1. *eo cap.* 18. *num.*68. *& ſuprà, verbo Iudex, & judicium regularium, num.* 16. Viſitatores, aut Judices Regulares abſtinere omninò debeant à munerum receptione, etiam liberaliter conceſſorum, ita ut ad reſtitutionem ipſorum teneantur (de quo præter Authores ibidem relatos, Sayrus *in Clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 31.) nihilominus poſſunt taxas à Conſtitutionibus particularibus Religionum deſignatas recipere, & à Conventibus tempore viſitationis, de eſu, & potu, ac aliis neceſſariis provideri; ita tamen ut ſubditos non gravent expenſis, aut cibis, & potibus delicatis, & exquiſitis. De quibus omnibus, ex variis Authoribus, Peyrinis *tom.* 1. *Privilegior. Minim. in Conſtit.* 14. *Leonis X. num.*6. 8. 9. *&* 10. *& loco relato ex Formulario* (*lit. P. cap.* 9.) *num.*9.

148. Tandem dictus Mag. Lezana *tom.* 3. *in Marimagno Carmelitarum, circa* §. 27. *num.*239. in ſequentia prorumpit, videlicet: Ex eo quoque, quod Pontifex hic ſtatuit, ne Conventibus reformatis aliqua taxa imponatur, præter ſolitam, approbari videtur conſuetudo, tam noſtræ, quàm aliarum Religionum, ut ſcilicet Provincialibus, vel Viſitatoribus, aliqua taxa, vel quota pecuniarum deſignetur. Non quidem ad eos ditandos, ſed pro expenſis itineris, communibuſque ipſorum neceſſitatibus. De quo *cap. Romani, de Cenſibus,* §. *Procurationes, in* 6. *cap. Si Epiſcopus, de Officio Ordinarii, etiam in* 6. Surdus *de Alimentis, tit.* 4. *quæſt.* 22. Azor *tom.* 2. *Inſtit. Moral. lib.* 3. *cap.* 42. *quæſt.*9. Zerola *in Praxi, part.* 2. *verbo Viſitatio,* §. 6. Obiter tamen nota, quod ſi Prælatus, v. g. Generalis, vel Provincialis, non viſitat, ſed tantummodò mittit Viſitatorem, non poteſt talis Prælatus accipere à Viſitatis dictam taxam, vel quotam. Ita enim habetur *ex dicto Capitulo Si Epiſcopus, & cap. Relata eſt,* 10. *quæſt.* 1. ubi reprehenduntur quidam Epiſcopi, qui non viſitantes ſuas diœceſes, pecunias aliquas poſtulabant. Peyrinis *in Formulario, Litt. P, cap.* 9. *num.* 2. *tom.* 1. *Privilegior. Minimor. in Conſtit.* 14. *Leonis X. num.* 10. ubi etiam, quid dicendum, quando talis Prælatus, Generalis videlicet, haberet aliquos redditus ab Ordine; & in quibus tales redditus ſint expendendi. Omnia hactenus dicta, ſunt M. Lezanæ.

149. Laurentius autem de Peyrinis in præcitatis locis, quæ ſequuntur, docet. In primis, *ad Conſtit.* 14. *Leonis X. num.*6. ait: Noto 5. quod quando Prælatus ordinarius (loquitur de Generali, & Provinciali) per alium, Religionem, ſeu Conventum, vel Provinciam viſitat, tenentur viſitati facere expenſas ad talem viſitationem conſuetas, & neceſſarias Viſitatori. Habetur *in cap. Romana, de Cenſibus, & in cap. Si Epiſcopus, de Officio Ordinarii in* 6. Et tunc non tenentur

nentur viſitati dare aliquid Prælato ordinario. Habetur *d. cap. Si Epiſcopus.* Et ſi Prælatus ordinarius, v. g. Generalis, haberet aliquos redditus ad hunc effectum viſitationis, tunc viſitati non tenerentur providere Viſitatori, niſi de victualibus, id eſt de eſu, & potu pro Viſitatore, & ejus familia ac equis : Cetera autem neceſſaria, ut equos, veſtes, expenſas pro itinere pro dicto Viſitatore & ſociis, teneretur tribuere Generalis ipſe, qui ad hunc effectum habet dictos redditus. Habetur *d. cap. Si Epiſcopus.*

150. Cavere autem debent dicti Viſitatores in primis à munerum receptione, *cap. Romana, §. Procurationes, de cenſibus, in 6.* ubi dicitur : *Caveat inſuper Viſitator, ne ipſe, vel quiſquam ſuorum aliquod munus, quodcumque ſit, & qualitercumque offeratur, præſumant recipere, ut non quæ ſua ſunt videatur quærere, ſed quæ ſunt Ieſu Chriſti. Quia ſi fuerit contrà præſumptum, recipiens maledictionem incurrat, à qua nunquam niſi duplum reſtituat, liberetur.* Et in Tridentino *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 3.* habetur: *Nec munus, quodcumque ſit, & qualitercumque offeratur, ſuſcipiant. Non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, exceptis victualibus.* Et paucis interpoſitis, ait : *Quod ſi quiſquam, quod abſit, aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis juxta Conſtitutionem Concilii Generalis Lugdunenſis, quæ incipit, Exigit, cap. 2. de cenſibus, in 6. mulctetur :* ideſt, inferiores Prælati remaneant ſuſpenſi ab Officio, quouſque de duplo plenariam ſatisfactionem impendant, nulla eis in hoc dantium remiſſione, liberalitate, ſeu gratia valitura. Et peccant etiam mortaliter, ut conſtat ex illis verbis, *Maledictionem incurrat :* & dicit Gloſſa *in cap. 1. de Decimis, in 6. in princ.* Excipiuntur tamen parva eſculenta, & poculenta, & etiam xenia, ſeu eulogiæ, ut Antoninus *part. 3. tit. 20. cap. 5. §. 5. notab. 19.* Nomine autem xeniorum, intelliguntur illa munuſcula, quæ dantur Prælatis humanitatis, vel urbanitatis gratiâ, ut declarant Turrecremata, & Archidiaconus *in capite De eulogiis, diſt. 18.* Hæc autem munuſcula quærere minimè debent Prælati ; oblata tamen ſponte, recipere poſſunt, ut dicitur *d. cap. De eulogiis.*

151. Cavere etiam debent Viſitatores, ne nimis gravent viſitatos in cibo, & potu, quærendo ab eis cibos delicatos, & pretioſa vina ; ſed debent mediocritate eſſe contenti, ut advertit Gloſſa *in cap. Cùm Apoſtolus, verbo Sumptuoſæ, de Cenſibus.* Unde Gloſſa *in cap. Cùm inſtantia, verbo Prægravari, de cenſibus*, dicit : Potum ad tertiam dumtaxat vicem, non ad ſeptimam, vel ad ſextam deberi. Videatur Azor *part. 2. lib. 3. cap. 42.* Adverte etiam, quod ſi Conventus aliquis ſit adeo pauper, ut non poſſit providere de victualibus dictis Viſitatoribus, poſſunt iſti avocare Superiorem, & Fratres illius ſucceſſivè in Conventum commodiorem. Ita refert Antoninus *loco citato, notab. 24.* ſenſiſſe Hoſtienſem, & ita ſervatur in praxi in noſtra Religione. Et habetur expreſſe *in capit. Romana, de Cenſibus, in 6. §. 1.*

152. Adverte etiam, quod Viſitatores debent, quàm citiùs poſſunt, ſe expedire, ne gravent ſubditos in expenſis. Quod præcipitur in Tridentino *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 3.* ubi dicitur : *Studeant quàm celerrimè, debita tamen diligentia, viſitationem ipſam abſolvere, interimque caveant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graves, oneroſique ſint.* Et advertit Zerola *in Praxi, part. 1. verbo Viſitatio, quæſt. 5. verſu Præterea*, quod non debent Viſitatores ſe occupare in aliis negotiis ad viſitationem non pertinentibus ; ſed debent aſſiduè laborare ad hoc, ut quàm citiùs viſitatio terminetur ; alioqui ad reſtitutionem tenerentur, ſi ſubditi pluſquam ſolitum expenderent.

153. Adverte etiam, quod ratæ, quæ debentur Generali pro expenſis, quæ fiunt ab illo inter viſitandum, illi non debentur, niſi actu viſitet, *cap. Relata, 10. quæſt. 1. cap. Procurationes, de cenſibus, & in cap. Romana, §. Deinde, de cenſibus, in 6.* Suarez *lib. 5. de legib. cap. 15. §. 5.* quatenus probat, quod tributa debita Regi propter defenſionem Reipublicæ, ei non debentur, niſi Rempublicam defendat.

fendat. Ex quo probatur, quod non debentur pictantiæ, neque alia donata Lectoribus, ſi ſuo muneri non ſatisfaciant. Nec poteſt plus ſibi dari, quam à Capitulis Generalibus determinatum ſit. Ancharranus *dict. cap. Procurationes, num.* 8. ubi Abbas *num.* 6. Quod ſi Conventus velit plus dare, eo quia quantitas determinata, temporum, vel locorum varietate vix ſufficiat, vel aliqua alia juſta ratione, poteſt recipere. Anchar. *loco citato*, modò additum determinatum plus juſto non excedat.

154. Neque dicas, hæc intelligi debere de Viſitatione, quæ fit ab Epiſcopo, vel aliis Viſitatoribus Apoſtolicis. Nam reſpondeo, proportionaliter etiam eſſe applicanda Viſitationi Regularium, & ab illorum Viſitatoribus obſervanda: tum quia Regulares, Canones obſervare tenentur, *cap. finali, de Statu Monachorum*, §. *Porrò*, ubi Abbas *num.* 1. ait, quod Canones ſimpliciter loquentes, extenduntur etiam ad Religioſos. Gloſſa *in cap. Moniales, de Purgatione Canonica*, & habetur in noſtris Conſtitutionibus, *cap. Genuen.* 5. *num.* 8. Tum, quia id expreſſe præcipitur in Tridentino *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 8. ubi dicitur: *Teneantur Viſitatores ſuæ Congregationis Monaſteria frequenter viſitare, & illorum reformationi incumbere, & ea obſervare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc Sacro Concilio ſunt decreta.*

155. Poſtremò adverte, quod dicti Viſitatores, in ſingulis domibus Religionis, viſitatione abſoluta, poſſunt Religioſis illius Conventus concedere benedictionem, & indulgentiam plenariam, per conceſſionem Leonis X. factam Minoribus, de qua Peregrinus 1. *part. Sui Compendii, verbo Viſitatores*, qui etiam refert vivæ vocis oraculum conceſſum à Gregorio XIII. Societati Jesu; quod tamen neſcio, an ſit firmatum ab aliquo Cardinali, juxta Conſtitutionem Greg. XV. *infrà*. Advertit autem & Benedictus Peregrinus, quod hæc facultas non videtur revocata per Conſtitutionem 8. Pauli V. *infrà*; nam facultas concedendi indulgentias, non eſt indulgentia, & ex diverſis non fit illatio, *cap. Ad audientiam, de Decimis.* Omnia in his ſeptem numeris docet Peyrinus *in tom.* 1. *Privilegiorum Minimorum, Conſtit.* 14. *Leonis X.*

156. Idem Peyrinus *in Formulario Prælator. Regular. lit. P. cap.* 9. *num.* 9. in ſequentia prorumpit. Noto 8. quod Generalis viſitans non debet dare gravamen Monaſterio, *cap. Viſitandi*, 18. *quæſt.* 2. *cap. Cùm Apoſtolus, de Cenſibus*, Tridentinum *ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 3. Unde non debet ſumptuoſas epulas quærere, ut dicitur *in dicto cap. Cùm Apoſtolus*, §. *Quocirca*, & Tridentinum citatum ait: *Ideo modeſtè contenti equitatu, famulatuque, ſtudeant quàm celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem ipſam abſolvere.* Quibus Canonibus non ſatisfacit Prælatus, qui in ſe ipſo frugalis eſt, in ſua tamen comitativa prodigus. Nam parum refert quoad gravamen inferendum Monaſterio, quod ipſe frugaliter vivat, ſi permittat, & velit quod ſui oppiparè, & lautè tractentur; ubi enim comedunt ſex, poteſt comedere & alius; & Tridentinum expreſſe notat hoc loco ſubdens: *Nec munus quodcumque accipiant, exceptis tantum victualibus, quæ ſibi, ac ſuis frugaliter, moderateque pro temporis tantum neceſſitate, & non ultra eruntministranda.* Et docent Piaſecus *part.* 2. *Praxis*, *cap.* 3. *num.* 3. *in fine.* Contzen. 6. *Polit. cap.* 14. §. 6. Thomas à Jeſu *de Viſitat. Regul. tract.* 1. *cap.* 2. *num.* 1.

157. Non eſt tamen condemnanda illa praxis, nec contra prædictos Canones cenſenda, quâ utitur noſtra Religio, ut primis tribus diebus adventus ipſius Viſitatoris excipiatur in hoſpitio cum ſua comitativa, inibique juxta Conventuum facultates benignè tractetur, juxta Correct. *num.* 61. & abundantiùs cibariis ordinariis delicatioribus, religioſis tamen, refocilletur. Nam neque id gravat Conventum, cum fiat juxta facultates uniuſcujuſque; & neceſſarium eſt ad ipſum Viſitatorem continuis laboribus itinerum defatigatum recreandum, & exhilarandum: quibus diebus expletis, una plus aliis refectione, ſeu pictantia, in refectorio donatur. Nec item ſatisfacit ſuo muneri Prælatus, qui ut ſibi, ſuæque devotioni ſatisfaciat, in longum profert viſitationem, cum Conventuum,

tuum, & Provinciarum diſpendio. Nam meo videri tempus illud eſt conſumendum in ſervitium ſubditorum, & præſtat omittere audire duas, aut tres Miſſas, v.g. & viſitationi incumbere, quàm iis auditis, viſitationem contra Canones, in Conventuum gravamen prolongare. Tandem circa illud gravamen, quia Conventuum alii ſunt ditiores, alii pauperiores, nota regulam generalem, quæ ponitur *in d. c. Cum Apoſtolus*, quod debent Viſitatores ita moderatè ſe gerere in ſingulis Conventibus, ut ex eorum acceſſu ſubditi immeritò non debeant gravari. Quare in Conventibus pinguioribus poterunt aliquanto abundantius veſci, diutius immorari, pinguiores ratas recipere. Attamen in iis morari terendo tempus in audiendis ſubditorum nugis, & murmuribus, fatuoſque Fratres per integros dies auſcultando, in quæſtionibus inutilibus diſcutiendis ex profeſſo ſe detinendo per horas, & dies integros, non video quæ ſit prudentia, neque quæ conſcientia; cum ex hoc (linquo alia) Conventus depauperentur, Provinciæ expilentur, ære alieno graventur, & longi temporis victum brevis hora conſumat, ut dicitur *in dicto cap. Cum Apoſtolus, de cenſibus*, & eſt contra præceptum noſtri Correctorii *n.* 104. Huſque P. Peyrinus.

158. Martinus Bonacina *in Summa, tom. 1. tract. de cenſuris, diſp. 3. de Suſpenſione, puncto* 5. §. 2. *num.* 20. ſequentia docet. Epiſcopus accipiens aliquid in viſitatione in pecunia, vel victualibus, ultra id, quod ſibi debetur, ſuſpenditur ab ingreſſu Eccleſiæ donec duplum reſtituat, non obſtante quavis remiſſione, *cap. exigit, de cenſibus, in 6.* Ita Sayrus, Toletus, Navarrus, & alii, quos retuli *in* 8. *Præcepto.*

159. Addo non ſolum Epiſcopum, verum etiam alios Viſitatores Eccleſiarum, aut eorum familiares, ſi occaſione viſitationis munera etiam à ſponte offerentibus recipiant, aut etiam in victualibus, ab iis, quibus viſitationis officium non impendunt, niſi intra menſem duplum reſtituant, incurrere ſuſpenſionem ab officio, & beneficio, donec reſtituant, *cap. Exigit, de Cenſibus, in 6.*

160. Nonnulli tamen hanc ſuſpenſionem reſtringunt ad eos, qui jure ordinario, non verò ex delegatione viſitant, *cap. Romana, de Cenſibus, in 6.* Vide, ſi per tempus datur, Sayrum *lib. 4. cap. 15. num. 26.* Henriq. *cap. 39. num. 4.* Tolet. *loco citato*, Emmanuelem Sà *verbo Suſpenſio, n. 15.* Reginaldum *lib. 32. cap. 24.* Suarez *loco citato, ſect. 3. num. 14.* & ea, quæ tradidi *in* 8. *Decalogi præcepto*, dum loquerer de muneribus Judicum.

Alii verò hanc eandem ſuſpenſionem extendunt ad Religioſos, præciſis ipſorum Conſtitutionibus, & legitimis conſuetudinibus. Vide præcitatos Doctores. Hactenus Bonacina *loco citato*, qui *tom. 3. de Cenſuris in particulari, diſp. 3. quæſt. 5. puncto 4.* hæc, & plura alia circa præſentem materiam ſatis doctè tradit, ex quibus, quæ ad punctum Viſitatorum Regularium ſpectant, referam. In primis enim ſic ait: Cum Viſitator non debeat ſibi ſubditis, quos ex officio viſitat, oneroſus eſſe, *l. Obſervare, ff. de Officio Proconſulis, & cap. Inter cætera, 10. quæſt. 3.* jure merito *in cap. Romana, cap. Exigit, cap. felicis, de Cenſibus*, & in Trident. *ſeſſ. 24. cap. 3. de Reformat.* cautum eſt, ne Epiſcopi, aliique Viſitatores aliquid occaſione viſitationis accipiant præter victualia, alioquin duplum infra menſem reddere teneantur, impoſita Epiſcopis cenſura interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ; inferioribus verò Prælatis, pœna ſuſpenſionis, cujus materiam, ſubjectum, & ceſſationem in hoc puncto breviter explicare intendo. Hæc *num.* 1. & *num.* 2. ait: 161.

Materia iſtius ſuſpenſionis, vel interdicti, eſt recipere aliquid ratione Viſitationis ultra victualia. Hæc propoſitio patet *ex cap. Romana, de cenſibus*, ubi hoc vetitum eſt ſub obligatione reſtituendi duplum: *& ex cap. Exigit, eod. tit.* ubi recipiens aliquid ultra victualia, obligatur ad reſtitutionem dupli intra menſem, alioquin cenſuram incurrit: & ex Conc. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 3. de reformat. ſub fine*, ubi præcitata jura confirmantur, ibi: *Interim caveant, ne inutilibus ſumptibus, &c.* Et infra addit quaſdam ampliationes, & reſtrictiones dictæ propoſitionis. Secundam autem ſtatuit dicens. 162.

Perſonæ, quæ pœnis prædictorum jurium ſubjiciuntur, ſunt Epiſcopi, 163.

& alii Prælati, qui jure ordinario viſitant ſuos ſubditos. Hæc propoſitio patet *ex cap. Romana, de Cenſibus*, ibi: *Hanc autem viſitandi formam ab univerſis etiam Epiſcopis, aliiſque Prælatis ordinario jure ſubditos viſitantibus.* Et *ex cap. Felicis, citato*, ibi: *Epiſcopi, & alii, quibus ex officio competit viſitare.* Hoc pacto intelligendum eſt *caput Exigit, de cenſibus*, quod editum fuit in confirmationem *capitis Romana.* Unde infert, Legatos, & Nuntios Sedis Apoſtolicæ dictis non affici pœnis aliquid accipiendo in viſitatione. Quia ſtrictè loquendo, non dicuntur jure ordinario ſuo viſitare ſubditos ſuos. Pro qua illatione allegat Gloſſam *in cap. Exigit, verſ. Viſitationis*, Paludan. *in 4. diſt. 18. quæſt. 7. art. 2. caſu 3.* Sayrum *de Cenſur. lib. 4. cap. 15. num. 26.* & Barboſam *de Poteſt. Epiſc. allegat. 73. ad finem.* Et *num. 7.* ad caſum noſtrum propiùs accedendo, ait: Sed modò dubium eſt *primò*, utrùm Regulares his pœnis ſubjiciantur, accipiendo in viſitatione aliquid ultra victualia? Reſpondeo ſubjici, niſi aliud ferat conſuetudo, & ipſorum inſtitutum. Ratio eſt, quia *cap. Romana*, generaliter loquitur, & eximit Religioſos ſolùm, dum aliquid accipiunt ex laudabili Religionis conſuetudine, vel inſtituto, ut clarè colligitur ex illis verbis, *Salvis ſuper hoc rationabilibus, & approbatis Religioſorum conſuetudinibus, & regularibus inſtitutis.* Ita Paludanus *loco citato.* Sayrus *loco citato, num. 27.* contra nonnullos apud Paludanum. Hæc Bonacina, qui ſtatim *num. 8.* ait: *Secundò* dubium eſt, utrùm familiares Viſitatorum ſubjiciantur his pœnis, accipiendo aliquid occaſione Viſitationis? Reſpondeo affirmativè, modò ſint familiares Prælatorum jure ordinario viſitantium; iſti enim comprehenduntur *in cap. Romana*, ibi: *Ne ipſe, vel quiſquam ſuorum.* Et *in cap. Exigit*, ibi: *Viſitatoribus, eorumque familiaribus.* Et *in Concilio Tridentino, loco citato*, ibi: *Neve ipſi, aut quiſquam ſuorum.* Hæc omnia Bonacina.

164. Noſter Greg. Sayrus *in Theſauro Caſuum conſcientiæ, ſeu de Cenſuris, lib. 4. cap. 15. de Suſpenſionibus contra Clericos in Iure latis, &c. num. 26. & 27.* ſequentia ad amuſſim docet. Viſitatores, qui non ſunt Epiſcopi, ſi in viſitatione exigant, vel recipiant pecuniam, aut munera, aut etiam à non viſitatis exigant procurationem, vel accipiant, niſi infrà menſem reſtituant duplum eidem Eccleſiæ, à qua acceperunt, ab officio, & beneficio ſuſpenſi ſunt, quouſque Eccleſiæ gravatæ ſatisfecerint, *cap. Exigit, de Cenſibus, lib. 6.* Palud. *4. diſt. 18. quæſt. 7. art. 2. caſu 5.* Summa Aſtenſis *part. 2. lib. 7. tit. 16. art. 7. caſu 5.* Angelica *verbo Suſpenſio 1. caſu 21.* Sylveſter *verbo Suſpenſio, quæſt. 6. verſ. 21.* Alphonſus Vivaldus *de Suſpenſione, numero 105.* Tabiena *verbo eodem, verſ. Sextò, caſu 19.* Henriquez *lib. 13. de Excommunicatione, & ſuſpenſione, cap. 39. §. 4. in fine.* Hoc autem Paludanus *ubi ſuprà*, ad eos ſolos Viſitatores reſtringit, qui jure ſuo ordinario viſitant: id quod colligi poteſt *ex cap. Romana, de Cenſibus, lib. 6.* Nam prædicta Conſtitutio Gregorii X. *in cap. Exigit*, eſt executiva Conſtitutionis Innocentii Papæ IV. *in cap. Romana.* Unde ſequitur, Viſitatores delegatos ad viſitandum non incurrere hanc cenſuram, etiamſi aliquid accipiant, vel exigant: & favet Gloſſa *in d. cap. Exigit, in verbo Viſitationis*, ubi expreſſe ait, hanc cenſuram in aliis procurationibus, quæ debentur Legatis, vel Nunciis Sedis Apoſtolicæ, vel quæ debentur ratione conſuetudinis, vel ratione pacti in fundatione, vel conſecratione poſiti, locum non habere.

Quæri tamen poteſt, an Regulares aliquid accipiendo ultra ea, quæ ſibi competunt ſecundùm Conſtitutiones, vel conſuetudines ſuarum Religionum, in hanc cenſuram incidant? Quidam, ut ait Palud. excipiunt Religioſos, ea ratione ducti, quod *in d. cap. Romana, §. fin.* cujus illa eſt executiva, & vallativa, eximuntur Regulares, ubi dicitur: *Salvis ſuper hoc rationabilibus, & approbatis Religioſorum conſuetudinibus, & regularibus inſtitutis.* Verùm ut rectè notat Palud. cit. non minùs, ſed fortè magis incurrunt Regulares. Non enim *in d. cap. Romana*, eximuntur Regulares ſimpliciter, ſed ſolùm eximuntur in hoc, ut poſſint accipere id quod eis competit ex laudabili Religionis conſuetudine. Unde ſi præter hoc accipiant munera, vel pecu- 165.

nias

nias exigant, hanc etiam cenſuram incurrunt. Hucuſque Doctiſſimus Sayrus.

Dvbivm VIII.

An Viſitator, ſive Sæcularis, ſive Regularis, cui viſitatio impeditur, claudendo oſtia Eccleſiæ, vel aliter ei reſiſtendo, poſſit contra reſiſtentes procedere, & etiam oſtium frangere Eccleſiæ.

166. Reſpondetur affirmativè: Pro qua reſolutione produco in primis noſtrum Nicolaum Tudoſchum, Panormitanum Abbatem, *in cap. Vt in domibus, ſub n. 5. verſ. Ad ſecundum verò, el 1. de immunitate Eccleſ.* ubi propoſitis ex Innocentio quibuſdam quæſtionibus, maximè ſecunda ſub hoc tenore: *Prælato habenti juriſdictionem in Eccleſia, ſeu in alio loco, ſi veniens non admittitur, an liceat rumpere oſtia contra violentum, & illum expellere?* Sic ait: *Ad ſecundum verò fatetur Innocentius, quod Prælatus habens juriſdictionem, vel dominium loci, poſſit violenter intrare, & rumpere oſtia domus, & expellere violentum.* Quæ doctrina comprobatur ex his, quæ paulò inferius dicit idem Abbas, licèt à contrario ſenſu: ait enim ex Innocentio: *Idem, quod ſupra in Canonico, dicit in Abbate reſpectu Capellæ ſibi ſubjectæ quoad temporalia, ut non poſſit domum, vel oſtium rumpere, & violentum expellere; quia eam non poſſidet, licèt ei ſit ſubjecta quoad temporalia.* Cum igitur Capellæ, ſeu Eccleſiæ Parochiales, de quibus Dubium præſens, ſicut præcedentia procedunt, non de Capellis, & Eccleſiis, in quibus Abbates nedum habent ſuperioritatem in temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus, cùm ſuis Monaſteriis ſint illæ annexæ, unitæ, & incorporatæ cum omnibus juribus ſuis temporalibus, & ſpiritualibus, quod S. declaravit Rota, in Deciſionibus ſuprà recenſitis, *quæſt. 2. num. 12.* Quod igitur Innocentius, & Abbas Panormitanus negant Abbati, reſpectu Capellæ, ſeu Eccleſiæ ſibi ſubjectæ quoad temporalia, concedunt reſpectu Eccleſiæ ſibi, nedum quoad temporalia, ſed etiam quoad ſpiritualia ſubjectæ, & ideo illam poſſidet. Quod non obſcurè habetur in Conſtitutionibus Synodalibus hujus Pampilonenſis Diœceſis, editis anno 1532. *tit. de Taxis beneficiorum, a falto 39.* ubi deſcribuntur omnes Diœceſis Eccleſiæ, & paſſim de unaquaque dicitur, cujus illa ſit, per hæc verba: *Leth, Artica, ſunt Monaſterii Yraſcenſis - Cuburutia; eſt Yracenſis - Muru, & Eraul, ſunt Monaſterii Yracenſis - Aricaleta, eſt Monaſterii Yracenſis - Cubielque, Arbeyca, ſunt Monaſterii Yracenſis - Gurbano, eſt Monaſterii Yracenſis - Vgarr, eſt Monaſterii Yraſcenſis - Cabrega, eſt Monaſterii de Yrachio - Villoria, eſt Yraſcenſis - Mendavia, eſt Yracenſis - Linquiayn, eſt Yraſcenſis - Vrbiola, eſt Yracenſis - Ayegui, eſt Monaſterii Yracenſis - Eccleſia Sancti Ioannis Stellæ, eſt Monaſterii Yraſcenſis - S. Salvatoris de Oteyca, eſt Yraſcenſis - Legardeta, eſt Monaſterii Yraſcenſis.* Et eodem prorſus modo recenſentur Eccleſiæ, quæ pertinent ad Dominum Epiſcopum, ad Dignitates Eccleſiæ Cathedralis Pampilonenſis, & ad Monaſteria S. Mariæ Najerenſis, S. Joannis Pennatenſis, ad Lejerenſe, Olivenſe, Marzillenſe, ad Monaſteria de Yranzo, S. Joan. Hieroſolymitani, & de Ronciſvallibus. Quid autem aliud eſt dicere: *Eſt Domini Epiſcopi, Prioris Cathedralis, Archiadiaconi Menſæ, &c. Monaſterii Yraſcenſis, Lejerenſis, &c.* quàm dicere, Epiſcopum, Priorem, Archidiaconos, & Monaſteria habere dominium in ſpiritualibus, & temporalibus illarum Eccleſiarum, & non ſolùm quoad temporalia, quæ ex fructibus earum percipiunt: verbum enim, *eſt*, eſt ſubſtantivum, de quo dicit Paſſeratius: Sum, es, eſt, verbum ſubſtantivum à Grammaticis appellatum, ſive quòd per ſeſe ſubſtet, ſolumque nullius alterius verbi egeat adminiculo... *quum contrà cætera omnia in hoc reſolvantur, pleraque etiam ſine ejus ope declinari non poſſunt: ſive quòd quum declinata cætera omnia verba, aut actionem importent, aut paſſionem, ſolum hoc ſit verbum, quod ſubſtantiam rei denotet.* Hæc Paſſeratius. Clauſulam iſtam ultimam expendere, pro noſtro caſu operæpretium eſt. Si ergo verbum *ſum, es, eſt*, eſt *quod ſubſtantiam rei denotat*, quoties Conſtitutio Synodalis dicit de aliqua Eccleſia,

v. g. *eſt Monaſterii Yrachenſis*, denotat ſubſtantiam dictæ Eccleſiæ, dicti eſſe Monaſterii, & apud illud exiſtere, & remanere: Subſtantia autem Eccleſiæ præcipuè, & principaliter conſiſtit, & ſalvatur in juribus, & rebus ſpiritualibus illius. Ergo in dicta Eccleſia, & Eccleſiis non habet dictum Monaſterium, temporalia ſolùm illarum, ſed etiam ſpiritualia. Unde etiamſi Abbas habens temporalia unius Eccleſiæ tantùm, oſtia illius non poſſit rumpere, ei clauſa; rumpere tamen poterit in Eccleſia in qua temporalia, & ſpiritualia habet, ſi illius oſtia claudantur ad impediendum exercitium ſuæ poteſtatis in ea, ſicut me, & aliis adſtantibus, olim fecit Reverend. P. Mag. Frater Bernavas Martel, Yrachenſis Abbas, in Eccleſia S. Ceciliæ de Arizala, ejus Monaſterio unita, quibus ab eo apertis, Eccleſiam illam, jure ſuo, & poſſeſſione utendo, viſitavit.

167. Innocentium, & Panormitanum ſequutus eſt Aſcan. Tamburinus *tom. 4. de Iure Abbatiſſarum, diſp. 17. quæſit. 3 num. 4.* ubi ait: Unde licebit Epiſcopo, ſi dum ingredi voluerit ob cauſam dictæ viſitationis, renuant exempti, vel exemptæ Moniales, oſtium claudendo, illud frangere, vimque inferre, ut docet Innocentius *in cap. 1. verſic. item alia ratione*, ubi Abbas *num. 3. verſic. Ad ſecundum verò, de Immunit. Eccleſ.* Fuſcus *de Viſitatione, lib. 2. cap. 16.* Campanilis *loco citato* (*in Diverſorio Iuris Canonici, rubrica 12. cap. 13.*) *num. 52.* Barboſa *allegat. 74. num. 22.* Hactenus Aſcanius, poſtquam immediatè *n. 3.* dixerat, poſſe Epiſcopum in vim Concilii Trid. *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 11.* viſitare perſonas ſæculares, & regulares exercentes curam animarum, imminentem in Monaſteriis Monialium.

168. Dictum Barboſam produco, tam in allegatione citata, quàm *in Collectanea in dictum Concilii cap. 11. num. 16. & 17.* ſic docentem: Licere Epiſcopis, ſi dum ipſi ingredi volunt Monaſteria Regularium exempta ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant Regulares illos intromittere oſtia claudendo, illa frangere, vimque inferre, docent Innocentius *in cap. 1. verſ. Item alia ratione*, ubi Abbas *num. 5. verſ. Ad ſecundum verò, de Immunitate Eccleſ.* Fuſcus *de Viſitatione, lib. 2. cap. 16. poſt num. 1.* Campan. *d. cap. 13. num. 52.* Tamburin. *de Iure Abbatiſſar. diſp. 17. quæſt. 3. num. 4. in princ.* Ego ipſe *d. allegat. 74. n. 22.*

169. Poſſeque Epiſcopum impedientes viſitationem, excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus, in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ, pro defenſione ſuorum jurium, reſolvunt Marcus Antonius Genuenſis *in Praxi Archiepiſcop. Neapolit. cap. 18.* Campanilis *d. cap. 13.* Ciarlin. *Controverſiar. Forenſium lib. 1. cap. 65. num. 11. & 12.* Tamburin. *d. quæſt. 3. num. 4.* Hæc Barboſa *loco citato, in Concilium*: in Allegatione autem, quæ ſequuntur, tradit.

170. Quotieſcumque Epiſcopis licet viſitare Monaſterium Regularium, aut alia exempta, ſi dum ipſi ingredi volunt Monaſteria ipſa ob cauſam prædictæ viſitationis, renuant Regulares illos intromittere, oſtia claudendo, Epiſcopis fas erit vim inferre, & oſtia frangere, ut reſolvunt Innocentius *in cap. 1. verſic. Item alia ratione*, ubi Abbas *num. 5. verſic. Ad ſecundum verò, de Immunit. Eccleſiarum.* Idem Innocent. *in cap. Venerabili, n. 4. de Cenſibus*, Fuſch. *de Viſitat. lib. 2. cap. 19. poſt num. 1.* quos refert, & ſequitur Campanilis *d. cap. 13. num. 52.* ubi *num. 53.* reſolvit, poſſe Epiſcopum viſitationem impedientes excommunicare, etiam non adhibitis monitionibus, in ipſo actu manifeſtæ violentiæ ſibi illatæ, pro defenſione ſuorum jurium, de quo etiam Marcus Anton. Genuenſis *in Praxi Archiepiſcopali Neapolitana, cap. 18.* Poſſunt etiam Epiſcopi incumbentes correctioni, & viſitationi Exemptorum, vigore facultatis eis tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis à Concilio tributæ, procedere contra Conſervatores impedientes, præſertim ſi illi extra Diœceſim commorentur. Armendariz *lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 75.* Hucuſque Auguſt. Barboſa.

171. Reſponſio noſtra illuſtratur, & firmatur amplius, ex *cap. Quod ſuper his, el 9. de Majoritate, & obedientia*, ubi Papa Summus Pontifex ſtatuit, ut Epiſcopus Abbates, & Sacerdotes, ſibi lege Diœceſana ſubjectos, per cenſuram Eccleſiaſticam ad

Syno

Synodum venire, *& debitam obedientiam, & reverentiam ſibi exhibere compelleret.* Cujus rationem ibi reddit Gloſſa, verbo *Obedientiam. Quia* (inquit illa) *Iudex, ſive Prælatus juriſdictionem ſuam defendere poteſt pœnali judicio, ff. ſi quis jus dicenti non obtemperav. l.* 1. Hæc Gloſſa.

172. Quod ulteriùs probatur. Quia qui delegatam habet juriſdictionem, poteſt, ne illa eluſoria reddatur, rebelles, inobedientes, & quoquo modo illam impedientes, diſtrictione Eccleſiaſtica coërcere. Textus eſt expreſſus *in cap. Quia, el* 1. *& cap. Præterea, el* 5. *de Officio, & poteſt. Iudicis delegati.* Utrobique Gloſſa *in Summa*, & Barboſa *in Collectan. ad eadem capita, num.* 1. Ergo potiori jure, & ratione, qui ordinariam illam habent, inobedientes, & impedientes poterit diſtrictione Eccleſiaſtica coërcere. Patet conſequentia. Quia, cæteris paribus, dignior eſt ordinaria, quàm delegata Juriſdictio, & magis inconvenit, illam eluſoriam reddi, quàm iſtam. Ita ego ipſe dixi *poſt QQ. Paſtorales, in diſquiſitione de Iure Prioris annexi, num.* 138.

173. Prædictis conſonat Pax Jordanus *tom.* 3. *de Re judiciali, lib.* 3. *tit.* 2. *ſub num.* 32. dicens: Cum itaque Magiſtratibus quibuſcumque permiſſum ſit, juriſdictionem ſuam pœnali judicio tueri, *cap. Dilectis, de Pœnis, l.* 1. *ff. Si quis jus dicenti non obtemperav.* Gloſſa *in cap. Quod ſuper, de Majorit. & obed.* multò magis congruit Eccleſiaſticis, qui vinculo juramenti, præter laicos Magiſtratus, obligantur ad id: non ergo debet eis crimini dari. Vnde Baldus credens forſan Eccleſiaſticos lædere, eos laudat.

174. Idem Pax, *eodem libro* 13. *tit.* 6. *num.* 60. ita ait: Ex quo fit, quod tam partes contumaces, renuentes obedire juſſionibus ſuis (loquitur de Judice delegato) quàm omnes alios turbantes, vel impedientes quoquo modo ſuam delegationem, mulctare, & punire poteſt: alioquin ſine coërcitione, eluſoria redderetur delegatio, *d. cap.* 1. *c. Præterea*, & concordantes apud Menochium *de Arbitrariis, centuria* 5. *caſu* 438. Ubi propterea conſtituit regulam ſuper hoc, quod delegatus punire poſſit impedientes exercitium ſuæ commiſſionis, illamque tribus modis ſubampliat; videlicet. *Primò*, ut procedat etiam in delegato Ordinarii. Innocentius, Butrius, Baldus, & alii *in d. cap.* 1. *hoc tit.* Menochius *ſuprà, num.* 4. *&* 5. & plurimi concordantes ibi. *Secundò*, ut habeat locum etiam in Inquiſitoribus contra hæreticos. Decius *in d. cap.* 1. *num.* 6. Cardinalis *in Clement.* 2. *de Hæreticis*, Menochius *num.* 6. *Tertiò*, ut procedat etiam contra impedientes authoritatem ordinariam, *cap. Significaſti, hoc tit.* Calc. *conſ.* 68. *num.* 9. Menchius *num.* 7.

Reſtringit tamen prædicta Pax, 175.
num. 64. dicens, non procedere adverſus condelegatum impedientem; hunc enim punire non poterit impeditus, quia par in parem non habet imperium, *l. ille à quo*, §. *Tempeſtivum, ff. ad Trebellianum.* Sic ex Bartolo, & aliis docet Menochius *à n.* 8. *& infrà.* Ubi defendit à contrariis, & duobus modis reſtringit, quos ibi videas.

Et adeo verum eſt, poſſe Prælatum impeditum ſua uti juriſdictione, 176.
impedienti reſiſtere, & vim inferre, ut liberè ſua utatur facultate, in viſitatione, & in qualibet alia functione, ut nedum inferioribus vim inferre licitè valeat, ſed etiam Superioribus reſiſtere queat, ſi ſine ſcandalo id efficere poſſit, ut docet P. Hieronymus Garcia *in Politica Regulari, tom.* 2. *tract.* 10. *difficultat.* 8. *dub.* 1. *punct.* 1. *num.* 4. ubi ait de Prælato inferiori: Si ſin eſcandalo puede, no paſe por la limitation. Porque aſſi como es conveniente, ſe guarden los derechos del Superior, aſſi tambien lo es, que los inferiores no ſufran las injurias, y agravios, que ſe les hazen en los officios, *cap. Cùm in ſingulis, de Statu Monachorum.*

Et ratio eſt, quia uti dixi *in QQ.* 177.
Paſtoralib. ſeu veriùs poſt illas, in diſq. de jure Prioris annexi, ſub n. 74. *verſic. Notanter dixi*, non poteſt Superior Prælatus, inferioris Prælati, ſibi ordine hierarchico ſubordinati, ſaltem licitè, juriſdictionem, & poteſtatem in foro interno, aut externo, & contentioſo ullo modo limitare. Ita Pellizzarius *in Manuali Regular. tom.* 2. *part.* 1. *tract.* 9. *cap.* 3. *q.* 7. *num.* 9. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 18. *num.* 87. Emman. Roderiq. *tom.* 1. *qq.*

Regular. quæſt. 17. *art.* 7. Baſſæus *tom.* 1. *verbo Prælatus, num.* 16. Hieron. Garcia *loco citato, dub.* 2. *num.* 2. ex Miranda *in Manuali Prælator. tom.* 2. *q.* 19. *art.* 4. *concl.* 2. Suarez *tom.* 4. *de Religione, lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 22. Peyrinus *de Privileg. tom.* 2. *ad Conſtitut.* 7. *Pauli V. num.* 38. ex *cap. Cùm ab Eccleſiarum*, juncta Gloſſa *verbo Eccleſiaſtica ſententia, in fine, de Officio Ordinarii*, ubi ait Correctores ſuos habere juriſdictionem ordinariam. Et addit: Sed Ordinarius non poteſt ſine manifeſta, & rationabili cauſa impediri ſuum munus exercere, ut conſtat clarè ex Correctorio *num.* 64. *& cap. Monachi*, §. *Priores, de Statu Monachor.* Nam nemo ſine culpa, jure ſuo privari debet, *cap. Satis perverſum, diſt.* 56. *& cap. Inventum*, 16. *quæſt.* 7. & docet Roderiq. *loco citato, art.* 7. & Miranda *art.* 5. Hæc Peyrin.

178. Idem Author *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.* 1. *cap.* 4. §. 4. *num.* 79. etiam ait: An verò facultatem conceſſam Superioribus localibus à Summis Pontificibus, poſſint Generales, & Provinciales coarctare, dubitant Doctores. Affirmant Suarez *tom.* 4. *de Relig. tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 14. Caſarub. *in Compendio privileg. verbo Abſolutio ordinaria quoad Fratres*, §. 7. *verſ. Advertendum eſt.* Negant verò Corduba *ibi* (*in Compend. privileg. Mendicantium*) *verſic. Item, & verſ. Accedere ad Monaſteria Monialium, verſus finem.* Paſſarellus *in Scholiis*, ex Genuenſi *num.* 4. *&* 18. Miranda *tom.* 2. *Manualis, q.* 19. *artic.* 5. Roderiq. *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 9. *art.* 2. Et huic ſententiæ tanquam probabiliori adhæreo. Quod enim per Superiorem conceditur, per inferiorem tolli non poteſt, *cap. Inferior, diſt.* 21. *Clementina Ne Romani, de Electione, cap. Cùm inferior, de Majorit. & obedient.* Gloſſa *in cap. fin. verbo Figura, de Hæreticis, in* 6. Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 45. §. 1. *num.* 69. Immò addo, quod non poſſunt dicti Prælati authoritatem Superiorum localium tollere, etiamſi hi ea abuterentur. Gloſſa *in cap. Privilegium*, 11. *quæſt.* 3. poſſent tamen in hoc caſu dictam authoritatem ſuſpendere, præſumendo de voluntate Pontificis, *juxta dictum cap. Privilegium*, 11. *quæſt.* 3. & interim Papam conſulere, ut dicunt Corduba *verbo Abſolutio*, cit. Miranda, & Rodriquez: & hoc caſu, ad dictum privilegium ſuſpendendum, habent Superiores Prælati privilegium à Sixto IV. quod refert Caſarubius *in Compend. verbo Privilegia Fratrum, num.* 9. Quod adhuc eſt limitandum, ſi omnes inferiores Prælati per longum præcedens tempus dicto privilegio abuſi eſſent, & in eo abuſu vellent perſeverare, nec per Superiorem Prælatum poſſent quoad hoc corrigi: nam alioquin prædeceſſorum delictum non debet ſucceſſoribus, nec officio præjudicare. Gloſſa *in dicto cap. Privilegium, argum. cap. Cùm tempore, de Arbitr.* niſi tamen vellent ſuſpenſionem impetrare pro tali Superiore individualiter, quod non conſulo, ne auferatur omninò. Immò addunt dicti Doctores, quod nec Capitula Generalia, vel Provincialia poſſunt dictam auctoritatem coarctare abſque licentia Papæ generali, vel ſpeciali. Hæc Peyrinus: quocirca, vide me ipſum *in d. duſq. de Iure Prioris annexi, num.* 74. 75.

Dvbivm IX.

An Regularis, de conſenſu Prælati ſui, in Parochum Eccleſiæ ſacularis exemptæ, aut non exemptæ, per inſtitutionem canonicam, aut per collationem aſſumptus, perpetuus ille ſit, aut amovibilis à Curatu, per Prælatum Regularem? & an ei ſubjectus in omnibus, an verò Epiſcopo Diœceſano, remaneat?

§. I.

Supponuntur aliqua, pro intelligentia tituli Dubii, & pro illius reſolutione, neceſſaria.

179. PRimò ſuppono, verbum *Inſtitutio*, variè in Jure Canonico accipi, & uſurpari, ac per conſequens, multiplicem eſſe *Inſtitutionem Canonicam.* Aliquando enim ſumitur pro conceſſione tituli beneficii, ut *in cap. Poſt electionem, el* 7. *de Conceſſione præbendæ*, & *in cap. Beneficium, el* 1. *de Regulis Iuris, in* 6. De qua acceptione, Gloſſa *in dicto cap.* 1. *verbo Beneficium*, ibi: *Inſtituere autem eſt, Ius Canonicum in Eccleſia, vel Eccleſiaſtico beneficio tribuere.* Et ego ipſe *in Quæſt.*

Paſto

Paſtoralib. part. 1. quæſt. 3. de modis acquirendi Benefic. §. 1. n. 15. S. Rota *in Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia, 7. Iunii, anno 1666. coram R. P. D. meo Otalora, la 4. poſt mea Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, num. 6.* ex Panormitano noſtro *in cap. Cùm & plantare, n. 6. de Privilegiis,* ibi : *Tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli.* Quò loci, ſeu in dictæ Deciſionis Annotationibus, *num.* 58. dixi, & probavi, quod inſtitutio, prout ſonat tituli collationem, nullatenus ad Epiſcopum pertinere poteſt, in Eccleſiis pleno jure, quoad ſpiritualia, & temporalia curæ animarum, Monaſterio unitis, ſeu ad menſam. Aliquando accipitur pro confirmatione electionis ad beneficium factæ. Dixi, ubi proximè, *ex cap. Cùm & plantare, §. In Eccleſiis, de Privilegiis,* & *ex cap. Cùm olim, de Election.* Aliquando item uſurpatur pro deſtinatione, quoad ſolum Curæ animarum exercitium, & non quoad titulum principalem beneficii, *cap. in Eccleſiis, el 1. de Capellis Monachorum.* Rota *in præcitata de Mendavia, coram* Otalora, *num.* 1. ex alia in eadem coram Bevilaqua, *la 2. poſt dicta Commentaria, num. 1. ad finem,* ibi : *Quodque penes idem Monaſterium, &c.* Idem Otalora 11. *Martii* 1667. *in eadem cauſa, deciſ. 5. ubi proximè, num. 1. & 19. ex deciſ. 370. Gregorii XV. num. 5. verſic. Sunt enim inſtituti.* Ego ipſe *in Annotat. ad dictam deciſ. 4. num. 52.* Quartò ſumitur aliquando, prout volunt Graña *tom. 1. Catenæ Iuris, tit. 7. de inſtitutionibus, num. 5.* & Bauny *in Praxi Beneficior. diſp. 2. quæſt. 1.* pro *admiſſione neceſſaria ad beneficium perpetuò poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus.* Ego autem, ſequutus Gloſſam *in cap. Suſcepti regiminis, el 1. de Præbendis, lib. 6.* dixi *in 22. Paſtoralibus, num. 15. ſuperiùs citato,* non pro admiſſione, ſed *pro receptione neceſſaria ad beneficium perpetuò poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus.* Quia aliud eſt *admittere*, & aliud *recipere.* Quia, ut ait Gloſſa illa, *admittere*, eſt approbare perſonam præſentatam; *recipere* autem, eſt illam canonicè inſtituere. Quod inſtitutio in hac quarta acceptione ſumpta, comprehendatur aliquando ſub voce *Collatio*, docet Rebuffus *in Praxi Benefic. tit. de Forma Vicariatus Archiepiſcoporum, & n. num.* 127. prout ſcilicet (Pacis Jordani *tom. 2. de Re Beneficiaria, lib. 10. tit. 7. num. 409. pag. 263.*) verba recenſeo : *Eſt autem inſtitutio (quod attinet ad noſtrum propoſitum) conceſſio Eccleſiæ, ſeu Beneficii authoritate legitima Epiſcopi, vel alterius Ordinarii, facta ei, qui eſt à Patrono nominatus, & oblatus.* Azor *part. 2. lib. 6. cap. 22. quæſt. 1.* Barboſa *allegat. 72. num. 174.*

Differunt tamen rigoroſè loquendo, *Collatio*, & *Inſtitutio*, in hac ultima acceptione ſumptæ, in hoc quod *Collatio* ſit libera Eccleſiæ, aut Beneficii conceſſio; non tamen abſolutè, quia iſto ſemel erecto, & vacante, niſi ex cauſa à legitimo Superiore extinguatur, & ſupprimatur, neceſſariò debet ab Ordinario Collatore conferri, & per ejus negligentiam, ab alio ex Superioribus ſucceſſivè, iſtam ſupplente. Licèt enim præciſum ſit, & neceſſarium, beneficium vacans conferre; quia tamen uni magis quàm alteri illud conferre, gratioſum omninò eſt, & voluntarium, ac liberum : ceſſat liberalitas in dando, licet exerceatur in cui dando. Optimè Gloſſa *in cap. Relatum, de Præbendis, verbo Liberaliter,* & *verbo Libera, in cap. finali, de Officio Vicarii, in 6.* Staphileus *de litteris gratiæ*, Gonzalez *ad Regulam 8. Cancellariæ, in Proœmio, §. 4. n. 45. & 46.* & Pax Jordanus illos recenſet, & ſequitur *ubi proximè, tit. 10. de Collatione beneficiorum liberorum, num. 1.* Ex quo reſultat, quod *Collatio* dicatur in jure, & benè, ac frequentiſſimè, *donatio*, uti obſervat dictus Pax *ibidem, ex dicto cap. fin. ex cap. Quia diverſitatem, cap. Cùm noſtris, & cap. penult. de conceſſione præbendæ.* Unde Vivianus *de Iurepatronatus, part. 1. lib. 5. cap. 1. num. 95. de Collatione*, in propria, & ſtricta ſignificatione hujus vocis dicit, quod ſit *tranſlatio, ſive libera conceſſio juris.* Allegat Abbatem *in cap. Authoritate, num. 9. de Inſtitution.* Geminianum, & alios *in cap. Cùm in illis, §. 1. de Præbendis, in 6.* Et declaratur per hanc definitionem : *Collatio, eſt conceſſio beneficii* 188.

vacantis,

vacantes, liberè ab habente poteſtatem conferendi facta, nulla Superioris confirmatione indigens. In qua, loco generis ponitur, *Conceſſio beneficii vacantis*; quia in ea convenit Collatio cum aliis modis beneficia acquirendi. Reliqua verò, loco differentiæ collocantur. Per dictionem enim *liberè*, differt *Collatio* ab *Inſtitutione*, quia hæc, ut modò diximus, *eſt receptio neceſſaria ad beneficium perpetuò poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus.* Differt à *Confirmatione*, quæ fit poſt electionem: & ab *admiſſione*, quæ poſt poſtulationem fit, ut vidimus *in 22. Paſtoral. quæſt.* 3. §. 12. & 3. differt *Collatio*, cum nulla indigeat Superioris confirmatione. Et præter hos tres modos beneficia conſequendi, differt *Collatio*, per dictionem *liberè*, à tribus aliis mediis, ſcilicet *Permutatione, Reſignatione & Unione*: quia etiam in his tribus, ſicut & in præcedentibus, non datur totalis libertas, aut omnimoda in Superiore, ſed vel omnimoda, aut aliqualis neceſſitas concedendi beneficium determinatæ perſonæ, ſi concedendum eſt illud. In *Collatione* autem, ſemper relucet gratia, & libertas, ac liberalitas, ſaltem in cui dando.

181. Deinde, verbum *Inſtitutio*, ſumitur in Jure pro *Inſtitutione authorizabili*, quæ approbationem ſonat perſonæ jam ab alio deputatæ. Ita S. Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia*, 13. *Maii* 1669. *coram R. P. D. Albergato, la* 6. *poſt mea Commentaria, num.* 4. ibi: *Secus ubi agitur de mera inſtitutione authorizabili, & potiùs ſonat in approbationem illius jam ab ipſomet Abbate deputatæ, ut declarant* Hoſtienſis *in capite Litteras, num.* 2. *verſic. Et eſt verum, de Supplenda negligentia Prælator.* Joannes Andreas *in eod. cap. unico* (*de Capell. Monachor.*) *in princ.* Henric. Boich. *in cap.* 1. *num.* 5. *verſic. Una eſt authorizabilis, de Officio Archidiaconi.* Et in ſpecie reſpondit Rota *coram Cavalerio, deciſ.* 350. *num.* 4. & *deciſ.* 389. *num.* 3. *& in deciſ. Hiſpalenſi Iuris amovendi, coram Peutingerio, §. uti nec repugnat ea.* Et in dicta Deciſione *num.* 5. ibi: *Et tunc nominet* (Abbas ſcilicet) *Vicarium, authorizabili inſtitutione Epiſcopi approbandum.* Illuſtriſſimus etiam Sanctes de Pilaſtris, Vicedatarius Summorum Pontificum Clementis IX. & X. & Innocentii XI. Commiſſarius, in quadam ſcriptura dum in minoribus conſtitutus, pro Hyrachenſi Abbate, in eadem cauſa Jurium Parochialium de Mendavia elaborata, de qua ego ipſe, *in Annotationibus ad Deciſionem quartam, ubi proximè, num.* 44. ibi: Dici non poteſt, quod ex inſtitutione authorizabili data per Epiſcopum, *quæ in ſubſtantia reſolvitur in ſimplicem approbationem*, Ancharanus *in cap.* 1. *ſub num.* 3. *de Capellis Monachorum*, talis Vicarius efficiatur perpetuus, &c.

182. De hac Inſtitutione authorizabili, dicit Rota 7. *Iunii* 1666. *coram Otalora, la* 4. *poſt Commentaria citata, num.* 6. quod quoad curam populi non exempti, ſeu quoad ejus regimen, ſit inabdicabilis ab Epiſcopo, nec poſſit competere inferioribus Prælatis, etiam ex conſuetudine, vel præſcriptione, niſi habeant Juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum & populum. Allegat Geminianum *in cap. unico, de Capellis Monachor. in* 6. *num.* 1. *&* 2. Fagnanum *in cap. Eam te, num.* 3. *&* 4. *de ætate, & qualit. & ordine præficiendorum*, Abbatem *in cap. Cùm & plantare, num.* 6. *de Privilegiis*, ibi: *Eccleſia pleno jure ſubjecta, ſed non populus, tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli; ſed inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum.* Et Decium *ſub num.* 26. ibi: *Et notandum eſt, quod Eccleſia non videtur ſubjecta pleno jure, ſi Religioſi non habent inſtituere quoad curam populi, ſed ſolùm quoad titulum beneficii.*

183. Pro quorum ſana, & vera intelligentia adnotavi *ad dictam Deciſionem* 4. *D. Otaloræ, num.* 57. & iterum adnoto, quod dicta inſtitutio authorizabilis, prout ſonat approbationem ſubjecti, qui eſt verus, & proprius iſtius vocis ſenſus, juxta modò dicta, eſt inabdicabilis ab Epiſcopo, quoties populus non eſt ab illius juriſdictione exemptus. Et hoc probat textus *in Cap. unico, de Capellis Monachorum, in* 6. & Butrius *ibi, n.* 10. Imola *num.* 7. Abbas *n.* 15. & extra, *in cap.* 1. *eod. tit. num.* 6. Bellamera *conſ.* 38. *n.* 18. *in fine.* Franchus *in dicto cap. unico, ſub num.* 3.

num. 3. *in* 2. *membro ſuæ diſtinctionis.* Idem Abbas *in cap. Cum & plantare, num.* 7. Socinus *num.* 8. & cæteri, *de Privilegiis.* Abbas ipſe *in cap. de Monachis, num.* 9. *de Præbendis.* Et ita intellexit, & interpretata eſt Rota dicta Jura, & Doctores *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, ad favorem Abbatis de Hyrache, 14. *Decembris* 1598. *coram Card. Seraphino, la* 1304. *& poſt meas* 22. *Paſtorales, la* 13. *num.* 7. *& coram Cardin. Pamphilio, ibidem la* 1428. 8. *Februarii* 1607. *& in dicta cauſa Iurium Parochialium de Mendavia, coram Otalora*, 11. *Martii* 1667. & *coram Albergato*, 13. *Maii* 1669. *num.* 3. *&* 4. *las* 5. *&* 6. *poſt Commentaria mea in Conſtitutiones Apoſtolicas.* Et ideo eſt ab Epiſcopo inabdicabilis inſtitutio, prout approbationem ſonat, quia prout ſic, reſpicit curam juriſdictionalem, ut dixit Rota *in dicta coram Pamphilio, num.* 3. per hæc verba: *Vltra quod Franchus, & alii allegati loquuntur de Cura populi, reſpectu inſtitutionis authorizabilis, quam Epiſcopus à ſe abdicare non poteſt, & ad ipſum ſolum ſpectat, quia populus non eſt exemptus, juxta notata in cap. Cum & plantare, ubi Abbas, num.* 7. *Socin. num.* 8. *& cæteri, de Privilegiis, &c.*

184. Secundò adnotavi ad dictam Deciſionem 4. D. Otaloræ, *num.* 59. & iterum adnoto circa dictum Decii, videlicet, *Quod Eccleſia non videtur ſubjecta pleno jure, ſi Religioſi non habent inſtituere quoad curam populi:* duplex diſtingui jus plenum, quo Eccleſiæ ſubjectæ, & unitæ eſſe poſſint Religioſis. *Vnum*, quod contineat omnia ad curam animarum, & Parochialia pertinentia, tam quoad jura ſpiritualia, quàm temporalia Eccleſiæ unitæ. *Aliud*, quod contineat juriſdictionem contentioſam, in ſpiritualibus, & temporalibus, Epiſcopalem, vel quaſi. Quam diſtinctionem agnovit Cardinalis Pamphilius *in Deciſione num. præcedenti* recenſita, & R. P. D. Albergatus, 13. Maii 1669. *proximè* etiam allegata, in qua S. Rota, me citato, ſequentia protulit, *num.* 5.

185. Subillatio verò ex defectu juriſdictionis elicita, non poteſt tollere, aut quoquo modo imminuere plenariæ unionis eſſentiam reſpectu curæ, quia ſtat ſimul, quod Abbas, cujus Monaſterio Parochialis unita eſt, ſit verus Parochus, qui vel per ſeipſum, vel per Vicarium ad nutum amovibilem, exercere valeat; & quod Epiſcopus, ubi reſidet dicta cura, ſuam exerceat juriſdictionem, ut benè tradiderunt Imola *in cap. De Monachis, num.* 6. *de Præbend.* Anchar. *in dicto cap. Vnico, num.* 3. *verſic. Ad quem autem, de Capellis Monachor.* ubi diſtinguit, *an Abbas habeat unionem cum juriſdictione, & tunc valeat abſolutè Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo*; aut ſine juriſdictione, & tunc nominet ipſum Vicarium, authorizabili inſtitutione Epiſcopi approbandum. Sequitur Panormitanus *in cap. Cum & plantare, n.* 6. *& in cap. Paſtoralis, num.* 7. *& ſeqq. & in cap. Quoniam, num.* 3. *de Privileg.* Franch. *in eodem cap. n.* 3. *verſ. Si verò Eccleſias.* Arias Flores de Mena *d. quæſt.* 10. *num.* 18. *cum ſeqq.* Rota, in terminis Abbatis de Hyrache, coram Seraphino *deciſ.* 1304. *num.* 3. *in recentior. deciſ.* 297. *num.* 7. *part.* 5. & apud Murgam *ubi ſupra, deciſ.* 14. *num.* 3. Et quod ſe adinvicem compatiantur unio pleno jure reſpectu Abbatis, & juriſdictio ordinaria reſpectu Epiſcopi, in individuo firmarunt Rebuffus *in Praxi, part.* 1. *tit. de unione beneficior. gloſſa* 11. *n.* 3. Riccius *in Praxi, reſolut.* 293. *num.* 4. *verſic. Quarta concluſio, tom.* 1. Barboſa *in præallegato cap. de Monachis, n.* 4. *poſt medium, de Præbendis, & dignitatibus.* Flores de Mena *eadem q.* 10. *num.* 25. & noviſſimè tenuit Rota. Idem Murga *Quæſt. Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 47. Tondutus *Reſolut. Benefic. part.* 2. *cap.* 85. *n.* 12. & noviſſimè tenuit Rota *in alia Pampilonenſi Vicariæ*, 24. *April.* 1665. *§. in primo: &* 19. *Iunii ejuſdem anni, §. Neque ad excludendum, coram R. P. D. meo Otalora, & ſub die* 13. *Martii* 1667. *§. Ne adverſatur, coram R. P. D. meo Decano.* Hactenus Rota *coram R. P. D. Albergato.*

Coram dicto D. meo Otalora *in dicta de anno* 1665. *Vicariæ de Elizondo*, me etiam citato, quæ adeſt poſt dicta Commentaria, *la* 13. quæ ſequuntur, dixit: In primo, tertio, quarto, & quinto articulatur, quod Eccleſia Parochialis oppidi de Eli- 186.

zondo, eſt ſæcularis, & communiter reputatur pleno jure ſubjecta Ordinario Pampilonenſi, & illam viſitat juriſdictione non delegata, conceditque ſepulturam, quod nihil habet commune cum iſta cauſa, in qua tantùm agitur de Vicaria, & cura animarum, quas Abbas, & Monachi eorum Monaſterio annexas eſſe prætendunt, & quarum uniones in nihilo præjudicant Ordinariis in ſuis juribus, *cum ſtent inſimul unio Parochialis pleno jure ad Monaſterium, & juriſdictio Epiſcopi*, ut in terminis notarunt Imola *in cap. De Monachis, num. 6. de Præbendis*, Rebuffus *in Praxi beneficiorum, part. 1. tit. de Unione beneficiorum, gloſſa 11. num. 13.* & rectè explicat Flores de Mena *Variar. qq. lib. 1. quæſt. 10. num. 1.* Riccius *in Praxi Variar. Reſolut. tom. 1. reſol. 293. num. 4. verſic. Quarta concluſio.* Petrus de Murga *Quæſtionum Paſtoralium part. 1. quæſt. 2. diviſ. 1. num. 47.* Hucuſque R. P. D. Otalora *in dicta deciſione de anno 1665.* In alia autem, 19. *Iunii ejuſdem anni, la 15. poſt præfata Commentaria, num. 3.* in ſequentia prorumpit.

187. Neque ad eludendam plenariam unionem firmatam in dictis Deciſionibus, vis fieri poteſt in depoſitionibus teſtium affirmantium Reverendiſſimum Epiſcopum Pampilonenſem, in eadem Eccleſia (de Elizondo ſcilicet) exercere juriſdictionem, illamque viſitare. Hoc enim non excludit, ut Abbas ſit verus Rector Parochialis, ut valeat deputare Vicarium amovibilem; & ſatis eſt ut Eccleſia Parochialis ſit unita ejus Monaſterio pleno jure in temporalibus, & ſpiritualibus, quoad Curam animarum, licèt non ſit unita quoad juriſdictionem Epiſcopalem, *cum ſtent inſimul unio Parochialis pleno jure apud Monaſterium, & juriſdictio Epiſcopi*, ut ex Imola, Rebuffo, & aliis reſpondit Rota in Deciſione in hac cauſa emanata coram me, ſuper denegatione remiſſoriæ, 24. *Aprilis* 1665.

188. Et denique Rota, coram Eminentiſſimo Cerro, tunc illius Decano, *in eadem Elizondi cauſa*, 13. *Martii* 1667. *la* 17. *poſt mea Commentaria, n.* 10. in puncto, de quo in præſenti, dixit: Nec adverſantur viſitationes, aliique actus juriſdictionales in hac Parochiali, tam ab Epiſcopis, quàm à Vicariis Capitularibus, Sede vacante geſtis: quia cum per unionem Monaſterio factam, nihil fuerit præjudicatum Epiſcopo in juribus ſuis, Coccinus *deciſ. 157. num. 9.* cum aliis in dicta deciſione coram me allegatis, §. *Cui quidem unioni*, non repugnat, quod in concernentibus curam animarum, vigore unionis tranſlatam in Monaſterium, jure delegato juriſdictionem exerceat; in aliis verò, quæ ſunt extra curam, jure ordinario. Iſti enim actus ſunt compatibiles cum ipſa unione, ex allegatis *in Deciſione hujus cauſæ, 14. Aprilis* 1665. § *In primo*, & 19. *Iunii ejuſdem anni*, §. *Nec ad excludendum, coram R. P. D. meo Otalora.* Ita Eminentiſs. Cerro.

Circa id, quod dixit S. Rota coram Albergato, *ſuprà, num.* 185. recenſito, quod ſcilicet *Abbas, qui habet Eccleſiam unitam cum juriſdictione* (in Clerum ſcilicet, & in populum) *valeat abſolutè Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo*; hoc eſt, *quod poſſit illum inſtituere, nedum inſtitutione collatoria, ſed etiam authorizabili inſtitutione*, ad Epiſcopum ſpectante, quando ad illum, & non ad Abbatum juriſdictio in populum pertinet, dubitari poteſt, an unico actu uti poſſit Abbas, ut inſtituat utraque inſtitutione; an verò uno, & altero indigeat actu, ſemel inſtituendo inſtitutione collatoria, & poſtea authorizabili inſtitutione? Reſpondeo, unio actu nominationis, ſeu deputationis alicuius determinatæ perſonæ in Vicarium hujuſmodi Eccleſiæ, ſufficienter utraque inſtitutione illam afficere, & inſtituere, collatoria ſcilicet, *ſeu quaſi collatoria*, & authorizabili. Quod efficaciter probo argumento à ſimili, deſumpto ex materia Electionis Canonicæ. Electus enim ad dignitatem, ut exercere valeat (& idem eſt, ad beneficium electivum) ultra electionem in eum factam, indiget Superioris Confirmatione, ſub pœna privationis juris quæſiti per electionem: hujuſmodi autem Confirmatio ſumitur pro approbatione Superioris, electionis à Collegio factæ alicujus perſonæ ad Prælaturam, dignitatem, aut beneficium vacans, ut dixi *in 22. Paſtoralib. part. 1. quæſt. 3.* 189.

§. 2.

§. 2. *num.* 3. *& in Commentariis ad conſtitut.* 6. *num.* 744. cum Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 11. *in princ.* Filliucio *de Statu Clericorum, tr.* 41. *cap.* 3. *num.* 1. & colligitur *ex c. Quia propter, el* 42. *de Electione:* & ſimiliter inſtitutio authorizabilis, ſumitur ſimiliter pro approbatione perſonæ deſtinatæ ad exercitium curæ animarum (ſive perpetuum, ſive amovibile) ut ſuperius S. Rota dixit *num.* 183. *&* 185. quæ ſine tali approbatione, curam exercere neutiquam poteſt: At, qui fuit à confirmatore, ſive in ſolidum, ſive unà cum aliis Electoribus electus, confirmatione non indiget, ut latè probavi *ad dictam conſt.* 6. *num.* 757. ex noſtro Tamburino *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *n.* 22. *& quæſt.* 2. *num.* 4. cum Gloſſa *in cap. Vt circa, de Electione, in* 6. *verbo Electione, & in cap.* 1. *verbo Proviſionem, eiſdem tit. & lib.* Compoſtellano *in cap. Cùm inter Canonicos, extra eod. tit.* ubi Innocent. & Hoſtienſis, Archidiacono *in can. Synodo, num.* 2. *diſt.* 63. *& dicto cap.* 1. *de Elect. in* 6. ubi etiam Joannes Monachus, Nicolaus Milis *in Repertorio, verbo Electio,* §. 2. quò loci plures alios recenſui Doctores, & Rotam. Ubi addidi cum pluribus, procedere etiamſi jure devoluto Superior electionem faciat, inferiorum electorum negligentiam ſupplendo. Ergo ſimiliter, quando Abbas habens juriſdictionem in Clerum, & in populum, aliquem inſtituit inſtitutione collatoria, aut quaſi, illum ſimul inſtituit inſtitutione authorizabili: impoſſibile enim videtur, quod non approbet (in quo conſiſtit inſtitutio authorizabilis) eum, cui jus confert ad exercitium curæ (in quo conſiſtit inſtitutio tituli collatoria.) Ergo unico actu illum utraque afficit, & inſtituit inſtitutione.

190. *Seu quaſi collatoria*, conſultò dixi, & notanter: quia eum vera, & propria inſtitutio, tituli collatoria, non detur ad tempus, Rota coram Otalora, *in præcitata Deciſione* 4. *poſt mea Commentaria, num.* 6. *quia inſtitutio non cadit in amovibili* (inquit) *juxta Gloſſam litteralem in cap. Extirpandæ,* §. *Qui verò, verbo Perpetuum, de Præbendis: & eſt caſus in cap. unico, de Capell. Monachor. ubi Gloſſa verbo Perpetui, reddit rationem, quia inſtitutio non datur ad tempus. Reverendiſſ. Fagnanus in cap. G. Perpetuus, num.* 3. *de Fide inſtrumentorum. Bellamera d. deciſ.* 701. *num.* 1. (*de Præbendis.*) Cum quo tamen ſtat, quod nominatio, & deputatio Vicarii amovibilis pro exercitio curæ animarum Eccleſiæ jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia acceſſoriè, & ſubjectivè unitæ, & incorporatæ Monaſterio, largè, & impropriè inſtitutio collatoria appelletur. Idem Otalora *deciſ.* 5. *poſt commentaria, n.* 19. ubi ita dixit: *Quia verbum Inſtitutio largè ſumitur, & continet quemcunque modum providendi, ut poſt alios declarat Barboſa de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 172. *& in ſpecie, quod accipiatur pro deputatione Vicarii, ſeu Capellani ad nutum amovibilis ad exercitium curæ, videre eſt apud Gregorium deciſ.* 370. *num.* 5. *verſic. Sunt enim inſtituti.* Ita ibi.

Utramque etiam inſtitutionem, ſtrictam, & latam, tituli collatoriam diſtinxit S. Rota coram Eminentiſſ. Cerro, 23. *Martii* 1667. *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizonda, la* 17. *poſt mea Commentaria, num.* 8. licèt non ita expreſſe, dicens: *Et revera, hanc Vicariam nunquam fuiſſe datam in titulum* (quod pertinet ad propriam, & ſtrictam inſtitutionem, collatoriam tituli) *ſed ſemper ad nutum* (quod ſpectat ad inſtitutionem latè tituli collatoriam, ſeu quaſi,) *animadvertebant Domini, ex quo pro parte collitigantium non oſtenditur proviſio Apoſtolica cum ſolutione mediæ annatæ, ad quam ſolùm tenentur Vicarii perpetui, ut omninò requiritur ab eadem conſtitutione* (Piana ſcilicet, *Ad exequendum, la* 47.) §. 3. *verſic. Ita etiamſi vacatio contingat in menſe Ordinarii, ut explicat Gonzalez ad Regulam* 8. *gloſſa* 5. §. 4. *n.* 61. *& ſeqq. Data autem amovibilitate, per neceſſe infertur ad unionem plenariam, tituli extinctivam, cùm exiſta, non ex alia facta pleno jure, reſultet amovibilitas, ut pluribus allegatis firmat dicta Deciſio Veroſpii* (*in ead. cauſa, la* 12. *poſt Commentaria*) 28. *Novembris* 1664. §. *Cùm enim.* Hactenus Cerro. Ubi obſervanda nonnulla cenſeo. 191.

Primum eſt, reſpectu Eccleſiarum 192.

Monaſteriis unitarum, non poſſe probari unquam fuiſſe Vicarios perpetuos, ſi non oſtendatur proviſio Apoſtolica cum ſolutione mediæ annatæ; cum implicet perpetuitas Vicariæ, niſi ea data fuerit in titulum.

193. *Secundum eſt*, dari unionem plenariam extinctivam tituli; & unionem, quæ illum non extinguat, de quibus *ſuperiùs, num.* 184. Quæ non extinguit, eſt unio jure pleno, quæ continet juriſdictionem contentioſam in ſpiritualibus, & temporalibus, Epiſcopalem, vel quaſi, in Clerum, & populum, de qua Eminentiſſ. Cerro, ibi: *Non ex alia facta pleno jure.* Per unionem enim juriſdictionis contentioſæ alicui factam, non extinguuntur tituli dignitatum, & beneficiorum ſub illa exiſtentium, ſed illa facta, permanent, & perſeverant illæſi apud eorum poſſeſſores. Quæ verò extinguit titulum, eſt unio, ad quam ſequitur amovibilitas exercitii beneficii, videlicet quando omnia illius jura, quoad ſpiritualia, & temporalia, acceſſoriè alicui incorporantur, & ſubjectivè uniuntur. Et hæc unio eſt, quæ ad menſam dicitur: qua mediante, nunquam Eccleſia, & ejus beneficium vacat Parochiale; quia eorum tituli per hujuſmodi unionem fuerunt extincti, & ſuppreſſi. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia*, 19. *Ianvarii* 1663. *la* 2. *poſt dicta commentaria, num.* 1. *in medio*, ibi: *Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari.* Felinus *in cap. Cùm in noſtra, n.*10. *de Reſcriptis.* Oldradus *conſ.*257.*n.*15. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §.7. *num.* 2. *&* 3. Cardinalis Cavallerius *deciſ.* 530. *num.* 5. Durant. *deciſ.*503. *num.* 3. bonæ mem. Merlinus *deciſ.*37. *num.* 1. *& ſeq. & deciſ.* 125. *num.*5. *in recentior. deciſ.*352. *num.*7. *part.*4. & *in Acernenſi Vicarii*, 1. *Iulii* 1654. §. *Atque, coram bonæ memoriæ Bichio.*

194. Idem firmavit Rota *in eadem cauſa*, 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot, poſt commentaria deciſ.*3. *num.* 2. dicens: *Cùm enim Parochialis Eccleſia de Mendavia, cui eſt annexa illa de Legarda, fuerit ſubjectivè, & pleno jure unita Monaſterio Hyrachenſi, penes quod propterea dicitur tranſlata cura animarum exercenda per Vicarium ad nutum amovibilem, non autem perpetuum.* Lotterius *de Re beneficiaria, lib.*1. *quæſt.*33. *num.*93. Gonzalez *ad Regul.*8. *gloſſa* 5. §.3.*num.*14. Hojeda *de Incompatibilit. beneficior. cap.* 15. *part.* 1. *num.*4. Garcia *de Benefic. part.*11. *cap.*2. *num.*3. Petrus de Murga *22. Paſtor. part.*2. §.7. *n.*15. (immò potiùs *quæſt.*6. *n.*1. *cum ſeqq.*) Rota *in recentior. deciſ.* 297. *num.*3. *part.*5. *& deciſ.*21. *num.* 5. *part.* 6. *& deciſ.*5. *num.* 7. *part.*7. *& in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 26. *Martii* 1659. (la 9. poſt Commentaria) *coram R. P. D. meo Albergato.* Omitto recenſere Albergati verba, ſicut aliarum noviſſimarum Deciſionum, quas ubi proximè exſcripſi, ad prolixitatem vitandam, & quia Deo dante, de illis agemus, dum de effectibus unionis. Interim vide, quæ ad dictam Deciſionem quartam dixi, maximè *num.*58.

Ex dictis ſequitur, quod quis non poſſit verè, & propriè inſtitui, inſtitutione tituli collatoria, in Eccleſia acceſſoriè unita, & incorporata, quoad temporalia, & ſpiritualia curæ animarum. Et ita tenuit S. Rota *coram Otalora*, 11. *Martii* 1667. *in dicta deciſ.*5. *poſt commentaria, n.*20. dicens: *Vlterius doctrina Abbatis procedere poſſet in Eccleſiis alio modo ſubjectis Monachis, quàm per unionem factam acceſſoriè, per viam incorporationis; in his enim non poteſt quis propriè loquendo inſtitui, ut tradunt* Garcia *de benefic. part.*12. *cap.*2. *n.*52. Barboſa *de Parochi Officio, cap.* 1. *num.* 69. *ad finem, verſ. Nec in illis.* Tondutus *Reſolut. beneficial. part.* 2. *cap.*1. §.5. *num.* 9. *cùm per hanc unionem extinguatur titulus Parochialis, ita ut non poſſit amplius dici beneficium; ſed tranſlata omni cura in Abbatem, Eccleſia remanet merum prædium, & grangia Monaſterii, ut declarant Garcia de Benefic. part.*12. *c.*5. *num.*192. *Rota in Aretina, ſeu Montis Politiani, Iuris viſitandi*, 16. *Decembris* 1588. *coram Gipſio*, ita ut amplius non vacet. Cavalerius *deciſ.*330. *num.* 3. *&* 628. *num.*1. *ubi, quod ſæpe dictum fuit. Et ſic Abbas, tanquam verus Rector, poteſt exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia, prout reſpondendo eidem doctrinæ Abbatis*

195.

batis, firmavit Rota in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 28. *Februarii* 1606. §. *Ultra quod, coram Cardinali Pamphilio.* Hactenus coram R. P. D. meo Otalora.

196. Abſolutè intuli, non poſſe quem propriè inſtitui in hujuſmodi Eccleſia, ab Abbate, cui illa manet unita, aut ab Epiſcopo Diœceſano: nedum ob rationem convincentem modò traditam, quia extincto titulo, in titulum illa concedi minimè poteſt, ut ex terminis ipſis patet: ſed quia exercitium Curæ dictæ Eccleſiæ, ad vitam, ſeu in perpetuum Vicario ab ullo illorum concedi non poteſt. Non ab Abbate, Joannes Aloyſius Riccius *in Praxi aurea rerum fori Eccleſiaſtici, reſolut.* 293. *ſub num.* 2. *verſic. Pro parte*, ubi in hæc prorumpit verba: Pro parte contraria tamen facit primò, *text. in Clement.* 1. *verſic. Quidam, de Exceſſib. Prælator.* ibi, *ad menſam*: ibi, *ad formam*; ubi textus inſinuat, quando beneficia Curata ſunt unita ad menſam Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, ex eo ſcilicet, quia ipſi ſunt veri Rectores, & applicant ſibi, & menſæ ſuæ beneficii fructus, quod eſt unitum in ſpiritualibus, & temporalibus Monaſterio, & menſæ Prælati; nunquam vacant, & *Prælatus poteſt aliis Clericis beneficia illa concedere, ratione aliqua motus, non in perpetuum titulum.* Et ſic evidentiſſimè patet, quod poſſunt facere eis deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem, *& non tenentur, nec poſſunt ei facere deſerviri per Vicarios perpetuos.* Gloſſa, & Cardinales declarantes illam Gloſſam. Ergo & ita Monaſterium.

197. Secundò, facit *textus in Clementina* 1. *de Supplenda neglig. Prælator.* ubi textus inſinuat apertè, quod Collatio, & devolutio in beneficiis unitis reſpectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis unitis menſæ Prælati, quæ nunquam cenſentur vacare, quia Prælatus eſt verus Rector, & ſic Vicarius potiùs appellabitur, quàm verus Rector, & in eo non habent locum, quæ in veris Rectoribus, *& Vicariis perpetuis* ſtatuta ſunt, & per conſequens Prælati poterunt deſerviri facere beneficiis per Vicarios ad nutum amovibiles, aliàs non eſſent ipſi veri Rectores, ſed ipſi Vicarii perpetui; quia Eccleſia non intendit habere duos veros Rectores, & immediatos, quemadmodum nec uxor duos maritos. Igitur & idem poterit Monaſterium. Hæc & alia multa ad rem dicit Riccius, & eadem omninò docuerat priùs Flores de Mena *Variarum qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. & alii, quos recenſui, & fui ſequutus *in qq. Paſtor. part.* 2. *q.* 2. *à n.* 10. Admittunt tamen Flores, & Riccius, ille *num.* 16. & iſte *ad finem numeri* 2. uterque *in prima concluſione*, ex *cap. Extirpandæ*, §. *Quia verò, de Præbendis*, ex Abbate, Imola, Francho, Rebuffo, & Hojeda, quod quando Eccleſia non eſt Monaſterio unita quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam, ſed ſolùm quoad titulum & jus perpetuum illam, & ejus bona adminiſtrandi, & ſolùm percipit quæ remanent, ſoluto Vicario, & aliis oneribus, teneatur Prælatus Monaſterii Vicarium perpetuum deputare. Quorum doctrinam firmat Rota *coram Bevilaqua, la* 2. *poſt mea Commentaria, num.* 3. *coram Otalora, la* 4. *num.* 6. *in fine* (hic *num.* 190.) & *deciſ.* 5. *num.* 20. ac alibi. Coronet hoc membrum Rota *in Pampil. de Elizondo*, 28. *Novembr.* 1664. *coram Veroſpio, la* 12. *poſt Commentaria, num.* 9. ubi ait: Quinimò, nec Abbas mediante nominatione Vicarii perpetui, potuiſſet Monaſterio, aut Vicariæ in ſtatu amovibili exiſtenti præjudicium inferre. Vitalinus *in Clement.* 1. *num.* 56. *&* 57. *de Offic. Vicarii*, Rota *in Salmantina Vicariæ*, 15. *Martii* 1596. *coram Blancheto.* In electione quippe Vicarii ſuper Eccleſiis Monaſterio, ſeu menſæ Capitulari unitis, debet ad unguem obſervari Piana Conſtitutio, quæ ex vi decreti irritantis titulum inficit, & poſſeſſionem, ita ut nequeant nominationes aliter habitæ, aliquod jus, ſeu poſſeſſionem adverſæ parti tribuere, ut reſpondit Rota *coram Cavalerio, deciſ.* 395. *num.* 5. *in recentior. deciſ.* 16. *num.* 16. *&* 18. *coram Burato, deciſ.* 214. *num.* 8. *&* *deciſ.* 88. *n.* 16. *part.* 9. *recentior.* Hactenus Veroſpius. Huc ſpectant, quæ ego ipſe dixi *in qq. Paſtor. part.* 3. *quæſt.* 17. *à num.* 17. *& part.* 4. *quæſt.* 3. *à num.* 15. Utrobique me, ſi placuerit, vide.

Idem Veroſpius *num.* 10. ſic ait: Dum Vicaria in ſtatu manualis exiſtebat, illius natura, abſque Apoſtolicæ Sedis aſſenſu, ab Abbate non poterat immutari, ut præter authoritates ſuperius recenſitas, reſponſum fuit *in Peruſina beneficii*, 10. *Februarii* 1648. §. *Non obſtat, coram bonæ memor. Bichio, & in Volaterrana Capellaniæ*, 27. *Iunii* 1650. §. *In præſenti autem, coram bonæ memoriæ Dunozetto.* Præſertim, quia nullus Vicariæ perpetuæ titulus præceſſerat, cujus debet erectio legitimè conſtitui, antequam Vicaria amovibilis in perpetuam redigatur, ut notat Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 15. ubi S.Congregationis quoque refert reſolutiones. Barboſa *in Collect. ad Conc. Trident. ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reform. n.* 19.

198. Nec ab Epiſcopo poteſt in perpetuum, ſed ad vitam quis inſtitui in Eccleſia unita ad menſam, & incorporata Monaſterio jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia jura Parochialia, de quâ in præſenti loquimur. Quia uti dixi *in additionibus, & adnotationibus ad Deciſionem* 4. *R.P.D. Otaloræ, num.* 58. *pag.* 20. *Appendicis ad Commentaria*, Vicariæ hujuſmodi Eccleſiarum non poſſunt in titulum conferri, maximè ab Epiſcopo, qui nec nominare, ſeu deputare valet pro illarum ſervitio Vicarios, nedum perpetuos, ſed nec amovibiles quidem; cùm hujuſmodi deputatio, & proviſio privativè quoad Epiſcopum, ad eos, quibus unitæ reperiuntur, pertineat, ſicut illorum remotio, & deſtitutio, & ad eorum libitum. Abbas *in cap.* 19. *de Privileg. num.* 7. ibi: *Sed ubi Eccleſia eſt annexa menſæ eorum, & pleno jure eſt ſubjecta, tunc non tenentur ponere Vicarium ibi perpetuum, ſed ſufficit ponere Rectorem temporalem, quem poſſint ad libitum revocare.* Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. *Vbi* (inquit) *beneficium eſſet de menſa Prælati, Dignitatis ſeu Capituli, nempe quoad ſpiritualia, & temporalia, poteſt ſerviri per Vicarium temporalem, & ad nutum amovibilem; quamvis quando unita ſunt quoad temporalia, debeat Curatis deſerviri per Vicarium perpetuum.*

199. Et licet iſti, & alii Doctores, expreſſe Epiſcopum non excludant, pro excluſo ille haberi debet omnino, quoad nominationem, deputationem, ſeu inſtitutionem aliam, quàm authorizabilem Vicariorum Eccleſiarum unitarum ad menſam Abbatum, & Conventuum. Quia ut dixit S.Rota *coram Albergato, in dicta de Mendavia, la* 6. *poſt Commentaria, num.* 4. *ubi agitur de mera inſtitutione authorizabili, & quæ potius ſonat in approbationem perſonæ jam ab Abbate deputatæ, cùm hujuſmodi ſit acceſſoria ad nominationem Abbatis, de Vicario temporali, implicat quod ipſa poſſit eſſe perpetua.* Et aliquibus allegatis, citat etiam Rotam *in part.* 2. *recentiorum, deciſ.* 264. *num.* 6. *ubi dixit, hujuſmodi authorizabilem inſtitutionem non alterare nominationem temporalem Abbatis, cùm impoſſibile ſit, ipſum Abbatem nominare Vicarium ad nudum exercitium temporale, Epiſcopum verò illum perpetuò inſtituere. Sequitur Murga Quæſt. Paſtor. part.* 1. *q.* 3. §. 2. *num.* 16. Hæc omnia Albergatus.

Nec ex eo, quod Epiſcopus, ſeu 200.
ejus Vicarius, ſemel, aut pluries, in declaratione, vel ſententia lata ſuper admiſſione perſonæ nominatæ, & deputatæ ad Vicariam Eccleſiæ plenariè unitæ per Abbatem, dicat: *Dictam Vicariam eidem N. adjudicamus, ut illa gaudere poſſit toto tempore vitæ ſuæ:* quæ verba perpetuitatem indicant, *l.* 1. *ff. Pro ſocio.* Et tunc dicitur Vicarius perpetuus, quando conceſſio fit ad vitam ipſius. Gonzalez *ad Regulam* 8. *gloſſa* 5. §. 3. *num.* 11. *in fine.* Utrumque dixit Rota *coram Otalora*, 7. *Iunii* 1666. *deciſ.* 4. *poſt Commentaria, num.* 7. *Quia in reviſione dictæ deciſionis, coram eodem Otalora*, dixit 11. *Martii* 1667. *num.* 22. *ibidem deciſ.* 5. Nec alicujus momenti eſt, quod Ordinarius in approbationibus, & ſententia expreſſerit: *Ad effectum gaudendi toto tempore vitæ ſuæ.* Tum, quia dum ex verbis unionis conſtat, eam factam fuiſſe acceſſoriè per viam incorporationis, & curam tranſlatam in Abbatem, debuiſſe exerceri per Vicarium ad nutum amovibilem, non potuit poſtea hunc ſtatum, maximè Abbate inſcio, immutare. Rota *coram Buratto, deciſ.* 636. *num.* 9. ubi *Addit.* & *in recentior. deciſ.* 152. *num.* 12. *part.* 10. Tum etiam, quia licèt Ordinarius non debeat

debeat Vicarios amovibiles, propriè loquendo, inſtituere, ſed tantum prævio examine ſuper idoneitate approbare, ut tradunt Flores de Mena *reſol.* 10. *num.* 26. Garcia *de Benefic. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 96. *ad medium*, Barboſa *de univerſo jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 63. non tamen debet eos approbare ad tempus, ſed indefinitè, juxta declarationem S. Congregationis Concilii, relatam per Barboſam *dicto cap.* 6. *num.* 4. *& ad Concilium, ſeſſ.* 7. *de Reformat. cap.* 7. *num.* 28. ſcilicet, ut reſpectu ipſius gaudere poſſint Vicarii toto tempore vitæ ſuæ: quod intelligi debet, ut ſit perpetua Vicaria, ſi non revocetur; & ſic intelligendam collationem beneficii manualis, dicit, aliis relatis, Lara *de Anniverſariis, & Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 8. Quod ſufficit ad hoc, ut non poſſit dici conſtare de ejus voluntate ſtatum mutandi, ut in poſito Rota *deciſ.* 308. *num.* 4. *verſic. Neque obſtat, part.* 1. *recentiorum.* Eandem doctrinam, quam hic tradit Rota *in cauſa Mendaviæ, coram Otalora*, tradidit *in cauſa Elizondi coram Cerro*, 23. *Martii* 1667. *deciſ.* 17. *poſt Commentaria, num.* 7. ibi: *Non obſtante, quod in deputatione anni* 1636. *Ordinarius proceſſerit per modum adjudicationis: quia uti erronea non eſt attendenda.*

201. Nec ex eo, quod Tridentinum *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformat.* decernat: *Beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, vel Monaſteriis, Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur, qui ſolicitè providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos (niſi ipſis Ordinariis pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur) ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori, vel minori, arbitrio ipſorum Ordinariorum, portione, etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem deputandos, animarum cura laudabiliter exerceatur: appellationibus, privilegiis, exemptionibus, etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque, in præmiſſis minimè ſuffragantibus:* poterunt Epiſcopi facere, ut Vicarii perpetui ponantur in Eccleſiis jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia Curæ animarum, & ad menſam Monaſterii unitis, niſi cauſa cognita, & citatis intereſſe habentibus, in actu Viſitationis, & cum utilitate Eccleſiæ, & ex cauſa neceſſaria. Ita S. Rota 28. *Novembr.* 1664. *in dicta coram Veroſpio, n.* 4. *&* 5. 19. *Ianuarii* 1663. *coram Bevilaqua, n.* 9. *la* 2. *poſt Commentaria, &* 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot, la* 3. *ſub num.* 7. *& coram Zarata*, 3. *Martii* 1653. *la* 29. *poſt meas* 22. *Paſtoral. num.* 17. *& finali.*

Immò, ut dicit Rota *in d. coram Veroſpio, la* 11. *poſt Commentaria mea, num.* 5. diſpoſitio Concilii in hac parte fuit innovata à Piana Conſtitutione poſtmodùm edita, expreſſe Regularibus Mendicantibus, ac Monachis in Eccleſiis Monaſteriis annexis deferente electionem Vicarii Regularis ad nutum removibilis, ut advertit Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 5. §. 3. *num.* 53. *&* 54. ubi ita fuiſſe à S. Congregatione deciſum, refert. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 13. Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico univerſo, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. *&* 9. *& de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 72. *num.* 190. *verſic. Quæ omnia confirmabis: & in Collectan. ad Concilium, ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reformat. n.* 17. ubi loquitur in ſpecie de Parochialibus unitis Monaſteriis Præmonſtratenſium. Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 28. *Martii* 1659. §. *Non obſtat, coram R. P. D. meo Albergato.* Hæc illa, coram Veroſpio. 202.

Immò ulterius, in caſu, quo Vicarius perpetuus deputandus ſit pro Eccleſia Monaſterio unita, & annexa, non ab Ordinario, ſed à Prælato Monaſterii deputari debere, decrevit Sanctiſſimus Pius V. *in d. ſua Conſtitutione* 17. *Ad exequendum, in* §. 4. dicens: *Volumus inſuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarii perpetui, non ad liberam Ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum, in quorum Eccleſiis unitis ponentur, cum ipſorum Ordinariorum, ſeu eorum Vicariorum, prævio examine, & approbatione deputentur.* 203.

Urget & magis Decretum S. Congregationis Concilii Interpretum, editum, partibus auditis, & ab Urbano Octavo, ex certa ſcientia approbatum, & confirmatum per ſuum 204.

Breve,

Breve, ubi decernitur, non ſolùm pro Eccleſiis unitis ad menſam Monaſteriorum, ſed quoquo modo ab his dependentibus, Vicarios non ab Epiſcopo, ſed ab Abbate deputari debere. Quæ Decretum, & Breve, cum certis annotationibus, appoſui in fine Appendicis ad Commentaria, poſt S. Rotæ Deciſiones, ubi per extenſum videri poſſunt. Decretum autem, quod hic deſiderari poteſt, ſequentis tenoris eſt. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partibus auditis, cenſuit, in Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, curam animarum exerceri poſſe etiam per Monachos ad ſuorum Superiorum nutum amovibiles; ita tamen, ut iidem priùs examinentur, & approbentur ab Epiſcopo, ejuſque juriſdictioni ſubjiciantur in iis, quæ ad ipſam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius ſaltem Monachus ejuſdem Ordinis profeſſus, ad præſcriptum Concilii Lateranenſis, ſub Alexandro Tertio, cap.* 10. Hactenus Decretum. Breve autem Urbani fuit pro illius confirmatione editum die 6. Septembris 1638. cum Decreto irritante, & derogatione Conſtitutionum, & Ordinationum Apoſtolicarum, ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque non obſtantibus: ac ab omnibus, & ſingulis ad quos ſpectat, & pro tempore expectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere decrevit.

205. Et eſt valdè notanda diſpoſitio Pii Quinti *in §. 3. dictæ Conſtitutionis Ad exequendum, ad finem*, ſub his, quæ ſequuntur, verbis: *Ita tamen, quod Vicarii perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apoſtolica novam proviſionem ſuæ deputationis, & ſolvere annatam pro portione fructuum, redituum, & proventuum certorum ſibi aſſignata, & expedire litteras Apoſtolicas, nec alias ad poſſeſſionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & ſervitium earumdem Parochialium admitti poſſint, niſi ſoluta annata, & expeditis litteris Apoſtolicis novæ proviſionis, ut præfertur, alioquin integrum quindennium ſolvi debere, nec Vicarii prædicti antea, tuta conſcientia, fructus percipere poſſint.* Hæc ibi, & *in §. 6.* quæ ſequuntur decrevit: *Sicque per quoſcumque Judices, quavis authoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi poteſtate, judicari, & interpretari debere: necnon irritum, & inane decernimus, quicquid ſecus à quoquam quavis authoritate attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari.* In §. 8. ſic inquit: *Volumus autem, quod præſentes litteræ, in Cancellaria noſtra Apoſtolica, & ad valvas Principis Apoſtolorum de Urbe de more publicentur, & inter Conſtitutiones perpetuò valituras deſcribantur.*

Quæ omnia conſultò, & libentiſſimè tranſcribere libuit, & ob multa adnotare. *Præcipuè*, ut ſic fortè inveteratum depellere queam, vulgaremque errorem, qui in hac ſaltem Pampilonenſi Diœceſi increbuit, exiſtimantium, intentantium, & prætendentium, his noſtris temporibus, Vicarios deputatos, ac nominatos ab Abbatibus pro Eccleſiis, ſuis Monaſteriis unitis, & ab Ordinario approbatos, eſſe perpetuos, eſto illis Ordinarius, in ſuis litteris approbationis, & commiſſionis (quas etiam vulgò *Titulos*, erroneè vocant) dicat: *Dictam Vicariam eidem N. adjudicamus, & concedimus, ut illa, & ejus fructibus gaudeat toto tempore vitæ ſuæ.* Nedum quia hujuſmodi modus procedendi erroneus eſt, & ideo neutiquam attendendus, uti dixit S. Rota *num.* 200. *in fine*, allegata: & quia Ordinarius reſpectu iſtarum Vicariarum, ſolùm habet examinare, & approbare, media inſtitutione authorizabili, quæ idem ſonat, deputatos, ſeu nominatos ab Abbate, cujus Monaſterio Eccleſiæ annexæ ſunt, & unitæ, ut dictum etiam ex Rota eſt ſuperiùs *num.* 181. 183. 185. & 199. 206.

Sed quia, uti animadvertebat Rota *ſuprà*, *num.* 191. recenſita, hujuſmodi Vicariæ non oſtenduntur proviſæ à Sede Apoſtolica, cum ſolutione mediæ annatæ, & expeditione litterarum novæ proviſionis à Papa factæ, poſt primam ab Abbate factam; & ſine dicta ſolutione, & litte- 207.

ris

ris novæ proviſionis oſtenſis, non potuerint admitti ad poſſeſſionem, nec ad ſervitium dictarum Eccleſiarum Parochialium, neceſſariò dicendum venit, earum Vicarias, ſtatum amovibilium nunquam amiſiſſe, & perpetuarum hactenus non acquiſiviſſe, cum nullum adſit ex his requiſitis, præſcriptis in præfata Piana Conſtitutione, quæ per modum Canonicæ legis perpetuæ emanavit, ut ex ejus contextu conſtat, & dixit *Rota coram Burato, 29. Ianuarii 1616. la 2. poſt meas qq. Paſtorales, num.5.* & *coram Merlino, 22. Aprilis, la 21. n.3.* maximè continente illa, ut notavit ibidem Merlinus, decretum irritans, quod formam ſubſtantialem confert, dixi *in qq. Selectis*, & inficit titulum, & poſſeſſionem, ut *ibi*, & *ſupra, num.197.* dixit Rota, & quod ad unguem ſervari debeat dicta Piana conſtitutio. Qua ſuppoſita, ab his, qui ſe exiſtimant Vicarios perpetuos dictarum Eccleſiarum, Monaſteriis ad menſam unitarum, non obtenta nova proviſione à Papa, poſt eis ab Abbate conceſſam, nec litteris Apoſtolicis ſuper eadem expeditis, & media annata non ſoluta, inſtanter inquiro, & peto, qua authoritate, & jure poſſeſſionem apprehenderunt Vicariarum, & illis qua deſerviunt, & an validè, necne; & an tuta conſcientia fructus illarum ſuos faciant, percipiant, & in proprios uſus convertant? Et certè ego ab eis legitimam non expecto reſponſionem, ſerie conſtitutionis, & decreto irritante illius attentis. Quare, ut ſana conſcientia, & rectè, ac ſine periculo nullitatis, & reſtitutionis onere, in Vicariis ipſis ſe conſervare, & manutenere valeant, deponere judico omninò neceſſarium dictamen erroneum, & falſum, quo laborant, de perpetuitate Vicariarum ſuarum. Sic conſulo, ut faciant: & ſi non fecerint, ipſi ſuo tempore viderint: maximè ſi litigiis ſumptuoſis Abbates, & Monaſteria, quibus Eccleſiæ reperientur incorporatæ, & unitæ, defatigaverint, aut ad ea excitanda provocauerint.

208. Suppono *Secundò*, pro reſolutione Dubii principalis propoſiti, reſolutionem maximè pendere à cognitione qualitatum beneficiorum, & ſtatus Religioſi: an ſcilicet illa regularia ſint, aut ſæcularia; duplicia, aut ſimplicia: & an Religioſi ex vi profeſſionis incapaces ſint, necne, beneficiorum ſæcularium, vel ſaltem ex juris diſpoſitione. Quod in vim profeſſionis incapaces non ſint, docet Lezana *in Summa qq. Regular. tom.1. part.1. cap.2. num.17.* dicens: Per profeſſionem in Religione approbata vacant quæcumque beneficia antè habita, *ex cap. Beneficium, de Regular. in 6.* Sanchez *lib.7. in Decalogum, cap.29. num.2.* Non tamen redduntur Religioſi incapaces ad obtinenda beneficia ſæcularia, etiam curata, ex vi profeſſionis. Cum naturâ rei non ſint incompoſſibilia obligatio votorum, & obtentio beneficiorum. Leſſius *lib.2. de Iuſtitia, cap.41. dub.11.* Idem docet *part.2. cap.18. num.1. & tom.4. conſulto 40. num.5. pag.mihi 244.* ubi ait: Deinde loquendo de Beneficiis Curatis ſæcularibus, quamvis quorumdam Canoniſtarum ſententia ſit, non poſſe Regulares illa poſſidere; nihilominus veriſſima, & inter Doctores frequentiſſima ſententia eſt, abſque ulla diſpenſatione, ſtando in jure communi, poſſe eligi Regulares ad Eccleſias Parochiales ſæculares.

Quam tenent quamplurimi tum 209.
Juriſtæ, tum Theologi, ſpecialiter Gloſſa, Hoſtienſis, Joan. Andreas, Antonius, Ancharanus, Abbas, Cardinalis, Ananias, Henricus, Federicus, Archidiaconus, Dominicus, Francus, Imola, Præpoſitus, Felynus, Rochus, Lambertinus, Bertachinus, Selva, Coraſius, Gregorius Lopez, Roſella, Angelus, Tabiena, Armilla, Sylveſter, Covarruvias, Navarrus, Gambara, Antonius Cuccus, Villalobos, Monaldus, Thomas Zerola, Emman. Sà, Graffis, Azor, Roderiquez, & Leſſius, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.7. in Decalogum, cap.29. num.35.* Tamburinus *de Iure Abbat. tom.3. diſp.9. quæſt.8. n.4.* Bordonus *reſol.92. num.7.* Caſtrus Palaus *ſupra* (*Oper. Moral. part.2. tr.13. diſp.1.*) *punct.3. §.1. num.12.* Pellizzarius *tom.2. Manual. tract.8. c.4. ſect.4. num.104.* Ceſpedes *in tract. de exempt. Regularium, cap.8. dub.168.* idem Lezana *tom.1. part.1. cap.2. num.17. & part.2. cap.2. num.11. & 18. & cap.18. num.1.* Hanc ſententiam ſequutus fui

in QQ. Paſtoralibus, part. 4. quæſt. 1. ſect. 4. à num. 34. pag. 210. & illam pluribus exornavi, & illuſtravi. Nunc illam probare intendo, tum ratione alia, quam ſuprà tacta, de compoſſibilitate obligationis votorum, & obtentione beneficiorum; quia nulla efficaci ratione contraria ſententia probari videtur: tum Jura allegando diverſa, quæ noſtram maximè fulciant, & muniant: & quidem, quod ad obtinenda beneficia Curata, non indiguerit diſpenſatione Regularis, ſtando in terminis Juris communis, non ſolùm ad obtinenda ad tempus, ſed in titulum, obſervat Palaus *d. num. 12.*

210. Probat ſententiam iſtam *cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, ibi: *Et per antiquos Canones etiam Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, quod privilegiatum eſt, exercere.* Nec valet dicere, textum iſtum intelligi de Monachis aptis prædicationis officio, non autem de ineptis, uti ex illius verbis conſtare videtur. Non enim valet, quia Regularis eligi poteſt aptus curæ animarum populi, tametſi officio concionandi ineptus ſit. Quia occaſio eligendi Regularem in Parochum, eſt populi utilitas, & neceſſitas: ſed ſecluſo publico officio concionandi, poteſt Regularis eſſe maximè utilis populo, & neceſſarius. Ergo etiamſi Regularis aptus non ſit publico officio concionandi, dummodò aliàs utilis, & neceſſarius ſit populo, eligi in Parochum poteſt. Utilitati enim, & neceſſitati populi ſit ſufficienter ſatis, mediante officio doctrinæ, quam quilibet Parochus ſuis ovibus præſtare tenetur, eſto publicis in concionibus non præſtetur: & regulariter Religioſi aptiores ſunt ad docendum, tam in publicis concionibus, quàm extra illas: & ea de cauſa in favorem animarum illis hoc privilegium conceſſum eſt, quod amitti non debet, etſi in uno, aut alio Religioſo aptitudo ad publicè concionandum non inveniatur. Sic docent Palaus *dicto num. 12.* & Sanchez *d. cap. 29. num. 40.* ubi in ſequentia prorumpit.

211. Hinc deducunt aliqui, Monachum ineptum officio prædicandi, non poſſe tuta conſcientia præfici Eccleſiæ ſæculari curatæ, quòd textus *in cap. Quod Dei timarem, de Statu Monachorum*, hoc indulgens Regularibus, ait hoc eſſe privilegium officii prædicandi: & Gloſſa penultima *cap. Monachi vagantes, 16. quæſt. 1.* ait tranſlatum ex Monacho ad Prælaturam ſæcularem, non peccare, ſi transferatur ut proſit, ſecus ſi ut præſit. Atque ita in propriis terminis tenent Anton. *cap. Non eſt, num. 4. de Voto, & dicto cap. Quod Dei timorem, num. 12.* & ibi Ananias *num. 9.* & ſatis ſignificant Abbas *in cap. Quod Dei timorem, num. 3.* Roſella *verbo Monachus, num. 4.* Sylveſter *verbo Religio 7. quæſt. 4.* ubi copulativè petunt, ut Regularis ille ſit aptus officio prædicandi, & curæ. Sed Rochus *de Iurepatronatus, verbo Honorificum, q. 4. num. 13.* dubitat de hoc, aitque ſe id confirmare, eo quòd animarum cura in multis aliis verſetur. Et ideo dicendum eſt, ſi Regularis ille ad alia Parochorum miniſteria aptus ſit, quamvis ad prædicandum ineptus, nihil obſtare quominus licitè poſſit ei Eccleſiæ curatæ præfici, ob rationem dictam. Nec obſtat *cap. Quod Dei timorem*, quia intelligitur id eſſe privilegium prædicationis, id eſt, animarum curæ, & doctrinæ, cui Parochi incumbunt, etſi non concionentur. Et ita in propriis terminis tenet Lambertinus *de Iurepatronatus, lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 19. num. 22.* quod etiam apertè ſentiunt Abbas *cap. Non eſt, n. 9. de Voto*, & Angles *in Summa, verbo Diſpenſatio, num. 3.* ubi disjunctivè dicunt, *ſi non eſt aptus officio prædicandi, vel curæ.* Hactenus P. Sanchez.

212. Subſcribit Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 3. diſp. 9. quæſt. 8. per totam*, ſignanter *num. 5.* ubi poſtquam aliqua in contrarium recenſuerat, ait: His tamen non obſtantibus, dicendum eſt, attento jure communi, nullam habendam eſſe diſpenſationem, ut Regularis poſſit habere beneficium curatum; etiam ſæculare, ut probatum eſt ex *d. cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachorum.*

213. *Secundò*, probatur noſtra ſententia, & quod ad obtinendum beneficium curatum ſæculare non indigeant Monachi ulla diſpenſatione in vim juris commu

communis antiqui, *ex cap. In Parochia, 16. quæſt. 1.* ubi Papa Pelagius jubet, Monachum ad Parochiam præſentatum admitti ab Epiſcopo, nullo facto verbo diſpenſationis, quaſi voluerit diſpenſare: & ideo jus commune videtur explicari, quod hoc ſit favore curæ animarum inductum, uti docent Tamburin. *d. num. 5.* Sanchez *num. 35. in princ.* Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 2. num. 11.* Palaus *d. tr. 13. diſp. unica, punct. 3. §. 1. num. 14.* Si autem (inquit ibi) diſpenſatione Epiſcopi indigerent, nequaquam de illis diceretur (*in cap. Quod Dei timorem*) poſſe in Presbyteros ordinari, quia non dicitur fieri poſſe, quod extraordinario remedio, quale eſt diſpenſatio, indiget; ut rectè dixit Innocentius *in cap. Paſtoralis, num. 1. verſic. Renunciatum, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & ex illo Gregor. Lopez *l. 25. tit. 7. partita 1. verbo Eccleſias.* Covarruvias *in cap. 2. de Teſtament. num. 3.* Navar. *lib. 3. Conſilior. in 2. edit. tit. de Statu Monachor. conſil. 12.*

214. Quod ſi petas, an ſaltem neceſſaria ſit Religioſo ad acceptandum beneficium Curatum, licentia Prælati Regularis, & quiſnam illam concedere valeat? Reſpondeo *primò*, hujuſmodi Religioſum obtinere debere licentiam Superioris ſui, ad acceptandum Curatum. Patet à ſimili *ex cap. Si Religioſus, in princ. de Electione, in 6.* ſic ut ſequitur decernente: *Si Religioſus electioni de ſe ad Prælationem aliquam extra ſuum Monaſterium, vel ſuam Eccleſiam celebratæ, ſui Superioris, qui dare ipſam valeat, non petita, & obtenta licentia, præſumpſerit conſentire, conſenſus ſic præſtitus non teneat, & in pœnam præſumptionis illius, electio eadem, ipſo facto viribus evacuetur omninò.* Et ita docent Caſtrus Palaus *ubi proximè, n. 15.* Sanchez *lib. 7. cap. 29. n. 57.* Aſcanius Tamburinus *d. diſp. 9. q. 8. num. 10.* & Lezana *tom. 1. part. 1. c. 2. num. 16. pag. mihi 365.* qui pro præſenti caſu promotionis ad beneficium Curatum, expendunt, & benè, rationem, quam textus ille reddit, in caſu promotionis ad prælationem: nempe, *cujus arbitrium, non à ſua, cum velle, & nolle non habeat, ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit, voluntate dependeat.* Quæ certè ratio ita æquè militat in promotione Religioſi ad Curatum, ac ad Prælaturam, cùm utrobique, ille *velle, vel nolle non habeat.* Nec ſufficere ſcias licentiam generalem conceſſam per Superiorem, ut conſentiat Religioſus electioni, quandocumque electus fuerit ad Curatum, aut Prælaturam; quia licèt de hoc nihil exprimatur *in d. cap. Si Religioſus*, exprimitur tamen *in Clementina 1. de electione*, in qua habetur: *Cum conceſſa Religioſo à Superiore licentia, ut electioni, vel proviſioni (ſi quam de ipſo contigerit fieri) ſuum dare poſſit aſſenſum, ambitionis vitio viam paret, nullius eam exiſtere volumus firmitatis.* Sanchez *d. cap. 29. num. 59.* Lezana *d. num. 16.* & Palaus *d. §. 1. num. 18.* ubi ait: Ex quibus verbis (Clementinæ ſcilicet) conſtat neceſſariò, licentiam ſubſequi debere electionem, collationem, ſeu præſentationem, & quemlibet alium proviſionis modum: & tradit Gloſſa, Imola *num. 10. & 11.* Sanchez *lib. 7. cap. 29. num. 5. & 60.* Econtrà verò, ſi licentia poſt acceptationem ſuccedat, acceptationem non reddit firmam; quia quod à principio nullum eſt, tractu temporis convaleſcere non poteſt. Sanch. *num. 63.* ubi ita fatur: Nec electio, cum Religioſus abſque legitima licentia conſentit, vires aſſumet, poſt conſenſum illo licentiam obtinente. Quia cùm electio illa fuerit nulla, convaleſcere nequit, *Regula Non firmatur, de Regulis Iuris, in 6.* & ſic tradit Dominicus *cap. Si Religioſus, in princ. num. 8. de electione in 6.* De quo ego ipſe *in Commentariis ad Conſtit. 6. num. 727. & 728.* cum aliis ibi allegatis.

Reſpondeo *ſecundò*, regulariter loquendo, hujuſmodi licentiam peti, & concedi debere à Prælato locali. Ita reſpondi *ubi proximè, num. 729.* cum Barboſa, Dominico, Joanne Andrea, Ancharrano, Francho, Cardinali, Imola, Bonacina, Acuña, Layman, & Sanchez *d. lib. 7. cap. 29. num. 65.* & Lambertino, quibus addo Caſtrum Palaum *d. §. 1. num. 19.* Lezanam *tom. 1. part. 2. cap. 2. num. 16. pag. 365.* Niſi aliud caveatur in conſtitutionibus Religionis, aut privilegio particulari, addit Barboſa *in cap. Si Religioſus, num. 4. el 27. de elect. in 6. modò citato,* 215.

cum Acugna *in Comment. ad cap. 1. diſtinct. 58. num. 5.* & aliis. Et ſufficere tacitam, ait *num. 5.* cum Chaldas Pereira *de Reſolut. emph. cap. 11. num. 15.* In noſtra autem Congregatione Hiſpana ſpecialem hoc habet difficultatem: tum quia, ut ibidem dixi, emittimus in ea ſolemne perpetuæ obedientiæ votum R^mo Generali, licèt in præſentia Abbatis Monaſterii. Si ergo obedientiæ votum obſtat Religioſo ad hoc ut poſſit acceptare electionem ad ſui favorem factam, cum velle, & nolle non habeat; ſed ex illius, quem vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cujus imperio ſe ſubjecit, voluntate dependeat, & ſe ſubjecerit R^mo Generali immediatè, & non Abbati locali; ab illo, non autem ab iſto, licentia ad acceptandum beneficium curatum peti debet, ſicut de facto petitur ad acceptandum Epiſcopatum; cum eadem omninò ſit in utroque caſu ratio.

216. Tum etiam, quia ſimiliter emittimus votum ſolemne perpetuæ inclusionis, in quo ſolus Summus Pontifex diſpenſare poteſt: & licèt jam diſpenſaverit pro caſibus, quos Capitulum noſtrum Generale diſpoſuerit; cum iſte promotionis ad Beneficium Curatum, nondum ſit à Capitulo hactenus deſignatus, aut tactus, nequibunt Abbates licentiam ac veniam concedere Monachis ad exeundum è Clauſtris, ad obtinendum beneficium Parochiale ſæculare, de quo procedit præſens controverſia.

217. Prædicta ſententia aſſerens, prælatos locales concedere poſſe veniam ad acceptandum beneficium Curatum ſæculare, jure communi antiquo attento, multas admittit exceptiones, limitationes, ac temperamenta. *Primò*, limitatur, quando ſpecialibus alicujus Religionis interdicitur Religioſis illius promoveri ad beneficia ſæcularia, ut in alumnis Societatis Jeſu interdictum habetur. Ita limitat Sanchez *d. lib. 7. cap. 29. num. 36.* cum Leonardo Leſſio *lib. 2. de Iuſt. c. 41. dub. 12. num. 98.*

218. *Secundò* limitant Doctores aliqui in Religioſis Mendicantibus, de quibus docent, incapaces eſſe ad promotiones extra Ordines ſuos, præterquam ad Epiſcopatus. Ita apud Sanchez *num. 37.* & apud Caſtrum Palaum *d. §. 1. num. 12.* Rebuffus, Dueñas, Imola, Eman. Roderiquez: ipſi tamen oppoſitum ſentiunt, quia hæc limitatio, nullum in jure fundamentum recognoſcit. Maximè *Clementina 1. de Regularibus, §. ad Prioratus*, in contrarium allegata, illud non præſtat: quia illa expreſſe agit de Mendicantibus licitè tranſlatis ad non Mendicantes, quos ne facilè, & leviter procurent hunc tranſitum, reddit inhabiles ad quæcumque Curata, & adminiſtrationes. *Quare*, addit Sanchez, *potiùs eſt pro hac ſententia, quaſi ſupponens eos non tranſeuntes, ſed in propria Mendicantium Religione manentes, eſſe horum capaces.* Neque *cap. Cùm ad Monaſterium, de Statu Monachorum*, fundamentum præſtat, cum nullum de hac re verbum contineat. Nec *Clementina Exivi, de verborum ſignificatione*, contrarium probat; cùm non de omnibus Mendicantibus agat, ſed de ſolis Fratribus Minoribus; nec his interdicit beneficia Curata habere, ſed redditus annuos. Nec obſtat, Parochos factos habituros hos redditus; quia ea prohibitio intelligitur, dum intra Monaſteria ſunt, ſubjectique Regulæ Minorum; ſecus quando ad beneficia Curata promoventur. Sicut nec ob id interdicitur illis promotio ad Epiſcopatum; cum tamen redditus ampliores ſint habituri. Et ideo hanc partem tenet Rochus *de Iurepatron. verbo Honorificum, quæſt. 4. num. 13.* Lambertinus *eod. tract. lib. 2. part. 1. quæſt. 7. art. 19. num. 21.* Leonardus *lib. 2. de Iuſtitia, cap. 41. dub. 12. num. 98.* Et addit Sanchez contra Cordubam *in Regulam S. Franciſci, cap. 2. quæſt. 20. punct. 2.* nedum Minoribus licitum eſſe in foro externo ad beneficia curata promoveri, jure communi attento, ſed etiam in interno foro.

219. *Tertiò* limitant, dummodò concurrat neceſſitas, aut utilitas Eccleſiæ curatæ ſæcularis, cui Regulares præficixndi ſunt. Nam, etſi olim opus eſſet neceſſitatem Eccleſiæ concurrere, ut patet *ex cap. Priſcis, 55. diſt.* ubi Papa Gelaſius conceſſit in gravi neceſſitate Eccleſiæ, ideo quod idonei miniſtri deficiant, præfici Parochos: at hodie ſatis eſt neceſſitas, aut utilitas Eccleſiæ, ut conſtat *ex cap. Pro utilitate, 16. quæſt. 1.* Exigi autem neceſſita

ceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, inde ſuadetur, quod hæc juris conceſſio dimanarit favore boni animarum, cui proſpicere, munus eſt Monachorum. Ergo exigitur ſaltem animarum utilitas, ut illarum regimini Regulares relicto Monaſterio præficiantur. Ita docet Sanchez *dict. cap. 29. n. 39.* poſt Gloſſam *in cap. Quod Dei timorem, verbo Regimen, de ſtatu Monachor. & 16. quæſt. 1. in Summa, fine.* Rochum *ubi proximè*, Roſellam *verbo Monachus, num. 4.* Sylveſtrum *verbo Religio 7. quæſt. 3.* Bonifac. *Clement. 1. de electione, num. 45. & 65.* Gregorium Lopez *l. 25. verbo Igleſias, tit. 7. partita 1.* Covarruviam *cap. 2. num. 3. de Teſtamentis*, Emanuelem Roderiquez *tom. 1. qq. Regular. quæſt. 34. art. 5. initio.* Leſſium *lib. 2. de juſtitia, cap. 41. dub. 12. n. 99.* Et addit Sanchez: Et juxta hoc temperandi ſunt Hoſtienſis *Summa, tit. de Statu Monachorum, num. 4.* Abbas *cap. 1. num. 5. de Capellis Monachor.* Lambertinus *ubi ſuprà, num. 23.* & Azor *tom. 1. Inſtitut. Moral. lib. 12. cap. 19. quæſt. 13. ad fin.* ubi videntur exigere neceſſitatem Eccleſiæ (quam etiam exigit Aſcan. Tambur. *tom. 3. diſp. 9. quæſt. 2. num. 5.*) dum dicunt tunc præfici poſſe Regulares Eccleſiæ ſæculari, quando non reperiuntur idonei miniſtri ſæculares. Sed dicendum eſt, etſi tales reperiantur, ſufficere ſi Eccleſiæ utile ſit Regulares ei præfici; quamvis Gloſſa *cap. Cum pro utilitate, verbo Utilitate, & in cap. In Parochia, 16. quæſt. 1. verbo Cum*, nihil ſpeciale dicat eſſe in hoc circa Regulares Eccleſiæ curatæ præficiendos, ſed eodem modo poſſe præfici, ac Clericos ſæculares. Sed limitatio prædicta tenenda eſt. Sic concludit Sanchez.

220. *Quartò* limitatur, dummodo Eccleſia, cui Regularis præficitur, actu ſit curata; ſecus ſi ſolo habitu. Quia cum tunc ceſſet exercitium curæ animarum, cujus favore hoc privilegium indultum eſt, ceſſat quoque privilegium ipſum. Ita docent Ancharanus *in cap. Quod Dei timorem, num. 11. de Statu Monach.* & Ananias *ibidem, num. 9.* quos recenſet & ſequitur Sanchez *num. 41.*

221. *Quintò* limitatur, dummodo non ſit præſcriptio quadragenaria, ut ea Eccleſia curata regatur per Clericos ſæculares, *cum Regularium excluſione.* Prævalebit enim ea præſcriptio, ne poſſit ea Regularibus dari: ſecus ſi tantum ſit, ut regatur per ſæculares; cum enim tunc Regulares excluſi non ſint, poterit ei præfici Regularis. Ita docet Sanchez *num. 42.* poſt Cardinalem *in Clement. unica, in princ. n. 19. quæſt. 21. de Supplenda neglig. Prælator.* Felinum *in cap. Noſtra, coroll. 40. num. ult. notab. 10. de Reſcriptis*, & Selvam *de benefic. 3. part. quæſt. 11. num. 133.* & ſubdit, & bene ex Cardinali, è converſo ſecus fore, quia ſi per quadraginta annos inſtituti fuerint ſoli Regulares, nequeunt deinceps ſæculares, quia jam tranſiit in Regulares.

222. *Sextò* limitatur, niſi Monaſterium in loco illo habeat populum ſibi ſubjectum; tunc enim nequit exerceri cura per Monachum, ſed debet præfici illi Clericus ſæcularis, ut habetur expreſſe *in cap. 1. de Capellis Monachorum*, & docet Sanchez *in d. lib. 7. in Decalogum, cap. 29. num. 43.* cum Angelo *verbo Monachus, num. 5.* Armilla *num. 6. eod. verbo*, Tabiena *num. 4. quæſt. 3.* Sylveſtro *verbo Religio 7. quæſt. 7.* Gregorio Lopez *l. 25. verbo Igleſias, tit. 7. partita 1.* & Emmanuele Roderiquez *qq. Regul. tom. 1. quæſt. 34. art. 4.* Refert tamen Abbatem *in d. cap. 1. de Capell. Monachor.* laborantem in reddenda ratione hujus textus: quia videtur rationi diſſonum, ut cum Monaſterium non habet populum, poſſit Monachus eſſe Parochus, non autem quando illum habet: quia inſtituto regulari magis repugnat, quod Monachus in priori caſu Parochus fiat, quàm in ſecundo; in priori enim oportet egredi Monaſterio, non autem in ſecundo; & concurrit favor animarum, & major obligatio Monaſterii, ad proſpiciendum illi. Et reſolvit Abbas *num. 5.* dicendo, idem ſignificare Gloſſam *verbo Monachi*, hunc textum loqui ſecundum jura antiqua, & conſiderato mero Regularium ſtatu. Nam regulariter non debent præfici curæ Eccleſiæ ſæcularis; ſed ratione neceſſitatis inſtitutum fuiſſe, ut illi præfici valeant: & ſic (inquit) textus intelligitur, quando ea neceſſitas non concurrit. Secundò reſolvit dicendo, poſſe intelligi textum, ne Monachus inſtituatur

ſtituatur ab Abbate: quippe, cum cura animarum non ſit illi Monaſterio collata, ſed Epiſcopo incumbat, Epiſcopi eſt Parochum illi præficere, conceſſa tamen licentia per Abbatem Regulari præficiendo. Et concludit Sanchez dicendo: *Atque uterque intellectus mihi placet.*

223. *Septimò*, limitant aliqui Sententiam, niſi Religioſi Mendicantes eligantur ad beneficium illud in diſcordia, aut alii Religioſi à minori eligentium numero. Quod probant *ex cap. Quorumdam, de Electione, lib.6.* Circa quam limitationem plura notat, obſervat, & diſcutit Sanchez *in d. cap. 29. à num. 44. ad num. 56.* quæ libens recenſere omitto, quia in præſenti non ita recenſione indigent, ac alia, quæ recenſui, ac referam.

224. *Ultimò* limitatur ſententia, ut Regulares ſint capaces beneficii Parochialis ſæcularis, dummodò priùs obtineant Superioris licentiam. De quo egimus *ſuprà, num. 214. & ſequentibus*, & latè Sanchez *num. 57.* quò loci, & *num. 64.* docet, quod Religioſus, qui ſemel obtinuit Superioris licentiam ad acceptandum unum beneficium curatum, vel Dignitatem ſeu Prælatiam, poteſt aliam, & aliud quodcumque, ſine nova licentia Regularis Prælati acceptare. Adducit Immolam *in Clement. 1. n. 41. de Electione*, eo quòd exemptus jam ſit ab obedientia Superioris Regularis, & maneat Epiſcopo ſubjectus: ideoque ad aliud beneficium curatum promoveri non poſſe ſine Epiſcopi licentia, ſicut nec ſæcularis Parochus promoveri abſque illa poteſt. Et ex eodem Imola concludit, poſſe etiam dici, exigi licentiam Abbatis, ex quo non ſit ab ejus obedientia omninò abſolutus, ſed quoad ſolam priorem promotionem. Unde (ex eodem ait) exigi licentiam Abbatis, vel Epiſcopi. Et pro eo, quod indigeat licentia Abbatis, allegat Ancharanum *in cap. Si Religioſus, n. ult. de Electione, lib.6.* & Lapum *ibi*, apud Francum *ibidem, in princ. num. 3. verſic. Quod autem*, de Religioſo jam ad Prælaturam electo, & qui ad aliam eligitur: quamvis ipſe Francus dubitans relinquat cogitandum. Sed exiſtimo (proſequitur Sanchez) in neutro caſu exigi licentiam Superioris Monaſterii: quòd ſemel effectus Prælatus, aut Parochus, ſit ab ejus obedientia abſolutus, ut probavimus, ubi de voto obedientiæ. Nec exigitur licentia Epiſcopi, niſi in ſolis caſibus, in quibus ea eſt neceſſaria ad Clerici ſæcularis promotionem; quia nullo alio ſpeciali ſubjectionis modo Epiſcopo ſubditur, quàm alii ſæculares beneficiati. Et hoc ſatis innuit Imola proximè allegatus. Hactenus Thomas Sanchez.

Hoc tamen advertit Author iſte, 225.
num. 57. in fine, non indigere Religioſum licentia ſui Prælati ad impetrandum beneficium à Papa, quia eſt ſupremus Religioſorum Prælatus; & conſequenter (addit) nec ad conſtituendum procuratorem ad impetrandum ab illo; quia quod quis poteſt per ſe, poteſt per alium. *Regula Poteſt, de Regulis Iuris, in 6.* Milis *in Repertorio, verbo Religioſus, num. 4 verſic. Religioſus non poteſt conſentire electioni.* Ex quo infero ego, non indigere Religioſum Prælati ſui licentia, ad conſtituendum procuratorem ad litem, in gradu appellationis interpoſitæ à gravamine per Prælatum Regularem ſibi illato, quia Judex ad quem, Superior eſt Judicis à quo: & ſicut liberum eſt Religioſo injuſtè gravato, per ſe ad Superiorem recurrere, pro repellendo injuſto gravamine, ita & per procuratorem à ſeipſo liberè, & propria ex authoritate conſtitutum.

Quod ſi inquiras, an ut promo- 226.
veatur Regularis ad beneficium curatum, & Parochiale, deſideretur licentia, non ſolùm Prælati Regularis, aut illius, & Conventus ſimul, ſed etiam Epiſcopi? Reſpondet Sanchez *lib. 7. in Decalogum, cap. 29. num. 66.* ſub diſtinctione. Aut beneficium eſt pleno jure ſubjectum Monaſterio, aut non. Si *primum*, licentia Epiſcopi non deſideratur, & exigitur; ſed ſufficit licentia Prælati Monaſterii, vel illius cum Conventu. Abbatis quidem in ſolidum, *quando juriſdictio illius Eccleſiæ ad ſolum Abbatem pertinet.* Abbatis autem, & Conventus, *quando ad utrumque dicta pertinet juriſdictio.* Ita ille cum Roſella *verbo Monachus, num. 4.* Sylveſtro *verbo Religio 7. quæſt. 3.* Et in hoc caſu ſubjectionis Abbati ſolùm, vel

ei,

ei, & Conventui ſimul, Epiſcopi (ait) eſt Regularem illum Eccleſiæ Parochiali à Prælato ſuo, vel ab eo, & Conventu præpoſitum, examinare, & viſitare (intellige juxta ſuperiùs dicta, quoad ea, quæ ſpectant ad Curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem) ut conſtat ex Tridentino *ſeſſ.7. cap.7. & 8. de Reformat. & ſeſſ.24.cap.3. & 18. de Reformat.* Niſi Prælatus ille Regularis habeat ibi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; quia cum hic actus ſit Juriſdictionis Epiſcopalis, & non Ordinis, competeret ei Prælato Regulari. Nec in hoc caſu loquitur Tridentinum, ut etiam ipſe confirmat, & benè docet Leonardus *ibidem (lib. ſcilicet 2. de Iuſt. cap.41. dub.11.n.98. verſic. Ibi notandum.* Si autem beneficium non eſt pleno jure ſubjectum Monaſterio, præter conſenſum Prælati Regularis, deſideratur ad dictam promotionem Epiſcopi authoritas. Ita Sanch. cum dictis Roſella, & Sylveſtro *locis citatis*, Anton. Cuco *lib.3. Inſtitut. Majorum, tit.1. num.54.* Emman. Roderiquez *tom.3. quæſt. Regular. quæſt.53. art.2.* & cum Leſſio *ubi proximè.*

227. Ex qua certè doctrina habemus, beneficia curata, & Parochialia, annexa, & unita Prælatis, & Conventibus Monaſteriorum, pleno jure eſſe illis ſubjecta, & habere in illis Eccleſiis juriſdictionem: quod maximè verum eſt quando Eccleſiæ illæ exemptæ ſunt ab Ordinariorum juriſdictione, quales ſunt unitæ Congregationi S.Juſtinæ, in vim Conſtitutionis Eugenii IV.la 6.Bullarii noſtræ, & per communicationem, Valliſoletanæ unitæ: quia ex quo Eccleſiæ ſunt ab Ordinarii juriſdictione exemptæ, & alicujus juriſdictioni ſubjectæ eſſe debent, per neceſſe ſubdi debent Prælato Regulari, cui annexæ ſunt & jure juriſdictioni immediatè, & mediatè Summo Pontifici illas eximenti, quia nullus alius aſſignari poteſt, cui ſubjiciantur illæ, ad tradita per me *poſt qq. Paſtorales, in diſq. de jure Prioris annexi, num.* 129. & non ſemel alibi: quæ procedunt quamvis in illis non habeant quoad Parochianos juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Et aliqua etiam ad ipſos pertinere beneficia cum hujuſmodi quaſi Epiſcopali juriſdictione: quod contingit quoties illam exercent in Parochos, & Parochianos. Quæ veritas bene conſonat doctrinæ Sacræ Rotæ Romanæ ſuperiùs traditæ, *à num.183. uſque ad num.*188. maximè *num.* 184. *&* 185. ubi aſſignata duplici juriſdictione, qua poſſunt Eccleſiæ eſſe ſubjectæ, & unitæ Religioſis: una, quoad omnia jura Parochialia, tam ſpiritualia, quàm temporalia; & altera, quoad contentioſa, in ſpiritualibus etiam, & temporalibus: reſolvitur, prima juriſdictione gaudere Religioſos in Eccleſiis pleno jure ipſis unitis, quamvis juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in illis non habeant, & contentioſam; poſſe tamen utraque gaudere in aliquibus earum. Et in primo caſu dicitur, poſſe Religioſos privativè quoad Epiſcopum Diœceſanum, nominare Vicarios ad nutum ſuum amovibiles; approbandos tamen inſtitutione authorizabili per Epiſcopum, quia hæc inabdicabilis eſt ab habente juriſdictionem contentioſam; in ſecundo verò, utrumque ad Religioſos ipſos, privativè quoad Epiſcopum, pertinere; hoc enim illa declarat clauſula: *Et tunc valeat abſolutè Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo*, uti *num.* 189. expendi. Sed pro majori intelligentia eorum omnium, quæ in puncto iſto dicta, & inſinuata ſunt, & pro ulteriori eorum ſolida probatione, vide, ſi placet, quæ dixi *tomo primo Diſquiſitionum, tract.1. diſq.3. à num.7. ad* 14. *& dub.1. §.1.* ex quibus præcipua hîc, licèt ſummariè, recenſere, jucundum, & plauſibile Lectoribus meis benevolis, fore non dubito, & omnibus veritatis, & juſtitiæ amatoribus proficuum: nec dubitare valeo, malevolis, & qui Regulares invidia, & odio proſequuntur, injucundum fore, & odibile, quod de eadem re ſæpius agam; valde enim ſtomachantur, indignantur, & turbantur. Sed perinde mihi eſt.

228. In primis dixi *num.*134. Eccleſias, Capellas, & earum Capellanos, etiam animarum curam habentes, ab ordinatione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione Ordinariorum, &c. totaliter liberos, & exemptos prorſus eſſe,

eſſe, ſi illi, & illæ pertineant ad Congregationes S. Juſtinæ, ſeu Montis Caſſini, & S. Benedicti Valliſoletani. Quod ibi probavi concludenter, producto motu proprio, ab Eugenio Quarto emanato 7. Kalendas Martii anni 1434. incipit, *Etſi ex debito, el 7. Bullarii authentici noſtræ Valliſoletanæ, ſeu Hiſpanæ Benedictinæ Congregationis.*

229. Et licèt *num.* 3. *dicti dubii* 1. §. 1. *diſquiſitionis* 3. dixerim dictam exemptionem fuiſſe per Concilium Tridentinum limitatam *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de Reform. & ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Reformat.* ubi diſponitur exercentes curam animarum ſæcularium in Eccleſiis Regularium, ſubditos eſſe correctioni, & viſitationi Epiſcopi in his, quæ ſpectant ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, quibuſdam tamen exceptis; addidi tamen, in aliis, quoad juriſdictionem ordinariam ablatam Epiſcopis, & attributam Abbatibus per dictam Eugenianam, adhuc illimitatam, & in ſuo robore permanentem, exiſtere illæſam. Quod in ſequentibus demonſtravi.

230. Numero enim quarto exhibui tres ſententias conformes Sacræ Rotæ, cum relaxatione litterarum Executorialium, expedita die 20. Auguſti, de anno 1599. cum illarum inſertione ad favorem Abbatum, & Monachorum Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, quarum diſpoſitio hujuſmodi eſt: *Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, privilegia per Summos Pontifices Congregationi Sanctæ Juſtinæ prædicti Ordinis conceſſa, & toti Ordini communicata, prædictis Abbatibus, & Monaſteriis ſuffragari, ac dictos Abbates, & Monachos, & Monaſteria, & quaſcumque illorum Eccleſias, & illarum Rectores ſeu Vicarios, fuiſſe, & eſſe liberos, & exemptos à ſolutione prædictarum procurationum, & quorumcunque onerum ratione viſitationum, aut alia de cauſa; & Archiepiſcopo, ſeu Capitulo, Sede Archiepiſcopali vacante, nullum jus, nullamque actionem ſuper hujuſmodi procurationibus, ſeu oneribus, contra, & adverſus prædictos Abbates, Monachos, & Monaſteria, & Eccleſias, ac illarum Rectores, ſeu Vicarios, vel eorum quemlibet competiiſſe, neque competere; ac dictos Abbates, Monachos, & Rectores, ſeu Vicarios, & quemlibet eorum à petitis pro parte dictorum Archiepiſcopi, & Capituli à prædictis Abbatibus, Monachis, & Rectoribus, ſeu Vicariis, abſolvimus, &c.* Ita fuit deciſum, & ſententiatum contra Archiepiſcopum, & Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Burgenſis.

Et *numero* 7. pro firmanda dicta exemptione à ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione in dicta Eugeniana noſtræ Conceſſis Congregationi, & pro ejuſdem Conſtitutionis Eugenii Papæ inviolabili obſervantia, recenſui litteras Monitoriales, quas, facta illius mentione, expedivit Illuſtriſs. D. Palutius Albertonius, Referendarius Alexandri VII. & Cameræ Apoſtolicæ Auditor, die 29. Martii 1661. ad inſtantiam hujus mei Hyrachenſis Cœnobii, in cujus Archivio aſſervatur, cum intimatione illius, per Notarium publicum facta die 9. menſis Junii ejuſdem anni, Domino D. Chriſtophoro Gayarre & Atocha, tunc officio Vicarii Generalis Diœceſis Pampilonenſis fungente. 2

Et numero octavo dixi, per dictam Eugenianam exemptionem acquiſiviſſe noſtras Congregationes S. Juſtinæ & Valliſoletanam, & earum Prælatos Juriſdictionem Ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, nedum in Prioratus, Monaſteria, Grangias, & in omnia alia loca ad ſua Monaſteria pertinentia, ſed etiam in Eccleſias Parochiales per Clericos ſæculares deſervitas, unitas tamen, & annexas jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſeu ad menſam, eorum Monaſteriis: eandem ſcilicet juriſdictionem, quam Diœceſani Epiſcopi, ex Juris diſpoſitione, ante exemptionem præfatam, in illa, & illas habebant. Pro qua concluſione plura adduxi *dicto num. & ſeqq. & in diſquiſitione illa, à num.* 7. *ad* 14. *pag.* 9. *& ſeqq.* 232.

Adduxi Paſqualigum *de Sacrificio, tom.* 1. *quæſt.* 684. *num.* 4. dicentem: Quicquid poteſt Epiſcopus circa ſuos ſubditos, poteſt etiam Prælatus Regularis circa proprios, ut declaravit Pius V. *ſub die* 21. *Iulii* 1571. *in ſua Conſtit.* 132. *tom.* 2. *Bullarii. Ergo* 233.

idem

idem poterit etiam quoad Eccleſias ſibi ſubjectas, quod poteſt Epiſcopus: quia eſt eadem ratio, cum talis poteſtas fundetur in ſubjectione, & utrimque ſit plena ſubjectio. Ergo poterit deſtruere Altaria conſecrata, ſicut poteſt Epiſcopus. Hactenus *ibi* Author citatus, qui rurſus *tom.2. quæſt.1166. num.* 4. dicit: Pius V. ſub die 21. Julii 1571. *in conſtit.132. in Bullar.* §.3. declarat, quod Prælati Regulares, quoad proprios ſubditos, habent totam illam facultatem, tam ad abſolvendum, & diſpenſandum, quam habent Epiſcopi in Clericos, & laicos ſibi ſubjectos; & meritò, quia Regulares extra Religionem non habent alium Superiorem, niſi Summum Pontificem: & ideo debet intra Religionem pro recto regimine adeſſe tota illa facultas, quæ quoad ſæculares eſt apud Epiſcopos. *Ergo ob eandem rationem, cum Eccleſiæ Regularium non ſint ſubjectæ Epiſcopis, ſed omnino exemptæ, debet eſſe apud Prælatos Regulares facultas reducendi Miſſas, quando talis reductio non eſt reſervata Summo Pontifici, cum in hoc quoque locum habeat Declaratio Pii V.* Ita Paſqualigus.

234. Adduxi etiam Gloſſam *in extravag. Execrabilis*, §. *Quantum autem, verbo Vicarios perpetuos, unica de Præbendis, & dignitatibus*, inquirentem: *An Rector principalis dicatur curam habere?* & reſpondentem: *Dicas, quod ſic; quia cum ſpiritualem juriſdictionem ſuper Vicarium, & alios habeat, ut dicto cap. Super eo* (ſcilicet *de Præbendis, lib.6.*) *curam habere dicitur.* Et notavi *ibi* Gloſſam loqui, etiam in caſu, quo Vicarius perpetuus ſit inſtitutus. Et nunc addo Gloſſam, *verbo Annexæ, in eodem cap. Super eo*, dicentem, in eodem etiam caſu Vicarii perpetui: *Cum ergo Rector ſpiritualem juriſdictionem ibi habeat, & ſuper Vicarium exiſtat, quia excommunicare poteſt, & ſimilia facere: ergo quin curam habeat, negari non poteſt.*

235. Item recenſui Gloſſam *in cap. Cum & plantare, verbo Pleno jure, 3. de Privilegiis*, dicentem, quod Epiſcopus nullam habeat poteſtatem in Presbyteros Eccleſiarum pleno jure, quoad ſpiritualia, & temporalia ad Regulares pertinentium; ſed quod tota reſpectu illorum, penes ipſos reſideat Regulares. *Pleno jure* (inquit) *id eſt utroque jure, quoad ſpiritualia & temporalia, infra eodem, Quoniam. Sed à contrario videtur, quod ſi utroque jure* (quoad ſpiritualia, & temporalia ſcilicet) *pertineat ad illos Eccleſia* (nempe ad Religioſos,) *quod Epiſcopus nihil poſſit attentare in illos* (id eſt in Presbyteros Eccleſiæ hujuſmodi) *quod verum eſt. Et ita inſtitutio, & deſtitutio, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad ipſos* (ad Religioſos) *pertinet, 16. quæſt. 2. cap.1.* Hæc Gloſſa illa: ubi ſub verbo, *Inſtitutio*, non intelligit inſtitutionem authorizabilem, cum hæc inabdicabilis ſit ab Epiſcopo, quoties populus non eſt exemptus, eſto exempta ſit Eccleſia, ad ſuperius tradita.

Allegavi etiam Innocentium *in* 236.
cap. Cum & plantare, citato numero præcedenti, ubi *num.* 1. dicto, *quod iſti Religioſi habentes Eccleſias ſubjectas, habent juriſdictionem in Clericos ibi inſtitutos, nec ſine eorum conſenſu poſſunt alienari bona illius Eccleſiæ.* Addit: *Item videtur, quod ſi ſuper poſſeſſionibus conveniantur, quod tantum ſub Patronis exemptis conveniantur, ut notatur infra eodem*, Recepimus. *Item non poterunt aliquid alienare, nec maximas cauſas agere ſine conſenſu Patronorum exemptorum: nam ſicut in his requirendi eſſent Epiſcopi ab Eccleſiis ſibi ſubditis, ita hîc Patroni exempti, qui jus Epiſcopale habent in eis, ad hoc requiri debent.*

Idem Innocentius *in dicto cap.* 237.
Recepimus, num. 2. el 7. de Privilegiis, ita ſcripſit: *Item nota, quod ſi Eccleſia eſt exempta, non ſolum perdit jus in Eccleſia Epiſcopus, ſed in Clericis Eccleſiæ, niſi in Sacerdote, curam populi cui committit: ut notatur ſupra de Capellis Monachorum, cap. 1. & argumento infra eodem Ex ore. Inde eſt, quod Clerici Eccleſiæ exemptæ non poſſunt excommunicari per Epiſcopum, ſupra de in integrum reſtitutione, cap.2. infra eodem, Ex parte. Idem dicimus in Converſis, & perpetuò Oblatis Eccleſiæ: quia ſunt in partem Domini aſſumpti, 12. quæſt.1. Qui ſunt. In laicis autem, ſcilicet in Parochianis illius Eccleſiæ, nulla jura amittet: dabit enim pœnitentias publicas, chriſmabit, & cætera Epiſcopalia jura, tam*

ad legem Diœceſanam, quàm ad juriſdictionem ſpectantia exercebit.

238. Hactenus Innocentius, in quibus manifeſtè docet, quod Abbas habeat juriſdictionem contentioſam in Clericos Eccleſiæ ſuo Monaſterio annexæ, incorporatæ, & acceſſoriè unitæ, ac exemptæ, quamvis populus exemptus non ſit; ſiquidem illi *excommunicari non poſſunt per Epiſcopum*: & cum per aliquem excommunicari poſſint, (ex quo enim eximuntur ab Epiſcopi juriſdictione, non eximuntur ab omnium poteſtate, cum alicui Superiori ſubjecti eſſe neceſſe ſit, ſub Papa, & non appareat, aut excogitari poteſt, quis ille ſit, præter Superiorem Monaſterii, cui Eccleſia ſubjecta eſt,) per iſtum ergo excommunicari, & judicari poterunt, & debebunt. Docet etiam Presbyterum, curam exercentem, ſeu Vicarium hujuſmodi Eccleſiæ, ſub ejuſdem Superioris Regularis juriſdictione eſſe, ac alii Clerici, excepto quoad inſtitutionem authorizabilem, & omni eo, quod ad eam reduci poteſt: & hac de cauſa appoſuit limitationem illam: *Niſi in Sacerdote, cui cura populi committitur.* Quam merito appoſuit, quia cum populus, ſeu Parochiani, in quos illa exercenda eſt, ſubſint Epiſcopo, ratio ipſa poſtulat, ut illam exercens, quà talis, ab Epiſcopo habeat dependentiam illam. Et ob eandem rationem docet idem Author, quod Epiſcopus non amiſerit ulla jura ex his, quæ ante unionem Eccleſiæ habebat in iſtius Parochianos laicos, ſed quod conſervaverit juriſdictionem, & cætera jura Epiſcopalia, quoad illos.

239. Zabarella *in dicto capite Ex ore*, ad rem noſtram ait: *Quæro nunquid cum populus eſt non exemptus, & membrum exemptum, poſſit Abbas inſtituere in membro ſine Epiſcopo?* Dixit Innocentius, quod ſic. *Sed an deſtituere?* Dixit Innocentius, quod ſi deſtitutus eſt deponendus, hoc referret ad Papam... *Sed videtur potius dicendum, quod Abbas poſſit deſtituere quoad titulum; quia par eſt poteſtas inſtituendi, & deſtituendi*, ſcilicet quoad Ordinem, cùm ſit Ordinis Epiſcopalis. *De Electione, Tranſmiſſa*, ubi dixi procedere dictum Innocentii. *Quid ſi populus etiam eſt exemptus?* Dicit Innocentius, *quod tunc in nullo tenetur Abbas Diœceſano.* Et pro hoc, *de Capellis Monachor. cap. unico, lib. 6.* Hæc omnia Cardinalis. Vide *quæſt. 3. num. 1059.*

Noſtra concluſio probata etiam 240.
fuit ex Sacra Congregatione Eminentiſſ. Concilii Tridentini Interpretum, quam ex Alvino *de Epiſcoporum, Abbatum, & Abbatiſſarum poteſt. cap. 14. num. 1. in fine*, refert Barboſa *in Collect. Deciſ. Apoſtolic. collect. 552.* Declarat enim, *Parochiales unitas Monaſteriis, quæ juriſdictionem habent, Ordinarii viſitare poſſunt, & perſonas, tantum quoad ea, quæ ad curam animarum pertinent: in his quoque Parochialibus poſſunt deputari à Superioribus Regularibus Capellani ad nutum amovibiles, dummodo approbati ſint ab Epiſcopo.* Quæ Declaratio locum habet in omnibus Eccleſiis unitis ad menſam Monaſteriis exemptis. In his enim deputari poſſunt Vicarii, ſeu Capellani amovibiles à Prælatis illorum Monaſteriorum, ut ſæpe dictum eſt, & diſpoſuit Pius V. *in conſtit. Ad exequendum, la 47. Bullarii Magni*, quæ vim habet legis, juxta Rotam *coram Buratto, 29. Ianuarii 1616. in Iacenſi Vicariæ, & coram Merlino, in Dertuſenſi Vicariæ, 22. Aprilis 1624.*

Nec valet, ſi quis dicat, dictam 241.
Declarationem Cardinalium, tantum eſſe intelligendam de Eccleſiis unitis Monaſteriis habentibus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & contentioſam in Parochos, & Parochianos, in Clericos, & laicos omnes ſui territorii, qualia ſunt in noſtra Congregatione Monſſerratenſi, Nagerenſi, Æmilianenſi, Burgenſi, & alia plura. Non valet, inquam, quia Concilium *ſeſſ. 25. cap. 11. de Reformat.* apertis verbis excludit à viſitatione Epiſcopi Eccleſias, in quibus Superiores Regularium juriſdictionem Epiſcopalem, ſpiritualem, & temporalem, in Parochos, & Parochianos habent. Ergo prædicta ejuſdem Concilii Declaratio non procedit in his Eccleſiis, ſed in quibus Superiores Regulares in Parochos, ſeu in Vicarios, & alios Eccleſiarum Miniſtros tantùm juriſdictionem exercent: ac per conſequens, in omnibus unitis jure pleno, ſeu ad menſam.

Et

Et ſic etiam intelligi debet alia ejuſdem Congregationis Declaratio, quam idem Refert Barboſa *loco citato*, ex Armendariz *in Addit. Recopil. legum Navarræ, lib. 1. tit. 6. de Viſitationib. l. 5. §. 2. num. 88.* ſub hoc tenore: *Parochiales omnes ſuæ Diœceſis poteſt Epiſcopus viſitare, in quibus ſunt Sacerdotes ſæculares, ſive Eccleſiæ ſint Regularibus ſubjectæ, ſive etiam ſi ſint Eccleſiæ Regularium; quando tamen cura exercetur per Sacerdotes ſæculares.*

241. Probata item fuit concluſio ex S. Rota coram Penia *tom. 1. deciſ. la 336. fol. 243. in Piſcienſi, ſeu Nullius juriſdictionis, de anno 1593.* in qua ſic *num. 1.* deciſum eſt: *Utraque parte informante, fuit concluſum, quod expediretur cauſa ad favorem Præpoſiti Piſcienſis, cum declaratione expreſſa, quod Juriſdictio quoad Capellam Sancti Ioannis Baptiſtæ, ſitam in Eccleſia B. Mariæ Caſtri Bugiani, cui cura imminet animarum, in his, quæ concernunt adminiſtrationem Sacramentorum, & quoad perſonam, ſeu perſonas exercentes prædictam curam, ſpectaret ad Præpoſitum cumulativè cum ea juriſdictione, quæ competit Abbati Monaſterii, cui dicta Eccleſia reperiebatur unita: nam cùm Concilium Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 11. concedat Ordinariis juriſdictionem viſitandi perſonas exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, aut mulierum, ea in dubio cumulativè, non privativè cenſetur conceſſa, ita ut Superiores procedere poſſint, ſicut poterant antequam juriſdictio aliis judicibus delegaretur. Bartolus, &c.*

243. Hæc ad amuſſim Rota, in quibus expendi, & ponderari debent verba: *Cum ea juriſdictione, quæ competit Abbati Monaſterii, cui dicta Eccleſia reperiebatur unita.* In quibus apertè ſentit, quod Abbas, eo ipſo quod habeat Eccleſiam ſuo Monaſterio unitam, habet juriſdictionem ordinariam in illam, & in perſonas exercentes in ea curam animarum: & privativam quidem quoad Ordinarium loci, quoad ea, quæ non ſpectant ad dictam curam, & ad Sacramentorum adminiſtrationem; & quoad hæc, ſolùm illam habet Ordinarius cumulativam cum Abbate, non ordinariam, ſed delegatam per Concilium *ubi proximè*, ex quo bene Layman docet, *in quæſtionibus Canonicis, de Prælatis Eccleſiaſticis, quæſt. 108.* Vicarium temporalem, ſæcularem, aut Regularem, Eccleſiæ Monaſterio unitæ, ſubjectum eſſe juriſdictioni, & viſitationi Abbatis Monaſterii. Immò & Vicarium perpetuum Abbati eſſe ſubjectum, dicit Gloſſa *ſupra, num. 234.*

Et hæc quidem expoſitio conſonat 244.
diſpoſitioni Concilii Generalis Lateranenſis ſub Leone X. *in Conſtit. Dum intra mentis arcana revolvimus*, in publica ſeſſione 11. edita 19. Decembris 1516. in qua ſic habetur: Ad conſervandam inter Epiſcopos, & eorum Superiores, ac Prælatos, & Fratres hujuſmodi mutuam charitatem, & benevolentiam, divinique cultus augmentum, pacemque, & tranquillitatem univerſalis Eccleſiæ ſtatus, quod demùm fieri cognoſcimus, ſi unicuique, quantum fieri poteſt, *ſua juriſdictio conſervetur.* Sacro approbante Concilio, ſtatuimus, & ordinamus, quod Epiſcopi, & eorum Superiores, & alii Prælati præfati, *Parochiales Eccleſias ad eoſdem Fratres*, ratione locorum legitimè ſpectantes, *quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſervationem, adminiſtrationemque pertinent*, ſine tamen viſitatorum inſolito gravamine, vel impenſa, *viſitare, & illarum curam gerentes, & circa illam delinquentes, ſi Religioſi fuerint, juxta ipſius Ordinis regularia inſtituta, intra ſepta Regularis loci; ſæculares verò Presbyteros, & Fratres hujuſmodi beneficia obtinentes, liberè tanquam ſuæ juriſdictioni ſubjectos punire valeant.*

Hæc in dicta Conciliari, & Apo- 245.
ſtolica Leonis Conſtitutione. Ex qua habemus demonſtratum, Prælatos Regulares habere juriſdictionem in Eccleſiis Parochialibus ad eos, & ad Monaſteria ſua legitimè ſpectantibus, & in Presbyteris Regularibus, & Sæcularibus, eiſdem Eccleſiis deſervientibus: & Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios, habere etiam juriſdictionem in dictis Presbyteris, ſolùm *quoad ea, quæ ad Parochianorum curam, & Sacramentorum conſervationem, & adminiſtrationem pertinent*, & non in aliis. Quod indubitatum eſſe debet, & pro certo haberi.

I. Quia Leo X. & Concilium illud Generale, intendebant ibi declarare, quæ eſſent de Juriſdictione Regularium, & de eorum facultate; & quæ de Ordinariorum, & Diœceſanorum juriſdictione, & poteſtate, ut patet ex illis Procœmii verbis: *Si unicuique, quantum fieri poteſt, ſua juriſdictio conſervetur*: quæ optimè explicant Legiſlatorum mentem, & animum circa diſpoſitionem, & veram ejus intelligentiam. Sà *verbo Lex, num.* 1. Caſtr. Palaus *tom.* 1. *tr.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 3. §. 3. *n.* 10. cum aliis 8. quos expreſſe allegat, & alios apud illos, & Legem *Regula, circa finem, ff. de Iuris, & facti ignorantia, & l. fin. ff. de Teſtamentaria tutela*, & ibi Bartol. & alios. Ego ipſe *poſt qq. Paſtor. in Diſq. de Iure Prioris annexi, n.* 16. *& tom.* 1. *Diſquiſitionum, tr.* 7. *diſq.* 6. *dub.* 2. *num.* 16. *& in Commentariis ad Conſtit.* 6. *num.* 144. *&* 624. cum aliis. II. Quia in diſpoſitiva, declarando juriſdictionem, quam Diœceſani in puncto, & in caſu iſto habent, ſolùm exprimitur habere illam in Presbyteros hujuſmodi Eccleſiarum, *quoad curam, & Sacramenta*. Ergo excludit Diœceſanos à juriſdictione in omnibus aliis, tam Presbyterorum reſpectu, quam Eccleſiarum: quia qui unum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet, *cap. Nonne, el* 5. *de Præſumptionibus*, & conſequenter declarat illam in omnibus aliis ad Prælatos Regulares pertinere, privativè quoad Ordinarios.

246. Denique probatur concluſio, quam hactenus propugnavi, & in cujus inſiſto propugnatione. Quia viſitatio Eccleſiarum ad menſam unitarum Monaſteriis, de Jure competit Superioribus eorum, Abbatibus, Abbatiſſis, Præſidentibus, Prioribus, & aliis quibuſlibet illorum Superioribus. Ita Flores de Mena *lib.* 3. *Variarum, quæſt.* 24. *num.* 23. cum Oldrado, Alberico, Dominico, Aufrerio, & Gregorio Lopez. Viſitatio autem actus eſt juriſdictionis, & ab ordinaria dependet juriſdictione, uti docet Eraſmus à Chokier *de Iuriſdictione Ordinarii in Exemptos, part.* 5. *quæſt.* 52. *num.* 3. ex S. Rota *deciſ.* 196. *num.* 2. *part.* 2. *diverſorum*, & ex Farinacio *deciſ.* 394. *num.* 4. *part.* 1. Ergo omnes, & ſinguli Monaſteriorum Prælati, quibus Eccleſiæ ſunt ad menſam unitæ, habent in eis juriſdictionem ordinariam.

Tertiò ſuppono, in aliquorum ſententia Religioſos eſſe incapaces beneficiorum Curatorum ſæcularium, attento jure novo. Ita Thomas Sanchez *in Decalogum, lib.* 7. *cap.* 29. *n.* 71. Hodie (inquit) nullus Regularis eſt capax beneficii curati abſque Pontificis diſpenſatione, quia ita obſervari videmus, & inſuper emanavit quædam Declaratio Congregationis Concilii Tridentini, cujus verba ſunt hæc: *Sanctiſſimus Dominus Noſter Gregorius XIII. noluit licere Canonicis regularibus, etiam de licentia ſui Generalis, abſque permiſſu Summi Pontificis, aſſumere curam animarum, etiam ad tempus, multoque minùs beneficium curatum ad tempus.* Et Mandoſius *in Praxi Signaturæ gratiæ, tit. de Diſpenſationibus Monachorum pro obtinendis beneficiis*, ait, hodie non diſpenſari cum Monacho ad beneficium curatum. Et quanvis Bulla Pauli IV. *Poſtquam divina bonitas*, data 13. Kalend. Auguſti, anno 1558. diſponens privari quibuſcumque beneficiis, etiam curatis Regularem, qui abſque Apoſtolica diſpenſatione ea obtinuerit, ſit redacta per Pium IV. in ſua Bulla, *Sedis Apoſtolicæ ſolertia*, ſub data 3. Non. Aprilis, anno 1560. ad terminos Juris communis: at praxis obſervat, quod ſine Apoſtolica diſpenſatione, Regulares talia beneficia obtinere non valeant, præſertim ſtante Decreto Gregorii XIII. à Congregatione relato, nec etiam in commendam. Hactenus P. Thom. Sanchez, qui *num.* 94. etiam docet, Regulares etiam eſſe incapaces penſionis ſuper beneficio ſæculari ſimplici, & curato, non obtenta à Papa diſpenſatione: quò loci, poſtquam dixerat ex Doctoribus, quos recenſet, poſſe Epiſcopos, jure communi attento, ex juſta cauſa penſiones ſuper beneficiis conſtituere; addit: At, attento Romanæ Curiæ uſu, propriæ, & veræ penſiones, quibus beneficia ipſa onerantur ad certam reddituum partem alteri dandam, ſola Pontificis authoritate concedi poſſunt. Pro quo allegat Sotum *lib.* 9. *de Iuſt. & Iure, quæſt.* 7. *art.* 2. *col.* 2. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 83. *num.* 2. Azor. 247.

*tom.*2. *lib.*8. *cap.* 6. *quæſt.* 1. *verſ. Extra omnem controverſiam* , & alios. Eandem tradit doctrinam Lezana *tom.*1. *part.*2. *cap.*4. *num.* 12. quoad incapacitatem ad Curatum, ex praxi, & ex Decreto Congregationis, ſub Gregorio XIII. Et quoad incapacitatem ad beneficium ſimplex, *n.*18. & quoad incapacitatem penſionis, *n.*20.

248. Quod indigeant Regulares ad obtinendum beneficium ſæculare, etiam curatum, Summi Pontificis diſpenſatione, docet etiam Aſcan. Tamburinus *tom.*3. *de Iure Abbat. diſp.*9. *q.*2. *num.* 6. *junctò num.*4. ubi plures allegat pro concluſione Doctores.

249. Sed in quæſito 9. dictæ diſputationis, allegat pro contraria ſententia, *num.* 11. Gabrielem Pennottum *lib.*2. *Hiſtoriæ Tripatritæ Canonicorum Regularium*, *cap.*72. aſſerentem, Canonicos Regulares poſſe de ſui Prælati licentia, & abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, ad beneficia ſæcularia, curam animarum habentia promoveri. *Primò* id probat ex Tridentino *ſeſſ.*14. *de reformatione*, *cap.*11. prohibente, Canonicum Regularem ad alium Ordinem tranſlatum, ad ſæculare beneficium etiam curatum aſſumi: nam tacitè videtur innuere, non tranſlatum aſſumi poſſe: quo fundamento ita tenuit Rota *in Papienſi Iuriſpatronatus*, die 6. Martii 1598. coram Card. Seraphino, quam ipſe refert Pennottus *num.* 5. pluribus rationibus hanc concluſionem probans. Quæ Rotæ deciſio, pro ſecunda deſervit probatione. Et pro hac ſententia firmante, Regulares non tranſlatos, capaces eſſe beneficii Curati ſæcularis, eſt etiam Hieronymus Roderiq. *in Comp. reſolut.* 15. *n.*75. cum Emmanuele, ſe retractante, *in Summa*, *tom.* 3. *cap.*30. *num.*3.

250. Nec obſtat, ait, declaratio Sacræ Congregationis ſub Gregorio XIII. ſuprà recenſita: quia quoad Canonicos Regulares, de quibus expreſſe procedit, nunquam fuit practicata. Quia S. Carolus Borromæus ad concurſum admiſit D. Theophilum Variſiuꝫ de Triviglio, Canonicum Regularem Lateranenſem, eique Eccleſiam Parochialem ſæcularem contulit anno 1584. triennio poſt dictum decretum, quod emanaſſe fertur anno 1581, quam verbatim refert proviſionem D. Pennottus *ſuprà*, *num.* 6. Tum quia, ut dictum eſt, Rota in dicta de anno 1598. contrarium dicto Decreto reſolvit: ex quo fit, illud non fuiſſe praxi demandatum, ne cogamur dicere, Rotam illud contempſiſſe, aut ignoraſſe, contrarium decidendo, quod inveriſimile eſt. Tum etiam, quia eadem S. Congregatio, anno 1602. ſecus declaravit, ſubſequentibus verbis: *Congregatio Concilii cenſuit, decretis ejuſdem Concilii, Canonicum Regularem non prohiberi obtinere beneficia curata ſæcularia, niſi fuerit ex iis tranſlatis, de quibus habetur in dicto Decreto, cap.*11. *ſeſſ.* 14. Quam Declarationem recenſet Pennottus *num.*7. *circa medium*, & numeris ſeqq. ſubdit, idem probabiliter dici poſſe de beneficiis ſæcularibus ſimplicibus. Tum tandem, quia tempore Clementis Octavi, cùm collata fuiſſet quædam Præpoſitura D. Paulo Tapparello Canonico Regulari, ante talem collationem quæſitum fuit, an ille eſſet capax de jure, ejuſdem beneficii: & deciſum fuit, illum fuiſſe capacem, ut refert idem Pennottus.

251. Neque etiam obſtat Quaranta *in Summa Bullarii*, *verbo Canonicus Regularis*, dicens hodie nullos Regulares, etiamſi ſint Canonici, habere poſſe ſine Papæ diſpenſatione beneficia curata, nec in perpetuum, nec ad tempus. Et ita in praxi obſervari, ut etiam teſtatur Gonzalez *in Comment. Regul. Canceller. gloſſa* 7. *num.*35. ubi refert, dictam Declarationem Congregationis Concilii de mente Gregorii XIII. factam fuiſſe. Non igitur obſtat, quia Quaranta id loquitur ex Gonzalez atteſtatione *loco citato*; qui tamen de veritate meliùs informatus, in ultima editione ſui Operis contrariam tenet ſententiam, & in favorem Canonicorum Regularium ſcribit *in d. gloſſa* 7. *num.* 35. *verſic. Caterum.*

252. Pro hac eadem ſententia fuit noviſſimè S. Rota die 3. Maii 1664. *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, *coram Veroſpio*, *la* 10. *poſt mea Commentaria*, in qua ſic *num.*9. lego: Et licèt Garcia *de beneficiis*, *part.*7. *cap.* 10. *num.*31. & 32. Riccius *deciſ.* 159. *num.*1. *cum ſeqq. part.* 1. Layman *Operum Moralium*

lium lib.4. tract.1. cap.4. num.1. necnon alii relati per Barboſam *in eod. cap. Quod Dei timorem, ſub num.* 3. referant textui præfato extitiſſe derogatum in Concordatis Concilii Lateranenſis, necnon à ſanctæ memoriæ Gregorio XIII. interdicente Canonicis Regularibus exercitium curæ animarum. Horum tamen opinio dubietatem non modicam admittit, ob authoritates ſuperiùs recenſitas, quibus ex profeſſo inhæret Gonzalez *ad Regul.8. Cancell. gloſſ. 7. num. 35. verſic. Cæterùm:* nec viſa fuit caſui propoſito poſſe congruere, quo Monachi Præmonſtratenſes capaces adminiſtrationis Parochialium exiſtunt ex privilegio ſpeciali Clementis V. ac Urbani IV. cui nullatenus cenſetur derogatum à Sacro Concilio Trident. *in ſeſſ.14. cap.* 11. *de reformat.* ſive ad præfatam declarationem Gregorii XIII. illa quippe diſpoſitio Sacri Concilii, ad animarum curam cenſet inhabiles Canonicos dumtaxat Regulares, de uno ad alterum Ordinem convolantes; nec eos proinde includit, qui unius dumtaxat Ordinis inſtitutum amplectuntur, ut addit Gonzalez *ad Regul.8. gloſſ.7.num.35.* Rota coram Seraphino *deciſ.* 1269. Gregoriana verò Declaratio, uti verbalis, non cenſetur per viam legis emanaſſe, ac per obitum ipſius conſequenter exſpiravit, ut tradit Gonzalez ſuperius adductus *num.* 35. *ad finem*, Tamburinus *de Iure Abbatum, tom.3.diſp.9. quæſt.8.num.21.cumſeqq.* Vivianus *de jurepatronatus, lib.* 6. *cap.* 2. *in Addit. num.* 47. Hactenus S.Rota *in d. deciſ.* coram Veroſpio, *& in eadem cauſa* idem dixit die 16. Junii ejuſdem anni 1664. coram eodem Veroſpio *la* 11. *poſt Commentaria, num.4.*

253. Quod Canonici, & omnes alii Regulares ad alium Ordinem tranſlati, inhabiles ſint ad quodlibet beneficium ſæculare, etiam Curatum, dixi *ad Conſtitutionem* 6. *num.* 181. cum Bartholomæo à S.Fauſto *de Religioſo ſtatu, lib.5. quæſt.370. num.1.* & Lezana *tom.1. part.1. cap.22. à num.20.* Leſſio *de Juſt. lib.* 2. *cap.41. dubit.* 13. *num.*105. & Suarez *tom.4. de Religione, tract.8. lib.3. cap.*15. & cum Sanchez *tom.* 2. *in Decalog. lib.* 6. *cap.*7. *num.*108. ex Concil. Trident. *ſeſſ.*14. *cap.*11. *citato*, cujus deciſionis ratio videtur eſſe, ne aliquis tranſeat ex una ad aliam Religionem ſub ſpe obtinendi aliquod beneficium ſæculare. Et procedit etiamſi ad ſtrictiorem fiat tranſitus, ut addunt Lezana, & Sanchez.

Pro firmanda ſententia ſua, exſcribit Tamburinus, in fine quæſiti octavi citati, conſilium D. Vincentii Parentii, Juris utriuſque Doctoris, in quo latiſſimè diſputat Dubium, *An Canonici Regulares Congregationis Lateranenſis, poſſint Eccleſiis ſæcularibus beneficiatis curam animarum habentibus, Religioni tamen eorum non annexis, poſt tria vota ſolemniter emiſſa, præfici?* Et multis hinc, indeque pro utraque parte adductis, pro affirmativa Dubium reſolvit, & pro negativa productis fundamentis, ſolutiones præſtat præſtantiores. Ex his, quæ vir ille eruditè docet, pauca recenſere libet; nam omnia alia omittere cenſeo, ne nimis noſtrum Dubium protrahatur, & oneri ſint. Sic enim ait apud Tamburinum *pag.*187. videlicet: 254.

Alia quoque non debili ratione ſuadetur, poſſe hodie Canonicos Regulares animarum regimini præfici. Nam Monachi, quòd dubio procul ſtrictiori Regulæ inſerviunt, regiminis animarum munere inſigniri poſſunt, nulla etiam prævia diſpenſatione, *cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachor.* & Speculator *tit. de Diſputat. & allegat.* §. 4. *verſic. Et generaliter*, inquit, quod Gregorius I. Summus Pontifex, qui floruit anno à Chriſto Domino nato 94. ſupra quingenteſimum, primus omnium ſtatuit, ut Monachi poſſint Sacris Ordinibus initiari, (nam antea ſæculares erant,) & præfici Eccleſiis ſæcularibus curatis, ob Clericorum defectum. In Conſilio Ferrarienſis Collegii, *in cauſa præcedentiæ ipſorum Canonicorum Regularium, & Monachorum* edito, habetur quod Bonifacius IV. ſupremus Eccleſiæ Antiſtes hoc idem ipſis Canonicis conceſſit anno ſalutis octavo ſupra ſexcenteſimum. Verùm & quod idem munus Monachis jure communi competat, habemus textum *in cap. Doctos*, & paſſim, 16. *quæſt.* 1. & tenent omnes Doctores, & præſertim Abbas *in cap.*2. 255.

Sæculares erãt, vel potius laici.

Dictionem *centeſimum*, hic ſupereſſe, conſtat ex eo quod

Bonifacius ad Cathedram, ex Monacho Benedictino aſcenderit anno Domini 607.

cap. 2. & cap. Quod Dei timorem, de Statu Monach. & *in cap. fin. de Capellis Monachor.* & *in cap. Cum Olim, notab. 8. de Præſcription. & conſilio 59. lib. 2.* Joan. Dert. *in tract. de Epiſcopo, lib. 2. part. 1. quæſt. 39.* Felinus *conſ. 131.* Decius *in cap. Ad noſtram, de Confirmatione utili, vel inutili*, cum ſimilibus. Et paucis interjectis, pro dictis Canonicis, mox ſubjungit:

256. Quamobrum, ut huic conſtitutioni finem aliquando imponamus, quidve hac in re ſentiendum ſit, non quidem argumentis, & conjecturis, ſed certis, & juridicis Romanorum Pontificum Decretis, ac Conſtitutionibus deliberemus; habemus textum de Canonicis ipſis Regularibus in propriis terminis propoſitæ quæſtionis loquentem, nempe in dicto *cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachor.* quò loci Innocentius III. vir equidem eruditiſſimus, pontificio decreto dubitationem iſtam diffinivit, ibi: *Licet autem in Lateranenſi Concilio de Monachis caveatur, ne ſinguli per villas, & oppida, per quaſcumque Parochiales ponantur Eccleſias, &c. Et quia cum illud de Canonicis Regularibus ſpecialiter non caveatur, quod etſi à Sanctorum Monachorum conſortio non putentur ſejuncti, Regulæ inſerviunt laxiori, & per antiquos Canones, etiam Monachi poſſunt ad Eccleſiarum Parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, quod privilegiatum eſt, exercere: ſic annuendum duximus poſtulatis, ut Plebani officium exercens, ſi commodè fieri poterit, unum Canonicum Regularem tecum habeas ad cautelam, cujus in his, quæ ſunt Dei, & regularis obſervantiæ, tam conſortio, quam ſolatio perfruaris.*

257. Hactenus Innocentius III. Author iſtius textus, & omnes Doctores, tum ibidem, tum alibi, ut *inferiùs* patebit, hoc ipſum affirmavere. Sed dubitarunt aliqui, an iſthæc promotio de Canonico Regulari ad regimen animarum jure communi, an aliqua prævia diſpenſatione fieri debeat. Et jure communi etiam fieri poſſe contendimus: quod ſic probatur. Nam ibi Romanus Pontifex arguit, quod Monachi per antiquos Canones poſſint ad regimen Eccleſiarum Parochialium in Presbyteros ordinari. Ponderant Abbas, & alii Doctores *ibidem* verbum *poſſunt*, quod jus commune importat. Facit textus *in cap. Faciat*, ubi Gloſſa, 13. *quæſt. 2.* & *in l. Nepos, ad finem, ff. de verborum ſignificat.* notat Innocentius *in cap. Paſtoralis, de cauſ. poſſeſſ. & proprietatis.* Idem tenet Archidiaconus *in cap. 1.* per illum textum, §. *diſtinct.* Nam Romanus Pontifex, præficiens Monachum regimini animarum, uſus fuit hoc verbo, *Concedimus*: ubi inquit Archidiaconus, hoc verbum juris conceſſionem, non diſpenſationem importare. Joan. Andreas *in dicto cap. Quod Dei timorem*, quem *ibidem* ſequuntur Archidiaconus, Abbas, Put. & alii, inquit, quod Monachus cum licentia ſui Superioris poteſt præfici per Epiſcopum Eccleſiæ Parochiali, etiam ſæculari; & non eſt opus, quod Epiſcopus utatur verbo diſpenſationis, per textum *in cap. 2. 58. diſtinct. & cap. Quædam, 24. diſtinct.* & idem eſſe in Canonicis Regularibus, affirmat per textum *in dicto cap. Quod Dei timorem, & in cap. Per tuas, de not.* & ſubdit *ibidem* Joannes Andr. quod Abbas cogitur conſentire, ubi Epiſcopus idoneos Clericos non adinveniat. Gloſſa *in d. cap. Quod Dei timorem*, dicit Canonicos Regulares poſſe præfici animarum regimini, utilitatis gratiâ, & jure communi, abſque diſpenſatione. Brand. Dugnanus *in d. cap. Quod Dei timorem*, inquit: *Monachi poſſunt aſſumi ad regimen animarum, & multo fortius Canonici Regulares.* Hoc idem tenuit Hoſtienſis *in Summa, eod. tit.* §. 3. & 4. ubi inquit, facilius Canonicos Regulares poſſe præfici Eccleſiæ ſæculari curatæ.

Idem affirmat textus *in cap. In Parœcia, & in cap. Presbyteros, 16. quæſt. 1. & in cap. Priſcis*, ubi Archidiaconus, 55. *diſt. & in cap. Si quis, 58. diſt.* Abbas *in cap. Non eſt, de not. & in cap. 2. de Statu Monachor. & in cap. fin. de Capell. Monach.* cum aliis paulò antè citatis pro Monachis. Idem affirmat Gloſſa *in Clement. 1. de Electione*, ubi latè Imola *col. 2. verſic. 2. hoc probat, & col. 5. in gloſſa, in verbo Monaſteriis, & colum. 11.* ſuper Gloſſa, *in verbo Sæcularis:* hoc idem *ibi* Abbas affirmat, & Barbat. *col. antepenult.* Idem Barbat. *in Clement. Etſi* 258.

princi

principali, *col.* 7. *de reſcript.* Et infinitæ authoritates poſſent accumulari, quæ brevitatis gratia omittuntur. Solùm in medium afferam eos, qui hanc eſſe communem opinionem affirmavere. Nam hanc eſſe communem opinionem dixere Abbas *in d. cap. Quod Dei*, *quæſt.* 70. & Didac. *in cap.* 2. *num.* 3. *de Teſtamentis.* Ex his, tum rationibus, tum authoritatibus, reſoluta propoſita dubia remanent. Hucuſque D. Vincentius Parentius.

§. II.

Reſolvitur difficultas principalis Dubii Noni propoſiti.

259. TItulus Dubii duo inquirit principaliter. *Primum* eſt, An Regularis aſſumptus de ſui Prælati licentia, & conſenſu ad Parochiale beneficium ſæculare, per collationem liberam, aut per Inſtitutionem Canonicam rigoroſam, tituli collatoriam, ad præſentationem Patroni factam, Parochus perpetuus ſit, an verò amovibilis à Curatu per Prælatum Regularem? *Secundum* eſt, An ſic aſſumptus, & promotus Religioſus, ſuo Prælato Regulari ſubjectus maneat in omnibus, an verò Epiſcopo Diœceſano, vel Ordinario loci, in cujus diſtrictu, & territorio ſita eſt Parochialis Eccleſia, cui præfectus eſt hujuſmodi Religioſus. Et procedit difficultas quoad utrumque punctum, tam reſpectu Canonici Regularis, quàm reſpectu Monachi, de cujus conſortio illum cenſuit Innocentius Tertius *in cap. Quod Dei timorem*, *de Statu Monachorum*, relatus *num.* 256.

260. Conſultò quæſivi, de Religioſo Eccleſiæ Parochiali ſæculari præfecto: quia de aſſumpto ad regimen animarum in Eccleſia Regulari, qualis eſt unita Monaſterio ſuo, & Religioni, & quæ membrum ejus eſt, & tanquam grangia, & prædium reputata, certum eſt, quod ſit amovibilis ad nutum Superioris ſui Regularis, & non perpetuus, uti dictum eſt *quæſt.* 1. *num.* 9. *quæſt.* 2. *n.* 54. 75. 79. 198. 204. 239. & ſæpè alibi. Et quod eidem Superiori in omnibus ſubjectus maneat, etiam dictum eſt *ſuprà*, *num.* 241. 243. 244. 245. 246. & non ſemel alibi: ſicut etiam dixi Epiſcopum amovere non poſſe à regimine dictarum Eccleſiarum, ut videre eſt *num.* 18. *& ſequentibus*, etiamſi Religioſus delinquat in his, quæ ad curam, & ad Sacramentorum adminiſtrationem pertinent: & non in aliis, quàm in his, ſubjectos eſſe Vicarios, tam ſæculares, quàm Regulares hujuſmodi Eccleſiarum, Dominis Epiſcopis, oſtenſum eſt *num.* 41. 47. *cum* 4. *ſeqq. num.* 86. 87. *&* 226.

261. Pro reſolutione igitur difficultatis, in terminis aſſumptionis Regularium ad beneficium Parochiale ſæculare, ſuppono ex dictis, dictos Regulares capaces eſſe ad obtinendum hujuſmodi beneficium, ita ut nulla indigeant diſpenſatione Papæ, aut Epiſcopi, ſed ſola Prælati Regularis, qui illam concedere valeat, licentia, aut Papæ quidem, qui cum ſupremus ſit omnium Ordinum Prælatus, bene valet, & potiori jure, licentiam, ac veniam præſtare, quam Abbates, Provinciales, Generales, & alii quilibet Regulares Superiores concedere poſſunt, & valent. Sit ergo

Conclusio Prima.

262. Regularis, de licentia, & aſſenſu legitimi Prælati ſui ad Parochiale beneficium ſæculare aſſumptus, per liberam collationem, aut per inſtitutionem canonicam tituli collatoriam, factam ad præſentationem Patroni Eccleſiæ, cujus eſt beneficium illud, ab eo inamovibilis eſt à Prælato Regulari, ita ut illo perpetuò, & toto tempore vitæ ſuæ gaudere, & uti liberè poſſit.

263. Hæc concluſio probatur *Primò*, quoad primam partem, de Curatu obtento per collationem: quia hæc *eſt conceſſio, & donatio libera Eccleſiæ, aut beneficii, facta ab habente poteſtatem conferendi, nulla Superioris indigens confirmatione.* Ita diffinita manet Collatio *ſuprà*, *num.* 180. Verbum autem *Concedo*, importat dominii tranſlationem, uti docet Barboſa *dictione* 63. *num.* 3. ex Sebaſt. de Medices *de Compenſat. quæſt.* 22. *num.* 2. Brunone à Sole *in Locis communibus*, *lit. V*, *num.* 38. Menochio *conſil.* 191. *num.* 8. *& de Præſumptionibus lib.* 3. *præſumpt.* 34. *nun.* 31. Farinacio *in Praxi crimin. part.* 4. *conſ.* 95. *num.* 6. Steph. Gratia

Gratiano *Diſceptat. Forenſ. cap.* 82. *num.* 15. *& cap.* 938. *num.* 2. *cum ſeqq.* & Flaminio Pariſio *de Confidentia benefic. quæſt.* 34. *num.* 51. Et verbum *dono*, de ſui proprietate importat etiam donationem, & dominii tranſlationem. Ita idem Barboſa *verbo Dono, dict.* 92. *num.* 1. ex *l. fin. ff. de Condition. data cauſa*, & ex *l. ubi autem*, §. *fin. ff. de verbor. obligat. & in* §. *Sic itaque diſcretis, inſtitut. de Actionibus.* Menochio *d. præſumpt.* 34. *num.* 31. Surdo *deciſ.* 166. *num.* 16. *& de Alimentis, tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 2. Bertaz. *de Clauſulis inſtrumentorum, clauſ.* 16. *gloſſ.* 1. *num.* 3. Pichardo *ad* §. 2. *Inſtit. Quibus modis re contrahitur obligatio, num.* 40. *&* 42. Stephan. Gratiano *d. cap.* 82. *num.* 14. Caldas Pereyra *de Nomin. emphyt. cap.* 18. *num.* 4. *& de Emptione, & vendit. cap.* 18. *num.* 24. *& cap.* 20. *num.* 1. Gregor. XV. *deciſ.* 194. *num.* 15. Giurba *deciſ.* 24. *num.* 19. & Noguerol *tom.* 1. *allegat.* 26. *num.* 195. Si ergo in beneficiarium per collationem tranſlatum fuit dominium beneficii Parochialis ſæcularis, inamovibilis erit ab eo quicumque illud obtinuerit, ſive ſæcularis ille ſit, ſive regularis, neque per Epiſcopum, neque per Prælatum ullum Regularem, ſed per ſolum Papam: quia ſicut quilibet rei ſuæ liber eſt moderator, & arbiter, ut poſſit facere quidquid velit, Barboſa *axiom.* 199. *num.* 1. ex *l. in traditionibus, ff. de Pactis, l. in re mandata, C. Mandati*, & ex pluribus Doctoribus, quos allegat: ita è contra, à nullo poteſt ea privari, & ſpoliari, ipſo invito.

264. Conſultò dixi, *ſed per ſolum Papam:* ob rationem communem omnibus bonis Eccleſiaſticis, quia illorum omnium dominium, & abſolutam habet diſpenſationem, uti S. Rota *in Ferrarien. ſeu Comacienſi bonorum de Naſſellis*, 7. *Iunii* 1627. coram Joan. Bapt. Coccino Decano, *num.* 11. ibi: Quæ omnia, tanto magis habent locum in noſtro caſu, quia Papa poteſt tollere bona uni Eccleſiæ, & illa aſſignare alteri, argumento *Clementinæ Si una, de Rebus Eccleſiæ non alienandis: & cap. Conſultationibus, & cap. Paſtoralis, de Donationibus.* Dominium enim bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes ipſum Papam, qui ideo eorum Dominus dicitur. Abbas *in cap. Conſtitutus, num.* 15. *de Religioſis Domibus.* Æneas de Falconibus *de Reſervat. præl.* 2. *num.* 2. Pariſius *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 34. *n.* 34. Habetque in illis pleniſſimam poteſtatem, & diſpoſitionem, *cap.* 2. *in princ. de Præbendis, in* 6. *cap. Propoſuit, eod. tit. Clement.* 1. *in fine, ut lite pendente.* Hactenus in dicta Deciſione, quæ habetur apud Tamburinum *de jure Abbat. tom.* 3. *la* 20. *pag.* 318. & *in Toletana Monaſterii*, coram R. P. D. meo Carpineo, 24. *Februarii* 1668. *la* 20. *poſt Commentaria mea in Conſtitutiones Apoſtolicas, pag.* 69. in qua *num.* 11. dicitur: Nihil autem in propoſito intererat exprimere, vel quod Silenſe Monaſterium fuiſſet in quaſi poſſeſſione fruendi prærogativis illi conceſſis anno 1601. vel quod ſuper hac quaſi poſſeſſione obtinuiſſet Decretum à Diffinitoribus anno 1612. Quia hoc totum ſupponitur in Decreto anni 1661. & multò minus, quod has prærogativas obtinuiſſet in recompenſam diſmembrationis Sancti Martini; quia cùm illa facta ſit per Summum Pontificem ex certa ſcientia, & cum ampliſſima, quam habet facultate transferendi dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad libitum ſuæ voluntatis, *cap.* 2. *in princ. de Præbend. in* 6. *Clement.* 1. *Ut lite pendente*, Abbas *in cap. Conſtitutus, num.* 15. *de Religioſis domibus*, nullam poterat de jure recompenſationem prætendere. Rota *deciſ.* 20. *num.* 4. *poſt Tamburinum de jure Abbat. tom.* 3. & coram bonæ memor. Merlino *deciſ.* 775. *num.* 19. *& ſeqq.* & in ſpecie de bonis, quæ ſunt ſub proprietate Religioſorum, Petrus de Murga *Diſquiſitionum Moralium* 6. *dub.* 5. *num.* 5. *& dub.* 23. *num.* 49. *tom.* 2. Hæc in dicta deciſione. De quo ego ipſe *dicto num.* 49. *& in Commentariis ad Conſtit.* 10. *n.* 9. *pag.* 322.

Quod ſi dicas, donare non dicitur, qui ex neceſſitate aliquid dat. Gloſſa *in l. Rem legatam, ff. de Alimentis legatis.* Sed beneficium vacans, ex quo ſemel fuit erectum, niſi ex cauſa à legitimo Superiore extinguatur, & ſupprimatur, neceſſariò debet à collatore, ad quem ſpectat, conferri. Ergo collatio non eſt libera conceſſio, & donatio beneficii, ac 265.

per conſequens, mediante illa, non transfertur in beneficiarium, nedum Regularem, ſed nec in Clericum ſæcularem, beneficii dominium; unde ab eo removeri poterit ex hoc capite, quod illi fuerit collatum.

266. Quocirca, in ſimili de confirmatione Electionis Canonicæ, *in Commentariis ad Conſtitut. 6. num. 549.* dixi: Confirmatio neceſſaria eſt ex parte Confirmatoris, ex parte cujus eſt neceſſitatis, & debita, uti Tamburinus *de jure Abbat. tom. 1. diſp. 6. quæſit. 1. num. 19.* per *caput Poſtquam, de electione*, ubi Butrius *num. 6.* Abbas *in princ. & ſuper caput finale, eod. tit. in 6.* Samuellius *de Electione, tr. 1. diſp. 8. controverſ. 1. concl. 1.* ubi ait: Quare Superior, nullam liberalitatem exercet in confirmatione; quia in neceſſariis liberalitas non exercetur, *l. Rem legatam, ff. de alimentis legatis.* Nec impendit beneficium, qui exhibet debitum, *l. Si ſervo, §. 1. ff. de rebus... l. Proximè, ff. de Ritu nuptiarum.* Pro quo axiomate, quod apud ipſum eſt *el* 157. Barboſa *num. 4.* allegat Tiraquellum *in l. Si unquam, verbo Donatione largitus, num. 106. C. de Revocandis donationibus*, Gammam, Pichardum, Valaſcum, Gratianum, & Mangil.

267. Reſpondeo, benè verum eſſe, Collatorem, ex neceſſitate beneficium vacans conferre debere alicui; liberè tamen de facto illud confert illi, quem præ omnibus eligit: hoc enim, quod eſt uni magis quam alteri beneficium concedere, omnino gratioſum eſt, liberum, ac voluntarium: & licet ceſſet liberalitas in dando, quia ex neceſſitate datur; exercetur tamen in cui dando. Ita Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 10. de Collatione beneficiorum liberorum, num. 1.* dicens: Illud generaliter ad beneficiorum collationem obſervandum præmittimus, quod ipſa collatio in jure frequentiſſimè ſub nomine donationis exprimitur: veluti *in cap. finali de Officio Vicarii, in 6. cap. Propoſuit, cap. Quia diverſitatem, cap. Cùm noſtris, cap. penult. de conceſſione præbendæ*, & alibi: nam licèt conferre ſit præciſum, & neceſſarium: conferre tamen magis uni, quàm alteri, eſt voluntarium, & gratioſum: & ſi ceſſat liberalitas in dando, exercetur tamen in cui dando. Pulchra Gloſſa *in cap. Relatum, verbo Liberaliter, de Præbendis*, & *in verbo Libera, in dicto cap. finali, de Officio Vicarii, in 6.* Staphileus *de literis gratiæ*, Gonzalez *ad Regul. 8. §. 4. Proœm. num. 45. & 46.* & concordantes. Hæc ille. Et idem docet utrobique Barboſa *in d. cap. Relatum, num. 8.* dicens: Notatur ad hoc, quod licèt beneficium conferre ſit præciſum, & neceſſarium; conferre tamen magis uni, quam alteri, eſt voluntarium, & gratioſum, ac eſt gratia, & liberalitas, ut poſt Gonzalez *ad Regulam 8. Cancell. §. 4. Proœmii, num. 46.* de liberalitate ex Luca de Peña optimè Menochius *conſil. 191. num. 5.* aſſerit eſſe donationem, largitatem, & humanitatem quandam; & quod licèt omnis virtus gratioſa ſit, liberalitas tamen eſt omnium gratioſiſſima. Hæc ibi Barboſa; ſequentia verò, *in d. cap. finali, de Officio Vicarii*, numero ſimiliter octavo. Notatur ad hoc, quod licet conferre beneficium ſit præciſum, & neceſſarium; conferre tamen magis uni, quam alteri, eſt voluntarium, & gratioſum, ac eſt gratia, & liberalitas in cui dando, ut per Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. §. 4. Proœm. num. 46.*

Ex quibus patet reſponſio ad objectionem: quia benè compatitur in unico actu, quod fiat ex juſtitia, & ex neceſſitate: & quod ſit ex gratia, & ex liberalitate, ſecundum diverſas conſiderationes, ut contingit in caſu præſenti. Unde licèt Collator non donet beneficium, quà ex neceſſitate illud conferri debeat; donat tamen, ex quo illud gratiosè, & ex liberalitate concedit ei, cui non magis, quàm alteri conferre dedebat illud. Ex quo fit, nos non contrarium docere, quam diſponit *l. Rem legatam*, & docet ejus Gloſſa. Nec eſt ſimile in caſu Confirmatoris Electionis objecto: quia in eo, in nulla conſideratione relucet gratia, & liberalitas, ſed neceſſitas, tam in confirmando, quàm in quo confirmando. 268.

Quoad ſecundam partem, de beneficio curato, & parochiali obtento per inſtitutionem Canonicam collatoriam tituli ad Patroni præſentationem factam, probatur concluſio. Quia inſtitutio propriè, & rigorosè ſumpta, per quam titulus confertur beneficii, 269.

ficii, de qua in præſenti agimus, *eſt receptio neceſſaria ad beneficium perpetuò poſſidendum ab eo, qui fuit à Patrono præſentatus.* Ita illam diffinivi *in Quæſt. Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 3. *de Modis acquirendi beneficia*, §. 1. *num.* 15. cum Graña *tom.* 1. *Catenæ Iurium*, *tit.* 7. *de Inſtitutionibus*, *num.* 5. Ex qua certè diffinitione neceſſariò ſequitur, verè, & propriè inſtitutum, non poſſe amoveri à beneficio, quia amotio nihil habet commune cum inſtitutionis diffinitione, & cum ejus clauſula, *perpetuò poſſidendum.* Diffinitio enim, & diffinitum converti debent: amoveri autem, & perpetuò poſſidere, cum contraria ſint, converti non poſſunt. Non ergo poterit Religioſus præfectus Eccleſiæ Parochiali ſæculari, de licentia ſui Prælati, mediante inſtitutione Canonica, facta ad præſentationem Patroni, ab hujuſmodi præfectura, ſeu Parochiali beneficio, per Prælatum Regularem removeri.

270. Secundò efficaciter probatur eadem concluſionis pars, quia ut mox ex ſecunda conſtabit, hujuſmodi Religioſus, ex quo de aſſenſu, & licentia ſui Prælati Regularis, fuit ad beneficium ſæculare perpetuò promotus, abſolutus fuit à dicti Prælati juriſdictione, poteſtate, obedientia, & voluntate. Ergo per Prælatum Regularem à dicto beneficio Religioſus amoveri non poterit. Patet conſequentia, quia nemo à re ſua, & quam poſſidet, maximè perpetuò, & ad vitam, amoveri poteſt per alium, cui ſubditus non ſit, & à cujus poteſtate & voluntate non dependeat.

Conclvsio II.

271. Regularis de licentia ſui Prælati in Parochum Eccleſiæ ſæcularis exemptæ, aut non exemptæ perpetuò aſſumptus per liberam collationem, aut per veram, & propriam inſtitutionem Canonicam tituli collatoriam, Prælato Regulari in nihilo ſubjectus manet, ſed in omnibus Epiſcopum Diœceſanum, ſeu Ordinarium loci Prælatum, & Superiorem ſuum recognoſcit. Ita Emmanuel Sà *verbo Religio*, *n.* 32. Thom. Sanchez *lib.* 6. *in Decalogum*, *cap.* 6. *num.* 36. *& lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 64. Bruno Chaſſaing. *de Privilegiis Regular.* *tract.* 2. *cap.* 2. *propoſ.* 3. *in fine*, *pag.* 93. Caſtrus Palaus *tom.* 3. *tract.* 16. *de Statu Religioſo*, *diſp.* 4. *de Voto obedientiæ*, *punct.* 5. *num.* 3. Emmanuel Roderiquez *tom.* 1. *Quæſt. Regular. quæſt.* 34. *art.* 6. Navarrus *de Teſtamentis*, *conſilio* 6. *num.* 3. & *tit. de Regularib. conſ.* 79. Eraſmus à Chokier *de juriſdictione Ordinarii in exemptos*, *part.* 5. *quæſt.* 14. *num.* 15. *& ſeqq.*

Navarrus enim ſic *loco citato* ait: 272.
Quartò facit, quod Regularis tranſlatus ad beneficium ſæculare, deſinit eſſe ſubjectus Ordini ſuo, *cap. Ne pro cujuſlibet* (15. *quæſt.* 2.) & facit *cap. Si quis jam tranſlatus* (21. *quæſt.* 2.) & Gloſſa ſingularis (*in Clement.* 1. §. *Ad hæc*, *de Statu Monachorum.*) At prædictus Frater Thomas habuit beneficia ſæcularia, penſiones, & Canonicatum, ut in facto proponitur: ergo extra Ordinem erat, &c. Hæc Martinus Azpilcueta peritiſſimus Doctor Navarrus *lib.* 3. *Conſilior. tit. de Teſtamentis.*

Idem Author *dicto lib.* 3. *tit. de Regularibus*, *conſ.* 79. quæſito, An expulſus à Monaſterio Monachus, qui rogans ſuam receptionem, non recipitur, poſſit manere in habitu ſæculari clericali ſub Epiſcopi obedientia? Reſpondet dicendo: Reſpondetur, quod ſic, ut rectè conſuluit Federicus (*conſ.* 38.) addendo idem eſſe dicendum de Monacho tranſlato ad Eccleſiam Parochialem, quales ſunt multi Canonici Regulares Monaſterii Sancti Iſidori, cujus corpus glorioſum honorificè ibi ſervatur, & colitur; qua poſtea privatur, vel deponitur. Et inferiùs ait: Tertiò addo, quod non ſolum Monachus privatus, ſed depoſitus Eccleſia Parochiali ad quam fuit canonicè tranſlatus, ratione cujus ſuberat Epiſcopo, poteſt, & debet remanere ſub obedientia Epiſcopi, ſed etiamſi ſponte legitimè renunciavit Eccleſiam. Tum quia in utroque caſu eſt abſolutus à ſua Religione, & in neutro poteſt revocari ad clauſtrum, juxta Gloſſam ſingularem *in Clement.* 1. §. *Ad hæc*, *de Statu Monachorum*, *in verbo Clauſtrum*: & probatur *in cap. Si quis jam tranſlatus*, 21. *quæſt.* 2. *& cap. Quodam*, 16. *q.* 2. Hucuſque Navarrus. 273.

Emman. Sà ita *dicto num.* 32. dicit: Religioſus de licentia Superio- 274.

ris poteſt fieri Parochus (non autem ſimplex beneficiatus, ſine Papæ licentia:) ubi ſi delinquat, non per Epiſcopum, ſed per Prælatum puniendum, quidam cenſent: Ego putarem id ad Epiſcopum pertinere, cui fuit ſubjectus: quod in iis, quæ ad curam animarum ſpectant, certum eſt ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularibus*, *cap.* 11. eſtque ſolutus obſervantiis, quas commodè non poteſt obſervare. Dicunt & quidam, poſſe Abbatem dare, cum populi, & Epiſcopi conſenſu, Monachum in Capellanum Eccleſiæ Parochialis.

275. Ferdinand. Caſtr. Palaus *ubi ſuprà*, *pag. mihi* 211. in ſequentia prorumpit. De obligatione verò accipiendi beneficium Curatum, aut ſimplex, ſub diſtinctione reſpondendum eſt: ſi beneficium ſæculare ſit, non poteſt ab ullo Prælato regulari, etiam ſupremo, quatenus talis eſt, obligari; quia illa beneficia non pertinent ad Regulam, *cùm te extra Regulam, obſervantiamque regularem conſtituant*; neque eorum proviſio ſpectat bonum Monaſterii, ſed bonum Eccleſiæ. Sic Navarrus *comment.* 4. *de Regularibus*, *numero* 23. Eman. Roderiquez *tom.* 1. *Quæſt. Regular. quæſt.* 3. Suarez *tom.* 3. *de Religione*, *lib.* 10. *cap.* 10. *in fine.* Sanchez *lib.* 6. *Summæ*, *cap.* 2. *num* 51. *&c.*

276. P. Bruno Chaſſaing *loco prælegato*, ſequentia docuit, *pag. mihi* 93. Petes 2. Si Regularis diſpenſatus à Papa, de conſenſu ſui Prælati Regularis, ad dignitatem Epiſcopalem, vel ad Beneficium Parochiale extra ſuum Ordinem poſſidendum, poſſit ille ab Archiepiſcopo ſuo viſitari, & corrigi, & hic à ſuo Epiſcopo? Reſpondetur, quod ſic, quia ampliùs Ordini, ex quo ſunt aſſumpti, non tenentur; cùm ſi reſignent, aut ſua beneficia quoquo modo dimittant, non obligentur ad illum redire, ſed poſſunt vivere inter cognatos, &c. ut docent Navarrus, & Emmanuel Sà, citati à Millardo *de Sacramento Pœnit. cap.* 35. *Inſtit.* 1. *num.* 5. cumque in odioſis Regularium non participent, nec in favorabilibus, ut eſt exemptio, qua nullus diſpenſatus gaudet, ſicut nec aliis privilegiis, ut Sedes Apoſtolica declaravit. Quocirca dum aliquis Regularis fit Parochus, aut Vicarius in aliqua Parochia cujuſdam exemptæ, aut non exemptæ Eccleſiæ, attendenda ſunt verba proviſionis; & ſi Papa diſpenſet cum conſenſu Prælati hunc Regularem, poteſt Epiſcopus illum viſitare, & corrigere, quia in jus tranſit Regularis, cum in perpetuum diſpenſatur ad Beneficium curatum, ut docet Navarrus *Conſilio* 6. *de Teſtamentis.* Hactenus Chaſſaing.

277. Emmanuel Roderiquez in dicto articulo ſexto, inquirit, *Utrum Monachus, qui factus eſt Rector alicujus Eccleſiæ ſæcularis, teneatur ad Statuta ſui Ordinis?* Et reſpondet: Reſpondeo dicendo, ſecundum Hoſtienſem, quod ſi talis Eccleſia pleno jure pertineat ad Monachos, præfatus Monachus in ea remanet ſubjectus Abbati, & ſervabit omnia ſicut priùs, præter tria, ſcilicet jejunium, ſilentium, & vigilias, quæ commodè ſervari non poſſunt in Eccleſia ſæculari. Si verò Eccleſia non pertinet ad Monachos, ſed ad Epiſcopum, tunc Monachus inſtitutus, à tribus ſubſtantialibus votis non abſolvitur ſimpliciter; nam & continentiam ſervare tenetur, *ab obedientia Abbatis abſolvitur quidem, ſed imperio Epiſcopi ſubjicitur, qui de cætero erit Abbas ſuus*; & temporalia diſpenſabit ratione commiſſæ adminiſtrationis. Et ſi habet ſocium Monachum, non excuſabitur ab eſu carnium, juxta Sacros Canones (*cap. Quod Dei timorem, de Statu Monachor.*) niſi ſit infirmus, juxta eodem ſacros Canones (*cap. Carnem, de Conſecrat. diſt.*) vel niſi imperet Epiſcopus, qui eſt Abbas ſuus. Si autem ſocium Monachum non habet, poteſt ſe cum quibus vivit conformare, juxta eoſdem ſacros Canones (*cap. Quiſquis*, 4. *d. cap. Recolentes*, *extra de Statu Monachorum.*) In omni tamen caſu habitum deferre debet, nec poteſt ipſum temerariè dimittere, aliàs Monachus factus Curatus, abſolvitur ab Officio Monachali, quia debet ſe conformare officio Clericorum ſæcularium, ut tenet Baptiſta de Salis (*in Summa*, *tit. de Monach. fol.* 175. *colum.* 2.) allegans ad hoc quoddam Decretum.

278. Eraſmus à Chokier *quæſt.* 14. *citata*

tata, plura ad intentum tradit, quæ ſingillatim ſub ſuis marginalibus numeris reddere libet, omiſſis aliis, quæ non ita expreſſe pro nobis eſſe recognoſco.

279. *Num.* 8. At verò è contra, quod prioris Monaſterii jura non retineat (Monachus ſcilicet tranſlatus ad aliud Monaſterium, pœnitentiæ cauſa) videtur, quia per tranſlationem ad ſecundum, ad prius, cui renunciavit, redire non poteſt, *cap. Cum periculoſum*, 7. *quæſt.* 1. Federicus de Senis *conſ.* 5. Navarr. *comment.* 2. *de Regularibus.*

280. *Num.* 9. Præterea, Monachus factus Abbas, amittit jura Monachationis, ſicuti dicitur de filio facto patre, qui jura filiationis etiam amittit, *cap. Sicut has, de Simonia: cap. Litteras, de Conceſſione prabendæ: cap. Cum in Eccleſia, eod. tit. in* 6. ut & de Canonico qui factus Epiſcopus, poſt renunciationem Epiſcopatus, jura ſuæ Canoniæ non recuperabit, *cap. Ex inſinuatione, de Simonia, cap. Ex tranſmiſſa, de Renunciatione.*

281. *Num.* 10. Rurſus, Monachus Rector Eccleſiæ Parochialis abſolvitur à jugo Abbatiæ, & ſi Parochiæ renunciet, non revertetur in poteſtatem Abbatis, ſed manebit Epiſcopo loci ſubjectus. Archidiaconus *cap. Non pro cujuſlibet*, 16. *quæſt.* 1. Federicus de Senis *d. conſ.* 5. Doctores *cap.* 1. *de Eo, qui relicto Epiſcopatu, cap.* 2. *de Tranſlatione.*

282. *Num.* 15. Monachus plenè tranſlatus ad aliud Monaſterium, abſolutus eſt à primo, *cap. Ne pro cujuſlibet*, 16. *quæſt.* 1. *cap. Cùm in cunctis, de Electione.*

283. *Num.* 16. Monachus factus Epiſcopus acquirit Epiſcopatui, non Monaſterio, *cap. Cum olim* 2. ubi Gloſſa *verbo Reſtitutionem, de Privilegiis.* Tranſlatus enim ad aliam Eccleſiam, nihil ampliùs commune habet cum priore, *cap. Si quis jam tranſlatus*, 21. *quæſt.* 2. argumento *l. liber homo, ff. de Statu hominum, l. fin. C. de Remiſſione pignoris.* Qua de re etiam vide deciſionem Farinacii 109. *part.* 2. nec poteſt quis eſſe unius Monaſterii Abbas, & alterius Monachus, *cap. Conſtitutus, de Electione, cap. fin. de Religioſis domibus, cap. Presbyteros*, 17. *quæſt.* 1.

284. *Num.* 17. Si Monachus fiat Paſtor, renuncietque, aut privetur Paſtoratu, non poterit redire ad ſuum Monaſterium. Federius de Senis *conſil.* 19. *Clement.* 1. *in fine, de Statu Monachorum.*

285. *Num.* 18. Abbas per ſententiam amotus, remanet ejuſdem Monaſterii Monachus, *cap. Cum ad Monaſterium, de Statu Monachorum, cap. Dilectus* 2. *de Simonia*, ubi Innocentius: *cap. Officii ſui, de Electione.*

286. Monachus exemptus præfectus loco non exempto, privilegio exemptionis non gaudet, *cap.* 3. *de Temporibus ordinandor. cap.* 1. *in fine, de Privileg. in* 6. Federicus de Senis *conſ.* 19.

287. Exemptus Regularis, tranſlatus ad beneficium ſæculare, deſinit eſſe ſubjectus ſuo Ordini. Navarrus *conſil.* 6. *num.* 3. *de Teſtamentis.*

288. Religioſus beneficiatus non acquirit ſuo Ordini, ſed beneficio, cui præfectus eſt. Navarrus *conſ.* 6. Omnia præfata docet Eraſmus à Chokier.

289. Denique Thomas Sanchez *dicto lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 36. in ſequentia prorumpit. Tandem de Religioſo promoto ad beneficium Parochiale alicujus Eccleſiæ, concordant omnes Authores citandi, teneri eum votis Religionis, & præcepto portandi habitum; nam & de Epiſcopo idem fatentur. Quoad obedientiam verò Prælatorum Religionis, ſic diſtinguunt communiter Authores. Si Eccleſia illa nullatenus ſubjiciatur Prælatis Monaſterii, eximitur ille Religioſus ab obedientia Prælatorum Religionis, *cap. Parochiæ*, 16. *quæſt.* 1. ſed ſubjectus manet imperio Epiſcopi, qui de cætero erit ſuus Abbas. Si verò ſubjiciatur Prælatis Religionis quoad ſola temporalia, eximitur quoad ſpiritualia ab illorum obedientia, *cap. Viſis, & cap. Sanè*, 16. *q.* 1. Si verò eis ſubjecta ſit quoad ſpiritualia, ſolum eximitur quoad temporalia. Si verò ſit ſubjecta quoad omnia, manet planè illis ſubjectus. Et ita docet Godofredus *Sum. de Statu Monachorum, num.* 4. & ibi Hoſtienſis *in ſua Summa, num.* 5. Angelus *verbo Monachus, num.* 7. & ibi Roſella *numero* 5. & ibi Tabiena *quæſt.* 5. *num.* 6. Henricus *cap. Cum ad Monaſterium, n.* 8. *de Statu Monachorum, l.* 26. & ibi Gregor. Lopez *verbo Propriè,*

prio, tit.7. part.1. Sylveſter *verbo Religio 7. quæſt.11.* Anton. Cucus *lib.3. Inſtitut. major.tit.1. n.158.* & Emanuel, (licet non ita plenè) *qq. Regular. tom.1. quæſt.34. art.6.* Circa reliquas autem obſervantias regulares, dicunt Hoſtienſis, Godofredus, & Emanuel, eum abſolvi à vigiliis, ſilentio, & abſtinentiis, quæ in Eccleſia Parochiali commodè ſervari nequeunt. De abſtinentia autem carnium, dicunt non abſolvi, niſi in caſu neceſſitatis, vel quando abſque ſcandalo ab eis abſtinere nequit, vel quando caret ſocio ſui Ordinis, per *cap. Nemo poteſt, 18.q.1.* At meliùs Sylveſter, & Angelus aſſerunt, conſiderata ratione illius textus, breviter eſſe dicendum, hujuſmodi Parochum, ab iis ſolum abſtinentiis regularibus abſolvi, quæ in Eccleſia ſæculari, unà cum Parochiali munere commodè ſervari nequeunt, tenerique illum ad eas obſervantias, quæ potius adjuvant, vel non impediunt id munus. Et ita etiam generaliter docent Hoſtienſis *cap. Quod Dei timorem, n.9. de Statu Monachor.* & ibi Joan. Andreas *num.15.* Cardinalis *n.5. quæſt.2.* Azor *lib. 12. Inſtit. Moral. cap. 19. quæſt. 5.* & in caſu in quo tenetur ad obſervantias regulares, credo eum teneri debito legali, ſubjacereque pœnis Regulæ; quia in Parocho non militat ratio, quam de Epiſcopo tradidimus *num.18. & 19.* ut eum à pœnis, & obligatione legali eximamus, utpote qui non eſt in ſtatu Magiſtri perfectionis conſtitutus, nec omninò à jugo Monaſticæ Regulæ abſolutus: & ita ſi deponat habitum Religionis, incurrit excommunicationem, *cap.2. Ne Clerici, vel Monachi, in 6.* ut benè docet D. Antoninus *3.part.tit.16. cap. 5. in fine principii,* & Sylveſter ſuprà citatus, & à fortiori alii adducti *num.3.* qui id docent de Epiſcopo. Credo etiam eum depoſito officio Parochi, teneri ad ſuum Monaſterium redire, & obedire inſtar cæterorum; quia exemptio illa non eſt ratione alicujus dignitatis, ut in Epiſcopo, & Cardinalibus, ſed ratione ſolius officii, quod tunc ceſſat: & id eo maximè verum eſt, quod in Epiſcopo depoſito, vel renunciante id eſt ſatis dubium; & multi docent teneri redire, quos retuli *n.28.* & rationes illorum militant in Parocho, quamvis Navarrus *lib. 3. Conſilior. tit.de Regular. in 2. edit. conſ.79. num.2.* & Manuel *qq. Regular. tom.1. quæſt.30. art.10.* dicant hunc nec depoſitum, nec renunciantem teneri redire. Prædicta omnia Pater Sanchez.

290. Id autem quod ultimò ait credere, Religioſum Parochum, depoſito officio Parochi, vel renunciato, teneri ad ſuum Monaſterium redire, & ejus Prælato obedire inſtar cæterorum, licet probabile ſit, oppoſitum non minus probabile, ſed fortè probabilius eſt. Illud tenet Chaſſaing. *ſupra, num. 276.* recenſitus cum aliis, quos citat, & Eraſmus Chokier ſæpè, ſignanter *num. 281. 283. 284. & n.287.* cum pluribus, quos allegat.

291. Idem Sanchez *lib.7. cap. 29. n.64.* dixit: Quod ſi Religioſus ſemel ex legitima Superioris licentia ad beneficium Parochiale tranſlatus ſit, & poſtea ad aliud promoveatur, Imola *Clementina 1. num. 41. de Electione,* ait non exigi licentiam Superioris Regularis, ut ad hoc beneficium promoveatur, quòd exemptus ſit ab obedientia Superioris, maneatque Epiſcopo ſubjectus; non poſſe tamen illum tranſire ad aliam Parochiam abſque Epiſcopi licentia, ſicut nec poſſet Clericus ſæcularis. Et concludit poſſe etiam dici, exigi licentiam Abbatis, quòd non ſit ab ejus obedientia omnino abſolutus, ſed quoad ſolam priorem Parochiam; unde ait exigi licentiam Abbatis, vel Epiſcopi. Sic Ancharanus *cap. Si Religioſus, n.ult. de elect. in 6.* ait non exigi licentiam Abbatis. Idem tenet Lapus *ibi*, prout refert Francus *ibidem, in princ. num.3. verſic. Quod autem*, de Religioſo jam electo ad Prælaturam, & qui eligitur ad aliam: quamvis ipſe Francus dubitans relinquat cogitandum. Sed exiſtimo in neutro caſu exigi licentiam Superioris Monaſterii, quòd ſemel effectus Prælatus, aut Parochus, ſit ab ejus obedientia abſolutus, ut probavimus *ubi de voto obedientiæ.* Nec exigitur licentia Epiſcopi, niſi in ſolis caſibus, in quibus ea eſſet neceſſaria ad Clerici ſæcularis promotionem; quia nullo alio ſpeciali ſubjectionis modo Epiſcopo ſubditur, quàm alii ſæcula

culares beneficiati. Et hoc ſatis innuit Imola proximè allegatus. Hæc Thomas Sanchez. In quibus, ni fallor, ſentire videtur contrarium dictis *hic num.* 189. *in fine.* Quia ſi ſemel effectus Parochus, eſt à Superioris Monaſterii obedientia abſolutus, capere non valeo, quare remotus à Parochiali beneficio, aut illo renunciato, teneatur redire ad ſuum Monaſterium, & ejus Prælato inſtar cæterorum obedire.

Dvbivm X.

Quiſnam viſitare poſſit Eccleſias jure pleno, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam unitas ſubjectivè, & incorporatas Monaſteriis exemptis, Epiſcopus Diœceſanus, an verò Abbas, vel alius Superior Monaſterii, cui aliqua illarum reperta fuerit, ut dictum eſt, unita, & incorporata?

192. Videtur, quod Epiſcopus viſitare poſſit Eccleſias annexas Monaſteriis exemptis, quia uti Eraſmus Chokier docet, *part.* 2. *de Iuriſdict. Ordinarii in Exemptos, quæſt.* 45. *num.* 70. *pag.* 218. Exempti ſubjiciuntur Epiſcopo ratione membrorum, ſive Capellarum non exemptarum. Abbas *cap. Ex ore, num.* 1. & 4. *de Privilegiis*, ubi Innocentius, Ferrar. *in Forma opponendi contra inſtrumenta, in Gloſſa, verbo Aliis rationibus, numero* 4. Licèt enim probetur exemptio capitis, non ideo cenſetur probata exemptio membrorum, argumento *l. Liberorum, ff. de Adoptionibus.* Innocent. *in dicto cap. Ex ore.* Quia exempta Eccleſia, non cenſentur exemptæ Capellæ Eccleſiæ ſubjectæ, accedentes, vel vel connexæ. Gloſſa *cap. Rogamus*, 24. *quæſt.* 1. Gloſſa *cap. Cum & plantare*, & textus *cap. Cum Capellæ, de Privilegiis*, Brixienſis *in Repertorio, verbo An exempto Monaſterio*; ex quo Eccleſia principalis eximi poteſt, retenta in poteſtate Capella, & è contra, *d. l. Liberorum*, Brixienſ. *in Repertorio, verbo Exemptio, colum.* 6. Ideoque debent Exempti conveniri ratione membrorum coram Epiſcopo, non verò ſi convenirentur nomine Monaſterii, vel rei exemptæ. Abbas *dicto cap. Cum Capella*, Ubald. *de Canonica portione, cap.* 4. *quæſt.* 8. & 9. Abbas *cap. Conquerente, num.* 1. *verſic. Item nota quod, de Officio Ordinarii*, latè Innocent. *d. cap. Ex ore:* qua de re aliquid eſt *ſuprà, caſu* 23. Hactenus Chokier *dicto num.* 70. *num. autem* 32. in quo habetur *dictus caſus* 23. quæ ſequuntur profert *pag.* 213. Vigeſimus tertius: Prælati exempti, ratione membrorum non exemptorum tenentur ire ad Synodum, & coram Epiſcopo poſſunt conveniri, Abbas *cap. Ex ore, num.* 1. *verſic.* 2. *nota, de Privilegiis.* Latè, & exactè Henric. Botteius *tract. de Synod. Epiſcopi, part.* 1. *num.* 662. & *ſeq.* & *part.* 2. *num.* 4. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de Reformat.* Francus *cap. Ut Apoſtolicæ, de Privileg. in* 6. Ratio eſt, quia licèt probetur exemptio capitis, non ideo ſequitur, quod probata ſit exemptio membrorum. Innocentius *d. cap. Ex ore, argum. l. Liberorum, ff. de adoptionibus*, Gloſſa *cap. Rogamus*, 24. *quæſt.* 1. Latius Brixienſis *in Repertorio, verbo Exemptio, verſic. An exempto Monaſterio.* Innocentius *cap. Quod ſuper, de Majoritate, & obedientia.*

Hæc ſententia fulcitur *ex cap. Decretum eſt, el* 3. 10. *quæſt.* 1. in quo decernitur, ut omnes Eccleſiæ cum dotibus ſuis, & decimis, & omnibus ſuis juribus in Epiſcopi poteſtate conſiſtant, adque ordinationem ſuam ſemper pertineant. Ex *cap. Decrevimus, el* 10. *ejuſdem cauſæ, & quæſtionis:* ex *cap. Relata*, & *cap. Placuit, los* 9. & 12. diſponentibus, quod Epiſcopus teneatur quolibet anno Eccleſias in ſua Diœceſi conſtitutas, viſitare, & ſi aliqua viderit, quæ reparatione indigent, reparari jubere. At diſpoſitiones iſtorum Canonum univerſales ſunt, vel ſaltem indefinitæ eorum aliquæ, ac proinde æquipollent univerſalibus, *l. Si ſervitus* 24. *ff. de ſervitutibus urbanorum prædiorum, l. Si ita relictum, l. Pluribus* 44. *ff. de legatis* 2. *cap. Solita, de Majoritate, & obedientia, cap. Quia circa, de Privilegiis*, Barboſa ex his, & aliis juribus, & quampluribus Doctoribus, *axiomate* 123. *num.* 1. quod maximè procedit, ut *ibi, num.* 2. quando ſubeſt eadem ratio omnium ſub indefinita comprehenſorum, ut hîc. Ergo Epiſcopus Diœceſanus jure proprio, & ordinario viſitare poteſt Eccleſias quoad menſam, & ſubjectivè unitas 193.

& incorporatas Monaſteriis exemptis. Et in hoc ſenſu procedit difficultas præſens, & non de poſſe, ex jure delegato; quia, quà Judex delegatus, illas viſitare indubitatum eſt poſſe, ex Trident. *ſeſſ.7. de reformat. cap.8.* ut vidimus *ſuprà, num.40.* & ex Declarationibus S.Congregationis ejuſdem Concilii Interpretum, de quibus *num.43.44.45.46.47.*

CONCLVSIO I.

294. Sed dictis non obſtantibus, Dubio propoſito reſpondeo, Epiſcopum, aut alium loci Ordinarium, viſitare non poſſe quà talem, & juriſdictione utentem ordinaria, Eccleſias unitas, ut præfertur, Monaſteriis Congregationis Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, aut aliis earum privilegiis, aut ſimilibus gaudentibus, uti Dominicani.

295. Hæc concluſio vera eſt, & probatur efficaciſſimè, quia dictæ duæ Congregationes, & earum Eccleſiæ & Capellæ, etiamſi ipſis cura animarum immineat, omninò exemptæ ſunt à locorum Ordinariorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, *viſitatione, reformatione, & correctione*; & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubjectæ, ut evidenter patet ex inſpectione diplomatum Apoſtolicorum *ſuprà, num.134. & 135.* ſcriptorum: & quoad Capellas, & Eccleſias Patrum Prædicatorum, conſtat ex eorum Mari magno ab Urbano Octavo confirmato, de quo ſuperiùs *num.54.* Ergo nullus ex Dominis Epiſcopis, aut locorum Ordinariis, viſitare poteſt ullam ex Eccleſiis, ſeu Capellis, etiam curam animarum habentibus, dictis Ordinibus, aut eorum Monaſteriis jure pleno, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam ſubjectivè unitam, & incorporatam, attenta præciſsè ſua ordinaria juriſdictione, & illa utens.

Unde ea, quæ dicta ſunt in dictis duobus numeris præcedentibus, ſolùm locum habere poſſunt, & procedere in Eccleſiis hujuſmodi exemptionem non habentibus.

CONCLVSIO II.

296. Abbas, & quilibet alius Prælatus, & Præſidens Monaſterii, cui dictæ Eccleſiæ jure pleno, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam ſubjectivè unitæ, & incorporatæ ſunt, & fuerint, illas viſitare poteſt, & tenetur, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus.

Concluſio iſta vera etiam eſt: & quoad primam ejus partem, de potentia viſitandi præfatas Eccleſias, probatur, & *primò* quoad ſpiritualia earum. Quia jura ſpiritualia hujuſmodi Eccleſiarum, hujus Monaſterii ſunt, cui ſunt Eccleſiæ ipſæ unitæ, nedum quia unitæ ſunt cum omnibus juribus earum, uti paſſim ex litteris unionum manifeſtum fit; ſed quia ipſe Prælatus, & Conventus ejus ſunt veri, & proprii illarum Parochi habitu, & actu; Vicarii autem exercitium Curæ habent ad eorum libitum, tam in inſtitutione, quàm in deſtitutione, uti plenè in præcedentibus dictum eſt, & demonſtratum. Si ergo cura, quoad dominium & proprietatem, immò & quoad poſſeſſionem, reſideat penes Prælatum, & Conventum, & non penes Vicarium, qui nomine alieno, & non ſuo poſſidet illam, ad principalem Parochum ſpectabit inquirere, & ſcire media viſitatione, quomodo exerceatur per ſuum Vicarium ipſa cura; pro ſe enim, & illo redditurus eſt rationem Supremo Judici. Ex quo reſultat, poſſe, & debere Prælatum Monaſterii Eccleſias illi unitas viſitare quoad ſpiritualia omnia earum, quia illi imputari debet id in quo ſuus delinquit miniſter, à ſeipſo dependens in fieri, & conſervari, prout de jure notum eſt.

Quoad temporalia, non minùs 297.
pertinet viſitatio Eccleſiarum, ut præfertur unitarum, ad Monaſterii Prælatum, quàm quoad ſpiritualia. Quod probo, primò: quia Prælatus, & Conventus, quibus Eccleſiæ ſunt, ut præfertur, unitæ, ſunt earum Patroni, *cap. Paſtoralis, el 7. de Donationibus,* ubi Doctores. Gloſſa *in cap. Quod autem, verbo Si conſenſus, el 5. de Iurepatronatus,* Abbas *in d.cap. Paſtoralis, num.3.* & *in d. cap. Quod autem, num.9.* Barboſa *in cap. Paſtoralis, citato, num.1.* & *de Poteſt. Epiſc. allegat.66. n.19.* Pax Jordanus *tom.2. lib.10.tit.7.n.441. fol.266.* & *tit.32. num.54.* Bauny *in Praxi beneficior. diſp.5. quæſt.12. dub.3. verſic. A quo, pag.161.* & *diſputat.8. quæſt.6. verſic. Quintò,*

Quintò, pag. 283. Sed ad Patronos Eccleſiaſticos pertinet exigere rationem de temporalibus Eccleſiarum, quarum ſunt Patroni. Pax Jordanus *d. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 479. ex *cap. Cum & plantare*, §. *In Eccleſiis, de Privilegiis, cap. Ex litteris, de Iurepatronatus*, ex Abbate *in cap. de Monachis, de Præbendis, colum.* 2. & *in citatis aliis capitibus.* Et addit: Et quod dicitur de rationibus, non intelligas, quod permiſſum ſit inquirere, quantum fuerit expenſum in carnibus, piſcibus, &c. per ſingulos dies; ſed quomodo regantur poſſeſſiones Eccleſiæ, & quomodo proventus expendantur, ut declarant Doctores *citatis locis*, & Rochus *d. verbo* (*Honorificum*,) *quæſt.* 57. *num. penult.* Hæc Pax. Ergo cum iſta exactio fieri debeat media Viſitatione, Prælati Monaſteriorum, quibus Eccleſiæ ſunt, ut præfertur, unitæ, poterunt, & debebunt illas quoad temporalia viſitare. Vide me ipſum poſt Commentaria *in addit. ad Deciſ.* 4. §. 2. *num.* 38. & *ſeqq.*

298. Secundò probatur concluſio, quoad ſecundam partem de Viſitatione Eccleſiarum prædictarum, quoad temporalia earum; quia iſtæ Monaſteriorum ſunt, & iſta illarum, & bonorum earum dominium habent, ad tradita *num.* 166. ex conſtitutionibus Synodalibus Pampilonenſibus: & dictæ Eccleſiæ reputantur grangiæ, & prædia Monaſteriorum, quibus ſunt unitæ. Rota 11. *Martii*, 1667. *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia, coram R. P. D. Otalora, la* 5. *poſt dicta mea Commentaria, num.* 20. & coram *Bevilaqua*, 19. *Ianuarii*, 1663. *la* 2. *num.* 1. & coram Manzanedo, mox recenſendo. Pax Jordanus *de Re beneficiaria, tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 11. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 4. & ego ipſe in additionibus & annotationibus ad dictas Deciſiones, non ſemel. Sed quilibet res ſuas, & prædia, ac grangias liberè viſitare poteſt. Ergo Abbas, & quicumque alius Prælatus Monaſterii, viſitare liberè poteſt Eccleſias illi quoad ſpiritualia, & temporalia unitas, nedum quoad ſpiritualia, ſed etiam quoad temporalia.

299. Et confirmatur, quia qui aliquid poſſidet, illud recognoſcere, & viſitare poteſt quoties voluerit. At Monaſterium Eccleſias illi unitas quoad ſpiritualia, & temporalia, & ejus bona poſſidet. Ergo illas poteſt viſitare quoad temporalia. Major eſt per ſe nota. Minor verò probatur ex Rota 16. *Martii*, 1615. *coram Manzanedo, la* 10. *poſt meas qq. Paſtorales, num.* 2. ibi enim dicitur: Minus facit quod poſſeſſio Antonii ſit tantùm de Eccleſia S. Rochi, & S. Joannis; non autem S. Angeli, de qua eſt controverſia: quia cum dicta Eccleſia S. Angeli, uſque de anno 1523. fuerit acceſſoriè, & per viam ſubjectionis unita Eccleſiæ S. Rochi, ut apparet ex litteris unionis, & ex pluribus inſtitutionibus factis per Epiſcopos pro tempore exiſtentes, in quibus iſta S. Rochi denominatur uti principalis, illa verò S. Angeli ut ipſi unita, & annexa, acquiſita poſſeſſione Eccleſiæ S. Rochi, cenſetur etiam acquiſita poſſeſſio alterius S. Angeli, ad tradita per Ferret. *conſ.* 14. *num.* 4. & 5. Nat. *conſ.* 562. *num.* 13. Covarruv. *variar. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 13. Rota *deciſ.* 19. *num.* 7. *part.* 2. & in noſtris terminis Modernus Hiſpanus *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 7. & fuit dictum *in una Caputaquenſi*, 20. *Februarii*, 1589. *coram Bubalo.*

300. Eccleſia enim unita dicitur poſſideri per Eccleſiam dominantem, tanquam prædium, & grangia. Caputaq. *deciſ.* 349. *part.* 3. Gambar. *de Officio & poteſt. Legati, verb. Vnio, num.* 139. Seraphinus *deciſ.* 645. *num.* 2. Et per mortem Rectoris non vacat. Sarnenſ. *in Regula de triennali, quæſt.* 8. *num.* 2. Hojeda *de Incompatibilitate, part.* 2. *cap.* 3. *num.* 2. *verſic. Secundo modo.* Seraph. *deciſ.* 1011. *num.* 1. Sed ejus poſſeſſio remanet penes Eccleſiam principalem. Rota *deciſ.* 1. *de Reſtit. ſpoliator. in novis, & part.* 2. *diverſorum, d. deciſ.* 19. *n.* 8. & fuit dictum *in allegata Caputaq. Unionis.* Unde non videbatur opus accipere in ſpecie poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ S. Angeli.

301. Hactenus in dicta coram Manzanedo. Et in alia *coram Pennia*, 20. *Novembr.* 1598. *la* 31. *poſt dictas qq. Paſtorales*, ſic *num.* 6. fuit dictum: Denique, non poterat Pinto concedi mandatum de manutenendo, reſpectu aliorum bonorum, nempe Do-

mus, & prædii : quia Monaſterium, cui erat annexa (Vicaria ſcilicet Sancti Salvatoris de Novellas , annexa Monaſterio de Butello , Diœceſis Portugallenſis ,) dicebatur , tunc etiam prædicta bona poſſidere. Rota *in una Bergomenſi bonorum, die* 28. *Ianuarii* 1594. *coram illuſtriſſimo Blanchetto,& in alia Albenſi plebis de Poliano, die* 17. *Maii* 1595. *coram R.P.D. meo Seraphino.* Hæc coram Pennia.

302. Ultimò probatur concluſio utraque : quia nulla eſt Eccleſia, quæ non recognoſcat Superiorem, cui ſubſit, & qui illam tanquam judex ordinarius in ſpiritualibus, & temporalibus viſitare non valeat, & debeat, aliàs acephala illa eſſet, & ſine capite, quod illam gubernaret , juxta Cœlium *lib.*3. *antiquar. lect. cap.*12. apud Paſſeratium *verbo Acephalus*, dicentem : *Acephali Sacerdotes, qui ſub nullius Epiſcopi diſciplina gubernantur.* At, nullum recognoſcunt Superiorem Eccleſiæ unitæ, & incorporatæ acceſſoriè, quoad ſpiritualia, & temporalia Monaſteriis Exemptis, quàm Superiores eorumdem Monaſteriorum. Ergo iſti illas poterunt, & tenebuntur viſiare, tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus : aliàs ob ſuam negligentiam imputabuntur eis defectus, quos in ſpiritualibus, & temporalibus paſſæ fuerint Eccleſiæ ipſæ. Minor , in qua difficultas conſiderari poteſt, probatur. Quia ſi aliquem recognoſcerent Superiorem Ordinarium, maximè Epiſcopum, ſeu Ordinarium loci, in quo ſitæ ſunt hujuſmodi Eccleſiæ. Sed non iſtum. Ergo nullum præter Superiores Monaſteriorum,quibus ſunt unitæ, recognoſcunt. Minor ultima patet ex dictis *num.*295.

Dvbivm XI.

An facultas viſitandi Eccleſias unitas ad menſam Monaſteriis exemptis , quoad ea quæ non pertinent ad Exercitium curæ animarum , & Sacramentorum decentem cuſtodiam , & adminiſtrationem , privativè ſpectet ad Prælatos Regulares, quorum Monaſteriis Eccleſiæ ſunt unitæ , an verò cumulativè cum Epiſcopo ?

303. AB iſtius Dubii reſolutione breviter, & facilè me expediam, ei applicando doctrinas in præcedentibus traditas. Dictum eſt enim,Epiſcopum , & loci Ordinarium habere juriſdictionem delegatam Papæ, in vim Concilii Tridentini *ſeſſ.*7. *cap.*8. relati *ſuprà, num.*40. ad viſitandas Eccleſias quomodolibet exemptas , ſingulis annis. Quam juriſdictionem firmant plures Declarationes S.Congregationis ejuſdem Concilii Interpretum , recenſitæ *num.*42. *& ſeqq.* & Rota *num.*80. Vide etiam *num.*41. 47.48.49.50.51.86.87. *&* 226. Dictum eſt etiam , illam fuiſſe Ordinario cumulativè conceſſam , cum ea quæ jure ordinario competit Abbati exempto , cujus Monaſterio Eccleſiæ fuerint unitæ. Ita *num.* 47.93.94.97.99. *&* 100. Item fuit dictum Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios nullam habere juriſdictionem ordinariam in Eccleſias exemptas, etiam curam animarum habentes, maximè in unitas Congregationi Sanctæ Juſtinæ , & Sancti Benedicti Valliſoletani, quæ, & quarum bona , & Eccleſiæ eis annexæ , dictam curam habentes, exemptæ ſunt ab Epiſcoporum , & aliorum Ordinariorum poteſtate , & juriſdictione ordinaria. Exhibui diplomata exemptionum dictarum Congregationum, &c. *n.* 134. & 135. in quibus additur Decretum irritans , inficiens quamlibet poſſeſſionem, & actum contrarium annullans, ita ut nulli eorum , ſeu detentatio, aut inſiſtentia facti , manutenibiles ſint. De quo *in num.* 138. *&* 139. in quorum ſingulo firmatum eſt , non habere inſiſtentiam facti manutenibilem , eum qui poſſidet contra decretum irritans. Dictum eſt , & firmatum *num.* 140. *&* 143. 227. *& ſeqq.* in dictas Eccleſias Monaſteriis exemptis unitas , iſtorum Prælatos , in omnibus juriſdictionem , & poteſtatem habere , & in nihilo Epiſcopos, quà Ordinarios locorum Judices. Et denique *num.* 284. *&* *ſeqq.* firmavi, juriſdictione ordinaria utentes non poſſe Epiſcopos viſitare , nec quoad temporalia , nec quoad ſpiritualia Eccleſias unitas pleno jure Monaſteriis Caſſinenſibus , & Valliſoletanis; poſſe tamen quoad omnia illa Abbates, & Prælatos illorum. Pro qua illuſtranda veritate plurimùm faciunt ſententiæ Rotales , & Executoriales literæ,

literæ relaxatæ anno 1598. contra Dominum Archiepiſcopum Burgenſem, & ad favorem Abbatis Monaſterii S. Joannis Baptiſtæ extra muros dictæ Civitatis, ſuper juriſdictione Ordinaria, ſpirituali, & temporali, civili, & criminali Parochialis Eccleſiæ S. Adelelmi, ejus Abbati, & Conventui donatæ per Regem Alphonſum Sextum, & eiſdem unitæ quoad ſpiritualia, & temporalia; in vim cujus cognoſcit Abbas de omnibus cauſis Sacerdotum, & cæterarum perſonarum eidem Eccleſiæ inſervientium: & eos capit in territorio Archiepiſcopi, & ubique, ſine litteris requiſitoriis Ordinariorum, eo quòd gaudent foro Regularium, utpote deſervientes Eccleſiæ Regulari, ratione unionis, ſicut poſſet ubique Regulares ſuos capere: iſtis enim parificantur ſervientes Eccleſiis Regularibus quoad ſpiritualia, & temporalia unitis.

304. Ex quibus omnibus Dubio propoſito reſpondeo, facultatem viſitandi Eccleſias unitas jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſeu ad menſam, Monaſteriis Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, & ſimili exemptione gaudentibus quoad omnia, jure ordinario, privativè quoad Dominos Epiſcopos Diœceſanos, & alios locorum Ordinarios, ſpectare ad Abbates, & Prælatos Monaſteriorum prædictorum, & ad eorum Præſidentes, ita ut in nihilo ad dictas Eccleſias pertinente ſe intromittere queant, & valeant Epiſcopi, & alii Ordinarii juriſdictione ſua ordinaria utentes: & ſi contra fecerint, excommunicationem Papæ reſervatam incurrent, niſi infra tres dies ſe correxerint, & ab incœpto proceſſu abſtinuerint. Sic enim Eugenius Papa Quartus diſpoſuit in Conſtitutione de qua *ſuprà*, *n.* 134. videlicet: *Decernentes*, ut nulli omnino hominum liceat præfata Monaſteria, ſive loca, ut præfertur, res, & bona mobilia, ſive immobilia, poſſeſſiones, domos, molendina, aquas, piſcarias, *jura*, *ſeu juriſdictiones*, temerè perturbare, aut illa, vel eorum aliquod *auferre*, *vel ablata retinere*, *occupare*, *ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare*. Quod ſi aliqua Eccleſiaſtica, ſæculariſve perſona, cujuſcumque gradus, vel conditionis exiſtat, *etiamſi Pontificali dignitate præfulgeat*, contra hoc noſtræ exemptionis, liberationis, decreti, conceſſionis, defenſionis, conſervationis, libertatis, indulti venire, dicta bona, *jura*, *juriſdictiones*, *exemptiones*, & indulta, vel aliquod eorum *violando*, *occupando*, *turbando*, *vel diminuendo*, *ſeu indebitè fatigando*, præſumpſerit, nec factâ ei notitiâ de hujuſmodi noſtro indulto, infrà tres dies ſe correxerit, aut idoneam cautionem de ſatisfaciendo præſtiterit, *excommunicationis ſententiam ipſo facto incurrat*, *à qua niſi dicta ſatisfactione præſtita*, præterquam in articulo mortis, & tunc de ſatisfaciendo per ſe, ſi ſupervixerit, aut per ſuos hæredes, vel ſucceſſores, idonea præſtita cautione, *nequeat abſolutionis beneficium obtinere*. Hactenus Papa Eugenius.

Dvbivm XII.

An Religioſi exempti Ordinis S. Benedicti Congregationum Caſſinenſis, & Hiſpanæ, ſeu Valliſoletanæ, & alii eiſdem, aut ſimilibus privilegiis gaudentes, curam exercentes Parochialem in Eccleſiis unitis jure pleno, & ad menſam ſuis Monaſteriis, accedere teneantur ad Synodum Diœceſanam, & ad alias Congregationes Cleri, de mandato Epiſcoporum factas?

Reſpondeo negativè. Quam concluſionem tenent aliqui, quos ſuppreſſis nominibus citat Laurentius de Peyrinis *de Privilegiis*, *tom.* 1. *ad Conſtitut.* 2. *Iulii Papæ Secundi*, §. 25. *num.* 64. dicens: Unde aliqui voluerunt, non poſſe Regulares compelli accedere ad Synodum, ſicut non poſſunt ad dictam Synodum compelli Rectores Eccleſiarum nullius Diœceſis: qui tamen *ſeſſ.* 24. (Concilii Trident.) *cap.* 9. *de Reformat.* viſitationi, & correctioni Epiſcopi proximioris ſubſunt. Et in terminis dubii noſtri, tenent dictus Peyrinus eodem numero, & Eraſm. Chokier *de Juriſdictione Ordinarii in Exemptos*, *tom.* 1. *part.* 4. *quæſt.* 19. *num.* 5. *in fine*, *pag.* 297. Ubi poſtquam dixerat, Abbates exemptos, habentes Capellas, ſeu membra, aut populum non exemptum, 305.

ptum, teneri venire ad Synodum. Quod ampliatur etiamsi Abbates exempti habeant alios sibi superiores: addit: Limitatur autem, nisi exempti habeant membra, vel populum non exemptum, alioquin venire debent, *nisi habeant privilegium non veniendi ad Synodum.* Doctores *ubi suprà, cap. Quoniam per concessionem, de privilegiis, cap. Nimis, de Excessibus Prælator.* Hostiensis *in Summa, de Officio Ordinarii, §. Quod pertinet, versic. Capellæ etiam Monachorum.* Imola *d. cap. Quod super his* (*de Majorit. & obedientia.*) Peyrinus autem ad verba ista Constitutionis 2. Julii præfati, ad favorem Religionis Sancti Francisci de Paula editæ, *in* §. 25. appositæ, videlicet: *Universis autem Ecclesiarum Prælatis, & aliis inhibemus confessiones vestras, vobis invitis, audire, vel compellere vos ad Synodos, seu convocationes suas accedere, &c.* quæ sequuntur ait, *dicto num.* 64.

306. Concedit, ut Episcopi non possint nos compellere, ut accedamus ad Synodos, & convocationes suas: ubi nota, quod hoc privilegium non est derogatum per Concilium Trident. *sess.* 24. *cap.* 2. *de Reformat.* Nam Concilium ita habet: *Synodi quoque Diœcesanæ quotannis celebrentur, ad quas Exempti etiam omnes, qui aliàs cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis Generalibus subduntur, accedere teneantur.* Ex quibus verbis Concilii colligo duo. *Primum*, quod Superiores Monasteriorum, istis Synodis non tenentur interesse, quia Capitulis Generalibus subduntur. *Secundò*, quod Regulares Curati, qui curam animarum in Ecclesia Parochiali habent, tenentur Synodo Diœcesanæ interesse; nam si exempti non essent, interesse tenerentur. Et ratio etiam dictat; nam cum subsint correctioni, & Visitationi Episcopi; *sess.* 25. *de Regular. cap.* 11. debent per accessum ad Synodum, de ordinationibus ipsius Synodi informari: & licèt *dicto cap.* 11. solùm tribuatur Episcopis jus visitandi dictos Curatos Regulares, non autem ad Synodum cogendi, quæ sunt valdè diversa, & ex diversis non fiat illatio, *Unde aliqui voluerunt, non posse dictos Regulares compellere accedere ad Synodum*, sicut nec possunt ad dictam Synodum compelli Rectores Ecclesiarum nullius Diœcesis, qui tamen *sess.* 24. *cap.* 9. *de reformat.* visitationi & correctioni Episcopi proximiores subsunt. Hæc tamen nihil valere puto; nam hoc *cap.* 2. *sess.* 24. statuitur, quod ad Synodum Diœcesanam omnes illi adesse tenentur, quia aliàs cessante exemptione, tenerentur accedere: at certum est, quod omnes Rectores Parochialium, cessante privilegio exemptionis, ad eas accedere tenentur, *cap. Quod super his, de majorit. & obed.* ubi Abbas statim *in princip.* Azor *tom.* 2. *Institution. Moral. lib.* 3. *cap.* 47. *quæst.* 3. Massobrius *de Synodo Diœcesana, cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 8.

Hæc Peyrinus, sed salva ejus ve- 307.
nia, & authoritate, responsio nostra vera est, & tenenda, tam respectu suorum Patrum Minimorum, habentium exemptionem ab accessu ad Synodum, superiùs numero præcedenti recensitam, quàm respectu Monachorum nostræ Hispanæ Congregationis, & Cassinensis, quibus Eugenius Papa Quartus id concessit in Constitutione *Etsi ex debito, num.* 134. magna ex parte reddita, in qua ultra ampliſſimam exemptionem, & generalem, ibi recensitam, Abbatum, Monachorum, & Capellanorum, Curam animarum habentium, hanc specialem, circa accessum ad Synodum, & ad alias Congregationes, concessit. *Insuper, cum contigerit fieri Concilia Generalia, Provincialia, seu Synodalia, etiam Apostolica, aut quavis authoritate firmata, seu quasvis Congregationes, quovis nomine censeantur, Ecclesiasticarum, vel laicarum personarum, cujuscumque dignitatis, aut status existant, præfati Prælati, seu Monachi ad ea ire, sive mittere, nisi ad ipsius Congregationis Capitulum Generale celebrandum, aut aliàs juxta eorum ordinationes, nullatenus compelli possint, etiam per litteras Apostolicas non facientes specialem mentionem de hujusmodi indulto præfatæ Congregationi concesso.* Ita decernitur ab Eugenio.

In vim cujus Constitutionis, Ab- 308.
bas meus Hyrachensis Cœnobii obtinuit in Sacra Rota anno 1658. coram R. P. D. Albergato, contra Constitutionem Synodalem Pampilonensem, disponentem Abbates Regulares ad Synodum personaliter accedere

dere teneri, non teneri perſonaliter ad Synodum accedere. Ita reſolvit die ſexta Decembris prædicti anni, uti apparet ex alia Deciſione coram eodem edita *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, ad favorem dicti Abbatis, 28. *Martii* 1659. *la* 9. *poſt mea Commentaria*, & in vim prioris Deciſionis ſententiam tulit tenoris ſequentis.

309. *Chriſti nomine invocato. Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Dum præ oculis habentes. Per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Dominorum Coadjutorum conſilio, pariter & aſſenſu, in his ſcriptis ferimus in cauſa, & cauſis, quæ primò, & in prima coram Ordinario Pampilonenſi; ſecundò, & in ſecunda coram nobis verſæ fuerunt, & vertuntur inſtantia, inter Reverendiſſimum Abbatem, & Monachos Regii Monaſterii Sanctæ Mariæ de Yrache, Pampilonenſis Diœceſis, Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Hiſpaniarum, appellantes ex una; & Dominum Promotorem fiſcalem Curiæ Epiſcopalis Pampilonenſis, & R. Dominum Franciſcum Yarreta, Vicarium Parochialis Sancti Ioannis de Stella, à Domino Abbate deputatum, litiſque conſortes appellatos, partibus ex altera, de & ſuper invaliditate Conſtitutionum in Synodo Diœceſana de anno* 1590. *emanatarum, diſponentium, quod Abbates Regales prædicti accedere debeant ad Synodum Diœceſanam, & quod Vicarii amovibiles Parochialium, poſtquam fuerint una vice approbati, non poſſint, niſi cauſa cognita removeri; rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latiùs deductis. Dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, atque diffinitivè ſententiamus, Reverendiſſimum Abbatem Regii Monaſterii Sanctæ Mariæ de Yrache, Ordinis Sancti Benedicti, non teneri, neque cogi poſſe perſonaliter accedere ad Synodum Diœceſanam Pampilonenſem, ſed poſſe ad eandem Synodum tranſmittere procuratorem; Vicariumque ab eodem deputatum, & alios pro tempore ad Parochialem Sancti Ioannis de Stella potuiſſe, & poſſe ad nutum removere, & ſine cauſa, ſive illa non cognita: & proinde Conſtitutionem, ſeu Conſtitutiones Synodales, in hac parte, uti injuſtas, nullas, & invalidas, & annullandas fore, & eſſe, unà cum ſententia Ordinarii Pampilonenſis ſuper deſertione cauſæ, prout illas revocamus, annullamus, atque caſſamus, & pro revocatis, annullatis, atque caſſatis haberi volumus, & mandamus; partemque victam in expenſis condemnamus, quarum taxationem nobis, vel cui de jure in poſterum reſervamus. Et ita dicimus, pronunciamus, decernimus, declaramus, atque diffinitivè ſententiamus, non ſolum præmiſſo, ſed & omni, &c. Ita pronunciavi Ego Antonius Albergatus Sacræ Rotæ Auditor.* Hactenus in ſententia, qua in rem judicatam tranſacta, citataque per contradictas parte victa, ad docendum de appellatione, illiuſque legitima proſecutione, &c. & illa non comparente, litteræ executoriales, cum inſertione prædictæ ſententiæ, relaxatæ ſunt per præfatum R. P. D. Antonium Albergatum Auditorem, die decima Septima menſis Decembris, ſub anno à Nativitate Chriſti Domini milleſimo ſexcentiſimo & quinquageſimo nono, & Sanctiſſimi Domini Alexandri Septimi anno quinto, quæ authenticæ, & originales in Archivio dicti Monaſterii aſſervantur.

Et licèt in dicta ſententia, & in 310.
ejus Executorialibus litteris, nulla fiat mentio de eo, quod Monachi privati Eccleſiis unitis Monaſteriis præfecti, teneantur perſonaliter ad Synodum accedere, vel non; certum eſt, idem fuiſſe declaratum, diffinitum, & pronunciatum de iiſdem Monachis Curatis, ſi de eis idem quod de Abbatibus in Conſtitutionibus Synodalibus fuiſſet diſpoſitum, & in lite prædicta intentatum: quia exemptio non accedendi ad Synodum, & ad alias quaſlibet Congregationes, æqualis conceſſa fuit Monachis, & Abbatibus, à Papa Eugenio Quarto, ut ſupra oſtenſum fuit, *num.* 307. Vera ergo eſt noſtra concluſio de eo, quod Monachi Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, & alii Regulares, ſimili gaudentes privilegio, accedere non teneantur ad Synodos Diœceſanas, nec ad alias Congregationes Cleri, de mandato Epiſcoporum factas, ſi Eccleſiis Parochialibus Monaſteriis unitis Vicarii, & Curam Parochialem exercentes præficiantur.

Nobiſcum ſentit noſter Aſcanius 311.
Tamburinus *tom.* 1. *de Iure Abbatum, diſputat.* 24. *quæſt.* 4. *pag.* 355. de Abbatibus

bus loquens; ita *à num.* 1. ait: Certum, & indubitatum eſt, Abbates, & Prælatos Regulares exemptos, nullo modo ad Synodum Diœceſanam accedere teneri, *cap. Ex ore, & ibi* Panormit. *num.* 1. *de Privileg.* Gloſſ. *cap. Vt Apoſtolicæ, verbo Videtur, & cap. Exemptione, verbo Curam, de Privileg. in* 6. Archid. *cap. Abbates, col. fin.* 18. *quæſt.* 2. Federic. *conſ.* 183. & alii communiter: & clarè colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 2. ubi ſic habetur: *Synodique Diœceſanæ celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui alias ceſſante exemptione intereſſe deberent, nec Capitulis Generalibus ſubduntur, accedere teneantur.* At Abbates Regulares Capitulis Generalibus ſubduntur. Ergo ex diſpoſitione Concilii, ad Synodum accedere non tenentur.

312. Præterea probatur: nam accedere ad Synodum Epiſcopi, eſt ſignum ſubjectionis, *cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Speculator *de Teſtament. §. Nunc videndum, verſic. Intendit probare.* Nicol. Mil. *in Repertorio, verbo Epiſcopus, §.* 1. & apud omnes indubitatum eſſe, ait Eraſm. Chokier *de juriſdict. Ordinarii in Exemptos, part.* 4. *quæſt.* 19. *num.* 1. At Abbates exempti ſunt ab Epiſcopi juriſdictione (eos enim ut tales ſupponimus, & de his modò loquimur:) ergo non debent ad Synodum ab ipſo Epiſcopo convocatam accedere; aliàs enim nihil operaretur exemptio.

313. Limitatur tamen, niſi adſit conſuetudo, ut ad Synodum vocentur, *per cap. fin.* 18. *quæſt.* 2. vel niſi habeant Capellas, & Eccleſias Parochiales cum cura animarum, etiam ſuo Monaſterio annexas; quia tunc ad Synodum accedere tenentur, ſive exempti ſint, ſive non; vel mittere Capellanos, qui illas adminiſtrant, per textum *in d. cap. Ex ore, de Privileg. & cap.* 1. juncta Gloſſa *in verbo Inſtituta, de Privil. in* 6. & *cap. Quod ſuper his,* juncta Gloſſa, *de Majoritate, & obedientia.* Concilium Trident. *d. cap.* 2. ibi: *Ratione tamen Parochialium, aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe.* Et ratio eſt, quia cum Regulares Curati ſubſint, quoad curam animarum, correctioni, & viſitationi Epiſcopi, ex diſpoſitione ejuſdem Concilii, *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. debent ad Synodum convenire, ad hoc, ut de ejus ſtatutis, & ordinationibus informentur.

Præterea, id etiam probatur ex illis verbis Concilii ejuſdem, *cap.* 2. *d. ſeſſ.* 24. *de reformat.* per quæ ſtatuitur, quod ad Synodum Diœceſanam omnes illi accedere debeant, qui aliàs, ceſſante privilegio exemptionis, ad eam accedere tenerentur: at Parochialium Eccleſiarum Rectores, ceſſante privilegio exemptionis, Synodo intereſſe tenentur, *d. cap. Quod ſuper his, de Majorit. & obedient.* Ergo, &c. Atque ita Franc. Leo *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, part.* 1. *cap.* 9. *num.* 13. Piaſecus *in Praxi nova Epiſcop. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. & Dominus meus Joan. Anton. Maſſobrius *de Synodo Diœceſana, cap.* 3. *dub.* 2. *num.* 2. D. Auguſt. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 93. *num.* 5. Laur. de Peyrinis *in Expoſit. Conſtitut.* 2. *Iulii II. pro ſuo Ordine Minimorum, num.* 64. *tom.* 1. 314.

Immò ſi Abbates eſſent Parochialium Rectores, tenerentur ad Synodum venire, etiamſi ſint nullius Diœceſis: tunc enim accedere debent ad Synodum viciniorem, ut deciſum fuiſſe à Sacra Congregatione, refert Franc. Leo *loco cit.* & tenent Sayrus *in Floribus Deciſionum, ſub titulo De Officio Ordinarii, deciſ.* 11. citatus à Riccio *in Collect. Deciſionum, part.* 4. *Collect.* 1153. Piaſec. *d. num.* 2. *verſic. Et non ſolùm.* Dom. Aug. Barboſa *d. allegat.* 93. *num.* 7. & ad id cogi poterunt dicti Rectores Regulares per cenſuras Eccleſiaſticas, *d. cap. Quod ſuper his,* Maſſobrius *dicto c.* 3. *num.* 7. Laurent. de Peyrinis *loco etiam citato, num.* 65. 315.

Hoc tamen ſublimita, niſi habeant privilegium non veniendi ad Synodum, *cap. Nimis prava, de Exceſſibus Prælatorum, cap. Quoniam per confeſſionem, de Privileg.* Hoſtienſis, & Imola, apud Eraſmum Chokier *d. quæſt.* 19. *num.* 5. Maſſobrius *d. dub.* 2. *num.* 3. vel ut idem Maſſobrius ſubdit *num.* 4. niſi eſſent jam in poſſeſſione, & conſuetudine non veniendi. 316.

Omnia prædicta Aſcanius Tamburinus, 317.

rinus, quem nobiſcum ſentire, ideo dixi, quia licèt docuerit Regulares Curatos, ſeu Curam animarum exercentes, ſive exempti, ſive non exempti ſint, teneri ad Synodum Diœceſanam accedere, limitat, ut modò, numero præcedenti vidimus: *Niſi habeant privilegium non veniendi ad Synodum.* In quibus duas diſtinguit exemptiones: unam genericam, ratione cujus Regulares abſolutè dicuntur exempti; & alteram ſpecificam, ſeu in ſpecie, & in individuo, quoad acceſſum ad Synodum. Et ratione primæ aſſerit, nullos Regulares, curam exercentes in Eccleſiis Parochialibus, exemptos eſſe ab obligatione accedendi ad Synodum; ratione verò ſecundæ, docet ad talem acceſſum non teneri: quod nos etiam aſſerimus, & firmamus. Cum autem, nedum Abbates, ſed etiam Monachi Caſſinenſis, & Valliſoletanæ Congregationum, & Fratres Minimi, in ſpecie, ſeu in individuo habeant privilegium non veniendi ad Synodum, ad talem acceſſum non tenentur, & ad illum cogi non poſſunt.

318. Ex qua certè diſtinctione fit ſatis, tam diſpoſitioni Concilii Tridentini *ſeſſ.24. cap.2. de reformat. num.* 306. recenſitæ, quàm ſentientibus teneri accedere ad Synodum dictos Monachos, & Fratres Minimos curam exercentes Parochialem in Capellis, ſeu Eccleſiis Monaſteriis ſuis, ut præfertur, unitis jure pleno, & ad menſam, quamvis exempti illi ſint. Si enim velint, teneri ad dictum acceſſum, quamvis exempti ſint exemptione generica, & univerſali, verum dicunt, & eis libenter aſſentior, & me ſubſcribo; ſi tamen velint, accedere debere, etiam exemptione ſpecifica gaudentes, & in individuo privilegiatos, cum expreſſione, quod non teneantur ire ad Synodos Diœceſanas, neque ad alias Congregationes de mandato Epiſcoporum factas, & poſſe ad id cogi, & compelli, falſum eſt: quia hujuſmodi ſpecifica exemptio, qua noſtri, & Minimi gaudent, operari debet quod ſonat, cum ex certa ſcientia, & motu proprio Eugenii Quarti, & Julii Secundi Summorum Pontificum emanaverit, & proceſſerit; maximè cum Tridentinum his privilegiis non derogaverit, ut dictum eſt *num.* 306. & colligitur ex Sententia Rotali *n.*309. exſcripta.

Pro coronide noſtræ reſolutionis, 319.
libet reddere Pacem Jord. *tom.2.lib.8. tit.2. de Synodo Diœceſ. num.*46. dicentem: Primò itaque ad Synodum venire tenentur omnes Prælati ſæculares, *qui ſpecialiter non ſunt exempti:* quoniam & ipſi veniunt appellatione Presbyterorum, argumento *cap. Legimus, diſt.* 93. *cap. Olim, diſt.* 95. *ad cap. fin. diſt.*18. *& cap. Super his, de Majoritate, & obedient.* Ex quo enim non ſunt exempti, Epiſcopo ſubjiciuntur, liganturque ſtatutis, & ordinationibus illius, & ab illorum ſententiis ad Epiſcopum appellatur, *cap. Romana, §. 2. de Appellat. in 6.* Ita docet Imola *in cap. Grave, col. 6. verſ. Ad Synodum, de Præbend.* Maſſobrius *tract. de Synodo, cap.3. dub.2.* &c. Hæc ille. Ergo cùm nos ſpecialiter ſimus exempti ab acceſſu ad Synodum, ad illam accedere non tenebimur, in ſententia Jordani.

ARTICULUS II.

De diviſione Beneficii in Duplex, & in Simplex.

BEneficium, tam ſæculare, quàm 320.
regulare, aliud Duplex eſt, & aliud Simplex. Ita utrumque dividitur à Caſtro Palao *in Opere Morali, part. 2. tract. 13. diſp. unica, punct.2. num.3.* Stephan. Bauny *in Praxi Benefic. diſp. 1. in multis qq.* & ab aliis communiter. Beneficium duplex eſt, *quod eſt aliqua qualitate juris affectum: nempe aliqua in Clerum juriſdictione, vel adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum, vel locali aliqua præeminentia*, uti dixi *in QQ. Paſtoral. part.1. quæſt.2. diviſ.2. num.1.* poſt Palaum *dicto num.* 3. Unde quadruplex eſt beneficium Duplex: Primum eſt *ſimplex Curatum*, curam animarum habens, & juriſdictionem, & poteſtatem ad adminiſtranda Sacramenta Parochianis ſuis, Clericis, & laicis. Palaus *d. num.* 3. Pax Jordanus *tom.2. de Re beneficiaria, lib.10. tit.8. num.1.* Bauny *quæſt.3. verſic. Non ſunt*, ibi: *Curata omnia beneficia*, ubi æquiparantur dignitatibus; & *verſic. Secundò dividitur*, ibi: *Curatum eſt, quod animarum curam habet,...cum poteſtate*

teſtate ligandi, & ſolvendi, quos conceptus de peccatis dolor tanti beneficii capaces reddit, ac idoneos. Et verſ. Rurſus, dicens : *Duplex, curam animarum habet, eique adjunctam juriſdictionem.* Ego ipſe *d. num.* 1.

321. Secundum beneficium Duplex, eſt *Dignitas*, quod aliquando habet dictam juriſdictionem in foro Sacramentali, aliquando illa caret, gaudet tamen ſemper juriſdictione in foro externo, & contentioſo. Palaus *d. num.* 3. ibi : *Dicitur beneficium Curatum, ſi tamen adjunctam habeat fori externi juriſdictionem, tametſi careat juriſdictione pro foro interno, & pœnitentiali, vocatur tale beneficium Dignitas.* Baſſæus *in Floribus Theologiæ Practicæ, verbo Beneficium* 1. *num.* 3. *verſ. Ex quibus,* dicens : *Dignitas Eccleſiaſtica, eſt beneficium Eccleſiaſticum, habens juriſdictionem ſpiritualem fori exterioris, ut Abbatia, Decanatus,* &c. Ita ibi, poſtquam *Dignitatem*, inter beneficia duplicia recenſuerat. Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 8. *tit.* 2. *de Synodo Diœceſana, numero* 47. ſub eadem ratione *Dignitatis, & beneficii Duplicis*, enumerat *Prælatos*, eos ſcilicet, qui ſecundum etymologiam, & definitionem nominis (ait ipſe *num.* 49.) Prælati appellantur, quaſi ante alios lati, id eſt aliis præpoſiti. Abbas *in cap.* 3. *num. ult. ad medium, de Clerico ægrotante*, dicens : *Prælati verò ſtrictè, ac propriè dicuntur omnes habentes contentioſam juriſdictionem.* Gloſſa (*Prælati*) *in d. cap. Romana*, §. 1. *de Appellat. in* 6. ubi Geminianus, & Francus. Et aliis allegatis, proſequitur *num.* 48. dicens: Largè autem *Prælati* dicuntur etiam Rectores Parochialium Eccleſiarum. Accinit Bauny *dicta quæſt.* 3. dicens: *Prælatura*, beneficium eſt, idque Duplex, quod ordinariè poſſeſſorem ſuum à poteſtate Ordinarii eximit, eidemque juriſdictionem in eos tribuit, reſpectu quorum Prælatus dicitur. Gloſſa *in Clement. de rebus Eccleſ. non alienand.* cum Rebuffo *de Pacificis poſſeſſoribus, num.* 68. Et Baſſæus *loco citato*, ibi : Item *beneficia, quæ dicuntur dignitates, ut Præpoſitura, &c.*

322. Tertium beneficium Duplex, eſt *Officium*, quod juriſdictione caret, tam in foro interno, quàm in externo, & contentioſo ; habet tamen Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem, ut ſuprà dixi *d. Diviſ.* 2. *num.* 1. & docent Baſſæus *ubi proximè*, de quo dicit : *Officium*, eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum, ſine juriſdictione, & ſine prærogativa in choro, vel alibi ; & tale habent Syndici, Procuratores, Caſtaldi, Vicedomini, &c. Ita Sylveſter *verbo Beneficium* 1. *num.* 2. Palaus *d. num.* 3. dicens: At ſi omni juriſdictione careat, habet tamen rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem, tale beneficium *Officium* nuncupatur. Bauny *dicta quæſt.* 3. *verſic. Sunt Officia*, ubi ita ait : Sunt *Officia*, Canonicatus, quibus ex prima ſua inſtitutione, officium aliquod temporale perpetuò eſt annexum, ut ſunt Theſauriariatus, Præcentoria, Scholariatus.

Quartum beneficium Duplex, eſt 323.
Perſonatus, qui nec juriſdictionem ullam habet in foro interno, nec adminiſtrationem ; habet tamen eminentiorem ſedem, & locum in Capitulo, in Choro, & aliis in locis, reſpectu aliorum, qui in Eccleſia, aut Conventu ſuo, tali, aut majori carent præeminentia : (quo ex capite, Parochum Perſonatum habere, ait Malletus *tom.* 1. *de Sacramentis, malleatione* 45. *practica* 9.) Ita dixi *loco citato*, & docent Palaus *dicto puncto* 2. *num.* 3. dicens : Quod ſi nullam juriſdictionem, nec adminiſtrationem habet ; obtinet tamen in conventu Clericorum ſedem eminentiorem, dicitur *Perſonatus*. Quocirca beneficia Duplicia ſunt quatuor, Dignitas, Officium, *Perſonatus*, & ſimplex Curatus. Hæc ille. Pax etiam Jordanus *d. tit.* 8. *num.* 2. per hæc verba : Quædam enim ſunt curata, quibus annexa eſt animarum cura. Quædam verò ſimplicia, & ſine cura, quo nomine Dignitates etiam, & *Perſonatus*, curam non habentes, complectuntur, quæ alio reſpectu numerantur inter duplicia. Vivianus *ſuprà* (*in Praxi juriſpatronatus, lib.* 1. *cap.* 1.) *num.* 90. *& ſeqq.* Steph. Bauny *quæſt.* 3. *citata*, ibi : *Perſonatus*, hi dicuntur in miniſtris Eccleſiæ, qui ſine juriſdictione prærogativam habent, & eminentiam in Choro, Capitulo, ac ferendo ſuffragio præ cæteris. Et in fine quæſtionis exemplificat dicens: Quædam titulum habent, ac eminentiam, ſed

ſine

ſine juriſdictione in Clericos, ut Præcentoria, Theſaurariatus. Baſſæus *d. num.* 3. ibi: Item beneficia, quæ dicuntur dignitates, ut Præpoſitura, Decanatus, *Perſonatus*, &c. Et infrà: *Perſonatus*, eſt quædam prærogativa in Eccleſia ſine juriſdictione, ut habere ſtatum honorificum in Choro, Capitulo, in vocibus dandis, & in proceſſionibus pluſquam alii ſui Ordinis Canonici.

324. Reliqua verò Beneficia, præter quatuor numerata, ſimplicia dicuntur, & ſunt, cùm aliquam ex dictis qualitatibus non habeant, ſed tantùm ſint inſtituta ad recitandas Horas Canonicas, vel alia divina Officia perſolvenda, ut Canonicatus etiam Eccleſiæ Cathedralis, ait Baſſæus citatus. Similiter Palaus dicit *d. num.* 3. per hæc, quæ ſequuntur verba: Reliqua autem beneficia aliquam ex iis qualitatibus non habentia, ſimplicia dicuntur, quales ſunt omnes Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, & Collegiatæ, nullam aliam qualitatem habentes, præter Chori aſſiſtentiam, & Altaris ſervitium. In caſu autem dubio, beneficium non præſumitur duplex, ſed ſimplex; quia qualitas non præſumitur, niſi probetur: & tradit Cardinalis Tuſchus *lit. B, concl. 63. num.* 4. Garcia *de Beneficiis, 2. part. cap. 6. num.* 8. Hæc Author ille, qui *puncto* 4. *num.* 1. omnia hæc quatuor beneficia Duplicia recenſet, dicens: Dixi beneficia Duplicia eſſe Dignitatem, Officium, Perſonatum, & Rectoriam: & addit, reliqua eſſe beneficia ſimplicia. Stephan. Bauny *in præcitata quæſt.* 3. dictis conſonat Patribus, dum ait: Canonicatus ſimplex, (idemque eſt de Præbenda concedi ſolita in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis) ſimplex beneficium eſt, cui nulla qualitas ex iis ineſt, quas antè memoravimus, nec habet eminentiam, juriſdictionem, aut adminiſtrationem. Similiter Aſcanius noſter Tamburinus *tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 21. dicens: Beneficia deinde regularia ſimplicia ſunt Prioratus ſimplex, Monachatus, & Canonicatus regularis, qui ſuo ſimplici onere funguntur, *cap. Quod Dei timorem, & cap. fin. de Statu Monachor. Clement. Ne in Agro Dominico, de Statu Monachor. cap. fin. de Religioſis Domibus*, Gloſſa *in Clement. Diſpendioſam, in verbo In beneficiis, de judiciis.* Ita etiam ego ipſe *in qq. Paſtor. part.* 1. *quæſt.* 2. *de Diviſ. benefic. diviſ.* 2. *num.* 1. *ad finem*, poſt modò recenſitos, Laymanum *lib.* 4. *tr.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Leonardum Leſſium *de Iuſt. & jure, lib.* 2. *cap.* 34. *dubitat.* 2. & Vivianum *de Iurepatr. lib.* 1. *cap.* 1. Addo Pacem Jordanum *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 6. dicentem: Et ideò, cum tot requiſita neceſſaria ſint ad conſtituendam Parochialem, meritò nulla Eccleſia præſumitur talis, ſed probari debet; quoniam omnia beneficia præſumuntur ſimplicia, niſi de contrario doceatur. Allegat plures S. Rotæ Deciſiones, & non paucos Doctores, ut inferiùs, Deo volente, videbimus. Et *num.* 7. *ſequenti*, ſubjungit: Beneficia item ſimplicia, quædam onus aliquod habent annexum, veluti juriſdictionis ſupra Clerum, celebrationis Miſſarum, cantus in choro, & ſimilium: quædam verò nullum habent onus. Staphileus *tit. de qualitate beneficiorum*, Piaſecus *in Praxi, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 17. & concordantes. Accinit Jordano Aſcanius *d. quæſt.* 3. *num.* 19. dum ait: Priores Clauſtrales, poſt Abbatem Monaſterio præficiuntur cum adminiſtratione juriſdictionis tantùm, circa ea, quæ clauſtrum, & Regulam Monachalem ſpectant, qui ſolent etiam appellari Vicarii, de quibus agitur *in d. cap. Cum ad Monaſterium, verſ. Prior, & in d. Clem.* 2. *de Reſcript. verbo Prioratus, &c.* In noſtra tamen Congregatione Hiſpana ſeu Valliſoletana Prior Clauſtralis Perſonatus eſt; habet enim locum, & ſedem eminentiorem reſpectu aliorum, qui in Monaſterio tali, aut majori præeminentia carent.

ARTICULUS III.

De Diviſione Beneficii Duplicis, in Majus, Medium, & Infimum.

PARAGRAPHVS I.

Expenduntur membra iſtius Diviſionis.

325. TErtia beneficiorum diviſio eſt, in *Majora, Media, & Infima.* Primum membrum hujus Diviſionis, deſcribit Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re*

Beneficiaria, *lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 1. dicens : Prima beneficiorum diſtinctio, ſue diviſio traditur, quod alia ſunt *Majora*, ut Papatus, Cardinalatus, Epiſcopatus, & ſimila, ſic dicta propter majorem dignitatem, aut etiam majores proventus : cætera verò ſunt minora. Garcia *de Beneficiis, part.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. *ex cap. Majoribus, de Præbendis.* Zecchius *de Beneficiis, cap.* 1. *num.* 10. Vivianus *de Iurepatronatus, lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 76. Hæc Pax. Et ſub clauſula illa, *& ſimilia*, comprehenduntur Patriarchatus, ſeu Primatus, Archiepiſcopatus, & Abbatiæ, ſive Regulares, ſive Sæculares, habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & Prioratus Conventuales in Eccleſia Regulari, aut in Collegiata ſæculari, qui in utraque eſt principalis Prælatura, & habet dictam quaſi Epiſcopalem juriſdictionem, uti dixi *in* 22. *Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 2. *num.* 2. *pag.* 28. & docet Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 7. dicens : Et quod Abbas dicatur conſtitutus *in primo gradu dignitatis*, nec ſit *de dignitatibus Epiſcopo inferioribus*, Lapus *allegat.* 84. *num.* 11. Francus *in cap.* 2. *ſub num.* 5. *de Præbend. in* 6. & *ibi* Probus *ad Monachum*, *num.* 48. Sarnenſis *in Regula de Annali, quæſt.* 11. *num.* 4. Rota *in Burgenſi Iuriſdictionis, coram Orano*, quæ eſt *deciſio* 100. poſt primum volumen Farinacii, *num.* 2. *& 4. & in fine Operis* (tomi ſcilicet proprii Authoris, tertii) eſt *deciſio* 41. *num.* 2. Hæc ibi Aſcanius, & *in diſp.* 13. *ejuſdem tomi primi, quæſt.* 1. *num.* 18. poſtquam in præcedenti dixerat ex Oldrado, Panormitano, Decio, Gigas, Rebuffo, & Hojeda, promotum ad Abbatiam, non poſſe in alterius gratiam renunciare beneficia, quæ antè obtinebat, ſubjungit : Eorum ratio eſt, quia Abbatia, & Epiſcopatus æquiparantur, ut ex pluribus juribus allegatis per Hojedam *d. part.* 1. (*de Incompatibilitate*) *cap.* 6. *num.* 5. nam *Abbatiæ ſunt de majoribus dignitatibus*, & ſpeciali nota dignæ. Et *num.* 20. ait : Et ea, quæ dicta ſunt de Abbate, habent etiam locum in Priore Conventuali; nam promotus ad Prioratum in Regulari, vel Collegiata Eccleſia, non poteſt renunciare in favorem beneficia priùs obtenta, quia vacant ipſo jure, ſicut beneficia promoti in Abbatem; ea enim, quæ locum habent in Abbate, vel Abbatia, militant etiam in Priore, & Prioratu, qui eſt principalis Prælatura in Eccleſia Regulari, vel Collegiata, & habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Joan. de Selva *in tract. de Beneficiis, quæſt.* 2. *numero* 53. Hojeda *d. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. Pariſius *d. quæſt.* 1. (*de Reſignat. benefic. lib.* 3.) *num.* 100. *& duobus ſeqq.* Idem dicendum de aliis Prælatis Epiſcopo inferioribus, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus : eadem enim ratio militat. Omnia prædicta Aſcanius, cui me ſubſcripſi *in* 22. *Paſtor. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 2. *num.* 2. quò loci obſervavi, id quod de Priore Conventuali aſſerit, intelligendum omnino eſſe de eo qui toti præſit Conventui : & eodem modo dixi intelligi debere Leſſium, idem docentem *de Iuſt. & jure, lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 2. *num.* 9. & Lectores remiſit ad me ipſum in Diſquiſit. de Jure Prioris annexi, poſt eaſdem qq. & ad Vivianum *loco citato*, Garciam *ubi ſuprà*, & ad Zecchium *d. num.* 10.

Beneficia *Media*, ſunt reliquæ dignitates, præter enumeratas numero præcedenti : eæ ſcilicet, quæ juriſdictionem non habent quaſi Epiſcopalem, ut in plurimum ſunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, & ſimiles, quas reſpectu earum, quæ recenſitæ ſunt modò, *num.* 325. inferiores appellat Pax Jordanus *d. lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 6. dicens : Alia ſunt beneficia Duplicia, id eſt, cum dignitate, & juriſdictione, ut *ſupremæ dignitates*, nec non *inferiores*, ut Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, & ſimiles. Quia dignitas propriè cenſetur præeminentia cum juriſdictione, Gloſſa, & Archidiaconus *in c. De conſuetudine, lib.* 6. Ita Pax, ubi *inferiores* vocat dignitates præfatas, non abſolutè, ſed reſpectu ſupremarum, quæ conſtituunt primum membrum diviſionis beneficiorum Duplicium *Majorum* de quibus *in num.* 325. quod ex eo patet, quia ibi memor non fuit Curatus, uti obſervavi *ubi ſuprà, num.* 3. qui ut mox videbimus, infimum conſtituit diviſionis membrum. 326.

brum. Inter beneficia *Media*, computari etiam debent *Perſonatus* & *Officia*, de quibus *numero* 322. & 323. actum eſt: quia non habent juriſdictionem ullam in foro interno, aut externo, ut dictum reliquimus.

327. Conſultò dixi, *ut in plurimum ſunt Archidiaconatus*: nedum quia in hoc ſaltem Epiſcopatu, nullus eorum juriſdictionem exercet quaſi Epiſcopalem, ſed quia nec de jure ulli eorum competit illam habere, Stephano Bauny authore *in Praxi Beneficiorum, diſp.* 1. *quæſt.* 3. dicente: Beneficium, quod ſine exemptione habet juriſdictionem fori externi ſpecialem, qualis eſt Archidiaconatus. Non eſt tamen hæc Archidiaconorum juriſdictio à jure communi, ſed conſuetudine tantum. Fabric. *tract. de Beneficiis cum dignitate Perſonatus, n.*74. & Doctores *in cap. Cùm ſatis, verbo Convertendis*, & *in caput ſequens, verbo Promulgare, de Officio Archidiaconi.* Cum eos excommunicare, ſuſpendere, interdicere, Canonica Jura non ſinant: quod tamen eos tentare, ac impunè facere, conſuetudo multis in locis recepta patitur, *ex c. Dudum, de Electione*, quam Senatus Pariſienſis, arreſto ſpeciali, anno 1495. ſervandam decrevit, in cauſa Archidiaconi Catalaunenſis, adverſus Epiſcopum, qui hæc Archidiaconi munera, nec in urbe, nec ruri, cum provinciam luſtraret, tentanda narrabat. Chopin. *de Sacra polit. lib.* 1. *tit.* 8. *num.* 21. Hæc Bauny.

328. Addo ego, Archidiaconum de Birvieſia, dignitatem Eccleſiæ Metropolitanæ Burgenſis, uſque de anno 1512. habere rem judicatam Rotalem, pro eo, quod veniat appellatione Ordinarii in cauſis civilibus, criminalibus, beneficialibus, matrimonialibus, quoad cognitionem dictarum cauſarum; ſecus autem quoad diſpenſationes matrimoniales, quæ Ordinariis exequendæ committuntur, ita declarante S. Rota, 21. Maii 1607. coram Coccino, inter ejus impreſſas *deciſ.* 346. *pag. mihi* 484. de qua limitatione ego ipſe, in quodam conſilio à me præſtito ſuper diſpenſationibus matrimonialibus, incolis ocorum, de Urdax, & Zurragamurdi, ſubditis tanquam Ordinario, Abbati de Urdax, Ordinis Præmonſtratenſis; privativè quoad Epiſcopum Pampilonenſem, à Sede Apoſtolica conceſſis, & ad Ordinarium pro illarum exequutione directis.

Curatus ultimum genus Beneficiorum Duplicium conſtituunt, uti dixi *in* 22. *Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 2. *num.* 4. & colligitur ex Caſtro Palao *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp. unica, punct.* 2. *num.* 3. ex Pace Jordano *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 2. *juncto num.* 1. 329.

Paragraphvs II.

De Cura, & de Beneficio Curato, prænotantur aliqua pro præſenti materia apprimè neceſſaria, & utilia.

PRo cujus intelligentia operæpretium duxi aliqua adnotare, & in primis, quod cura nihil aliud ſit, quàm *poteſtas Sacramenta adminiſtrandi*, uti Barboſa *de Poteſtate Parochi, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. & mox explicabitur. Cura autem, ſeu beneficia Curata, dupliciter conſiderari poſſunt: *primò*, in habitu tantum, & non actu, quæ etſi olim curam habuerunt, hodie verò populo carent, cui Sacramenta adminiſtrent: de quibus judicatur, ac de puris ſimplicibus beneficiis. De his Pax Jordan. *lib.* 10. *cit. tit.* 8. *num.* 3. ubi extendit, judicari ſimplicia quoad omnes effectus, ut multis demonſtrat Anton. Ricciull. *tract. de Iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib.* 1. *cap.* 14. *à num.* 2. cum ibi plenè cumulatis. Et addit: Eſtque communis, & certa concluſio. In qua acceptione ego ipſe, *loco citato, num.* 7. dixi: Curam habitualem ſine exercitio habet Parochus ille, cujus Parochiani Eccleſiam ejus deſeruerunt, & aliò commigrarunt, ob peſtem, bellum, ſterilitatem, aut captivitatem, ut bene Azor *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 12. *quæſt.* 6. Eandem habet, qui Eccleſiam ſibi, aut ſuæ dignitati unitam habet ſolùm quoad titulum, & jus perpetuum gubernandi Eccleſiam, ſeu beneficium, & ejus bona, de quibus ſolùm percipere poteſt, quæ ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus, remanent: non tamen adminiſtrat Sacramenta Parochianis, nec aliis utitur ſpiritualibus juribus, ut docent Flores de Mena *variar. Reſol. lib.* 1. *quæſt.* 10. *artic.* 2. §. 2. *concl.* 1. 330.

num. 16. Aloyſ. Riccius *in Praxi aurea viri r. Reſolut. reſol.* 293. *concl.* 1. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. Habitualis etiam eſt cura, ait Trullench. *tract. de Parocho, cap.* 2. *num.* 11. quæ penes aliquem eſt, ratione alicujus beneficii in fieri, ſed non in facto, quia executionem poteſtatis non habet, vel defectu tituli ſpiritualis jam extincti, per unionem acceſſoriè factam, vel quia privilegio, ſeu conſuetudine levatus fuit onere exercendi actu.

331. Ita Doctor ille; ſed, ni fallor, non benè, in quantum ſolùm habitualem curam tribuit defectu tituli jam extincti per unionem acceſſoriè factam; niſi loquatur de eo, qui renunciavit beneficio, aut illo fuit privatus, quod poſtea alteri fuerit unitum. In utroque namque iſtorum caſuum verum dicit, fuiſſe titulum quoad illum Parochum extinctum; per unionem verò, ſecuto iſtius effectu, neutiquam abſolutè extinguitur titulus, cum beneficium cum omnibus juribus ſuis, & titulo in eum cui eſt unitum acceſſoriè, tranſferatur, ſed ſolùm quoad priorem illius poſſeſſorem. Et in omni eventu, nec Curatus, ſeu Parochus actu, poſt renunciationem, aut privationem beneficii poſtea uniti, dici poteſt, qui illud poſſederat; ſed nec habitu quidem, cum poſt renunciationem, aut privationem, jus, aut habitudinem ad exercitium non habeat.

332. Unde quod idem Trullench & alii docent, nimirum quod quando Papa aliquod unit beneficium alicui Communitati, penes ipſam Communitatem, aut ejus Caput, ſolum remanet Cura habitualis; & actualis omnino in Vicarium transfertur, ita ut principalis nullo modo ſe ingerere poſſit in curæ animarum exercitio; ſuſtineri non poteſt, ſi unio facta fuerit plenariè, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſubjectivè, & ad menſam, quæ omnia idem quoad præſens ſonant. Barboſa enim *de Poteſtate Epiſc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 155. inquit: Nonò infertur, beneficia de menſa, non cenſeri reſervata ſub diſpoſitione hujus regulæ (9. *Cancell.*) beneficium enim de menſa dicitur illud, quod eſt perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali; ita quod nunquam vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in proviſione. Gloſſa *verbo De menſa, in Clementina* 1. *de Supplenda neglig. Prælator.* ubi Imola *num.* 42. & Cardinalis *num.* 5. Hæc ibi Barboſa, & *num.* 164. ſequentia profert: Quintò infertur, quod quando Eccleſia Collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad ſingulos Canonicos illius, ſed ad totum Collegium, unicam perſonam Rectoris repræſentans. Oldradus *conſ.* 67. *numero* 1. *in fine.* Puteus *deciſ.* 220. *lib.* 1. Gonzalez *gloſſ.* 6. *num.* 71. In Hiſpania autem, & Italia ſunt plures Collegiatæ, & Parochiales Eccleſiæ, quæ reguntur per omnes de Collegio hebdomadatim. Ita Doctor Barboſa, in quibus clarè ſatis docet, curam Eccleſiæ Parochialis menſæ Epiſcopali, Capitulari, aut Abbatiali unitæ, & incorporatæ, habitu, & actu reſidere penes eos, quibus Eccleſia fuit unita: cui conſonat Rebuffus *in Praxi Benef. tit. de non promotis intra annum, num.* 65. ubi ait: Si Collegium committat curam duobus, neuter curam habebit, ſed tantum curæ exercitium: & cura penes Collegium erit, & non apud ſingulos, *cap. Irrefragabili, §. Exceſſus, de Officio Ordinarii*, argumento *l. In tantum, §. univerſitatis, ff. de Rerum diviſ.*

Quæ certè concluſio, ſæpè ſæpiùs 333.
fuit à Sacra Rota firmata. Et quidem ad favorem Abbatis, & Conventus iſtius mei Hyrachenſis Cœnobii, *in Pampilonſi Parochialis de Stella*, 14. *Decembris* 1598. *coram Cardinali Seraphino, deciſ.* 13. *poſt meas QQ. Paſtor. Et in eadem*, 28. *Februarii* 1600. *coram Card. Pamphilio, la* 14. 23. *Junii* 1603. *coram Coccino, la* 15. *& coram eodem* 8. *Novembris de anno* 1602. *la* 16. qui ſententiam tulit diffinitivam, *in dictis QQ. Paſtor.* exſcriptam, *part.* 4. *quæſt.* 6. *num.* 9. *pag.* 288. quam per aliam diffinitivam confirmavit Horatius Lancellotus, Rotæ ejuſdem Auditor, *menſe Aprilis* 1606. & ultimò Franciſcus Pennia *die* 2. *Martii* 1607. qui litteras executoriales, cum trium ſententiarum præfatarum inſertione, relaxavit *die* 18. *Maii ejuſdem anni.* In quibus utique ſententiis,

ita habetur : *Necnon declaramus, prædictum Abbatem, & Præſidentem, ac alios, qui pro tempore fuerint, & erunt prædicti Monaſterii, fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis : & illam fuiſſe, & eſſe unitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare : ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare ſanctiſſima Sacramenta, in dicta Parochiali exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam Majorem, ſeu Popularem celebrare, ac omnia jura Parochialia exercere, &c.*

334. Et in nova cauſa ſuper deputatione Vicarii ejuſdem Eccleſiæ S. Joannis de Stella, pro exercitio curæ illius, plures Deciſiones à S. Rota emanarunt ad favorem dicti Abbatis, & Monaſterii Hyrachenſis, quas ubi proximè exſcripſit, & primam ex tribus conformibus ſententiis in dicta cauſa latis, in qua ſic lego : *Dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus, jus nominandi, ſeu deputandi, & ſeu eligendi Vicarium pro cura Eccleſiæ Parochialis Sancti Ioannis oppidi de Stella, ſpectaſſe & pertinuiſſe, ac ſpectare & pertinere liberè, & pleno jure, ad ſupradictum Abbatem Monaſterii B. Mariæ de Hyrache, tanquam Patronum, & Parochum ejuſdem Eccleſiæ. Dictumque jus nominandi, ſeu deputandi Vicarium, fore, & eſſe adjudicandum eidem Abbati, & Monaſterio, prout adjudicamus, & pro adjudicato haberi volumus, & mandamus.* Lata fuit hæc prima ſententia ab Eminentiſſimo Carolo Cerro, 7. die Novembris, de anno 1643.

335. In Pampilonenſi etiam Parochialis de Mendavia, ſæpè ſimiliter dictam firmavit concluſionem S. Rota ad favorem dicti Abbatis de Hyrache, uti demonſtrant plures Deciſiones, quas poſt Commentaria ad Conſtitutiones Apoſtolicas publicavi. *In 2. 19. Ianuarii, 1633. coram Bevilaqua* edita, *num.* 1. ibi : Et fundamentum hujus reſolutionis fuit, quia Eccleſia Parochialis S. Joannis de Mendavia, jam uſque de anno 1408. à Nicolao de Romero, tunc Adminiſtratore Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ, *plenariè, & per viam incorporationis unita, & annexa fuit Monaſterio de Hyrach, cum omnibus pertinentiis ſuis*, reſervata Vicario ibi reſidenti congrua per Abbatem dicti Monaſterii perſolvenda. *Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari.* Felinus *in cap. Cum in noſtra, num.* 30. *de Reſcriptis*, Oldradus, &c. Quodque *penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura animarum, omniaque alia reſidcant*; Vicarius verò ibi deputatus ad eam exercendam, uti nutu amovibilis, *habeat nudum exercitium*, & nomen cum jure congruæ. Gloſſa *in Clem. unica, in verbo Ad menſam, verſic. Et videtur, de exceſſib. Prælator.* Gabriel, &c. *In 3. etiam Deciſione, 27. Iunii 1664. facta coram Ninot*, idem dicitur, & firmatur *num. 2. & 6. In 5. coram Otalora, 11. Martii 1667. n. 1. & 16. & per totam. In 6. coram Albergato, 13. Maii 1669. num. 2.*

336. Et in alia *Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 28. Novemb. 1664. coram Veroſpio, la* 12. *poſt dicta Commentaria, num.* 2. ad favorem Abbatis de Urdax, Ordinis Præmonſtratenſis, dixit etiam S. Rota : Cum enim Parochialis Eccleſia fuerit pleno jure, nedum ſcilicet corporalis, ſed etiam ſpiritualis reſpectu, annexa Monaſterio, ut deciſiones præcedentes editæ abſolutè convincunt, titulus beneficialis ſuppreſſus evaſit, *ita ut cura illa abſque ſpe vacationis, penes Abbatem, ac Monachos continuò cenſeatur reſidere*, ex doctrina Gloſſæ communiter recepta, *in Clement. 1. verbo De menſa, de Supplenda neglig. Prælator. & in Clement. 1. verbo Haberent, de Reſcript.* Oldradus *conſ. 257. num.* 15. Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium, 19. Ianuarii, 1661. in 1. §. coram R. P. D. meo Bevilaqua.* Quibus proinde electio Vicarii amovibilis, penes quem nudum dumtaxat reſidet exercitium, ex juris diſpoſitione indulgetur, de qua per Gloſſam *in Clement. 1. verbo Ad menſam, de Exceſſibus Prælator.* & Monachum *in cap. Super eo, n. 19. poſt medium, verſic. Et dic per Vicarium, de Præbend. lib. 6.* Hojeda *de Incompatibilit. benefic. part. 1. cap. 15. num. 4. & 8.* Rebuff. *in Praxi benefic. tit.*

tit. de Vicariis perpetuis, num. 6. & 7. Garcia *de Benefic. part. 11. cap. 2. num. 3.* Lotter. *de Re beneficiaria, lib. 1. quæſt. 33. num. 93.* Barboſ. *de Offic. & Poteſt. Epiſc. allegat. 72. num. 189.* Sanleger. *qq. Beneficialium lib. 1. quæſt. 36. numero 11.* Rota *deciſ. 2. numero 2. de Exceſſibus Prælator. in novis, & in Pampilonenſi Vicariæ de Stellæ, 28. Martii 1659. coram R. P. D. meo Albergato, & in Pampilonenſi jurium Parochialium, 19. Ianuarii 1663. §. Non obſtat, cum ſeqq. coram R. P. D. Bevilaqua.*

337. De eo, quod quoties unio eſt plenaria per viam incorporationis, titulus Curatus extinguatur, & omnis cura habitualis, & actualis Eccleſiæ unitæ in eum transferatur, cui unio fit, ita ut ille verus talis Eccleſiæ Rector ſit, nedum habitu, ſed etiam actu; & Vicarius ſit nudus illius miniſter, & ad ſimplicem illius nutum amovibilis, pluribus exornavi in Additionibus, & Annotationibus à me factis ad plures ex recenſitis S. Rotæ Deciſionibus poſt Commentaria exſcriptas: ſignanter *ad deciſ. 6. num. 1. pag. 29. ad 10. num. 1. pag. 38. & ad 12. num. 1. & 2. pag. 44. ad 15. n. 1. pag. 50. ad 16. n. 1. pag. 51. & ad Deciſionem 4. num. 6. 10. & 11. pag. 11. & 12.* Et *in QQ. Paſtoralibus, part. 1. quæſt. 2. diviſ. 2. num. 10.* firmavi, per unionem acceſſoriam ad menſam Prælati, aut Capituli, ſeu Conventus, acquirere Prælatum, ſeu Conventum curam, non ſolùm in habitu, ſed in actu, & in exercitio, ita ut ipſe ſit verus Rector, & Parochus; Vicarium autem non poſſe ſic nominari, *ſed Capellanum* (quod etiam dixit *ex S. Congregat. Concilii*, relato Stephano de Alvin, Barboſa *in Sum. Deciſionum Apoſtolicarum, collectan. 552. num. 46.* Pius V. *in Conſtit. Etſi Mendicantium Ordines, la 41. §. Inſuper Volumus*, Flores de Mena *Variar. qq. lib. 1. quæſt. 10. art. 2. num. 14.* & Riccius *in Praxi aurea Variar. Reſol. reſol. 293. concl. 4. & verſ. Secundò facit.* Quod autem Doctor iſte inquit, *tom. 3. Reſolut. Quotidianar. reſol. 388.* quod ſcilicet dignitas, cui eſt unita Parochialis, tenetur deſervire per Vicarium perpetuum, qui dicetur Rector curæ, quia curà actualis (inquit) aufertur Rectori, & transfertur in Vicarium perpetuum, intelligi debet de unione, quæ non ſit de menſa & plenaria, ſeu jure pleno, quoad temporalia ſimul, & ſpiritualia, de qua procedit, quod dixit *dicta reſolut. 293.*

Eccleſia enim ad menſam alicujus 338.
acceſſoriè unita, ad illum jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia pertinere dicitur: quod verum non eſſet, ſi ad illum cura in actu non ſpectaret, ſicut reverà ſpectat, ut pluries Sacra declaravit Rota, ut vidimus, & denuò videbimus. Sed priùs præmittere libet, pro vera, & ſana intelligentia Deciſionum, & ſententiarum illius, cum Aug. Barboſa *tract. de Poteſt. Parochi, part. 1. lib. 1. num. 77.* quod quando ſimpliciter mentio Curæ fit, non de habituali, ſed de actuali eſt intelligenda, ut interminis, inquit ille, tenet Capra *Communium Concluſione 90. num. 78.* & fuit deciſum *in Vicent. Prioratus, 2. Martii 1622. coram Manzanedo.* Quocirca Riccius *in præcitata reſol. 388.* dixit: *Unde curam animarum quis habere dicitur principaliter propter exercitium, ut eleganter Probus in Addit. ad Monachum, in cap. Super eo, num. 17. de Præbend. lib. 6. poſt Ancharanum, Cardinalem, & Abbatem in cap. Poſtulaſti, de Præbendis.* Hæc Aloyſius Riccius.

Conſonat Vivianus *in Praxi Iuriſ-* 339.
patronatus, part. 1. lib. 2. cap. 7. num. 17. dicens: Non dicitur Parochialis Eccleſia, ſeu Curata, nec tanquam talis regulatur illa, quæ actu non eſt curata, ſed tantùm habitu. Ita ibi, & rurſus *num. 37.* ſequentia profert: Non dicitur curatum beneficium, nec tanquam tale regulatur, quod non eſt actu curatum, ſed habitu. Abbas *in cap. de Multa, num. 24. de Præbendis*, Sylveſter *in Summa, verbo Beneficium 4. quæſt. 4. verſ. 2.*

Quo igitur præmiſſo, ex Sacra 340.
Rota probo, curam in actu Eccleſiæ pleno jure, & ad menſam unitæ, penes illos reſidere, quibus illius facta fuit unio: primò *ex deciſ. 1034. Cardinalis Seraphini ſuprà, num. 333.* recenſita, ibi: *Fuit concluſum curam Eccleſiæ Parochialis de Stella reſidere penes Abbatem de Hyrache.* Pro hac firmanda conluſione plura producit reſpicientia unionem ad menſam illius Eccleſiæ Abbati, & Conventui Hyrachenſi factam. I. Quod donata illis

fuiſſet

fuiſſet cum omnibus Decimis, primitiis, & oblationibus eidem Eccleſiæ pertinentibus. II. Quod perceperint fructus, & certam portionem Vicario aſſignaverint. III. Quod Vicarium amovibilem Abbati præſentent. IV. Quod fuerit coactus Abbas augere ſervitium, & aſſignare congruam Vicario. Quæ omnia ſunt ſigna unionis dictæ Eccleſiæ, ad menſam Abbatis, & Conventus, & penes eos curam dictæ Parochialis reſidere. Quam certè doctrinam ſequutus fuit Baſſæus *tom. 1. verbo Vicarius, num. 5.* quò loci docet, quod Vicarius perpetuus habet indiſtinctè curam animarum, quoad omnem effectum, & quoad exercitium, ſi percipit decimas, primitias, & oblationes debitas ratione curæ: & tunc (addit,) per modum cujuſdam juris, & habitu, eſt apud principalem, ſeu Prælatum, cujus eſt Vicarius, percipientem certam portionem ſibi aſſignatam; *ſi verò è contrario* (ait,) *tunc cura, & reivendicatio fructuum ſpectat ad principalem.* Cura quidem, non quoad habitum tantùm, quia in acceptione iſta, illam etiam habere aſſerit, quando Vicarius fructus, percipit. Ergo quoad exercitium, & actu, illam habere Prælatum docet, quando ipſe percipit fructus.

341. Et coram Cardinali Pamphilio, in Deciſ. præallegata, *num. 333.* dixit S. Rota: Aliud fundamentum, *quod per præfatam donationem non cenſeatur tranſlata cura animarum in Abbatem*, ſimiliter tollitur in Deciſione (Seraphini ſcilicet,) ex quo Eccleſia fuit pleno jure conceſſa Abbati: & cùm donatio Regis habuerit originem ex conceſſione Urbani, qui dedit Regi facultatem diſtribuendi Eccleſias, quas in propriis hæreditatibus fundaverit, *omnis cura dicitur tranſlata in Abbatem*, ut fatetur Francus ex adverſo allegatus, *in cap. unico, ſub n. 3. in 3. membro ſuæ diſtinctionis, de Capellis Monachorum, in 6.* Et infrà: Ultra quod Francus, & alii allegati loquuntur de Cura populi reſpectu inſtitutionis authorizabilis,... Et cùm modò de iſta non agatur, quia Abbas illam non prætendit, *ſed ſolum dicit ipſum eſſe Rectorem, ſicut quilibet alius Rector, penes quem exiſtit cura animarum ſuæ Parochiæ, ita ut poſſit exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſuâ Parochia.* Hæc in illa Deciſione.

In prima etiam coram Coccino 342.
ibidem allegata de anno 1603. dicitur: Vicarius eſt amovibilis. Quare non poterat dare de nullitate, *cùm cura ſit penes Abbatem, cujus Monaſterio Eccleſia eſt unita.* Et in ſecundò citata, *coram eodem*, dicitur: Nec facit, quod ſententiæ condemnent etiam Vicarium, & Promotorem Fiſcalem: quia quatenus attinet ad Vicarium, cùm Eccleſia ſit unita Monaſterio de Hyrache, & Vicarius ipſe ſit amovibilis, non poteſt dare de nullitate, *cùm cura penes Monaſterium reſideat, & ipſe nomine ipſius Monaſterii curam exerceat ad ejus libitum.* Gloſſ. *in Extrav. Execrabilis, &c.* Et in tribus ſententiis *eodem num. 333.* recenſitis idem, ut vidimus, fuit declaratum, dictum, & pronunciatum. In tribus aliis ſententiis, de quibus *num. 334.* pronunciatum etiam fuit, *Abbatem eſſe Parochum dictæ Eccleſiæ S. Ioannis de Stella.* Et pariformiter *num. 335.* recenſui plures Deciſiones, & ſententias Rotales, firmantes *curam animarum Parochialis Eccleſiæ S. Ioannis de Mendavia*, omniaque alia reſidere penes Abbatem, & Monaſterium præfatum; & nudum exercitium penes Vicarium, & ad eorum nutum amovibilem. In numero etiam 336. recenſui S. Rotam pluries decidentem, *curam Parochialis Eccleſiæ de Elizondo continuò reſidere penes Abbatem, & Monachos Monaſterii de Urdax, Ordinis Præmonſtratenſis.*

In Ulyſbonenſi Juris conferendi, 343.
coram Litta, 2. Decembr. 1605. dixit Rota *in Deciſ. 7. poſt meas QQ. Paſtoral.* Eccleſiam B. Mariæ de Alcobatia, ita ſpectare ab Monaſterium de Alcobatia, ut non ſit pro ea locus concurſui. Quia eſt (inquit) de illius menſa. Nominat Monaſterium, & Epiſcopus approbat. *Quia Monaſterium percipit decimas* dictæ Eccleſiæ, hæc dicitur de menſa illius, & *dominium, & curam Eccleſiæ habitu* penes Monaſterium eſſe, & reſidere; *penes Vicarium verò exercitium, apud quem cùm fuerit amovibilis, non poterit Cura reſidere.* Quod Vicaria in perpetuam erigatur, non ſufficit ad hoc ut per concurſum inſtituatur, ſi Eccle-

ſia

ſia ad menſam remaneat annexa, *quia remanet penes Monaſterium. Nec per erectionem in perpetuam transfertur cura in Vicarium, ſi aſſignatur certa portio Vicario, & reliquum Abbati, aut Monaſterio reſervatur.* Et concludit, quod in dubio hujuſmodi erectio intelligi debet, ut minùs præjudicet Monaſterio, quàm ſit poſſibile: quare, *etiamſi dicatur Eccleſiam erigi in Vicariam perpetuam, inferri non debet ad curæ tranſlationem in Vicarium*; cum hæc verba verificari poſſint ratione exercitii, & oneris adminiſtrationis Sacramentorum Vicario perpetuò incumbenti: nec ex deputatione Vicarii perpetui Eccleſia deſinit eſſe de menſa. Hæc omnia in dicta continentur deciſione. Ex quibus infero, Reginaldum *in Praxi, lib. 30. tract. 1. cap. 8. ſect. 4. num. 52.* & Azor. *part. 2. lib. 3. cap. 6. quæſt. 2.* minùs bene dixiſſe, quod quando quis habens beneficium Parochiale ſibi unitum, conſtituit Vicarium perpetuum, liberatur ab onere per ſe ipſum in eodem ſerviendi: *quia tota* (inquiunt) *cura, & onus, in Vicarium perpetuum transfertur.*

344. In alia *Ulysbonenſi Iuris conferendi, edita 13. Iunii 1607. coram Cardin. Lancellotto*, intulit S. Rota, *curam penes Abbatem principaliter reſidere*, & *ad illius exercitium tantùm Vicarium deputari*, & Eccleſiam de menſa Abbatis eſſe, ex eo, quod decimas percipiebat Abbas, cum aſſignatione congruæ pro Vicario ab eodem Abbate præſentando. Et in alia Ulysbonenſi 1. Junii 1615. coram Remboldo ſuppoſitum fuit, quotieſcumque transfertur in Vicarium totalis cura, tam in habitu, quàm in actu, ſit concurſui locus: & in cauſa, de qua agebatur, decidit Rota, non eſſe illi locum; quia non videbatur ſuſtineri poſſe, quod in illo caſu totalis cura in Vicarium tranſlata eſſe probaretur. Quia effectus unionis eſt, ut Eccleſia alteri acceſſoriè unita, ſupprimatur, & illius prædium efficiatur, ita ut *Rector Eccleſiæ, cui fuit unita, Rector etiam ſit unitæ*: & Cura beneficii uniti, reſideat habitu penes illum, licet actu per Vicarium exerceatur. Et cum appareret, beneficium de quo agebatur, fuiſſe perpetuò unitum Canonicatui Eccleſiæ Ulysbonenſis, neceſſariò ſequi viſum eſt, *quod omne jus, tam ſpirituale, quàm temporale ejuſdem beneficii, in Canonicatum fuerit tranſlatum.* Et additum ibi fuit, non poſſe dici, fuiſſe in unione præſervatam Vicario *curam habitualem, & actualem*: quia (bene notet Lector) nec in ea hoc legitur, neque poteſt colligi ex eo, quod aſſignata fuit certa portio Vicario perpetuo, per quem cura dicti beneficii erat exercenda, *cùm potius id ſit evidens ſignum, penes eum non reſidere curam habitualem*, ſed penes Canonicum. Tunc autem *penes Vicarium eſt totalis cura*, quando ipſe omnes beneficii fructus percipit, certa portione Canonico aſſignata. Hoc verò ſimul cum unione ſtare non poteſt, cum illi repugnet, ſed cum fructuum diſmembratione.

Pro pleniori dilucidatione eorum, quæ de Cura, & Beneficio Curato dicta ſunt, operæ pretium duxi aliquas excitare, & reſolvere difficultates.

Dvbivm I.

Quodnam ſit Beneficium Curam habens, ſeu Parochiale, & ex quibus conſtituatur, & tale illud ſit?

345. QUatuor concurrere debere docent Doctores, ut beneficium aliquod curatum ſit, & Parochiale. *Primum* eſt, ut habeat poteſtatem ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali, & neceſſitatem miniſtrandi ſuis Parochianis Sacramenta, qui pariter adſtringantur, coganturque illa de manu ejus recipere. Ita Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 5.* cum Gloſſa *verbo Impendant, in Clement. Dudum, de Sepulturis*, Cardinali ibi, *quæſt. 9.* Staphileo *tit. de Qualit. beneficiorum, quæ ſunt Curata, num. 8.* Gonzalez *ſuper Regulam 8. Cancellar. gloſſa 6. num. 35. cum ſequentibus*, Cardin. Mantica *deciſ. 48. num. 5. deciſ. 52. num. 2. part. 2. noviſſim.* & concordantibus apud dictum Gonzalez, Auguſtinus Barboſa *de Poteſt. Parochi, part. 1. cap. 1. num. 47. & de Poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 57. num. 259.* cum Moneta *de Commutat. ultimar. volunt. cap. 10. num. 26.* Gloſſa citata, & Imola

ibi,

ibi, num. 32. Abbate *numero* 24. Anchar. *num.* 20. & cum Gonzalez *d. gloſſa, num.* 32. Ego ipſe *in* 22. *Paſtoral. part.* 3. *quæſt.* 18. cum Viviano *de Iurepatr. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 18. Zerola *in Praxi Epiſcopali, verbo Parochia, verſic. Ad primum*, Trullench *tract. de Iure Parochi, cap.* 2. *num.* 2. Carolo Malleto *tom.* 1. *de Sacramentis, Malleatione* 45. *Bractea* 1. & cum S. Rota *in Recanatenſi Parochialis*, 20. *Maii* 1577. *coram Cantuccio*, ſic ut ſequitur decidente.

346. Concluſum fuit, Eccleſiam S. Michaëlis, de qua agitur, non eſſe beneficium ſimplex, ſed Parochialem curatam; quia in illa concurrunt illa omnia, quæ ad conſtituendam Eccleſiam Parochialem concurrere debent, quæ quidem quatuor ſunt, de quibus per Staphileum *de litteris gratiæ, tit. de qualit. & ſtat. Benef. §. Circa ſecundum, n.* 7. 8. 9. *&* 10. *fol.* 127. *cum ſeq.* & ſequitur Sarnenſis *in Regula de Idiomate, q.* 11. *fol.* 126. *in litt. C. D. E. F.* aſſerens Rotam ſic tenuiſſe coram eo, *in una Virdunenſi Parochialis, de menſe Octobris* 1539. *Primum* autem requiſitum, *eſt poteſtas fori pœnitentialis, hoc eſt, poteſtas ligandi, & ſolvendi*, quæ non cadit niſi in Sacerdotem, *cap. In novo*, 21. *diſt. cap. Omnis, de Pœnitent. & remiſſion.* Et inferiùs, facta diſtinctione *Curæ* propriè, & impropriè ſumptæ; & dicto, impropriam & latam, eſſe poteſtatem fori contentioſi, & judicialis circa exercitium juriſdictionis ſpiritualis, ut eſt ſuſpendere, excommunicare, viſitare, & alia, quæ ad morum correctionem tendunt, ait: Strictè verò, ſive propriè *Cura* dicitur poteſtas ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali, cujus nemo eſt capax, niſi Sacerdos, *d. cap. In novo*, 21. *diſt. & d. cap. Omnis, de Pœnitent. & Remiſ.* Non tamen omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur, ſed is tantum, qui neceſſitate aſtringitur Eccleſiaſtica adminiſtrare Sacramenta, & Fideles, quibus adminiſtrat, ad eum accedere coguntur, ut per Gloſſam *in Clem. Dudum, in verbo impendant, de ſepult.* quam ultra Paul. & Zenzelin. ſequitur *ibi* Imola *num.* 3. Abb. *in d. cap. Dudum, il* 2. *num.* 4. *in* 9. *notab.* & *in d. cap. De multa, num.* 24. Dec. *in d. cap. Ad aures, num.* 5. *verſ. & curatum.* Ferret. *d. conſ.* 255. *num.* 1. Rebuff. *de Nominat. quæſt.* 19. *n.* 10. Staphil. *ubi ſuprà, fol.* 119. *n.* 9. Sarnenſis *d. q.* 10. *fol.* 126. *lit. C.* Hactenus Rota *in d. deciſ. la* 1. *poſt* 22. *Paſtorales.*

Secundum conſtitutivum beneficii 347.
Curati, & Parochialis eſt, quòd ſit Parochia certa, certis finibus, & limitibus deſignata, in qua populus alicui Eccleſiæ deputatus degit, *cap. Eccleſias, in princip.* 10. 14. *quæſt.* 1. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 13. *ante finem*, ibi: *Vbi Parochiales Eccleſiæ certos fines non habent, &c.* Ita Barboſa *d. allegat.* 57. *num.* 159. cum Gonzalez *d. gloſſa* 6. *num.* 37. & cum Moneta *cap.* 10. *citato, num.* 26. Pax Jordanus *d. tit.* 8. *& num.* 5. cum aliis ex ipſo ſuperiùs *num.* 345. allegatis. Ego ipſe *d. part.* 3. *quæſt.* 18. *n.* 2. cum Viviano *loco citato, num.* 20. Trullench, & Malleto *ubi ſupra*, & cum D. Barboſa *allegat.* 53. *num.* 67. quò loci ita faſſus fuit: Dignoſcitur autem melius Eccleſia Parochialis ex eo, quod habeat populum certis limitibus, ac finibus diſtinctum, quaſi non ſufficiat, ſi ſacri Baptiſmatis fontem habeat ac ſepeliendi actum exerceat. Rebuffus *in Praxi, tit. de Diſpenſatione ſuper ætate, verſic. etiamſi curam habeat animarum:* & *in Concord. tit. de collat. §. Statuimus, il ſecundo, pag.* 666. Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 888. Azor *d. cap.* 12. *quæſt.* 3. Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gloſſa* 6. *num.* 37. *& d. num.* 48. Steph. Gratian. *diſcept. Forenſ. c.* 298. *à num.* 42. Vivian. *d. cap.* 7. *num.* 17. Hæc ibi Barboſa. Addo Abbatem *part.* 1. *conſilior. conſ.* 48. *poſt medium.*

Denique S. Rota, in præcitata De- 348.
ciſione, *in Recanatenſi Parochialis, coram Cantuccio*, ſic *n.* 2. dicit: Secundum requiſitum eſt; *certa Parochia*, hoc eſt, *locus certis finibus conſtitutus*, in quo populus alicui Eccleſiæ deputatus degit. Dicitur enim Parochia, quaſi partitio curæ, *cap. Eccleſias*, 13. *quæſt.* 1. nam Rector talis Eccleſiæ, dicitur populum regere, *c. 1. de Capellis Monachor.* ut de his per Rom. *conſ.* 356. *num.* 1. *&* 2. Doctores omnes *in Rubric. de Parochiis*, Archidiacon. & Joan. Andreas *in c. Licèt canon, in principio, in verb. Parochia*, & ibi Geminianus *q.* 2. & Butrius *ſub n.* 3. *de Electione, lib.* 6.

Staphil. *de litt. gratiæ, tit. de variis modis vacat.* § *Quartus principalis, n.* 3. latè Rebuffus *ſuper Concordat. tit. de Collat.* §. *Statuimus, in* 2. *verbo Parochialis.* Iſta S. Rota.

349. *Tertium* conſtitutivum eſt beneficii Curati, & Parochialis, ut qui illud obtinet, *curam exerceat nomine ſuo proprio, & non alieno.* Sic Pax Jordanus loco citato in præcedentibus, cum aliis, quos ex ipſo recenſui. Barboſa *allegat.* 57. *num.* 159. ex *cap. Exſtirpandæ*, §. *Qui verò, de Præbendis*, Rebuffo *in Praxi, tit. de non promotis infrà annum, num* 36. Millis *in Repertorio, verbo Eccleſia Parochialis, quæ dicatur.* Gonzalez *d. gloſſa* 6. *n.*40. & Moneta *d. cap.* 10. *num.* 26. Ego *loco citato, num.*4. cum Viviano *num.* 21. & cum Malleto, & Trullench *ubi ſuprà*, ac Sacram ſequutus Rotam *in dicta Recanatenſi*, in qua ſic, ut ſequitur, lego: Tertium requiſitum eſt, ut obtinens Eccleſiam Parochialem, ad hoc ut *dicatur Curatus*, exerceat curam nomine ſuo, & non alieno, ut *in cap. Exſtirpandæ*, §. *Qui verò*, & *ibi* Doctores, *de Præbendis.* Archidiaconus *in Clement.* 1. *num.* 4. *verſic. In non annexis, de Officio Vicarii.* Millis *in Repertorio, in verbo Eccleſia Parochialis, quæ dicatur*, Staphil. *d. fol.* 128. *num.*9. Sarnenſ. *d. fol.* 126. *in litt. C, verſic. Requiritur etiam.* Rebuff. *in ſua Praxi benefic. tit. de non promotis intra annum, num.*36. Hæc Rota.

350. Pro eodem tertio conſtitutivo *Curati*, ſeu *Parochi*, eadem ſæpè ſæpiùs Sacra fuit Rota, reſpectu Eccleſiarum Parochialium, pleno jure, quoad ſpiritualia, & temporalia, ad menſam, acceſſoriè, & ſubjectivè alteri unitarum, quoties dicit, *curam* reſidere penes eum, cui facta eſt unio, non verò penes Vicarium, qui ſolùm habet *curæ exercitium*, ad libitum principalis amovibiliter. Plura in præcedentibus cumulavi teſtimonia, hanc concluſionem firmantia, *à num.* 331. Maximè coram Coccino, 8. Novembris 1602. de qua *num.* 333. *in cujus num.* 4. habetur: Cum Eccleſia ſit unita Monaſterio de Hyrache, & Vicarius ipſe ſit amovibilis, non poteſt dare de nullitate, cùm Cura penes Monaſterium reſideat, *& ipſe nomine ipſius Monaſterii curam exerceat*, & ad ejus libitum, &c. Et *in alia Sabinenſi Archipresbyteratus, coram eodem, la* 32. *poſt Queſt. Paſtorales*, dictum eſt *num.* 4. Nec refert, quòd Eccleſia S. Martini ſit curata, quia Cura eſt Capituli S. Petri, cui fuit unita, non autem Vicarii temporalis, & ad nutum amovibilis, *qui non dicitur Curatus, ſed nomine alieno illam exercet*, ad libitum ſuum, vel illius, qui ſpecialiter illum deputavit, &c. Et *num.* 13. etiam dicitur: Iſta autem ceſſant in Vicario ad nutum amovibili in Eccleſia ſæculari, qui nullum habet titulum, *& nihil agit nomine proprio*, & poteſt amoveri ad libitum conſtituentis, etiam abſque cauſa. Hæc *in d. Sabinenſi*, poſtquam immediatè dictum fuerat, quod Regulares non poſſint amoveri ſine cauſa, *ex Clement.* 1. *ubi* Doctores, *de Supplenda negligentia Prælator.* Silvan. *de Benefic. part.* 3. *quæſt.* 21. *ſub n.* 5. Rebuffo *de Pacifica poſſeſſ. num.* 331. *ibi*, Quod *datur recurſus à remotione ſine cauſa*: & fuit reſolutum *in d. cauſa Seguntina Theſaurariæ*, coram bonæ memoriæ Orano. Utramque Coccini deciſionem expendi, & fui ſequutus, *in Commentariis ad Conſtitut.* 6. *num.* 777. *pag.* 210. & poſt illa *in addit. & annotat. ad Deciſionem* 9. *numero* 7. *pag.*35.

Quartum conſtitutivum eſt, ut 351.
ſolus, & unicus ſit Rector, qui ſuo proprio nomine Eccleſiam regat, non cum duobus, aut pluribus aliis; quia ut unum corpus duo capita habere non poteſt, niſi monſtrum ſit, ita nec Eccleſia duos, aut plures Curatos: Ita Pax Jordanus *loco citato, num.* 345. cum ibi allegatis ex eo, Barboſa *allegatione* 77. *num.* 159. *ex cap. Non minores, de Præbendis, cap. In apibus*, 7. *quæſt.* 1. *cap. Sicut una*, 22. *q.* 2. Maſcardo *de Probationibus, concluſ.*468. incipit, *Curam animarum, num.* 5. *& ſeqq.* & Moneta *de Commutat. ultimar. volunt. cap.* 10. *num.* 26. quidquid aliud velit (addit) Nicolaus Garcia *part.* 1. *cap.* 3. *num* 128. Ego ipſe *in* 22 *Paſtoral. part.* 3. *quæſt.* 18. *num.* 5. cum Viviano *de Iurepatron. part.* 1. *lib.* 2. *cap.*7. *num.* 22. Zerola *in Praxi Epiſcop. verbo Parochia*, Trullench *de Iure Parochi, cap.* 2. *n.* 2. & Malletus *tom.* 1. *de Sacramentis*, *Malleatione* 45. *bractea* 1. Ita & S. Rota in ſæpè allegata, & producta deciſione coram Cantuccio,

in

in qua ſic adamuſſim, ut ſequitur, dictum fuit.

352. *Quartum* itaque eſt, ut Parochialem habens, dicatur *Curatus*, quòd tanquam Rector, ſuo nomine ſingulariter, & non cum aliis ad regimen Parochialis Eccleſiæ aſſumatur, ita ut ſi illi duo, vel plures præficiantur, qui confeſſiones audiant, baptizent, & alia ad curam ſpectantia faciant; non tamen dicuntur Curati, quia quemadmodum una ſponſa non poteſt duos, vel plures ſponſos habere, *cap. 1. de ſponſa duorum*, ſic nec Eccleſia, duos, vel plures Curatos, *cap. Cùm non ignores, de Præbendis*; & in una Eccleſia unus debeat eſſe Sacerdos, Sponſus, & Rector, qui curam habeat, *cap. In apibus, 7. quæſt. 1.* & meliùs *cap. Sicut in una, 21. quæſt. 2.* ibi: *Sed unum tantummodò habeat Sacerdotem, qui eam caſtè, & ſincerè regat*, ut latè per Oldradum *conſil. 67.* Staphileum *d. fol. 128. num. 10. verſ. Requiritur, & num. ſeq.* Sarnenſ. *d. fol. 126. in lit. D.* Felinum *in cap. In noſtro, in 10. corol. prope finem, verſic. Scias etiam, de Reſcriptis*: latè Rebuffus *in d. tit. de Non promotis intra annum, num. 36. cum aliis ſeqq.* Hactenus Rota.

353. His quatuor conſtitutivis beneficii *Curati*, & *Parochialis*, ſi Author non diſplicet, *quintum* addo ego ipſe, ſicut *in dicta* addidi *quæſt. 18. n. 6.* jus ſcilicet percipiendi Decimas, primitias, & oblationes, quæ ratione curæ de Jure Parocho debentur: & non minùs neceſſarium hoc judico ad conſtituendum beneficium Curatum, quàm quatuor in ſuperioribus enumerata, cùm de ratione ſubſtantiali beneficii in communi ſit, ut ſæpe vidimus *in quæſt. 1. hujus voluminis*, quod ſit *jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis officii authoritate Eccleſiaſtica conſtituti*: & certum omninò eſt, jus decimarum eſſe jus Parochiale, ut præmittit Gloſſa titulo *de Decimis, Primitiis, & Oblationibus, in Clementinis*. Et de Primitiis dixit Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 23. Martii 1667. coram Cerro, la 17. poſt mea Commentaria, n. 13. Et quoad primitias, licèt de jure ſpectent ad Rectorem, ratione Curæ, ut in Deciſione 192. num. 2. part. 7. recentiorum*; ex conſuetudine tamen illarum partium applicantur fabricæ Eccleſiarum.

354. Quoad perceptionem Decimarum; efficaciter probatur concluſio mea; quia ex dicta perceptione ſæpiſſimè arguit S. Rota curam animarum eſſe penes eum, cui Eccleſia ad menſam eſt unita, ſeu jure pleno, ſi Decimas Parocho debitas percipit; & non penes Vicarium ſolùm portionem aliquam per viam ſalarii percipientem: plures ſuperiùs allegavi, & recenſui *num. 333.* Declarationes, Seraphini ſcilicet dicentis: Hincque reſultat clara Juris concluſio, quam firmat Cardin. *in Clement. unica de Officio Vicarii, num. 10. quæſt. 9.* Quod *quando primitiæ, decimæ, oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali, aſſignata certa portione Vicario*, juxta *cap. Suſcepta, de Præbendis, lib. 6.* tunc *cura dicitur eſſe penes dictum principalem*; ſecus ſi eos perciperet Vicarius. Tunc enim diceretur cura eſſe penes Vicarium.

355. In cauſa, de qua *num. 334. coram Cerro*, dixit 16. Junii 1642. *in deciſ. 17. poſt dictas 22. Paſtorales, num. 4.* Donatio concepta fuit verbis ampliſſimis, *& continet Decimas, primitias, & oblationes, ac obventiones omnium Parochianorum, & per neceſſe importat unionem.*

356. Item in Deciſione recenſita *n. 335.* dictum fuit, Eccleſiam fuiſſe unitam Monaſterio cum omnibus pertinentiis ſuis. *Per quam unionem ſic factam* (addit) *ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, ...* & quod *penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura animarum, omniaque alia reſideant...* Vicarius verò *habeat nudum exercitium, & nomen, cum jure congruæ.* Idem ex eodem principio dicitur in Deciſione, de qua *num. 336.* ut ibi vidimus.

357. In Deciſione, de qua *in num. 343.* dicitur: *Quia Monaſterium percipit Decimas dictæ Eccleſiæ, hæc dicitur de menſa illius, & dominium, & curam Eccleſiæ, habitu penes Monaſterium eſſe & reſidere, penes Vicarium verò exercitium, apud quem, cum fuerit amovibilis, non poterit cura reſidere.* Adeſt *poſt Paſtorales, la 7.*

358. In Deciſione primò recenſita *numero 344.* quæ adeſt poſt dictas Quæſtiones, *la 8.* etiam habetur: Fuit

ordinatum, quod præſentari deberet ab Abbate Vicarius, cum aſſignatione congruæ ex proventibus ejuſdem Eccleſiæ, ad illius Prælatum ſpectantibus: & ſic apparet, quod in dicta Eccleſia aderat Prælatus, ſcilicet Abbas, *qui decimas percipiebat, & ad quem cura animarum conſequenter ſpectabat.* Et infrà: Ulteriùs colligitur, quod *cura principaliter penes Abbatem reſidebat*, cum Vicarii, ad illius tantùm exercitium deputari deberent: quod etiam comprobatur, quia reſervatur Abbati præſentatio Vicariorum, *necnon reſiduum decimarum, & fructuum, deducta tertia Pontificali.* Et inferiùs *infert*, Eccleſiam ad Monaſterium ſpectare, & eſſe de illius menſa: *Tum ratione perceptionis decimarum, quæ de jure debentur Eccleſiæ Parochiali, cap. Cum contingat, de Decimis.*

Pro eadem concluſione vide poſt dictas Quæſtiones *Deciſionem 9. num. 3. la 17. num. 5. la 29. n. 10.* & poſt Commentaria, *la 10. num. 4. la 17. num. 6. & 7.* & me ipſum *in Annotationibus iſtius, §. 4. num. 10. & 11.*

359. Ex quibus omnibus habemus, jus percipiendi decimas, primitias, & oblationes, quæ de jure Eccleſiæ Parochiali debentur ratione curæ, non minùs eſſe conſtitutivum beneficii Curati, & Parochialis, quàm ſunt alia quatuor, ſuprà, & communiter enumerata. Hic incidenter diſcutere libet, & quidem utiliter, ut credo, ad vitandas injuſtas lites, quæ moveri ſolent inter Parochos, & Parochiales Eccleſias ex una parte, & Regulares exemptos, per privilegia Apoſtolica, à Decimarum ſolutione, & iſtorum colonos, ſuper exactione decimarum & primitiarum fructuum, quos colligunt in terris Exemptorum, quas conducunt, & colunt.

Dvbivm II. Incidens.

An Regulares aliqui, & eorum Coloni, & qui terras eorum conducunt, teneantur ex illarum fructibus Decimas, & primitias ſolvere?

Paragraphvs I.

Præmittuntur multa ſcitu digna, & pro debita reſolutione neceſſaria.

360. Suppono, aliquas eſſe Religiones habentes ex gratia & privilegiis Sedis Apoſtolicæ, diverſas exemptiones à Decimarum, & Primitiarum ſolutione, de quorum numero eſt, quod Eugenius Papa Quartus motu proprio conceſſit Congregationi S. Juſtinæ, aliàs Montis Caſſini, 7. Kalend. Martii 1434. incipit: *Etſi ex debito*; & habetur authenticum in Bullario Congregationis noſtræ Valliſoletanæ, *ei 6. folio 16. & ſeqq.* de quo illud tranſcribunt Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbatum, tom. 1. diſp. 26. poſt quæſt. 9. pag 434. & ſeqq.* & *tom. 4. de Iure Abbatiſſarum, deciſ. 31. pag. 47.* Lezana *tom. 3. ſuper Mare Magnum S. Auguſtini, circa §. 34. n. 108.* quod etiam ego ipſe trado, *poſt Commentaria, deciſ. 22.* quò loci, plura dixi in Additionibus, & annotationibus ad dictam deciſionem.

In dicto igitur Eugeniano privilegio, ſic *num. 11.* expreſſe habetur: *Cæterùm, de quibuſcumque poſſeſſionibus ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel perſonæ colunt, ſeu colent, aut coli facient, ſive de hortis, virgultis, piſcationibus eorundem, vel de nutrimentis animalium ipſorum, nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis, primitias, Decimas, quarteſia, aut alio quocumque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſolvere teneantur, ſeu ad id à quoquam, directè, vel indirectè compelli poſſint inviti, generalis Concilii, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Provincialibus, aut Synodalibus Conſtitutionibus, nequaquam obſtantibus. Decernentibus ex nunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, etiam interdicti, quos, vel quas contra inhibitiones noſtras hujuſmodi, per quemvis, aut quavis authoritate fieri contigerit, aut quomodolibet promulgari.*

361. Quod Eugenii privilegium, & omnia alia dictæ Congregationi S. Juſtinæ, ſeu Caſſinenſi conceſſa, noſtræ Valliſoletanæ, ſeu Hiſpanæ fuerunt communicata per Julium Papam Secundum, 18. Kalend. Julii 1505. mediante conſtit. 1. dictæ noſtræ Congregationis Bullarii, & de novo illa omnia nobis per ſequentia conceſſit verba: *Omnia, & ſingula privilegia, immunitates, indulgentiæ, prærogativæ, exemptiones, libertates, & indulta*

Congre

Congregationi Caſſinenſi conceſſa, quorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, & exprimerentur, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus, utantur, potiantur, & gaudeant, ac uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi omnia, & ſingula privilegia, immunitates, indulgentiæ, prærogativæ, gratiæ, libertates, exemptiones, & indulta hujuſmodi, de Congregatione Sancti Benedicti Valliſoleti, illiuſque Monaſteriis, Abbatibus, Prioribus, Præſidentibus, Monachis, & aliis perſonis Religioſis præfatis loquerentur, & illa eis ſpecialiter, & expreſſe per Nos data, & conceſſa fuiſſent, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium, de ſpecialis dono gratiæ concedimus, pariter & indulgemus. Hæc Julius Secundus. Leo etiam X. & Clemens VII. eadem Caſſinenſia privilegia Valliſoletanis noſtris communicarunt, de qua extenſione extat in Bullario noſtro conſtitutio 83. *fol.* 165. Et ſimiliter Clemens VIII. noſtræ Congregationi confirmavit omnia ſua privilegia, 21. Maii anni 1594. cujus privigium habetur in dicto Bullario *el* 124. in quo appoſuit Decretum irritans, & clauſulam derogantem *omnibus Conciliis Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus.* Confirmavit itaque privilegia noſtræ Congregationi *quomodolibet conceſſa, communicata, extenſa, confirmata, approbata, &c.* Et venit notanda clauſula illa Julii II. *in omnibus, & per omnia:* quæ importat vim ſpecialis ſpecificationis. Peyrinus *de privilegiis, tom.* 1. *ad Conſtit.*4. *ejuſdem Iulii, num.*4. cum Tuſcho *verbo Clauſula, concluſ.*354. *n.*1.

Similiter venit notanda illa Clauſula, *De ſpecialis dono gratiæ concedimus:* quæ idem importat ac iſta, *De novo concedimus.* De qua Petrus ab Angelis *in Speculo privilegiorum, diſputat.* 7. *ſect.*6. *num.*1. ait, quod confert de ſe jus novum, ſi opus eſt: eſt enim quaſi conditio naturalis ex parte rei conceſſæ, & tollit omnem vetuſtatem, & reſtituit deperdita majori claritate. Inſuper ampliat renovationem ad omnem modum poſſibilem, qui ſub propria ſignificatione talis verbi cadere poteſt; quia talis renovatio, cùm ſit favor Principis, & ab eo detur ex certa ſcientia, & conſequenter ex plenitudine poteſtatis; amplè interpretanda eſt, tam ex parte perſonæ, quàm ex parte modi; *ac proinde habet de ſe vim novæ conceſſionis*, quod magis indubitatum videtur per eam clauſulam, *Et de novo concedimus*; quia nulla poſſunt eſſe clariora ſigna voluntatis Pontificis; neque amplius deſiderari poteſt ad dictos effectus præſtandos. Ita Suarez *cap.*20. *num.*8. Merola *cap.*4. *n.*78. & 79. Compend. Minor. *verbo Privileg. fratrum*, §.15. ubi teſtatur Collector, hanc fuiſſe ſententiam doctiſſimorum Virorum Salmanticenſium, Rodriguez *art.*2. Portel. & alii multi, quidquid in contrarium dicant Barboſa *ubi ſuprà*, & alii Doctores relati cum eo. Hæc Petrus ab Angelis.

Pro præfata Eugeniana conceſ- 362.
ſione, ſequentia dixit S. Rota 25. Maii, 1618. *in Bononienſi exemptionis, coram Card. Veroſpio:* cujus deciſio habetur apud Tamburinum *tom.*4. *de Iure Abbatiſſar. la* 31. *fol.*47. & poſt mea Commentaria, *la* 22. Lite coram me inter nonnullos Regulares, & Regimen Bononienſe ſuper exemptionibus introducta, ad inſtantiam Canonicorum Regularium Lateranenſium, & S. Salvatoris: dubitavi, circumſcriptis pro nunc eorum laboratoribus, colonis, & emptoribus, necnon ſubſidio triennali; An ipſi ſint ab aliis datiis, gabellis, vectigalibus, & oneribus, tam realibus, quàm perſonalibus exempti? Et Rotæ viſum fuit affirmativè reſpondendum, cùm iſtis Regularibus, tam ex juris communis diſpoſitione competat hæc exemptio, *cap. Quanquam, de Cenſibus, in 6. &c.* quàm *vigore privilegii ab Eugenio IV. ſub datum Florentiæ*, 7. *Kalend. Martii*, 1434. *motu proprio conceſſi Monachis Caſſinenſibus*, & per Sixtum IV. Congregationi Lateranenſi, necnon per Julium II. Congregationi S. Salvatoris. *Quæ communicatio idem operatur, ac ſi in dictis Congregationibus fuiſſet in ſpecie talis exemptio conceſſa.* Oldradus *conſ.* 300. *verſic. præſertim in facto.* Bertrandus *conſ.*149. *Illud eſt generale, num.*2. *lib.*1. *in antiq.* Pariſius *conſ.* 22. *num.*5. *lib.* 4. Doctores communiter *in l.*1. *ff. de legatis* 1. ubi

Joannes Crot. *num.* 13. *verſic. Ultima concluſio.* Jacobus de Nigr. *num.* 5. *& 6. in fine.* Roman. *conſ.* 383. *poſt num.* 2. Natta *conſ.* 432. *num.* 9. *&* 15. *lib.* 1. Creſcent. *deciſ.* 9. *num.* 5. *verſic. Secundò quia, de privil.* Rota *deciſ.* 8. *numero* 5. *part.* 2. *diverſor.* Stantibus præſertim clauſulis ampliſſimis in eadem communicatione appoſitis. Aym. *conſ.* 194. *n.* 1. Rolandus *conſ.* 6. *n.* 2. *& ſeq.* Joan. Crot. *ubi ſuprà, num.* 13 Jacob. de Nig. *ibidem, num.* 15. Unde pluries dicta communicatio fuit in Rota canonizata, videlicet *in Burgenſi Iuriſdictionis S. Ioannis*, 20. *Decembris* 1596. *coram Orano*, & *in Burgenſi Procurationum*, 9. *Martii* 1598. *coram eodem.*

363. Nec poteſt controverti, privilegium hujuſmodi eſſe ampliſſimum, vel conceptum per verba ampliativa, & generaliſſima, nimirum ab omnibus gabellis, taleis, & datiis, collectis, impoſitionibus, & oneribus, etiam ad pontium refectionem, & viarum reparationem, aut ab alio quocumque gravamine, quovis nomine cenſeatur. Quæ verba ſunt apta pleniſſimam exemptionem quoad onerum, collectarum, & impoſitionum ſpecies importare. Joan. Andreas *in cap. Epiſcoporum, ſub num.* 7. ubi Geminianus, & Archidiaconus, *de Privilegiis, in* 6. Nec valet dicere, communicationem ſuffragari non poſſe, tanquam expreſſe non facta mentione de exemptionibus ab oneribus realibus. Nam ſatis fuit generalis mentio, cùm ſimus in materia favorabili. Pariſius *conſ.* 22. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 4. Decius *conſ.* 113. *num.* 4. *&* 5. cum aliis ſuprà allegatis. Tantò magis, quia fuerunt appoſitæ clauſulæ; *In omnibus, & per omnia, &c.* & *Abſque ulla prorſus differentia:* & Ripa *in l.* 1. *n.* 1. *de legatis* 1. & ibi Scrib. Rota *deciſ.* 8. *num.* 5. *part.* 2. *diverſorum*, Creſcent. *deciſ.* 9. *num.* 5. *de Privileg.* Hucuſque S. Rota *in d. deciſ. coram Veroſpio*, quam recenſet Lezana *loco ſuperiùs* allegato, prout ego ipſe recenſeo, addendo alias allegationes Jurium, & Doctorum, ultra *cap. Quamquam, de Cenſibus*, quas omiſi numero præcedenti, quarum loco ly *&c.* appoſui.

364. Pro eadem Eugeniana, in terminis etiam Exemptionis à ſolutione Decimarum, aliam edidit Deciſionem Rota 8. Aprilis, 1658. *coram Bevilaqua*, tenoris ſequentis, *in Ferrarienſi Decimarum.*

Eugenius IV. volens Congregationem Caſſinenſem Ordinis S. Benedicti à ſolutione Decimarum, aliorumque onerum eximere, privilegium exemptionis, quod etiam refert Ferretus *in conſ.* 124. *num.* 5. *lib.* 1. per hæc verba conceſſit: *Inſuper volumus, & decernimus, Monaſteria, Prioratus, loca manualia, grangias, poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & perſonas præfatas, ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, aut alio quocumque gravamine, quovis nomine cenſeatur, per Nos, aut ſucceſſores noſtros faciendo, ſeu imponendo, &c. necnon à charitativi, & alterius cujuſcumque ſubſidii, & impoſitionis, collectæ, vel alterius cujuſcumque exemptionis, & oneris realis, perſonalis, vel mixti ſolutione, de cætero prorſus exemptos, liberos, & immunes fore, ita ut cogi, vel inquietari minimè poſſint, &c. Cæterùm, de quibuſcumque poſſeſſionibus ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, & Monachi colunt, ſeu coli facient, &c. nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis, primitias, decimas, quarteſia, aut alio quocumque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſolvere teneantur, ſive ad id à quacumque directè, vel indirectè compelli poſſint inviti. Generalis Concilii, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Provincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus. Decernentes ex nunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, &c. Non obſtantibus in Conſtantienſi, & aliis Conciliis à felicis recordationis Innocentio IV. & Martino V. necnon aliis Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris editis Conſtitutionibus, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus habenda eſſet, &c.*

Cum autem, hoc privilegio non obſtante, Fratres de Beccariis prætenderent exigere decimas de certis bonis ſitis in Villa Scientæ, ad Monaſterium S. Benedicti Ferrariæ ſpectantibus, ac in poſſeſſione illas percipiendi exiſtere: cauſa in gradu appellationis à ſententia per Audi- 365.

torem

torem Cameræ ſuper exemptione promulgata, ad Rotam devoluta, & re ad examen deducta, *de ejuſdem Monaſterii bono jure conſtare, deciſum hodie fuit.* Cujus reſolutionis effectus eò tendit, ut indultum exemtionis ei ſuffragetur. Et meritò. *Quia ex contextu verborum apparet, Papam ampliſſimè liberaſſe Congregationem à quibuſcumque decimis prædialibus, & perſonalibus, ordinariis, & extraordinariis, pro bonis de eo tempore acquiſitis, & in futurum acquirendis, ſub quocumque nomine exigi velint*, juxta naturam dictionum, *quocumque*, & *quibuſcumque*: ſunt enim univerſales, & quodammodo effrenatæ, & nullo obice continentur, quominus omnia comprehendant, *l. Qui autem* 14. §. *finali, ff. de Conſtituta pecunia, cap. Solitæ 6. in fine, de Majorit. & obedient.* Decius *conſ.* 529. *num.* 2. *lib.* 1. Rota *deciſ.* 93. *num.* 1. *poſt primum volumen Conſiliorum* Farinacii, & *in recentiorum deciſ.* 36. *num.* 4. & 5. *part.* 5. *& in terminis indulti*, cum dictione, *quibuſvis*, concepti, Rota *deciſ.* 193. *n.* 2. *part.* 7. & *deciſ.* 30. *num.* 4. & 5. *part.* 8. Præſertim, quia eſt munitum *clauſula decreti irritantis*, quæ adimit partibus *facultatem illud impugnandi, & judicibus manus ligat, & os claudit, ne aliter*, quàm *iſto favorabili modo* interpretetur, *cap. Si eo tempore* 45. *de Electione, in* 6. Bartolus *in l. finali, C. de Canone frumentario Urbis Romæ, lib.* 11. Rota coram Cardinali Cavalerio *deciſ.* 430. *num.* 3. apud Poſthium *de Manutentione, deciſ.* 217. *num.* 57. & *in recentiorum deciſ.* 173. *num.* 21. *part.* 4.

366. Nec videtur ambigendum, quin dictum privilegium contineat derogationem diſpoſitionis Conciliaris, *cap. Nuper* 34. *de Decimis*, quamvis explicitè ibi non legatur. Quia cum in illius diſpoſitiva ſit facta expreſſa mentio Generalis Concilii, addita clauſula, *quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Provincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus*; & *in fine*, ubi de generali derogatione loquitur, adjecta ſunt verba: *Non obſtantibus in Conſtantienſi, aliiſque Conciliis conſtitutionibus, & ordinationibus per Pontifices prædeceſſores editis*; utique ſub tali forma cenſetur ſufficienter derogatum dicto capiti *Nuper*, continenti conſtitutionem Concilii Lateranenſis. Decius *conſ.* 341. *num.* 10. *in princ.* Probus *ad Monachum, in cap. Cum in tua* 4. *num.* 23. *verſic. Et quod neceſſaria ſit, de Conſuetudine in* 6. Garcia *de Beneficiis, part.* 4. *cap.* 5. *num.* 37. *& ſeq.* Et in individuo tenuit Antonell. *de Regimine Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. §. 3. *num.* 16. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. Rota *in Conchenſi Exemptionis Decimarum*, 17. *Maii* 1589. *coram Orano*, relata per eundem Garciam *ubi ſuprà, num.* 39. comprobata *in recentiorum deciſ.* 318. *num.* 11. *part.* 5. Burattus *deciſ.* 704. *num.* 2. & *ibi Addent. num.* 14.

Non obſtat reſponſio, quod non 367.
ſuffragetur generica derogatio Concilii Generalis, vel omnium Conciliorum Generalium; ſed ſpecificè, & nominatim debet derogari Concilio, de quo *in dicto c. Nuper, de Decimis*, ut diſtinguit Archidiaconus *in Rubrica de Reſcriptis, verſic. Unde ſcias*, & *in c.* 1. *n.* 2. *verſ. Vel dic planiùs, de Conſtitut. in* 6. Mohedanus *deciſ.* 7. *num.* 2. *de locato.* Rota apud bonæ memoriæ Coccinum *deciſ.* 279. *num.* 6. & *in Toletana Decimarum, coram Reverendiſſimo D. Cardinali Otthobono*, inter ejus impreſſas *deciſ.* 185. *num.* 14. cum pluribus ibi allegatis. Quoniam iſti, & alii adducti, loquuntur de privilegiis, & caſibus, in quibus fuit facta ſola expreſſio Conciliorum Synodalium, Provincialium, & Conſtitutionum in eis editarum, ſub qua non includitur Concilium Lateranenſe; ſecus quando, ut hîc, ultra prædictorum expreſſionem, in clauſulis derogatoriis adeſt in privilegio etiam mentio Concilii Generalis: in hoc enim caſu cenſetur ſpecificè, & individualiter derogatum, non verò in genere, ut benè colligitur ex deductis *in dicta Conchenſi exemptionis Decimarum, coram Orano*, & in Annotationibus ad Burattum, *in dicta deciſ.* 704. *num.* 14.

Neque ferendus eſt intellectus in- 368.
dulto datus, quod Papa ibi intellexerit concedere exemptionem de Decimis extraordinariis, Jure Divino debitis; cum privilegium eximens à ſolutione Decimarum, intelligatur de illis, non de iſtis, per dictum Baldi *in l. Fiſtulas* 78. §. *Frumenta, in fine*

ſine additionis, *ff. de Contrahenda emptione*. Puteus *deciſ.* 65. *lib.* 3. Cavalerius *deciſ.* 247. *num.* 11. bonæ memoriæ Coccinus *in citata deciſ.* 279. *num.* 4. Nam ubi tenor privilegii aliter ſuadet, & ex illo colligitur, de intentione concedentis fuiſſe eximere ab omnibus, tunc trahitur, & comprehendit etiam extraordinarias: & in hoc caſu nos verſari, patet ex eo, quod *in* §. *Inſuper*, ſpecificantur Decimæ, & collectæ, cujuſvis naturæ ſint, ac quocumque nomine nuncupentur, in illis verbis: *Ab omni exactione, collectione, Decima, ſubſidio, aut alio quocumque gravamine, quovis nomine, &c.*

369. In §. verò, *Cæterùm*, exprimuntur *primitiæ, decimæ, & quarteſia*, quæ Juris Divini ſunt, & à Deo inſtitutæ pro Sacerdotibus, & miniſtrantibus in Eccleſia; & ſic dicuntur Decimæ ſpirituales, *cap. Decimas*, 16. *quæſt.* 7. *cap. Non eſt*, 21. *& cap. Tua nobis*, 26. *de Decimis*. Rota coram bonæ memoriæ Merlino *deciſ.* 694. *n.* 15. quæ pari paſſu procedunt cum primitiis, hæque, ut illæ, ſunt de præcepto, ut habetur *in cap.* 22. *Exodi*, & eſt textus *in cap. Revertimini* 65. *cauſa* 16. *quæſt.* 1. Sotus *de Iuſt. & jure*, *lib.* 9. *quæſt.* 3. *art.* 44. *verſic. In contrarium*. Barboſa *de Offic. Parochi*, *cap.* 27. *num.* 5. *&* 6. Peregrinus *deciſ. Patavin.* 143. *num.* 3. *&* 4. Rota *coram Puteo*, *deciſ.* 169. *per totam*, *lib.* 3.

370. Non ſubſiſtit quod etiam opponitur, hujuſmodi exemptivum Indultum eſſe perſonale, & reſtrictum ad ſolos Monachos, & bona per eoſdem colenda, ad textum *in cap. Per exemptionem* 9. *de Privilegiis*, *in* 6. Quia huic interpretationi omninò repugnant verba illius, quæ expreſſe referuntur, & complectuntur nedum bona, quæ propriis manibus, & ſumptibus iidem Monachi colunt; ſed & cætera, quæ aliis colenda tradunt, ibi: *Quæ prafati Prælati & Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c.* Ne igitur inane ſit privilegium, & ut prædicta verba aliquid operentur, *dicendum eſt, illud eſſe reale, & prodeſſe omnibus colentibus bona ad Religionem pertinentia*. Gloſſa *in Clement.* 1. *verbo Excolendas*, *de Decimis*, ubi etiam Cardinalis, *quæſt.* 11. *&* 23. Socinus *conſ.* 260. *col.* 1. *lib.* 2. Menochius *conſ.* 276. *ſub num.* 21. Abbas *conſ.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. Caſtro Palaus *de Decimis*, Suarez *de Religione*, *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. Fontanella *deciſ.* 307. *num.* 37. Rota *deciſ.* 4. *de Privilegiis*, *in antiquis*, *& deciſ.* 23. *num.* 6. *part.* 2. *diverſorum*, *& in Carthaginenſi Decimarum*, 10. *Decembris* 1578. *coram Bubalo*.

Hinc clarè dignoſcitur, nullo pacto adverſari Deciſiones *in Pampilonenſi decimarum*, 26. *Aprilis* 1652. *coram Bichio*, §. *Neque Ioanni*, & *in Calagurritana Decimarum de Ocon*, 1. *Julii* 1654. *coram Reverendiſſimo D. meo Cerro*, *Decano*, §. *Ultimò*: quia locum ſibi vindicant in caſibus privilegiorum merè perſonalium, & ex quibus deſumitur enixa voluntas Pontificis intendentis reſtringere exemptionem ad bona, quæ propriis ſumptibus, & laboribus excoluntur ab illis, ad quorum favorem fuerunt conceſſa dicta privilegia, ut non obſcurè colligitur *ex dicta Pampilonenſi Decimarum coram Bichio*, & priùs *in Leodienſi Decimarum*, *coram Reverendiſſimo Urgellenſi*, *deciſ.* 215. *num.* 5. *cum ſequent.* 371.

Et ita utraque, &c.

Hucuſque adamuſſim Deciſio R. P. D. Bevilaquæ, quæ ſola, juncto privilegio Eugenii IV. ſufficeret ad reſolvendam difficultatem à nobis propoſitam, & concludenter quidem, ad favorem Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum Congregationis Caſſinenſis, Prælatorum, Monachorum, ac bonorum eorum, ac ſimul aliorum ea quoquo modo de illorum facultate excolentium, nedum Religioſorum expenſis, & ſumptibus, ſed ipſorum propriis: & etiam ad favorem Monaſteriorum, Prioratum, & aliorum locorum Congregationis noſtræ Hiſpanæ, ſeu Valliſoletanæ, ac bonorum eorumdem, & quoquo modo illa excolentium, propriis, aut dominorum illorum ſumptibus, & expenſis, junctis privilegiis Julii Papæ II. & Clementis Octavi, de quibus ſuperiùs, *num.* 361. Communicatio enim per illa facta noſtræ Congregationi, privilegii exemptionis à ſolutione decimarum, primitiarum, &c. per Eugenium Caſſinenſibus conceſſi, idem pro nobis operatur, ac ſi noſtræ Congregationi 372.

ſpecificè,

ſpecificè, & numericè dicta exemptio fuiſſet conceſſa, ut in propriis terminis dixit ex pluribus aliis Sacra Rota *in Bononienſi, ſuprà ſub n.362. in medio*, ibi: *Quam vigore, &c.* Pro quo etiam notoriè faciunt clauſulæ illæ Juliani Privilegii: *Quorum tenores, &c. Ac uti, potiri liberè, & licitè poſſint & valeant in omnibus, & per omnia, perinde, &c. De ſpecialis dono gratiæ concedimus*, quæ omnes prægnantiſſimæ ſunt. Nihilominus pro majori dilucidatione; & reſolutionis meæ claritate, alia præmittere libet.

373. Et primò, quod eſto exemptio à ſolutione decimarum, non concedatur, niſi cum magna difficultate, & cauſæ cognitione, regulariter loquendo, ut dixit Rota 25. Junii 1618. *in Urbinatenſi Decimarum, coram Card. Pamphilio juniore, la 95. apud Tamburinum, tom.3. num.3.* nec hujuſmodi exemptio veniat in generali communicatione privilegiorum, ſed requiratur ſpecialis derogatio *cap. Nuper, de Decimis* (tanquam continentis diſpoſitionem Concilii generalis Lateranenſis) tam in privilegio exemptionem concedente, quàm in privilegio communicationis, ut ex S. Congregatione Concilii Tridentini Interpretum, & ex deciſione Cardinalis Lancelloti *in Valentina decimarum*, 14. *Maii* 1604. (dicit Pamphilius *num.4.*) per textum *in cap. Ex parte, de Capellis Monachorum*: conceſſio tamen, & communicatio conceptæ per verba ita ampliativa, & generaliſſima, qualia continentur tam in Eugeniana, quàm in Juliana, cenſetur expreſſa, ſpecialis, & numerica derogatio *capitis Nuper*. In Eugeniana quidem, ibi: *Generalis Concilii, &c.* Tum quia in Lateranenſi ſolùm, *in d. capite Nuper*, hujuſmodi invenitur diſpoſitio: tum, quia ad illius derogationem ſufficit, ſi in derogatione fiat mentio Conciliorum generalium. Tamburin. *tom.1. diſp.15. q.18. num.40.* abſque eo (inquit) quod requiratur expreſſa, & individua mentio *d. cap. Nuper*. Lezana *tom.3. in Mari magno Prædicatorum*, §.26. *num.78. in fine*, quò loci addit: Quod etiam video deciſum *in Toletana Decimarum, coram Iuſto, anno* 1605. quam invenies apud Tamburinum *tom. 3. la 90. pag.401.* ubi *num.2.* refert Oranum *in Conchenſi Decimarum*, 6. Junii 1587. Decidit etiam *coram Buratto*, 12. Maii 1623. *deciſ.96. num.2.* apud dictum Tamburin. ibi. Ad primum, quod careat derogatione diſpoſitionis Conciliaris, *cap. Nuper, de Decimis*, quæ debeat eſſe individua; ut fuit dictum *in Valentina decimarum*, 28. *Novembris* 1603. *coram Card. Lancelloto*. Reſponſum fuit, imò fuiſſe illi ſufficienter derogatum, ut in puncto fuit reſolutum *in dicta Conchenſi Decimarum*, 17. *Martii* 1589. *coram bon. memor. Orano*; confirmata dicta die 10. Maii ejuſdem anni: de qua derogatione fuerat ordinatum, ut particulariter videretur *in dicta* 1. *Deciſione*, facta 30. Januarii præcedentis, ut *in dicta deciſ.240. part.4. diverſor. in fine*, cum quibus, & earum rationibus Domini tranſierunt. Hactenus coram Buratto. Addo ego, *in Ferrarienſi Decimarum, coram Bevilaqua ſuprà, n.366.* & in præcedenti *coram Veroſpio*, tam *verſic. Nec poteſt controverti, n.363.* relato, quàm *num.8.* ubi dicitur: Non obſtat deciſio allegata *in Valentina decimarum, 28. Novembris* 1603. *coram Illuſtriſſimo Lancelloto*; ibi enim de exemptione tractabatur à ſolutione decimarum; quæ tanquam exorbitans à jure communi, *ſub generalitate verborum* comprehendi non valebat; *quod ſecus accidit in caſu noſtro, ex allegatis.* Tum tandem, quia quod per æquipollens diſponitur, aut fit, idem operatur, ac ſi fieret, aut diſponeretur expreſsè, & formaliter, ut dixi *in tract. de Appellat. part.1. num.22. & part.2. num.141.* ex *cap. Licèt ex quadam, de Teſtibus*, & *l. Fideicommiſſa, §. Si cui, ff. de legatis 3.* quia verba debent inſervire intentioni, non intentio verbis. Barboſa *axiom. 222.* In Juliana verò: tum, quia ſi in illa ad verbum eſſet Eugeniana inſerta, nulli dubitationi locus remaneret ſuper hoc, quod in illa communicatione ſufficienter communicaretur, ſatiſque expreſsè (dictis ſuppoſitis) derogatio *capitis Nuper*. Tum, quia clauſula illa, *Quorum tenores, &c.* habet tantam vim, ac ſi tenor Eugenianæ eſſet inſertus. Barboſa *clauſ. 127. num. 5.* Tum etiam, quia de novo conceſſit Julius omnia, & ſingula ab Eugenio conceſſa, me-

diante clauſula, *De ſpeciali dono gratiæ concedimus, numero* 372. *in fine*, reddita.

374. Secundò præmitto, Eugenium Quartum in dicto ſuo motu proprio appoſuiſſe clauſulam Decreti irritantis, ſicut illam Clemens Octavus in ſua inſeruit Conſtitutione, ut vidimus *num.* 361. Et quidem Eugenius non ſemel illam poſuit. Primò enim illam in puncto exemptioptionis à quibuſcumque Judicibus, lego *ſub num.* 2. ibi: *Aut alias quaſvis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ, ac de indulto hujuſmodi, ac Congregatione præfata mentionem expreſſam faciente, quomodolibet directè, vel indirectè ferre, ſeu promulgare non poſſint. Decernentes ex nunc quidquid in contrarium factum fuerit, irritum, & inane, nulliuſque fore roboris, vel momenti.* Et paulò inferiùs, in eodemmet puncto: *Et nihilominus, quod aliter actum eo ipſo ſit irritum, & inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momenti.* Et in puncto exemptionis à Decimarum, primitiarum, quarteſiarum ſolutione, aut aliorum, quocumque nomine cenſeantur, ſic *num.* 11. uti ſequitur ait: *Decernentibus ex nunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, etiam Interdicti, quos, vel quas contra inhibitiones noſtras hujuſmodi, per quemvis, aut quavis authoritate fieri contigerit, aut quomodolibet promulgari.*

175. Decretum autem irritans, inter alios effectus, quos cauſat, de quibus ego ipſe, in variis Lucubrationibus, ſequentes menti tenendos, pro præſenti argumento, producit. *Primum*, quod ignorantes liget. Barboſa *clauſula* 40. *num.* 7. ubi ampliat, quamvis non addatur, *vel ignoranter contigerit attentari*, ex *cap. Si poſtquam*, & *cap. Dudum*, & *cap. Si beneficia, de Prabendis in* 6. Felino *in cap. Cæterùm, num.* 37. *de Reſcriptis*, Caſſadoro *deciſ.* 12. *num.* 5. *ſuper reg.* & ex aliis pluribus recenſitis ab eo: qui *num.* 10. ampliat etiam quoad Papam, niſi faciat contra Decretum Motu proprio, vel ad inſtantiam partis, ex certa ſcientia, cum clauſula derogatoria ipſius Decreti. Allegat Gabrielem *Communium lib.* 6. *tit. de Clauſulis, concluſ.* 3. *num.* 4. & 5. Monetam *de Commutat. ultimar. volunt. cap.* 7. *num.* 232. Puteum *deciſ.* 138. *lib.* 2. *in correctis*, & plures alios. Addo Abb. *in cap. Dilecto, de Præb.*

Secundum, quod ipſo jure irritet 376. quidquid in contrarium fit, etiam parte non opponente. Barboſa *ubi proximè, num.* 3. cum Gabriele *concluſ.* 3. *citata, num.* 67. Marta *clauſ.* 191. *num.* 6. *aliàs in ult. impreſſione clauſ.* 255. Moneta *num.* 230. Rota in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, *coram Cerro, anno* 1642. & 1643. *la* 17. & 18. *poſt meas QQ. Paſtorales.* Et operatur nullitatem actus à principio illius, cùm dicatur habere oculos ante, & retro: & retro geſta inficit, quandocumque de eo opponatur, etiamſi partes millies conſentiant. Omnia hæc Barboſa *num.* 4. & 5. ex Rota, & aliis Doctoribus, quem fui ſequutus *in Commentariis ad Conſtitut.* 16. *num.* 127. & *poſt Comment. ad deciſ.* 22. *num.* 19. & *ſeq.* & alibi.

Tertium eſt, poſſeſſionem contra 377. habentem pro ſe privilegium Apoſtolicum, clauſulâ decreti irritantis munitum, non eſſe manutenibilem, nec poſſeſſorem poſſe ullo remedio poſſeſſorio, nec ſummariiſſimo manutentionis uti. Ita Poſtius *de Manutentione, obſervat.* 46. ubi quamplures allegat Rotæ deciſiones, quas ipſe affert poſt dictum tractatum, videlicet, *in Ianuenſi Parochialis, coram Durano, la* 217. *num.* 57. *In Anagnina Beneficii, coram Ubaldo, la* 286. *num.* 3. & *in* 3. *p. recentiorum, deciſ.* 341. *num.* 5. *deciſ.* 476. *num.* 4. *deciſ.* 508. *num.* 2. *deciſ.* 523. *num.* 3. *deciſ.* 554. *num.* 1. & *in* 4. *p. Mart. Andr. deciſ.* 1. *num.* 10. *in Ulyſbonenſi Declarationis Concordiæ, coram Iuſto, la* 393. *poſt d. tractatum, n.* 5. *in Leodienſi Perſonatus, coram eodem, la* 405. *num.* 1. *in Abulenſi Beneficii del Varco, coram Iuſto, la* 408. *num.* 4. *in Elnenſi Canonicatus, coram Ubaldo, la* 517. *num.* 5. *in Baionenſi Beneficii, coram Coccino, la* 480. *num.* 8. & *deciſ.* 482. *num.* 1. *in Leodienſi Canonicatus, coram Pirovano, la* 578. *num.* 9. *in Peruſina Exemptionis, coram eodem, la* 641. *num.* 1. *in Bononienſi Exemptionis, la* 646. *num.* 5. *Duran. deciſ.* 126. *num.* 5. & *in Virdunenſi Monaſterii, coram Coccino, la* 670. *num.* 22. & *Burat. deciſ.* 527. *num.* 3. Conſonat Gonzalez *ſuper Regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 31. *num.* 7. & *gloſſa* 67. *num.* 29. dicens, quod ubi habetur Decretum irritans, manuten-

tio

tio dari nequeat contra dictum Decretum. Quocirca Barboſa *dicta clauſula* 40. *num.* 18. ait ex Theodoſio de Rubeis *clauſula* 258. *num.*7. & ex Rota, apud Paul. de Rubeis *deciſ* 105. *à n.*22. *tom.* 3. *diverſorum*, aliàs *part.*7. *recentiorum*, talem poſſeſſorem dici non habere poſſeſſionem, nec civilem, nec naturalem, ita ut titulus remaneat ſine aliquo colore. Et licèt donec dubium eſt, an intret, necne decretum irritans, interim poſſeſſor ſit manutenendus, ſaltem ratione ſuæ detentationis, Lancellotus *de Attentatis*, *part.*3. *cap.*24. *quæſt.*1. *num.* 80. Seraphinus *deciſ.* 1471. *n.*5. & 7. Rota *in Salernitana Præbend.*10. *Novembris* 1617. *coram Ubaldo Seniori*, & *in Anagnina Beneficii*, 15. *Martii* 1627. *coram Ubaldo juniori*; minimè tamen quando certum eſt intrare, uti Barboſa *num.*21. Rota coram Coccino *in Melitenſi Parochialis*, *la* 124. *inter ejus impreſſas*, *num.* 4. ibi: Hæc concluſio procedit, quando Decretum eſt juſtificatum, & ante juſtificationem non tollit detentationem, ſeu inſiſtentiam facti, ut fuit reſolutum *in Parmenſi*, 16. *Ianuarii*, & 16. *Februarii* 1598. *coram Orano*, & *in Cuſentina*, 1600.

378. *Quartum* eſt, dictum Decretum tollere vires ſententiæ, ejuſque executionem impedire. Barboſa *clauſ.*40. *num.* 36. poſt Caſſador. *deciſ.*12. *n.*5.6. & 7. *de Regul. Cancell.* & Sarnenſ. *in regul. de Annali*, *quæſt.*5. Antonium Gabrielem *Communium lib.* 6. *tit. de clauſulis*, *concluſ.*3. *num.*51. Gonzalez *ad Regul.*8. *Cancell. gloſſa* 67. *num.*50. Rotam *deciſ.* 24. *num.*5. & *deciſ.* 149. *n.*2. *part.*2. *diverſor.* & Monetam *de commutat. ultimar. voluntat. cap.* 7. *num.*248. Laurentius de Peyrinis *de Privilegiis*, *tom.*1. *ad conſtitut.*23. *Leonis X. num.* 5. quos fui ſequutus *in Commentariis ad conſtitut.* 16. *n.*132. Huc ſpectat dictum Rotæ *in Licienſi Quartæ*, 27. *Iunii* 1642. *coram Rojas*, *la* 5. *poſt tom.*1. *Diſquiſit. mearum*, *n.*1. ibi: Dicta privilegia ſunt munita clauſulâ *Sublata*, & Decreto irritanti, quæ claudunt os parti, & *ligant manus Judicis aliter judicandi.* Bartol. *in l. fin. num.* 1. *C. de Canone frumentario Urbis Romæ*, *lib.*11. Gonzal. *ſuper Regul.* 8. *gloſſa* 66. *num.*3. *cum ſeqq.* Puteus *deciſ.* 48. *num.*6. *part.*1. Caputaq. *deciſ.* 134. *num.* 4. *part.* 3. Rota *in recentiorib. deciſ.* 79. *num.* 9. *part.*5. Cavaler. *deciſ.*430. *num.*3. Hæc Rota, coram Rojas. Et hunc quidem quartum decreti irritantis effectum, in ſpecie, ſeu in individuo Eugenius in Conſtitutione ſua expreſſit ſuperiùs *num.*360. *in fine*; ibi: *Decernentibus ex nunc irritos*, & *inanes quoſcumque proceſſus*, & *ſententias*, &c.

Quintum effectum producit iſtum, 379.
præfatum Decretum, quod litteræ illud habentes, declarari, aut interpretari à nemine poſſint, præterquam ab illarum conditore. Ita Peyrinus *dicto num.*5. cum Anton. Gabriele *ubi proximè*, *num.*58. & 59.

Sextus effectus eſt, ut diſpoſitioni, 380.
cui adjectum eſt Decretum irritans, licèt ad partis commodum facta ſit, non poſſit ipſa renunciare, nec expreſsè, ut voluerunt Gloſſa *verbo Proceſſus*, *in cap. Diſpendia*, *de Reſcriptis*, *in* 6. & ibi Archidiaconus, Joannes Andreas, & Geminianus, Jaſon *in l. Non dubium*, *C. de legibus*, Alderan. Maſcard. *concluſ.* 9. *num.* 13. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 29. Virgil. Boccac. *in Conſtit. gloſſa* 6. *num.*139. *cum ſequentibus*, & plerique, quos refert Anton. Gabriel *loco citato*, *num.* 18. 19. & 21. apud Barboſam *clauſ.* 40. *num.* 33. Joannes Azorius *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 26. *quæſt.* 15. D. Barboſa *in cap. Cùm acceſſiſſent*, *n.*4. *el* 8. *de Conſtitutionibus*, ex Covarruvia *in cap. Quamvis pactum*, *part.*2. §.2. *ante num.* 6. *de Pactis*, *in* 6. ego ipſe *in Commentariis ad Conſt.* 16. *num.* 130. nec tacitè quidem, non utendo, ut alii voluerunt, quos recenſet dictus Anton. Gabriel *num.*20. & 22. Utriſque conſonat Barboſa *d. num.* 33. in caſu, quo quis incœpit diſpoſitione uti; ſed diſſonat in caſu quo diſpoſitione uti non incœperit. Et ſic conciliat prædictorum opinionem, cum opinione Anton. Gabrielis *num.*15. & *ſeqq.* Marthæ *de Iuriſdictione*, *part.*4. *centur.*1. *caſu* 49. *n.*5. Gonzalez *ad Reg.*8. *Cancell. gloſſ.* 67. *num.*52. Cald. Pereyræ *qq. Forenſium lib.*1. *quæſt.*6. *num.* 32. & Rotæ apud Cenſium *de Cenſibus*, *deciſ.* 59. *n.*15. & *deciſ.* 321. *num.* 8. *part.*5. *recentiorum*, ſententium abſolutè apud Barboſam, poſſe partem renunciare diſpoſitioni habenti Decretum irritans

in partium favorem. Hæc tamen doctrina cum grano ſalis condiri debet, ut ſana illa ſit, & diſtinguere oportet, an intelligenda veniat de privilegio favorabili, particularibus conceſſo, an etiam de indulto alicui communitati.

381. Privilegio enim in favorem alicujus communitatis, v. gr. totius Religionis, ſeu Congregationis alicujus, Conventus, Collegii, Eccleſiæ, Univerſitatis, aut Civitatis, nullus particularis renunciare poteſt, nec ejus valet facta renunciatio, etiamſi juramento firmetur. Ex quo provenit, quod Clericus, aut Religioſus ullus, renunciare non valeat licitè, aut validè privilegio fori, juxta *cap. Si diligenti, de foro competenti*; nec privilegio *Canonis, Si quis ſuadente Diabolo.* Sunt enim conceſſa in gratiam, & favorem totius Eccleſiaſtici ſtatus, nec Religioſus renunciare poteſt privilegio ſuæ Religioni, aut Conventui facto. Immò nullus renuntiare valet juri alicujus tertii, ut vaſſallus juri Domini ſui; filius, juri patris: quia ad hujuſmodi renunciationes nullus poteſtatem habet. Ita Petrus ab Angelis *in Speculo privilegiorum, diſp. 3. ſect. 1. num. 1.* poſt Bonacinam *de legib. tom. 2. diſp. 1. quæſt. 3. punct. 8. §. 6. n. 7.* Pellizzarium *tom. 2. tract. 8. cap. 1. ſect. 5. quæſt. 7.* Bordonum *reſol. 52. num. 108.* Chaſſaing. Donatum, & omnes alios. Et extendit ille doctrinam ad omnes particulares diviſim renunciationem juris ſuæ communitatis, verbi gratiâ Religionis, Congregationis, Conventus, Eccleſiæ, aut Civitatis facientes, dummodò collectivè in Capitulo poteſtatem habente id non efficiant. Et ratio eſt, quia aliud eſt communitas, vel collegium, & aliud ſinguli de communitate. Communitas enim facere non dicitur, niſi id, quod legitimè congregata faciat, non verò quod ſinguli ſeparatim fecerunt. Ita ille cum Bartolo *in l. Omnes populi 3. quæſito 2. quæſtionis principalis, ff. de Iuſt. & jure:* quia ad plures pertinentes, ut plures (inquit) requiritur ſimultaneus conſenſus, nec ſatis eſt, quod ſeparatim adhibeatur, *cap. In genere, de Electione.* Quocirca ego ipſe, in Commentariis *ad Conſtitut. 6. num. 680.* dixi, de ſubſtantia electionis eſſe, quod fiat communiter, ſeu in communi congregatione, *cap. In Geneſi, de electione.* Tunc dicitur fieri communiter, quando in uno loco conveniunt vocales, & congregantur ad ſuffragia ferenda. Et ratio eſt (dixi) quia ea, quæ fiunt ab aliqua univerſitate nomine univerſitatis, debent fieri per congregatos in unum. Ad hoc enim ut actus dicatur geſtus ab univerſitate, oportet quod more ſolito congregetur collegium, & ibi fiat concluſio de actus explicatione. Panormitan. *in cap. Cùm omnes, num. 7. circa fin. de Conſtitutionib.* ex Gloſſa notabili *in l. Sicut, ff. Quod cujuſque univerſitatis.* Idem Panormit. cum Innocentio, & Butrio *in d. cap. In Geneſi*, Bartolo *loco citato, colum. 7. verſic. Tertiò quæritur, ff. de Iuſt. & jure.* Gloſſa *in cap. 1. 63. diſtinct.* & *in cap. Nominationes, 2. quæſt. 6.* Barboſa *in cap. Quia propter, num. 9. el 42. de Electione.* Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. quæſt. 6. num. 4. & 5.* Duval *in expoſit. Regulæ S. Auguſt. part. 2. quæſt. 20. num. 29.* Peyrin. *tom. 1. de Subdito, quæſt. 1. cap. 31. verſic. Noto Secundò.* Marcus Vidal *tit. de Electione, num. 11.* cum Suarez *tom. 4. de Religione, lib. 2. cap. 5. à num. 2. ad 8.* Samuellius *tract. de Electione, diſp. 2. controverſ. 6. poſt plures concluſiones*, ubi allegat Gloſſam *in cap. 1. de Rebus Eccleſiæ non alienand.* Abbatem *in d. cap. Quia propter, de Elect.* Mirandam *tom. 2. quæſt. 23. n. 29.* Paſqualigum *deciſ. 260.* & communem Doctorum. Et addidi, quod factum à majori parte, in rebus Collegii, Univerſitatis, aut communitatis, dicitur factum à toto Collegio, Univerſitate, communitate, vel Capitulo, & ita dixerat Barboſa *in Votis Deciſivis, tom. 2. lib. 2. voto 47. n. 18.*

Et Petrus ab Angelis *loco citato,* 382.
num. 2. addit, quod quando res pertinet ad omnes, & ſingulos, dummodò talis ſit, in qua major pars poſſit præjudicare minori, idem dici debet, ac dixerat de re ad communitatem pertinente, ex *l. Iuris gentium, §. fin. ff. Quod cujuſque univerſitatis nomine*, Abbate *in cap. Cùm omnes, num. 7. de Conſtitutionibus*, Villagutierrez *tract. de Rebus Eccleſiæ malè alienatis, lib. 1. part. 1. cap. 123. n. 4.* Tamburinus *d. tom. 1. diſp. 16. quæſt. 15.* & aliis penes ipſos.

Et non ſolum perſona particularis, 383.
ſeu

ſeu privata renunciare non poteſt licitè, aut validè privilegio Religioni, Congregationi, Conventui, Collegio, vel Univerſitati conceſſo, ſed nec illius Superior immediatus, mediatus, aut ſupremus, cujuſmodi ſunt Prælatus localis, Abbas ſcilicet, Prior, Guardianus, &c. Provincialis, & Generalis, ex defectu poteſtatis, quam quilibet illorum habent. Immò nec poteſt illi renunciare ipſa communitas, ſeu Capitulum, nedum Monaſterii, ſed nec Provinciale, quando jus communitati jam eſt adquiſitum (& ſi de facto renunciatio fiat, quilibet particularis ſe opponere poteſt renunciationi.) Lezana *tom.2. part.4. verbo Privilegia Regularium, num.14. poſt medium*, ubi faſſus eſt: Privilegia namque commutati Religioſorum conceſſa renuntiari non poſſunt à particularibus Religioſis, quia renunciatio eſt abdicatio illius, quod cuique proprium eſt: at privilegium totius Ordinis, non eſt proprium unius Monachi, neque unius Provinciæ, & proinde illi renunciare non poſſunt. Portellus *ſuprà (in Dubiis Regularium) verbo Privilegiorum ceſſatio, num.* 52. ex Rodriquez. Joannes de Cruce *in Epitome de Statu Religion. lib.2. cap.* 3. *dub.* 2. *concl.* 3. ex Sylveſtro, & Armilla. Petrus ab Angelis *dicta diſp.*3. *ſect.*1. *num.*3.

384. An autem Capitulum Generale renunciare valeat privilegiis ſuæ Religioni conceſſis, dubitari poteſt? Portel. *ubi proximè*, ait quod poſſit, ut jam fecit Capitulum Generale Minorum (addit) Rodriquez *tom.*1. *q.*8. *art.*2. cui favet *cap. Si de terra, el* 6. *de Privilegiis*, ibi: *Cùm liberum ſit unicuique ſuo juri renunciare.* Ubi Barboſa *n.*9. conſonare ait *l.Si Iudex* 42. *ff.de Minoribus, l.ult. §.penult. ff.ad Vellejanum, l. Si quis in conſcribendo, C. de Epiſcopis, & Clericis, l.penult. C.de Pactis,& cap.Tuis, verſic. Niſi,de Teſtibus.* At ex oppoſito probabiliſſimum eſt, Capitulum Generale renunciare non poſſe dictis privilegiis ſuæ Religioni conceſſis, niſi ipſi Religioni minùs utilia ſint, aut ſint indifferentia, juxta *cap. Cum acceſſiſſent, de Conſtitutionibus*, & *ibi* Abb. & docent Suarez *tom.*1. *de Religione, tract.*2. *lib.*1. *cap.*1. *num.*3. Paulus Laymán *lib.*1. *de Legibus, tract.*4. *cap.*23. *quæſt. de Privilegiis, num.*10. §.3. Bonacina *eod. tract. tom.*2. *diſp.*1. *quæſt.*3. *punct.*8. §.6. *verſic. Si quæras*, & alii, quos ſequitur Petrus ab Angelis *loco cit. num.*3. Lezana *tom.*2. *part.*4. *verbo Privilegia Regularium, num.* 14. Rota *in Licienſi*, 27. *Iunii* 1642. *coram Rojas, la* 5. *poſt tom.*1. *Diſquiſitionum mearum, num.*4. dicens: In omnem caſum Fratres, non potuerunt... renunciare privilegiis toti Ordini conceſſis, *cap. Cùm acceſſiſſent*, ubi Decius, *col. penult. verſic. Secunda prædicta concluſio, & num.*18. *de Conſtit.* Balanez *conſil.* 43. *n.*4. *cum ſeqq. lib.*1. Rota *in Hiſpalenſi Quartæ Funeralis*, 4. *Iulii* 1590. *coram bon. memor. Cardin. Pamphilio, & in Treverenſi Bonorum*, 15. *Martii* 1621. *coram bon. memoriæ Dunozeto.* Et *in dicta Hiſpalenſi, la* 6. *poſt d.tom.*1. ſic *num.* 2. dixit Pamphil. *Ultra quod iſtæ aſſertæ ſolutiones, cum ſint factæ vel ab executoribus ultimarum voluntatum, vel à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare privilegio toti Ordini conceſſo, non præjudicant Monaſterio, ad notata in cap. Cùm acceſſiſſent*, Decius *colum. penult. verſic.*2. *Prædicta concluſio, & colum. finali, num.*18. *verſic.*6. *& ultima concluſio, &c. de Conſtitutionibus.* Et ratio eſt, quia Privilegia, bona ſunt Religionis, & jus per illa acquiſitum renunciare, eſt propriè alienationis ſpecies, quæ Regularibus prohibita eſt ſub cenſuris, & pœnis gravibus, maximè *in Extravaganti Ambitioſæ, de Rebus Eccleſiæ non alienandis, & in Decreto Congregationis Concilii Tridentini Interpretum*, authoritate Urbani Octavi edito die 7. Septembris, 1624. de quibus egi *in Diſquiſit. tom.*1. *tract.*3. *diſq.*3. *num.*5. *& tom.*2. *diſq.*1. *dub.*13. *num.* 33. *&* 34. *pag.*92. Unde ſi ſpecialem licentiam ad id à Papa non habeant, renunciare non poterunt privilegio toti Ordini conceſſo.

Et nota cum Petro ab Angelis *n.*6. 385.
quod licèt renunciatio privilegii ab habente ad id poteſtatem fiat, nunquam tamen illa erit firma, & valida, niſi à Superiore, qui illud conceſſit, acceptetur. Res enim per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, *cap. Omnis res, el* 1. *de Regulis Iuris*, & ibi Gloſſa, & Doctores omnes. At privi-

legium originem habet à Principe illud concedente voluntariè. Ergo per ejus voluntatem diſſolvi illud debet, prævia renunciatione privilegiati. Ita ille cum Sanchez *de Matrimonio, lib.* 8. *diſput.* 32. *num.* 2. & omnibus ſcribentibus *in cap. Accedentibus, & cap. Si de terra, de Privilegiis.* Addit tamen, quod acceptatio fieri poſſit vel à Principe, & dicitur fieri ab homine; vel à jure, videlicet quando ſunt jura, vel privilegia conceſſa ab habente poteſtatem pactandi, vel renunciandi: quia tunc in ipſa conceſſione includitur acceptatio, & ſic nulla alia acceptatione opus erit. Allegat Pellizarium *in Manuali Regular. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 1. *ſect.* 5. *quæſt.* 7. *num.* 108. Bordonum *reſolut.* 52. *numero* 110. ubi quod hujuſmodi ſunt privilegia, & jura quæ *n.* 4. idem ab Angelis retulerat, per quæ Capitulo Generali Minorum conceditur facultas renunciandi, ſeu moderandi: hujuſmodi eſt conceſſum à Leone X. relatum *in Compend. verbo Generalis*, § 24. & Capitulis Provincialibus, pro ſua Provincia, conceſſum per Alexadrum IV. eiſdem Minoribus, in Bulla *Mente ſolicita.* Pro Dominicanis, per Honorium IV. *in Conſtit. Religionis favor.* Pro Minimis, Julius II. Quæ tamen privilegia intelligit ſolùm habere locum reſpectu illorum, quæ conceſſa fuerint alicui particulari Provinciæ, vel Conventui, quibus aliæ Provinciæ, vel Conventus non participant, ſi quæ dantur. At quando privilegium eſt totius Religionis, vel per conceſſionem, vel per communicationem, exiſtimat, & benè, non poſſe Capitulum Provinciale dicto privilegio renunciare; quia per hujuſmodi renunciationem Provinciæ, ſemper læderetur jus à tota acquiſitum Religione. Et idem de Conventu unius Monaſterii dicit, non poſſe renunciare privilegio eidem, & aliis Monaſteris communi: & multum nocumentum afferrent iſtæ renunciationes aliis Provinciis, & Monaſteriis, & cauſam litigandi illis præberent.

386. Ex quibus duo inferuntur. *Primùm*, quod renuncians privilegio, ſi ante acceptationem renunciationis, ab habente poteſtatem acceptandi factam, voluntatem mutat, ſuo privilegio, ſicut ante renuntiationem, gaudere poteſt: quia renunciatio viribus, ante acceptationem, caret; & idem eſt, quando renunciatio effectum non habuit, quia jura loquuntur de perfecta renunciatione. Ita Petrus ab Angelis *num.* 8. ex Pellizzario, & Bordono *locis citatis*, cum Cephalo *conſilio* 280. *num.* 29. *tom.* 2. *Secundum*, quod ſi Religioſus Confeſſarius tædio affectus, ob pœnitentium multitudinem, vel ob cauſam aliam, facultatem audiendi Confeſſiones, quam in ſcriptis ab Epiſcopo habet, ſuo Prælato porrigat Regulari, vel coram ipſo eam laceret, proteſtando ſe ampliùs nolle illud munus exercere, ſed omninò renuntiare tali facultati; ſi poſtea pœnitentiâ ductus, ſponte, vel ex Prælati ſui obedientia, velit ad tale redire munus, voluntariè poteſt: quia illa non fuit perfecta renunciatio, cum ad eam deſideretur Epiſcopi, aut Papæ, qui facultatem conceſſerat, acceptatio. Ita ab Angelis, cum Bordono.

Renunciatio, in caſu, quo fiat, 387.
ſtrictè accipi debet, ita ut non extendatur ad non expreſſa, etiamſi ſimilia ſint: quia minùs, quàm ſit poſſibile, lædere debet renuntiantem. Sed verum eſt, quod renuntians intelligitur renunciaſſe omnibus, quæ ſequuntur ex illa renunciatione, & etiam omnibus cohærentibus, *cap. Si quis Sacerdotum, diſt.* 81. *cap. Si quis Epiſcopus, quæſt.* 1. *& cap. Nullus Primas, quæſt.* 2. In dubio verò de renunciatione, non præſumitur quis renunciaſſe juri ſuo, cum renunciare juri ſuo de facili nullus præſumatur, niſi prorſus liberè, & abſque aliqua cauſa contrarium operetur. Sic habetur (ait Petrus ab Angelis *num.* 7.) *cap.* 5. *de Renunciat.* cum Gloſſa *ibi, verbo Voluerit.* Et addo ego, quod ſi quis intendat privilegiatum renunciaſſe privilegio ſibi conceſſo, debet id probare; cum renunciare ſit quid facti, & factum non præſumitur niſi probetur. Barboſa *axiom.* 93. *num.* 27. ex *l. In bello*, § *facta, ff. de Capitivis, & poſtliminio reverſis, l. Si emancipati* 9. ubi Jaſon, *C. de Collationinibus, l.* 1. *C. de Probationibus, l. Quacumque*, § *fin. ff. de Publiciana in rem actione, l. Aſſecuratio, C. de non numerata*

rata pecunia, cap. Cum Ioannes, §. Verum, de Fide inſtrumentorum, cap. Licet, de Conſtitutionib. lib. 6. Vital. de Gambar. *tract. Clauſularum, pag. 320. num. 49.* Thomas de Thomaſſet *in Floribus legum, reg. 118.* Card. Mantica *de Conjecturis ultimar. volunt. lib. 2. tit. 1. num. 4. & tit. 12. num. 22.* Flam. Pariſius *de Reſignation. benefic. lib. 10. quæſt. 8. num. 43.* ubi *num. 44.* ait, rationem hujus axiomatis eſſe, quia facta ſunt ſui naturâ incerta, ut per legem *In omnibus, ff. de Iuris, & facti ignorantia*, &c. Dupliciter limitat Barboſa axioma iſtud. I. in factis notoriis, & publicis, *cap. 1. de Poſtulat. Prælat.* Camil. Borell. *in Summa Deciſionum, tom. 1. tit. 2. de Probationib. num. 31. verſ. Declarandum.* II. in uſitatis, ſeu fieri conſuetis. Borell. *num. 32. & 34. &c.*

388. *Septimus* Decreti irritantis effectus eſt, ut tollat conſuetudinem in præteritum, & in futurum. Ita Barboſa *clauſ. 40. num. 33.* cum Anton. Gabriele *Communium lib. 6. tit. de Clauſulis, concluſ. 3. num. 40.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſa 67. num. 50.* Farinac. *de Immunit. Eccleſ. num. 15.* Martha *de Iuriſdict. part. 4. centur. 1. caſu 49. num. 9.* Aſcan. Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 18. quæſt. 6. clauſ. 15. num. 49.* Illuminatus Moronus *reſponſo 72. n. 20. pag. 311.* ex Joan. Andrea, Archidiacono, & Dominico *num. 6.* Franco *num. 4.* & aliis *in cap. Cum de beneficio, de Præbendis, in 6.* Præpoſito, & Alexandro *in c. In iſtis, §. leges, diſt. 4.* Barbat. *in Clement. 1. num. 23. de Electione*, Felino *in cap. Cum acceſſiſſent, num. 3. verſic. Quarta limitatio, de Conſtitutionib.* Probo *ad Monachum, in cap. Tibi qui, de Reſcriptis, in 6. ſub num. 8.* ex Rota *in Verdunenſi Beneficii Parochialis, 22. Iunii 1586. coram Gypſio: in Conchenſi Beneficii de Valde-Iudios, 14. Novembr. 1611. coram Sacrato*, ubi Domini habuerunt pro indubitato, quod non uſus, ſeu contrarius uſus populorum, ſine conſenſu Papæ, nihil poteſt operari contra validitatem conſtitutionum Apoſtolicarum habentium Decretum irritans, ut ibi, ex latè deductis *in Romana Concordiæ S. Petri, 13. Novembr. 1609. & 11. Ianuarii, & 12. Februarii 1610. coram Cavalerio.* Allegat Moronus plures alios Doctores pro hac firmanda concluſione, quam ego ipſe firmavi *in Commentariis ad conſtitut. 16. num. 131. pagina 395.*

Octavus effectus eſt, quod licèt ſuſpendatur petitorium, ut agatur de poſſeſſorio; ſtante tamen decreto irritante, poteſt Judex, dimiſſo poſſeſſorio, in petitorio, & in proprietate ſententiam ferre, & pronunciare. Ita Barboſa *clauſula 40. num. 38.* ex Gonzalez *d. gloſſa 67. num. 64.* teſtante ſic fuiſſe reſolutum *in una Syracuſana Quartæ, 24. Maii 1585. coram Blanchetto, & in eadem, 20. Iunii 1586. coram Robuſterio.* Ego ipſe *in Commentariis ad Conſtitut. 16. & in Variis.* 389.

Nonus effectus eſt, ut decretum irritans appoſitum in gratia, operetur etiam ante litterarum præſentationem, & revocet judicis proceſſum ante præſentatas litteras revocatorias. Barboſa *num. 37.* cum Gonzalez *num. 50.* Gabriele *Communium lib. 6. tit. de Clauſulis, concluſ. 3. num. 52. & 53.* & Moneta *de commutat. ultim. voluntatum, cap. 7. num. 249.* Ego ipſe *in d. conſtitut. 16. num. 134.* 390.

Decimus effectus eſt tollere præſcriptionem. Barboſa *num. 34.* ex Rebuffo *ad leges Galliæ, tit. de Fir. & irrev. Concord. ſtabilit. verſic. Plus dicit.* Gabriele *d. concl. 3. num. 44.* Gonzalez *d. gloſſa 67. num. 50.* & Moneta *cap. 7. citato, num. 244.* Tamburinus *d. quæſt. 6. clauſ. 15. num. 49.* & ego ipſe *num. 135.* Limitat tamen Moneta ad præſcriptionem futuram, ita ut non tollat præteritam præſcriptionem. 391.

Undecimus effectus Decreti irritantis eſt, inficere titulum, & poſſeſſionem, quando conſtitutio, cui adhæret, intrat tanquam acceſſorium. Barboſa cum pluribus, quos allegat *clauſ. 40. à num. 18. uſque ad 26.* ubi multas addit ampliationes. Aſcan. Tamburin. *n. 48.* ex Rota *deciſ. 652. num. 3. part. 1. recentior. & deciſ. 341. num. 3.* Rota coram Coccino *in Melitenſi Parochialis, 27. Iunii 1603. la 124. inter ejus impreſſas, pag. 230.* ubi *num. 3.* dicitur: Concilium habet decretum irritans, quod inficit titulum, & poſſeſſionem. Caſſadorus *deciſ. 11. num. 5. ſuper Regul.* Gabriel *d. clauſ. concl. 3.* & fuit pluries reſolutum. Quia hæc concluſio procedit quando 392.

quando decretum eſt juſtificatum, & ante juſtificationem non tollit detentationem, ſeu inſiſtentiam facti, ut fuit reſolutum *in cauſa Parmenſi Prioratus*, 16. *Ianuarii*, & 16. *Februarii* 1598. *coram bonæ memoriæ Orano*, & *de anno* 1600. 26. *Octobris*, *idem fuit reſolutum in cauſa Cuſentina Capellaniæ*, *coram R.P.D. meo Millino*. Hîc autem non poteſt dici decretum juſtificatum, quia Concilium, ut videre eſt *in fine*, dat licentiam Ordinariis, in certis caſibus, non ſervata præſcripta forma, privatum examen, cæteris tamen ſervatis, adhibere, & inſuper dat facultatem Synodo circa examinationis formam addere, vel remittere. Et donec cognoſcatur, an verſemur in limitatione Concilii, & limitatio adaptetur ad præſentem caſum, interim Stephanus debet manuteneri, *cap.* 1. *ubi* Abbas *num.* 8. *de Reſtitut. ſpoliator.* Decius *conſ.* 92. *num.* 1. Puteus *deciſ.* 497. *num.* 2. *lib.* 2. ut fuit dictum *in Barchinonenſi beneficii*, 19. *Iunii* 1600. *coram R.D. meo Decano*. Hactenus coram Coccino, in præcitata deciſione. Et *in Tudertina Aſſignæ*, *coram eodem*, *la* 354. *num.* 7. ſimiliter dixit, 18. *Iunii* 1607.

393. Neque facit, quod conſtitutio, quæ legitur in die Cœnæ Domini, prohibet imponi nova pedagia, & gabellas, vel illas augeri: & propterea impoſitio facta per D. Ducem fuit nulla, & poſſeſſio nullius conſiderationis: quia dicta conſtitutio habet decretum irritans, quod inficit titulum, & poſſeſſionem. Caſſador. *deciſ.* 11. *num.* 5. *ſuper Regulis*, Gabriel *de Clauſulis*, *concl.* 3. Quia fuit reſponſum, hanc concluſionem procedere, quando decretum irritans eſt juſtificatum, & ante juſtificationem non tollit detentationem, ſeu inſiſtentiam facti, ut fuit reſolutum *in cauſa Parmenſi Prioratus*, 16. *Ianuarii*, & 16. *Februarii* 1598. *coram bon. mem. Orano*: & *de anno* 1601. 26. *Octobris*, *in cauſa Cuſentina Capellaniæ*, *coram illuſtriſſimo D. meo Cardinali Millino*. Hîc autem Decretum non eſt juſtificatum, quia conſtitutio prohibet imponi gabellas à perſonis ad id authoritatem non habentibus: unde donec cognoſcatur, an D. Dux habuerit talem authoritatem, & quomodo, & quo jure gabellæ fuerint impoſitæ, interim eſt manutenendus, *cap.* 1. ubi Abbas *num.* 8. *de Reſtitut. ſpoliator.* Puteus *deciſ.* 497. *lib.* 2. & fuit dictum *in cauſa Barchinonenſi beneficii*, 19. *Iunii* 1600. *coram Illuſtriſſimo D. Pamphilio*. Ita ibi.

Duodecimus effectus decreti irri- 394.
tantis, eſt inducere formam. Aſcanius Tamburinus *tom.* 1. *de jure Abbat. diſp.* 18. *quæſito* 6. *clauſ.* 15. *n.* 49. dicens: Formam inducit hæc clauſula, adeò, ut illa non ſervata, actus ipſo jure corruat. Rota *deciſ.* 225. *n.* 5. *part.* 2. *recentior.* Barboſa *clauſ.* 40. *num.* 32. cum Felino *in cap. Cum acceſſiſſent*, *ſub num.* 8. *verſic. & ubi apponitur clauſula*, & *ibi* Decius *verſic. Et ad hoc etiam facit*, *de Conſtitutionib.* Albert. Burn. *tract. de form. rub. quando aliq. cenſ. traditur pro forma.* Socino Juniore *conſil.* 71. *num.* 23. *lib.* 1. Ant. Gabriele *tit. de Clauſulis*, *concl.* 3. *num.* 70. Pariſio *conſilio* 19. *num.* 185. *lib.* 2. Grat. *reſp.* 16. *in princ. lib.* 1. Mathienzo *l.* 1. *gloſſa* 4. *num.* 19. *lib.* 5. *Novæ recopilat.* Gutierrez *Practicar. lib.* 3. *quæſt.* 15. *à num.* 40. Flaminio *de Reſignat. benefic. lib.* 5. *quæſt.* 6. *n.* 226. Martha *de Iuriſdictione*, *part.* 4. *centur.* 1. *caſu* 49. *num.* 19. Joanne Garcia *de Nobilitate*, *gloſſa* 15. *num.* 9. Cevallos *Communium contra communes*, *tom.* 4. *quæſt.* 900. *num.* 13. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 67. *num.* 50. Sigiſmundo à Bononia *de Electione*, *dub.* 3. *num.* 3. Moneta *de commutatione ultimarum voluntat. cap.* 7. *n.* 242. & cum Rota *deciſ.* 215. *num.* 7. *part.* 1. *divers. in Verdunenſi Parochialis*, 23. *Ianuarii* 1586. *coram Gipſio*: *in Valentina Baroniæ*, 10. *Martii* 1603. *coram Attrebatenſi*, & *in Peruſina Fideicommiſſi de Alphanis*, 10. *Novembris* 1608. *coram Gregorio XV. per Farinacium impreſſa*, *la* 225. *num.* 5. *part.* 2. *recentior.* Theodoſio de Rubeis *clauſ.* 258. *num.* 27. Adeo ut dicto decreto non ſervato, actus ipſo jure corruat. Baldus *conſ.* 351. *num.* 9. *lib.* 5. Decius *conſ.* 532. *num.* 4. Et fuit dictum *in Romana Societatis Officii*, 14. *Ianuarii* 1613. *coram Pamphilio*. Omnia prædicta Barboſa. Ego ipſe *ad conſtit.* 16. *num.* 129.

Concludo dicendo, tantam eſſe 395.
efficaciam, & vim clauſulæ Decreti irritantis, ut per illam Pontifex ſufficien

ſufficienter exprimat, ſe velle in utroque foro obligare ad obſervantiam diſpoſitionis, in qua illa fuerit appoſita, independenter à publicatione litterarum ſuarum extra Curiam, & Urbem Romæ, & independenter ab acceptione populi, ſeu illorum, ad quos diſpoſitio illa ullo modo ſpectare, & pertinere poteſt. Ita ex Bonacina *tom.2. diſp.1. q... punct. . n.29. & tom.3. diſp.1. quæſt.15. puncto 4. §.5. num.2.* Diana *part.3. tract.1. reſol.54.* & Thoma Delbene *de Immunitate Eccleſiaſt. tom.1. cap.1. dubitat.15.* dixi *in tract. de Appellationib. part.2. num.221.* pro quo addere poſſum omnes, quos recenſui pro effectibus dicti Decreti, maximè pro 1. 2. 7. 10. & 12.

396. Tertiò præmitto, privilegia alia eſſe *perſonalia*, & alia *realia*, ad quæ alia omnia pertinent, & reducuntur, verbi gratiâ, *generale*, *particulare*, *locale*, *corporale*, *mixtum*, & ſimilia alia. Privilegia *perſonalia* ſunt, *quæ immediatè conceduntur perſonis particularibus, ratione ipſarum, & in eis ſiſtunt, niſi aliud in ipſis exprimatur privilegiis.* Ita Petrus ab Angelis *in Speculo Privilegiorum, diſp.1. ſect.1. num. 2. &* 3. Privilegia *realia* ſunt, *quæ immediatè conceduntur omnibus, vel aliquibus in communi*; v. g. *Statui, Religioni, Officio, Eccleſiæ, Conventui, Monaſterio, & illorum prædiis, & bonis.* Petrus ab Angelis *num.3.* Thom. Delbene *de Immunit. Eccleſ. tom.1. cap. 5. dubit.7. ſect.18. num.4.* ex Gloſſa *in l. Quanquam, ff. de Cenſibus*, & Menochio *lib.1. conſ.276. num.8.* Peyrinus *de Privilegiis, tom.1. ad conſtitut.2. Iulii II. num.132. pag.99.* Emman. Roderiq. *tom.1. qq. Regular. quæſt. 7. art. 2.* Hieron. Roderiq. *in Compend. reſol. 116. num. 2.* Azorius *Inſtitut. Moral. tom. 1. lib. 5. cap.22. quæſt.2.* Illumin. Moronus *reſponſo 53. num.24.* Joannes Caramuel *in Theologia Fundamentali, num.946. &* 1318. Lezana *tom.2. part.4. verbo Privilegia Regular. num.2. & tom.3. in Mari magno Minimorum*, in ſpecie, ſeu in terminis exemptionis à ſolutione decimarum, §. 30. *num.* 107. *& tom.4. conſulto 45. num.29. pag.* 311. Noctinot *in Sum. Dianæ, verbo Privilegium, num.* 1. Rota *in Nullius, ſeu Squillacenſi Iuriſdictionis, coram Martino Andrea, anno 1616. num.29.* habetur apud Lezanam *d. conſulto 45. pag.*312. & apud Tamburinum *de jure Abbatum, tom. 3. la 69. pag.373. num. etiam 29.* Ego ipſe *in Commentariis ad conſtitut. 6. num.19. & n.449.* Jacobus Menochius *d. conſil. 276.* in terminis exemptionis à ſolutione decimarum, conceſſæ Monachis Benedictinis Monaſterii de Merano.

Differunt privilegia *Perſonalia*, & *Realia*: Primò in hoc, quod *Perſonalia* perſonas, quibus fuerunt conceſſa, ſequuntur, & cum illis extinguuntur: Realia verò tranſeunt de perſona in perſonas, ſequendo ſemper res, locum, dignitatem, Religionem, Eccleſiam, Monaſterium, ſtatum, officium, & perſonas in communi, cum quibus ſemper manent conjuncta; & cùm illa, quibus privilegia fuerunt conceſſa, non moriantur, privilegia ipſa perpetua erunt. Unde *Perſonalia*, temporalia ſunt, quia perſonæ particulares moriuntur. Ita Petrus ab Angelis *num. 4.* Delbene *d. ſect.18. n.3. & 4. pag.235.* Emmanuel *d. art.2.* Moronus *d. reſp.53. num.22. & ſeqq.* & non obſcurè Caramuel *dicto num.1318.* ſicut Lezana *d. num.29.* Menochius *d. conſ. 276.* ibi: Primò, quia quando conceditur privilegium Eccleſiæ, Civitati, & aliis perſonis, quæ nunquam moriuntur, cenſetur privilegium reale, &c. Ego ipſe *d. num.449.* 397.

Secundò differunt in hoc, quod *Perſonale* privilegium non tranſit ad aliam perſonam, quàm ad eam, cui conceſſum illud fuit, & alia illo frui, gaudere, & uti non poteſt: *Reale verò* ad alias tranſit perſonas, ad quas res privilegiatæ perveniunt, ut dixi *num.449. citato*, & priùs *d. num.19.* & docet Delbene *d. ſect.18. per totam, ſignanter num. 2.* dicens: Confirmatur, quia privilegia exemptionis à gabellis, datiis, &c. ſunt realia: ergo de jure tranſeunt etiam *ad colonos Eccleſiaſticorum.* Et *ſect.19.* in terminis exemptionis à ſolutione decimarum, per hæc, quæ ſequuntur verba: Sequitur nonò, *Regularium colonos* non teneri ſolvere decimas pro ſua portione colonica ex prædiis Eccleſiaſticis percepta, idque propter eaſdem rationes ſuprà adductas. Ita ille *n. 1. & num.2.* proſequitur: Confirmatur, 398.

quia dicta privilegia exemptionis ſunt realia, ut ſuprà probatur: ergo de jure *tranſeunt etiam ad colonos*. Atque ita docent contra Tamburinum *ubi ſuprà*, *quæſt.* 18. *num.* 32. quamplures Doctores, quos citat, & ſequitur Menochius *lib.* 1. *conſ.* 276. *num.* 8. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 27. *num.* 8. *& in gloſſa*, *litt. H*, ubi refert privilegium quoddam exemptionis decimarum Societati Jeſu à Gregorio XIII. conceſſum, quod per participationem competit cuicumque Religioni: & ſubdit, quod hæc cauſa fuerit pluries agitata apud Tribunalia Eccleſiaſtica Romæ, & in Hiſpania, & ſemper fuerit pronunciatum pro Regularibus, eorumque colonis. Ita etiam docet Peyrinus *in Privileg. Minimorum*, *tom* 1. *conſtit.* 2. *Iulii II.* §. 31. *num.* 132. ubi ait, quod non ſolùm domus, & prædia Regularia ſint exempta à ſolutione decimarum, *ſed etiam coloni, qui conducunt agros eorum, ſive conducant ad medietatem fructuum, & dicuntur coloni partiarii; ſive ut quotannis certam partem fructuum Regularibus tribuant in omnem eventum, & reliquum ſibi acquirant; idque propter dictam rationem, quia privilegium eſt reale, & privilegium reale de jure communi tranſit ad colonos.*

399. Dices: In nonnulis Provinciis Moniales, & Regulares, eorumque coloni ſolvunt decimas: Ergo.

Reſpondetur id forſan eſſe, quia ibi Epiſcopi obtinuerunt à Summo Pontifice revocatoriam privilegiorum, & jurium Regularium.

400. Dices ſecundò, ex Tamburino *ubi ſuprà* (*tom.* 1. *de Iure Abbat. diſp.* 15. *quæſt.* 18. *num.* 32.) Rota *in una Placentina*, 17. *Decembris* 1584. *coram Blanchetto*, quem refert, & ſequitur Seraphinus *deciſ.* 127. *num.* 2.) & *in una Pampilonenſi*, 15. *Decembris* 1615. *coram Coccino*, docet oppoſitum ex eo quod privilegia exemptionis à ſolutione decimarum ſint perſonalia, non autem realia, & conſequenter non tranſeant ad colonos, vel arrendatarios: ergo.

Reſpondetur, ſequi Rotam opinionem probabilem; at opinio oppoſita noſtra, eſt multò probabilior, ut patet ex his, quæ ſupra dicebantur. Hucuſque P. Thomas Delbene loco præcitato.

In eadem fuit ſententia Azorius 401.
Inſtitutionum Moral. part. 1. *lib.* 7. *cap.* 37. *quæſt.* 7. in qua ſic punctum diſcuſſit. *Septimò* quæritur, an *Coloni*, qui prædia hujuſmodi Religioſorum conducunt, ut ea excolant, parte una fructuum ſibi retenta, & altera ipſis Religioſis ſoluta, ſint liberi, & exempti à decima ſolvenda? *In cap. licèt, de Decimis*, videtur eſſe planè conſtitutum, Privilegium Monachis aut Regularibus conceſſum, ut à decima ſolvenda liberentur, non trahi ad eos, qui ipſorum prædia excolenda conduxerunt. Nihilominus tamen dicendum eſt: Quandocumque Privilegium conceditur alicui Religioſorum Ordini, ut ſit immunis, & liber à decima ſolvenda, ſi ſit perſonale tantum, *non ſe extendere ad conductores prædiorum*: ſi verò ſit Privilegium reale, protendi ad *conductores agrorum*. Sic Gloſſa *in Clement.* 1. *de Decimis*, *in verbo Excolenda*. Sic *ibi* Ancharan. Imola, Cardinalis *ibidem*, *quæſt.* 23. Abbas *in cap. Ex parte*, *de Decimis* 1. *num.* 5. Quod probant, quia agri, & prædia à Decima eximuntur. Ergo etiam eorum *conductor* ſolvere decimam non debet. Ex quo fit, ut cum prædictum Privilegium non ſolum ſit perſonale, ſed etiam reale, trahatur quoque ad eos, quibus prædia ſua ipſe Religioſorum Ordo locat, quomodocumque ea locet, nimirum, ſive eo pacto, ut conductor ſibi dimidiam partem fructuum acquirat, & alteram dimidiam relinquat ipſi Monachorum Ordini, qui tunc dicitur partiarius *Colonus*; ſive locet eò pacto, ut quotannis ipſi Ordini certa, & taxata pars fructuum in omnem eventum reddatur, & reliquum ſibi conductor acquirat, qui tunc dicitur colonus, vel conductor cenſualis. Ad id verò, quod objiciebatur *ex cap. Licet*, *de Decimis*, reſpondeo, *ibi* ſermonem eſſe de Privilegio, quod fuerat conceſſum Ciſtercienſibus, Templariis, & Hoſpitalariis, ne decimam ſolverent ex prædiis, quos propriis manibus colerent; ac proinde Privilegium dictum minimè trahendum fuit ad conductores, qui ſibi fructus vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò Privilegium illud generalius eſt; nam in univerſum concedit, ut prædia

certi

certi Ordinis regularis ſint libera, & exempta à decima. Hactenus Azorius.

402. *Caſtrus Palaus.* In eadem ſententia fuit Caſtrus Palaus *in Summa Morali, part. 2. tract. 10. diſp. unica de Decimis, punct. 12. n. 12.* in quo ſic, ut ſequitur, lego. *Quartò* dubitatur, an vi hujuſmodi privilegii *coloni agros Religioſorum conducentes*, à debito decimarum liberentur? Jure communi certum eſt non eximi, ſed teneri, tam Religioſos, quàm colonos ſolvere decimas: quia ſolùm eximuntur Religioſi à debito decimarum prædiorum, quæ propriis manibus excolunt. Unde ſi conducta prædia habent, jam non propriis manibus, ſeu laboribus fructus percipiunt, ſed alienis: & ita eſt definitum expreſſe *in c. licèt, de Decimis.* Verùm ſi loquamur juxta formam ſupradictam, quæ in privilegiis continetur: *communior ſententia* eſt, Religioſos eximi à decimis illorum fructuum. Ratio eſt, quia privilegium reale eximit à debito decimarum illorum prædiorum, *quæ per alios colunt*, ut traditur à Gloſſa *in Clement. 1. de Decimis, verſic. Excolendas.* Et *ibi* communiter ſcribentes. Cardin. *quæſt. 23.* Abbas *in cap. Ex parte 1. de Decimis, num. 5.* At in prædictis verbis conceditur privilegium reale, & non perſonale. Ait enim Pontifex, *Eximimus Religioſos, & eorum prædia à decimis ſolvendis.* Ergo. Quod ſi in aliquo privilegio dicatur, *Eximimus Religionem illam à decimis ſolvendis prædiorum ſuorum*, neque addatur, *Etiamſi per colonos excolant*, neque dicatur: *Eximimus Religionem, & ejus prædia*; adhuc eſt probabilius, privilegium eſſe reale, & non perſonale. Ratio eſt, quia ſi tunc deberent coloni ſolvere decimas Eccleſiæ, ipſa Religio ſolveret decimas de prædiis ſuis: coloni namque eximuntur à debito decimarum, etiam cum eſt privilegium reale conceſſum Religioſis; *ſed ſolvunt Religioſi expreſſe, vel implicitè, ſolvendo majorem penſionem, quàm ſolverent, ſi deberent Eccleſiæ decimas ſolvere:* alias ſi ipſi coloni exempti eſſent à debito decimarum, jam bona Eccleſiæ laicis, abſque juſta, & legitima cauſa concederentur: neque intentio Pontificis fuit conductoribus favere, ut optimè traditur à Suarez *lib. 1. cap. 19. num. 15.* (*tom. 2. de Relig.*)

Fit ergo, ſi decimæ tunc ſolvantur, ipſos Religioſos ſolvere decimas de prædiis ſuis, quod eſt contra privilegium. Adde, quod prædia Religionis, non propriè à debito decimarum dicuntur exempta, ſed Religioſi ſunt, qui eximuntur, non prædia. Unde, ſi prædia alienentur, ſeu vendantur à Religioſis, non tranſeunt cum privilegio non ſolvendi decimas, ut de ſe conſtat, & tradit Suarez *cap. 20. num. 6.* Omnia prædicta docet Palaus.

Laurentius Portel *in Dubiis Regularium, verbo Decimæ*, quæ ſequuntur tradit. Multa ſunt privilegia antiqua, & recentia conceſſa Religioſis, de non ſolvendis decimis à variis Pontificibus, prout habet Compendium Mendicantium *verbo Decimæ.* Et præter ibi contenta, adducit Roderiquez *tom. 2. quæſt. 44. art. 4.* etiam pro Ordinibus Militaribus. Hæc privilegia aliqui explicant, ut ſolùm valeant pro terris, & poſſeſſionibus, quas ipſi Mendicantes propriis manibus, vel propriis ſumptibus excolunt, ut Roderiquez ait *citato articulo*, & ſic videtur eſſe in uſu. At Henriquez *lib. 7. de Indulgentiis, cap. 27. num. 7.* & Roderiquez *citato artic. & tom. 3. quæſt. 74. art. 16.* etiam de Monialibus dicunt, quod Mendicantes non tenentur ſolvere decimas, neque quartam medietatem, &c. de ſuis terris, *etiamſi illas non excolant manibus, vel ſumptibus ſuis: neque aliquid debere de illis, etiamſi per colonos, & conductores eas excolant.* Ita enim conceſſit Sixtus IV. Monialibus S. Claræ, in Compendio, *verbo Decimæ*, §. 10. & Benedictus XIII. conceſſit Ordini S. Joannis Jeroſolymitani militari, apud Roderiquez *citato art. 4. tom. 2.* Et conceſſum eſt Patribus S. Hieronymi in Hiſpania, ut habet illorum Compendium *verbo Decimæ*, §. 12. 15. & 16. Et additur in aliquo illorum privilegiorum, claritatis gratia, *quod coloni non teneantur ſolvere decimas Parocho, ſed Monaſterio.* Et addit Henriquez *citato loco, in gloſſa*, quod ſic fuit judicatum paucis ab hinc annis Salmanticæ, Baezæ, & Murciæ. Ratio Henriquez eſt, quia hoc privilegium decimarum, non eſt perſonale, ſed reale, & proinde tranſit ad rem,

403. *Laur. Portell.*

ſeu ad prædium. Et idem dicendum in hac ſententia, de Monialibus, quibus idem conceſſum diximus. Et proinde de omnibus communicantibus.

404. Ego in hac materia ſolum video in oppoſitum praxim contrariam, ſaltem in noſtra Portugalia; & in particulari noſtras Moniales video ſolvere decimas de poſſeſſionibus colonis conductis. Immò quando hæc ſcripſi, ſcio Eboræ Moniales D. Benedicti extra muros, per ſententiam à Curia Romana obtentam, juſſas eſſe ſolvere decimas viginti ab hinc annis non ſolutas. Fortè enim Epiſcopi obtinuerunt aliquod aliud Breve Pontificium revocatorium omnium dictorum privilegiorum, allegantes fortè jacturam notabilem illis, ac Parochis ſubortam ex tot privilegiis tot Religioſorum & Conventuum à Decimis exemptorum: inde enim creſcentibus Conventibus, brevi tempore Epiſcopus, & Clerus damnum grave paterentur. Videat unuſquiſque praxim ſuæ Diœceſis, ac Provinciæ.

405. Hoc ſolum addo cum Henriquez *citato cap. num.* 9. quod ſi Epiſcopi non oſtendunt Bullas derogatorias prædictorum privilegiorum, etiamſi aliquæ Religiones per aliquot annos decimas ſolverint ignorantes ſuorum privilegia; illa tamen non perdunt, niſi fortè jam præſcriptum ſit contra illas Religiones legitimè ſpatio ſexaginta annorum, vel ampliùs, ut infrà videbimus, *verbo Privilegium.* Hoc ipſum tenet Roderiquez *citata quæſt.* 44. *artic.* 5. *&* 6.

406. Hæc omnia P. Laurent. Portell. illud tamen, quod addit: *Niſi fortè jam præſcriptum ſit contra illas Religiones, &c.* verum teneret, ſi privilegia eximentia Regulares à ſolutione decimarum, decretum irritans non haberent, quale habet privilegium Eugenii IV. ſuprà noſtris Caſſinenſibus, & Valliſoletanis conceſſum, *num.* 360. *&* *ſeqq.* ut vidimus, *num.* 374. non tamen quando, ut hic, illud habent: quia præſcriptionem tollit dictum decretum, ut vidimus, *num.* 391. immò & poſſeſſionem, uti *num.* 377. & denique, quidquid in contrarium fit, etiam parte non opponente, *num.* 376. At præſcriptio non currit ſine poſſeſſione civili, Pax Jordanus *de re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 274. Ego ipſe *in Diſquiſitionibus, tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 1. *num.* 45. *& poſt Commentaria ad deciſ.* 18. *num.* 18.

Antoninus Diana *part.* 10. *tract.* 12. *&* *Miſcellaneo* 2. *reſol.* 51. *aliàs* 52. & Coordinatus *tom.* 7. *tract.* 1. *de Dubiis Regularium, reſol.* 230. ſic inquirendo, & reſpondendo procedit, videlicet: *An coloni, & Arrendatores agrorum Regularium, gaudeant eorum privilegiis non ſolvendi decimas?* Negativè reſpondet Trullench *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 4. Nota privilegia exemptionis à ſolutione decimarum eſſe perſonalia, non verò realia; & ideo non tranſeunt ad Arrendatores, ſeu Colonos, aut emptores prædiorum, ſeu fructuum. Ita Barboſa de Jure Eccleſiaſt. *lib.* .. *c.* 26. §. 3. *num.* 40. qui refert ita deciſum fuiſſe multoties, ſignanter *deciſ.* 23. *part.* 2. *diverſor.* & *coram Seraphino deciſ.* 827. *num.* 2. & *in Placentina Decimarum*, 17. *Decembris* 1584. *coram D. Blanchetto*, & *in Pampilonenſi Decimarum*, 15. *Decembris* 1615. *& alibi.* 407. *Anton. Diana.*

Sed hæc opinio Rotæ, ſalva reverentia tanto Tribunali debita, mihi non placet, & illam intelligo, ſtando in terminis juris communis, & privilegiis inſertis in ipſo jure communi: verum loquendo virtute aliorum privilegiorum, communior ſententia eſt, *Religioſos eximi à decimis illorum fructuum.* Ratio eſt, quia privilegium reale eximit à debito decimarum illorum prædiorum, quæ per alios coluntur, ut traditur à Gloſſa *in Clement.* 1. *de Decimis, verſic. Excolendas*, & ibi communiter ſcribentes. Cardinal. *quæſt.* 23. Abbas *in cap. Ex parte* 1. *de Decimis, num.* 5. At in ſupradictis verbis conceditur privilegium reale, & non perſonale; ait enim Pontifex: *Eximimus Religioſos, & eorum prædia à decimis ſolvendis.* Ergo. Quod ſi in aliquo privilegio dicatur: *Eximimus Religionem illam à decimis ſolvendis prædiorum ſuorum*, neque addatur; *Etiamſi per colonos excolant ea*, neque dicatur: *Eximimus Religionem, & ejuſdem prædia*, adhuc eſt probabilius, privilegium eſſe reale, & non perſonale. Ratio eſt, quia ſi tunc deberent *Coloni* ſolvere decimas Eccleſiæ, ipſa Religio 408.

ſolve

ſolveret Decimas de prædiis ſuis? *Coloni* namque nunquam eximuntur à debito decimarum, etiam cum eſt privilegium reale conceſſum Religioſis, *ſed ſolvunt Religioſi expreſſe, vel implicitè, ſolvendo majorem penſionem*, quàm ſolverent, ſi deberent Eccleſiæ decimas ſolvere; alias ſi ipſi *Coloni* exempti eſſent à debito decimarum, jam bona Eccleſiæ laicis, abſque juſta, & legitima cauſa concederentur. Neque intentio Pontificis fuit, Conductoribus favere, ut optimè traditur à Suarez *lib. 1. cap. 19. num. 15.* Fit ergo, ſi decimæ tunc ſolvantur, ipſos Religioſos ſolvere decimas de prædiis ſuis, quod eſt contra privilegium. Adde, quod prædia Religionis, non propriè à debito decimarum dicuntur exempta, ſed Religioſi ſunt qui eximuntur, non prædia. Unde ſi prædia alienentur, ſeu vendantur à Religioſis, non tranſeunt cum privilegio non ſolvendi decimas, ut de ſe conſtat. Ergo, &c.

409. Et ita hanc ſententiam tradit Pellizarius *in Manuali Regular. tom. 2. tr. 8. cap. 7. ſect. 5. num. 176.* Leand. *in Præcept. Eccleſiæ, tract. 6. diſp. 6. q. 40.* Joannes de la Cruz *de Statú Relig. lib. 2. cap. 9. dub. 4. concl. 4.* Hieronymus Garzia *in Politica Regul. tom. 1. tract. 8. diffic. 3. dub. 2. punct. 4. n. 11.* & *Raphael de la Torre.* Raphael de la Torre *in 2. 2. tom. 1. poſt. in 4. diſp. 6. folio mihi 580.* ubi firmat, quod quamvis *in cap. Licèt, de Decimis*, expreſſe dicatur, privilegium Monachis, aut Regularibus conceſſum, ut à Decima ſolvenda liberentur, non trahi ad eos, qui ipſorum prædia excolenda conduxerint. Nihilominus dicendum videtur, eſſe expendenda verba privilegiorum; nam ſi privilegium ſit perſonale tantum, non ſe extendit ad Conductores prædiorum; ſecus ſi reale ſit. Sic Gloſſa *in Clement. 1. de Decimis, in verbo Excolendas*, & *ibi* Ancharan. Imola, Cardinalis, *quæſt. 23.* Abbas *in cap. Ex parte, de Decimis 1. num. 5.* Quod probatur, quia prædia à decima eximuntur: ergo etiam eorum conductor ſolvere decimam non debet. Ad id verò, quod objiciebatur *ex capite Licèt, de Decimis*, reſpondetur, *ibi* ſermonem fieri de privilegio, quod fuerat conceſſum Ciſtercienſibus, Templariis, & Hoſpitalariis, ne decimam ſolverent ex prædiis, quæ propriis manibus, & ſumptibus colerent: ac proinde privilegium dictum, non debuit trahi ad Conductores, qui ſibi fructus, vel ex toto, vel ex parte acquirunt: at verò privilegia quædam relata generaliora ſunt, & in univerſum concedunt, ut prædia certorum Ordinum Regularium ſint libera, & exempta à decimis. Sed de hac re gravis lis inter Jeſuitas, & Clericos Hiſpaniæ exorta eſt, & neſcio quem exitum habuerit. Ita Raphaël.

Et ita hanc ſententiam, præter Doctores citatos, tenet Laurentius Peyrinus *in Privilegiis Minimor. conſtit. 2. Iulii II. §. 31. num. 132.* ubi citat plures Authores, & ex Henrique addit, quod cum hæc cauſa fuerit agitata Romæ, & apud multa Eccleſiaſtica Tribunalia in Hiſpania, ſemper pronunciatum eſt in favorem Religionis, & Colonorum. Quod etiam teſtatur Philippus de la Cruz *tract. de Decimis, §. 2. num. 9.* ubi ſic ait: Siendo la poſſeſſion la que ha de pagar, y no la perſona, que la cultiva, y ſiendo las tierras eſentas, por ſer bienes Eccleſiaſticos, y que no deben diezmos, luego no porque ſe cultivè por *Colono*, el tal debe coſa ninguna de diezmas, pues la poſſeſſion eſta libre: y aſſi, los que arriendan tal tierra eſenta, no tienen obligacion a pagar ninguna coſa: porque la obligacion de la paga toca al frute de la tierra, no al labrador arrendatario. Y en eſta conformidad dize Enriquez fue determinado, y juzgado en muchas partes, que ſobre pleyto pendiente fueron dados por libres *los arrendatarios*, como en Salamanca, Baeza, y Murcia, adonde ampararon los privilegios, que en eſta parte tiene la Compañia de Jeſus, y tiene, y da la miſma razon, que yo he dado antes de aver viſto a eſte Doctor; porque eſte privilegio de diezmos, no es perſonal, ſino que paſſa à la miſma poſſeſſion, y ella lo debe: y ſiendo eſenta, y libre, tambien lo es el que la arrienda, y cultiva, lo qual tengo por univerſal en toda Eſpaña, ſino ſolo en Portugal, que alli ſe pagan, de que tengo noticia, y lo ſera por coſtumbre. Y ha ſe

410. *Philippus à Cruce.*

de reparar, que para lo dicho, no es menester privilegio de la persona, sino basta que lo tengan las posseſsiones, pero tambien ay privilegios de Sumos Pontifices, que lo aclaran, y dizen en proprios terminos, y concedido à los Padres Geronimos de España, adonde se dize, que las tierras de la Religion, que se las arriendan los labradores, estan esentas de pagar diezmos, assi ellas, como los *Colonos*, ò *Arrendatarios*. Tambien lo concediò la Santidad de Joan XXII. ajos Padres Cartujos, y se puede ver en el Compendio de Cisterciensis: y la Religion de mi Padre San Basilio, aun mas estenso, como lo concedieron la Santidad de Leon X. y Gregorio XIII. que hizo participante de todas las gracias, favores, y esenciones acerca de esta materia, y de todas las que el Monte Casino tiene, *que por ser infinitas*, no refiero, y se pueden ver en el Bullario de aquella santa Congregacion, y a este modo pone algunas Enriquez, y trae un singular privilegio hecho a la Compañia de Jesus, por el mismo Gregorio alegado. Ita ille.

Nota.

411. *Anton. Diana.* Omnia, quæ in quatuor præcedentibus versiculis, tradit adamussim Diana *dicta resolut.* 230. & immediatè subjungit resolutionem 231. sub tenore sequenti, videlicet:

Nota *primò*, quod Privilegia Regulares eximentia à solutione decimarum, extenduntur, *non solum ad prædia tempore concessionis jam acquisita, sed etiam ad acquirenda.* Tum *ex cap. Quia circa, de Privilegiis*, ubi, cum dicatur privilegium indefinitè concessum ab Episcopo Monachis de non solvendis decimis Episcopalibus, intelligi non solum de decimis possessionum illius temporis, sed futuri, si remissio fuit facta secundum Canonicas sanctiones: & ex alia parte privilegium, de quo hic loquimur, concessum à Papa, præsumi debeat concessum juxta Canonicas sanctiones, & indefinitè procedat: dicendum est illud extendi ad omnes decimas; cum propositio indefinita æquivaleat universali, quando est eadem ratio de omnibus, ut in præsenti casu. Ita Palaus, Pellizarius, & Leand. *ubi suprà.*

412. Nota *secundò*, quod Privilegium concessum Regularibus de non solvendis decimis prædialibus, extenditur non solum ad prædia culta usque ad illud tempus, sed etiam ad novalia culta post concessionem privilegii. Ita Doctores citati.

413. Sed an Regulares amittant hæc privilegia per non usum 40. annorum? Respondeo affirmativè, de jure, sed ex alio privilegio Eugenii IV, est necessarium spatium 100. annorum, ut ex Villalobos probat Leand. *ubi supra, quæst.* 53. Immò plus addit Philippus de la Cruz *tract. de Decimis*, §. 2. *num.* 9. ubi sic ait: Aunque en algunas ocasiones los Regulares ayan sido remisos en no executar sus exempciones, y los tales *Colonos*, ò *Arrendadores* ayan pagado diezmos, no atendiendo a que no tienen obligacion de darlos, no por eso les perjudica ninguna cosa, sino fuesse, que la prescripcion fuesse tanta, que por ella les obligassen a pagar, y para eso an de aver pasado sesenta años; aunque yo siento, que en orden à los bienes, y fueros Ecclesiasticos, no se ha de atender à tiempo ninguno, porque assi, como no pueden renunciar su fuero, y derecho, menos les puede quitar la fuerça el tiempo, y mayormente que el pagar algunos los tales diezmos, es porque ignoran lo que e dicho, de que estan esentos por derecho ordinario: y tambien no an sido capazes del privilegio, y lo ignoraron, que siendo assi, pueden decir de la restitucion en todo tiempo, como al proposito abla Bartolo. Ita ille.

Philippus à Cruce.

414. Nec posse hæc privilegia à Regularibus renunciari, tradit Palaus *loco cit. punct.* 13. *num.* 3. quia sunt in favorem Ecclesiæ, & Religionis concessa: sicut enim nullus Clericus privilegio Fori renunciare potest, quia in favorem Clericalis status constitutum est; ita non videtur posse Religionem huic privilegio renunciare; & ea Religio, cui datum est privilegium, posset; privata verò Domus, aut Prælatus, nullo modo poterit, ob rationem supradictam.

416. Hactenus Diana *in dicta resolutione* 231. quæ desumpta est à Martino de Alcolea Coordinatore, *ex parte* 10. *tract.* 12. *& Miscellaneo* 2. *la* 52. *aliàs la* 53. In qua aliqua observanda occurrunt,

currunt. *Primum* eſt circa primum notatum Authoris, quod ſcilicet privilegium exemptionis à ſolutione decimarum, & aliarum exactionum, & onerum, conceſſum per Eugenium IV. Congregationi Caſſinenſi, & per Julium II. noſtræ Valliſoletanæ, & earum poſſeſſionibus, & prædiis, de quo ſuprà, *n.* 360. & 361. expreſſe extenditur, non ſolum ad acquiſita tempore conceſſionis, ſed etiam ad acquirenda, *in principio numeri* 1. ibi: *Prædia, poſſeſſiones quaſlibet, & bona quæcumque, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt dictæ Congregationis, & quæ omnia, & ſingula per eorum vocabula, fines, valores, quantitates hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis.* Et inferiùs *num.* 9. ibi: *Volumus, & decernimus Monaſteria, Prioratus & loca manualia, Grangias, poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius Congregationis, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & perſonas præfatas ab omni impoſitione, & exactione, collecta, decima, ſubſidio, aut alio quocumque gravamine, &c.* Expreſſe etiam extenditur exemptio à ſolutione decimarum, ad bona acquirenda, in privilegio conceſſo per Benedictum XIII. Conventui S. Benedicti Valliſoletani, 8. Kalend. Auguſt. 1420. (quo gaudent omnes alii ſuæ Congregationis) quod habetur in ejus Bullario *el* 27. *fol.* 70. in illo enim dicit: *Vos, & Monaſterium veſtrum à ſolutione, ſive præſtatione decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, ac in futurum juſto titulo, præſtante Domino poteritis adipiſci... authoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuò eximimus, & etiam liberamus.*

416. *Secundum* eſt, præſcribi non poſſe contra bona, & jura Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, niſi per poſſeſſionem centenariam contrariam. Ita conceſſerunt Conventui S. Pauli de Urbe, dictæ Congregationis Caſſinenſis, Honorius III. anno 1218. & Eugenius IV. anno 1442. *in Conſtitut. Ex Apoſtolicæ Sedis, la* 27. *apud Bullarium Emman. Roderiquez*, & Paulus III. eidem Congregationi, *in Conſtitut. Benignitas, la* 15. *apud Angelum Cherubinum, in Bullario Magno Romano, tom.* 1. *pag.* 721. edita anno 1537. quibus, ſicut omnibus aliis privilegiis illius, noſtra gaudet Valliſoletana Congregatio, uti *num.* 361. præmiſi.

Tertium eſt, præſcriptionem dari 417. non poſſe per ullum temporis curſum, contra exemptionem à ſolutione, ſeu præſtatione decimarum, qua potiuntur dictæ Congregationes, earum que Monaſteria, Prioratus, Grangiæ, loca, bona, poſſeſſiones, & prædia. Ratio in promptu eſt: Quia præſcriptio dari non poteſt, ubi non fuit poſſeſſio civilis perſeverans per tempus ad præſcribendum ſufficiens. At illa dari non poteſt ubi non datur verus actus poſſeſſionis, ut ex terminis patet. Ergo cum omnis actus factus contrà diſpoſitionem decreto irritante munitam, quali fulcita eſt, & munita Conſtitutio Eugeniana, dictam exemptionem continens, ut vidimus *num.* 374. & ipſo jure irritus ſit, & inane quidquid in contrarium fit, etiam parte ulla non opponente, & omnem poſſeſſionem ita inficiat, ut manutenibilis non ſit, quamvis millies repetatur, præſcribi non poteſt exemptio rerum Monachorum à ſolutione decimarum.

Prædictis Doctoribus conſonat 418. *Laur. de Peyrinis.* P. Peyrinus *tom.* 1. *Privilegiorum, in Conſtit.* 2. *Iulii II.* §. 31. *num.* 132. *pag. mihi* 99. ſic dicens: Noto etiam, quod non ſolùm domus, & prædia noſtra ſunt exempta à ſolutione decimarum, ſed etiam *Coloni*, qui conducunt agros noſtros, ſive conducant ad medietatem fructuum, & dicuntur *Coloni partiarii*, ſive ut quotannis certam patem fructuum nobis tribuant in omnem eventum, & reliquum ſibi acquirant; & dicuntur *Coloni, vel Conductores cenſuales.* Nam privilegium eſt reale, & privilegium reale, jure communi tranſit ad *Colonos.* Panormitanus *in cap. Ex parte, el* 1. *n.* 4. *de Decimis, & cap. ſeq. num.* 3. Jac. Puteus *lib.* 2. *deciſionum, deciſ.* 522. *num.* 3. Corduba *in Summa, caſu* 101. Guid. Papa *quæſt.* 297. Azor *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 26. *quæſt.* 7. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 302. Roderiq. *tom.* 2. *q.* 44. *art.* 4. *verſu, Et primò dicendum eſt.* Henriquez *lib.* 7. *de Indulgentiis, cap.* 27. *n.* 8. Habet Gloſſa *in Clement.* 1. *verſu Ad excolendas, de Decimis*, & multos alios affert Henriquez *in Commento, lit. K,*

&

& in eodem Commentario, litt L, adducit ad id privilegia Pauli III. Pii IV. & Gregorii XIII. & addit, quod cum hæc cauſa fuerit agitata Romæ, & apud multa Eccleſiaſtica Tribunalia in Hiſpania, ſemper pronunciatum eſt in favorem Religionis, & *Colonorum*. Noto etiam, quod neque etiam Religioſi tenentur ſolvere decimas ex prædiis, ſive domibus, quæ habent in emphyteuſim, neque etiam ex his, quæ habent conducta, ſive locata, ut probat Azorius *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 26. *quæſt.* 8. Denique nota, quod novalis ager, de quo ſuprà *in Conſtit.* 1. *hujus Pontificis*, §. 28. 29. & 33. eſt ager nunc primùm præciſus, de quo non eſt memoria, quod fuerit cultus, & nunc eſt ad culturam redactus. Ita habetur *cap.* 1. & *cap. Quid per Novale, de verbor. ſignificat. & cap. fin. de Privilegiis.* Hæc Peyrinus.

419. *Ioan. de la Cruz.* Joannes etiam de la Cruz *de Statu Religionis, lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 4. *fol. mihi* 139. ſic punctum diſcutit præſentem. An Religioſi ſint exempti à Decimis ſolvendis? *Prima concluſio.* Religioſi non tenentur decimas ſolvere de laboribus, quos ſuis manibus, aut ſumptibus colunt, nec de nutrimentis ſuorum animalium. Ita conceſſit Benedictinis Benedictus XII. *Bulla* 1. & Honorius III. *Bulla* 1. *in Compendio novo Prædicatorum. Secunda concluſio:* Religioſi non tenentur decimas ſolvere de ſuis bonis movibilibus, & immovibilibus, poſſeſſionibus, aut prædiis, præſentibus, & futuris, etiam ab aliis ſibi conductis; dum tamen illa ſuis manibus, vel ſumptibus excolant, aut pro ſua ſuſtentatione excoli faciant. Nec tenentur decimare de pratis, herbis, paſcuis, nutrimentis animalium, ac paſtorum eorumdem. Ita conceſſit Fratribus de Guadalupe Gregorius XI. Martinus V. & Paulus III. anno 1535. ut habetur in Compendio D. Hieronymi, *tit. Decimarum exemptio*, §. 12. 15. & 16. Item Sixtus V. *Bulla* 18. eximit Religioſos S. Joan. Hieroſolymitani, vaſſallos, *colonos*, ſervitores, &c. & ipſorum animalia, *prædia*, domos, molendina, & *quævis bona à ſolutione decimarum*, jurium, etiam Synodalium, cenſuum, & canonicarum portionum, ſeu charitativi ſubſidii, aut jucundi adventus, ſeu quartæ, & aliorum onerum. Et præcipitur Ordinariis, ne in hoc eos moleſtent.

Tertia concluſio. Religioſi, juxta *caput Nuper*, de Decimis, tenebantur 420. decimare de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concilium Lateranenſe, ſub Innocentio III. ſi aliàs de iſtis poſſeſſionibus decimæ ſolvebantur: ſed jam ab iſta decimarum ſolutione liberantur per Joannem XXII. *Bulla* 4. pro Præmonſtratenſibus, ubi liberantur à decimando de ſuis poſſeſſionibus, &c. ſive per eos, ſive *per alios excolantur*; & licèt de his aliquis decimam perceperit. Et Paulus III. *Bulla* 8. concedit Societati, ut de eorum domibus, prædiis, hortis, ac aliis locis, quæ pro eiſdem emendis ipſis pro tempore largiri, vel donari contigerit, & de aliis bonis ab eis poſſeſſis, & obtentis, non ſolvant decimam, etiam Papalem, ſeu Canonicam portionem, nec ad præſtationem procurationum Legatorum dictæ Sedis, vel exactionem, collectarum, vel proviſionum quarumcunque teneantur: nec ad id per litteras Apoſtolicas poſſunt compelli, niſi iſtæ litteræ de hoc indulto de verbo ad verbum, ac de Societate fecerint mentionem. Et ſi per Sedem Apoſtolicam ex piis legatis, diſpoſitis, vel redictis, aliqua pars alteri piæ, vel non piæ cauſæ ſit conceſſa, vel concedatur, legata Societati, vel relicta, vel in favorem ejus diſpoſita, ſub his conceſſionibus non comprehenduntur, niſi de ipſa Societate, & de hoc indulto, & de Pontificis voluntate fiat mentio in eiſdem, & non per clauſulas generales idem importantes. Sed quomodo iſta verba intelligantur de concedendis ab iſtomet Papa, hoc tenore iſta concedente, vide *cap.* 3. *dub.* 4. Item poſtea Pius IV. *Bulla* 5. confirmavit exemptionem à quibuſvis decimis, etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & aliis fructuum partibus, ſubſidiis etiam charitativis, & aliis ordinariis oneribus, etiam pro expeditione contra infideles, defenſioneque patriæ, ac aliis quomodolibet, etiam ab Imperatoribus, & inferioribus Principibus impoſitis, & licèt in ipſa impoſitio

poſitione caveatur, quod nulla omnino exemptio cuique adverſus illa ſuffragetur. Et idem poſtea etiam confirmavit Gregorius XIII. *Bulla* 21. expreſſe derogando *cap. Nuper, de Decimis.*

421. *Quarta concluſio.* Religioſi non tenentur decimare, etiam de terris, & poſſeſſionibus aliis ad colendum traditis. Immò ipſi poſſunt percipere decimas, quas *Coloni* tenentur aliis ſolvere, etiamſi alii in poſſeſſione, vel quaſi, eas à *Colonis* exigendi fuerint Ita conceſſit Ciſtercienſibus Bonifacius VIII. *Bulla* 11. & Joannes XXII. Carthuſienſibus, ut habetur in Compendio Ciſtercienſium, *verbo Decima*, §. 4. & idem Bonifacius VIII. præcepit Prælatis Eccleſiæ, ut cum cenſuris inhibeant ſuis ſubditis ne à Fratribus Hoſpitalis S. Joannis decimas exigere præſumant de novalibus, vel aliis terris, quas ſuis ſumptibus, vel per ſuos *Arrendatarios*, vel *Cultores*, ad tempus, & non in perpetuum excoli faciunt, vel de animalium nutrimentis, vel aliorum à ſuis terris naſcentium, vel de hortis, virgultis, & piſcationibus: non obſtante longa præſcriptione, ſeu potiùs violenta pro ſupradictis exactione eiſdem Fratribus irrogata. Ita in Compendio Mendicantium, *tit. Decimæ*, §. 7. & Manuel Rodrig. *in qq. Regular. tom.* 2. *q.* 44. *art.* 4. Item Clemens VII. *Bulla* 10. concedit Ordini Militari S. Jacobi amplum privilegium circa hoc. Et adhuc largius dicta omnia ſunt conceſſa nobis à Pio V. *in Compendio novo Prædicatorum*, *Bulla* 27. *&* 28.

422. Ex dictis ſequitur *primò*, dicta privilegia ſiniſtrè interpretari ab aliquibus Judicibus Eccleſiaſticis: dicendo, quod quando Religioſi propriis manibus, vel ſumptibus dictas terras excolunt, integram decimam recipere poſſunt. Si tamen illas excolunt per *Colonos*, ex communi acervo priùs extrahatur redditus Monaſterio ſolvendus, & de reſiduo decima pars Parocho ſolvatur; niſi aliàs per 40. annos Religioſi integram decimam à *Colonis* percepiſſent. Sed ad hoc dico, quod bona Regularium per ſuum reale privilegium eximuntur à decimis prædialibus, & non tenentur ſolvere decimam perſonalem, vel quartam, aut aliam partem, ut probat Mandoſius *de Privilegiis ad inſtar*, Gloſſa 13. *num.* 4. Et cùm ſit privilegium reale, ut conſtat ex littera privilegiorum, terra cum eodem privilegio tranſit ad *Colonos*. Quod adhuc clariùs patet ex privilegiis Societatis Jeſu, citatis *in* 3. *concluſione*. Et peritiſſimi Juriſtæ fatentur concedere plenum jus exemptionis, etiam *Colonis* conducentibus Religioſorum agros. Et ita judicatum eſt in multis Tribunalibus in favorem Societatis, & *Colonorum*, ſicut Salmanticæ, anno 1588. vel 1583. & Baezæ, & Murciæ, adductis executoribus Pontificis, mandatum eſt executioni, & conſequenter confirmatum ſententia rei judicatæ, ut refert Henriquez *tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. *n.* 8. Et ſic *Coloni* debent ſolvere decimam Monaſterio.

423. *Secundò* ſequitur, quod ubi ſolvitur decima perſonalis, non tenentur ſervitores Monaſteriorum eam ſolvere, aliàs Monaſteria illam decimam ſolverent; cùm ſervitores cariùs operas ſuas locarent, ſi eam ſolverent. Si objicias contra dicta, quia fertur Leonem XI. intuitu Patrum Societatis revocaſſe dicta privilegia, & ſtatuiſſe quod *Coloni*, ſeu *Arrendatarii* agrorum, ſeu poſſeſſionum Religioſorum decimas ſolverent Parochis. Ad hoc dico, quod poſt Leonem XI. omnia Regularium privilegia ſunt iterum de novo confirmata per Paulum V. juxta dicta *cap.* 3. *dub.* 5.

424. *Quinta concluſio.* Moniales, eodem modo ac Religioſi, ſunt exemptæ à decimarum, & primitiarum ſolutione. Ita conceſſit Monialibus S. Claræ, Bonifacius VIII. *Bulla* 3. ubi eximuntur à ſolutione decimarum, à contributione in procurationibus Ordinariorum, Legatorum, & Nuntiorum Papæ, à collectis, taleis, pedagiis, & à teloniis, & aliis exactionibus Regibus, aut aliis ſolvendis. Et idem eiſdem concedit Leo X. *Bulla* 23. Idem etiam conceſſere Monialibus Prædicatorum, in iſtorum novo Compendio, *Bulla* 5. Nicolaus IV. *Bulla* 3. Bonifacius VIII. *Bulla* 3. Benedictus XI. & *Bulla* 2. Innocent. VI. Habentque Moniales ſua privilegia communicationis, juxta dicta *ſuprà*, *cap.* 4.

425. Omnia in ſex verſiculis præceden-

Emman. Roderiq. tibus contenta, prout jacent, tradidit P. Joannes à Cruce: & prius, ac fuſius Emmanuel Roderiquez *in QQ. Regularibus, tom. 2. quæſt. 44. art. 4.* ubi per extenſum recenſet conceſſiones ſequentes, Clementis IV. Minoribus factam, Sixti IV. pro eiſdem emanatam Minoribus, Martini V. pro Monaſterio de Guadalupe, Pauli III. & Sixti V. pro eodem, extenſas ad omnia ejuſdem Ordinis Monaſteria per Pium V. & Sixtum V. Pauli III. & Gregorii XIII. pro Societate Jeſu, Joannis XXII. pro Carthuſienſibus, Lucii III. & Bonifacii VIII. pro Fratribus S. Joannis Hieroſolymitani, Clementis VII. pro Ordine militari S. Jacobi. Et poſt earum recenſionem, & ſiniſtræ interpretationis eis præſtitæ per judices, nimium Parochialibus favere volentes, contra eam inſurgit, ut ſequitur.

426. Et *primò* dicendum eſt, quod bona omnium Regularium, præſertim Mendicantium, per ſuum privilegium reale eximuntur à decimis prædialibus, & non tenentur ſolvere decimam perſonalem, neque quartam medietatem, aut aliam fructuum partem, prout probat in propoſito Horatius Mandoſius (*de Privilegiis ad inſtar, gloſſa* 15. *num.* 40.) & cùm ſit privilegium reale, ut patet ex littera privilegiorum, terra cum eodem privilegio tranſit *ad Colonos*. Quod ex privilegio citato conceſſo à Sixto V. Ordini D. Hieronymi, & ex conceſſione facta Societati Jeſu conſtat. Quoad privilegia, cum clarè nobis hanc veritatem inſinuent, non eſt neceſſe alias adducere probationes: ſufficit enim eorum litteram legere, & cùm conſtet de conceſſione, nemini licet dubitare de poteſtate Papæ talia privilegia indulgentis, prout ex quadam Decretali (*cap. Anobis, de Decimis*) ubi id notat Gloſſa (*verbo Exemptus.*) Neque obſtat, quod hæc redundant in præjudium Ordinariorum; nam utens jure ſuo non facit eis injuriam, perſonas aliquas, & earum poſſeſſiones privilegio exemptionis illuſtrando. Reges enim jure ſuo utentes, faciunt nobiles, & à tributis exemptos, licèt ex conſequente graventur aliqui: & ſic Summus Pontifex circa decimas prædiales, antequam Parocho, aut alteri ſit jus quæſitum, & dominium, poteſt ex cauſa diſponere, eo quòd Parochis, & Epiſcopis ſub eo modo, & conditione conceſſit jus decimarum, quandiu ipſe non revocaret.

Quod confirmatur: nam Summus 427.
Pontifex lege ſua impedit, ne Parochus, qui non reſidet, aut Beneficiarius, qui Horas non recitat, acquirant dominium futurorum fructuum, tam in pœnam, quàm quia donatur ſub ea conditione, & modo, *ſi reſideat, aut recitet*, prout tradit Navarrus (*in Summa, cap. 25. num. 122.*) & ſic maritus uxori ſuæ viduæ reliquit uſumfructum bonorum, *quoad caſtè vixerit, aut tutelam filiorum habeat, ſi ad ſecundas nuptias non tranſeat:* deficiente enim ea conditione, & modo, amittet in utroque foro uſumfructum in futurum, abſque alia ſententia, etiam declaratoria criminis: quia ceſſat totus titulus acquirendi, & intentio donantis ſub modo, ut poſt alios probat Navarrus (*in Manuali, cap. 25. citato, num. 67.*) & advertit Henriquez (*lib. 7. cap. 27. num. 7.*) quod Judices, & peritiſſimi Juriſconſulti mirati ſunt de hoc privilegio. Fatentur concedere plenum jus exemptionis, etiam *Colonis* qui conducunt agros Societatis, aut alterius Religionis habentis ſimile privilegium: ita enim plenè explicant Summi Pontifices ſuam intentionem derogando *capitulum Nuper:* & cùm cauſa hæc fuerit Romæ agitata, & apud multa Tribunalia in Hiſpania (ad quæ Senatus Regius ſupplicatus ſuper cauſam, remiſit) ita ſemper pronunciatum eſt in favorem Societatis, & *Colonorum*, ut Salmanticæ anno Domini milleſimo, quingenteſimo, octuageſimo tertio, & Bæticæ, & Tudeti, ſeu Murciæ, adductis executoribus Pontificis mandatum eſt executioni, atque ita id ſpeciale privilegium confirmatum eſt ſententia rei judicatæ, prout refert Henriquez (*ubi ſupra, num. 7.*)

Ex quibus infertur, quod ſi Mo- 428.
naſterium exemptum habeat terras, vineas, hortos in loco alienæ Parochiæ, *Coloni* qui conducunt eas terras, tenentur decimas ſponte ſolvere Monaſterio, ſcilicet exempto; non autem Parocho, aut Epiſcopo, quia id privilegium eſt reale, prout probat

bat Horatius Mandoſius (*de Privilegiis ad inſtar, gloſſa* 15. *num.* 40.) juxta quandam Gloſſam (*in Clement.* 1. *verbo Ad exeolendas, de Decimis,*) ubi Archidiaconus (*num.* 6.) & Cardinalis (*quæſt.* 23.) *num.* 21. Pro majori autem abundantia, ad vitandas lites, Summi Pontifices, ut patet ex tenore dictorum privilegiorum, exprimere voluerunt id ſpeciale, ut ſcilicet ad *Colonos* extenderetur: dato enim quod privilegium ſit reale, cum eximantur bona, ad *Colonos* debebant tranſire, etiamſi de illis nulla mentio fieret, juxta tradita eleganter à Socino (*conſil.* 268. *volum.* 2. *& conſ.* 93. eleganter, & ſubtiliter, *volum.* 3.)

429. Advertit etiam Henriquez, quod pro retinenda poſſeſſione enitendum eſt, ut *Coloni* ſponte ſolvant decimas Monaſterio ſic exempto, ut ſic evitatur periculum, ne Parochus titulo poſſeſſionis ſolitæ, & antiquæ ſe defendat: quod ſi *Coloni* moleſtentur à Parocho, etiam per cenſuras Ordinarii, reſpondere debent, ſe jam ſolviſſe poſſeſſori, & remittant Parochum, ut cum poſſeſſore litiget, ſi contendat ſe habere jus repetendi.

430. Advertendum etiam, quod in partibus ubi ſolvitur Epiſcopo decima perſonalis, ſolent Epiſcopi eam petere à ſervitoribus Monaſteriorum, dicentes eos ex ſalario ipſis à Monaſterio dato, decimam perſonalem ſolvere teneri, quod eſt contra privilegia ſuperiùs allegata, cum Monaſteria à decimis ſint exempta, & hanc decimam ipſa ſolvunt; nam ſervitores propter eam cariùs ſuas operas locabunt.

431. Hactenus Emmanuel; ſed ad id, quod ex Henriquez advertit *n.* 429. dico, quod licèt illius conſilium optimum in omni eventu ſit, & proficuum, ſi privilegium exemptionis à decimarum ſolutione munitum ſit clauſula decreti irritantis, quali gaudet, & munitum eſt privilegium Eugenii Quarti pro Congregationibus Caſſinenſi, & Valliſoletana noſtra, & pro aliis ipſis communicatum, de quo *num.* 362. 417. & ſæpè alibi, nunquam Parochus erit in poſſeſſione percipiendi decimas ex bonis Monaſteriorum, eſto pluries, aut millies illas acceperit de manu, nedum *Colonorum*, ſed nec de manibus Monachorum, ob ea, quæ diximus *dicto num.* 417.

Hieronymus Roderiquez in Compendio dictarum Quæſtionum Emmanuelis, *reſolut.* 50. Authorem ſequens, *num.* 3. dixit: Religioſi, attento jure communi, *in cap. Ex parte, el* 1. *de Decimis*, privilegio gaudent non ſolvendi decimas de novalibus propriis, quæ in fertilitatem inducunt proprio labore, nec de eorum hortis. Super quo habent Ciſtercienſes, & Carthuſienſes privilegium in jure communi, *cap.* 2. §. *Statuimus, de Decimis, lib.* 6. Attentis verò privilegiis extra corpus juris, omnia bona Regularium, præſertim Mendicantium, per privilegium reale eximuntur à decimis prædialibus, & perſonalibus, neque quartam, medietatem, aut aliam fructuum partem tenentur ſolvere, ut habetur in Bullario. Cumque hoc privilegium ſit reale, prædia tranſeunt ad *Colonos* cum eodem favore, ut patet ex Bullis Clementis, & Sixti IV. pro Minoribus Conventualibus, Martini V. Pauli III. & Sixti V. pro Ordine S. Hieronymi, Pauli III. & Gregorii XIII. pro Societate Jeſu, & Lucii III. Bonifacii VIII. & Clementis VII. pro Ordinibus Militaribus S. Joannis Jeroſolymitani, & S. Jacobi de la Spatha, quæ extant apud Bullarium *ibidem, artic.* 4. De quo Mandoſius *de Privilegiis ad inſtar, gloſſa* 15. *n.* 40. Henriquez *lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 27. *num.* 7. *art.* 5. Vide Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 49. *art.* 12. 432. *Hieron. Roderiq.*

Moniales S. Claræ non tenentur ad præſtationem decimarum de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis bonis ad ſe pertinentibus per privilegia Bonifacii VIII. Alexandri VI. & Leonis X. apud Bullarium, qui ad Tertiarias id extendit, & ad Moniales Conceptionis, & Annunciationis, idem fecit Clemens VII. Sed nota, pro dictorum privilegiorum intelligentia, quod Bonifacius VIII. *in Extravaganti Declarationes, de Decimis*, declaravit, Monaſteria Monialium, & aliorum Regularium, quorum redditus, & proventus ſunt adeo tenues, & exiles, quod illis ſuſtentari non poſſunt, & mendicare coguntur, non teneri ad ſolutionem decimæ Papalis. Et Greg. XIII. declaravit, 433.

ravit, dotem pro ſuſtentatione uniuſcujuſque Monialis tantam eſſe debere, ut habeat annuatim 25. ducatos de Camera: cujus quidem Conſtitutio non eſt hactenus revocata, *ibidem* (id eſt apud Emmanuelem *dicta quæſt.*44.) *art.*5. *& tom.*3. *quæſt.*74. *art.*16. & nos dicemus infrà, *de Tributis*, *num.*16. De quo Paulus *in Clement. Si Benefic. de Decimis*, Gaſpar *de Sententia excom. conſ.*9. Bartholom. Valencinus *de Charitativo ſubſidio*, *quæſt.*77. *num.*1. Collector Mendicant. *tit. Decimas*, §. 15. Vide Portel. *verbo Decimæ*, *num.* 3. ubi addit, in Portugalia praxim eſſe in contrarium, pro decimis ſolvendis à Monialibus de poſſeſſionibus colonis conductis.

434. Cùm exemptio à ſolutione decimarum ſit privilegium Religioni conceſſum, ſi ex negligentia, vel omiſſione Regulares illo non utantur, etiam per aliquos actus contrarios, non præjudicant juri ſuo, ex tali privilegio obtento; ut habetur in Compendio Societatis, *verbo Privilegium*, §. 2. *&* 9. niſi legitimum tempus præſcriptionis labatur, quod eſt centum annorum, ad inſtar Eccleſiæ Romanæ, juxta quoddam ſingulare privilegium Eugenii IV. de quo infrà *de Præſcriptionibus*, *num.* 2. Unde quando Religioſi gratis præbent aliquas portiones ad ſublevanda onera Eccleſiarum Parochialium, nullo jure poſſunt compelli ad eorum contributionem: attenta enim ſuorum privilegiorum conceſſione, etiam Decimam Papalem ſolvere non tenentur, *ibidem art.*6. De quo Rebuffus *de Decimis*, *quæſt.*13. *n.*113. Covar. *lib.*1. *Variarum*, *cap.*17. *num.*14. Henriquez *ubi ſuprà*, *num.* 9. Quo citato idem docet Portel. *d. num.* 3. §. *Hoc ſolùm addo.*

435. Hactenus Hieronymus Roderiquez. Et quoad id, quod modò dicit, quod non præjudicant Regulares juribus ſuis, ex privilegiis obtentis, eſt valdè notabilis conceſſio Eugenii IV. facta noſtris Caſſinenſibus *in Conſtitut.* de qua ſuprà, *n.*360. *& ſeqq.* in qua ſic *num.*20. habetur: *Adjicientes etiam, quod ſi quandoque contigerit, per aliquem, aut plures actus, contra hujuſmodi, aut quæcumque alia decreta, privilegia, indulta, gratias, & immunitates præfatæ Congregationi conceſſa, aut ipſorum aliquod à quocumque, cujuſcumque conditionis, dignitatis, gradus, ſeu ſtatus exiſtat, ex negligentia, vel ignorantia præſentium, & futurorum, quibus ea conceduntur, aut alia quavis cauſa aliter attentari, vel obſervari, vel ignoranter, vel ſcienter, nullum tamen per hoc præjudicium decretis, privilegiis, indultis, gratiis, & immunitatibus præfatis volumus generari, ſed illa in ſuo robore, & vigore permanere.* Hæc in dicta Eugenii Conſtitutione, edita 7. Kalendas Martii, de anno 1434. quod idemmet Pontifex conceſſit ſub eiſdem omninò verbis eidem Congregationi, pridie Kalendas Julii 1436. *in Conſtitut. Et ſi quaſlibet, la 9. dicti Bullarii noſtræ Valliſoletanæ Congregationis*, *num.*15. Et quod Regulares non amittant per non uſum, nec per contrarium uſum privilegia ſua, dixi *tom.* 2. *Diſquiſitionum*, *diſq.*4. *dub* 8. *à num.* 31. poſt Antonium Naldum *verbo Privilegium*, *num* 4. & Samuelium *in Praxi de Sepulturis*, *prælud.* 2. ac Lezanam *tom.* 2. *verbo Sepultura*, *num.*55. Et quoad illud, quod Hieronymus dicit de præſcriptione, vide, ſi placet quæ dixi *in dicto Diſquiſitionum tom.*2. *diſq.*6. *dub.*1. *num.*45. *& ſuprà*, *num.* 417. *& poſt Commentaria*, *in additionibus ad Deciſionem* 17. *num.* 18. quibus in locis dixi, præſcribi non poſſe, ubi non intervenit actus conſtituens præſcribere volentem in poſſeſſione illius: & quod hujuſmodi actus intervenire neutiquam valeat, quoties datur clauſula Decreti illum irritantis, qualis adeſt in Conſtitutione Eugenii Papæ Quarti de anno 1434. *num.*360. recenſita, ut vidimus *num.* 374.

436. *Iacob. Menochius.* Jacobus Menochius celebris Juriſperitus, *in conſilio* 276. recenſito quodam privilegio conceſſo per Leonem X. Monachis de Murano, per omnia ſimili conceſſo Congregationi Caſſinenſi, ſuprà reddito, *num.* 360. duas excitat difficultates: *Prima* eſt, *an dicti Monachi immunes ſint à præſtatione quarteſii Plebano Eccleſiæ Opiterginæ, ex fructibus Dominicæ eorum portionis? Secunda* autem hujuſmodi eſt: *An ſaltem eorum Coloni partiarii, pro eorum portione colonica teneantur ad ipſius quarteſii præſtationem?* Et breviter *prima* affirmativè reſoluta

luta, dicendo: Exiſtimo ſatis certum, & clarum eſſe, ipſos Monachos non teneri; ſiquidem extat manifeſtum privilegium Leonis X. quo immunitas hæc conceſſa fuit. *Secundam* negativè reſoluit ex Gloſſa *in Clement. 1. verbo Excolendas, in fine, de Decimis*, diſtinguente, an privilegium immunitatis à ſolutione decimarum, conceſſum ſit perſonæ, an bonis; atque ita, aut perſonale, aut reale. Primo caſu, non comprehendit *Colonos* partiarios: ſecundo verò caſu comprehendit. Et pro hujus diſtinctionis probatione, adductis Cardinali Zabarella *in d. Clement. quæſt.* 22. Imola Vitalino *num.* 31. Rota *deciſ.* 4. *de Privilegiis, in antiquis*, Abbate *conſilio* 9. *in lib.* 2. *& in cap. Ex parte, el* 1. *num.* 4. *de Decimis*, Socino Seniore *conſil.* 297. *num.* 5 *lib.* 2. Ruino *conſ.* 157. *num.* 9. *lib.* 3. Bertachino *tract. de Gabellis, part.* 7. *num.* 16. Boc. *quæſt.* 213. *colum. ult.* Joanne Baptiſta Ferreto *conſ.* 123. *num.* 6. & Ægidio Boſſio *tract. Cauſarum criminalium, tit. de Principe, & privilegiis ejus, num.* 174. addit: Difficultas ergo tota hic verſatur in cognoſcere, an hoc privilegium Reverendorum Monachorum ſit perſonale, vel potiùs reale? *Et verè exiſtimo reale eſſe.*

437. *Primò*, quia quando conceditur privilegium Eccleſiæ, Civitati, & aliis perſonis, quæ nunquam moriuntur, cenſetur privilegium reale. Ita tradunt Gloſſa *in Can. Summa*, 25. *quæſt.* 2. *& in l. Forma*, §. *Quanquam, de Cenſibus.* Et in ſpecie declarant Joan. Faber *in* §. *Sed quod Principi, in Inſtitutione de Iure naturali, gentium, & civili.* Imola *in l. Quia tale, ff. Soluto matrimonio*, & *ibidem* Aretinus, & Alexander: idem Imola *in cap. Cùm veniſſent, colum.* 4. *de Inſtitutionibus.* Anchar. *conſ.* 327. *col.* 2. Decius *conſ.* 262. *col.* 2. *verſic.* 2. *videtur.* Natta *conſ.* 163. *num.* 16. *& conſ.* 164. *num.* 28. *lib.* 1. Eſt ergo ſatis, ſuperque fundata intentio Reverendorum Monachorum, quod eorum privilegium ſit reale.

438. *Secundò* eſſe reale privilegium, atque ita conceſſum bonis, ſignificant verba privilegii, *num.* 48. quæ ita ſcripta ſunt: *Nulli quoque Reges, Principes, Barones, Univerſitates, Magiſtratus, Rectores, & officiales Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & Diœceſum diverſarum, Monaſteriis, Prioratibus, locis, Capellis, & Eccleſiis manualibus, Grangiis, Caſtris, poſſeſſionibus, & bonis, necnon Prælatis, & Monachis ipſius Congregationis, gabellas, talias, datia, collectas, etiam pro pontium refectionibus, aut viarum reparationibus, aliave onera, ſeu gravamina inferre, indicere, & imponere, &c.* His ſanè verbis apertè conſtat, privilegium exemptionis, atque immunitatis de oneribus Principum ſæcularium, eſſe reale reſpectu bonorum, & reſpectu perſonarum eſſe perſonale, cum dicat *caſtris, poſſeſſionibus, & bonis, necnon Prælatis, & Monachis, &c.* Hæc privilegii pars eſt clara, & ob id ex ea declarari debent aliæ ſubſequentes partes, ſi in eis aliqua erit dubitatio: tum, quia una pars alteram declarat, juxta *legem Virum, in fine, ff. de Petitione hæredit.* ubi una pars legis alteram explicat. Idem in ſtatutis reſponderunt Curtius Junior *conſ.* 7. *num.* 3. & Socinus Junior *conſ.* 1. *n.* 42. *lib.* 1. Idem dicimus in teſtamentis, *l. Qui filiabus*, ubi latè Jaſon, *de legatis* 1. Tum etiam aliæ ſubſequentes partes ſunt continuativæ, & copulativæ huic primæ.

Hæc omnia Menochius, quæ adaptari poſſunt, & debent privilegio 439.
præfato Eugenii Papæ IV. Congregationi Caſſinenſi conceſſo, dicto anno 1434. *num.* 360. recenſito, cum eadem illud ac iſtud Leonis X. ut præmiſi, verba, & diſpoſitionem contineat. Pro quorum majori dilucidatione, & probatione, libet adducere Rotam *in Nullius, ſeu Squillacenſi juriſdictionis*, 4. *Martii* 1616. *coram Martino Andrea, la* 69. *apud Aſcan. Tamburin. tom.* 3. in qua *num.* 29. facta mentione alterius privilegii ejuſdem Leonis X. de Monaſterio S. Stephani de Nemore, Monachis Carthuſienſibus conceſſi, ita ut ſequitur, ad rem præſentem dixit, videlicet: Nam ultra quod *dicta conceſſio Leonis de præfata Domo facta fuit cum omnibus & ſingulis ejus movibilibus, & immovibilibus bonis, juribus, & pertinentiis ſuis, ut in ea legitur expreſſe*; cùm dicta privilegia, ut conſtat ex præfatis donationibus, & conceſſionibus Epiſcoporum Squillacenſium, ac confirmationibus Apoſtolicis, *fuerint conceſſa ipſi* Sacræ Rotæ. Nota.

Monaſterio, necnon locis ac bonis eidem donatis, & ſic rebus, & non perſonis; ideo fuerunt realia, & perpetua, & conſequenter illa ſuffragantur Priori, & Monachis S. Stephani de Nemore, ad quos Monaſterium, & loca, bonaque præfata devenerunt, l. ætatem, §. final. l. Forma, §. Quanquam, ff. de Cenſibus. Rota *deciſ. 4. de Privilegiis, in antiquis*, Dyn. *in Regul. Privilegium, num. 7. & ibi* Joan. Andreas *num. 1. in 4. caſu.* Franc. *n. 3. in fine, verſic. Aliquando, & 4. de Regulis juris in 6.* Bartol. *in l. 1. n. 1. ad fin. verſic. Si verò privilegium conceditur rei, & ſeq. ff. de Conſtitutionibus Principum.* Anchar. *conſil. 327. num. 2. verſic. Primò namque.* Natta *conſ. 627. n. 12. & ſeq.* idem *conſ. 649. num. 16. & 17.* Menochius *conſ. 276.* (modò à nobis adducto) *num. 8. & præſumptione 103. num. 24. lib. 3.* Surdus *conſ. 525. num. 26.* ubi alios cumulat. Schrader. *conſ. 23. num. 62. verſ. Deinde quoque, lib. 2.*

440. Ita adamuſſim S. Rota, quam libentiſſimè recenſeo, ut deprehendatur, illam non ſemper fuiſſe, & perſtitiſſe in ſententia, quam firmaverat 17. Decembr. 1584. *coram Blanchetto, in Placentina*, recenſita, & ſequuta à Card. Seraphino *deciſ. 127. num. 2. & in Pampilonenſi*, 15. Decembr. 1615. *coram Coccino*, de quibus ſuperiùs, *num. 400. & 407.* ubi illis ſatisfit. Sed re meliùs inſpecta, poſtea mutaſſe ſententiam, quod mirum non eſt, cum non rarò ſecundum unam decidat, & in eadem cauſa, meritis ejus reviſis, & exactiùs examinatis, à deciſis coram eodem etiam Domino, contrariam ſequendo, recedat: quod videre eſt *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia, in Deciſionibus 4. & 5. poſt mea Commentaria.*

441. Sed ut clarior appareat Menochii doctrina, & etiam hujus S. Rotæ Deciſionis, de anno 1616. advertere duxi, iſtam proceſſiſſe circa Monaſterium, bona, & jura ipſi pertinentia, quæ cum eiſdem privilegiis poſſeſſa fuerunt per tempus longiſſimun 300. annorum, à noſtris Patribus Ciſtercienſibus, ut ex ipſamet conſtat Deciſione.

442. *Greg. à Caſtro.* Pater Gregorius de Caſtro, Magiſter Generalis noſtræ Congregationis Hiſpanæ Valliſoletanæ, Vir quidem doctus, en el Memorial defenſorio por el Abad, Monges, y Convento del Real Monaſterio de S. Joan, de la Orden de S. Benito, cerca de la Ciudad de Burgos, con el Señor Dean y Cabildo de la S. Igleſia Metropolitana de la dicha Ciudad, y los Beneficiados del lugar de Albillos, en razon de los diezmos de la Granja, que en dicho lugar tiene el dicho Real Monaſterio, ſpecialiter fundat, quod Religio Benedictina, ex vi ſui Inſtituti, & juris antiqui, & novi, debeat eſſe libera à ſolvendis decimis de prædiis ſuis, & quod in hac libertate ſemper perſeverat illæſa. Et diſtinguit quinque tempora, in quibus diverſæ fuerunt Juris diſpoſitiones circa Decimas, quoad Regulares. *Primum* aſſignat à tempore primitivæ Eccleſiæ, uſque ad tempus in quo floruit omnium Patriarcha Monachorum S. P. N. Benedictus, excluſivè. *Secundum* computat à tempore dicti S. P. Parentis noſtri, & Gregorii Magni, uſque ad tempus Innocentii Tertii, & Concilii Lateranenſis ſub eo celebrati, excluſivè, in quo edita fuit diſpoſitio contenta in celebri capite *Nuper*, de Decimis. *Tertium* deſignat ab iſtius Concilii Generalis Lateranenſis Tertii, uſque ad Alexandrum IV. à quo edita eſt diſpoſitio capitis *Statuto*, contenta *in tit. de Decimis, in Sexto. Quartum*, ab iſto computat Alexandro, uſque ad Concilii Tridentini tempus, à quo quintum deſignat, incipiens à *ſeſſ. 25. de Regularibus, cap. 12.* Et pro ſui aſſumpti probatione plura eruditiſſimè cumulat, in quatuor ultimis temporibus, in quibus viguit, & viget Benedictina Religio, ex quibus, ne diutius quàm convenit, & par eſt immorer, ſolùm reſolutionem ejus, redditam ſuper *Clementinam 1. de Decimis*, ſæpius à Doctoribus in præcedentibus numeris recenſitis allegatam, hîc transferre conſultò, & exſcribere duxi: ſic enim ait à *n. 54. pag. 15.* videlicet:

443. Confirmatur, & roboratur hoc novum jus, *ex lib. 3. Clementinarum, tit. 8. de Decimis, cap. Religioſi*, ibi: *Sed qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, decimas ſolvi Eccleſiis non permiſerint, &c.*

&c. præmiſeratque Clemens V. hæc verba, videlicet: *Religioſi quicumque, qui novalium, aut alias decimas Eccleſiis debitas, ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes, &c.* Cum quibus verbis faciles ſunt duæ obſervationes: *prima*, quod bene inſpicitur, quod hæc diſpoſitio Clementinæ non reſpicit omnes Regulares, ſed ſolùm comprehendit eos, qui non habent aliquam cauſam legitimam, quale eſt privilegium, ut non ſolvant decimas Eccleſiis debitas: & conſequenter ſupponit eſſe aliquos Regulares, qui habent cauſam legitimam ad non ſolvendas decimas debitas Eccleſiis, propter limitationem ad aliquos ibi relucentem, quæ limitatio ſemper debet attendi.

444. *Secunda* eſt, quod comprehendit tales Regulares exemptos eſſe à preſtatione decimarum de terris, etiamſi tradant eas aliis excolendas, dummodo habeant legitimam cauſam, ſcilicet privilegium, & in verbis illius reperiatur exemptio à præſtatione decimarum de terris, etiamſi tradantur aliis, ut excolantur. Ratio hujus, brevis eſt; nam privilegium, legitima cauſa eſt ad præſtandam exemptionem, tam ad unum, quàm ad aliud, & æqualem importat effectum. Et conſequenter Clemens V. in hoc textu omnes, qui habebant cauſam legitimam ad omnes exemptiones decimarum, ſuppoſuit illos exemptos quoad omnia contenta in privilegio, ex vulgari axiomate, *ubi eadem eſt ratio, eadem eſt juris diſpoſitio:* de quo vulgariter; alios verò non item: ut ſimiliter conſtat ex illo vulgari proloquio: *Quia caſus exceptus firmat regulam in contrarium, l. Nam quod liquidè, §. fin. de Penu legata (in ff.) cap. de Conjugio leproſorum*, Gonzalez *in Regul. 8. Cancell. gloſſa 2. n. 51. & gloſſa 54. num. 19.* Et quia diſpoſitio ad aliquas perſonas limitata, limitatum producit effectum, *l. In agris, ff. de acquirendo rerum dominio, l. In delictis, §. Si detracta, ff. de Noxalibus, l. Cancellaverat, ff. de iis, quæ in teſtament. delentur.* Rota *apud Seraphinum deciſ. 911. num. 2.* neque extenditur ad alias perſonas, niſi comprehenſas. Tuſchus *litt. D. concl. 494.*

445. Explico mentem Clementis in hoc textu; ſupponit namque, quod aliqui Regulares ſunt exempti à non ſolvendis decimis, ſi propriis ſumptibus faciant colere prædia ſua: & hoc privilegium ferè omnes Regulares obtinuerunt, de quo Author citatus, *num. 40. hic*, & ferè eſt commune omnibus; aliqui verò ſunt Regulares, qui præter hoc privilegium commune omnibus, habent privilegium de non ſolvendis decimis de terris ſuis, etiamſi tradant aliis excolendas: quale autem ſit unum, & quale aliud, pendet ex inſpectione privilegii: & quia Pontifex habuit notitiam de aliquibus Regularibus, quod etiamſi non haberent privilegium ad non ſolvendas decimas de terris, quas per *Colonos* excolebant, illas non ſolvebant Eccleſiis, etiamſi antea decimales eſſent; ideo tales non exemptos in hoc, ſed in alio, prohibuit hæc facere; & alios, qui omnino ſunt exempti, etiamſi excolant per *Colonos*, in hoc decreto non cohibuit, immò approbavit, & ſic pro iſtis poſuit verba ſuprà relata; ſcilicet, *ad eos ex aliqua cauſa legitima non ſpectantes:* pro illis verò poſuit ſequentia verba, ſcilicet: *Qui de terris, quas tradunt aliis excolendas, &c.* in quibus perſpicuum eſt, quod non comprehendit omnes terras, ſed limitatas: immò ſolum comprehendit illas, quas tradunt tales Exempti excolendas *Colonis.*

446. Et quod hæc duo ſint de mente Pontificis, *in dicto cap. Religioſi*, conſtat: *primum*, ex Gloſſa *ibidem*, verbo *Quibuſcumque*, & *ibi: Per quæ poſſent prædictæ ſententiæ impediri, privilegia enim ſuper decimis, illis* (hoc eſt, Religioſis) *conceſſa, tollere non intendit: quod patet ex principio. Secundum* verò, ex Gloſſa *ibidem*, verbo *Excolendas:* ubi poſtquam inquiſivit, dicendo: *Nunquid* Coloni *partiales, vel cenſuales privilegiatorum ſimpliciter ſuper decimis non ſolvendis, tenentur ad decimas?* Reſpondit per hæc verba, ſcilicet: *Putà ponderanda verba privilegiorum. Facit de Privilegiis, cap. Porro, quæ ſi eximunt terras ipſorum ab hoc onere, Coloni colentes illas, privilegio participant.* Quid clarius pro Regularibus? Et ſi Pontifex in hoc capite de hoc privilegio in ordine ad decimas de terris traditis, vel tradendis aliis excolendis non cogitaſſet, vana & ſuperflua eſſet

eſſet quæſtio, & Scholium Gloſſæ, quæ habet authoritatem, ut ſufficiat Gloſſa pro textu, quando textus
* non reperitur, de quo Murga *tom.* 1. *Diſquiſ. la* 5. *num.* 28. ex antiquis, & noviſſimis Authoribus, cum variis textibus. Unde miror, quod Clerus *in dicta ſeſſ.* 26. congregatus, parvifecerit authoritatem Gloſſæ *ibidem:* & quàm rectè ſit confirmanda authoritas, & aſſertio Gloſſæ in hac materia Decimarum, loquendo de Privilegiis Regularium, conſtat ex eo, quod conforme ſit juribus, & rationi conſonum, ſi tamen privilegium continet verba, per quæ conceditur exemptio decimarum de terris adquiſitis, & adquirendis, etiamſi tradantur aliis excolendæ: & quod hoc pendeat ex inſpectione privilegii ipſius, comprobatur ex nuper dictis, & deductis *ex cap. Porrò, de Privilegiis*, & ex dictis in Deciſionibus citatis hîc *num.* 52.

447. Reſtat nunc videre, ſi privilegia conceſſa Benedictinis habeant has qualitates, quas petunt Alexander IV. *in cap. Statuto*, & Clemens V. *in d. cap. Religioſi.* Sed ad hoc reproducantur *primò* verba Eugenii IV. relata *num.* 112. & paſſim, & explicata *num.* 133. *& ſeqq. & n.* 346. & ſimiliter videatur Bulla Pii V. de qua in illa, quoad præſens attinet, *num.* 359. & ſimiliter Bullæ Ciſtercienſium, *num.* 387. *&* 389. & alibi: in quibus clariſſimè conſtat, Benedictinam Familiam eſſe exemptam à præſtatione Decimarum, de prædiis acquiſitis, & acquirendis: & ulteriùs cum clauſula; *Etiamſi antea eſſent decimalia:* & ulteriùs cum clauſula: *Etiamſi tradantur aliis excolendæ:* ut in relatis, & citatis ibidem numeris conſtat, & ferè per totam quæſtionem, quæ omnia ad amuſſim non repeto, ne revertendo in id ipſum, faſtidium generent.

Pius V. Bullis *Etſi Mendicantium Ordines*; & *Cum intra mentis noſtræ arcana.* Greg. XIV. pro Ciſtercienſibus, *Bulla* 3. *apud Roderiq. in Bullario*, Nobis communicata per Clementem VIII. *in Bulla* 123. *noſtri Bullarii.*

448. Dixi, *In jure noviſſimo, num.* 53. ſic appellans Concilium Tridentinum, quod Jus novum meritò nominatur, & eſt, conſtituitque novum jus commune, ut tradit Petrus de Angelis noviſſimè, *in ſuo Speculo privilegiorum Regul. diſp.* 6. *de revocatione privilegii, ſect.* 1. *à num.* 33. cujus
* verba ad litteram tranſcribit Murga *tom. de Conſtitut. Apoſtolicis, la* 6. *n.* 437. & ibi ad hoc affert multa notatu digna, ex hoc ipſo Authore, ſicque ſentiunt de Tridentino, vocandum Jus commune novum, Urrutigoyti *in ſuo Paſtorali, in Repertorio*, Pater Donatus *tract.* 11. *quæſt.* 14. *n.* 6. Bruno Chaſſaing. *tract.* 1. *cap.* 2. *Propoſit.* 2. *num.* 4. Portellus *verbo Privilegiorum commutatio, num.* 16. & alii. Et hæc ſufficiant de quarto tempore, ſeu diſpoſitione Juris, in ordine ad Decimas reſpectu Regularium. Hactenus Mag. Greg. de Caſtro *loco citato, fol.* 15. *&* 16.

Pro dictis in præcedentibus, faciunt plura, quæ ego ipſe annotavi, & dixi *poſt Commentaria ad Conſtitutiones Apoſtolicas, in Deciſ.* 21. *&* 22. quæ videri utrobique poſſunt, & non illa repeto, quia multa, & ne faſtidium generent; nonnullis tamen illorum, Deo annuente, in reſolutionis progreſſu utar.

Paragraphvs II.

Reſolvitur difficultas propoſita incidenter.

CUm dubium procedat, tam reſpectu Regularium, quibus conceſſa fuerunt privilegia eos eximentia à ſolutione Decimarum, de jure debitarum Eccleſiis Parochialibus, & earum Curatis, quàm eorum reſpectu, qui bona, poſſeſſiones, & prædia eorumdem Regularium, de ipſorum colunt diſpoſitione, operæpretium duxi utrique difficultatis parti ſeorſim facere ſatis, diſtinctas ſtatuendo, & ſuo debito ordine, concluſiones.

Conclvsio I.

Regulares, colentes ſuis manibus, 449.
aut ſumptibus bona, poſſeſſiones, & prædia Monaſteriorum ſuorum, immunes ſunt, & exempti à ſolutione decimarum, & primitiarum Parochis, & eorum Eccleſiis, de fructibus ex illis perceptis, & pro tempore percipiendis.

Hæc concluſio certa eſt, & vera, ita ut exemptio iſta conſtet, nedum ex privilegiis, quæ aliquæ Religiones, & Monaſteria particularia habent, ſed etiam ex inſerto in corpore Juris communis, *in cap. Ex parte, el* 10. *& in cap. Licèt* 11. *de Decimis.*

Ita

Ita Azorius *ſuprà*, *num.* 401. Palaus *num.*402. Portellus *num.*403. Raphaël de la Torre *num.*409. à Diana ibi relatus, & approbatus. Joannes à Cruce *num.*419. *&* 422. ex plurium judicum Eccleſiaſticorum intelligentia. Greg. de Caſtro *num.* 445. Et probatur ex dictis juribus. In dicto enim capite *Ex parte*, ſic Alexander III. reſcribens Archiepiſcopo Terraconenſi, dixit: *Sanè nolumus te latere, quod prædeceſſores noſtri ferè* (ſcilicet Paſchalis II. & Gregorius, inquit ibi Gloſſa, 16. *quæſt.* 2. *Decimas*, 12. *quæſt.* 1. *Quia tua*,) *omnibus Religioſis decimas laborum ſuorum conceſſerant.* Et idem Pontifex in *dicto cap. Licèt*, dicit: *Licèt de benignitate Sedis Apoſtolicæ ſit vobis indultum, ut de laboribus, quos propriis manibus, vel ſumptibus colitis, &c.*

Conclvsio II.

450. Ex bonis, & prædiis, quæ Religioſi habent in emphyteuſim, vel conducta, & locata, decimas ſolvere non tenentur, nec primitias, ſi ſuis ſaltem manibus, aut ſumptibus ea excolant.

Hanc concluſionem tenet Laurentius de Peyrinis, ſuprà recenſitus *num.*418.

Et probatur ex textibus pro prima adductis concluſione: & efficaciter quidem, quia in illis non limitatur exemptio ad bona, & prædia propria Monaſteriorum, ſed abſolutè conceditur ad culta propriis manibus, vel ſumptibus, ſive propria illa ſint, ſive aliena, recepta tamen in emphyteuſim, aut conducta, & locata. Ergo non eſt cur dictam exemptionem ad propria reſtringamus prædia: tum, quia exemptio iſta, favor Principis Supremi Eccleſiæ eſt, & reſtringi non debet, ſed quantum verba permittunt, & patiuntur, ampliari, ita decernente Bonifacio VIII. *in cap.*15. *de Regulis Iuris*, *in* 6. dicens: *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.* Tum etiam, quia quod jus non diſtinguit, nos diſtinguere non debemus, *l. de præſ. ff. de Officio Præſidis*, Bart. *in l. de pretio, ff. de Publiciana in rem actione*, Lezana *tom.*2. *part.* 4. *verbo leges Regularium, n.*35. Pellizzarius *in Manuali Regular. tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 13. Delbene *de Immunit. Eccleſ. tom.*1. *cap.*1. *dubit.*7. *num.*2. *& cap.*2. *dub.*7. *ſect.*1. *num.*11. *& dubit.*12. *n.*10. & Marcus Vidal *in Arca Vitali, tit. de Caſibus reſervatis, num.*18. quos recenſui, & fui ſequutus *in Diſquiſit. tom.*2. *diſq.*6. *dub.*3. *num.*31.

Sed noſtræ concluſioni adverſari 451.
videtur *c. Dilecti filii, el* 8. *de Decimis*, ubi ſic diſponitur: *Mandamus* (Abbati ſcilicet & Monachis de Nevolo) *quatenus de prædiis quæ à laicis conduxiſtis in Parochiis ſuis, de quibus conſueverunt decimas percipere, plenariè ſolvatis eiſdem, vel cum ipſis amicabiliter componatis.* Sed revera non adverſatur, quia ex præcedentibus conſtat, Abbatem, & Monachos illos habuiſſe ad id privilegium: ſed quia tanta prædia conducebant, ut ex hoc enormiter gravarentur Parochi, ob defectum magnæ partis ſuſtentationis, ideò ob id deperditum fuerat privilegium, ut notat ibi Gloſſa, *verbo Enormiter*, ex *cap. Suggeſtum*, *ſeq.* & ex *cap.* 1. *de verbor. ſignificat. Quid per Novale.* Et non obſcurè dicitur *in d. c. Dilecti*, ibi: *Unde quoniam iidem Fratres ex hoc gravantur enormiter, nec fuit intentionis noſtræ, aut anteceſſorum noſtrorum, ut de poſſeſſionibus, quas conduxiſtis, decimas non ſolvatis.*

Conclvsio III.

Regulares non tenentur ſolvere 452.
decimas, aut primitias, de novalibus propriis, quæ in fertilitatem inducunt proprio labore.

Pro intelligentia concluſionis noto, novale, ſive novalem agrum, eſſe agrum nunc primùm præciſum, de quo non eſt memoria, quod fuerit cultus, & nunc eſt ad culturam redactus. Ita *ex cap.* 1. *& cap. Quid per novale, de verborum ſignificat. & ex cap. finali, de Privilegiis*, Peyrinus *de Privilegiis*, *tom.*1. *in Conſtitut.*2. *Iulii II.* §.31. *n.*132. Quo notato.

Concluſionem tenet Hieronymus Roderiquez *in Compendio Quæſt. Regular. reſolut.* 50. *num.*3. Diana ſuprà, *num.*412.

Concluſio conſtat *ex cap. Ad audientiam, el* 12. *de Decimis*, in quo Alexander III. ſupponit, Ciſtercienſes habere privilegium ad non

ſolvendas decimas de laboribus, quos propriis manibus, aut ſumptibus excolunt: & quod aliqui ſiniſtrè illud interpretabantur, dicentes, illud concedere exemptionem à ſolutione decimarum de ſolis novalibus, non verò de aliis laboribus: quam interpretationem damnans, ſic decrevit: *Mandamus, quatenus non permittatis hoc fieri; nam ſi intelligeremus tantummodo de novalibus, ubi ponimus de laboribus, de novalibus poneremus.* Et Alexander IV. *in cap. Statuto perpetuo, el 2. eod. tit. in 6.* ſic de eiſdem Ciſtercienſibus, & Carthuſienſibus, *in fine*, dixit: *Religioſos tamen Ciſtercienſis, & Carthuſienſis Ordinum, ſtatuto, & declaratione hujuſmodi (quantum ad hos duos articulos, videlicet de medietate decimarum novalium) comprehendi nolumus, vel conſtringi.*

453. Et licèt in dictis Juribus ſolum mentio fiat de Ciſtercienſibus, & Carthuſienſibus, certum eſt omnes Regulares iſtorum gaudere privilegiis. Marcus Vidal *in Arca Vitali, tit. de Iuriſdictione, inquiſit. 4.* dicens, Regulares cujuſcumque Religionis uti, & gaudere viciſſim privilegiis conceſſis aliis Religionibus, ſive ad inſtar, ſive æquè principaliter, per participationem, & communicationem habitam ex vi, & virtute Pontificiæ Conſtitutionis, quæ tribuit idem jus, ac ſi ſpecialiter ſingulis Religionibus ſigillatim omnia hæc privilegia conceſſa fuiſſent. Ita ille, quem recenſui *in Diſquiſition. tom. 1. tract. 2. diſq. 9. num. 21.* Quod ſaltem noſtra Valliſoletana Congregatio omnibus gaudeat privilegiis, & gratiis conceſſis, & concedendis quibuſcumque aliis Congregationibus, & Ordinibus, etiam adhuc nondum exiſtentibus, oſtendi *tom. 2. diſq. 1. dub. 14. n. 176. diſq. 4. dub. 8. n. 51. 52. 53. & 54.* & *in Commentariis ad Conſtit. 5. num. 16. ad Conſt. 6. n. 268. & 1173. & ad 16. num. 114.* & ſignanter Congregationi Ciſtercienſi, per Conſtitutionem *Romanus Pontifex*, Clementis VIII. *la 123. Bullarii d. noſtræ Congregationis*, ſuppoſita alia à Gregorio XIV. edita pro Ciſtercienſi, anno 1591. *Romanus Pontifex*, pariter incipiente, *la 3. apud Bullarium Emman. Roderiquez.*

Conclvsio IV.

454. Omnes Regulares gaudent exemptione à Decimarum, & primitiarum ſolutione, de fructibus poſſeſſionum, prædiorum, & bonorum ſuorum Monaſteriorum, Prioratuum, Grangiarum, ſeu aliorum locorum, quocumque nomine appellentur, quamvis illa propriis manibus vel ſumptibus non excolant, ſed quomodolibet aliis excolenda illa tradant, & excoli faciant.

Hæc concluſio communis eſt inter Doctores. Illam tenent Caſtrus Palaus ſuprà redditus, *n. 402.* Portellus *num. 403.* cum Henriquez, & Roderiquez *ibidem* citatis. Anton. Diana *num. 408.* cum Gloſſa *in Clement. 1. de Decimis*, Cardinali Zabarella *ibi*, & Abbate, cum Pellizzario, Leandro à Sanctiſſimo Sacramento, Hieronymo Garcia, & Peyrino, poſtea recenſendo. Philippus à Cruce *numero 410.* Ioannes à Cruce *num. 420. & 421.* Emmanuel *num. 426.* Hieronym. Roderiquez *num. 432. & 433.* Menochius *num. 436.* Gregor. à Caſtro *num. 444. 445. 446. & 447.* & alii quamplurimi paſſim, ut Azorius *num. 401. in fine.*

455. Fundatur noſtra concluſio in multis Summorum Pontificum privilegiis eximentibus aliquas Religiones, immò & plures, ab onere per ſolvendi decimas, & primitias de fructibus poſſeſſionum, prædiorum, & bonorum ſuorum Monaſteriorum, Prioratuum, Grangiarum, & aliorum locorum ſuorum, ſive illa per manus ſuas, aut ſumptibus ſuis excolantur, ſive aliis illa excolenda tradant. De quorum numero non pauca recenſita manent in præmiſſis. Et in primis illud Eugenii IV. relatum *num. 360. & 364.* & de novo extenſum, communicatum, & conceſſum noſtræ Valliſoletanæ Congregationi, *num. 361.* Eugenianmm illud conceſſum fuit Congregationi S. Juſtinæ, aliàs Caſſinenſi, de cujus conmunicatione S. Rota dixit *num. 362. Idem operatur, ac ſi dictis Congregationibus* (Lateranenſi, & Valliſoletanæ, & S. Salvatoris) *fuiſſet in ſpecie talis exemptio conceſſa. Stantibus præſertim clauſulis ampliſſimis in eadem communicatione appoſitis. Unde pluries dicta Communicatio fuit in Ro-*

Canonizat S. Rota, defendit, & propugnat exemptionem à ſolutione de-

ta

cimarum, & primitiarum, Benedictinis ab Eugenio IV. conceſſam. Et ejus communicationem, & aliarum ſimilium aliis Religionibus conceſſarum.

ta canonizata, videlicet in Burgenſi, &c. Et in alia deciſione *num.* 365. dixit: *Ex contextu verborum apparet, Papam ampliſſimè liberaſſe Congregationem à quibuſcumque decimis prædialibus, perſonalibus, ordinariis & extraordinariis, pro bonis de eo tempore acquiſitis, & in futurum acquirendis, ſub quocumque nomine exigi velint. Nec videtur ambigendum, quin dictum privilegium contineat derogationem diſpoſitionis Conciliaris, cap. Nuper* 34. *de Decimis, quamvis explicitè ibi non legatur. Quia cum in illius diſpoſitiva ſit facta expreſſa mentio Generalis Concilii, addita clauſula: Quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Provincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus: & in fine, ubi de generali derogatione loquitur, adjecta ſunt verba: Non obſtantibus in Conſtantienſi, aliiſque Conciliis Conſtitutionibus & ordinationibus per Pontifices prædeceſſores editis; utique ſub tali forma cenſetur ſufficienter derogatum dicto capiti Nuper, continenti conſtitutionem Concilii Lateranenſis. Non obſtat reſponſio, quod non ſuffragatur generica derogatio Concilii Generalis, vel omnium Conciliorum Generalium, ſed ſpecificè, & nominatim debet derogari Concilio, de quo in dicto cap. Nuper, de Decimis. Quoniam iſti, & alii adducti, loquuntur de privilegiis, & caſibus in quibus fuit facta ſola expreſſo Conciliorum ſynodalium, Provincialium, & Conſtitutionum in eis editarum, ſub qua non includitur Concilium Lateranenſe; ſecus quando, ut hic, ultra prædictorum expreſſionem, in clauſulis derogatoriis adeſt in privilegio etiam mentio Concilii Generalis: in hoc enim caſu cenſetur ſpecificè, & individualiter derogatum, non verò in genere.*

456. *Non ſubſiſtit, quod etiam opponitur, hujuſmodi exemptivum indultum eſſe perſonale, & reſtrictum ad ſolos Monachos, & bona per eoſdem colenda, ad textum in cap. Per exemptionem* 9. *de Privilegiis, in* 6. *Quia huic interpretationi omninò repugnant verba illius, quæ expreſſe referuntur, & complectuntur, nedum bona, quæ propriis manibus, & ſumptibus iidem Monachi colunt, ſed & cætera, quæ aliis colenda tradunt, ibi: Quæ præfati Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c. Ne igitur inane ſit privilegium, & ut prædicta verba aliquid operentur, dicendum eſt, illud eſſe reale, & prodeſſe omnibus colentibus bona ad Religionem pertinentia, &c.*

Ex qua utique exemptione, Caſſinenſibus per Eugenium IV. conceſſa, & ex communicatione illius noſtris Valliſoletanis, Lateranenſibus, & Congregationi Salvatoris facta per Julium II. & utraque per Rotam canonizata, clarè conſtat veritas noſtræ concluſionis pro eorum bonis, & pro ea colentibus, ex quocumque ordine dato ab eorum dominis: conceſſio enim eſt ampliſſima, cum ſufficienti derogatione *capit. Nuper, de Decimis.* Pro aliis verò Religionibus ſimiliter conſtabit, ſi ſimilem obtinuerint privilegiorum Caſſinenſium communicationem. Interim verò pro omnibus illis, faciunt Marius Vidal, relatus *ſuprà, n.* 453. Delbene *num.* 398. loquens de exemptione conceſſa Societati Jeſu per privilegium Gregorij XIII. ubi ait: *Quod per participationem competit cuicumque Religioni.* Portellus *n.* 403. loquens de omnibus Mendicantibus, & Monialibus, & de Ordinibus S. Joannis Hyeroſolymitani, & S. Hieronymi Hiſpaniæ, *num.* 408. dicit: Ratio eſt; quia privilegium reale eximit à debito decimarum illorum prædiorum, quæ per alios coluntur, ut traditur à Gloſſa, &c. Joannes à Cruce *num.* 420. ibi: Religioſi, juxta *cap. Nuper, de Decimis*, tenebantur decimare de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concilium Lateranenſe, ſub Innocentio III. ſi aliàs de ipſis poſſeſſionibus decimæ ſolvebantur: ſed jam ab iſta decimarum ſolutione liberantur per Joannem XXII. Bulla 4. pro Præmonſtratenſibus, ubi liberantur à decimando de ſuis poſſeſſionibus, &c. ſive per eos, ſive per alios excolantur; & licèt aliquis de his decimam perceperit. Et *n.* 420. ibi: Religioſi non tenentur decimare, etiam de terris, & poſſeſſionibus aliis ad colendum traditis. Et *num.* 424. ait: Moniales eodem modo ac Religioſi, ſunt exemptæ à decimarum ſolutione. Emmanuel Roderiquez *num.* 426. inquit: Dicendum eſt, quod bona omnium Regularium, præſertim Mendicantium, per ſuum privilegium reale eximuntur à decimis. Et addit: Conſtat, quoad privilegia, cum clarè nobis hanc veritatem inſinuent, non eſt neceſſe alias adducere probationes: ſufficit

457.

ſufficit enim eorum litteram legere, & cum conſtet de conceſſione, nemini licèt dubitare de poteſtate Papæ talia privilegia indulgentis, pro ut ex quadam Decretali (*cap. A nobis, de Decimis*) ubi id notat Gloſſa (*verbo Exemptio.*) Hieronymus Roderiquez *num.* 432. item ait : Attentis privilegiis extra corpus Iuris, omnia bona Regularium, præſertim Mendicantium, per privilegium reale eximuntur à Decimis prædialibus, &c.

458. Et denique dicti, & alii Doctores nobiſcum ſentientes, fundantur in hoc, quod privilegium, quod Regulares utriuſque ſexus habent ad non ſolvendum Parochis, & eorum Eccleſiis decimas, & primitias, eſt reale, & non perſonale tantùm; conceſſum enim eſt, non ſolum perſonis Religioſorum, & quidem non ut particularibus, ſed ut communitati, quæ nunquam moritur, ſed eſt perpetua; ſed etiam conceſſum eſt prædiis, & rebus eorum, ut videre eſt in Eugeniana noſtra *ſuprà*, *num.* 360. Privilegium autem reale, ut præmiſimus *num.* 397. tranſit de perſona in perſonas, ſequendo ſemper rem, ac proinde cùm exemptio ſit à ſolutione Decimarum noſtris poſſeſſionibus, & prædiis conceſſa, quicumque illa coluerit, exempta illa erunt à ſolutione decimæ, primitiæ, &c.

459. Sed ſi objicias Sacram Rotam, in pluribus Deciſionibus dicentem, privilegium exemptionis à ſolutione decimarum, perſonale eſſe, & non reale, ac proinde non tranſire exemptionem à privilegiato ad ullum tertium ejus prædia excolentem. Ita *in una Placentina*, 17. *Decembris* 1584. *coram Blanchetto*; *coram Seraphino deciſ.* 127. *num.* 2. *& deciſ.* 827. *num.* 2. *coram Coccino*, *in Pampilonenſi*, 15. *Decembris* 1615. *& deciſ.* 32. *part.* 2. *diverſorum : in Pampilonenſi decimarum*, 26. *Aprilis* 1652. *coram Bichio*, §. *Neque Ioanni*; *& in Calagurritana Decimarum de Ocon*, 1. *Iulii* 1654. *coram Cerro*, §. *ultimo.*

Reſpondeo, Sacram Rotam in objectis deciſionibus ſic proceſſiſſe, & ſenſiſſe *in caſibus privilegiorum merè perſonaliam, & ex quibus deſumitur enixa voluntas Pontificis intendentis reſtringere exemptionem ad bona, quæ propriis ſumptibus, & laboribus excoluntur ab illis, ad quorum favorem fuerunt conceſſa dicta privilegia, ut non obſcurè colligitur ex dicta Pampilonenſi Decimarum, coram Bichio, & priùs in Leodienſi Decimarum, coram Reverendiſſimo Urgellenſi, deciſ.* 215. *num.* 5. *cum ſeq.* Verba ſunt ejuſdem S. Rotæ, *in Ferrarienſi Decimarum*, 8. *Aprilis* 1658. *coram Bevilaqua*, ſuprà adamuſſim, in ſpecie, & in dividuo, in caſu noſtræ Eugenianæ edita, & exſcripta, à *à num.* 364. Videatur omninò, quod ex ea adeſt tranſcriptum, *in numeris* 370. *&* 371. in priori enim dixit : *Non ſubſiſtit, quod etiam opponitur, hujuſmodi exemptivum indultum* (Eugenii ſcilicet IV. Caſſinenſibus factum,) *eſſe reſtrictum ad ſolos Monachos*, &c. prout denuo recenſui *n.* 456. in poſteriori verò, quod modò recenſui in præſenti numero : Et pro mea hac quarta concluſione, non ſolum facit hæc Bevilaquæ deciſio, & faciunt eæ quas allegat ex Bichio & Urgellenſi; ſed facit Rota *in Squillacenſi, ſeu nullius juriſdictionis, coram Martino Andrea*, 4. *Martii* 1616. de qua ſuperius *num.* 439.

Conclvsio V.

460. Regulares, non ſolùm gaudent exemptione decimas ſolvendi de poſſeſſionibus, prædiis, & bonis quæ habebant, & poſſidebant tempore conceſſionis privilegii exemptionis, ſed etiam de iis, quæ poſt illius conceſſionem, quocumque legitimo titulo ad eos pervenerunt, & acquiſiverunt.

Concluſio iſta non eſt minùs certa, & vera, quàm quarta præcedens: habet enim idem ſolidiſſimum Sedis Apoſtolicæ conceſſionis fundamentum, clarum quidem, & nulli expoſitum dubio, aut tergiverſationi. Ait enim Eugenius Quartus in Conſtitutione, *Etſi ex debito*, in qua exemptionem Congregationi Caſſinenſi conceſſit, ſupra *n.* 350. tradita : *Cæterum, de quibuſcunque poſſeſſionibus ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum, quæ præfati Prælati, Monachi, vel perſonæ colunt, ſeu colent, aut coli faciunt, aut in futurum colent, aut coli facient.* Et paulò antea ſic decreverat, ut S. Rota benè *num.* 364. tranſcripſit : *Inſuper volumus, & decerninus*

cernimus, Monaſteria, Prioratus, loca manualia, grangias, poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius Congregationis, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, ac perſonas præfatas, ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio.... de cætero prorſus exemptos, liberos, & immunes fore, ita ut cogi, vel inquietari minimè poſſint, &c.

461. Expreſſe S. Rota decidit concluſionem noſtram ſuprà, *num.*365. ad favorem Monaſterii S.Benedicti Ferrariæ,8.Aprilis 1658. immediatè poſt recenſionem diſpoſitionis præfatæ Eugenii Papæ Quarti, ſub tenore ſequenti, videlicet: Cum autem hoc privilegio non obſtante, Fratres de Beccariis prætenderent exigere decimas de certis bonis ſitis in villa Scienta, ad Monaſterium S. Benedicti Ferrariæ ſpectantibus, ac in poſſeſſione illas percipiendi exiſtere, cauſa in gradu appellationis à ſententia per Auditorem Cameræ ſuper exemptione promulgata, ad Rotam devoluta, & re ad examen deducta, de ejuſdem Monaſterii bono jure conſtare, deciſum hodie fuit. Cujus reſolutionis effectus eò tendit, ut indultum exemptionis ei ſuffragetur. Et meritò. Quia ex contextu verborum apparet, Papam ampliſſimè liberaſſe Congregationem à quibuſcumque Decimis prædialibus, perſonalibus, & extraordinariis, *de bonis de eo tempore acquiſitis, & in futurum acquirendis, ſub quocumque nomine exigi velint*, &c. Ita Rota, quo nihil aptius, & clarius pro noſtræ concluſionis probatione.

462. Tertiò pro ipſa doctrinas graviſſimorum produco Doctorum. Antoninum ſcilicet Dianam, *in tom.*7. *Coordinato, tract.* 1. *de dubiis Regularium, reſolut.*231. ſuprà *num.*411. recenſitum, ex textu expreſſo *in cap. Quia circa, de Privilegiis.* Joannem à Cruce *de ſtatu Religionis, lib.*2. *cap.*9. *dub.*4. *concluſ.*2. ſuprà *num.*419. Magiſtrum Gregorium à Caſtro, ſupra redditum, *num.*447. Aguſtinum Barboſam in Collectan. ſuper dictum *cap. Quia circa, el* 22. *de Privilegiis, n.*5. dicentem: Notabilis eſt textus iſte, ut ait Abbas *in Summario*, dum probat, quod ſi Epiſcopus privilegio ſuo ſimpliciter, & indefinitè decimas Epiſcopales remittat, non ſolùm præſentes, & præteritas, ſed etiam futuras remittere cenſetur: ita etiam Butrius, & Henric. *à principio*, & omninò *à n.*5. Ancharan. *n.*3. Socin. *n.*1. & omnes alii *hic.* Proſequitur ex profeſſo pleniſſimè Alber. Brun. *in tract. de Augmento, concluſ.*9. *&* *concluſ.*16. & alii relati à Pinel. *in Rubrica C. de reſcindenda venditione, part.*2. *cap.*3. *num.*24. Dueñas *Regula* 73. Valaſcus *conſult.*58. *num.*10. Cardin. Tuſchus *tom.*1. *litt. B. concluſ.*49. *num.*9. *tom.*2. *litt. D, concluſ.*491. *&* *litt. E, concluſ.*560. *&* *tom.*6. *litt.P, concl.*735. *à num.*23. Vivianus *tom.*1. *Communium opinionum, lib.*1. *tit.*17. *num.*256. *verſ. Necnon, pag.*240. Aloyſius Riccius *in Collectan. deciſionum, part.*2. *collect.* 365. *in principio*, Cabedus *part.*2. *deciſ.* 85. *à principio.* Conſonantque in eandem concluſionem textus *in cap. Ad audientiam* 12. *&* *in cap. Ex parte* 10. *de Decimis.* Unde per hunc textum tenet Bartolus *in l. Damas*, §. *Si quis ædes, & ibidem* Imola, *ff. de damno infecto*, quod privilegium exemptionis ſuper decimis, vel collectis non ſolvendis, porrigitur ad prædia quæſita poſt conceſſionem immunitatis. Sequuntur Alexander *conſil.* 178. *num.* 15. *volum.* 2. Natta *conſ.*66. *num.*13. *&* *conſ.*160. *num.*23. *&* *conſ.*328. *num.*4. Pariſius *conſ.*98. *num.*7. *&* 10. *volum.*1. Burſat. *conſ.*16. *num.*77. *volum.*1. Feſtaſ. *de Collectis, part.*4. *quæſt.*21. *num.*62. Bertaz. *in conſ. civili* 27. *num.* 30. Menochius *conſ.* 106. *n.* 269. Surdus *conſ.*262. *num.* 5. Ozaſc. *deciſ.*136. *num.*1. Anna Filius *ſingular.* 698. *&* *conſ.* 61. *num.*15. *volum.*1. Rimin. Junior *conſil.* 223. *num.*28. *vol.*2. Tap. *in l. fin. ff. de Conſtitutionib. Principum, part.*1. *cap.*4. *num.* 6. Camill. Borell. *de Præſtantia Regis Catholici, cap.*33. *n.*22. Hactenus Barboſa.

Quartò produco *cap. Quia circa, de* 463.
Privilegiis, el 22. in quo Inocent. III. Lundenſi Archiepiſcopo, Sedis Apoſtolicæ Legato reſcribens, ait: *Quæſiviſti, utrum Monachi omnium Sanctorum privilegium prædeceſſoris tui ſuper Epiſcopalibus Decimis retinendis indultum, extendere valeant ad poſſeſſiones acquiſitas, & poſtmodùm acquirendas. Super quo tale da-*

mus reſponſum, quod ſi decimarum illarum remiſſio facta extitit ſecundum Canonicas ſanctiones, prædeceſſor tuus indefinitè decimas Epiſcopales Monaſterio remittendo (cum nihil exceperit, & potuerit excepiſſe, ac in beneficiis pleniſſima ſit interpretatio adhibenda, nec debeat una, eademque ſubſtantia diverſo jure cenſeri) intellexiſſe videtur, non ſolum de Decimis poſſeſſionum illius temporis, ſed futuri. Ita textus, in cujus Epigraphe ſic lego: *Epiſcopus remittens alicui Eccleſiæ decimas Epiſcopales indefinitè, remiſiſſe videtur, non ſolum præteritas, ſedet futuras. Et eſt caſus notabilis.*

Gloſſa *in formatione caſus*, ait: *Nota, quod conceſſio ſimpliciter, & indefinitè facta, reſpicit etiam tempora futura, & generaliter intelligitur. Et ſic eſt hic argumentum, quod indefinita æquipollet univerſali. Item, qui nihil excepit, & potuit, totum jus ſuum intelligitur alienaſſe.* Et verbo, *Canonicas Sanctiones*, ait: *Puta, de conſenſu Capituli, 12. quæſt. 2. Vobis, ſine exceptione. Et ſupra, de iis, quæ fiunt ſine conſenſu Capituli, Cum nos.* Et verbo, *Sed futuri*, ait: *Argument.* quod in privilegiis verbum generale, & indefinitè prolatum, ad futurum extenditur, 12. *quæſt. 2. Cognovimus:* & ſuprà, *de Decimis, Ex parte*, & *C. Quæ res pignori obligari poſſunt, l. ult. ff. de ſervitutibus prædiorum Urbanorum, Si ſervitus.*

Conclvsio VI.

464. Coloni Religioſorum, ſeu Arrendatarii, qui eorum bona, poſſeſſiones, & prædia conducunt, non tenentur ſolvere Parochis, aut Eccleſiis Parochialibus decimas, primitias, aut ullam partem, quanvis minimam, ex fructibus, quos de bonis, poſſeſſionibus, & prædiis præfatis percipiunt; ſed illas ſolvere tenentur Religioſis, bonorum ipſorum dominis, ſive expreſsè, ſive implicitè.

Delbene. Azorius. Palaus. Portellus. Diana. Pellizzarius. Leander. Raph. de la Torre.

Quoad 1. *part.* Concluſionem iſtam tenent Thomas Delbene, relatus ſupra *num.* 398. Azorius *num.* 401. Caſtrus Palaus *num.* 402. Laurent. Portellus *num.* 403. Antonin. Diana *numero* 408. cum Pellizzario, & Leandro à Sanctiſſimo *num.* 409. Raphaël de la Torre *num.* 409. Philippus à Cruce, *num.* 410. & 413. Laurent. de Peyrinis *num.* 418. Joannes à Cruce *num.* 419. 420. 421. & 422. Emman. Roderiquez, *num.* 426. 427. 428. & 429. Jacobus Menochius *num.* 436. Gregor. à Caſtro *num.* 446. & *tribus præcedentibus*, licèt non ita clarè. Doctrinas eorum non repeto, ne in idipſum revertendo, faſtidium generent, & oneri ſint, eo maximè, quia paucis verſis foliis, per extenſum, locis citatis, illæ à lectoribus videri poſſunt.

Pihlipp. à Cruce. Peyrinus. Joan. à Cruce. Emman. Roderiquez. Menochius. Greg. à Caſtr.

Probatur noſtra concluſio ex Eu- 465.
geniana exemptione Congregationi Caſſinenſi conceſſa, & ad noſtram Valliſoletanam, & ad alias Religiones, ac Congregationes communicata, & extenſa, canonizata per S. Rotam utraque, ut vidimus, in qua conceſſione, & in aliis ſimilibus, exemerunt Summi Pontifices, nedum perſonas Religioſorum à Decimarum, & primitiarum ſolutione, ſed eorum bona, poſſeſſiones, & prædia, ut vidimus in Eugeniana, *n.* 360. & in deciſionibus Rotæ pro ea editis, *num.* 362. 364. & 365. In illa enim hæc habetur clauſula: *Cæterum, de quibuſcunque poſſeſſionibus ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, vel in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, & Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c. nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis, primitias, decimas, quarteſia, aut alio quocunque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſolvere teneantur, ſive ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſint inviti.* Expende clauſulam, *ſeu coli faciunt:* id eſt, ſive per ſuos ſervitores, aut mercenarios, ad culturam agrorum, pro denario diurno, aut pro ſimili mercede conductos: ſive per colonos, & arrendatarios agrorum, & bonorum conductores, ut exponunt omnes Doctores citati, & ego ipſe poſt Commentaria *ad Deciſionem* 21. §. 3. & S. Rota in ſpecie, & in individuo, de Egeniana noſtra agens, ſuprà, *numero* 370. & clauſulam, *vel ab aliis pro eis:* qua mediante, dubio procul Coloni, & arrendatarii bonorum Monachorum, eximuntur ab obligatione, & onere ſolvendi decimas,

mas, & primitias, pro Monachis, & pro eorum bonis: quia ſi illas ſolverent, contra exemptionem ſolverent, quam habent tam Monachi, quàm eorum bona, uti bene Palaus ſuprà, *n.* 402. Diana *n.* 408 Emmanuel *num.* 430 & Joan. à Cruce *n.* 423. Expende etiam clauſulam, *Directè, vel indirectè*, per quam etiam eximuntur Coloni, & Arrendatarii prædicti à præſtatione decimarum, & primitiarum dictorum bonorum: & ratio eſt, quia indirectè ad dictam ſolutionem compellerentur Monachi, & eorum bona, cùm ſolutione Decimarum, & primitiarum Eccleſiæ Parochiali per Colonos facta, minorem cenſum, & tributum Monachis de ſuorum bonorum fructibus ſolverent: ut notum omnibus eſt, & paulò inferiùs dicemus in probatione ſecundæ partis concluſionis. Non itaque Coloni exempti ſunt ratione ipſorum, aliàs bona Eccleſiæ laicis concederentur ſine cauſa; ſed ratione Religioſorum exemptorum, ut bene advertit Palaus ubi proximè, Diana *eodem num.* 408. Emmanuel Roderiquez *d. num.* 430. loquendo de decima perſonali à ſervitoribus Monaſteriorum per Epiſcopum petita, quæ ſoluta, indirectè à Monaſterio ſolveretur ex eo, quod illi carius ſuas operas locarent Monaſterio. Idem *num.* 423. Crux.

466. Pro concluſione ſunt etiam multa privilegia pluribus Religionibus conceſſa, cum expreſſione, quod Coloni, & Arrendatarii bonorum, poſſeſſionum, & prædiorum earum decimas, & primitias illorum non ſolvant. Ita Sixtus IV. pro Clariſſis, & Benedictus XIII. pro Ordine S. Joannis Hieroſolymitani, pro quo etiam Sixtus V. Bulla 18. Bonifacius VIII. pro Ciſtercienſibus, Joannes XXII. pro Carthuſienſibus, Gregorius XIII. pro Societate Jeſu. Ita & alii. Quod quidem expreſſerunt, claritatis gratiâ, ut ſuperiùs *num.* 403. dixit Portellus: & pro majori abundantia, ad vitandas lites, uti Emmanuel Roderiquez *n.* 408. Unde cum taciti, & expreſſi idem ſit judicium, juxta vulgare axioma, quod exornat Barboſa *axiom.* 218. *n.* 1. ex pluribus juribus, & Doctoribus, & ego ipſe in variis lucrubationibus, ſignanter in Commentariis *ad Conſtitut.* 6. *num.* 10. *ad Conſt.* 11. *num.* 11. quanvis Regulares omnes non gauderent per communicationem iis numero privilegiis expreſſivis colonorum, & arrendatariorum, ſed ſolùm continentibus clauſulam, *Quæ colunt, aut colent, aut coli faciunt, aut facient*: poſſent eorum Coloni, & arrendatarii non ſolvere decimas, & primitias Eccleſiis Parochialibus, veluti exempti, ita ſtrictè, ac Coloni, & arrendatarii Societatis, &c.

Sed contra concluſionem opponi 467.
poteſt, quod iſta exemptio à ſolutione decimarum perſonalis ſit, uti apparet, tum ex pluribus S. Rotæ Deciſionibus: tum ex *cap. Licèt de benignitate, el* 11. *de Decimis*, atque ita non tranſit de peſonis, quibus fuit conceſſa, ad perſonas, quibus bona, poſſeſſiones, & prædia privilegiatorum excolenda arrendantur, & conducuntur. Reſpondeo tamen, non omnes exemptiones à ſolutione decimarum, uniformes eſſe: aliæ enim conceduntur limitatè, ad non ſolvendum illas de bonis, quæ quis propriis manibus, vel ſumptibus, (privilegiati ſcilicet) colit; aliæ verò abſolutè conceduntur, cum facultate de prædiis quæ colunt, & coli faciunt, non decimandi. Deciſiones ergo, quæ nobis objiciuntur, & *cap. Licèt*, pariter objectum, procedunt de exemptionibus primo modo conceſſis: Deciſiones quidem, ut conſtat ex dictis ſuprà, *num.* 495. Caput verò *Licèt*, ut clarè apparet ex deciſione Rotæ edita pro noſtra Engeniana, *num.* 370. reddita, & ex doctrina Azorii *num.* 401. Palai *n.* 402. Raphaëlis de la Torre *num.* 409. Noſtra autem concluſio procedit de exemptione abſolutè, ut explicatum eſt, conceſſa.

Quo verò ad ſecundam concluſionis partem, tenet illam Caſtrus Palaus ſuprà, *num.* 402. dicens: Quod ſi in aliquo privilegio dicatur, Eximimus Religionem illam à decimis prædiorum ſuorum; neque addatur, Etiamſi per Colonos excolant; neque dicatur, Eximimus Religionem, & ejus prædia, adhuc eſt probabilius privilegium eſſe reale, & non perſonale. Ratio eſt, quia ſi tunc deberent coloni ſolvere de- 468.

cimas

cimas Eccleſiæ, ipſa Religio ſolveret decimas de prædiis ſuis: coloni namque nunquam eximuntur à debito decimarum, etiam cum eſt privilegium reale conceſſum Religioſis; ſed ſolvunt Religioſi expreſſe, vel implicitè, ſolvendo majorem penſionem, quàm ſolverent, ſi deberent Eccleſiæ decimas ſolvere, aliàs ſi ipſi coloni exempti eſſent à debito decimarum, jam bona Eccleſiæ laicis, abſque juſta, & legitima cauſa concederentur: neque intentio Pontificis fuit conductoribus favere, ut optimè traditur à Suarez *lib.* 1. *capit.* 19. *num.* 15. *tom.* 2. *de Religione.*

469. Laurentius Portellus, ut vidimus *num.*403. etiam dixit: Et conceſſum eſt Patribus Sancti Hieronymi in Hiſpania, ut habet illorum Compendium, *verbo Decimæ*, §. 12. 15. & 16. (videlicet, nihil debere de bonis eorum, etiamſi per Colonos & conductores eos excolant.) Et additur in aliquo illorum privilegiorum, claritatis gratiâ, *quod Coloni non teneantur ſolvere decimas Parocho, ſed Monaſterio.* Ita Portellus.

470. Antoninus item Diana, *num.*408. concluſionem firmat dicens: Coloni nunquam eximuntur à debito decimarum, etiam cùm eſt privilegium reale conceſſum Religioſis; ſed ſolvunt Religioſis expreſsè, vel implicitè, ſolvendo majorem penſionem, quàm ſolverent, ſi deberent Eccleſiæ decimas ſolvere; aliàs ſi ipſi Coloni exempti eſſent à debito decimarum, jam bona Eccleſiæ laicis, abſque juſta, & legitima cauſa concederentur. Neque intentio Pontificis fuit conductoribus favere, ut optimè traditur à Suarez *lib.* 1. *cap.*19. *num.*15.

471. Joannes ſimiliter à Cruce, relatus *num.*421. ſic faſſus eſt: Religioſi non tenentur decimare, etiam de terris, & poſſeſſionibus aliis ad colendum traditis. Immò ipſi poſſunt percipere decimas, quas coloni tenentur aliis ſolvere, etiamſi alii in poſſeſſione, vel quaſi eas à colonis exigendi fuerint. Ita conceſſit Ciſtercienſibus Bonifacius Octavus, Bulla II. & Joannes XXII. Carthuſienſibus, ut habetur in Compendio Ciſtercienſium, *verbo Decima*, §. 4. Ita Joannes à Cruce.

Denique Emmanuël Roderiquez ſupra etiam recenſitus, *num.*428. ſequentia protulit: Ex quibus infertur, quod ſi Monaſterium exemptum habeat terras, vineas, hortos in loco alienæ Parochiæ, Coloni qui conducunt eas terras, tenentur decimas ſponte ſolvere Monaſterio, ſcilicet exempto; non autem Parocho, aut Epiſcopo: quia id privilegium eſt reale, prout probat Horatius Mandoſius (*de Privilegiis ad inſtar, gloſſa* 15. *num.*40.) 472.

Dvbivm III.

Quænam ſint Curati, ſeu Parochi Jura?

Dubio primo hujus Articuli, *à num.*345. *uſque ad* 359. agimus de conſtitutivis beneficii Curati, & Parochialis: in præſenti operæpretium duxi differere de juribus, tam honorificis, quàm oneroſis, quæ ad illud pertinent, & ſpectant, quorum notitia apprimè neceſſaria eſt, & utilis Parocho, ut benè, & laudabiliter apud Deum & homines ſe gerat. Multa illa ſunt. Nonnulla à Jure ipſo introducta; alia ex conſuetudine communi Eccleſiarum; & alia denique ſtabilita noſcuntur per conſuetudinem Eccleſiarum particularium. De quibus determinatæ, & certæ regulæ aſſignari non poſſunt. Ad ea, quæ communia ſunt, tam ex Juris communis diſpoſitione, quàm ex Doctorum communi ſenſu explicanda, omiſſis, quæ à conſuetudine dependent, aggredior. Quæ de Parocho dixerim, cum proportione de Parochia intelligi debere ſcias, Amice Lector. Breviter in hoc dubio Curati jura diſcutiam, & pro unoquoque, quod ſufficiat ad ejus notitiam, reddere, ut intendo, curabo. 473.

Et ante omnia ſuppono, aliqua Jura Parochi eſſe de illius conſtitutivo, de quibus, quia in primo Dubio diximus, quæ pro illorum ſufficienti cognitione ſint ſatis, de reliquis ſolùm in præſenti, ſub ſequentibus Paragraphis, quod pro meo inſtituto conveniat, explanabo. Quinque autem ſunt, de quibus *loco citato*, jam actum eſt. *Primum* fuit, Poteſtas ligandi, & ſolvendi in foro pœnitentiali, & neceſſitas 474.

ceſſitas miniſtrandi Sacramenta Parochianis, & ex parte iſtorum neceſſitas recipiendi illa de Parochi ſui manu. *Secundum*, Quod Parochia certa ſit, & limitibus, ſeu finibus certis deſignata, & circumſcripta. *Tertium*, Quod proprio ſuo nomine curam exerceat, & non alieno. *Quartum*, Quod unicus ſit, & ſolus, qui nomine proprio curam habeat, & non plures, quamvis multi ſint, qui exerceant. *Quintum*, fuit jus percipiendi decimas, & primitias, ac oblationes, quæ ratione curæ de jure Parocho debentur.

PARAGRAPHVS I.

An baptizare Parochianos ſuos, ſit proprium jus, & munus Curati?

475. REſpondeo affirmativè, ut reſpondi in Quæſtionibus Paſtoralibus, *part.* 3. *q.* 1. Ratio reſolutionis eſt, quia etſi omnes Sacerdotes validè, & ex officio baptizare valeant, ſolis Epiſcopis, & Curatis licet; illiſque hoc jus, & munus competit. Ita Vazquez *tom.* 2. *in* 3. *part. D. Thom. diſput.* 147. *cap.* 3. *à n.* 15. & Trullench *tract. de Parocho, cap.* 4. ex communi Doctorum, & *ex cap. Interdicimus, el* 10. 16. *quæſt.* 1. ex quo *num.* 5. infert, mortaliter peccare Sacerdotem, ſi contendat baptizare ſine proprii Parochi licentia; illum baptizare volentis, & renitentis expreſsè alienum illum baptizare, ſive in propria, ſive in aliena Parochia. Cujus ratio eſt, quia Sacerdos ille jus alienum invadit, & ſibi illud uſurpat, cum notabili Paſtoris proprii injuria. Quæ reſolutio in caſu extremæ neceſſitatis pueri baptizandi procedit; quia hujuſmodi neceſſitas non tollit proprium jus Parocho, nec dat licentiam invertendi juſtitiæ ordinem. Immò addit Emman. Rodriquez *tom.* 1. *Quæſtion. Regular. q.* 31. *artic.* 3. ex Soto *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt. unica, art.* 3. *concl.* 2. & ex communi, mortaliter peccare baptizantem alienum Parochianum extra neceſſitatem. Et ex eodem Soto *d. diſt.* 4. *art.* 2. *concl.* 4. addit Poſſevinus *de Offic. Curati, capit.* 6. *de baptiſmo, quæſt.* 21. quod ſi adſint Epiſcopus, & Curatus, *Curatus Baptizet, quia id onus eſt illi proprium.* Quod eſt nota dignum.

Dictus Vazq. *loco citato, num.* 14. dixerat: Primum igitur munus baptizandi, in quocunque eventu, & caſu, Jure ipſo convenire Epiſcopis in ſua Diœceſi, indubitatum apud omnes eſt. Et Coninck *quæſt.* 67. *art.* 5. *dub.* 1. *num.* 7. *concluſ.* 1. etiam dixit: Primò, & per ſe de jure competit Epiſcopis baptizare eos omnes, qui in ſua Diœceſi commorantur. Hæc eſt omninò certa, & per ſe clara. Ratio eſt, quia adſcribere aliquem in membrum communitatis, communicando ei omnia ejus privilegia, propriè convenit vel tali communitati, vel ei, qui ſupremum jus in eam habet. Tale autem jus in Eccleſia ſoli habent Epiſcopi, qui ſunt jus Principes: Romanus quidem, reſpectu totius orbis; alii verò reſpectu ſuæ Diœceſis. Cum igitur per Baptiſmum aliquis adſcribatur in membrum Eccleſiæ, ut ejus privilegiis in poſterum fruatur, hoc facere propriè ſpectat ad Epiſcopos. Ita ille. Sà etiam *verbo Baptiſmus, num.* 7. ait: Solus Parochus, vel alius Sacerdos, eo concedente, baptizat ſolemni ritu, extra neceſſitatem.

476. Caſtrus Palaus in Opere Morali, *tom.* 4. *tract.* 19. *diſput. unica, punct.* 9. *num.* 2. Gabrieli Vazquez ſe ſubſcribit, & addit pro ſua ſententia Paulum Laymanum *in Sum. lib.* 5. *tract.* 2. *cap.* 6. *concl.* 2. Bonacinam *diſp.* 2. *de Baptiſmo, quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 10. Coninckum *quæſt.* 67. *art.* 5. *dub.* 1. *numero* 11. & Emman. Sà *verbo Baptiſmus, num.* 6. Palaum reddo: Si verò de licita Baptiſmi adminiſtratione (inquit) loquamur, certum eſt Baptiſmum licitè adminiſtrari non poſſe, niſi miniſter juriſdictionem, & poteſtatem habeat illum adminiſtrandi, vel immediatè à Chriſto Domino, vel mediis Eccleſiæ Paſtoribus. Nam cùm baptizatus, medio Baptiſmo in Congregationem Eccleſiæ adſcribatur, & fiat Chriſti membrum, participeſque omnium Sacramentorum, nullus, niſi poteſtate à Chriſto accepta, hæc alicui communicare poterit. Hinc fit Summum Pontificem hanc à Chriſto plenam habere poteſtatem. Cùm enim penes ipſum ſit poteſtas viſibilem Eccleſiam gubernandi, penes ipſum eſt poteſtas in Eccleſiam admittendi, quos judicaverit expedire. Prælati verò inferiores, quales ſunt Epiſcopi, aliique Abbates juriſdictio

riſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, hac poteſtate gaudent à Pontifice derivata, comparatione eorum, qui in ſua Diœceſi exiſtunt. Nam cùm ipſis competat ſuarum diœceſum regimen, competere neceſſariò debet in illius Diœceſis communitatem admiſſio. At Baptiſmo admittitur baptizatus in membrum univerſalis Eccleſiæ, & ſingulariter illius communitatis Diœceſanæ, in qua Baptiſmum ſuſcepit. Ergo ſolis Prælatis poteſtatem habentibus regendi communitatem competit baptizare. Reliqui verò Sacerdotes ex commiſſione ab Epiſcopo accepta, hac poteſtate gaudent: Parochi ex officio, & jure ordinario, eo ipſo quo in Parochos eliguntur; qua poteſtate abſque cauſa privari ab Epiſcopis poſſunt, quia habent illam ex approbatione juris; alii Sacerdotes eam poteſtatem habent ex Epiſcopi, vel Parochi delegatione. Nam eſto quilibet Sacerdos in ordinatione factus ſit idoneus miniſter conficiendi corpus Chriſti myſticum, quod fit Baptiſmi adminiſtratione; indiget tamen ad licitum uſum, ut ſibi juriſdictio, & regimen Eccleſiæ concedatur, aliàs injurius Eccleſiæ eſt, ſi in illius membrum quemlibet adſcribat, nullam in Eccleſiam juriſdictionem habens, ſicuti latiùs expendit Vazquez *diſp.*147. *cap.*3. Unde mortaliter peccat, vel Parochus, qui reſidentem in alia Eccleſia, ſine licentia Epiſcopi, vel Parochi illius baptizat; quia aggregat baptizatum Eccleſiæ, cujus nullum regimen ſibi commiſſum eſt, colligiturque *ex cap. Interdicimus*, 16. *q.*1. & tradit Ægidius de Coninch *quæſt.*67.*art.*5.*dub.*1. *num.*11. Paul. Laymann *lib.*5. *Sum. tract.*2. *c.*6. *concl.*2. Bonac. *diſp.*2. *de Bapt.quæſt.*2.*punct.*5.*n.*10. Emman. Sà *verb. Baptiſmus*, *num.*6.

477. Hæc omnia Caſtrus Palaus, ex cujus doctrina, quam veriſſimam puto, ex fundamentali ratione ab eo tradita, nimirum competere habenti regimen communitatis, ordine utique hierarchico, & ſubordinatione habita de minori ad majorem, inter regimen habentes ejuſdem communitatis, ad eam extraneos admittere, ſequitur *primò*, veram non eſſe, quam ex Poſſevino recenſui: videlicet, *quod ſi adſint Epiſcopus & Curatus, Curatus baptizet, quia id onus eſt illi proprium.* Quia licèt proprium ſit Parocho onus baptizandi; eſt tamen illi proprium dependenter ab Epiſcopo, & cum ſubordinatione ad illum; qui licèt id non habeat onus, habet tamen eandem, & majorem ad baptizandum poteſtatem, cum ab ea poteſtas proceſſerit Parochi. Et quamvis Epiſcopus, abſque cauſa, privare non poſſit Parochum ſua ad baptizandum poteſtate, quia illam habet ex approbatione juris; poteſt tamen Epiſcopus ſua uti, quæ non minus approbata eſt à jure, & non minùs, ſed magis qualificata: & cum nemini faciat injuriam, qui jure ſuo utitur, juxta tritum juris axioma, quod exornat Barboſa *axiom.* 135. *num.*8. Pax Jordanus, Caramuel, S. Rota, & ego ipſe *in Commentar. ad Conſt.* 6. *num.*405. *& ſæpe alibi*, injurius Parocho non erit Epiſcopus, ſi illo præſente baptizet.

Sequitur *Secundò*, bene me proceſſiſſe in reſponſione ad objectionem quandam mihi factam *in QQ. Paſtor. quæſt.*1. *citata.* Objectio erat pro Sacerdotibus omnibus, ſic formata. Ideo Sacerdoti alteri, quàm proprio Parocho baptizare non licet, quia iſtius munus eſt, & jus, ratione proprii officii Paſtoris. Sed cuilibet Sacerdoti ex officio competit baptizare, juxta illud *Matthæi ultimo, in in fine: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos, &c.* Sicut enim Chriſtus, *Ioannis* 20. cum Apoſtolis loquens, *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*; dedit eis poteſtatem circa remiſſionem peccatorum actualium: ita loco citato Matthæi dedit tam Sacerdotibus particularibus, quàm Apoſtolis dictum jus, & facultatem circa remiſſionem originalium peccatorum. Ergo quilibet Sacerdos licitè baptizare poteſt ſine Parochi conſenſu, immò ipſo renuente Parocho, & invito. 478.

Pro ſolutione ſuppoſui communem diſtinctionem poteſtatis Ordinis, & poteſtatis juriſdictionis, quarum una omninò ab alia diverſa eſt: prima enim ſine ſecunda, immediatè à Chriſto omnibus, & ſingulis Sacerdotibus miniſterio Epiſcopi il- 480.

los

los in Sacerdotes ordinantis, traditur; aliàs Eccleſia non poſſet ulli Sacerdoti interdicere baptizare, aut à peccatis abſolvere, ſi ad utrumque à Deo juri dictionem obtinuiſſent independenter ab ipſa Eccleſia. Poteſtas verò juriſdictionis ſolùm D. Petro fuit immediatè, & in ejus Summo Pontificatu legitimis ſucceſſoribus ab ipſo Chriſto tradita, cum facultate illam aliis, cum oportuerit, delegandi. Pro quo adduxi Tridentinam Synodum *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *& ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de reformatione.* Et concluſi dicendo, Sacerdotes omnes eodem modo, & jure habere juriſdictionem ad remittenda peccata originalia per Baptiſmum, quo illam habent ad remittenda actualia per Sacramentum Pœnitentiæ, dependenter ſcilicet à Papa, ita ut neutram habeat is, cui Papa mediatè, vel immediatè illam non conceſſerit.

480. Quo ſuppoſito reſpondi diſtinguendo majorem. *Ideo Sacerdoti alteri, quàm Parocho baptizare non licet, quia iſtius munus eſt; & jus ratione Officii Paſtoris*; quia completè, & integrè ex officio id munus ei competit, concedo majorem; quia in hoc ſenſu, non ſolùm habet Parochus poteſtatem Ordinis, quæ communis eſt omnibus Sacerdotibus, ſed poteſtatem Juriſdictionis, quæ non dependet immediatè à Deo, ſicut illa, ſed à Papa, mediante Epiſcopi miniſterio, quæ non omnibus competit Sacerdotibus, ſed ſolùm Papæ, Epiſcopo & Parocho; quia incompletè ei competit, quà Sacerdoti, in vim ſolius poteſtatis Ordinis, nego majorem. Et diſtinxi minorem: *Sed cuilibet Sacerdoti ex officio competit baptizare*, incompletè competit cum ſola Ordinis poteſtate, minorem conceſſi. Et conſequentiam hanc negavi: *Ergo quilibet baptizare poteſt ſine Parochi conſenſu.* Quia, ut completè ex officio alicui competat baptizare, ſicut abſolvere à peccatis, præditus poteſtate, nedum Ordinis, ſed Juriſdictionis, debet eſſe.

481. Dixi igitur, cuilibet Sacerdoti ex officio baptizare competere incompletè; ſed ad licitam baptiſmi adminiſtrationem, completam, ſeu integram poteſtatem omninò eſſe neceſſariam, coaleſcentem, & adintegratam ex poteſtate Ordinis, quæ immediatè divina eſt, & ex poteſtate juriſdictionis, immediatè ab Eccleſia procedente, quæ humana dici debet, licèt mediatè à Deo homine dimanet. Et contra hanc doctrinam nihil probant teſtimonia adducta ex Matthæi, & Joannis Evangeliis; ſed pro illa firmanda, fundamentum maximum præſtare credo, ſignanter Joannis verba, juncto *cap. Si Epiſcopus, el* 2. *de Pœnitentiis, & remiſſionibus, in* 6. ibi: *Nulla conſuetudine poteſt introduci, quod aliquis, præter ſui Superioris licentiam, Confeſſorem ſibi eligere valeat, qui eum poſſit ſolvere, vel ligare.* Et Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de Reformat.* ibi: *Peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat.* Expendi debet clauſula, *& à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant*, quæ immediatè ſequitur. In ea enim Concilium à cujuſlibet Sacramenti adminiſtratione licita omnem, præter proprium Parochum, excludit Sacerdotem, & miniſtrum. Et cùm Baptiſmi, & Pœnitentiæ Sacramenta æquiparentur, ut conſtat ex dictis, & ex eo, quod ſint prima, & ſecunda tabula poſt nufragium; & ut D. Hieronymus ait *lib.* 1. *contra Pelagianos, poſt medium: Redimatur ſanguine Salvatoris, aut in domo baptiſmatis, aut in pœnitentia, quæ imitatur baptiſmatis gratiam.* Et D. Ambroſius *lib.* 1. *de Pœnitentia, cap.* 7. *In baptiſmo*, ait, *remiſſio peccatorum omnium eſt, quid intereſt, utrum per pœnitentiam, an per lavacrum hoc jus* (ſcilicet remittendi peccata) *ſibi datum Sacerdotes vindicent? Unum in utroque miniſterium eſt.* Si quilibet Sacerdos, niſi habita, & obtenta ab Eccleſia juriſdictione, remittere nequit peccata per pœnitentiam, ita nec per lavacrum baptiſmatis poterit.

Paragraphum iſtum concludo, di- 482.
cendo cum Trullench *loco citato*, Barboſa *de Officio Parochi, parte* 2. *cap.* 13. *num.* 1. & cum Paulo Layman *ubi ſuprà, cap.* 7. *num.* 2. quos *ubi ſuprà*, recenſui, parentes offerentes prolem alieno Parocho baptizandam, lethaliter peccare, niſi obtenta proprii Parochi venia. Ratio eſt, quia erunt cauſa, ut jus invadatur alienum, proprij ſcilicet Parochi, & ut juſtitiæ invertatur debitus ordo.

PARAGRAPHVS II.

An Parochiani ſemel in anno teneantur omnia ſua peccata proprio Parocho confiteri, ità ut aliàs jus violent, & confeſſio irrita evadat, & nulla?

SECTIO PRIMA.

Reſolvitur Quæſtio.

483. OLim in QQ. Paſtoralibus, *part.* 3. *quæſt.* 2. affirmativè reſpondi, & iterum reſpondeo, jure communi attento, venia utique, & licentia ab eodem Parocho, aut ab alio ejus Superiore, Epiſcopo diœceſano, aut ab Univerſali, & Urbis Romæ Antiſtite Papa, cui ordine Hierarchio omnis Eccleſiaſtica juriſdictio, maximè Epiſcopi, loci Ordinarii, & Parochi ſubjecta manet, & ſubordinata, non interveniente.

Quod poſſint Parochiani, de licentia proprii Parochi alteri Sacerdoti, licitè, & validè confiteri, definivit noſter Urbanus Papa Secundus *in cap. Placuit, el* 3. *de Pœnitentia, diſt.* 6. dicens: *Placuit, ut deinceps nulli Sacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri Sacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere, ſine ejus conſenſu, cui priùs ſe commiſit.* Ubi Gloſſa *in verbo Commiſit*, ita ait: *Commiſit, id eſt, cujus Parochianus eſt: ab alio enim non poteſt ligari, vel ſolvi.* Et *in verbo Pro ignorantia*, inquirit: *Sed nunquid eſt utilis talis confeſſio, quam quis accipit à non ſuo judice, contra hanc conſtitutionem?* Et poſtquam pro parte affirmativa, non tam probanda, quàm pallianda, exemplum de ordinato ab Epiſcopo alieno adduxit, aſſerens *ex cap. Epiſcopus*, 7. *cauſ. quæſt.* 1. verum Ordinem recepiſſe, quæſitui ſic reſpondit: *Sed dico eam inutilem.* Et Aug. Barboſa *in collect. ad idem caput Placuit*, in ſequentia prorupit:

484. Ex hoc textu, *in verſic. Niſi pro ignorantia*, videtur colligi, licere confiteri alieno Sacerdoti, propter proprii imperitiam, ut tenet Gloſſa *in præſenti, verbo Pro ignorantia.* Et *in cap. Omnis utriuſque ſexus*, verbo *Proprii, de Pœnitent. & remiſſion.* Sed S. Thomas *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 3. *ſub quæſt.* 4. *art.* 3. *& diſt.* 21. *in gloſſ. ultima*, videtur quod adhuc in iſto caſu concernente tantum diſcretionem proprii Sacerdotis, non debet adiri alius abſque licentia proprii Sacerdotis, aut Superioris. Conſonant Paludanus, Albertus Magnus, Innocentius, Marſilius, & alii quamplures ex Martino de Frias *de Arte, & modo audiendi Confeſſiones, part.* 2. *cap.* 3. *fol.* 38. *verſ. De intellectu vide Soarez de Pœnitentia, diſp.* 27. *ſect.* 2. *n.* 12. *cum ſeqq. & ſect.* 4. *num.* 16. *cum ſeqq.* Hactenus Barboſa.

Secundò probatur concluſio noſtra 485.
ex dicto *cap. Omnis utriuſque ſexus*, deſumpto ex Concilio Generali Lateranenſi ſub Innocentio III. *el* 2. *de Pœnitentiis, & remiſſionibus*, in quo ita fuit definitum: *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua ſolus peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio Sacerdoti.* Et infrà: *Si quis autem alieno Sacerdoti voluerit juſtâ de cauſa confiteri peccata, licentiam priùs poſtulet, & obtineat à proprio Sacerdote: cùm aliter ipſe illum non poſſit abſolvere, vel ligare.* Hæc textus. Et ibi Abbas *num.* 5. *& ſeq.* quæ ſequuntur ait: *Sextò* nota in verbo *Si quis*, duo requiſita, ut quis poſſit confiteri alieno Sacerdoti. *Primum*, ut ſubſit cauſa; nam ſine cauſa peccat Parochianus, quia videtur contemnere proprium Sacerdotem ſine cauſa, & debet ea eſſe juſta, ut in littera. *Secundum* requiſitum eſt, ut licentia poſtuletur, & obtineatur. Non ergo ſufficit petere, niſi obtineatur. *Septimò* nota, quod ab alieno Sacerdote quis non poteſt abſolvi, vel ligari. Et pondera, quod littera loquitur generaliter, ut non ſolùm ſi ſemel in anno vult confiteri alieno, ſed etiam ſi pluries, ſemper debet obtineri licentia à proprio Sacerdote. Ita noſter Panormitanus. Et Barboſa *in d. cap. num.* 1. ait: Si quis juſta de cauſa vult confiteri alteri Sacerdoti ſua peccata, priùs petat, & obtineat licentiam à proprio Sacerdote, aliter illum non poteſt abſolvere, vel ligare.

Pro concluſione facit textus *in cap.* 486.
Nullus, el 1. 9. *quæſt.* 2. deſumptum *ex epiſtola* 2. *Calixti Papæ ad Galliæ Epiſcopos*, in qua ſic ut ſequitur decrevit: *Nullus alterius terminos uſurpet, nec alterius Parochianum judicare, vel ordinare, aut excommunicare præſumat: quia talis judicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit,*

nec

nec vires ullas habebit : quòniam nullus alterius judicis, niſi ſui, ſententia tenebitur, aut damnabitur. Facit etiam Alexander III. *in cap. Quod autem, el* 4. *de Pœnitent. & remiſſionibus*, ibi: *Hoc volumus tuam fraternitatem tenere, quod cùm à non ſuo judice ligari nullus valeat, vel abſolvi.* Ubi Abbas *n.* 2. *&* 3. ſic ait : Secundò nota, quod forus Pœnitentialis in multis regulatur ad limites fori contentioſi; ſicut enim in foro contentioſo non poteſt quis abſolvi, vel ligari à non ſuo judice, ita in foro pœnitentiali. Et ex hoc, & ex textu nota, quod in foro pœnitentiali non poteſt etiam laicus prorogare juriſdictionem non ſui Judicis. Et ex hoc infero, & eſt generaliter textus, quod licèt quis confiteatur proprio Sacerdoti ſemel in anno; ſi tamen in aliis vicibus in eodem anno confiteri debet alieno Sacerdoti ſine licentia proprii Sacerdotis; quia ab alieno Judice non poteſt quis abſolvi vel ligari. Et ſic intellige *caput Omnis (utriuſque ſexus) infrà eodem.* Licèt enim quilibet Sacerdos, dum ordinatur, recipiat poteſtatem ligandi, vel abſolvendi : habet tamen illam in habitu, & non in actu; quia niſi habeat ſubditos, illam exercere non poteſt, ut dicit textus, 16. *quæſt.* 1. *Ubicunque*, §. *Ecce : facit in argum. l. obſervare, in fine, ff. de Officio Proconſulis, & cap. Præſenti, de Officio Ordinarii, lib.* 6. & hoc tene, quia eſt de mente Doctorum, licèt aliqui Theologi teneant contrarium. Item nota, quod in foro pœnitentiali non ſortitur quis forum ex actu commiſſo intra limites alienæ Parochiæ. Licèt enim intra Parochiam alieni Epiſcopi concedentis indulgentiam exerceat actum propter quem conceditur indulgentia, non tamen propter hoc gaudet indulgentia. Idem ſi delinquo intra limites alienæ Parochiæ, non enim propter hoc teneor confiteri Presbytero alienæ Parochiæ, ut eſt Gloſſa notabilis, 16. *quæſt.* 1. *cap. Placuit, el* 1. Dixi *in cap.* 1. *de Raptoribus* optimè facit iſte textus : nam ſicut ex actu permiſſo, & meritorio non ſubjicior Juriſdictioni alterius in foro pœnitentiæ; fortiùs nec in actu damnato. Hæc, & alia Abbas.

487. Ex quibus omnibus habemus, confeſſionem alteri factam, quàm proprio Parocho, aut alteri idoneo Sacerdoti, de illius licentia, & conſenſu expreſſo, aut ſaltem tacito (*ſalvo privilegio Apoſtolico, & Epiſcopi licentia, vel uſu,*) nullam eſſe, & irritam, ut dixi *ubi ſuprà, d. q.* 2. *n.* 5. poſt Carolum Malletum *tom.* 1. *de Sacramentis, Malleatione* 44. *bractea* 21. Diximus, *aut ſaltem tacito :* quia juriſdictio ad hoc Sacramentum requiſita præſumitur conceſſa ab illam habente, dum exercitium illius videt, aut exerceri illam ſcit, & tolerat. Quocirca Caſtr. Paulus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 14. *n.* 3. dicit : Delegatur juriſdictio expreſſo, vel tacito conſenſu illius, qui eam delegare poteſt. Et infrà, *dixi expreſſo, vel tacito* : nam taciti & expreſſi idem juris eſt. Rarò tamen tacitus conſenſus in præſenti ſufficiens eſſe poteſt. Non ex eo, quod Parochus videat ſuos Parochianos tibi confiteri, cenſetur licentiam, & facultatem tibi concedere : quia exiſtimare poteſt illos privilegium habere eligendi Confeſſorem, vel ſolùm peccata venialia confiteri, vel tibi aliunde juriſdictionem eſſe conceſſam, præcipuè cùm illo inſcio expoſitus fueris confeſſiones audire. Quocirca, ut juriſdictio ex tacito conſenſu tibi concedatur, neceſſum eſt, ut conceſſurus juriſdictionem ſciat, ex nullo alio capite tibi juriſdictionem eſſe conceſſam, & videns ad audiendas confeſſiones te diſponi, gratum ſe oſtendat, cum facilè contradicere poſſit. Sic Ægidius Coninch *diſp.* 8. *de Pœnitentia, dub.* 5. *num.* 35.

Hinc infertur (proſequitur Pa- 488.
laus) ratihabitione de futuro Sacramentum pœnitentiæ adminiſtrari non poſſe. Nam, cùm juriſdictio ad illius valorem neceſſaria ſit, & hæc abſque conſenſu non concedatur, efficitur manifeſtè, ſi tempore, quo Sacramentum miniſtratur, nullus adeſt conſenſus juriſdictionem concedentis, nullius valoris eſſe Sacramentum miniſtratum. Neque obſtat Regula Juris *in* 6. *Ratihabitionem retrotrahi, & mandato non eſt dubium comparari.* Quia loquitur de contractibus, aliiſque cauſis civilibus, quibus etſi deficiat aliqua ſolemnitas, ſuppleri poteſt poſtmodùm, ac

ſi ab initio ſtetiſſet. Secus eſt in Sacramentorum adminiſtratione, quæ ſi à principio invalida fuit, nulla potentia firmari poteſt. Præterea abſolutio non authoritate hominis, ſed Chriſti conceſſa eſt: nullus ergo homo eam ratam habere poteſt; ſiquidem ipſius nomine non eſt facta, juxta *regulam 9. Iuris: Ratum habere quis non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum.* Neque item obſtat, Sacramentum Baptiſmi, Confirmationis, Extremæ-Unctionis, Ordinis, & Euchariſtiæ, ex ſola rationabili præſumptione futuri conſenſus legitimè adminiſtrari: quia in iis Sacramentis juriſdictio expoſtulata non eſt ad illorum valorem, ſed ad licitum uſum, ac proinde non eſt opus, ut juriſdictio antecedat: ſufficit, ſi præſumatur ſubſecuturus conſenſus illius, qui juriſdictionem concedere poterat: illius enim præſumptio excuſat à malitia, quæ in illo intervenire poteſt. Secus eſt in Sacramento Pœnitentiæ, & Matrimonii, ad quorum valorem juriſdictio expoſtulatur: quæ juriſdictio cùm non concedatur ex præſumptione, ſed ex conſenſu, ſufficere non poteſt ad illorum valorem, ſicuti poſt alios notarunt Sylveſter *verbo Confeſſor 1. quæſt. 6. dicto 8.* Navar. *cap. Placuit, num. 103. de Pœnit. diſt. 6. & in ſumm., cap. 9. num. 6.* Sanchez *lib. 3. de Matrim. diſp. 35. num. 24.* Toletus *lib. 1. Sum. cap. 10.* Suarez *diſp. 26. ſect. 1. num. 18.* Vazquez *de Pœnit. quæſt. 93. art. 2. dub. 2. num. 3.* Ægid. de Coninck *diſp. 8. dub. 5. num. 34.* Layman. *lib. 5. ſum. tract. 6. cap. 10. num. 16.* Hucuſque Palaus.

489. Non autem cuilibet Sacerdoti alieno licitè, & validè confiteri poteſt Parochianus, etiam de conſenſu, licentia & venia proprii Parochi, ſed tantùm ei, qui fuerit idoneus: Quis autem hujuſmodi ſit, Sancta Tridentina Synodus declarat *ſeſſ. 23. capit. 15.* dicens: *Nullum etiam Regularium poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* Per dictionem *Nullum*, excluditur ab idoneitate legali, ſeu à jure novo hujus Sacri Concilii requiſita, ad licitam, & validam Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem quilibet, & omnis Preſbyter carens his qualitatibus ab eo ſtabilitis, etiamſi apprimè doctus ſit in Sacra Theologia, & in Sacris Canonibus, & in una iſtarum facultate, aut in utraque publicus Lector, Profeſſor, Licentiatus, vel Doctor laureatus. Ita Barboſa *in Collectan. in dictum Concilii caput, num. 3. & de Poteſt. Epiſcopi, allegat. 25. num. 14.* poſt Suarez *tom. 4. de Pœnitentia, diſp. 18. ſect. 4. num. 3.* Henriquez *lib. 3. de Pœnit. cap. 6. §. 2.* Menochium *de Arbitrariis, caſu 465.* Emmanuelem Roderiquez *in Bullæ Cruciatæ explicationem, §. 9. num. 4. in fine.* Gutierrez *Canonicarum lib. 1. cap. 6. num. 9.* Fagundez *in Præcepta 5. Eccleſiæ, lib. 7. cap. 2. à n. 68.* Boſſium *de Triplici Iubilæi privilegio, ſeſſ. 3. caſu 2. §. 1. num. 32.* Solorzanum *de Iure Indiarum, tom. 2. lib. 3. cap. 19. num. 29.* Hurtadum *de ſacramentis, tract. de Pœnit. diſp. 10. difficult. 16.* & Bartholomæum à S. Fauſto *tom. 3. tractat. de Pœnitentia, lib. 6. quæſt. 53.*

Idem Barboſa *in dict. Collectanea,* 490. *n. 16.* iterum dicit: Lectores, & graduati in Sacra Theologia, non debere ſe idoneos reputare, ſed teneri ſe præſentare coram Ordinariis, & poſſe ab illis examini ſubjici, ut etiam ultra ſcientiam de eorum prudentia conſtet, ut aſſerunt Gutierrez *Canonicar. lib. 1. cap. 6. n. 9.* Soarez *dict. diſp. 28. ſect. 4.* Henriquez *lib. 3. cap. 6. §. 2.* Fr. Ludovicus Miranda *d. q. 45. (tom. 1. Manualis) art. 9. concl. 1.* Joannes Valerus (*in differentiis utriuſque fori*) *verbo Nullitas, differ. 5. verſic. Sextò.* Hieronymus Roderiq. *reſol. 31. num. 9.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. tom. 2. diſp. 8. dub. 7. num. 49.* Fr. Emmanuël *in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. n. 4. in fine,* Fagundez *d. lib. 7. cap. 2. à num. 68.* Homobonus de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract. 12. cap. 3. q. 13. reſol. 1. in fine, pag. 447.* Barth à S. Fauſto *d. lib. 6. quæſt. 53.* Ego ipſe *dict. allegat. 25. num. 47.* ſecundum Lugdunenſem impreſſionem.

Qualitates igitur à Tridentino re- 491.
quiſitæ pro idoneitate Confeſſarii,
duæ

duæ ſunt, quarum quælibet ſeorſim ſumpta, ad idoneum illum conſtituendum, prout de jure iſto novo, ſufficit, prout ipſummet declarat, mediante dictione *aut*, quæ alternativa eſt, de cujus natura eſt, ut ſufficiat alteram partem adimpleri, ut diſpoſitio, cui additur, adimpleta cenſeatur, ad latè tradita, & exornata per Barboſam *tract. de Dictionibus, dict.* 46. & per me ipſum *in diſquiſitionib. tom.* 1. *tract.*2. *diſq.*2. *numero* 7. *pag.* 66. Prima qualitas eſt, beneficium Parochiale habere: *niſi aut parochiale beneficium*, ait Conciliaris textus. Secunda eſt approbatio Epiſcopi. Ibidem dicitur, *aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem quæ gratis detur obtineat.* Beneficium itaque parochiale obtinentes, eo ipſo ad Confeſſiones audiendas approbati cenſentur. Barboſa *in Concilium, num.*17. cum Florono *de caſibus reſervatis, part.*1. *cap.*4. §.12. *n.*2. cum aliis citatis per Boſſium *dicta ſect.*3. *caſu* 2. *num.*49. Stephano Dalvin *de Poteſtate Epiſcop. & Abbat. cap.* 23. Torreblanca *de Iure Spirit. lib.* 14. *cap.*2. *num.*19. Hurtado *tract. de Pœnit. diſp.*10. *diffic.*16. *verſic. Hæc autem.* Marcus Vidal *in Arca Vitali, titulo de Iuriſdictione, num.*11. dicens: Notandum octavò, quod Parochi habentes beneficium cum cura animarum, cenſentur jure ipſo approbati pro omni loco, & poſſunt eligi ab omni eo, qui facultatem habet eligendi confeſſarium: unde poſſunt eligi in Jubilæis, in quibus, quamvis dicatur (ut quis poſſit eligere Confeſſarium ab Ordinario approbatum) per illam enim particulam *ab Ordinario*, non cenſentur excluſi approbati ab ipſo jure, ſed potiori ratione comprehendi, ut intelligenti patet, & inter alios Doctores notavit Joannes Præpoſitus *quæſt.*8. *de Approbat. dub.*2. *n.*5. Hæc Vidal. In eadem ſententia fuit Coninck *d. diſp.*8. *dub.*7. *n.* 49. in hæc prorumpens verba: Patet ſecundò, obtinentes legitimè beneficium, cui annexa eſt cura animarum, non indigere hac approbatione. Nam Concilium expreſsè eos de hac neceſſitate obtinendi approbationem excipit. Et ratio eſt, quia cenſentur approbati hoc ipſo, quo judicantur idonei, qui tale beneficium adminiſtrent, quodque illud iis de facto confertur. Iſta Coninck.

Vt autem ex hoc capite duret idoneitas, & approbatio in Parocho, omnino neceſſe eſt, ut actu habeat beneficium parochiale; non enim ſufficit illud habuiſſe. Ita Barboſa *dicto num.* 17. cum Vivaldo *in Candelabro aureo*, ubi de Confeſſ. *num.* 27. *concluſ.* 2. Suarez *tom.* 4. *de Pœnitent. diſput.*28. *ſect.*4. *num.*20. Henriquez *lib.*3. *de Pœnitent. cap.*6. §. 3. *in fine*, Fagundez *de Præceptis Eccleſiæ, præcept.*2. *lib.*7. *cap.*2. *num.* 38. & cum Torreblanca *de Iuriſdictione ſpirituali, lib.* 14. *cap.*2. *à num.*18. Carolus etiam Malletus *tom.*1. *de Sacramentis*, *Malleat.*44. *Bractea* 18. quem recenſui, & fui ſecutus *loco citato Paſtoralium*, ſcilicet *part.*3. *quæſt.*2. *num.*7. allegantem Henriquez *lib.*7. *cap.*12. *num.*3. & 4. Suarez *num.* 125. & Reginaldum *lib.*1. *num.*199. Ita & Caſtrus Palaus *tom.* 4. *Oper. Moral. tract.*23. *diſp. unica, punct.*18. §.4. *num.*1. dicens: Approbatio beneficio parochiali annexa, durat dum beneficium retinetur. Quò loci addit (ſicut Malletus) poterit tamen ex juſta cauſa uſus illius, & juriſdictio ſuſpendi, ſicut notarunt Suarez *diſp.*28. *ſect.*2. *num.*8. Reginaldus *lib.*1. *n.*201. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.*25. *n.*23. Revocare autem approbationem Parochi Epiſcopum non poſſe, ait Malletus, quia illam à jure habet. Et quod ad durationem dictæ approbationis neceſſe ſit, quod actu poſſideat beneficium ipſe Curatus, non obſcurè decernit Concilium ipſum, dicendo, *niſi aut parochiale beneficium obtineat*: non enim dicit, *obtinuerit*, de præterito; ſed *obtineat*, de præſenti. Cum autem dictum verbum ſit de forma hujus legis; & forma legis non ſervata, ut ſonat, non ſervatur lex; ideo actu obtineri debet beneficium, ut actu obtineatur idoneitas; & non ſufficit illud obtinuiſſe. 491.

Loco citato notavi, & expendi verba illa Concilii: *Parochiale beneficium*: &, *poſſe confeſſiones audire*: dicendo, illa debere intelligi cum diſtributione accommoda, tribuendo ſingula ſingulis. Ut ſcilicet nemo ad audiendas Confeſſiones idoneus ſit, qui non ſit Parochus, aut ab Epiſ- 492.

copo

copo approbatus. Parochus quidem, non qualiſcumque, ſed proprius pœnitentis: quia cùm hoc jus, & munus ſit Parochi proprii, ab eo per Tridentinum auferri non cenſetur; ſi enim illud auferre voluiſſet; cum facilè poſſet, id expreſſiſſet, *cap. Ad audientiam*, §. *Mandamus*, ubi Gloſſa *verbo Intelligeremus*, & alii, quos allegavi, & fui ſequutus *in Commentariis ad Conſtitutiones Apoſtolicas*, *Conſtitut.* 5. *num.* 38. *& Conſtit.* 16. *num.* 121. *& alibi ſæpè*. Quò loci addidi cum Pace Jordano *volum* 1. *de Re ſacra*, *lib.* 3. *titulo* 4. *num.* 117. *&* 133. & Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. allegat.* 25. *num.* 36. Parochum extra ſuum territorium, uti erga parochianos ſuos, nedum approbatione, quia hæc juxta ſuperiùs dicta, omnibus, ſeu erga omnes fideles communis eſt; ſed etiam juriſdictione, qua erga ſuos gaudet, & pollet, poſſe. Ratio eſt, quia juriſdictione voluntaria bene poteſt quis uti extra proprium territorium, *l.* 2. *de Officio Proconſulis*, *cap. Novit* 7. *de Officio Legati*, Carolus Malletus *loco citato*; *Bractea* 17. Thom. Delbene *de Immunit. Eccleſiaſt. part.* 1. *cap.* 12. *dubit.* 7. *ſect.* 1. cum Sylveſtro *verbo Confeſſor* 1. *quæſt.* 14. Covarruvia 3. *variarum reſolutionum*, *cap.* 20. *num.* 8. Suarez *tom.* 4. *de Pœnit. in* 3. *part. diſp.* 25. *ſect.* 1. Thoma Sanchez *de Matrimonio*, *lib.* 1. *diſp.* 9. *num.* 7. *& cum communi Doctorum in Iura allegata.* Abbas Panor. *in cap. Sicut te*, *num.* 13. *&* 14. *el* 8. *Ne Clerici*, *vel Monachi.* Aloyſius Riccius, mox recenſendus, Auguſtinus Barboſa *in d. cap. Novit*, *num.* 4. 5. *&* 6. cum Covarr. *loco citato*, Coſm. *in Pragmat. Sanction. tit. de Collation. verbo Iuriſdictio*, *fol.* 181. Menochio *de Arbitrariis*, *lib.* 1. *quæſt.* 43. *à num.* 19. Rebuffo *tract. de Nominationib. quæſt.* 14. *num.* 27. Flaminio Pariſio *de Reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.* 14. *n.* 23. *& ſeqq.* Zerola *in Praxi Epiſcopali*, *part.* 1. *verbo Beneficia*, §. 9. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 62. *&* §. 4. *Proœmii*, *n.* 27. Ego ipſe *loco citato Paſtoralium*, *num.* 7. *& in Commentariis ad Conſtitut.* 16. *num.* 104. *&* 105. Pax Jordanus *volum.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 8. *tit.* 2. *in fine*, *pag. mihi* 145. *colum.* 2. & *volum.* 3. *de re Iudiciali*, *lib.* 3. *tit.* 2. *de Iuriſdictione*, *num.* 27. *&* 30. ubi addit, voluntariam juriſdictionem exercere extra territorium, non tantùm quando competit jure ordinario, ſed etiam quando jure ſpeciali, ut contra Roman. *ſingul.* 48. & alios (inquit) à ſe citatos, Covarruvias *d. cap. ult.* (*lib.* 3. *variarum*) *num.* 9. *verſic. Cæterum*, quem tamen pro contraria ſententia citat Barboſa *in cap. Statutum*, *num.* 8. *el* 3. *de Præbendis in* 6.

Ex quo fit *primò*, habentem facultatem impertiendi Indulgentias, illas extra proprium territorium concedere licitè, & validè poſſe: quia hæc facultas pertinet ad voluntariam juriſdictionem. Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi*, *part.* 3. *allegat.* 88. *num.* 16. dicens: Archiepiſcopo datur facultas concedendi Indulgentias per totam ſuam Provinciam. Nam licèt Archiepiſcopus non ſit Judex Ordinarius omnium de Provincia, *cap. Paſtoralis*, *de Officio Ordinarii*, nec extra ſuam Diœceſim habeat contentioſam juriſdictionem, cùm tamen *indulgentias concedere*, *ſit voluntariæ juriſdictionis*, Suarez *diſp.* 49. *ſect.* 3. *num.* 9. Aloyſius Riccius *d. reſolut.* 306. (*Praxis aureæ*) *num.* 5. illas concedere poteſt, ut per Gloſſam *in d. cap. Noſtro.* Hæc Barboſa, quam ſententiam tenet Riccius *d. n.* 5. maximè juncta *reſolut.* 24. *n.* 2. quò loci ait: Sed pro parte contraria videtur, quod cum ſupra dicta juriſdictio ſit voluntaria, non autem cotentioſa, & propterea quis non prohibetur ea uti extra diœceſim, & in non ſubditos, *l.* 1. *&* 2. *ff. de Officio Conſulis*, *&c.* Tenent etiam Pax Jordanus *volum.* 1. *de Re ſacra*, *lib.* 5. *tit.* 16. *de Indulgentiis*, *num.* 57. Quaranta *in Summa Bullarii*, *verbo Archiepiſcopi authoritas*, *verſic.* 31. & Gavant. *in Epiſcoporum Manuali*, *verbo Indulgentiæ*, *num.* 4. poſt Sylveſtrum *eodem verbo*, *q.* 5. *Quartum*, & ego ipſe *ad dict. conſt.* 16. *numero* 104. 494.

Infertur *Secundò*, extra proprium territorium poſſe licitè, & validè diſpenſare Epiſcopum cum ſubditis in votis, & juramentis. Thom. Delbene *tom.* 1. *capit.* 12. *dubit.* 7. *ſect.* 1. Item poſſe aſſiſtere Matrimoniis ſubditorum ſuorum extra territorium proprium. Idem Delbene. Ex quo, & ex dictis *num.* 493. ex Jordano, & Barboſa, rurſus infertur idem poſſe facere Parochum cum Parochianis ſuis. Poſſe etiam Epiſcopum in alie- 495.

no,

no territorio beneficia conferre, docet Riccius *d. reſol. 24. num. 2.* & poſſe abſolvere ab excommunicatione, *ibidem* docet, *ex cap. A nobis, el 2. de ſentent. excomm.* Concluſionem etiam docet Delbene. Addit denique Riccius, idem eſſe de manumiſſione ſervorum, *ex l. Semper, ff. de manuſſionibus*; & de emancipatione liberorum, *ff. de Adoptionibus*, & concludit dicendo: Et denique in omnibus juriſdictionem voluntariam exercentibus, ſecundum Gloſſam *in citat. cap. Novit.* Et ratio omnium eſt, quia cum voluntaria juriſdictio nullum ordinarium juris proceſſum, neque judicem pro tribunali ſedentem petat, nulla injuria infertur judici, in cujus territorio tales actus exercentur. Ad vitandum tamen ſcandalum, & confuſionem (ait Delbene) non debet quis voluntariæ juriſdictionis actus exercere extra ſuum territorium publicè, quaſi alienam juriſdictionem exercendo; ſed tantùm privatim, ſicut Sanchez notavit, de Matrim. *lib. 3. diſp. 9. n. 7.*

496. Conſultò *n.* 487. addidi concluſioni huic: *Confeſſio alteri facta, quam proprio Parocho, aut alteri idoneo Sacerdoti, de illius ſcientia, & conſenſu expreſſo, aut ſaltem tacito, nulla eſt, & irrita*, hanc limitationem, *ſalvo privilegio Apoſtolico, & Epiſcopi licentia, aut uſu.* Quia certum eſt, quod habens à Summo Pontifice facultatem confitendi alteri, quàm proprio Parocho, validè, & licitè, & abſque Parochi, aut alterius injuria, tali poteſt facultate uti. Ita Æligius Baſſæus *tom. 1. verbo Confeſſarius I. num. 5.* Marcus Vidal *in Arca Vitali, titul. de Iuriſdictione, num. 18. & ſeqq.* & præ omnibus doctiſſimè Angelicus Præceptor Divus Thomas *Opuſc. 19. contra impugnantes Religionem, cap. 4. colum. 140. litt. H.* in ſequentia prorumpens: *Item, ad hoc facit conſuetudo Romanæ Eccleſiæ, ad quam accedentes, à Pœnitentiariis Papæ quicunque Sacerdotes litteras impetrant, ut eis confiteantur. Item Legati Papæ, & eorum Pœnitentiarii confeſſiones audiunt, non petita licentia à Parochialibus, & authoritate Papæ ubique prædicant: & ita patet, quod prædicare, & confeſſiones audire, poteſt aliis committi ſine licentia Sacerdotum Parochialium.* Hæc D. Thomas, qui columna præcedenti, *ſub litt. B.* hoc ſuæ doctrinæ profundum jecit fundamentum, videlicet: *Ut enim omnem hierarchiam videmus in Jeſum conſummatam, ſic unamquanque in proprium divinum Sacerdotem ſummum, id eſt Epiſcopum; unde &* 1. Petri 2. *dicitur de Chriſto:* Converſi eſtis ad Patrem, & Epiſcopum animarum veſtrarum. *Hoc autem præcipuè verum eſt de Romano Pontifice, cui ut Cyrillus dicit, omnes jure divino caput inclinant, & ei tanquam ipſi Domino Jeſu Chriſto obediunt. Et Chryſoſtomus dicit ſuper illud* Joannis ultimo, Paſce oves meas: *id eſt*, loco mei præpoſitus, & caput eſto fratrum: *ergo ridiculum eſt dicere, & blaſphemiæ vicinum, quod Epiſcopus non poſſit uſum Clavium exercere in quemlibet ſuæ Diœceſis, ſicut & Chriſtus poſſet.*

Hæc Angelicus Doctor, quæ optimè probant, quoad utramque partrum, limitationem à nobis poſitam ibi: *Salvo privilegio Apoſtolico, & Epiſcopi licentia, aut uſu.* Et quidem quoad licentiam Epiſcopi, nedum quia, cum ipſe juriſdictionem habeat ordinariam in foro pœnitentiali, quod expreſsè aſſerit Sanctus Doctor, conſequenter poterit illam aliis delegare Sacerdotibus: tritum enim juris principium eſt, potentem ex proprio munere, & officio per ſeipſum aliquid exercere, poſſe etiam id per idoneam efficere perſonam, ut in Paſtoralibus, *part. 3. quæſt. 17.* latè probavi *à num. 3.* ex *cap. Inter cæteras, el 15. de Officio Iudicis Ordinarii, & cap. His quibus, el 20. eod. tit.* & ibi Gloſſa verbo *Caſibus, cap. cùm Epiſcopus, eod. tit. in 6.* ubi Gloſſa, verbo *Per alium*, dicens; *Quod enim poteſt per ſe, & per alium:* ex *Regula Iuris la 68. libro eodem*, dicente: *Poteſt quis per alium, quod poteſt facere per ſeipſum.* Ex Marco Vidal, *tit. de Iuriſdict. inquiſit. 2. n. 1.* & ex Nicolao Bravo *tract. Monaſtico, cap. 18. num. 12.* Sed quia expreſſis verbis id docet, dicens ibidem: *Deinde oſtendendum eſt, quod aliqui ex commiſſione Epiſcoporum poſſunt prædicare, & confeſſiones audire in Parochiis Sacerdotum. Nam extra de Officio Iudicis Ordinarii, cap. Inter* 497.

cætera dicitur, quod Epiſcopus viros idoneos ad ſanctæ prædicationis officium ſalubriter exequendum aſſumat. Et infrà: *Præcipimus, tam in Cathedralibus, quàm in Conventualibus Eccleſiis viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi coadjutores, & cooperatores habeant, non ſolum in prædicationis officio, verum etiam in confeſſionibus audiendis, & pœnitentiis injungendis, & cæteris, quæ pertinent ad ſalutem animarum.* Sic S. Thomas refert textum illum, deſumptum ex Concilio Generali Lateranenſi, ſub Innocentio Papa III. & eiſdem verbis, ex quibus pro nobis concludit dicendo: *Ex quo patet, quod Clerici Conventualium Eccleſiarum alicujus Diœceſis, qui non ſunt Parochiales Sacerdotes, poſſunt prædicare, & confeſſiones audire authoritate Epiſcopi.*

498. Quoad utramque partem limitationis concluſioni noſtræ additæ, illam dupliciter ratione probo. *Primò*, quia excipere confeſſiones ſacramentales, actus eſt juriſdictionis, & Ordinis ſimul, Doctore ipſo Angelico præceptore, *loco citato, pag.*240. *ſub litt. H.* At ea, quæ Ordinis, & juriſdictionis ſimul ſunt, committi poſſunt his, qui Ordinem habent, ut idem D. Thomas *ibidem* docet. Ergo cum Papa, & Epiſcopus in qualibet ſuæ ditionis reſpectivè Parochia excipere poſſint Confeſſiones irrequiſito, immò & invito Parocho, hoc idem poterit quilibet Sacerdos ex Papæ, aut Epiſcopi licentia, & venia.

499. *Secundò*, quia Superioris juriſdictio non dependet ab inferiori, nec illam iſte poteſt arctare, auferre, aut limitare, vel reſtringere; dicit enim Nicolaus Papa *in cap.*4. *diſt.*21. *Inferior Sedes potiorem abſolvere non poteſt. Sola enim potior inferiorem convenienter abſolvit. Hinc liquidò providetur, quia quem non poteſt abſolvere, non poteſt judicio inferior potiorem ligare. Unde Propheta* (Iſaïas) *ait: Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui trahit eam? aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? His itaque ex divina Scriptura commemoratis, ſole clarius exhibuimus* (id eſt, *probavimus*, vertit ibi Gloſſa) *non poſſe quemquam, qui minoris authoritatis eſt, eum qui majoris poteſtatis eſt, judiciis ſuis addicere, aut propriis diffinitionibus ſubjugare.* Hæc Nicolaus Magnus, I. Papa, Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcribens, qui fuerat depoſitus à ſuffraganeis ſuis, favore Michaëlis Imperatoris, ut in caſus formatione ait ibi Gloſſa. Ubi Barboſa ait: Hic textus allegari ſolet ad hoc, quod Prælati inferiores non poſſunt diſpenſare in legibus Superiorum, & in pœnis earum, ut per Greg.Lopez *l.*5. *gloſſ. Al que huvieſſe deſcomulgado, tit.*5. *partita* 1. *& lib.*7. *gloſſa* 6. *&* 7. *tit. ead. partit.* Covarruv. *de Sponſalib. p.*2. *cap.*6. *num.*15. Dueñas *Regul.*248. Anchar. *in c. ultimo de Conſuetudin. n.*5. *verſic. Octavò.* Fr. Emman. Roderiq. *qq. Regul. tom.*1. *quæſt.*22. *art.*8. Suarez *tom.*5. *de Cenſur. diſp.*5. *ſect.*4. *n.*7. *& diſput.*7. *ſect.*4. *n.*1. *& diſp.*29. *ſect.*1. *n.*22. *& de legib. lib.* 6. *cap.*14. *n.*4. *& in Defenſ. Fidei, lib.*4. *cap.*8. *n.*15. Sanch. *de Matrim. lib.*7. *diſp.*7. *num.* 6. Idem Barboſa *in cap. Cum inferior, n.*2. *el* 16. *de Majorit. & obedientia*, ſequentia profert: Collige ex textu, quod minor in majorem poteſtatem habere nõ debet. Jaſo *in l. Omnes populi, n.*12. *ff. de Iuſtit. & jur.* Mant. *lib.*3. *dialogo* 69. Hippol. *ſingul.*182. Tiraquell. *de Pœnis temper. in Præfat. num.* 26. & inferior Superioris jura nequit ſubvertere, Surdus *conſ.*58. *n.*6. Thom. de Thomaſſet *reg.*147. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Inferior* 4. Azeved. *l.*2. *n.*56. *tit.*14. *lib.*4. *novæ recopilat.* Cardoſ. *in Praxi Iudicum, verbo Lex* 9. Cravet. *conſ.*238. *n.*5. Ergo cùm Summus Pontifex, & Epiſcopus Diœceſanus, Superiores ſint Parochorum, iſti non poterunt illorum authoritatem, & juriſdictionem arctare ullo modo, limitare, aut reſtringere. Ac per conſequens quilibet Sacerdos de ſolius Summi Pontificis, aut Epiſcopi licentia, & venia, in qualibet Parochia Diœceſis, & Orbis reſpectivè, validè, & licitè Confeſſiones Sacramentales audire, & excipere poterit, Parocho non requiſito, immò & invito.

500. Hæc de prima qualitate Confeſſarii, prout de jure novo Concilii Tridentini, dicta ſufficiant: de ſecunda nunc agamus, hoc eſt de approbatione illius per Epiſcopum fienda. Sed priùs adverto duo: *Primum* eſt, nos non egiſſe, aut agere

pro

pro nunc velle de idoneitate jure divino, & naturali, aut alio Eccleſiaſtico, quàm Tridentino, in Confeſſario neceſſaria, & requiſita. *Secundum eſt*, nec illud, nec nos agere de Confeſſario Regularium pœnitentium, ſed ſæcularium, etiam Sacerdotum, ut textu Concilii conſtat, ibi: *Nullum etiam Regularium poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, &c.* In quæ verba Coninck *diſp.8. de Pœnit.dub.7.ſub n.48.* ſic ait: Ex iis igitur patet *primò*, nullam requiri approbationem (ſcilicet Epiſcopi) ut quis audiat Cõfeſſiones Regularium: quia Concilium apertè reſtringit ſuum decretum ad confeſſiones ſæcularium. Voluit enim relinquere Religioſos ſuis Statutis, confidens per hæc ſatis eorum ſaluti hac in re eſſe cautum. Quare hi poterunt jam confiteri iis omnibus, quibus priùs per ſua Statuta confiteri poterant. (Palaus *part.4. tract.23. diſp. unica, punct.17. §.2.*)

501. Patet *ſecundò*, obtinentes legitimè beneficium, cui annexa eſt cura animarum, non indigere hac approbatione. Nam Concilium expreſsè eos ab hac neceſſitate obtinendi approbationem excipit. Et ratio eſt, quia cenſentur approbati hoc ipſo, quo judicantur idonei, qui tale beneficium adminiſtrent, quodque illud iis de facto confertur. Patet *tertiò*, in omnibus aliis Sacerdotibus, tam ſæcularibus, quàm regularibus, ad audiendum Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, hanc approbationum eſſe neceſſariam: quæ nihil aliud eſt, quàm authenticum teſtimonium, quo approbatus declaratur idoneus, cui hoc munus committatur. Cenſetur autem Epiſcopus aliquem approbare, hoc ipſo, quo ſciens, & volens ei præcipit, ut confeſſiones audiat.

502. Patet *quartò*, per hanc approbationem non conferri ullum jus ad audiendum Confeſſiones, nec ullam juriſdictionem; ſed perſonam ſolùm judicari idoneam, cui illa conferantur, ſine qua approbatione invalidè ei hoc munus committeretur. Nam Concilium dicit, ſine ea *nullum poſſe confeſſiones audire.* Quibus verbis ſignificatur, non approbatos invalidè confeſſiones audire, ut cum communi Juriſtarum ſententia fusè docet P. Sanchez *lib.6. de Matrim. diſp.38. num.20.* Et hoc etiam expreſsè declaravit Congregatio Cardinalium. Patet *quintò*, cum hoc teſtimonium non ſit gratuitum munus, ſed potiùs actus juſtitiæ, quem Epiſcopus ſuis ſubditis ex officio debet; hunc requiſitum teneri idoneum approbare, quoties non ſubeſt juſta cauſa negandi. Omnia prædicta P. Coninck, quæ libentiſſimè recenſeo, utpotè veriſſimam doctrinam, & pro meo argumento aptiſſimam continentia; & quia hoc quintum decertationem, quam olim Pampilonæ cum Illuſtriſſimo D. Didaco de la Guardia, Epiſcopo, & poſtea Burgenſi Archiepiſcopo habui, munus Procuratoris Generalis hujus Regii Hyrachenſis Cœnobii in illis Curiis agens, in puncto approbationis Vicarii Parochialis Eccleſiæ Sancti Joannis de Stella, dicti Monaſterii, ſeu Cœnobii membri, firmat. Dicebat enim Dominus Epiſcopus, ſe poſſe Vicarium approbare pro ſuæ voluntatis tempore, ſicut Dominus Abbas illum ad nutum ſuæ voluntatis deputaverat; quia dictus Abbas, melioris conditionis, quàm Epiſcopus, eſſe non debebat. Ego autem dicebam, Abbatem liberè, & ad nutum ſuum amovibilem deputaviſſe Vicarium, jure ſuo utentem; at ſuam Illuſtriſſimam Dominationem actum debitum, & de juſtitia in examine, & approbatione exercere: unde abſolutè invento digno Vicario, ſine limitatione ulla, maximè temporis, debere ei pariter abſolutam concedere approbationem, & commiſſionem. Pro tunc decertatio, ex parte mea proficua non fuit, ſubcubui, approbante, & Commiſſionem concedente Domino Epiſcopo, pro tempore tantùm, quo à Domino Abbate Vicarius non amoveretur. Cauſa tandem ad Tribunal Nunciaturæ Apoſtolicæ, in gradu appellationis delata, Illuſtriſſimus Nuncius pro Abbate, & Conventu Cœnobii, & pro me ipſo Decretum edidit, & litteras relaxavit executoriales, quæ executioni poſtmodùm mandatæ ſunt, nedum reſpectu illius Vicarii, ſed & reſpectu aliorum, qui poſt remotiones novas, deputati ſunt ab Abbate.

503. Sed redeundo ad ſecundam qualitatem requiſitam à Tridentino in eo, qui excipere valeat confeſſiones ſæcularium, quæ eſt Epiſcopi approbatio, aliqua reddere libet apprimè utilia, & neceſſaria: & in primis, non approbatum ab eo, invalidè Confeſſiones audire. Ita præter Coninck *num.*501. citatum, docet Barboſa *in Collectan. ad Concil. Trident. ſeſſ.*23. *cap.*15. *num.*4. poſt Paulum Santor. *de Caſibus Papalibus & Epiſcop. cap.*1. *num.*28. Sanchez *de Matrim. lib.*6. *diſp.*38. *num.*29. Piaſec. *in Praxi Epiſcop. part.*2. *cap.*1. *num.*9. *pag.*92. Coriolanum *de Caſibus reſervatis, part.*1. *ſect.*1. *art.*20. *num.*2. Vveyms *ad Conſtitutiones* 24. *ex antiquo Iure deſumptas, & per Concilium Tridentinum innovatas, conſt.*23. *n.*10. *in fine, pag.*269. Joannem Chapeavil. *in ſimili tract. c.*3. *q.*1. referentem ſic fuiſſe deciſum anno 1580. Riccium *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, part.*4. *deciſ.*22. *num.*2. Valerum *de differentiis utriuſque fori, verbo Nullitas, differ.* 5. *num.*1. Boſſ. *de Triplici Iubilæi privilegio, ſect.*3. *caſu* 2. *n.*79. Torreblancam *in Practicabil. Iuris ſpiritualis, lib.*14. *cap.*1. *n.*11. & Laurentium de Franchis *in Controverſiis inter Epiſcopos, & Regulares, p.*28. *ad* 8. Caſtrus Palaus *part.*4. *tract.*23. *diſp. unica, punct.*17. §.1. *num.*8. cum Vazquez *quæſt.*93. *art.*3. *dub.*3. Suarez *diſp.*28. *ſect.*5. *&* 6. Bonacina *diſp.*5. *quæſt.*6. *punct.*4. §.1. *num.*9. & Fagundez *lib.*7. *cap.*2. *n.*43.

504. Circa hanc qualitatem aliqua occurrunt dubia non ſpernenda. Primum ſit: An qui Confeſſario non approbato ignoranter confeſſus fuerit, ob fidem, quam habuit, ſit apud Deum abſolutus? Reſpondet Barboſa *in Collectan. in Concilium, ſeſſ.*23. *cap.*15. *de Reformat. num.*5. ex Molfeſio *in Summa Theologiæ Moralis, tract.*7. *cap.*13. *num.*10. Coriolano *de Caſibus reſervat. part.*1. *ſect.*2. *art.*19. *num.*3. *&* 4. & Joanne Valero *ubi proximè, num.*2. referente ita fuiſſe deciſum, quoad Deum eſſe abſolutum, & ſi deinde ſciverit non eſſe approbatum, vel requiri approbationem, teneri reiterare confeſſionem. Hæc tamen reſponſio, quoad primam partem ſolùm, ut credo, eſt vera, ſi pœnitens veram contritionem elicuit; quia nec apud Deum quis abſolvitur à reatu lethalis culpæ, niſi contritione interveniente, aut vero Sacramento, quod in caſu propoſito non interveniſſe, ob defectum approbationis Sacerdotis confeſſionem excipientis, ſupponitur.

505. Secundò dubitatur, an ſub Decreto Tridentini *in præcitato cap.*15. comprehendantur Prælati Regularium, ita ut eis audire non liceat Confeſſiones ſæcularium ſine Epiſcopi approbatione? Reſpondet Barboſa *ibi, num.*6. affirmativè, ex Suarez *in* 3. *p. D. Th. tom.*4. *diſp.*28. *ſect.*4. *num.*21. Emanuele Roderiquez *in Bullam Cruciatæ,* §.9. *dub.*1. *num.*4. Fagundez *in quinque Præcepta Eccleſiæ, lib.*7. *cap.*2. *num.*39. & ex Bartholomæo à Sancto Fauſto *tom.* 3. *tract. de Pœnit. lib.*6. *quæſt.*52.

506. Hanc ſententiam veram generaliter, cum una tamen fallentia, & limitatione puto. Limitatio eſt in Prælato, cujus Monaſterio aliqua Eccleſia Parochialis annexa, incorporata eſt, & unita ad menſam. In hoc enim caſu Prælatus habet beneficium Parochiale, & curam habitu, & actu hujuſmodi Eccleſiæ, ut ſæpè dixi, maximè in Quæſtionibus Paſtoralibus, *part.*4. *per totam*, in qua plures recenſui Eccleſias, ſic huic meo Hyrachenſi Cœnobio incorporatas; & aſſumptum latè reſpectu uniuſcujuſque illarum, probavi ſingulatim. Sufficiat nunc reddere, ex traditis in dicto tomo, fragmenta nonnulla ex deciſis pro dicti Cœnobii Abbate, & Præſidente, reſpectu Eccleſiæ Parochialis S. Joannis de Stella. In primis S. Rota *coram Cardin. Seraphino Olivario*, 14. Decembris 1598. edidit deciſionem, quæ adeſt poſt dictas Quæſtiones, *la* 13. & inter ab eo impreſſas la 1304. in qua in primo ejus limine dicitur: *Fuit concluſum, curam Eccleſiæ Parochialis de Stella reſidere penes Abbatem de Hyrache.* Illius fundamentum fuit, quod dicta Eccleſia fuerit jure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia ejus, conceſſa Abbati, & Monaſterio de Hyrache: & illud multis aliis probavit. Quam deciſionem ſequuta eſt ſententia diffinitiva, quæ habetur *dicta parte* 4. per alias duas in judicatum tranſactas, & litteris executorialibus expeditis, debitæ demandatas executioni.

tioni. In illa ſic habetur : *Necnon declaramus, prædictum Abbatem, & Præſidentem, ac alios, qui pro tempore fuerint, & erunt dicti Monaſterii, fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis, & illam fuiſſe, & eſſe unitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare, ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare, &c. Miſſam majorem, ſeu popularem celebrare, ac omnia jura Parochialia exercere, &c.* Pro confirmatione dictarum Deciſionis, & ſententiæ, aliæ Deciſiones editæ ſunt, una 28. Februarii 1600. *coram Card. Pamphilio, la* 14. *ubi proximè*, alia 23. Junii 1603. *coram Coccino*, la 15. & altera *coram eodem*, 8. Novembris 1692. *la* 16.

507. In alia cauſa ſuper juribus Parochialibus Parochialis Eccleſiæ S. Joannis de Mendavia, idem, & ex eodem fundamento pluries decidit, pronunciavit, & ſententiavit per tres conformes Sacra Rota, ad ejuſdem Hyrachenſis Abbatis favorem. Adſunt deciſiones *poſt mea Commentaria, la* 2. *coram Bevilaqua*, 19. Januarii 1663. *la* 3. *coram Ninot*, *la* 5. *coram Otalora*, 11. Martii 1667. *la* 6. *coram Albergato*, 13. Martii 1669. circa quas vide, ſi placet, quæ in earum quamlibet ibi addidi, & adnotavi. Et poſt dictum Commentariorum tomum, plures etiam addidi Rotæ Deciſiones, firmantes curam Parochialis de Elizondo, reſidere penes Abbatem de Urdax, Præmonſtratenſis Ordinis, & ſui Conventus Monachos, videlicet *la* 10. *coram Veroſpio*, 3. Martii 1664. *la* 11. *coram eodem*, 16. Junii ejuſdem anni, *la* 12. *coram ipſo Veroſpio*, 28. Novembris 1664. *la* 13. *coram Otalora*, 24. Aprilis 1665. & coram eodem la 14. 19. Junii ejuſdem anni, & la 15. eodem die & anno, las 16. & 17. coram Cerro, 7. Junii, & 23. Martii 1667. & *deciſ.* 18. coram dicto Otalora, 4. Maii ejuſdem anni 1667. In qua etiam cauſa tres ſententiæ ad favorem Abbatis, & Conventus Urdaxenſis latæ fuerunt, & executioni ſunt mandatæ, relaxatis ad hoc, per Rotam, literis executorialibus. Cum igitur Concilium Tridentinum *dicta ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de Reformat.* unam, aut alteram qualitatem alternativè, & non copulativè requirat, ut præmiſi; in audituro Confeſſiones ſæcularium perſonarum, nimirum quod habeat aut beneficium Parochiale, aut approbationem Ordinarii, ut licitè, & validè Sacramentum Pœnitentiæ adminiſtret: & dicti Abbates & Præſidentes Cœnobiorum de Hyrache, & de Urdax primam habeant qualitatem, Beneficium Parochiale ſcilicet, & curam animarum Parochiarum præfatarum, licitè, & validè audient Confeſſiones ſæcularium, eſto ſecunda careant qualitate, approbatione ſcilicet Ordinarii. Et idem dico, & dici debet de omnibus Prælatis Regularibus, quorum Monaſteria habent Eccleſias Parochiales ſimiliter unitas ad menſam. Pro hanc mea ſententia fuit Pater Coninck *ſuprà, num.* 501. *in ſecunda illatione.*

508. Poſt hæc ſcripta pervenit ad manus meas liber inſcriptus, *El perfecto examen de Confeſſores Matritente*, Authore noſtro Anſelmo Gomez, editus Matriti por Melchor Alvarez, anno 1676. *in Catalogo de las opiniones impracticables*, qui incipit *fol.* 116. *poſt cap.* 66. *fol.* 127. ſub *tit. Diviſion ſexta*, ubi ſic *num.* 63. dicit:

Los Prælados Regulares ſon elegibles por la Bula, ſin tener approbacion del Obiſpo de la Dioceſi adonde ſe ha de hazer la Confeſſion. *Improbable*, porque es contra el Concilio, y contra la Bula del Santiſſimo Clemente X. que confirmò las de ſus anteceſſores Gregorio XV. è Innocentio X. Porque ſu officio no es beneficio Parochial, en el ſentido, y rigor del Derecho, y del Concilio: *Ius percipiendi fructus propter Officium miniſtrandi ſæcularibus Sacramenta:* y en mi ſentir, lo meſmo ſe ha de dezir, aunque hagan Officio de Parochos, por ſer Superiores, ò Preſidentes de la Comunidad, pues ni los Parochos ſeculares pueden obtener Beneficio ſin eſtar aprobados por los Examinadores Synodales, como declara el Concilio, *cap.* 18. *ſeſſ.* 24. explicando en que ſentido hablaron los Sanctos Padres congregados en el, *cap.* 15. *de la ſeſſ.* 23. y ſi confeſſaran eſtos tales Parochos ſeculares, fueran nullas las Confeſſiones, por ſer nula la eleccion y cola-

cion del tal beneficio, ſin la forma que piden el Concilio, y el Santo Pio V. en ſu Bula.

509. Si hoc in viridi (proſequitur dictus Author,) in ſic co quid fiet: luego mucho mejor ſe requiere que precedan las aprobaciones de los Ordinarios en los Superiores ò Preſidentes de los Conventos, que tienen annexas Parroquias; porque ſi bien no ſon meneſter lo tres Examinadores Synodales, porque no vacan eſtas Parroquiales, que obtienen por el S^mo ni ſe proveen por concurſo, como declarò la Sagrada Congregacion del Concilio; pero el riguroſo Parocho, ſegun la Rota, y comun ſentir de los Doctores, es la Comunidad ò Capitulo, y en ella reſide la juriſdicion integralmente, y parcialmente en cada uno de la Comunidad.

510. Si bien, que donde no adminiſtran todos por ſus turnos, ya la praxis ha obtenido, que el que preſide a la Comunidad, haga las vezes de ella, ò otros particulares, Regulares, y ſeculares, que nombrare la Comunidad: pero con eſta diſtincion, que el ſecular es Teniente, y no puede ſubdelegar; pero el Regular, qualquiera que ſea de la Comunidad, teniendo las condiciones requiſidas, es Parocho, y podra ſubdelegar; porque la Comunidad, que es Parocho, no es otra coſa, que *omnes, & ſinguli*; por lo qual, el Superior, ò Preſidente que ſe auſentaſſe, no puede coarctar la Juriſdicion à la Comunidad, ò Preſidente, que hiziere ſus vezes. Eſt idem Tribunal; como el Vicario General con ſu obiſpo.

511. Omnia prædicta Author ille, ſed non mihi omnia arridenti; plura eorum non approbo. Ob temporis anguſtiam, ea latitudine, qua par erat, eis non reſpondebo; dicam tamen quæ ſufficiant, ſi non ad contrarium demonſtrandum, ad illud probabiliùs fundandum, & ſolidiùs; ſalva in omnibus authoritate dicti Magiſtri, & ejus venia, quam ſuppliciter imploro, & peto.

Et ante omnia ſuppono Bullas, quas non exprimit, ſed obiter tantum inſinuat, ſequentes eſſe: Gregorii ſcilicet, *la* 18. *Bullarii Magni Romani Angeli Cherubini, tom.* 3. *pag.* 402. incipit, *Inſcrutabili Dei providentia*, cujus ſumma eſt: *De exemptorum privilegiis circa animarum curam, & Sacramentorum adminiſtrationem, Sanctimonialium Monaſteria, & prædicationem Verbi Dei*; edita Nonis Februarii 1622. & publicata Romæ 8. Februarii 1623. Bullam verò Innocentii X. eſſe *la* 30. *ejuſdem Bullarii, tom.* 4. *pag.* 286. incipit, *Cum ſicut accepimus*, edita 14. Maii 1647. quæ hanc rubricam habet: *In cauſa Angelopolitana Iuriſdictionis in Indiis Occidentalibus Novæ Hiſpaniæ.* Bullam denique Clementis X. incipere, *Superna magni Patrisfamilias*, datam undecimo Kalendas Julii, anno 1670. & ſui Pontificatus primo, & publicatam Romæ ſecunda die Auguſti illius anni.

512. Continentiam dictarum Bullarum, licet in Summa fideliter referre libet, quoad punctum præſentem facultatis, ſeu prohibitionis audiendi Regulares Confeſſiones ſæcularium perſonarum. In primis Gregorii XV. Bulla, *in* §. 1. ſolùm refert diſpoſitionem Concilii Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. *de Reformat.* videlicet: *Nullum Presbyterum, etiam Regularem, poſſe Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale Beneficium habeat, aut Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* Hæc Concilium: & hæc Gregor.

513. In §. 2. quoad dictum punctum ſolùm dicit: *Ut in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, ſeu mulierum, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ* tam regulares, *quam ſæculares ejuſmodi curam exercentes, ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent, juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi, in cujus diœceſi ſunt ſita.* Hæc etiam Concilium, & Gregorius XV.

Laici ſæculares, qui ſunt de familia Religionum, poſſunt à Regularium Confeſſariis ab Epiſcopo non approbatis abſolvi, ex Trid. ſeſſ. 25. *de Regul. c.* 11.

514. In §. 4. addit ex proprio motu Gregorius: *Decernimus, ſtatuimus, & declaramus, ut deinceps, tam regulares, quàm ſæculares, quomodolibet exempti, ſive animarum curam perſonarum ſæcularium Monaſteriis, ſeu domibus regu*

regularibus, aut quibuſvis aliis Eccleſiis, vel beneficiis, ſive regularibus, ſive ſæcularibus incumbentem exerceant; ſive alias Eccleſiaſtica Sacramenta, aut unum ex illis miniſtrent, prævia Epiſcopi licentia, & approbatione; ſive quoquo modo in dictæ curæ exercitio, aut in eorundem Sacramentorum, vel alicujus ex illis adminiſtratione de facto, abſque ulla authoritate ſe ingerant, in his, quæ ejuſmodi curam, ſeu adminiſtrationem concernunt, omnimodæ juriſdictioni, viſitationi, & correctioni Epiſcopi Diœceſani, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, plenè in omnibus ſubjiciantur. Hæc Gregorius, & ſubdit derogationem privilegiorum, & exemptionum.

§15. In §. 5. diſponit circa Confeſſores Monialium, etiam Regularibus ſubjectarum, quomodocumque exemptos, tam ordinarios, quàm extraordonarios, nullatenus deputari poſſe, *niſi prius ab Epiſcopo Diœceſano idonei judicentur, & approbationem, quæ gratis concedatur, obtineant.* Hæc, & nihil Gregorius Papa XV. præter recenſita, circa præſentem materiam diſpoſuit. Quis non videt, quod ex illis doctrina P. Magiſtri Anſelmi Gomez non probetur, immò potiùs improbetur, cum nihil addat citra diſpoſitionem Concilii, ſeu ultra illam, circa idoneitatem eorum qui audituri ſunt Confeſſiones ſæcularium perſonarum; ſed eandem ipſemet repetit, & ſub eiſdem clauſulis, & verbis, videlicet, *nullum* poſſe audire Confeſſiones, *niſi aut beneficium Parochiale habeat, aut ab Epiſcopo approbationem obtineat.* Prælatus autem, ſive Abbas, ſive Præſidens ſit Monaſterii, cui unita eſt Eccleſia Parochialis plenariè, & ad menſam, verè, & propriè, & in rigore Juris, tam antiqui, quàm novi Tridentini, illius Parochus eſt, & approbationem habet à jure, juxta Palaum ſuprà, *num.* 476. Marcum Vidal, & Coninckum *num.* 491. & Carolum Malletum *num.* 492. & juxta dictum Cominckum *num.* 501. Quod talis ſit vigore Juris antiqui, communis ſcilicet, demonſtrat S. Rota in Deciſionibus, & ſententiis à me ipſo recenſitis, *num.* 506. & 507. & in vim Tridentini patet: tum ex eo, quod coram Rota, à partibus adverſis, hæc ab ea quidquam allegatum, aut dictum ſit in contrarium: & licèt hæc probatio negativa ſit, multum ad intentum probat: inveriſimile enim eſt, & ferè impoſſibile, quod tot Advocati in prima, & Suprema Eccleſiæ Catholicæ Curia celebratiſſimi, Juris Canonici peritiſſimi, & tot Sacræ Rotæ Auditores Doctiſſimi, pro ſententia noſtræ contraria Tridentinum non adduxerint unquàm, quod Deciſiones videnti fiet manifeſtum. Tum etiam, quia Concilium nihil diſpoſuit in præſenti materia, quod in jure communi antiquo decretum jam non fuerit, præter Declarationem, & expreſſionem dictarum duarum qualitatum, quæ ſub alternativa prænotantur, approbatio ſcilicet Epiſcopi Diœceſani, vel Beneficii Parochialis obtentio: & ſi voluiſſet Concilium excludere à Parocho illum, qui Eccleſiam Parochialem habet annexam, incorporatam, & unitam ſuæ menſæ, aut ſuæ, & communitatis ſuæ ſimul; & quod ſua diſpoſitio intelligeretur, ut vult dictus P. Magiſter, illud expreſiſſet, cum facilè potuiſſet, juxta Juris axioma, quod exornat Barboſa *axiom* 136. *num.* 5. quò loci, *num.* 6. ait: Lex enim id noluiſſe præſumitur, cum facilè id exprimere potuiſſet, neque expreſſit. Menochius *conſ.* 30. *num.* 8. Armendariz *in Proœmio Additionum ad Recopilat. Legum Navarræ, num.* 150. quia quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum, *l. diſſentientis, C. de Repud. cap. Illa, Ne Sede vacante.* Surdus *conſ.* 229. *num.* 21. Hæc Barboſa.

§16. Addo ego, quod cum diſpoſitio præfata odioſa ſit, & pœnalis, illa ſcilicet quam allegat *ex ſeſſ.* 24. *cap.* 18. loquente de Parocho ſæculari obtinente Beneficium Parochiale, ſine approbatione Examinatorum Synodalium, extendi non debet, nec poteſt ad obtinentes Beneficium Parochiale perpetuò incorporatum, & unitum menſæ ſuæ, aut ſuæ, & proprii Capituli. E contra verò exemptio illa Beneficium Parochiale obtinentis, appoſita *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. favorabilis eſt, & extendenda, ita ut comprehendat nedum Parochum ſæcularem cum approbatione Examinatorum

torum Synodalium proviſum, ſed etiam obtinentem Beneficium Parochiale unitum, & incorporatum, quolibet modo obtentum, per electionem ſcilicet canonicam, aut per Superioris proviſionem, cum expreſſa, aut tacita approbatione: intrat enim acceſſoriè ad dignitatem, Curatus annexus; & conſequenter cum acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, ut noti juris eſt, *cap. Acceſſorium, el 42. de Regulis Iuris, lib.6.* ubi Gloſſa *verbo Acceſſorium, ex l. Cum principalis, ff. de Regulis Iuris, & ex l. Nihil dolo, §. Cum principalis, ff. eod. tit.* ego ipſe *in Diſquiſit. tom. 2. diſq. 11. dub. 7. num. 21.* ſi dignitatem ſine examine, & approbatione quis conſequitur expreſſa, ita & curatum annexum: ſine approbatione autem implicitâ, aut virtuali, nunquam iſtum conſequitur; quia ut dictum eſt *numero* 501. ex Coninck, cenſentur approbati hoc ipſo, quo judicantur idonei ad dignitatem, qui ad principale munus aſſumuntur: & eo ipſo, quo à Superioribus ſcientibus, & volentibus injungitur, ut confeſſiones v.g. audiant. Ratio autem dictarum reſtrictionis, & ampliationis diſpoſitionum Concilii, deſumitur *ex c. 15. de Regulis jur. in 6. Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.* De quo Ego ipſe ex *d. capite Odia, c. ſtatutum, de electione, eod. lib. l. Cum quidam, ff. de Liberis, & poſthumis*, Vidal *in Arca Vitali, tit. de Duello, inquiſit. 6. num.* 10. Caramuele *in Theologia Fundament. fundam. 38. num. 924. in loco citato, dub. 2. num. 12. & 13. diſquiſitionis* 11.

517. Et quando omnia iſta ceſſarent, quæ ſemper viguerunt, & vigent; ceſſavit tamen dicta Gregorii XV. Conſtitutio pro omni ditione, & dominio Catholici noſtri Hiſpaniarum Regis, ac Monarchæ, à die 7. Februarii anni 1625. per ſuſpenſionum de ea factam per Urbanum Papam Octavum in dicta die, ad preces Excellentiſſimi Ducis Paſtranæ, Oratoris Regis Catholici Philippi Quarti, & ejus nomine porrectas, ut apparet ex ejuſdem Urbani Brevi, directo Illuſtriſſimo Nuntio Apoſtolico in Hiſpaniarum Regnis, quod tranſcripſi ego ad calcem Quæſtionum Paſtoralium, *pag.* 206. fideliter deſumptum ex doctiſſimo Mag. Joanne Baptiſta Lezana, S. Congregationis Indicis Conſultore, *in tomo ſuo 4. Conſulta Varia, inſcripto, conſulto 40. num. 116.* quod teſtatur propriis oculis ſe vidiſſe. Unde ex Gregoriana Conſtitutione ſuum non bene probat intentum, donec exhibeat Apoſtolicum diploma Brevi Urbani derogans, & quod expreſsè contineat, Prælatos Regulares non poſſe abſque Epiſcopi diœceſani approbatione, ſæcularium perſonarum Confeſſiones excipere, eſto Monaſterio ſuo annexa ſit, & incorporata Eccleſia aliqua Parochialis.

Nec valet, quod in contrarium 518.
prætenditur, Innocentium X. confirmaviſſe Gregorii Conſtitutionem: quia Innocentii Bulla 30. in primis expedita non fuit per viam Conſtitutionis, & legis generalis, ut patet ex eo, quod publicata non fuerit Romæ more ſolito, ut ex ejus inſpectione fit manifeſtum. *Secundò*, quia illâ primariò, & principaliter ſolum compromiſſum continet factum per Illuſtriſſimum, & Venerabiliſſimum D. D. Joannem Palafox, Epiſcopum Angelopolitanum, ſeu Populæ Angelorum in Indiis Occidentalibus, ex una; & Patres Societatis Jeſu, in illis partibus commorantes, ex altera; & ſententiam latam per dictum Papam ſuper deciſione differentiarum, quæ inter dictas vertebantur partes, concernentia Juriſdictionem Epiſcopi, & Patrum Societatis exemptionem, quæ definiri per Sedem Apoſtolicam ambæ partes deſiderabant, uti in proœmio ejuſdem Bullæ habetur; & ſecundariò deciſionem quorundam dubiorum. In §. 3. ſententia continetur tenoris ſequentis, videlicet.

519. Sacra Congregatio à S^mo D.N. deputata ſuper controverſiis vertentibus inter Epiſcopum Angelorum in Indiis Occidentalibus, & Religioſos Societatis Jeſu, ſæpius auditis Procuratoribus ab eodem Epiſcopo ad Urbem delegatis, necnon ipſius Societatis Procuratore Generali, negotioque accuratè diſcuſſo, *cenſuit prædictos Religioſos nequaquam poſſe in Civitate, & Diœceſi Angelopoſitana perſonarum ſæcularium Confeſſiones audire, ſine approbatione Epiſcopi*

Sententia Innocentii X. pro D. Epiſcopo Palafox, & contra PP. Ieſuitas.

copi Diœceſani, nec Verbum Dei prædicare in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita ipſius benedictione, nec in aliis Eccleſiis ſine ejus licentia, nec in Eccleſiis etiam ſui Ordinis, ipſo contradicente; & contravenientes, ab Epiſcopo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato coërceri, & puniri poſſe, etiam cenſuris Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Gregor. XV. quæ incipit, *Inſcrutabili Dei providentia*. Ac proinde memoratis Religioſis, qui hujuſmodi approbationem, ac licentiam ſe obtinuiſſe non docuerint, potuiſſe Epiſcopum, ſeu ejus generalem Vicarium præcipere ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ut à Confeſſionibus audiendis, & verbi Dei prædicatione abſtinerent, nec ob eam cauſam licuiſſe dictis Religioſis, quaſi à manifeſtis injuriis, & violentiis eligere Conſervatores, eoſque, ut præfertur electos, in Epiſcopum, ejuſque Vicarium Generalem indebitè, ac nulliter excommunicationem fulminaſſe. Cæterùm S. Congregatio ſeriò in Domino hortatur ac monet Epiſcopum, ut Chriſtianæ manſuetudinis memor, erga Societatem Ieſu, quæ laudabili ſuo Inſtituto in Eccleſia Dei tam fructuosè laboravit, ac ſine intermiſſione laborabat, paterno ſe ſe gerat affectu, eamque in regimine Eccleſiæ ſuæ perutilem adjutricem agnoſcens, benignè foveat, ac priſtinæ ſuæ benevolentiæ reſtituat, quemadmodum S. Congregatio ipſum facturum confidit, ſibique certò pollicetur, cum ejus zelum, pietatem, ac paſtoralem ſolicitudinem compertam habeat. Dat. Romæ, die 16. Aprilis, anno 1648.

520. Et præmiſſorum occaſione propoſita fuerunt in eadem S. Congregatione pro parte dicti Epiſcopi 18. dubia, & octo pro parte Societatis Ieſu, de mandato Sanctiſſimi reſolvenda, quibus reſolutis die, menſe, & anno modò dictis. Et poſtmodum prædictus Innocentius Papa X. ad inſtantiam dicti D. Epiſcopi præmiſſa omnia authoritate Apoſtolica confirmavit, cum Decreto, ut *ſic, & non aliter per quoſcumque Iudices, etiam S. Palatii Auditores, Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiri debere*; Decreto etiam *irritanti* addito, & ampliſſima derogatione quarumcunque Conſtitutionum Apoſtolicarum, & *Conciliorum etiam Univerſalium, &c.* ut ex dicta Bulla conſtat, expedita die 14. Maii dicti anni 1648. & 4. ſui Pontificatus. Inter dubia propoſita per Epiſcopum, nonum eſt in ordine tenoris ſequentis.

Nonò, Utrùm regularis quicumque, etiam Societatis Ieſu, poſſit adminiſtrare Sacramentum Pœnitentiæ ſæcularibus abſque licentia Diœceſani Epiſcopi, etiamſi in aliena Diœceſi approbatus ſit? Reſpondit Regulares, etiam Societatis Ieſu in una Diœceſi ab Epiſcopo approbatos ad Confeſſiones perſonarum ſæcularium audiendas, nequaquam poſſe in alia Diœceſi hujuſmodi Confeſſiones audire ſine approbatione Epiſcopi Diœceſani. 521

Decimum verò hujuſmodi eſt. *Decimò*, an Epiſcopus contra dictos Regulares audientes in ſua Diœceſi Confeſſiones ſæcularium abſque ſua approbatione, vel Concionantes abſque licentia Epiſcopi intra, & extra proprias Eccleſias, poſſit procedere, eos à talibus miniſteriis removendo, ſive præceptis, & aliis juris mediis coërcendo? Reſpondit, eiſdem Regularibus, qui confeſſiones perſonarum ſæcularium audiunt ſine approbatione Epiſcopi loci, vel prædicant in Eccleſiis ſui Ordinis, non petita illius benedictione, aut in aliis Eccleſiis abſque ipſius licentia, vel in Eccleſiis etiam ſui Ordinis, ipſo contradicente, poſſe Epiſcopum in vim conſtitutionis felic. record. Greg. XV. quæ incipit, *Inſcrutabili Dei providentia*, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatum adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ, ac munus prædicationis interdicere, eoſque juris remediis coërcere, & punire. 522

Undecimum autem tale eſt. *Undecimò*, an quando Epiſcopo conſtat dictas licentias obtentas non fuiſſe, ipſe poſſit præcipere, ut donec licentiam intra præſcriptum tempus exhibeant, à tali miniſterio abſtineant; & an requirendus ſit per Epiſcopum pro his exhibendis Provincialis in alia Diœceſi, vel longiſſimè exiſtens, vel ipſi Regulares Confeſſarii, vel eorum Superiores ejuſdem Diœceſis, in qua prædicta 523

exercent? Reſpondit poſſe Epiſcopum ſic præcipere, nec pro hujuſmodi licentiis requirendum eſſe Provincialem, ſed ſatis eſſe ipſos Religioſos requirere, aut eorum Superiores in Diœceſi Epiſcopi exiſtentes.

524. Et inter dubia pro parte Societatis Ieſu propoſita dictæ S. Congregationi, primum fuit: An Epiſcopi in partibus Indiarum poſſint ex integro totum unum Monaſterium, vel Collegium ab audiendis confeſſionibus ſuſpendere? Reſpondit, Epiſcopos Indiarum poſſe quidem omnibus ſimul unius Monaſterii, vel Collegii Confeſſariis adimere facultatem audiendi Confeſſiones perſonarum ſæcularium, etiam inconſulta S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium negotiis præpoſita, cùm decretum ab ea editum ſub die 20. Novembris 1615. ex intentionis defectu, & convenientia morali non extendatur ad regiones illas tam longè ab Urbe diſſitas. Verùm ab hac generali ſuſpenſione, quæ vix ſine ſcandalo, & animarum pernicie contingere poteſt, abſtinendum eſſe ab Epiſcopis, niſi graviſſima ſubſiſtente cauſa: ſuper quo S. Congregatio illorum conſcientias graviter voluit eſſe oneratas.

525. Secundum hujuſmodi eſt: An Epiſcopus Regularem pro Confeſſionibus ſemel approbatum, ſine nova cauſa ſuſpendere poſſit ab ipſis Confeſſionibus audiendis? Reſpondit, Regulares, aliàs liberè ab Epiſcopo prævio examine approbatos ad audiendas Confeſſiones perſonarum ſæcularium, ab eodem Epiſcopo ſuſpendi non poſſe ſine nova cauſa, eaque ad Confeſſiones ipſas pertinente.

526. Quartum eſt: An Epiſcopus poſſit cum cenſuris procedere contra Regulares exemptos, ſi inobedientes fuerint in Confeſſionibus audiendis, vel prædicatione verbi Dei; & hoc, an vigore Concilii Tridentini, vel per quem Canonem? Reſpondit, poſſe procedere, non quidem in vim Concilii Tridentini, ſed in vim Conſtitutionis Gregorii XV. quæ incipit, *Inſcrutabili Dei Providentia.*

527. Quintum eſt: An licentia audiendi Confeſſiones, & prædicandi, ab Epiſcopo per litteras Patentes Cancellariæ concedi poſſit? Reſpondit, poſſe concedi etiam per litteras miſſivas, vel oretenus, ſi ita Epiſcopo videbitur.

528. Sextum: An talis licentia oretenus, ſine ſcriptis concedi poſſit? Reſpondit ut ad proximum.

529. Alia dubia fuerunt propoſita, & reſoluta circa alias materias, maximè circa facultatem quam habent Regulares ad eligendos Iudices Conſervatores, qui eos defendant à manifeſtis injuriis, & violentiis; & circa reductionem dictæ facultatis per Gregorium ad terminos Conſtitutionis ſuæ: quæ conſultò recenſere omitto, ne diutius immorer, quam occaſio poſtulat, & quia ad materiam præſentem non conducunt. Illuc me, & Lectores remitto, pro caſibus non rarò, ſed frequenter contingentibus.

530. Plura circa hanc Bullam Innocentii X. obſervanda veniunt. I. non prodiiſſe ſententiam in ea inſertam, *& num.* 519. traditam, contra alios, quàm Patres Jeſuitas in Indiis Occidentalibus commorantes. II. in conſequentiam trahi non poſſe, ni fallor, contra alios: tum quia, ut præmiſi, non exivit, aut emanavit per viam Conſtitutionis, aut legis canonicæ univerſalis, ſed per viam ſententiæ, inter partes collitigantes latæ: Res autem inter alios acta, aliis nocere non debet. Juris axioma eſt, quod exornat Barboſa *axiom.* 199. *n.* 11. ex pluribus legibus utriuſque Juris, & ex doctrinis plurium earundem profeſſorum. Tum etiam, quia illa pronunciata contra dictos Patres fuit, quia Sacra Congregatio in Decretis, & declarationibus præfatis, confirmatis à Sanctiſſimo D.N. Innocentio (verba fideliter reddo Magiſtri Lezanæ *in dicto Conſulto, num.* 116.) ſuppoſuit ſemper dictam Bullam Gregorii XV. eſſe in viridi obſervantia in Hiſpaniarum Regnis. Cum verò poſtea repertum fuerit (Deo ſic providente) præfatum Urbani Octavi Breve, nec illud revocatum ab eodem Urbano, aut Sanctiſſimo Innocentio, cenſendum eſt manere in ſua vi, & vigore, ac proinde juxta illud in hac, & ſimilibus cauſis in Regnis Hiſpaniarum in dies emergentibus, judicandum eſſe. Hæc omnia Lezana,

poſt

poſtquam dixerat ſe propriis oculis vidiſſe Breve Urbani ſuſpenſivum, pro Hiſpaniarum Regnis, Bullæ Gregorii XV. incipientis : *Inſcrutabili Dei providentia* ; & addito : Nihilominus , quia in Regiſtris Papæ Urbani non inveniebatur per tres menſes , quibus ſuper hoc diligentia adhibita eſt , ut teſtatur Joannes Naldus , vir ſingulariter doctus , & in Curia Advocatus , in informatione ſuper hac cauſa , (ſcilicet Epiſcopi Palafox , & PP. Jeſuitarum Indiarum Occidentalium.)

531. III. Non continere ſententiam S. Congregationis , & ejus reſponſa ad dubia utrimque propoſita , quoad adminiſtrantes Sacramenta , & quoad eorum approbationem circa Confeſſiones perſonarum ſæcularium, quicquam , quod Concilium Tridentinum non expreſſerit , ſalva declaratione , quod approbatio fieri debeat ab Epiſcopo , non à quocumque, ſed à Diœceſano loci in quo Confeſſiones excipiendæ erunt. Et conſequenter Mag. Gomez ex hac Innocentii Bulla non probare , nec poſſe , quod aſſerit , videlicet Prælatos Regulares , & Præſidentes Monaſteriorum, quibus annexa eſt , & unita Eccleſia Parochialis , ſine Epiſcopi approbatione eſſe ineligibiles per Bullam: & non eſſe beneficium Parochiale, quod obtinent. Eſt etenim , quia titulus Beneficii Curati , & jus percipiendi fructus propter officium miniſtrandi ſæcularibus Sacramenta , & omnia jura ſpiritualia , & temporalia, per unionem ad menſam , ſeu jure pleno parochialitatis, & per viam incorporationis, (quod omne idem eſt) per unionem ipſam tranſlata ſunt, ipſo jure, in Abbatem , Præſidentem, & Conventum Monaſterii , cui unita fuit Eccleſia , cujus illa erant , quæ poſt unionem remanet tanquam prædium Monaſterii. Omnia hæc dixit S. Rota *in Parochiali de Mendavia, ad favorem Abbatis Hyrachenſis* , 19. Januarii 1663. *coram Bevilaqua , poſt mea Commentaria deciſ. 2. num. 1. & 2.* 27. Junii 1664. *coram Ninot , deciſ. 3. num. 2. & 4.* & 11. Martii 1667. *coram Otalora, la 5. n. 20.* ubi additur, quod *Abbas , tanquam verus Rector , poteſt exercere omnia , quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia :* & 13. Martii 1669. *coram Albergato , deciſ. 6. n. 2. In Parochiali de Elizondo , ad favorem Abbatis de Urdax* , 28. Novembris 1664. *coram Veroſpio , ubi proximè, deciſ. 12. n. 2. Et poſt QQ. Paſtorales , in Civitatis Caſtelli Unionis* , 16. Martii 1615. *coram Manzanedo , n. 4.* ibi : *Quia ſtante dicta unione, tranſivit in naturam Eccleſiæ S. Rochi. Eſt* 10. *deciſio.* Et per unionem Eccleſia ſæcularis , proprio ſtatu mutato , fit Regularis. Rota *poſt dictas QQ. deciſ. 19. num. 5. & deciſ. 20. num. 13. & poſt Commentaria deciſ. 2. num. 4.* Quid ergo mirum , quod Prælatus Regularis Parochus ſit Eccleſiæ Regularis ? Stante maximè , quod Eccleſia unita , non cenſeatur habere Curam , ſed Prælatus Eccleſiæ principalis , cui fuit unita , ut dixi in dictis Paſtoralibus, *part. 2. quæſt. 2. n. 11. cum 3. ſeqq. & num. 28. quæſt. 6. num. 7. & part. 4. quæſt. 1. ſect. 4. num. 1.* & Rota *poſt eaſdem qq. deciſ. 9. num. 2. coram Remboldo* , 1. *Iunij* 1615. *& deciſ. 32. coram Coccino* , 27. *Decembris* 1600. *n. 4.*

532. IV. Venit obſervandum , Sacram Congregationem, nec Innocentium Papam , confirmaviſſe Conſtitutionem *Inſcrutabili Dei providentia* , Gregorii XV. nullum enim verbum in Bulla illius invenio , ex quo id probetur , aut colligatur quidem ; ſed ſolùm ex ignorantia ſuſpenſionis Urbani Octavi , ſuppoſuerunt Gregorianam tunc temporis eſſe in viridi obſervantia : & indecorum non eſt dicere, Papam ignoraſſe Breve Urbani , quia licèt præſumatur habere in ſcrinio pectoris ſui Conſtitutiones juri communi inſertas, *c. 1. de Conſtitutionibus in 6. Licèt Romanus Pontifex* (inquit Bonifacius Octavus) *qui jura omnia in ſcrinio pectoris ſui cenſetur habere , &c.* non tamen Bullas , aut Brevia , ſeu reſcripta extra jus vagantia , ut ibi Gloſſa *verbo Iura* , dicens : Nota ex hac littera rationem , quare aliud in juribus, aliud in reſcriptis : ut primum jus tollatur per ſecundum contrarium; ſed non primum reſcriptum per ſecundum , niſi de illo fiat mentio, *ſuprà , de Reſcriptis , Cæterùm.* Quam Gloſſæ doctrinam menti tene , nedum pro noſtro præſenti caſu ſubſiſtentiæ ſuſpenſionis Urbani Octavi, ita ut illi non obſtet Bulla Innocen-

tii X. ſed pro penè infinitis, qui paſſim accidunt.

533. V. Obſervandum, non ejuſdem juris Reſponſa Dubiorum per S. Congregationem data, eſſe ac ſententiam per ipſam latam: quia hæc ſpecialis eſt, & ſolùm vim habet contra partem Patrum Jeſuitarum, qui in dicta ſubccubuerunt cauſa; illa verò generalia ſunt, & omnes arctant, & afficiunt Regulares Confeſſarios ſæcularium, & Concionatores, qui Parochi non fuerint, ad in ſuperioribus tradita. Ratio eſt, quia ſententia ſolùm afficere poteſt partes litigantes, de quarum jure tantum agebatur in cauſa, & lite illa. Dubia verò, cùm in genere contra omnes proponerentur (exceptis Parochis, qui ſunt ſpeciali nota digni, & de quibus mentio ulla facta non fuit,) & in genere reſolverentur, & eadem militet in unis, quam in aliis ratio, omnes neceſſariò afficient, & arctabunt. Lex enim generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, juxta tritum Juris axioma, *l. De pretio, ff. de Publiciana in rem actione, l. In fraudem, §. ult. ff. de Teſtam. milit. l. 1. §. generaliter, ff. de legatis præſtandis, l. 1. §. Quod autem, ff. de Aleat. l. fin. in fine, C. de dotis promiſſione, & cap. Solitæ, §. fin. de Majoritate, & obedientia.* Barboſa *axiom. 136. num. 1.* cum pluribus, quos allegat, Doctoribus. Probabile tamen eſt, reſponſa fundata in præſumptione de ſubſiſtentia Gregorianæ, vim pro Hiſpaniæ Dominiis non habere.

534. Si dicas, axioma iſtud locum ſibi non vendicare in caſu præſenti, quia ut dictum eſt *num.* 518. Bulla Innocentii non emanavit per viam legis, nec publicata fuit, quod eſt de ratione legis. Reſpondeo admittendo, illam non prodiiſſe per viam legis generalis, in ea parte, quæ continet ſententiam inter litigantes, & ejus confirmationem: quæ primariò, immò & unicè prætendebat in lite utraque pars; & hac de cauſa ſolùm fuit declaratum in ſententia, quod ad intentionem partium pertinebat. Et poſtea, ſub nova ſcriptura, & data, fuerunt Dubia propoſita, & reſoluta, & quidem per viam legis generalis obligantis omnes (ſaltem illa, quæ fuerunt data ex præſumptione, quod Gregoriana ſuſpenſa non fuerit, ſed quod ſubſiſteret; & cùm præſumptio reſpectu Hiſpaniæ falſa ſit, reſponſa in illa fundata, in Hiſpania non obligabunt, ex axiom. *Lex fundata in præſumptione, non obligat in conſcientia quando falſa eſt præſumptio.* Becanus *de legibus, c. 6. q. 9.* Portel. *verbo Lex, in Addit. n. 4.*) quia Papa illas reſponſiones expreſſe approbavit, confirmavit, & obſervari perpetuò mandavit, cum clauſulis, *ut ſic, & non aliter:* &, *ac irritum & inane*: quarum ultima, & reſponſa Dubiis data facit ſua, juxta ſæpè à me tradita in lucubrationibus meis; & formam inducit, qua non ſervata, actus corruit, ſive Confeſſionis aut abſolutionis ille ſit, ſive quilibet alius, qui ſub diſpoſitione, in qua dicta clauſula ſit, cadere poſſit. Et quod non fuerit publicata Innocentii Bulla, quæ dicta continet dubiorum reſponſa, non tollit quod iſta ſub lege cadant: tum, quia quomodocumque Papa ſuam explicet voluntatem, uti dixi, & probavi *in Diſquiſitionum tom. 2. diſq. 1. num. 87. & ſeqq. dubii 14. pag.* 136. æqualiter rationem legis habet, & obligat in foro interno, ſive manifeſtetur in corpore Juris communis, ſive in Bulla, Brevi, ſimplici ſignatura, aut oretenus. Tum etiam, quia Declarationes Cardinalium non publicantur, ut apud Dianam *part. 1. tract. 10. reſol. 29.* dicunt Sanchez & alii octo; nihilominus plurimi apud eundem, *part. 5. tract. 2. reſolut. 69.* docent vim legis habere, maximè ſi emanarint facto verbo cum Sanctiſſimo, ut contra Brunum, & Verricellum tenet idem Diana *part. 11. tract. 2. reſol. 42.* dictis autem dubiis reſpondit S. Congregatio, committente eorum examen & judicium Innocentio X. & poſtea illud approbavit, & exequi mandavit per ſuam dictam Bullam. Ergo quanvis iſta publicata non fuerit, reſponſa in ea contenta vim legis habent, exceptis (pro Hiſpaniæ Regnis, & ditionibus) quæ in ſubſiſtentia Conſtitutionis, *Inſcrutabili Dei providentia*, Gregorii XV. fundantur: quia cum falſo fuerit præſumpta dicta ſubſiſtentia quoad Hiſpaniam, illa in Hiſpania non obligabunt.

Ad id, quod *num.* 509. recenſui, 535.

ex

ex P. Mag. Gomez, ibi : Con eſta diſtincion, que el ſecular es Teniente, y no puede ſubdelegar; pero el Regular, qualquiera que ſea de la Comunidad, teniendo las condiciones requiſitas, es Parocho, y podra ſubdelegar; porque la Comunidad, que es Parocho, no es otra coſa, que *omnes, & ſinguli.* Dico tam Regularem quam ſæcularem, curam exercentem in Eccleſia Parochiali Monaſterio unita, æquè Vicarium, ſeu *Teniente* Communitatis eſſe, penes quam, quà talem, Cura animarum reſidet illius Eccleſiæ : & neuter illam exercet nomine proprio, ſed nomine Communitatis, & dependenter ab illa, & ab illius Prælato, ut noti juris eſt, & ſæpè ſæpiùs declaravit S. Rota in Deciſionibus, de quibus ſuprà, *n.* 531. & alibi paſſim; aliàs illa Eccleſia unum Parochum, & Sponſum non haberet, ſed plures, contra naturam, & eſſentiam Parochialitatis, & contra ſuperiùs dicta, *numero* 349. 350. *&* 2. *ſeqq.* Et licèt ſolus delegatus à Principe ſubdelegare poſſit, *cap. Paſtoralis, el* 28. *de Officio Iudicis delegati*, ubi Barboſa, cum pluribus Doctoribus, quos de more ſuo allegat, & *in cap. Cùm cauſam, num.* 4. *el* 62. *de Appellationibus*, ſi Vicarius Regularis ſubdelegare poteſt, ita ſimiliter poterit Vicarius ſæcularis, & non ſolùm unum, aut alium parochialem actum, ſed illorum quemlibet, cùm non ſit major ratio unius, quàm alterius : & quidem uterque poteſt, quia ſic obtinuit conſuetudo, quæ benè introducere valet, quod delegatus inferioris à Principe, ſubdelegare poſſit, ut idem Barboſa *in d. cap. Cum cauſam, num.* 4. poſt Palatium *in repetit. cap. Per veſtras, de Donationibus inter virum, & uxorem, notab.* 2. §. 1. *num.* 28. Et certè, ut ipſe Barboſa *numero* 6. notat, ex Gloſſa *in cap. Cùm cauſam*, verbo *Delegatus*, *in fine*, ibi, *Quia quaſi Ordinarius videtur* : is cui mandata eſt juriſdictio, & Ordinarius regulariter æquiparantur. Allegat Menochium *de Arbitrariis, lib.* 1. *quæſt.* 67. *num.* 31. Azevedum *ad l.* 1. *num.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *Novæ recopilat.* & Petrum Barboſam *in l. cùm Prætor*, §. 1. *num.* 208. *ff. de Iudiciis.* Æquiparatorum autem eadem eſt diſpoſitio, & idem judicium : & fit extenſio unius æquiparatorum ad aliud, per viam regulæ univerſalis, in omnibus, & per omnia, ut pluribus exornat præfatus Auguſt. Barboſa *axiom.* 14. *per totum.* Ergo cùm proprius, & ordinarius Parochus delegare poſſit idoneo Sacerdoti adminiſtrationem Sacramentorum, & omnes alias Parochiales functiones, ut latè probavi *in* 2. *Paſtoralibus, part.* 3. *quæſt.* 17. *pag.* 150. *& ſeqq.* poterit etiam ejus Vicarius, non minùs ſæcularis, quàm Regularis.

Quod autem dictus Pater M. Gomez dicit, Regularem eſſe Parochum, verum non credo : cùm ex numero præcedenti dictis : tum, quia Communitas, quæ eſt Parochus, aliud eſt, quàm omnes, & ſinguli de eadem Communitate, diviſim, & prout ſinguli ſumpti, prout à dicto Authore ſumuntur; & illud aliud eſt, quod ſumantur prout in communitate. Et in hoc ſenſu verum eſt, quemlibet gremialem eſſe Parochum : non tamen ullum actum, aut functionem Parochialem propria ex authoritate exercere poterit; quia nemo eſt, ut ſingularis, Parochus, ſed omnes, & ſinguli, prout conſtituunt univerſitatem, ad tradita ſuperiùs, *num.* 381. *&* 382. Quod exemplis, & ſimilibus declarare libet. *Primum* ſit in jurepatronatus pertinente ad univerſitatem alicujus loci. Quilibet incola, & vicinus talis loci, Patronus eſt, non ut ſingularis perſona, ſed prout membrum communitatis, & prout in univerſitate : unde eſt, quod ſi ſinguli, & omnes incolæ, ſeorſim extra cœtum communitatis præſentent ad beneficium, nihil faciunt. Et ratio eſt, quia tunc dicitur aliquid fieri communiter, ſeu à communitate, quando in uno loco conveniunt gremiales, ſeu vocales, & congregantur ad ferenda ſuffragia, more ſolito vocati, & congregati in unum. Ad hoc enim ut actus geſtus ab univerſitate ſit, & dicatur, oportet ut collegium, ſeu univerſitas, quocumque appelletur nomine, more ſolito congregetur, & ibi fiat reſolutio actus, quicumque ille ſit. 536.

Secundum ſit, in Religioſis Ordinis dominii capacis, qui verè, & pro- 537.

priè domini ſunt bonorum, jurium, & rerum Monaſterii ſui; non tamen prout ſinguli, & ſingulares perſonæ, ſed prout conſtituunt conventum, & communitatem Monachorum, penes quam, quà talem, & non quà particulares, ſeu ſingulares Monachos, reſidet prædictorum dominium. De quo videri poſſum in Diſquiſitionibus, *tomo 2. diſq. 6. dub. 9. num. 11. & 43.* ubi Religioſis hujuſmodi dominium conceſſi, cum graviſſimis Doctoribus, non tamen ut ſingulis, ita ut ſinguli domini ſint aliquotarum partium bonorum Monaſterii, qualiter fundus communis eſt pluribus hæredibus; ſed ſunt omnibus communia, & propria, itaut ſingulis applicetur ab eo, qui authoritatem habet illa adminiſtrandi, quod opus fuerit. Et addo, omnibus ita eſſe propria, ut capitulariter congregati, diſpenſare, & expendere bene valeant bona Monaſterii in uſus ſibi beneviſos, non tamen à jure, à ſtatutis ſuis, aut à Superioribus prohibitos; ſinguli verò, abſque vitio proprietatis, & furti diſponere de aliquo illorum, aut illo uti non poſſunt, ſine Prælati authoritate, ut ſæpè in dicta diſquiſitione firmavi. Sic in præſenti firmo, Monachum Monaſterii, cui unita eſt ad menſam Eccleſia Parochialis, eſſe iſtius Parochum, prout in Conventu, & in communitate collectum, & conſideratum; minimè verò, quà ſingularem, & extra cœtum, & conventualem actum.

Nec ex Bulla Clementis X. *Superna magni Patrisfamilias præordinatione*, 538. edita undecimo Kalendas Julii, de anno 1670. & Romæ publicata die 2. Auguſti ejuſdem anni, probari poteſt ſententia P. Mag. Gomez. Quod in ea diſponitur ad Confeſſiones pertinens, fideliter recenſere libet. In primis refert Concilii Tridentini diſpoſita circa approbationem Regularium pro audiendis Confeſſionibus perſonarum ſæcularium, & pro prædicatione verbi Dei in propriis Monaſteriis, & extra illa. Et diſpoſitis poſtea nonnullis circa prædicationem, circa approbationem Confeſſariorum, quæ ſequuntur ſtatuit, videlicet:

Ad hæc Religioſos ab Epiſcopo ad Confeſſiones ſæcularium in ſua Diœceſi audiendas approbatos, non poſſe in alia Diœceſi eas abſque Epiſcopi Diœceſani approbatione audire; quamvis pœnitentes ſubditi ſint ejus Epiſcopi, à quo ipſi Religioſi jam fuerant approbati. Et generaliter approbatos ab Epiſcopo ad perſonarum ſæcularium Confeſſiones audiendas, nequaquam cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones Monialium ſibi ſubjectarum; ſed egere quoad hoc ſpeciali Epiſcopi approbatione. Atque approbatos pro audiendis Confeſſionibus Monialium unius Monaſterii, minimè poſſe audire Confeſſiones Monialium alterius Monaſterii. Itidemque Confeſſores extraordinarios ſemel deputatos, atque approbatos ab Epiſcopo ad Monialium Confeſſiones pro una vice audiendas, haud poſſe expleta deputatione, in vim approbationis hujuſmodi illarum confeſſiones audire. Sed toties ab Epiſcopo eſſe approbandos, quoties caſus deputationis contigerit. Cæterùm in Monaſteriis, ac etiam Collegiis, ubi juxta Regularia inſtituta vivitur, poſſe tam Prælatos Regulares, quàm Confeſſores Regularium eorumdem Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, audire Confeſſiones illorum ſæcularium, qui inibi ſunt verè de familia, & continui commenſales; non autem illorum, qui tantum ipſis deſerviunt. Illos autem Religioſos, qui ad Confeſſiones audiendas idonei generaliter reperti fuerint ab Epiſcopis, generaliter quoque, & indiſtinctè, abſque aliqua limitatione temporis, certorumque locorum, aut generis perſonarum in Diœceſi propria admittendos. Quoad cæteros verò, qui non adeo idonei reperienter, ſi petierint ſe admitti, arbitrio Ordinariorum relinqui, ipſos cum limitata facultate, prout eiſdem Ordinariis magis expedire videbitur, probare, & admittere. Semel autem ſimpliciter approbatos, poſſe in Diœceſi Epiſcopi approbantis, quovis anni tempore, etiam Paſchali, & quorumcunque etiam infirmorum confeſſiones audire, abſque ulla Parochorum, vel ipſius Epiſcopi licentia. De qua tamen confeſſione teneri dictos Religioſos eorumdem infirmorum Parochum illico certiorem reddere. Et hoc poſſe illis ab Epiſcopo ſub pœna ſuſpenſionis à facultate audiendi confeſſiones præcipi: Sufficere tamen, ut certioratio hujuſmodi fiat ſaltem per ſcripturam apud ipſum infirmum relinquendam.

Et eos, qui dictis Religioſis ſimpliciter approbatis Parochiali tempore confeſſi fuerint;

Nota, quod Confeſſores Regularium poſſunt audire Confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de eorum familia, & continui commenſales. Pro quo meipſum vide in diſquiſ. to. 2. diſquiſit. 4. dub. 6. num. 2. & ſeq. Trident. Concil. ſeſſ. 24. de reformat. c. 11. ibi: Exceptis, &c. & me iterum vide in Commentariis ad Conſtitut. 2. à num. 17. ad 22. incluſivè, & te forè non pœnitebit, ſi ſanam, & piam voluntatem habeas, ut ſpero.

rint, Conſtitutioni, quæ incipit, Omnis utriuſque ſextus, quoad Confeſſionem dumtaxat ſatisfeciſſe cenſendos. Regulares verò ad ejuſmodi Confeſſiones audiendas, prævio examine ſimpliciter, & abſque ulla temporis præfinitione ab ipſomet Epiſcopo (ſecus autem ſi ab ejus Vicario, aut ab anteceſſoribus Epiſcopis) approbatòs, non poſſe ab eodem, qui ſic approbavit, iterum examinari, aut ab eiſdem Confeſſionibus audiendis ſuſpendi, ſeu licentias illis conceſſas revocare, niſi nova ſuperveniente cauſa, quæ ipſas Confeſſiones concernat. De qua tamen haud neceſſarium eſſe, ut in actis conſtet; nec eam teneri Epiſcopum ipſis Regularibus ſignificare, ſed Sedi Apoſtolicæ dumtaxat, ubi eam ſibi aperiri poſtulaverit. Porro ſi Regulares cum ſcandalo, aut aliàs inhoneſtè vivant, vel aliquod delictum committant, per quod rationabili Epiſcopi judicio videantur à Confeſſionibus ſuſpendi, (in quo ipſius Epiſcopi conſcientiam oneratam eſſe volumus) cum præcipuâ Miniſtri Sacramenti Pœnitentiæ qualitas ſit vitæ integritas, ac morum honeſtas; utique eam cauſam ad Confeſſionis miniſterium pertinere, ac proinde nihil obſtare, quominus ob eam poſſit Epiſcopus Regulares à ſemepipſo approbatos ſuſpendere, aut repellere à Confeſſionibus audiendis. Attamen Confeſſiones audiendi facultatem ab omnibus ſimul unius Conventus Regularibus Confeſſoribus adimi ab Epiſcopo, inconſulta Sede Apoſtolica, nullatenus poſſe. Ex facultatibus per Mare Magnum, aliáve privilegia Regularibus cujuſcumque Ordinis, Inſtituti, aut Societatis, etiam Ieſu conceſſis, factam eis non eſſe poteſtatem abſolvendi in caſibus ab Epiſcopo ſibi reſervatis. Et per confirmationes dictorum Privilegiorum, quas Regulares à Sede Apoſtolica, poſt Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixiſſe privilegia priùs ab eodem Concilio, aut deinde Apoſtolicis etiam Decretis ſublata, atque extincta, ſi quæ habeant abſolvendi à caſibus Epiſcopo reſervatis. Et habentes facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, non ideo à caſibus Epiſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Poſſe autem Regularem Confeſſorem in eâ Diœceſi in qua eſt approbatus, confluentes ex aliâ Diœceſi, à peccatis in ipſa reſervatis, non autem in illa, ubi idem Confeſſor eſt approbatus, abſolvere, niſi eoſdem Pœnitentes noverit in fraudem reſervationis in alienam Diœceſim pro abſolutione obtinenda migraſſe. Vigore ſuprædictorum privilegiorum nequaquam licere Regularibus, etiam ſatisfacta parte, abſolvere pœnitentes à cenſuris quoad externum, & judiciale forum, & abſolutos ab eis in foro Pœnitentiali, utique non cenſeri abſolutos in exteriori judicio, & contentioſo. Quinimò cenſuris Eccleſiaſticis irretitos, & denunciatos ab Epiſcopis cogi poſſe gerere ſe pro talibus, etiamſi à Regularibus fuerint abſoluti. Hæc & non alia, quoad Confeſſores Regulares, reſpectu ſæcularium, & facultatem audiendi illorum, & Monialium Epiſcopo ſubditarum confeſſiones, & addit: *Sic, & non aliàs per quoſcumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, quavis authoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, &c. Sublata eis, &c. Irritum quoque, & inane, &c. Nonobſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, &c.*

548. In hac Conſtitutione noto *primò*, minimè confirmari Gregorii XV. Conſtitutionem, incipientem *Inſcrutabili Dei providentia*; nec alteram Innocentii X. ut prætendit ſeu aſſerit Mag. Gomez, nec illarum in eâ fieri aliam mentionem, quàm iſtam: *Regulares qui in Eccleſiis ſui Ordinis prædicare voluerint, teneri ab Epiſcopo Diœceſano benedictionem petere; Prædicare tamen poſſe, quamvis illam non obtinuerint. Quod Epiſcopus benedictionem nedum non conceſſerit, ſed etiam contradixerit, nec in prædictis quidem Eccleſiis licere Regularibus prædicare. Eoſque contravenientes, ab illo, tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato, cenſuris, aliiſque pœnis Eccleſiaſticis, in vim Conſtitutionis felicis record. Gregorii XV. Prædeceſſoris Noſtri, incipientis,* Inſcrutabili Dei providentia, *coërceri, & puniri poſſe.*

549. *Secundò* noto, Clementem X. in hac ſua Conſtitutione ea ſolum diſponere circa approbationes confeſſariorum, & eorum idoneitatem, quæ

diſpo

diſpoſita, & ordinata fuerant per S. Concilium Tridentinum *ſeſſ.23.c.15. de Reformat.* ſub iſta ſcilicet verborum ſerie : *Sanè cum Sacri Concilii Tridentini Decretis providè ſtatutum fuerit, ut Regulares, &c.* Et infrà: *Itidemque, cum nullus Sacerdos Regularis poſſit Confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneus reputari, niſi aut Parochiale beneficium obtineat, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis, & conſuetudine quacumque non obſtantibus.* Hæc Clemens, & hæc Concilium. Ex quibus neutiquam probare valet dictus Author, quod intendit, Prælatos ſcilicet Regulares officium Parochi exercentes, quà Superiores, ſeu Præſidentes Communitatis habentis Parochias annexas, audire non poſſe Confeſſiones perſonarum ſæcularium ſine approbatione Ordinarii Diœceſani. Poſſunt utique, quia veri Parochi ſunt, uti ſuprà probavi, & docuerunt locis jam citatis Palaus, Marcus Vidal, Coninck, & Malletus, & alii.

542. Quocirca ego ipſe, in QQ. Paſtoralibus, *part.1.q.2. diviſ.1.num.39. & 40.* ex doctrina in præcedentibus tradita intuli, Regulares eo ipſo, quod ſunt Parochi, ſive perpetui, ſive amovibiles, poſſe Confeſſiones ſæcularium audire, abſque ulla alia Epiſcopi approbatione, inſtar Parochorum ſæcularium, qui eas poſſunt excipere. Ita Zeſpedes *in tract. de exempt. Regularium, cap.8. dub.171. num.4.* apud Pellizzarium *in Manuali Regularium, tom. 2. part. 1. tract. 8. cap. 4. ſect.4. quæſt.17.num.131.* ex Tridentino ubi proximè dicente : *Nullum etiam Regularem poſſe Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotem audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus judicetur, & approbationem, quæ gratis detur obtineat.* Cùm igitur qui approbationem obtinet, poſſit audire Confeſſiones perſonarum ſæcularium, poterit & Parochus, ſeu Parochiale beneficium habens. Sic enim verificabitur Regula juris 70. *In alternativis*, & ibi Gloſſa, *de Regulis juris, lib.6.* & Regula, *Quod dicitur de vno æquiparatorum, dici debet de alio*, quam exornat Barboſa *axiom. 14.* Pax Jordanus *volum.1. de Re ſacra, lib.3. titul. 4. de Sacramento Pœnitentiæ, numero 133.* pro nobis eſt in ſequentia prorumpens.

Secundò ſublimita, generaliter 543. concluſionem jam dictam, de approbatione Confeſſariorum, non habere locum in Rectoribus Eccleſiarum Parochialium : eo enim ipſo, quod examinati, & approbati ſunt ad ipſas Eccleſias, *aut quovis modo ad illarum curam, etiam ad tempus deputantur, approbati pariter cenſentur ad audiendas Confeſſiones ſuorum Parochianorum*, ſicut manifeſtè apparet *ex dicto cap.15. ſeſſ.23. Concilii Tridentini.* Barboſa *d. allegat.25. n.6. & de Offic.Parochi, cap.19. num.primo*, ubi concordantes, Reginaldus *in Praxi, lib.1. num.197.* & alii communiter.

Bene nota clauſulam : Aut quovis modo, &c.

Immò, quod dicitur de Parocho, 544. procedit in omnibus poſſidentibus Eccleſias, & Beneficia, quibus animarum cura eſt annexa, ſeu facultas audiendi Confeſſiones, veluti Epiſcopatu, Archipreſbyteratu, Archidiaconatu, & Abbatiis cum juriſdictione, & ſimilibus. Bonacina *d.diſp.5. (de Sacramentis) q.7. punct.3.num.5.* Suarez (*tomo 4. in 3. part.*) *diſp.28. ſect.4. n.21.* Reginaldus, & alii ab eodem Bonacina cumulati. Hactenus Pax Jordanus.

Similiter, Nota hîc verſiculum, qui ſimul cum præcedenti, maximè noſtra favent ſententia adverſus Mag. Gomez placitum.

Barboſa *allegat.25. citata, num.17.* ita fatur : Nomine Parochialis beneficii, intelligenda ſunt etiam ſuperiora beneficia curam animarum habentia, ut ſunt Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus, & ut ſunt etiam aliqui Abbates, Archipreſbyteri, & Archidiaconi, qui habent curam animarum annexam, quia de his omnibus eadem, vel fortaſsè minor eſt ratio, ut per Suarez *d.ſect.4. num.21.* Fagundez *d.cap.2. (præcepto 2.Eccleſiæ, lib.7.) num.41.* Hæc ibi, quæ etiam docet ſub eiſdem verbis, *in Collectanea ad Concilium, d.ſeſſ.23. cap.15. num.18.* ubi allegat præter Suarez, & Fagundez *ubi proximè*, Fernandez *in Examine Theologiæ Moralis, part.3. cap.9. §.8. num.2.* Filliucium *in Quæſtionib. Moralib. tom.1. tract.7. cap.9. num.257.*

Nota & hunc verſiculum.

*num.*257. Dianam *in Cruciatæ Bullam, part.*1. *reſol.*8. *in fine*, & Boſſium *de Triplici Iubilæi privilegio, ſect.*3. *caſu* 2. *num.*51.

§46. Quæ doctrina à fortiori, ut *loco citato, num.*40. dixi, & nunc iterum dico, procedit in Prælatis Regularibus, quorum Monaſteria annexas habent Parochias. Et ita quidem tenent Ceſpedes *loco citato, dub.*172. Ælegius Baſſæus *tom.* 1. *verbo Confeſſarius* 3. *num.*10. *verſic. Nomine verò*, ubi ſimilia verba profert, ac protulit Barboſa *d.num.*17. & clariùs Nicolaus Bravo Olivenſis Abbas, *in tract. Monaſtico, cap.*18. *num.*10. dicens: *Et in tali caſu, eidem Abbati Regulari, qui per ipſam Abbatiam Monaſterii, cui annexa eſt Parochia ſæcularium, quaſi inveſtitur ſimul eo beneficio, denegari non poteſt, eo ipſo habere approbationem Concilii, quæ ſit per Parochiale beneficium obtentum. Quo pacto practicatur in Monaſteriis noſtris habentibus talem Parochiam, tanquam annexam Prælaturæ.* Hactenus doctus ille Vir, quibus ſimilia docuit noſter Joſeph de Carmona, præſtantiſſimus Theologus, maximè in Schola, & via Angelici Doctoris, & in Morali doctrina nemini ſecundus, & noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ Generalis Magiſter, cujus Auditor ego ipſe fui, dum primariam Sacræ Theologiæ Cathedram hujus Univerſitatis Hyrachenſis, digniſſimus Moderator, & Studiorum ejuſdem Academiæ Vigilantiſſimus exiſteret Regens, in conſulto quodam hac de re pro Domnis Abbatibus hujus Regii Cœnobii, cui annexæ ſunt, incorporatæ, & ad menſam unitæ Eccleſiæ Parochiales, in ſuperioribus recenſitæ, & aliæ, videlicet S.Ioannis de Mendavia, S.Ioannis de Stella, S. Martini, de Ayegui, de Arbeyza, & de Luquin, & de Ugar, S. Andreæ de Viloria, S. Mariæ de Cubielqui, S. Æmiliani de Lete, S. Ceciliæ de Arizala, S.Salvatoris de Oteiza, & de Urbiola, &c. Conſultum autem dicti P. Magiſtri Carmona, tenoris ſequentis eſt.

§47. Preguntaſe, ſi el Reverendiſſimo P. Abad de Hyrache, que por gracia de ſu Santidad tiene titulo de Cura, y goza del beneficio Curado de Ugar, y de otras catorze Igleſias de eſte Reyno de Navarra, podrá por ſu perſona, quando fuere ſu voluntad, adminiſtrar los Sacramentos a ſus feligreſes, ſin comiſſion particular, ò aprobacion del Ordinario; ſupueſto que pone Vicario, que de ordinario ſubſtituye per el dicho Padre Abad, y ſe da congrua, viſita las dichas Igleſias, Sanctiſſimo Sacramento, y Pila Baptiſmal. Y aun algunos Vicarios, como el de Ugar, ſon temporales, y alquitar, ſegun la voluntad de ſu Reverendiſſima.

Al caſo propueſto reſpondo,

Que el Reverendiſſimo P. Abad de Hyrache, ſiendo aſſi, que goza por ſu dignidad el beneficio Curado de la Igleſia de Ugar, y otras Igleſias, puede por ſu perſona adminiſtrar los Sacramentos en todas ſus feligreſias, contal ſeguridad, que lo contrario es ſin duda, diſſonante à las Reglas, que la Igleſia nueſtra madre tiene para governarſe. Y ahorrando de proligidades, en prueba de eſta verdad, que à mi juizio es principio, ſolo me quiero valer de el ſagrado Concilio de Trento, por el qual, como por unica regla, y que eminentemente contiene todas las que por varios tiempos ha dado la Igleſia, nos debemos guiar, *en la ſeſſion* 23. *cap.*15. *de Reformatione*, trato por juſtas cauſas el Sagrado Concilio de ſujetar à todos los Confeſſores, aunque ſean Religioſos exemptos, à que tengan primero aprobacion de el Ordinario, por eſtas palabras: *Nullum etiam Regularium poſſe Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopo per examen, aut aliàs idoneus judicetur.* En eſtas palabras clariſſimamente da el Concilio la Regla inviolable, que ſe debe guardar en la adminiſtracion de el Santo Sacramento de la Penitencia, diciendo de el que la huviere de exercer, ha de tener beneficio Parochial, ò ha de ſer aprobado por el Ordinario. Y conforme la Regla tan conocida de los Logicos, Legiſtas, y Canoniſtas, *Regula, In alternativis, de Regulis Iuris in* 6. ad veritatem disjunctivæ ſufficit alteram partem verificari: bien ſe ſigue *con evidencia*, que ſi la dignidad Abacial de Hyrache tiene anejos los beneficios

neficios Parochiales de Ugar, y otros, no tendra neceſſidad de aprobacion de el Ordinario el que tuviere la tal dignidad, para exercer el Santo Sacramento de la Penitencia: *y conſeguientemente el del matrimonio; pues conforme el miſmo Concilio de Trento, ſeſſ. 24. cap. 1. y el comun modo de ſentir de todos los Theologos, aquel es proprio Parocho para el Matrimonio, que lo es para el*
548. *Sacramento de la Penitencia.*

A eſta raçon, y diſcurſo, no ſe que aya quien pueda reſponder coſa, que de cuydado, ſi ya alguno poco verſado en Canones ſagrados, y Reglas de Concilios, y menos en la Theologia, cuyo es eſte punto derechamente, diga que el Abad de Hyrache es Cura de las dichas Parochias, *non in actu, ſed in habitu:* y confieſo me peſa de imaginar, aya quien lo pueda decir. Pues ſi damos entrada à ſemejantes diſtinciones, tan ſin fundamento, pocas fuerças tendra la Igleſia para convencer, y rendir la ſobervia de los Hereges, que atrevidamente à ſus doctrinas, y diffinitiones, ſalen con las diſtinciones, y declaraciones, que ſe les antoja. Pero para que la verdad ſe deſcubra, me holgare de ſaber, que entiende el Autor de eſta diſtincion, por *Cura in habitu, & non in actu.* Porque ſi entiende ſer Cura impedido de exercer los Sacramentos, debe ſeñalar el impedimento, por donde le viene, y porque Derecho, pues la Igleſia le habilita a eſte exercicio, y adminiſtracion, por la obtencion del beneficio Curado, ſin ponerle otra condicion, ni uſar de diſtinciones; y ſeria bien, que *ubi lex non diſtin-*
549. *guit, nec nos diſtinguere debemus.*

Diras, que el impedimento es, por tener el Abad de Hirache impoſibilidad de aſſiſtir à tantas feligreſias, por ſu perſona. Pero reſpondo a eſſo: lo primero, que no ignorava el Concilio, haver muchas Abadias de el Orden de S. Benito, muchos Obiſpados, y Arcedianatos, à cuyos Prelados eſtan anexas muchas Parochias differentes, à que por ſus perſonas no pueden acudir immediatamente. Y pues el Concilio dando la Regla univerſal, no diſtinguia ſabiendo eſto, no ſe quien pueda introducir la dicha diſtincion. Leaſe el Padre Suarez *en el tomo 4. de Pœnitentia, deſde la diſputa 26. haſta la 28.* y el P. Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. deſde la diſputa 19 haſta la diſputa 31.* y otros muchos Expoſitores. En ellos ſe vera, quan deſcaminada diſtincion es la propueſta: y como el Arçobiſpo de Granada, y el de Sevilla, y el Obiſpo de Cordova, y algunos Abades de San Benito, y otras Dignidades ſon immediatos Parochos, y Curas de muchas, y diverſas Igleſias Parochiales: y haſta oy, ni Expoſitor de Concilio, ni Interprete de las Sagradas letras, y Thologia, ſe abra viſto, que puſieſſe en eſto difficultad: y como primer principio, lo aſſientan, y ſuponen los Autores referidos. Porque ſi bien es verdad, que el ſagrado Concilio de Trento diſpone *en la ſeſſ. 24. cap. 17.* y prohibe la multitud de beneficios Curados; pero no obſtante eſſo, por diſpenſacion de los Sumos Pontifices, y coſtumbre immemorial, ſe ha quedado en los Monaſterios, y en las dignidades ya dichas el titulo de Curas immediatos de diverſas Parochias. El qual ſupueſto tiene ſu fuerza, y vigor en el dicho *c. 15. de la ſeſſ. 23.* Y mas claramente no haver querido ſu Santidad que el Concilio ſe entendieſſe en particular cõ la Caſa de Hyrache, pues haviendoſe guiado la Parochial de S. Joan de Eſtella por ſemejantes chimeras, y pueſto pleyto à la Caſa, ſobre que el Abad no debia ſer Cura mas de para llevar los frutos, aunque en Pamplona fue la Caſa condenada en la Sagrada Rota, ſe dio la tal ſentencia por iniqua, è injuſta tres vezes. Y aſſi ſe ganaron los executoriales, que oy tiene en orden à todo los actos Parochiales, y proprios de Cura, quia Parochiale beneficium obtinet.

Ultra de lo dicho, para que ſe heche 550.
de ver la poca fuerza de la nueva diſtincion, quiero traer aquel principio, tan comunmente recivido de los Doctores, es à ſaber, que el principal acto de la juriſdiction ordinaria, es ſuſtituir, y delegar. Luego ſi el Abad de Hyrache, por coſtumbre immemorial, y por executorias que tiene ganadas en juizio contradictorio centenales de años ha, pone ſuſtituto, y Vicario en la Y gleſia

de

de Ugar, à quien le dà congrua, y en las demas anexas: ſigueſe bien, que la juriſdicion ordinaria de Parocho, no ſolo eſta *in habitu*, ſino *in actu principaliori*.

551. Item ſe confirma la tal juriſdicion *in actu*, porque viſita el Santiſſimo Sacramento, Pila baptiſmal, y exerce otros actos proprios de Cura. Luego no es Cura *in habitu*, ſed *in actu*: y aſſi, ſi del Cura in actu ſe ha de entender la diffinicion del Concilio, que le falta al Abad de Hyrache para adminiſtrar los Sacramentos, ſin approbacion del Ordinario? Conforme a eſto ſabemos, que los Arçobiſpos quando viſitan las Igleſias de ſus Suffraganeos pueden exercer los Sacramentos.

552. Dicta in hoc §. firmantur à Rota, coram Seraphino decisione 1304. Mas, ſi del Reverendiſſimo Abad de Hyrache no ſe puede entender la dicha doctrina del Concilio: Pregunto, para las Igleſias anexas à ſu Monaſterio, de quien ſe entendera? No del Vicario, y ſuſtituto ſuyo, porque eſte non tiene beneficio Parochial, ſino congrua, que le da ſu Abad. El Señor Obiſpo? No tampoco, porque no ſabemos à que titulo, ni de quando aca puede llamarſe Cura immediato de las dichas Igleſias. No el Abad de Hyrache, como ſupone la ſolucion. Luego al preſente no ſe puede verificar la dicha doctrina del Concilio.

553. Finalmente, quando admitieramos, contra toda raçon, que el Abad de Hyrache no fuera Cura actual, è immediato, por lo menos no puede negar ninguno, que tenga actualmente el beneficio Parochial: ſino es que con ſenzillez quieran que ſea ſimple el tal beneficio. El Concilio, pregunto, hablo del Parocho, ò del que tiene beneficio Parochial (ſin duda por orden divino hablo aſſi, para ataxar illuſiones tam perjudiciales, como eſta,) luego el Abad de Hyrache, que tiene beneficio Parochial, ſea Cura *in actu*, ſeu *in habitu*, eſta incluido en aquella ley de poder adminiſtrar el Sacramento de la Pœnitencia, ſin aprobacion del Ordinario.

554. No quiſiera que alguno ſe adelantara à decir, que es beneficio, ſin officio, eſto es para los emolumentos temporales, no para la execucion y adminiſtracion de las coſas eſpirituales: porque para tapar la boca à quien tal dixeſſe no tengo palabras. Solo quiero remitirle al doctiſſimo P. Suarez *en el lib. 4. de Simonia, cap. 24.* adonde con todos los Canoniſtas ſuppone que quando el beneficio anexo à alguna Dignidad Eccleſiaſtica, es muy ageno de raçon decir, eſte preciſo, y ſeparado el emolumento temporal del eſpiritual, antes bien lo temporal ſe da por lo eſpiritual. Y ſi eſta ſuppoſicion fuera verdadera, ya pudiera la Abadia de Hyrache vender los beneficios Curados que tiene, y librarſe à buelta de la venta, de tantas moleſtias, como por ellos padece.

555. Ultimamente dira alguno, no ſer Cura actual, porque ſi lo fuera, pudiera ſubſtituir, y poner Vicario, ſin aprobacion del Ordinario, pero del miſmo Concilio queda reſpondido à eſto: pues aunque ſegun Derecho comun antiguo lo pudiera hazer aſſi; ya deſpues del Concilio de Trento, no puede ſubdelegar juriſdicion para adminiſtrar Sacramentos, en quien no ſe allare la aprobacion del Ordinario. Pero eſta ſuppueſta, la juriſdicion ſe la da el proprio Parocho, como lo enſeñan, y ſupponen todos los referidos Autores. *Solo añado, que para ſuſtituir, y ſubdelegar el Parocho la aſſiſtencia al Santo Matrimonio, no es neceſſaria la aprobacion del Ordinario en el ſuſtituto, y ſubdelegado*: como del Sacrado Concilio de Trento *ſeſſ. 24. de Matrimonio*, lo deduce, y defiende el P. Sanchez *lib. 3. de Matrimonio, diſp. 20.* Porque la tal aſſiſtencia no es acto de juriſdicion, ſino authoriçante preſencia. Las palabras del Concilio ſon: *Qui aliter quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, vel Ordinarii licentia, &c.* adonde ſe ve otra disjunctiva, ſemejante à la ponderada arriba.

556. De lo dicho ſe colige, que ſi el dicho Abad de Hyrache, ſuſtituyeſſe a un Monge, para que tan ſolamente en las Parochias dixeſſe Miſſa: y a otros aprobados por el Ordinario, para adminiſtrar los Sacramentos, como la ſuſtitucion non paſſaſſe de dos meſes, que permiten los ſagrados Canones, uſaria de ſu Derecho legitimo

legitimo, y verdadero que tiene, ſin agraviar a nadie, porque el ſeñalar para decir Miſſa a un ſubdito ſuyo, no es darle juriſdicion (*Y aunque le dieſſe la ſuſtitucion para aſſiſtir al Matrimonio*) y en dar ſus vezes a los aprobados por el Ordinario para adminiſtrar los Sacramentos ad breve tempus, es acto de ſu legitima juriſdicion ordinaria, que tiene en quanto Parocho. Y ſi el Prelado Ordinario, que quiſieſſe eſtorbar eſto con cenſuras, o por otros caminos, ſi pecaria, o fueran nulas las tales cenſuras, dejolo al buen entender de los Theologos, à cuya correccion ſujeto eſto, y lo demas, que he dicho. En Hyrache a ocho de Diziembro, de mil ſeiſcientos y treinta.

El Maeſtro Fray Ioſeph de Carmona Regente de la Univerſidad de Hyrache.

Et eſt valdè notanda inſtantia de Matrimonio, adducta ab iſto Magiſtro meo, quæ pro mea ſententia, & contra P. Mag. Gomez plurimùm facit: quia non minùs rigoroſus Parochus requiritur, ad hoc ut ejus aſſiſtentia validum conſtituat, & reddat Matrimonii Sacramentum, ac requiritur ad validè miniſtrandum Sacramentum Pœnitentiæ. At Abbas, ſeu Præſidens Monaſterii, cui annexa eſt, & unita Parochialis Eccleſia, ita rigoroſus Parochus eſt, quoad matrimonii aſſiſtentiam, ut ſufficiat iſta ad hoc ut Matrimonium ex hoc ſaltem capite legitimum evadat, & verum. Ergo pariter rigoroſus Parochis ex ſeipſo erit, quoad Sacramentum Pœnitentiæ. Minor probatur ex Doctrina Carmonæ, & ex dicendis inferiùs, §. 8. *à num.* 653. Hoc tamen adverto, me non aſſentire Magiſtro Carmonæ neganti curam in habitu dari, niſi in caſu, de quo loquitur; & in ſimilibus præcisè intelligatur: aliàs enim dari, non poſſum non aſſerere.

557. Finem huic diſceptationi imponendo, dico Conſtitutionem Clementis Papæ Decimi, cui principaliter, tanquam præcipuo, & ſolidiori fundamento P. M. Gomez innititur, non conſtare in noſtra Hiſpania & in aliis omnibus Regis noſtri ditionibus vires habere. Conſtans enim mihi eſt, quod publicata jam dicta Conſtitutione Hiſpali, Matriti, Compoſtellæ, & aliis fortè Metropolibus, & Diœceſibus, pro parte, & ad inſtantiam Religionum, tam Monachalium, quàm Mendicantium omnium, exhibita, & præſentata fuit coram Catholica Majeſtate Supplicatio, & Memoriale quoddam, in quo referebantur præclara Religionum facinora, tam in Fidei propagatione, Infidelium converſione, quàm in Fidelium inſtructione, & in omnium ſcientiarum inſtitutione, nedum in Cathedris docendo, & legendo, multa, & ingentia volumina ſcribendo, & publicæ luci dando, eorum mores, tam in publicis concionibus, quàm in confeſſionariis, & ſecretis conſultationibus in viam ſalutis dirigendo: & tandem Eccleſiam Catholicam proprio ſanguine alumnorum illarum, qui licèt apud nos innumerabiles ſint, eorum tamen nomina ſcripta ſunt in libro vitæ, rigando, ut fructum centuplum Deo Patrifamilias cœleſti ager iſte ſuus deſideratum afferret: quibus itaque recenſitis, ſupplicatum fuit Regiæ Majeſtati, ut utendo ſua conſueta benignitate, clementia, ac naturali protectione tanta Majeſtate digna, dignaretur ſuam interponere authoritatem ad effectum, ut liberarentur ab oppreſſione Epiſcoporum, quam patiuntur, mediis literis Apoſtolicis, quas contra ipſarum Religionum exemptionem obtinēt, & ſignanter mediante prædicta Clementis X. Bulla: & nedum uno, ſed pluribus Memorialibus Typis datis, & Regiæ Majeſtati porrectis, neſcio an interveniente ſupplicatione Sanctiſſimo facta per noſtrum Catholicum Regem, ſuſpenſa fuerit dicta Clementina; hoc tamen non ignoro, quod illa in obſervantia non ſit in Hiſpania, maximè Matriti, ubi publicata jam fuerat authoritate Eminentiſſimi Cardinalis Toletani, Judicis Ordinarii, & Hiſpaniarum Primatis, ut à multis viris doctis, & piis à me conſultis accepi: & cùm inibi non ſolùm reſideat Tribunal dicti Ordinarii, ſed etiam Nuntiaturæ Apoſtolicæ, credendum eſt, dictam

dictam inobſervantiam ad aures perveniſſe Superiorum, & illam permittere, & tolerare, ex expreſſa, aut ex tacita ſaltem Summi Pontificis ejuſmodi Clementinæ ſuſpenſione.

Pro coronide hujus Sectionis Lectores meos moneo, Urbanum edidiſſe quoddam Breve 12. Septembris 1628. quod per extenſum tradit Barboſa poſt Clementinam *Dudum*, *la* 2. *de Sepult.* per cujus tenorem derogavit omnibus, & ſingulis indultis audiendi Confeſſiones ſæcularium, *abſque Ordinarii examine, & approbatione*, quandocumque, qualitercumque, ex quavis, etiam de neceſſitate exprimenda cauſa, & aliàs quomodolibet conceſſis Regularibus omnibus Mendicantibus, & Monachalibus, etiam Societatis Jeſu, Benedictinis, &c. ac eorum Eccleſiis Parochialibus, &c. & eorum Abbatibus, Prælatis, &c.

SECTIO II.

Recenſentur Decreta Apoſtolica in Generali Inquiſitione Romana, & in aliis SS. Congregationibus edita, per quæ varia damnantur, & prohibentur.

558. INter ea, quorum notitia maximè neceſſaria eſt tam Parochis, quàm aliis Sacramenti Pœnitentiæ miniſtris, decreta dubio procul ſunt, quæ Romanus Pontifex edit è Cathedra, ad Sacramenta, & mores omnium fidelium ſpectantia. Quæ hactenus ad manus meas pervenere, opportunum duxi hîc illa reddere, poſt tractationem facultatis, qua gaudent Curati, audiendi Confeſſiones, & idoneitatis approbationis Ordinarii, qua præditi eſſe debent omnes alii illas excepturi.

DECRETVM I.

Declaratio quod non liceat per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere. Et prohibitio hanc propoſitionem docendi, defendendi, &c.

559. SAnctiſſimus D. N. D. Clemens Papa VIII. &c. auditis votis Patrum Theologorum, & recum Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Dominis Cardinal. contra hæreticam pravitatem generalibus Inquiſitoribus, maturè, ac diligenter conſiderata.

Propoſitio à Clemente VIII. damnata.

§. I. Hanc propoſitionem, ſcilicet, *Licere per litteras, ſeu internuntium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere*, ad minus ut falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnavit, & prohibuit.

§. II. Præcipuè ne deinceps iſta propoſitio publicis, privatiſve lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, néve unquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quovis modo deducatur. Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputativè tractaverit (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. Majori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolvi, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis ſubjaceat.

In generali Congregatione S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico, in Monte Quirinali, die 20. Menſis Julii 1602.

Quintilianus Adrianus Notarius.

Anno à Nativitate D. 1602. Indict. 15. die verò 19. menſis Julii, Pontificatus Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Divina providentia Papæ VIII. anno XI. ſupradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valvis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Cancellariæ Apoſtolicæ, & aciei Campi Floræ, ut moris eſt, per me Catherinum Monandi Apoſtolicum Curſorem.

Gaſpar de Bonis pedibus, Magiſter Curſorum.

Decretvm II.

Decretum Sacræ Congregationis Supremæ, & Universalis Inquisitionis in tota Republica Christiana à Sancta Sede contra Hæreticam pravitatem specialiter deputatæ.

Feria V. die 15. Januarii 1654.

560. CIrcunfertur in Urbe, & forsan aliis in locis, quoddam manuscriptum idiomate Hispano exaratum, quod incipit, *Por mano de este Nuncio recibio su Excellencia una carta, &c.* & finit, *Lo que mas convenga al servicio de Dios, bien de las Almas, y recta Iusticia.* Cujus manuscripti Author (ut publicè fertur) est *Benedictus de Treglies*, Collateralis Consilii, sive Cancellariæ Neapolitanæ Regens, in quo inter alias Propositiones temerarias, & scandalosas, hábetur quæ infra sequitur, videlicet: *La jurisdicion Ecclesiastica, que toca a su Santidad, como à Pontifice, fuera de su Territorio temporal, respicit causas, & personas, y a determinadas causas, y personas se restringe, y en ellas solamente se puede exercitar, pero el Territorio no es suyo, sino del Rey: y assi como quien exercita jurisdicion en ageno Territorio, tiene obligacion à pedir el beneplacito al Dueño de la jurisdicion de aquel Territorio: assi quando sin tener jurisdicion de Teritorio quiere el Pontifice exercitarla en el del Rey sobre las causas, ò personas en quien le toca, deve permitir se examinen por el Principe temporal sus rescriptos, para que reconozca si son de su jurisdicion las causas, y personas, que en ellos se contienen.*

Propositio ab Innocentio X. damnata.

Quam quidem propositionem jussu Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ Decimi à Qualificatoribus Supremæ, & Universalis Inquisitionis examinatam, & perpensam, iidem Qualificatores unanimi consensu, *Schismaticam, & Hæreticam censuerunt.*

Quocirca, ne ex lectura præfati manuscripti pravis opinionibus, & Hæresibus Christi Fideles inficiantur, & depraventur, eadem Sacra Congregatio Supremæ, & Universalis Inquisitionis prædictum manuscriptum, sive Hispano, sive alio quocumque idiomate circunferatur, & divulgetur, *de speciali mandato Sanctitatis suæ omnino prohibet, & damnat, sub pœnis, & censuris in Indice librorum prohibitorum contentis.*

Et nisi illius Author quamprimùm sese expurgaverit, censuris, ac aliis pœnis Ecclesiasticis, intelligat se omnino coërcendum.

Ioannes Antonius Thomasius, Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Nativitate D.N. Jesu Christi millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo quarto, indictione septima, die verò decimasexta mensis Januarii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Innocentii, divina providentia Papæ X. anno ejus Decimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, & S. Petri de Urbe, necnon ad Valvas Palatii S. Inquisitionis, Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronymum Mascellum, Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Romæ, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apostolicæ, 1654.

Decretvm III.

Declaratio Sacræ Congregationis Concilii, Sanctissimi D. N. Alexandri Papæ VII. jussu edita super II. Decreto ejusdem Congregationis, De Celebratione Missarum.

CUm Authores non nulli scriptis suis, etiam typis editis asseruerint, Sacerdoti pro alio Missam recepta elemosyna celebranti, licitum esse aliam eleemosynam quoque accipere ab altero, cui partem illam fructus, seu valoris ejusdem Sacrificii ipsimet celebranti debitam (specialem nuncupatam) applicet: Ac proinde hunc casum sub Decreto Sacræ Congregationis Concilii, prohibente duplex pro unica Missa stipendium, seu eleemosynam recipi, non esse comprehensum: Propterea Sacra Congregatio Eminentissimorum, ac Reverendissimorum Dominorum 561.

minorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quæ authoritate ſibi per Apoſtolicam Sedem ſpecialiter attributa ſeduló curat, ne à Sacerdotibus circa celebrationem Sacroſancti Miſſæ Sacrificii, unde in nos uberrima Divinæ liberalitatis munera derivantur, avaritiæ labes ulla, aut ſuſpicio contrahatur, antedictam aſſertionem maturè examinavit: eademque prorſus reſervata, ſub die 25. Ianvarii 1659. Cenſuit:

Nulli Sacerdoti licitum eſſe præfata ratione, ſive prætextu, aliam eleemoſynam accipere, præter illam, quam accepit ab eo, pro quo Miſſam offerre tenetur. Ac proinde caſum hunc eſſe comprehenſum in Decretis aliàs per eandem Sacram Congregationem Concilii editis: Quibus prohibetur, ne duplex ſtipendium pro unica Miſſa recipiatur.

Quam Sacræ Congregationis ſententiam, ad Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Alexandrum Papam VII. relatam; Sanctitas ſua, ſub die 29. ejuſdem Menſis approbavit, & Decretum publicari, atque ad Epiſcopos, & Generales Regularium Ordinum tranſmitti juſſit, ut ipſi doctrinam hujuſmodi per ſuos Pœnitentiarios, & Confeſſarios, ac Lectores reſpectivè inſinuari, doceri, atque in Tractatibus Moralibus per eoſdem imprimendis evulgari, Paſtorali vigilantia curent.

F. Cardinalis Paulutius Præfectus.

Gratis etiam quoad ſcripturam. Loco † Sigilli.

C. de Vechiis, Epiſcopus Cluſinus S.C.C. Secret.

Anno Domini N. Jeſu Chriſti 1659. Indictione 12. Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & D.N.D. Alexandri divina providentia Papæ VII. anno ejus quinto, die verò 27. Octobris, ſupradictum decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Baſilicarum S. Joannis Lateranenſis, & Principis Apoſtolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Carolum Franceſchinum Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſorem.

Joſeph Marcheratus Curſorum Magiſter.

DECRETVM IV.

Decretum Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum DD. S. R. E. Cardinalium à S.D. N. Clemente Papa X. Sanctaque Sede Apoſtolica ad Indicem Librorum, eorumdemque permiſſionem, prohibitionem, expurgationem, & impreſſionem in Univerſa Republica Chriſtiana ſpecialiter deputatorum, ubique publicandum.

SAcræ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac reſpectivè ſuſpenſi fuerunt infraſcripti libri, ubicumque, & quocumque idiomate impreſſi, imprimendive. Nemo cujuſcumque gradus, & conditionis eos in poſterum, vel imprimat, vel legat, vel retineat. Si quos interim habuerint, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis à præſentis Decreti notitia tradant, ſub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis. 1621.

Libri ſunt:

Commentatio ad loca quædam novi Teſtamenti, quæ de Antichriſto agunt, aut agere putantur.

Conſpectus Epiſtolarum Joannis Launoii Theologi Pariſienſis.

Diſceptatio de Cœnæ adminiſtratione ubi Paſtores non ſunt, cum annexo Opuſculo, cui titulus, An ſemper communicandum per ſymbola.

De Feſtorum dierum imminutione, Authore Ioanne-Baptiſta Thiers, donec corrigatur.

Franciſci Stypmanni Juriſconſulti, &c. Tractatus poſthumus de Salariis Clericorum.

Honorati Fabri Apologeticus doctrinæ Moralis, &c. in quo variis tractatibus diverſorum Authorum Opuſcula confutantur.

Joannis Dallæi de duobus Latinorum ex unctione Sacramentis, Confirmatione, & Extrema, ut dicunt, Unctione diſputatio.

Marci Friderici Vvendelini, &c. Chriſtianæ Theologiæ Syſtema majus.

Origen, y Continuacion del Inſtituto, y Religion Geronimiana, &c. Por el M.R.P. Fr. Hermenegildo de San Pablo.

Theophili Raynaudi Apopon-

pæus

pæus admodum rara continens, &c. Tomus vigeſimus, & Poſthumus, omninò prohibetur. Tractatus autem in eodem Tomo contentus, cui Titulus *Os Domini locutum contra provocationes à ſententia Sedis Apoſtolicæ, &c.* & Tractatus, cui Titulus *Hippareus de Religioſo negotiatore*, ſeparatus, & correctus permitti poterit.

Vita di Sixto Quinto de Geltio Rogeri.

In quorum fidem manu, & ſigillo Eminentiſſ. & Reverendiſſimi D. Cardinalis Alterii ſupradictæ Sacræ Congregationis Præfecti, præſens Decretum ſignatum, & munitum fuit. Romæ in Palatio Apoſtolico Quirinali, die 23. Martii 1672.

P. Cardinalis Alterius, Sacræ Congregationis Præfectus.

Loco † Sigilli.

Fr. Vincentius Fanus, Ordin. Præd. S. Congreg. Secret.

Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti 1672. Indictione 10. die 23. Martii, Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ X. anno ejus ſecundo, ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Laurentium Signium S. D. N. Papæ Curſorem.

Joannes Antonius Bertarellus, Magiſter Curſorum.

Romæ, ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, 1672.

Decretum V.

Feria V. die 24. Septembris 1665.

In Congregatione generali S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſ. D. N. Alexandro Divina Providentia Papa VII. ac Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam prævitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede ſpecialiter Deputatis.

563. SAnctiſſimus D. N. audivit, non ſine magno animi ſui mœrore, complures opiniones Chriſtianæ Diſciplinæ relaxativas, & animarum perniciem inferentes, partim antiquatas iterum ſuſcitari, partim noviter prodere: & ſummam illam luxuriantium ingeniorum licentiam in dies magis exereſcere, per quam in rebus ad conſcientiam pertinentibus modus opinandi irrepſit alienus omnino ab Evangelica ſimplicitate, Sanctorumque Patrum doctrina, & quem ſi pro recta Regula Fideles in praxi ſequerentur, ingens eruptura eſſet Chriſtianæ vitæ corruptela. Quare ne ullo unquam tempore viam ſalutis, quam ſuprema veritas Deus, cujus verba in æternum permanent, arctam eſſe definivit, in animarum perniciem dilatari, ſeu veriùs perverti contingeret, idem Sanctiſſ. D. N. ut Oves ſibi creditas ab ejuſmodi ſpatioſa, lataque, per quam itur ad perditionem, via, pro Paſtorali ſolicitudine in rectam ſemitam evocaret, earumdem opinionum examen pluribus in Sacra Theologia Magiſtris, & deinde Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſeriò commiſit. Qui tantum negotium ſtrenuè aggreſſi, eique ſedulò incumbentes, & maturè diſcuſſis uſque ad hanc diem infra ſcriptis propoſitionibus, ſuper unaquaque ipſarum ſua ſuffragia Sanctitati ſuæ ſigillatim expoſuerunt.

Circa Fidem, Spem, & Charitatem.

I. *Homo, nullo unquam vitæ ſuæ tempore tenetur elicere actum Fidei, Spei, & Charitatis, ex vi præceptorum Divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

Circa Duellum.

II. *Vir equeſtris ad duellum provocatus, poteſt illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.*

Circa Bullam Cœnæ, & abſolutionem à Caſibus eius.

III. *Sententia aſſerens, Bullam Cœnæ ſolum prohibere abſolutionem hæreſis, & aliorum criminum, quando publica ſunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus ſermo eſt, anno 1629. 18. Iulii, in Conſiſtorio Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Cardinalium viſa, & tolerata eſt.*

Circa Prælatos Regulares, & abſolutiones, &c.

IV. *Prælati Regulares poſſunt in foro conſcientiæ abſolvere quoſcumque ſæculares ab hæreſi occulta, & ab excommunicatione propter eam incurſa.*

Circa denunciatio-

V. *Quamvis evidenter tibi conſtet Petrum*

nem hæretici. *Petrum esse hæreticum, non teneris denunciare, si probare non possis.*

Circa solicitationem ad venerem in Confessione. VI. *Confessarius, qui in Sacramentali Confessione tribuit Pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad Venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denunciandus.*

VII. *Modus evadendi obligationem denunciandæ sollicitationis, est: Si sollicitatus confiteatur cum sollicitante, hic potest ipsum absolvere absque onere denunciandi.*

Circa stipendium pro Missa. VIII. *Duplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, idque post Decretum Urbani Octavi.*

IX. *Post Decretum Urbani potest Sacerdos, cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendiii sibi retenta.*

X. *Non est contra justitiam pro pluribus Sacrificiis stipendium accipere, & Sacrificium unum offerre: Neque est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, danti stipendium, quod pro nullo alio offeram.*

Circa Confessionem. XI. *Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur in sequenti Confessione exprimere.*

Circa Episcopis reservata. XII. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obstente ad id Episcoporum facultate.*

Circa Confessionem. XIII. *Satisfacit præcepto annuæ Confessionis, qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.*

XIV. *Qui facit Confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

XV. *Pœnitens propria authoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.*

Circa Confessarii electionem. XVI. *Qui beneficium Curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.*

Circa 5. Decalogi præceptum. XVII. *Est licitum Religioso, vel Clerico calumniatorem gravia crimina de se, vel de sua Religione spargere minantem, occidere, quando alius modus defendendi non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus, vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis Viris prædicta impingere, nisi occidatur.*

XVIII. *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.*

XIX. *Non peccat maritus occidens propriâ authoritate uxorem in adulterio deprehensam.*

Circa restitutionem non recitantis officii divinum. XX. *Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quòd sit pœna.*

Circa Horas Canonicas. XXI. *Habens Capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si Officium per alium recitet.*

Circa simoniam in conferendo beneficia. XXII. *Non est contra justitiam Beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia collator conferens illa Beneficia Ecclesiastica, pecunia intervenient, non exigit illam pro collatione Beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.*

Circa Jejunium. XXIII. *Frangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia faciat, putà quia non vult se subjicere præcepto.*

Circa luxuriæ species in Confessione explicandas. XXIV. *Mollities, Sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ, ideoque sufficit dicere in Confessione, se procurasse pollutionem.*

XXV. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit Confessionis præcepto, dicens;* Commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, *non explicando copulam.*

Opinio à Judice sequenda est absque pecunia acceptione. XXVI. *Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.*

Opinio Iunioris an probabilis censenda. XXVII. *Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica, tanquam improbabilem.*

Circa legis receptionem à populo. XXVIII. *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.*

Quibus peractis, dum similium Propositionum examini cura, & studium impenditur, interea idem Sanctissimus,

ctiſſimus, re maturè conſiderata, ſtatuit, & decrevit, prædictas Propoſitiones, & unamquamque ipſarum, utminimùm tanquam ſcandaloſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet: ita ut quicumque illas, aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis, etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali, & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Not. &c.

Loco † Sigilli.

Decretvm VI.

Feria V. die 18. Martii 1666.

In Congregatione Sanctæ Romanæ, & Viverſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo D. N. D. Alexandro Divina Providentia Papæ VII. ac Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Sanctiſſimus D. N. poſt latum Decretum die 24. Septembris proximè elapſi, quo viginti octo Propoſitiones damnatæ fuerunt, examinatis ſedulò, & accuratè uſque ad hanc diem infraſcriptis aliis, quadragintaquinque numerum implentibus, per plures in Sacra Theologia Magiſtros, ac per Eminentiſſimos, & Reverendiſſ. DD. Cardinales adverſus hæreticam pravitatem Generales Inquiſitores, eorum ſuffragia ſigillatim ſuper unaquaque ipſarum audivit.

Propoſitio XXIX. *In die jejunii, qui ſæpius modicum quid comedit, etſi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.* *Circa jejunii.*

XXX. *Omnes Officiales, qui in Republica corporaliter laborant, ſunt excuſati ab obligatione jejunii, nec debent ſe certificare, an labor ſit compatibilis cum jejunio.*

XXXI. *Excuſantur abſolutè à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamſi iter neceſſarium non ſit, & etiamſi iter unius diei conficiant.*

XXXII. *Non eſt evidens quod conſuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadrageſima obliget.* *Circa Ova, & Lacticinia in Quadrageſima.*

XXXIII. *Reſtitutio fructuum ob omiſſionem Horarum ſuppleri poteſt per quaſcumque eleemoſynas, quas antea Beneficiarius de fructibus ſui Beneficii fecerit.* *Circa reſtitutionem non recitantium.*

XXXIV. *In die Palmarum recitans Officium Paſchale, ſatisfacit præcepto.* *Circa Officium perſolvendum.*

XXXV. *Unico Officio poteſt quis ſatisfacere duplici præcepto, pro die præſenti, & craſtino.*

XXXVI. *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis, quæ ſunt expreſsè revocata per Concilium Tridentinum.* *Circa privilegia revocata per Trident.*

XXXVII. *Indulgentiæ conceſſæ Regularibus, & revocatæ à Paulo V. hodie ſunt revalidatæ.* *Circa Indulgentias revocatas à Paulo V.*

XXXVIII. *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti ſacrificanti ex neceſſitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, eſt conſilium, non præceptum.* *Circa Confeſſionem Sacerdoti celebranti in peccato, à Concilio injunctam.*

XXXIX. *Illa particula, Quamprimum, intelligitur, cum Sacerdos ſuo tempore confitebitur.*

XL. *Eſt probabilis opinio, quæ dicit eſſe tantùm veniale oſculum habitum ob delectationem carnalem, & ſenſibilem, quæ ex oſculo oritur, ſecluſo periculo conſenſus ulterioris & pollutionis.* *Circa venerem, & 6. Decalogi præceptum.*

XLI. *Non eſt obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, ſi hæc nimis utilis eſſet ad oblectamentum concubinarii, vulgò regalo, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tadio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.* *Circa non rejicientem occaſionem proximam peccandi.*

XLII. *Licitum eſt mutuanti, aliquid ultra ſortem exigere, ſi ſe obliget ad non repetendam ſortem uſque ad certum tempus.* *Circa uſuram.*

XLIII. *Annuum legatum pro Anima relictum* *Circa legatum*

annuum animæ relictum. *relictum, non durat plus, quàm per decem annos.*

Circa Cenſuræ durationem. XLIV. *Quoad forum continentiæ, reo correcto, ejuſque contumacia ceſſante, ceſſant cenſuræ.*

Circa libros prohibitos. XLV. *Libri prohibiti donec expurgentur, poſſunt retineri, uſquedum adhibita diligentia corrigantur.*

Quibus maturè penſatis, idem Sanctiſſ. ſtatuit, ac decrevit, prædictas Propoſitiones, & unamquanque ipſarum, utminimùm tanquam ſcandaloſas eſſe damnandas, & prohibendas, ſicut eas damnat, & prohibet: ita ut quicumque illas aut conjunctim, aut diviſim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis etiam diſputativè, publicè, aut privatim tractaverit, niſi forſan impugnando, ipſo facto incidat in excommunicationem, à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus cujuſcumque conditionis, dignitatis, ac ſtatus, etiam ſpeciali & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Ioannes Lupus S. Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco † Sigilli.

DECRETVM VII.

Feria V. Die 2. Martii 1679.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Univerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Vaticano, coram Sanctiſſ. D. N. D. Innocentio, Divina Providentia Papa XI. ac Eminentiſſ. & Reverendiſſ. DD. S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus à S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

565. SAnctiſſimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus, Ovium ſibi à Deo creditarum ſaluti ſedulò incumbens, & ſalubre opus in ſegregandis noxiis doctrinarum paſcuis ab innoxiis, à felicis recordat. Alexandro VII. Prædeceſſore ſuo inchoatum proſequi volens, plurimas Propoſitiones partim ex diverſis, vel libris, vel theſibus, ſeu ſcriptis excerptas, & partim noviter adinventas Theologorum plurium examini, & deindè Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Dominis Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquiſitoribus ſubjecit. Quibus propoſitionibus ſedulò, & accuratè ſæpius diſcuſſis, eorumdem Eminentiſſimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem ſuam auditis: Idem Sanctiſſimus D. N. re poſtea maturè conſiderata, ſtatuit, & decrevit, pro nunc ſequentes Propoſitiones, & unamquanque ipſarum, ſicut jacent, utminimùm tanquam ſcandaloſas, & in praxi pernicioſas, eſſe damnandas, & prohibendas, ſicuti eas damnat, & prohibet. Non intendens tamen Sanctitas ſua per hoc decretum alias Propoſitiones in ipſo non expreſſas, & Sanctitati ſuæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenus approbare.

Circa Probabilitatem opinionum de Sacramentis. I. *Non eſt illicitum in Sacramentis conferendis ſequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, niſi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc ſententia probabili tantùm utendum non eſt in collatione Baptiſmi, Ordinis Sacerdotalis, aut Epiſcopalis.*

Circa opinionem à Judice ſequendam. II. *Probabiliter exiſtimo, Judicem poſſe judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.*

De Probabilitate ſequenda in agendo. III. *Generatim dum probabilitate, ſive intrinſeca, ſive extrinſeca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confiſi aliquid agimus, ſemper prudenter agimus.*

Circa fidem. IV. *Ab infidelitate excuſabitur Infidelis non credens, ductus opinione minùs probabili.*

Circa Charitatem. V. *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei ſemel tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.*

Circa Charitatem erga Deum. VI. *Probabile eſt, ne ſingulis quidem rigoroſè quinquenniis, per ſe obligare præceptum charitatis erga Deum.*

VII. *Tunc ſolùm obligat, quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſumus.*

VIII. *Comedere, & bibere uſque ad ſa-*

R. P. de Murga, tract. de Benef.

Circa gulam, & appetitus naturalis fruitionem.

tietatem ob ſolam voluptatem, non eſt peccatum, modò non obſit valetudini, quia licitè poteſt appetitus naturalis ſuis actibus frui.

Circa voluptatem actus conjugalis.

IX. Opus Conjugii ob ſolam voluptatem exercitum, omni penitus caret culpa, ac defectu veniali.

Circa Charitatem erga proximũ.

X. Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.

Circa Eleemoſynam.

XI. Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos.

XII. Vix in ſæcularibus invenies, etiam in Regibus, ſuperfluum ſtatui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemoſynam, quando tenetur tantum ex ſuperfluo ſtatui.

Circa V. Decalogi præceptũ.

XIII. Si cum debita moderatione facias, potes abſque peccato mortali de vita alicujus triſtari, & de illius morte naturali gaudere, illam in efficaci affectu petere, & deſiderare; non quidem ex diſplicentia perſonæ, ſed ob aliquod temporale emolumentum.

XIV. Licitum eſt abſoluto deſiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, ſed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura eſt pinguis hæreditas.

XV. Licitum eſt filio gaudere de parricidio Parentis à ſe in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate conſecutas.

Circa Fidem.

XVI. Fides non cenſetur cadere ſub præceptum ſpeciale, & ſecundùm ſe.

XVII. Satis eſt, actum Fidei ſemel in vita elicere.

XVIII. Si à poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei glorioſum, conſulo; tacere, ut peccaminoſum per ſe, non damno.

XIX. Voluntas non poteſt efficere, ut aſſenſus Fidei in ſeipſo ſit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad aſſenſum impellentium.

XX. Hinc poteſt quis prudenter repudiare aſſenſum, quem habebat ſupernaturalem.

XXI. Aſſenſus Fidei ſupernaturalis, & utilis ad ſalutem, ſtat cum notitia ſolùm probabili revelationis, imò cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit locutus Deus.

XXII. Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

XXIII. Fides latè dicta ex teſtimonio Creaturarum, ſimilive motivo, ad juſtificationem ſufficit.

Circa Iuramẽtum.

XXIV. Vocare Deum in teſtem mendacii levis, non eſt tanta irreverentia, propter quam velit, aut poſſit damnare hominem.

XXV. Cum cauſa licitum eſt jurare ſine animo jurandi, ſive res ſit levis, ſive gravis.

XXVI. Si quis vel ſolus, vel coram aliis, ſive interrogatus, ſive propria ſponte, ſive recreationis cauſa, ſive quocumque alio fine juret, ſe non feciſſe aliquid quod revera fecit, intelligendo intra ſe aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea, in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec eſt perjurus.

XXVII. Cauſa juſta utendi his amphibologiis eſt, quoties id neceſſarium, aut utile eſt ad ſalutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum, ita ut virtutis occultatio cenſeatur tunc expediens, & ſtudioſa.

XXVIII. Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magiſtratum, vel Officium publicum promotus eſt, poterit cum reſtrictione mentali præſtare juramentum, quod de mandato Regis à ſimilibus ſolet exigi, non habito reſpectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

Circa Sacramenta.

XXIX. Urgens metus gravis eſt cauſa juſta Sacramentorum adminiſtrationem ſimulandi.

Circa V. Decalogi præceptum.

XXX. Fas eſt viro honorato occidere invaſorem, qui nititur calumniam inferre, ſi aliter hæc ignominia vitari nequit: idem quoque dicendum, ſi quis impingat alapam, vel fuſte percutiat, & poſt impactam alapam, vel ictum fuſtis fugiat.

XXXI. Regulariter occidere poſſum furem pro conſervatione unius aurei.

XXXII. Non ſolùm licitum eſt defendere defenſione occiſiva, quæ actu poſſidemus, ſed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos poſſeſſuros ſperamus.

XXXIII. Licitum eſt tam hæredi, quàm legatario contra injuſtè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata ſolvantur, ſe taliter defendere, ſicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam, contra eorum poſſeſſionem injuſtè impedientem.

Circa abortum.

XXXIV. Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne Puella deprehenſa gravida occidatur, aut infametur.

XXXV. Videtur probabile omnem fœtum, quandiu in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primùm incipere eandem habere, cùm paritur: ac conſequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

Circa VII. De-

XXXVI. Permiſſum eſt furari non ſolùm

calogi præceptum.

lùm in extrema neceſſitate, ſed etiam in gravi.

XXXVII. *Famuli, & famulæ domeſtici, poſſunt occultè heris ſuis ſurripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.*

Circa reſtitutionem.

XXXVIII. *Non tenetur quis ſub pœna peccati mortalis reſtituere, quod ablatum eſt per pauca furta, quatumcunque ſit magna ſumma totalis.*

XXXIX. *Qui alium movet, aut induxit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad reſtitutionem iſtius damni illati.*

Circa uſuram.

XL. *Contractus Mohatra licitus eſt, etiam reſpectu ejuſdem Perſonæ, & cum contractu retrovenditionis prævio inito, cum intentione lucri.*

XLI. *Cùm numerata pecunia pretioſior ſit numeranda, & nullum ſit, qui non majoris faciat pecuniam præſentem, quàm futuram, poteſt creditor aliquid ultra ſortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab uſura excuſari.*

XLII. *Uſura non eſt, dum ultra ſortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, ſed ſolùm ſi exigatur, tanquam ex juſtitia debitum.*

Circa 8. Decalogi præceptum.

XLIII. *Quidni non niſi veniale ſit, detrahentis authoritatem magnam, ſibi noxiam, falſo crimine elidere?*

XLIV. *Probabile eſt, non peccare mortaliter, qui imponit falſum crimen alicui, ut ſuam juſtitiam, & honorem defendat. Et ſi hoc non ſit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.*

Circa ſimoniam. Pertinet ad 1. Decalogi præceptum.

XLV. *Dare temporale pro ſpirituali non eſt ſimonia, quando temporale non datur tanquam pretium, ſed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi ſpirituale, vel etiam quando temporale ſit ſolùm gratuita compenſatio pro ſpirituali, aut è contra.*

XLVI. *Et id quoque locum habet, etiamſi temporale ſit principale motivum dandi ſpirituale; immò etiamſi ſit finis ipſius rei ſpiritualis, ſic ut illud pluris æſtimetur, quàm res ſpiritualis.*

Circa Electiones, & promotiones dignorum. Pertinet ad 4. Decalogi præceptum.

XLVII. *Cùm dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, ad Eccleſias promovent, Concilium, vel primò videtur per hoc* dignio-res, *non aliud ſignificare velle, niſi dignitatem eligendorum, ſumpto comparativo pro poſitivo; vel ſecundò, locutione minùs propria ponit digniores, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò, quando ſit concurſus.*

Circa 6. Decalogi præceptum.

XLVIII. *Tam clarum videtur, fornicationem ſecundùm ſe nullam involvere malitiam, & ſolum eſſe malam, quia interdicta, ut contrarium omnino rationi diſſonum videatur.*

XLIX. *Mollities jure naturæ prohibita non eſt. Unde ſi Deus eam non interdixiſſet, ſæpè eſſet bona, & aliquando obligatoria ſub mortali.*

L. *Copula cum conjugata, conſentiente marito, non eſt adulterium; adeoque ſufficit in Confeſſione dicere, ſe eſſe fornicatum.*

Circa 6. Decalogi præceptum.

LI. *Famulus, qui ſubmiſſis humeris ſcienter adjuvat herum ſuum aſcendere per feneſtras ad ſtuprandum virginem, & multoties eidem ſubſervit deferendo ſcalam, aperiendo januam, aut quid ſimile cooperando, non peccat mortaliter, ſi id faciat metu notabilis detrimenti, putà ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis aſpiciatur, ne domo expellatur.*

Circa 1. Decalogi præceptum.

LII. *Præceptum ſervandi Feſta non obligat ſub mortali, ſepoſito ſcandalo, ſi abſit contemptus.*

Circa 1. Eccleſiæ præceptum.

LIII. *Satisfacit præcepto Eccleſiæ de audiendo Sacro, qui duas ejus partes, immò quatuor ſimul à diverſis Celebrantibus audit.*

Circa Horas Canonicas.

LIV. *Qui non poteſt recitare Matutinum, & Laudes, poteſt autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad ſe minorem.*

Circa 3. Eccleſiæ præceptum.

LV. *Præcepto Communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.*

Circa Communionem & Confeſſionem.

LVI. *Frequens Confeſſio, & Communio, etiam in his, qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis.*

LVII. *Probabile eſt, ſufficere Attritionem naturalem, modò honeſtam.*

LVIII. *Non tenemur Confeſſario interroganti fateri peccati alicujus conſuetudinem.*

LIX. *Licet Sacramentaliter abſolvere dimidiatè tantùm confeſſos, ratione magni concurſus Pœnitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicujus feſtivitatis, aut Indulgentiæ.*

LX. *Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, Naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio, dummodo ore proferat, ſe do-*

lere , & proponere emendationem.

LXI. *Poteſt aliquando abſolvi , qui in proxima occaſione peccandi verſatur, quam poteſt , & non vult omittere : quinimò directè , & ex propoſito quærit , aut ei ſe ingerit.*

LXII. *Proxima occaſio peccandi non eſt fugienda , quando cauſa aliqua utilis , aut honeſta non fugiendi occurrit.*

LXIII. *Licitum eſt quærere directè occaſionem proximam peccandi pro bono ſpirituali , vel temporali noſtro , vel proximi.*

LXIV. *Abſolutionis capax eſt homo quantumvis laboret ignorantia Myſteriorum Fidei, & etiamſi per negligentiam , etiam culpabilem neſciat Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini Noſtri Ieſu Chriſti.*

LXV. *Sufficit illa Myſteria ſemel credidiſſe.*

Quicumque autem , cujuſvis conditionis , ſtatus , & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim , vel diviſim defenderit , vel ediderit , vel de eis diſputativè,publicè,aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, niſi forſan impugnando , ipſo facto incidat in excommunicationem latæ ſententiæ , à qua non poſſit (præterquam in articulo mortis) ab alio , quacumque etiam dignitate fulgente, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice , abſolvi.

Inſuper diſtrictè in virtute ſanctæ obedientiæ , & ſub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chriſti fidelibus , cujuſcumque conditionis , dignitatis , & ſtatus , etiam ſpeciali , & ſpecialiſſima nota dignis, ne prædictas opiniones , aut aliquam ipſarum ad praxim deducant.

Tandem , ut ab injurioſis contentionibus Doctores , ſeu Scholaſtici, aut alii quicumque in poſterum ſe abſtineant , & ut paci , & charitati conſulatur : idem Sanctiſſimus , in virtute Sanctæ obedientiæ eis præcipit , ut tam in libris imprimendis , ac manuſcriptis , quàm in Theſibus, Diſputationibus , ac Prædicationibus caveant ab omni cenſura , & nota, necnon à quibuſcumque convitiis contra eas Propoſitiones , quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à Sancta Sede recognitæ , ſuper iiſdem Propoſitionibus judicium proferatur.

Franciſcus Riccardus S. Romanæ , & Univerſalis Inquiſitionis Notarius.

Loco † Sigilli.

Anno à Nativitate D.N.Jeſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo nono , Indictione ſecunda , die verò 4. menſis Martii , Pontificatus autem Sanctiſſ. in Chriſto Patris , & D.N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XI. anno tertio , ſupradictum Decretum affixum , & publicatum fuit ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum , Cancellariæ Apoſtolicæ , & in acie Campi Floræ , ac in aliis locis ſolitis , & conſuetis Urbis , per me Franciſcum Perinum , ejuſdem Sanctiſſ. D. N. Papæ , & Sanctiſſimæ Inquiſitionis Curſorem.

Romæ , Typis Rev. Cam. Apoſt. 1679.

Circa tertiam propoſitionem in hoc Decreto damnatam , libet reddere clauſulam epiſtolæ ſimul cum eo miſſæ è Curia Romana die 8. Julii 1679. à R. P. Magiſt. Alphonſo de Mier , Abbate S. Gregorii Tranſtyberim,Congregationis Rituum Conſultore , Qualificatore S. Congregationis Univerſalis Inquiſitionis Romanæ , & Ordinis S. Benedicti Procuratore Generali , R. admodum P. Magiſtro Joſepho Ruiz , S. Inquiſitionis etiam Qualificatori , Abbati hujus Regii Cœnobii Hyrachenſis, & ejus Almæ Univerſitatis Rectori, & Cancellario, quæ hujus tenoris eſt. Advierto à V. P. que la tercera no prohibe la opinion propriè , & verè probabilem , etiam in conſpectu probabilioris , ſive ſecurioris , aut ſecuræ; ſolo la prohibe in ſenſu, quo prohibetur prima propoſitio : Y aſſi eſta tercera prohibicion es explicacion de la primera, y ſe prohibiò por la univerſalidad de la palabra, *ſemper prudenter* : y tambien por obſcura , è implicatoria , pugnat ſecum , en las palabras , quamtumvis tenui , con las ſiguientes , modo à probabilitatis finibus non exeatur. La probabilidad tenuiſſima difficilmente cohæret cum probabilitate propriè , & verè tali. Hactenus dicta epiſtolæ clauſula, fideliter ex ea extracta.

Decretvm VIII.

Decretum.

566. DElatæ ſæpius fuere ad Sacram Congregationem Indulgentiis, ſacriſque Reliquiis præpoſitam, Indulgentiæ quædam confictæ, & omnino falſæ, quæ per diverſas Orbis Chriſtiani partes circunferuntur; aliæ verò examinandæ, quæ adhibito ſtudio inventæ ſunt vel apocryphæ, vel à Romanis Pontificibus revocatæ, vel nullæ, quòd datum eis tempus præteriſſet: quarum quidem plurimæ cum non facilem cognitionem habeant, Chriſti Fideles harum rerum minus peritos fallunt, qui ſpe indulgentiæ, remiſſioniſque peccatorum ſuorum conſequendæ fruſtrantur. Quamobrem eadem Sac. Congregatio vehementer cupiens huic malo magis in dies ſerpenti occurrere, animarum profectui, & indulgentiarum dignitati conſulere, plures illarum ſingulari diligentia colligi, & in Indicem referri curavit.

Tales in primis ſunt illæ, uti aſſerunt, conceſſæ à Joanne II. & Sixto IV. recitantibus Orationem charitatis Jeſu Chriſti Domini Noſtri: *Precor te piiſſime Domine, &c.* Ab Urbano II. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, quæ vulgò dici ſolet *Campagnole*, & S. Victoriæ ab Eugenio III. revelationi de plaga in humero Jeſu Chriſti, factæ S. Bernardo; ab Inocentio III. Archiconfraternitati, & Ordini Redemptionis; à Bonifacio IX. viſitantibus Capellam S. Nicolai de Tolentino, in ejus die feſto; à Joanne XXII. oſculantibus menſuram plantæ pedis Beatæ Virginis Mariæ, ab Alexandro VI. Imagini B. Mariæ; vulgò dictæ *Laghetti*; à Leone X. geſtantibus funiculum S. Franciſci, primùm in Urbe impreſſæ, deinde Mediolani anno 1665. (ſuas tamen habent, & veras Confratres Archiconfraternitatis Cordigerorum S. Franciſci) recitantibus Salutationem Angelicam ad pulſum horologii, & Imagini Conceptionis Mariæ Virginis immaculatæ in circulo depictæ, cujus pedibus Luna ſubjecta eſt; à Pio IV. vel Pio V. Principi Senarum; à Clemente VIII. dicentibus Orationem *O magnum myſterium, &c.* & Eccleſiæ S. Mariæ, quam vocant *Montis Serrati*, Aveniohe impreſſæ: tum aliæ pro animabus Chriſti Fidelium defunctorum, impreſſæ Matriti 10. Julii 1606. à Paulo V. cantantibus Hymnum, *Te Matrem Dei laudamus, te Mariam Virginem confitemur, &c.* vel ſi Sabbatho intererint, dum idem canitur, & Coronis, Roſariis, Imaginibus, & Numiſmatibus; quæ Medallias appellant, ab eo benedictis, Federico Cardinali Borromæo ſupplicante, anno 1611. dum Eccleſia Romæ in honorem S. Caroli ædificaretur; & ab eodem Paulo, & Greg. XV. dicentibus. *Sia lodato il Santiſſimo Sacramento: Laus Sanctiſſimo Sacramento*; ab Urbano VIII. in honorem ejuſdem Sacramenti, precibus Cardinalis Magalotti, & Sacerdotibus, celebrata Miſſa, dicentibus, *Ave Filia Dei Patris, Ave Mater Dei Filii, &c.* à Clemente X. recitantibus mane, meridie, & veſpere conſuetam Antiphonam *Angelus Domini, &c.* & in fine, *Deo gratias, & Mariæ.* Ac demùm aliæ à nonnullis Romanis Pontificibus tributæ, ut aiunt, Coronis Myſteriorum Paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, precè magni Ducis Etruriæ.

Talis indulgentia Sodalitatis S. Nicolai, quâ repetita quinquies Oratione Dominica, & Salutatione Angelica, unam liberari Animam quolibet die à Purgatorii pœnis affirmant. Tales aliæ Peruſii Confraternitatis Sanctorum Sebaſtiani, & Rochi, & Romanæ Societatis S. Bernardi ad Columnam Trajani. Tales demùm aliæ Cruceſignatorum Sancti Euſtorgii Mediolani, Arimini, & Bononiæ.

Ejus generis ſunt & illæ conceſſæ, ut aiunt, Capellæ Roſarii in Eccleſia S. Antonii de Rovigo, ſeu Rodigii, vel Eccleſiæ Sanctiſſimæ Trinitatis Bergomi, aut S. Petri Montis Todoni, die feſto Inventionis Sanctiſſ. Crucis, vel geſtantibus funiculum S. Franciſci de Paula, vel celebrantibus Miſſas S. Auguſtini, aut alias quinque in honorem quinque feſtivitatum B. V. vel recitantibus Officium S. Franciſcæ Romanæ, aut Antiphonam, *O Paſſio magna, &c.* in memoriam Paſſionis Jeſu, aut Roſarium S. Annæ (quod Congregatio Sacrorum Rituum non probat) aut Orationem

quæ

quæ impreſſa cum Imagine S. Annæ circumferri ſolet, *Ave gratia plena, &c.* (quæ Oratio prohibetur;) aut Officium Conceptionis B. V. Immaculatæ, quod aſſerunt à Paulo V. probatum fuiſſe; aut Orationem, *Deus qui nobis in S. Syndone, &c.* (excipitur Indulgentia centum dierum anno 1671. conceſſa precibus Duciſſæ Sabaudiæ, ad annos 25. cunctis in illius ditione degentibus) aut aliam, *Ave filia Dei, &c.* poſt communionem recitandam; vel aliquo conſpicuo ſigno venerantibus Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti nomen: Indulgentiæ rurſus octoginta millium annorum veteri de Tabula exſcriptæ, quam in Baſilica Lateranenſi aſſervari affirmant, pro dicentibus Orationem illam verè piam: *Deus, qui pro redemptione Mundi, &c.* tum quæ impreſſæ fuerunt Papiæ anno 1670. ſub hoc titulo, *Sommario dell' Indulgenze conceſſe dalla Santita di Noſtro Sig. Papa Leone X. alle Imagine della Concezzione della Glorioſa Virgine Maria:* vel Piſauri ſub nomine B. Joannæ anno 1608. evulgatæ; vel Barletiæ, ſeu Baruli, à recitantibus quaſdam non ſanè malas Orationes lucrandæ; vel Parmæ à viſitantibus per Quadrageſimæ dies Eccleſias Tertii Ordinis S. Franciſci; vel Piſtorii, & Vaſtallæ, à recitantibus Orationem *Ave Sanctiſſima Mariæ, Mater Dei, Regina Cœli, &c.* & aliæ in peculiari impreſſo libro deſcriptæ, quibus frui dicunt Devotos Seraphicos, & Benefactores.

His annumerandæ ſunt, quæ Crucibus Caravacenſibus tributæ dicuntur, vel Coronæ, ſive Stellario Conceptionis Virginis immaculatæ, quod ex duodecim globulis precariis conſtat; vel Granis, Crucibus, & Coronis Aloyſiæ ab Aſcenſione Hiſpanæ, Monialis Ordinis S. Claræ; vel menſuræ altitudinis Jeſu Chriſti Domini Noſtri; vel Imagini, aut menſuræ vulneris lateri ejus inflicti; vel Orationi, ut aiunt, in Sepulchro Domini Noſtri repertæ; & indulgentiæ, ut aiunt, innixæ revelationi factæ Sanctis Birgittæ, Mechtildi, & Elizabeth, vel B. Joannæ de Cruce; & conceſſæ, ut aſſerunt, Granis, quæ aliquod ex tribus granis tetigerint ſtantibus penes Romanum Pontificem, Hiſpaniarum Regem, & Miniſtrum Generalem Fratrum Minorum Obſervantiæ S. Franciſci.

Omnes verò, & ſingulas jamdictas Indulgentias Sacra Congregatio partim eſſe confictas, & planè falſas declarat, partim apocryphas, vel ex alio capite nullas, quæ nemini ſuffragari poſſunt; eaſque in futurum ullo in loco, ut veras publicari, & lucrandas Chriſti Fidelibus proponi vetat. Foliaque, & libros, ubi ſic proponuntur, ſeu aſſeruntur, omnino præcipit aboleri, niſi prædictæ Indulgentiæ fuerint diligenter expunctæ; nec ideo tamen vult alias, quas hoc Decretum non continet, pro veris, & legitimis, taciteque probatis haberi. Prohibitio.

Ac demùm omnes Indulgentias conceſſas ante Decretum Clementis Octavi, latum die 9. Januarii 1597. Coronis, Roſariis, Granis, ſeu calculis, Crucibus, & Imaginibus Sacris; vel ante Breve Pauli V. quod incipit *Romanus Pontifex, &c.* editum 23. Maii, anno 1606. perſonis Regularibus quarumcunque Religionum, & Ordinum, etiam Mendicantium; vel ante Conſtitutionem 115. Clementis VIII. cujus initium, *Quæcumque, &c.* & 68. Pauli V. incipientem, *Quæ ſalubriter, &c.* habitas per aggregationem vel aliam communicationem ab Archiconfraternitate ulla, Ordine, Congregatione, Societate, etiam Jeſu, Capitulo, vel Cœtu quocumque, vel ab eorum Officialibus, Superioribus, aliiſque perſonis, vel perſona, etiamſi earum, vel ejus mentio ſpecialis, & individua facienda eſſet, niſi fuerint deinde Romani Pontificis authoritate innovatæ, aut confirmatæ, nullius eſſe roboris, & momenti pariter declarat.

Porrò Summaria Indulgentiarum pro Congregationibus Doctrinæ Chriſtianæ, Confraternitatibus Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, Nominis Dei, Roſarii, B. Mariæ de Mercede, & Redemptionis Captivorum, B. Mariæ de Monte Carmelo, Cinctuæ S. Auguſtini, & S. Monicæ, niſi ab eadem Congregatione recognita non permittuntur.

Indul-

Indulgentias verò Stationum Urbis, quæ à Romanis Pontificibus ſingulari quodam beneficio, vel communicatæ ſunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, Ordinibus, aut perſonis, diebus tantùm Stationum in Miſſali Romano deſcriptis, ſuffragari poſſe declarat: Semel autem dumtaxat in die, plenariam Indulgentiam in certos dies Eccleſiam viſitantibus conceſſam, vel aliud pium opus peragentibus lucrifieri.

De quibus relatione facta per Secretarium ad Sanctiſſimum, cuncta Sanctitas ſua probavit, & inviolatè ſervari iuſſit. Datum Romæ, die 7. Martii 1678.

Aloyſius Cardinalis Homodeus.

Loco † Sigilli.

Michael Angelus Riccius Secretarius.

Die 12. menſis Martii 1678. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Rochum de Stephanis, Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Curſorem.

Laurentius Segnus, Magiſter Curſorum.

Romæ, Typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ 1678.

Decretvm. IX.

Pro declaratione præcedentis, quoad Indulgentias Eccleſiæ S. Mariæ Montis Serrati.

Lettere del Tribunal della S. Crciata, dirette à tutti l'Officiali Spirituali, & temporali, Maggiori, & Minori di queſto Regno.

DOn Jacobus, &c.

567. Nos Pater Franciſcus Martinelli Congregationis Oratorii, Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Domini D. Jacobi Palafox, & Cardona, Archiepiſcopi Panormitani, ac Commiſſarii Generalis Subdelegati SS. Cruciatæ pro ſua Catholica Majeſtate in hoc Siciliæ Regno, & Inſulis coadjacentibus, in Spiritualibus, & temporalibus Gubernator, Vicarius, & Viſitator Generalis, & Procommiſſarius Generalis ejuſdem Tribunalis, &c. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. ac Venerabilib. Archiepiſcopis, eorumque Reverendis Vicariis foraneis, & Archipreſbyteris, aliiſque Officialibus ſpiritualibus, & temporalibus Civitatum, & terrarum hujus Siciliæ Regni, quocumque Officio, titulo, authoritate, vel dignitate fungentibus, majoribus, & minoribus, præſentibus, & futuris: necnon Admodum Reverendis Commiſſariis Subdelegatis noſtris, dictique Tribunalis Sanctiſſimæ Cruciatæ omnium repartimentorum Regni prædicti, cui, vel quibus ipſorum præſentes, vel conſimiles impreſſæ præſentatæ fuerint, fidelibus Reg. dil. ſalutem in Domino ſempiternam. Percheal Reverendo Padre Fr. Ambrogio Perez, Procuratore Generale del Monaſterio è ſanta Caſa de Santa Maria di Monſerrato di Catalogna e ſtato preſentato in queſto Tribunale di Santa Cruciata un Decreto della Sacra Congregatione delle Indulgenze, dato in Roma à 5. Luglio proſſimo paſſato 1678. executoriato in Regno nella Citta di Meſſina à primo del preſente meſe de Ottobre, etiam 1678. reconoſciuto in queſto predetto Tribunale di Santa Cruciata à 10. dello ſteſſo. Per lo quale ſi dechiara da eſſa Sacra Congregatione non eſſere revocate l'Indulgenze conceſſe alla detta Santa Chieſa di Santa Maria di Monſerrato dalli Sommi Pontefici, ſe non quelle aſſerite eſſere ſtate conceſſe dalla Santita di Clemente VIII. impreſſe in Avignone: ſi come meglio ſi contiene per detto Decreto, del tenor che ſiegue, videlicet: *Decretum. Inter multiplices Indulgentias, quæ anno 1635. Romæ nominatim falſæ declaratæ fuerunt, erant nonnullæ Avenione impreſſæ, quas Clementem VIII. conceſſiſſe aſſerebant Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Montis Serrati: eas verò cum in Decreto lato die 7. Martii 1678. Sacra Congregatio in numero falſarum repoſuerit, quidam eſſe nunc primùm improbatas dicunt, & addunt, etiam cæteras eidem Eccleſiæ ab aliis Romanis Pontificibus conceſſas, eo Decreto revocari, ut Procurator Generalis Congregationis Monachorum Hiſpanorum Ordinis Sancti Benedicti, Sacræ Congregationi expoſuit, quæ propterea ſupplicationibus Oratoris* Decreetum.

inclinata declarat (quanquam res nullam dubitationem habet) novum non eſſe , prædictas Indulgentias , Avenione impreſſas , pro falſis haberi , & Decreto ſuo falſas tantummodò declaraſſe Indulgentias , quæ à Clemente VIII. conceſſa aſſerebantur Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Montis Serrati Avenione impreſſas , non alias à Romanis Pontificibus eidem Eccleſiæ conceſſas Indulgentias , peccatorum remiſſiones , & Spirituales gratias. Romæ die 5. Iulii 1678. A. Cardinalis Homodeus. Michaël Angelus Riccius Secretarius. E come meglio per detto Decreto ſi contiene , riſtampato in queſta predetta Citta di Palermo , al quale ſi habia relatione ; e venendone fatta inſtanza dal predetto Reverendo Padre Fr. Ambrogio Perez, Procuratore Generale predetto , che ordinaſſimo ſi publicaſſe,& affigeſſe il conſimile del predetto Decreto , riſtampato come ſopra,in tutte le Citta, e Terre del Regno,per venire in cognitione di tutti li fedeli,che le predette Indulgenze conceſſe dalli Sommi Pontifici alla detta Santa Chieſa di Monſerrato , non ſono ſtate revocate, ſe non quelle aſſerite eſſere ſtate conceſſe dalla Santita di Clemente Ottavo, impreſſe in Avignone ; quali non ſono ſtate , ne ſono calendate , ne impreſſe nelli Sommarii delle Indulgenze,e gratie conceſſe da diverſi Sommi Pontifici alla predetta Chieſa,che ognanno ſi predicano , & diſpenſano alli fedeli en queſto Regno dalli Reverendi Padri Predicatori eletti dalli Procuratori di detta Santa Caſa è Chieſa di Monſerrato , di licenza noſtra , à lettere annuali di queſto predetto Tribunale di Santa Cruciata , con le conditioni in dette noſtre lettere eſpreſſate, quali ſi guadagnano da quelle perſone che hanno preſo la Bolla della S. Cruciata, che percio per l'authorita Apoſtolica , e Regia,che tenemo,in virtu delle preſenti , o delle conſimili di queſte, che ſtampate ſaranno preſentate da parte di detto Rev. Procuratore Generale di detta S. Chieſa di S. Maria di Monſerrato , ordiniamo , e comandiamo , che ſi poſſi publicare , & affiggere , è che ſi publichi , & affiggail conſimile di detto preinſerto Decreto di detta Sacra Congregatione nelli luoghi publici di ogni Citta , e Terra di queſto Regno predetto , accio venghi in cognitione di tutti li fedeli , di non eſſere ſtate revocate le predette Indulgenze conceſſe dalli Sommi Pontifici alla predetta Chieſa di Monſerrato, conforme alla diſpoſitione de detto preinſerto Decreto. E coſſi exequirete , è farete exequire , è non altrimente , per quanto la gratia Apoſtolica , e Regia vi e cara , e ſotto pena di ſcudi mille d'applicarſi in ſuſſidio di detta S. Cruciata. Dat. Panormi, die 15. Octobr. 2. Ind. 1678.

P. Franciſcus Martinelli, Congregat. Oratorii V. G. & pro Com. G.

Loco † Sigilli.

Vidit D. Antoninus Rayola.

Vidit D. Agatinus Guiglia F.P.

Don Petrus Vincentius Maſſa Mag. Notarius

Regiſt. Venetiano Archiv.

Litteræ pro publicatione , & affixione Decreti Sacræ Congregationis Indulgentiarum , in favorem Reverendi Procuratoris Sanctæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Montis Serrati , pro Indulgentiis prædictæ Eccleſiæ conceſſis à Summis Pontificibus ,&c.

Hieronymus de Trace, quondam Petri.

Sumario , y Recopilacion de las gracias , e Indulgencias concedidas por diferentes Sumos Pontifices , à la Caſa , y Santuario de Nueſtra Señora de Monſerrat , del Principado de Cataluña , y à los Cofrades de ſu Cofradia.

Teniendo la Bula de la Santa Cruzada , de la publicacion , y predicacion de cada año.

Primeramente nueſtro Sanctiſſimo Padre Urbano Octavo concede al Reverendo Padre el Abad del Convento de N. Señora de Monſerrat, y à ſus Procuradores , licencia para recibir à qualquier fiel Chriſtiano de uno, y otro ſexo , de qualquier parte del mundo , y admitirle , y aſentarle en la Cofradia de N. Señora de Monſerrat, como conſta de ſu Bula , dada en Roma en quince de Octubre del año del Senor de mil y ſeiſcientos y veinte y tres, primero de ſu Pontificado. *Conceſion de Urbano 8.*

Iten Gregorio XIII. concede à los Cofrades de la miſma Cofradia, que viſitando uno , dos , ò mas Altares , à ſu voluntad , en tiempo de la Quareſma, *Conceſiones de Gregorio XIII.*

reſma, ò en otro tiempo del año, y rezando alli ſiete Padre nueſtro, y ſiete Ave Maria, ganen todas las Indulcencias de las Igleſias de dentro, y extra muros de Roma. El miſmo tambien confirmo los privilegios concedidos por los demas ſus predeceſſores al dicho Convento, y à las imunidades de la Cofradia.

Iten, el miſmo concedio Indulgencia plenaria, y remiſſion de todos los pecados, à los que eſtando con verdadero dolor, y arrepentimiento de ſus pecados, y confeſſados, viſitaren la Igleſia, ò Capillas ſugetas al dicho Convento.

Iten, que el Confeſſor de los Cofrades, in articulo mortis, y una vez en la vida, les pueda conceder Indulgencia plenaria, y remiſſion de todos los pecados. Y finalmente, que los que hizieren celebrar una ò mas Miſſas por las animas de ſus difuntos, ganen las Indulgencias de la Hermita de San Gregorio, por modo de Sufragio. Dadas en Roma, en 12. de Junio del año del Señor, de mil y quinientos y ſeſenta y ſiete, ſexto de ſu Pontificado.

Conceſiones de Leon X.

Iten, Leon Decimo concede à los dichos Cofrades, que viſitaren uno, ò mas Altares de qualquier Igleſia, todas las Indulgentias de las ſiete Igleſias principales de Roma, y de las demas Igleſias della en todo el tiempo del año.

Iten, concede à los dichos Cofrades difuntos, que participen de todos los Sacrificios, Oraciones, Miſſas, Divinos Officios, obras pias, y demas bienes eſpirituales de toda la Igleſia Militante.

Iten, concede al Riverendo Abad del dicho Convento, y à ſus Procuradores, que puedan diſtribuir velàs, impreſſa la Imagen de N. Señora de Monſerrat, para mayor devocion. Y concede, que à los Adminiſtradores muchas vezes en el año, y ſiempre que convinieſſe, puedan pedir limoſnas, y recibir las limoſnas, y dones del pueblo, y confirmar todas las Indulgencias concedidas à la Cofradia del dicho Convento.

Iten, concede, que à los dichos Cofrades, qualquier Confeſſor aprobado por el Ordinario les pueda commutar qualquier voto, excepto los votos de Ieruſalem, de Roma, de Santiago, de Religion, y Caſtidad.

Iten, que los que dieron la dicha limoſna, participen por modo de ſufragio de todos los Officios, y obras pias del dicho Convento de Monſerrat, y de ſu Orden. Dadas en Roma, en forma de Breve à ſeis dias del mes de Febrero del año del Señor, de mil y quinientos y diez y ſiete.

Conceſion de Nicolao V.

Iten, Nicolao Quinto concede à los dichos Cofrades, que ayunando los Viernes de todo el año, ganen Indulgencia plenaria para la hora de ſu muerte: y ſi no pudieren ayunar, ſe pueda commutar el ayuno por el Confeſſor en otras obras de piedad. De las letras de eſtas Indulgencias ay una copia, que paſſo ante Joan Ferrer, Notario publico de Barcelona, en diez y ocho de Março del año de mil y quinientos, de las en Roma, en diez y ſeis de Noviembre del año del Señor de mil y quatrocientos y cinquenta y tres, ſeptimo de ſu Pontificado.

Conceſion de Clemente III.

Iten, Clemente Tercero concedio à los que dieren limoſna al dicho convento, ciento y quarenta dias de Indulgencia todos los dias de cada año.

Conceſione de Clemente VII. y Bonifacio IX.

Iten, Clemente Septimo, y Bonifacio Nono hazen à los dichos Cofrades participes de las Eſtaciones, Dedicaciones, y Baſilicas de Roma, y de las peregrinaciones de Ieruſalem por cada limoſna, que hizieren al dicho Convento. Y quieren que la dicha participacion pueda aprovechar aſſi à los Vivos, como por modo de ſufragio a los difuntos.

Conceſion de Paulo V.

Iten, conçede Paulo Quinto à los dichos Cofrades, que con la boca, ò con el coraçon invocaren el Dulciſſimo Nombre de Jeſus en el articulo de la muerte, Indulgencia plenaria.

Conceſion de Paulo III.

Iten, concede Paulo Tercero, que con celebrarſe tres Miſſas en el Altar Mayor del Convento de N. Señora de Monſerrat, con licencia del Abad, ò en ſu auſencia, del Preſidente del Monaſterio por el alma de qualquier difunto, la dicha alma conſiga la miſma indulgencia, que ſe gana celebrandoſe en el Altar de San Gregorio de Roma. Todo eſto conſta del libro de la Reformacion del dicho Convẽto, que eſta guardado en ſu Archivo, à folio onze, buelta, y de Bulas originales, que eſtan guardadas en el miſmo Archivo.

Concesion de Leon X. Iten, Leon Decimo confirmo todos los privilegios concedidos al dicho Convento y Cofradia, ſalvos los derechos del Parroco, y la Communion de la Paſqua; pero en los demas, puedan recibir los Sacramentos de qualquier aprobado: y que en tiempo de entredicho puedan celebrar, ò hazer celebrar en Altar portatil, aun al amanacer, eſtando preſente la familia, en lugar decente. Concede à los difuntos participacion de todas las buenas obras de toda la Religion, y que viſitando tres Altares, ò dos, ò uno, rezando tres Padre nueſtro, y tres Ave Maria, valgan como ſi viſitaſſen todas las Eſtaciones de Roma.

Iten, concede authoridad para poder ſoltar los juramentos, y que quantas vezes los Cofrades dieren limoſna, ganan diez años de Indulgencia, y otras tantas quarentenas, y otras muchas para los Comiſſarios de la Cruzada, cometiendo al Abad de Poblet el apremiar à los contradictores.

Conceſion de Alexandro VI. Iten, Alexandro Sexto, Sumo Pontifice, reduxo la taſſa de Cofradia à la ſexta parte de un ducado, y que los Cofrades, aunque no viſiten el dicho Convento, pagando la dicha taſſa, gozen de todos los privilegios de la miſma ſuerte que ſi los viſitaſſen; y que los Cofrades en tiempo de entredicho ordinario, puedan oyr los Divinos Officios, y recibir los Sacramentos de la Igleſia. Dadas en Roma, en forma de Breve, en nueve de Julio del año de mil y quatrocientos y noventa y cinco, tercero de ſu Pontificado.

Conceſion de Gregorio XV. Iten, Gregorio Dezimo-Quinto, confirmo todos los privilegios del dicho Convento, y las Indulgencias de los Cofrades, en diez y ocho de Mayo del año del Señor de mil ſeiſcientos y veinte y uno.

Conceſion de Vrbano VIII. Iten, nueſtro Santiſſimo Padre Urbano Octavo concedio licencia que puedan predicarſe nueſtras Indulgencias, y que los Procuradores del dicho Convento puedan pedir limoſna en los Reynos de Eſpaña. Dadas en Roma, ut ſupra.

De Alexandro VII. Nueſtro muy Santo Padre Alexandro Septimo, por ſu Breve dado en Roma, en 14. de Septiembre del año paſſado de 1655. tuvo por bien de confirmar, y approbar las gracias, è Indulgencias concedidas por ſus anteceſſores en favor de los Cofrades de la Cofradia de N. S. de Monſerrat, y ſu Caſa.

Conceſion de Clemente X. Nueſtro muy Santo Padre Clemente Dezimo, por ſu Breve particular, expedido en 24. de Abril de 1675. ſe ſirvio de declarar, no eſtar comprehendidas las gracias, è Indulgencias concedidas à la Cofradia de N. S. de Monſerrat de Cataluña, por los Sumos Pontifices ſus anteceſſores, en la ſuſpenſion general de Indulgencias del año Santo, alçando dicha ſuſpenſion, como ſi no eſtuvieſſe pueſta, para que los Cofrades, y Cofradas de dicha Cofradia de N. S. de Monſerrat, puedan ganar dichas gracias, è Indulgencias.

Por Decreto proveido por la Sacra Congregacion de Ritos, en 5. de Julio del año paſſado de mil ſeiſcientos y ſetenta y ocho, eſta declarado, ſer todas las gracias aqui contenidas legitimas, y no de las que dicha Sacra Congregacion tiene dadas por falſas, por el Decreto, que para ello expedio en 7. de Março del miſmo año. En cuya conformidad ſe ha dada licencia por el Conſejo de la Cruzada, para que no ſe impida à dicho Santuario de Monſerrat la publicacion de dichas Indulgencias, por ſer ciertas, y verdaderas.

Immò potiùs S. Congregatio Generalis Inquiſitionis, ut videre eſt ſuprà, n. 567.

Segun mas por menor dicho, y declarado en el deſpacho del Illuſtriſſimo Señor Comiſſario General, y Conſejo de Cruzada, que ſe ha dado à la Caſa de N. S. de Monſerrat, oy dia de la fecha para que no ſe impida la publicacion de las Indulgencias contenidas en el Sumario, que en el va inſerto, à que me remito. Y para que de ello conſte, de orden del Conſejo el oy el preſente. En Madrid, à diez y ocho de Enero de mil y ſeiſcientos y ſetenta y nueve años.

Aguſtin R de la Cala.

SECTIO

SECTIO III.

Referuntur Caſus Epiſcopis à Jure Communi reſervati, à quibus Parochi, aut alii Confeſſarii abſolvere non poſſunt.

569. CAſuum reſervatorum notitia neceſſaria valdè eſt omnibus, qui tam ex Officio, ut Parochi, quàm ex commiſſione Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrant, ut alii ſunt Confeſſarii, qui ſuppoſita Ordinarii approbatione, & ejuſdem, aut alterius authoritate, Confeſſiones excipiunt. Hujuſmodi autem Caſus in triplici ſunt differentia. Alii enim ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervati tam in Jure, quàm in Conſtitutionibus extra illud vagantibus: priorum catalogus paſſim apud Theologos Morales in Summis traditur: Joannes à S. Thoma illum reddit *en la Explicacion de la Doctrina Chriſtiana*. Eligius Baſſæus *verbo Excommunicatio VII. & de Caſibus Bullæ Cœnæ, verbo Excommunicatio VI.* De utriſque Sylveſter *verbo Excommunicatio 7. & verbo Caſus.* Graffis *Deciſionum Aurear. part. 1. lib. 4. c. 18. & 19.* & alii. Poſteriorum verò numerus præſcribi non poteſt, cum Conſtitutiones extra jus commune vagantes, innumerabiles ipſæ ſint. Alii autem ſunt Caſus Epiſcopis à jure communi reſervati, & alii denique eiſdem Epiſcopis jure ſpeciali, & proprio ipſorum reſervati, quorum certè notitia certa ab Authoribus tradi non poteſt, ſed in ſingulis Diœceſibus ab earum Curiis accipienda eſt, & perquiri debet. Quare pro meo argumento ſufficiat recenſere Caſus de jure communi Epiſcopis reſervatos: quod explebo munus reddendo Conſtitutionem Synodalem Pampilonenſem de anno 1590. *lib. 5. tit. de Pœnitentiis, & Remiſſionibus, c. 1.* quæ ſub tenore ſequenti edita eſt. Videlicet:

Porque de Derecho ay muchos Caſos reſervados al Obiſpo, de que los Curas no puedan abolver: Nos parecio ponerlos aqui, para que los ſepan, y Nos remittan la abſolucion dellos.

570. I. El heretico, que tiene alguna opinion heretica, ò ſiente mal de la Fée, quanto al pecado tan ſolamente.

II. Iten el Sortilego, ò Encantador, ò Nigromantico, ò que haze Circo, y invoca los Demonios para hazer parezer los hurtos, y coſas perdidas.

III. Iten el que uſa mal de la Criſma, ò del Sacramento de la Euchariſtia, ò de otra coſa ſagrada, para hazer algun mal.

IV. Iten el que entierra en Igleſia ò Cementerio al que ſabe que eſta deſcomulgado, ò entredicho, ò manifieſto uſurario.

V. Iten el que eſtando excomulgado celebra, quanto à la abſolucion del pecado.

VI. Iten el que celebra, ò haze otros Officios Divinos en preſencia de alguno, que eſta declarado por excomulgado, quanto al pecado.

VII. Iten el excomulgado por Juez, que no quiſo ſalir de la Igleſia haziendoſe los Officios Divinos.

VIII. Iten el que à ſabiendas celebro en la Igleſia, que eſta entredicha, quanto al pecado tan ſolamente.

IX. Iten el que celebra, y dize Miſſa, no eſtando ayuno.

X. Iten el que celebra en Altar no conſagrado, o ſin veſtimentas benditas.

XI. Iten el que baptizare à ſu proprio hijo, ò hija, ſin neceſſidad; ò lo tuviere al baptizar, ò al confirmar, ſiendo ſu Padrino.

XII. Iten el que reciviere Ordenes de Obiſpo ageno, ſin licencia de ſu proprio Obiſpo, quanto al pecado.

XIII. Iten el que ſe ordenare per ſaltum, dejando alguna Orden en medio.

XIV. Iten el que quebrantare, ò violare la libertad y imunidad Eccleſiaſtica.

XV. Iten el que cometiere ſimonia en qualquiera manera, quanto à la abſolucion del pecado: porque la diſpenſacion, ò habilitacion compete al Papa.

XVI. Iten el que eſtuviere excomulgado por el Obiſpo, ò ſus Officiales.

XVII. Iten el que ha falſcado algunos inſtrumentos, ò teſtimonios.

XVIII. Iten el que hirio à ſu Padre,

dre, ò Madre, ò Abueles, ò puſo manos violentas en ellos.

XIX. Iten el que cometio homicidio voluntario, ò ſo aconſejare, ò ayudare para ello, quanto al pecado.

XX. Iten el que matare, ò ahogare alguna criatura por acoſtarla conſigo, o de otra manera, por negligencia, ò no advirtiendo, ni la queriendo matar.

XXI. Iten quien procurare, ò hiziere, que alguna muger malpara, ò procure eſtirilidad paraſi, ò en otra perſona.

XXII. Iten el que anda buſcando como matar à ſu muger, ò à ſu marido, por haver otro, ò otra.

XXIII. Iten el que cometiere inceſto, teniendo copula carnal con alguna parienta, o afin dentro del quarto grado.

XXIV. Iten el que tuviere copula con Monja, ò con Religioſa, ò con Religioſo Monge.

XXV. Iten el que cometiere pecado contra natura, mayormente con animal.

XXVI. Iten el que corrompiere alguna donzella por fuerza.

XXVII. Iten quien tuviere copula con alguna Mora, ò Judia, ò Moro, ò Judio.

XXVIII. Iten el que tuviere copula con la que batizo, ò oyo de penitencia.

XXIX. Iten el incendiario antes que ſe denuncie, y publique por tal: porque deſpues de publicado, y declarado, es reſervado al Papa.

XXX. Iten el que hurta alguna coſa ſagrada, ò de la Igleſia.

XXXI. Iten los que uſurpan los bienes, y diezmos de las Igleſias, y perſonas Ecleſiaſticas.

XXXII. Iten advertimos à los Curas, que los Obiſpos pueden diſpenſar en todas las Irregularidades, y Suſpenſiones que procedieren de delicto occulto, ſalvo la que ſe huviere cauſada por homicidio voluntario, y las que ſe huvieren deducidas en juicio. Y tambien pueden abſolver de qualeſquier Caſos reſervados à la Sede Apoſtolica, como ſean occultos, en el foro de la conſciencia tan ſolamente, conforme à como les eſta cometido por el ſanto Concilio de Trento.

Hucuſque Conſtitutio Synodalis Pampilonenſis. Circa quam, & in ea contenta, nonnulla conſultò, & libentiſſimè adverto. *Primò*, Caſus in ea contentos, non ſibi ab Epiſcopo reſervari, ſed tantùm declarari, eſſe ſibi à jure communi reſervatos: quod clarè ipſa in principio Conſtitutio demonſtrat. *Secundò*, conſequenter adverto, poſſe hodie Confeſſarios Regulares ab Epiſcopo approbatos, in vim ſuorum privilegiorum abſolvere, non obſtantibus Conſtitutionibus Clementis Octavi, & Urbani Octavi, qui ſuam edidit die 18. Novembris 1628. & non obſtante Propoſitione 12. ſuperiùs damnata ab Alexandro VII. die 24. Septembris 1665. in Decreto 5. quæ hujuſmodi eſt: *Mendicantes poſſunt abſolvere à Caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.* Quæ ideò damnata credi cenſetur, quia prolata contra diſpoſitiones dictorum Pontificum Clementis, & Urbani: quod ut meliùs percipiatur, ſciendum eſt

571. Sacram Congregationem Epiſcoporum de ſpeciali mandato Clementis Octavi die 6. Janvarii 1601. edidiſſe Decretum, quod recenſent Joannes à S. Thoma, poſt expoſitionem Doctrinæ Chriſtianæ, *tract. Caſos reſervados*, ſub titulo *Advertencias à los Confeſſores en caſos reſervados de ſeglares*, advertencia 1. Joannes Bapt. Lezana *tom. 1. part. 1. cap. 19. num. 15. pag.* mihi 154. in quo *prohibet omnibus Confeſſoribus, tam ſæcularibus, quam regularibus, quorumque privilegiorum prætextu, à S. ſede Apoſtolica quomodolibet conceſſorum quibuſcumque etiam Regularibus perſonis, ab ullo ex caſibus dubiè, vel clarè contentis in Bulla Cœnæ Domini, vel aliàs Sedi Apoſtolicæ reſervatis, nec etiam à caſibus Ordinariis reſervatis quocumque caſu, niſi in mortis articulo, ſine nova licentia à Sede Apoſtolica, vel Ordinariis reſpectivè obtenta, abſolutionis beneficium impendere audeant.* Poſtea tamen eadem S. Congregatio, de Dicti Clementis Octavi ſpeciali mandato, aliud edidit Decretum præcedentis moderativum, & declarativum, decernendo ſub illo priori ſex tantùm caſus, quos inibi exprimit comprehendi, & ultimo loco iſtum, de quo in præſenti, ſub iſta verborum

rum ſerie : *Sextò , item omnes caſus, quos Ordinarii locorum ſibi reſervarunt, ac in poſterum reſervabunt.* Refertur iſtud ſecundum Decretum à S. Thoma, & à Lezana *locis citatis*, editum anno 1602. qui *num.* 17. refert reſponſionem datam anno 1577. Sancto Carolo Borromæo à S. Congregatione Concilii, Sanctiſſimo conſulto, ſub his verbis : *Ex facultatibus per hoc Mare magnum , aliave privilegia Regularibus conceſſa, non factam eis poteſtatem abſolvendi à caſibus ſibi ab Epiſcopo reſervatis.* Et denique Urbanus Octavus approbavit die 17. aut 18. Novembris 1628. Decretum aliud S. Congregationis Epiſcoporum , & Regularium , relatum à Lezana *numero* 16 in quo dicitur : *Ac proinde Regulares cujuſvis Ordinis, Congregationis , Societatis , & Inſtituti , etiam neceſſariò exprimendi , nec intra, nec extra Italiam , in vim privilegiorum , aut confirmationum ejuſmodi , quas vel hactenus obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt , poſſe quemquam abſolvere ab eiſdem caſibus in Bulla Cœnæ , aut Ordinario loci reſervatis : ac ſi ſecus egerint, abſolutiones nullas, ac irritas fuiſſe , & fore.* Barboſa *de Officio Parochi, c.* 19. *num. ultim. §. Illud Regularibus.* Et ſtatim proſequitur Lezana : Poſt mortem tamen Epiſcopi , qui caſus ſibi reſervavit , poteſt quilibet Confeſſarius abſolvere , quia tunc deſinit eſſe reſervatus. Sà *verbo Abſolutio, numero* 20. Quaranta *in Sum. Bullar. verbo Confeſſ. in Addit.* & *verbo caſus reſervat. in fine*, ubi hoc limitat ſolùm pro caſibus , quos Epiſcopi ſibi reſervarunt , non verò pro illis , qui de jure ſunt reſervati prædictis Epiſcopis. Hactenus Lezana, ex quo , & ex dictis Decretis , bene firmatur concluſio noſtra aſſerens, poſſe hodie Regulares in vim ſuorum privilegiorum abſolvere à prædictis caſibus in Conſtitutione Pampilonenſi adnumeratis , & non illi obſtare conſtitutiones , ſeu Decreta Clementis Octavi , nec Urbani pariter Octavi : non quidem Clementis , quia licèt in primo non diſtinxerit de reſervatis Epiſcopis, an à jure, an à ſeipſis ſint reſervati: in ſecundo tamen prioris declarativo exprimit , intelligi de ſibi ab Epiſcopis reſervatis. Neque Urbani certè , quia licèt non diſtinguat , intelligi debet de caſibus ab Epiſcopis ſibi ipſis reſervatis : tum quia ſi aliud voluiſſet , expreſſiſſet , juxta tritum Juris axioma : tum etiam, quia credi debet , in eodem , ſenſu diſpoſuiſſe , ac diſpoſuerat ſuus prædeceſſor Clemens ; & in eodem , in quo S. Congregatio reſponſum dederat Sancto Carolo Borromæo. Taciti enim , & expreſſi idem eſt judicium. Nec denique obſtare Alexandrum Septimum dictam duodecimam Propoſitionem damnando ; quia bene ſalvatur ejus damnatio , ita intellecta Propoſitione , *A caſibus Epiſcopis reſervatis :* ſupplendo , *à ſeipſis* , juxta mentem prædeceſſorum ſuorum.

Tertiò adverto , caſus prædictos , à 578
jure Epiſcopis reſervatos , quoad Regulares , pariter eſſe eorum Prælatis reſervatos ; quia iſti ſunt illorum Ordinarii ; cum juriſdictione quaſi Epiſcopali in illos , ut noti juris eſt , ſi exempti illi ſint : ex quo enim Papa illos exemit à juriſdictione Epiſcoporum , iſtorum poteſtatem in illorum tranſtulit Prælatos , uti tradidi *in Quæſt. Paſtoral. part.* 3. *q.* 13. *num.* 7. *pag.* 136. *& poſt dictas QQ. in diſq. de Iure Prioris annexi , n.* 113. *pag.* 51. Unde infero , ſtylum in noſtra Benedictina Congregatione Hiſpana ſervatum , concedendi Prælatos Confeſſariis facultatem & licentiam abſolvendi à caſibus reſervatis , in omnibus ſolennioribus Feſtivitatibus anni , etiamſi ipſi nullos reſervaverint , nec ipſamet Congregatio ullos reſervatos habeat : infero , inquam, concedere facultatem abſolvendi ab iis caſibus Epiſcopis , & Ordinariis à jure communi reſervatis , dictos Prælatos , & pariter à ſeipſis reſervatis , ſi fortè ulli ſint. Pro quibus ſciendum eſt , Clementem Octavum , in Decreto quod recenſet Baſſæus *tom.* 1. *verbo Caſus reſervatus , ſub num.* 40. & exponit , plura dubia circa illud excitata reſolvendo , poteſtatem dictorum Prælatorum ad undecim tantùm reſtrinxiſſe caſus reſervabiles , quos recenſere libet. Decretum editum eſt die 16. Maii 1593. cum derogatione Conſtitutionum , & Ordinationum Apoſtolicarum , & cujuſvis Concilii,

etiam

etiam Generalis, conſuetudinum etiam ab immemorabili tempore obſervatarum, privilegiorum, indultorum, & conceſſionum quarumcunque. Caſus autem, qui ſequuntur, ſunt.

1. *Veneficia, incantationes, ſortilegia.*

2. *Apoſtaſia à Religione, ſive habitu dimiſſo, ſive retento, quando eò perveneris, ut extra ſepta Monaſterii, ſeu Conventus fiat egreſſio.*

3. *Nocturna, & furtiva è Monaſterio, ſeu Conventu egreſſio, etiam non animo apoſtatandi facta.*

4. *Proprietas contra votum paupertatis, quæ ſit peccatum mortale.*

5. *Juramentum falſum in judicio Regulari, ſeu legitimo.*

6. *Procuratio, auxilium, ſeu conſilium ad abortum faciendum poſt animatum fœtum, etiam effectu non ſecuto.*

7. *Falſificatio manus, aut ſigilli Officialium Monaſterii, aut Conventus.*

8. *Furtum de rebus Monaſterii, ſeu Conventus, in eâ quantitate, quæ ſit peccatum mortale.*

9. *Lapſus carnis voluntarius, opere conſummatus.*

10. *Occiſio, aut vulneratio, ſeu gravis percuſſio cujuſcumque perſonæ.*

11. *Malitioſum impedimentum, aut retardatio, aut aperitio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores.*

Si quod aliud (addit) *peccatum pro Religionis conſervatione, aut pro conſcientiæ puritate reſervandum videbitur; id non aliter fiat, quàm Generalis Capituli, in toto Ordine; aut Provincialis, in Provincia, matura diſcuſſione, & conſenſu.*

Non liceat Superioribus Regularium Confeſſiones ſubditorum audire, niſi quando peccatum aliquod reſervatum admiſerint, aut ipſimet ſponte, aut proprio motu id ab ipſis petierint.

Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confeſſarios, pro ſubditorum numero majori, vel minori; iique ſint docti, prudentes, charitate præditi, qui à non reſervatis eos abſolvant: & quibus etiam reſervatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerit, in quo eam debere committi, ipſe in primis Confeſſarius judicaverit.

Tam Superiores pro tempore exiſtentes, quàm Confeſſarii, qui poſtea ad Superioritatis gradum fuerint promoti, cavennt diligenter, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in Confeſſione habuerint, ad externam gubernationem utantur.

Licebit tamen Superioribus determinare pœnitentias graves quibuſdam peccatis, etiam non reſervatis, à Confeſſariis imponendas, quæ ſubditos ab hujuſmodi perpetrandis cohibere poſſint. Atque ita per quoſcumque Regularium Superiores, quicumque illi ſint, obſervari mandavit. Hæc Clemens.

Paragraphvs IV.

An munus ſit Parochi Sacram Euchariſtiam ſuis miniſtrare Parochianis.

573. CErtum eſt, jure communi attento, ad proprium pertinere Parochum paſcere oves ſuas Sanctiſſimæ Euchariſtiæ alimento, nedum per modum Viatici, inſtante morte, ſed in Paſchate, & quoties ex devotionis fervore illud ſumere voluerint. Ita docet Juſtinus Martyr *in Apologia 2. pro Chriſtianis, ad finem*, dicens, diſpenſationem hujus Sanctiſſimi Sacramenti fieri ab eo, qui præeſt. Tertullianus *lib. de Coronâ militis, cap. 3. num. 33.* dicto, omnibus mandatum fuiſſe hoc Sacramentum accipere, *num. 33.* addit: *Nec de aliorum manu, quàm Præſidentium ſumimus.* Id eſt, uti Pamelius ibi, *num. 33.* obſervat: Etiamſi Chriſtus omnibus mandavit ſumere hoc Sacramentum; id tamen non niſi de manu præſidentium, hoc eſt Paſtorum, ſumendum eſſe. Sequitur iſtos P. Vazquez *tom. 3. in 3. p. D. Th. diſp. 219. capite 2. quæſt. 82. art. 4. pag. mihi* 383. ubi recenſitis Conciliis Carthaginenſi I. *cap. 7.* & Milevitano *canone* 18. addit. Quibus teſtimoniis probatur, poteſtatem ordinariam diſpenſandi hoc Sacramentum, Paſtoribus Eccleſiæ convenire: neque enim Concilia allegata hanc illis poteſtatem tanquam delegatam noviter concedunt; ſed ut abuſum, qui in tali diſpenſatione, ſeu receptione Sacramenti erat, de medio tollerent, id quod ratione Officii Paſtoribus, & ſubditis conveniebat, explicarunt.

Hæc

Hæc Vazquez. Eandem firmant ſententiam Trullench *tract. de Parocho, cap. 7. numero 4. 6. & 8.* Poſſevinus *de Officio Curati, in Appendice 3. ad cap. 8. de Communione, pag. mihi 310* & alii paſſim, & communiter Doctores. Ego ipſe *in 22. Paſtoralibus, part. 2. quæſt. 3.* Ubi plura congeſſi ad concluſionem probandam, ad quem locum Lectores meos remitto: interim verò, pro majori dilucidatione illorum, libet hic Poſſevinum reddere.

574. Qui ſine juriſdictione (inquit *loco citato*,) vel facultate ab habente juriſdictionem conceſſa, Euchariſtiam miniſtrat, mortiferè pecat: alienum enim jus in re gravi uſurpat. Communis ſententia. Non igitur quilibet Sacerdos Euchariſtiam miniſtrare poteſt.

575. Religioſi præſumentes miniſtrare Euchariſtiam ſæcularibus Clericis, aut laicis, ſine Paſtorum licentia (Paſtores ſunt Summus Pontifex, Epiſcopus, Parochus,) Papali excommunicatione afficiuntur. *Clementina Religioſi, de Privilegiis.* Non loquimur autem de Religioſis privilegiis ita munitis, ut facultatem à Pontifice Summo ad id ſint aſſecuti. Vide etiam Emmanuel. Roderiquez *tom. 1. 22. Canonicar. & Regularium, quæſt. 56. artic. 1.*

576. Ordinariam juriſdictionem habent Pontifex (ſupremam) Epiſcopi, & Parochi: delegatam, ii Sacerdotes, quibus à Paſtoribus ordinariis adminiſtrandorum Sacramentorum facultas facta eſt.

577. Simplex Sacerdos, concedente Parocho, hujus miniſter eſſe poteſt. Epiſcopi approbationem, pro ſolo Pœnitentiæ Sacramento, Tridentina Synodus poſtulat (Suarez *tom. 3. diſp. 72. ſect. 2.* Vide etiam Rodericum *art. 7. loco citato:*) & *ex Clementina 1. de Privilegiis*, diſcimus, Parochos concedere poſſe aliis Sacerdotibus, ut Sacramenta Euchariſtiæ, & Extremæ-Unctionis conferant, & Matrimonia ſolemnizent. Vide quid tibi tuus præcipiat Epiſcopus.

578. Cui conceſſum ab Epiſcopo, ut Confeſſiones audiat, conceſſum etiam eſſe ut Euchariſtiam miniſtrare poſſit, nonnullis viſum eſt. Sed hanc ſententiam nec veram, nec tutam exiſtimat Suarez, diſtinctis enim actibus miniſtrandi Pœnitentiam, & Euchariſtiam, diſtinctæ facultates reſpondent. Hactenus Poſſevinus.

Hunc Paragraphum concludo, recenſendo Conſtitutionem Synodalem Pampilonenſem, anno 1531. editam à Cardinali Alexandro Cæſarino, quæ habetur in ſuis Conſtitutionibus, *tit. de Pœnitentiis, & remiſſionibus, la 6. lib. 5. §. Sacri, folio 36.* ubi ſic ſtatuit: *Sacri Canones ſpiritu Dei promulgati, providè ſtatuerunt, ut omnes utriuſque ſexus fideles, ſaltem ſemel in anno ſua crimina proprio Paſtori manifeſtare, ſanctumque Sacramentum Euchariſtiæ, cum reverentia recipere habeant: ideo præfata approbante Synodo, ex parte Dei Omnipotentis, & Sanctæ Matris Eccleſiæ, & noſtra; & ſub interminatione Divini Iudicii, omnibus curam animarum exercentibus mandamus, & exhortamur, quatenus viſitent, & ſingulis annis ſuos Parochianos odore boni exempli, & famæ, vitæ honeſtate, ac fructuoſo ſermone in ſuis Eccleſiis monitionibus ſalubribus moneant, exhortentur, atque inducant, quod ſaltem ſemel in anno, videlicet in ſancta Quadrageſima, ſacramentaliter ſuam Confeſſionem proprio Sacerdoti, vel cum ejus licentia, alteri ſibi noto, & non ignoto, faciant cum debita recordatione, contritione, & propoſito emendandi ſuam vitam. Et deinde venerabile Sacramentum Euchariſtiæ in Sancto Paſchate, id eſt à Dominica in Ramis Palmarum uſque ad Dominicam de Quaſimodo incluſivè, omnes & ſinguli diſcretionis annos habentes, ſcilicet poſtquam inter vitium, & virtutem; Sacramentum, & non Sacramentum, diſcernendi cognitionem habuerint, aliquaque devotione perfuſi fuerint, reverenter, & devotè ſuſcipiant, ſub pœna peccati mortalis. Quo tempore elapſo, ſi hujuſmodi legitimæ ætatis (ut præfertur) confeſſi non fuerint, vel hujuſmodi Sacramentum Euchariſtiæ non receperint (niſi eſſet de ſui Confeſſoris expreſſo conſilio) præfati Curati debeant hujuſmodi Parochianos expellere extra Eccleſiam, tanquam Eccleſiæ mandatis, ſuiſque monitionibus ſalutaribus inobedientes: & ſi in tali obſtinatione (quod abſit) uſque ad Feſtum Corporis Chriſti in-* 579.

duraverint, hujuſmodi Curati, ſub pœna decem librarum monetæ Navarræ, Nobis, vel noſtro Vicario Generali, aut Officiali nominatim denuntiare debeant: ut Procurator noſter Fiſcalis, ſicut juris fuerit, contra eos inſurgat.

PARAGRAPHVS V.

An ad Parochi jus ſpectet, ut ejus Parochiani diebus Feſtis Sacrum audiant in Parochiali ſua Eccleſia?

580. REſolutio eſt affirmativa, jure communi attento, quam tradit Trullench *tract. de Parocho, cap.6.* ex diverſis Conciliis, quæ allegat. Et probatur *ex cap. Si quis etiam, de Conſecrat. diſt.1.* ex Concilio Agathenſi deſumpto, cujus lemma eſt: *Qui extra Parochias habent Oratoria, feſtis diebus ad Parochias redire cogantur.* In textu tamen permittitur audire Sacrum extra Parochiam, excepto *Paſchate, Natali Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, Natali S. Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtivitatibus habentur.* Secundò, & urgentiùs probatur extra, *ex cap.2. de Parochiis, & alienis Parochianis*, ubi *ex Concilio Nannetenſi* legitur: *Ut Dominicis, vel feſtivis diebus Presbyteri, antequam Miſſam celebrent, Plebem interrogent, ſi alterius Parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto Presbytero, ibi velit Miſſam audire, quem ſi invenerint, ſtatim ab Eccleſia abjiciant.* Ubi Gloſſa ait: Nota, quod nullus Presbyter, alicujus Parochianum recipere debet ad Divina; limitat tamen addendo: Quod verum eſt, ſi contempto Prælato ſuo audire velit ibi Divina; abſens enim juſta de cauſa poteſt audire Divina in Eccleſia ad quam venerit. Et rurſus, verbo *Contempto*, inquit: Benè dixit *contempto*, quia ex juſta cauſa abſens, bene poteſt audire divina in Eccleſia ad quam venerit, argumento 7. *quæſt.1. Epiſcopi, vel Presbyteri, XCI. diſt. cap. ult. & IX. quæſt.2. per tot.*

Auguſtinus tamen Barboſa *in Col-*
581. *lectanea ad dictum caput Ut Dominicis*, illud exponens, ſequentia docet, videlicet:

Parochus in diebus feſtis, antequam Sacrum faciat, interrogare debet, nunquid alterius Parochiæ, contempto proprio Parocho, ibi velit Miſſam audire? & ſi quem invenerit, ſtatim ab Eccleſia ejiciat. Colligunt ex Ordinariis Abbas antiquior, Innocentius, Collect. Zabarella, Joannes Andreas, Imola, Anania, Butrius, Hoſtienſis, Ancharanus, Henricus, Panormitanus, Cenedus *collect.* 104. Vivianus *in Rationali libri tertii Juris Pontificii, pag.253.* Alagona *in Compendio Iuris Canonici, pag.463.* Remiſſivè Ximen. *in Concord. part.1.* Deſumitur *ex Concilio Nannetenſi, cap.1.* non *cap.419.* ut refert Burchardus *Decret. lib.2. cap.92.* nec *cap.19.* ut dicit Ivo *part.2. cap.122.* & refertur ab Antonio Auguſtino *collectan.1. Decretal. lib.3. tit.25. cap.2.*

Qui proprio contempto Presbytero, &c. 582.
Ergo ceſſante hujuſmodi contemptu, & periculo ignorandi feſta, jejunia indicta à Parocho, & excommunicationes publicatas ab eo, licitè quis audit Miſſam extra Parochiam in diebus Dominicis, & in aliis feſtivis, nulla interveniente Parochi proprii licentia, ut benè reſolvunt Sylveſter *in Summa, verbo Miſſa, il 2. num.5.* Navar. *in Man. cap.21. num.5. verſic. Non dixi tamen*, Gutierrez. *Canonic. lib.1. cap.30. ex num.8.* & *ex num.32.* Ferdinandus Paëz *in Repetit. capitis Miſſas, de Conſecrat. diſt.1. ex numero 134.*

Non obſtat Concilium Trident. 583.
ſeſſ.22. in decreto de obſervandis, & evitandis in celebratione Miſſæ, dum decidit, quod Epiſcopus debet monere populum, ut frequenter ad ſuas Parochias, ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis accedant. Quia reſpondetur, Concilium non ſtatuere, quod Epiſcopus jubeat id, ſed quod moneat: quod verbum eſt conſilii, ut notat Fuſcus *de Viſitatione, lib.2. cap.21. num.42.* Navarrus *ubi ſuprà*, Gutierrez *dicto cap.30. num.33. ad finem.* Unde Sacra Congregatio cenſuit, non poſſe Epiſcopum cogere populum mulctis, & pœnis, in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, ire ad audiendam Miſſam in Parochia ſua, ut referunt Zerola *in Praxi Epiſcop. parte 1. verbo Miſſa, §. 6.* Azorius *Inſtitutionum Moral. part.1. lib.7. cap.6. quæſt.6.* Fagundez *in 5. Eccleſ. Præcept. lib.2. cap.3. n.13.*

Ego

Ego ipſe *de Offic. & poteſt. Epiſc. part. 2. allegat 24. num. 17.* ubi *num. 18* adverto, Miſſæ audiendæ præceptum adimpleri quocumque loco audiatur, ſive in propria Parochia, ſive in qualibet alia Eccleſia, aut loco ubi celebretur; poſſe tamen fieri aliunde, ut aliquis peccet non audiendo Miſſam in propria Parochia: videlicet, ſi nolit eam audire ex contemptu, aut quando Parochus declarat ea, quæ Parochiani ſcire tenentur. Ex peculiari tamen privilegio, præcepto audiendi Miſſam ſatisfacit, qui in Mendicantium Fratrum ſacris ædibus illam audivit, ſecundum Fuſcum *dicto lib. 2. cap. 2. num. 30.* Gutierrez *dicto cap. 30. ex num. 22. & num. 34.* Azorium *dicto cap. 6. quæſt. 7.*

Qui proprio contempto Presbytero, &c.

584. Adverte, quòd contempto proprio Presbytero notorio fornicatore, vel excommunicato, poteſt Parochianus Miſſam audire in aliena Parochia, ut per Farinacium *in Praxi criminali, part. 5. quæſt. 138. num. 60.* Hucuſque Barboſa.

585. Conſonat Ferdin. Caſtrus Palaus *part. 4. Operum Moralium, tract. 22. diſp. unica, puncto 16. num. 12.* ubi in ſequentia prorumpit. Locus pro Miſſa audienda, Parochia fuit ex multorum Canoniſtarum ſententia, juxta *cap. Ut Dominicis, de Parochiis, & cap. Si quis etiam, de Conſecrat. diſt. 1.* At conſuetudine firmatum eſt, nullum locum eſſe determinatum: Favetque Tridentinum *ſeſſ. 22. Decreto de obſervandis in celebratione Miſſar.* quatenus ſolùm ex conſilio & monito Epiſcoporum obligati ſunt fideles ad proprias Parochias accedere: & ita tanquam certum tradunt poſt alios Suarez *diſp. 88. ſect. 2. poſt medium*, Barboſa *allegat 24. num. 17.* Quinimò non poſſe Epiſcopum, præcepto excommunicationis, aliave cenſura cogere fideles ad audiendam Miſſam in propria Parochia, aſſerit *ex Praxi Epiſcop. 2. parte, verbo Miſſa, §. 6.* Barboſa *ſuprà.* Etenim Epiſcopus juri communi & privilegiis à Sede Apoſtolica conceſſis derogare non poteſt. Cùm ergo cuilibet fideli jure communi (inquit ille) conceſſum ſit, quolibet loco poſſe præcepto audiendi Miſſam ſatisfacere, nequaquam poterat Epiſcopus contrarium velle, maximè ſi fideles in Eccleſiis Mendicantium Sacrum audire voluerint. Habent enim Mendicantes privilegium declarans quoſlibet fideles ibidem Sacrum audientes præcepto ſatisfacere, neque impediri poſſe, uti ex Leone X. refert Barboſa *dicta allegat. 24. num. 20.* Neque huic doctrinæ obſtat quod poſſint fideles occaſione verbi Divini audiendi, obligari ad Parochias accedere: quia non obligantur, ut Miſſæ præcepto ſatisfaciant, ſed ut in neceſſariis, & utilibus ad ſalutem inſtruantur à ſuis Parochis. Qua etiam ratione obligari Regulares poſſunt ab Epiſcopo, ut in ſuis Conventibus diebus Dominicis in Miſſa Conventuali declarent populo, quæ feſta, & jejunia in ea hebdomada occurrunt, ne propter ignorantiam contingat ea Eccleſiaſtica præcepta violari, ut bene advertit Emmanuel Roderiquez *tom. 1. Regular. quæſt. 43. art. 7.* & ex illo Barboſa *dicta alleg. 24. num. 21.*

586. Nec contrarius revera nobis eſt Trullench; ſiquidem docet, Epiſcopum ſimplici mandato præcipere poſſe Parochianis, ut ad ſuas Parochias accedant, cauſa audiendi Miſſam; non tamen id poſſe pœnis impoſitis præcipere, aut Conſtitutionem ſub excommunicatione ferre. Sic dictus Author *tom. 1. lib. 3. in Decalog. c. 1. dub. 6. n. 5. & tom. 3. tract. citato de Iure Parochi, c. 6. n. 13.* quod priùs docuerat P. Azorius *part. 1. lib. 7. cap. 6. q. 6* qui addit: Si proprius Presbyter à Parochianis contemnatur, jure poteſt Epiſcopus imperare, ut quiſque ad ſuam Parochiam accedat: at probabiliter credit Epiſcopus Presbyterum deſpici, cùm paucos videat in propriam Parochiam convenire. Certè (proſequitur) ſi tota, aut maxima pars Parochianorum Parochiam deſereret, vel contemneret, aut ſi res divina audiretur extra ullam cauſam, juſtam ſcilicet, & legitimam, in privatis Sacellis, & Oratoriis, nullo ad id Pontificio privilegio munitis, putaverim ego Epiſcopis licere ſimplici mandato præcipere, ut Parochiani ad ſuas Parochias accedant; non tamen irrogatis pœnis imperare, aut Conſtitutionem ponere, quâ ediceret, ne Parochiani diebus Dominicis Sacrum audirent in privatis

Sacellis, & Oratoriis. Quapropter ſi Conſtitutione poſita, excommunicatio contra eos, qui non obtemperant, ferretur, eam non contraherent ii, qui ex juſta cauſa extra Parochiam Sacrum audirent; immò Declaratio Cardinalium Concilii Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. *de Reformatione*, ſic habet: *Non poteſt Ordinarius mulctis, & pœnis cogere populum ad audiendam Miſſam, aut Concionem, etiam in caſu negligentiæ, & contumaciæ.* Hactenus Azorius. Eandem declarationem referunt etiam Laurent. Portel. *in Dubiis Regularium, in Addit. verbo Miſſa, num.* 2. Hieronymus Roderiquez *in Compend. QQ. Regular. reſol.* 25. *num.* 5. & *reſol.* 112. *num.* 11. Barboſa *in dict. cap.* 4. *ſeſſ.* 24. *num.* 17. ex Zerola *in Praxi, verbo Parochia, part.* 2. & ex Stephano Vveyms *ad Conſt.* 5. *in fine*, & Trullench *d. dub.* 6. *num.* 5. quò loci addit. Mihi tamen perſuadeo, ſi Summus Pontifex certior factus fuiſſet, quod his temporibus pauciſſimi, aut ferè nulli Parochiani ſuas Parochias frequentant Miſſam Parochialem, & concionem audiendi causâ, facillimè concederet, ut poſſent Prælati ſuas oves ad id impoſitis pœnis cogere. Ita Trullench.

587. Ægidius etiam Conink *tom.* 1. *de Sacramentis, quæſt.* 83. *art.* 5. *dub. unico, num.* 312. inquiſito, Utrum ut quis ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, teneatur diebus Dominicis in ſua Parochia audire Sacrum? ſic reſpondet: Sed hæc ſolutio jam facilis eſt. Nam ſi olim fuerint varia Iura, quæ hoc videntur præcepiſſe; jam tamen communi contraria conſuetudine abrogata ſunt. Quare communiter Doctores jam docent, ſatisfacere huic præcepto eum, qui audit Sacrum extra ſuam Parochiam, ſive hoc ſolemne ſit, ſive non. Vide Sylveſtrum *verbo Miſſa* 2. *n.* 5. Omni modo tamen ſuadendum eſt omnibus, ut quantum commodè fieri poteſt, præſertim diebus ſolemnioribus in ſuis Parochiis Sacrum ſolemne audiant. Hoc enim multùm ad ſplendorem Eccleſiæ, & ſolemnitatem Officii confert. Hæc Ægidius.

Paragraphus VI.

An onus ſit Parochi Miſſam Parochianis celebrare, & an illam pro eis offerre?

SECTIO I.

De Celebrandi onere.

580. QUod teneatur Parochus Miſſæ Sacrificium celebrare, indubitatum apud omnes eſſe debet: quoties autem hoc munus adimplere ex officio teneatur, à Doctoribus petendum eſt.

Poſſevinus *de Officio Curati, cap.* 2. *de Sacrificio, quæſt.* 2. hanc difficultatem proponit, & reſolvit dicendo: Quoties Curatus teneatur ſacrificare? Reſp. ſermonem eſſe, quando de nulla obligatione per tabulas Eccleſiæ conſtat: & dico, in re non eſſe determinatum, ex Navarro *cap.* 25. *n.* 124. Tamen Concilium Tridentinum *ſeſſione* 23. *cap.* 14. *de reformatione*, ait: *Curet Epiſcopus, ut ii* (loquitur de Sacerdotibus) *ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus: ſi autem Curam animarum habuerint, tam frequenter, ut ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent.* Igitur tenebitur celebrare quoties neceſſarium fuerit populo, quod erit omnibus diebus Feſtis: quoties danda eſt benedictio nuptialis, quæ datur cum Miſſa: quoties eſt conſuetudo ſepeliendi mortuum cum Miſſa, & hoc ſub mortali, quia deficit in re gravi. Non celebrare verò ſecundum conſuetudinem Curatorum ejuſdem loci, non credo obligare ſub mortali, quia conſuetudo, quæ dependet à mera liberalitate, qualis eſt hæc, non obligat. Rebellus *de Obligationib. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 27. & omnes. Verum eſt tamen, quod ſi Epiſcopus modum præſcripſerit, Curatus tenebitur obedire. Sotus *de Juſt. lib.* 9. *quæſt.* 3. *artic.* 1. & hoc ſub mortali. Navarr. *cap.* 25. *num.* 88. Henriquez *lib.* 9. *capite* 23. *num.* 2. *gloſſa G.* Sed advertendum, an ſit Epiſcopi ordinatio, vel præceptum: quia præceptum obligabit; ordinatio verò non item ſub mortali. Hactenus Poſſevinus.

589. Barboſa in Collect. ad Concilium Tridentinum, *ſeſſ.* 23. *de Reformat. cap.* 14.

*cap.*14. *num.*4. ad clauſulam illam, *Curet Epiſcopus, &c.* quæ ſequuntur docet: Preſbyteros Curam animarum habentes, teneri per ſe, aut per alios celebrare, ſingulis ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, quibus opus eſt, ut ſatisfaciat muneri ſuo, aſſerunt Navarrus *in Manuali, c.*25. *num.*135 Fr. Emmanuel *in Summa, tom.*1. *cap.*151. *num.*1. Spin. *in Speculo Teſtamentorum, gloſſa* 3. *princ. numero* 63. Jacob. de Graffiis *in Aureis Deciſ. part.*1. *lib.*2. *cap.* 39. *num.*7. Azor. *Inſtit. Moral. part.*1. *lib.*10. *capit.* 14. *quæſt.*2. *&* 3. Bonacina *de Sacramentis, diſp.*4. *quæſt. ult. punct.*7. *num.*3. Homobonus de Bonis *de Examine Eccleſiaſt. part.*1. *tract.*4. *cap.*14. *quæſt.*133. Molfeſius *in Summa Theologiæ Moralis, tract.*3. *cap.* 14. *numero* 16. Ego ipſe *de Officio, & Poteſt. Epiſcopi, part.*2. *allegat.* 24. *num.*22. *& de Officio, & Poteſt. Parochi, cap.*11. *num.* 5. Villalobos *in Summa, part.*2. *tract.*8. *dub.*14. *num.* 5. Joannes de la Cruz *in Directorio conſcientiæ, part.*2. *de Sacrificio Miſſæ, quæſt.*1. *lib.*8. *concluſ.* 3. Diana *reſolut. Moral. part.*2. *tract. de Celebratione Miſſar. reſol.*26. Ludovicus à S. Joanne *de Adminiſtrat. Sacramentorum, articulo* 1. *tit. de Reſidentia, num.*13. *in fine*, ubi addit, Parochum teneri celebrare diebus non feſtivis, ad benedictiones nuptiales impartiendas, & pro ſepeliendo mortuo, ubi cum Miſſa ſepelietur: unde extra tempus, quo populus tenetur ex præcepto Miſſam audire, ablata conſuetudine, vel ſtatuto, non eſſe obligandos Parochos ad Sacrificandum, tenet Steph. Fagundez *de quinque Eccleſiæ Præcept. præcept.* 1. *lib.*3. *cap.*15. *num.*8. noviſſimè Philibertus Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract.*3. *part.* 2. *cap.* 30. *num.*1. ex eo, quia hæc duo videntur correlativa, in quibus diebus populus non tenetur Miſſam audire, nec teneatur Parochus Sacrum facere. Hæc Barboſa *dicto cap.*14. *n.* 4. & *dicta allegat.* 24. *num.*22. quò loci allegat ultra ſupra citatos, Gabrielem Vazquez *tom.*3. *in* 3. *part. D. Th. quæſt.*83. *art.*2. *diſp.*232. *cap.*1. *num.*12. *pag. mihi* 482. ubi in ſequentia prorumpit.

590. Ea, quæ hactenus in hoc capite diximus, pertinent ad ſimplices Sacerdotes; nam de beneficiariis, quibus ex officio incumbit in Eccleſia miniſtrare, & de Parochis alia ratio habenda eſt: certum enim eſt, ſingulis diebus Feſtis ipſos debere per ſe, aut per alium celebrare, ut populus Miſſarum ſolemniis interſit. Verùm quia Parochus muneri ſuo non ſatisfaceret, ſi omnia, quæ illi ex officio incumbunt, per alium exequeretur, ut *in tract. de Reſidentia Paſtorum* videbimus; ideo exiſtimo, debere per ſe pluries diebus feſtis celebrare, quàm quemlibet alium Sacerdotem: idemque dicendum exiſtimo de aliis beneficiariis, quibus ex officio incumbit divina Officia celebrare, & adminiſtrare Sacramenta. Adde, quod cum Parochi, & beneficiarii non ſolùm debeant celebrare, ut populus Miſſarum ſolemniis interſit, quando ex præcepto illis intereſſe debet, ſed etiam propter communem populi utilitatem, cùm ratione officii, & ſtipendii aſſignati in utilitatem ſpiritualem populi inſervire debeant, non ſolùm hoc præcepto ad celebrandum tenebuntur diebus feſtis, ſed etiam aliis diebus, per ſe, aut per alios: ſicut etiam *in materia de Pœnitentia* dicemus, Parochum ex officio debere audire Confeſſiones ſubditorum, quas non ex præcepto, ſed ex devotione facere cupiunt, niſi adeo ſit exigua villa, ut nullus ſit, qui hujuſmodi diebus Miſſæ intereſſe poſſit, ut rectè notavit Sotus *in* 4. *diſt.* 13. *quæſt.* 2. *art.*2. Idem quod diximus de obligatione quotidie celebrandi in Parochiis, ſequuti Dominicum Sotum, docet omnino ipſe, & meritò, de Eccleſiis Collegiatis, Cathedralibus, imò & de Domibus Religioſorum: in quo maximè mos, & conſuetudo ſervanda eſt, & Statuta Synodalia cujuſcumque Diœceſis, tam quod attinet ad frequentiam celebrandi, quàm ad intentionem celebrandi pro toto populo. Hucuſque P. Vazquez.

Noſter Jacobus de Graffiis *loco* à Barboſa *citato, pag.* 150. ſic dixit *num.* 2. *in fine*: At verò quando obligentur (Sacerdotes ſcilicet) ſub peccato mortali celebrare, ex ſequentibus deciſionibus manifeſtum fiet. Et data duplici, altera de Sacerdote quolibet per totam vitam non celebrante: & altera, de Religioſo cu- 591.

ram nullam habente, nec obligationem ex obedientia ad celebrandum, hanc tertiam pro caſu præſenti præſtat, videlicet: *Tertia*. Sed Parochi, qui curam habent animarum, tam crebrò celebrare tenentur, ut muneri ſuo ſatisfaciant. Tenentur enim Parochi Sacramenta miniſtrare, quæ populus tenetur ſuſcipere: quare ſaltem diebus feſtis eadem obligatione præſtringuntur, niſi legitimè fuerint impediti, vel per alium populo ſatisfaciant, *argum. textus in cap.1.de Celebrat. Miſſarum*, Sotus *in* 4. *diſt.*13. *quæſt.*2. *art.* 3.

592. Azorius denique *dict.part.*1.*lib.*10. *cap.*24. *quæſt.*2. *colum. mihi* 1142. ita quærit, & reſolvit. Secundò quæritur, quoties in anno Sacerdos, qui eſt curæ animarum præfectus, jure debeat ſacrificare? Communis eſt ſententia, eum per ſe, vel per alterum facere Sacrificium oportere in omnibus diebus, quibus populus ſibi commiſſus rem divinam audire debet. Rogabis, an cæteris etiam diebus jure, & præcepto compellatur ad operandum Sacra? Sotus cenſet eum ad id aſtringi pro ratione decimarum, aut beneficii quod poſſidet, & pro ratione plebis piè, & religiosè rem divinam frequentantis. Satis probabiliter meo judicio loquitur. Hæc Azorius; ſed tu cogita, & vide dicenda in ſectione ſequenti.

SECTIO II.

De Parochi obligatione circa applicationem Miſſarum pro populo.

593. QUod teneantur Parochi applicare Miſſas pro Parochianis ſuis, docuit Sotus penes Azorium num. præcedenti in fine, penes Naldum, & alios. Pro qua ſententia ſtare videtur Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.*1. ibi: *Cùm præcepto Divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his Sacrificium offerre, &c.* Stare etiam videtur Declaratio Illuſtriſſ. & Eminentiſſ. Dominorum Cardinalium ejuſdem S. Concilii Interpretum, *in Fanenſi*, 1. *Septembris* 1629. in qua habetur: *Parochi in illis diebus, quibus Miſſam tenentur celebrare, non poſſunt pro ea manualem eleemoſynam recipere.* Refertur ex Sellio *in Selectis Canonicis, cap.*28. *num.*4. *& cap.*59. *n.*35. à Diana *part.*4. *tract.*4. *reſolut.*232. à Barboſa *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Parochus quoad Miſſam, collectan.* 555. *num.*2. *& collectan. in Concilium, ſeſſ.*22. *cap.*8. *num.*11. *& ſeſſ.*23. *de Reformat. cap.*1. *nmu.* 4. quò loci huic ſententiæ aliquo modo favet dicendo ad illa verba Concilii: *Pro his Sacrificium offerre*, quæ ſequuntur, videlicet:

Motus his verbis, in meo tract. *de Officio, & poteſt. Epiſc. part.*2. *alleg.*23. *n.*23. *in fine, & de Offic. & poteſt. Parochi, cap.*11. *n.*10. reſolvi Parochum teneri Miſſæ Sacrum ſuis ovibus applicare juxta boni viri arbitrium. Et hanc partem favet Declaratio S. Congregationis Concilii ſuper Decretis de Celebratione Miſſarum, noviſſimè S.D. N. Urbani VIII. authoritate edita, & in Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ impreſſa, dum habet, Sacerdotes quibus diebus tenentur Miſſas celebrare ratione beneficii, ſeu Capellæ, legati, aut ſalarii, ſi eleemoſynas pro aliis etiam Miſſis celebrandis ſuſceperint, non poſſe eadem Miſſa utrique obligationi ſatisfacere. Et magis in terminis propoſito dubio: *An Parochi Urceani, Fanenſis Diœceſis, quibus diebus ex proprio officio, & obligatione tenentur Miſſam celebrare, poſſint pro eadem Miſſa in propria, vel aliena Eccleſia celebranda manuales eleemoſynas recipere?* S. Congregatio, die 1. Septembris 1629. reſpondit: *Quibus diebus Parochi tenentur Miſſam celebrare, non poſſe manualem eleemoſynam recipere.* 594. Barboſa.

Qui tamen Doctor *in dicto num.*4. contrariam ſententiam amplecti videtur, cum immediatè graves pro ea Authores referat: cum enim quis duas, aut plures ſententias recenſet, cenſetur ultimo loco recenſitam ſequi, quando ex propriis verbis aliud dignoſci nequeat, uti dixi *in Diſquiſitionibus, tom.*1. *tract.*7. *diſq.*9. *ſect.*2. §.10. *num.* 4. cum Naldo *in Summa, verbo Doctor, num.*8. & cum ipſo Barboſa *axiomate Poſteriora, el* 183. ex Ancharano *conſilio* 208. *num.*15. Proſequitur itaque Barboſa *ſub dicto numero* 4. *in verſic. tamen diſtincto*, ſequentia proferendo ad amuſſim verba. 595.

Contrà, Navarrus *in Manuali, cap.*25.

cap.25. num.92. Suarez *tomo 3. diſp.86. ſect.1. verſ. de beneficiis igitur.* Vaſquez *part.3. diſput.234. art.6. cap.6. verſic. Vera tamen ſententia.* Nald. *in Sum. verbo Parochus, num.18.* Poſſevin. *de Officio Curati, cap. 2. num.4.* Fraxin. *de Obligat. Sacerd. ſect.3. prænot.2. §.2.* Aloyſ. Ricc. *in Deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. part.4. deciſ.101.* Gavant. *in Comment. ad rubr. Miſſalis, part.3. tit.12. n.27.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tract.3. p.2 cap.30. n.2. & cap.27. n.7.* abſolutè exiſtimantes, non videri obligandos Parochos ad applicationem Sacrificii pro populo ſingulis diebus feſtis, ex illa ratione, quia obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum, ſunt diverſa. Hæc ibi Barboſa.

596. Idem Barboſa *de Offic. & poteſtate Epiſc. allegat. 24.* poſtquam *num.22.* dixerat cum pluribus, quod Sacerdotes curam animarum habentes, tenentur per ſe, vel per alios celebrare ſingulis ſaltem diebus, quibus opus eſt, ut ſatisfaciant muneri ſuo, ſubdit *numero 23.* Non tamen videntur obligandi ad applicationem Sacrificii pro populo ſingulis prædictis diebus: nam obligatio ad celebrandum, & obligatio ad applicandum, videntur diverſæ, cùm aliquis obligari poſſit ad celebrationem, quamvis non obligetur ad applicationem; nam nullo jure poſitivo, neque beneficii inſtitutione præcipitur: inſtituitur enim beneficium curatum ad animas doctrina, & Sacramentorum adminiſtratione paſcendas, niſi aliud conſuetudo præſcribat, cui ſtandum eſt. Ita Navarr. *cap.25. num.92.* Naldus *verbo Parochus, n.18.* Suarez *diſp.86. ſect.1. verſic. De beneficiis igitur.* Reginald. *lib.23. n.238.* Vaſquez *3.p. diſp.234. art.6. cap.6. verſic. Vera tamen ſententia.* Fraxinel. *ſect.3. prænot.2. §.2.* Poſſevin. *de Offic. Curati, cap.2. num.4.* Aloyſ. Riccius *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ.201. p.4.* Et concludit Barboſa, utramque ſententiam moderando, & via media incedendo, greſſibus, ſeu verbis iſtis: *Ego tamen ex Tridentino Concilio,* ſeſſione 23. de Reformat. cap.1. *exiſtimo Parochum teneri Miſſæ Sacrum ſuis ovibus applicare, juxta viri prudentis arbitrium.* Sic magnus ille Doctor: ſed ſi Concilium Parochos ad applicationem Miſſarum pro ovibus arctat, arctat & obligat omnes alios curam habentes animarum. Et Epiſcopum quidem, ſicut & Parochum obligare, arbitrio boni viri, docet Gavantus *Comment. in Rubric. Miſſalis, part.3. tit.12. n.27. pag.223.* dicens:

Ratione officii, ſeu beneficii, quod erat quartum caput, contingit in oneribus Miſſarum peccari: nam Epiſcopi, & Parochi tenentur aliquando applicare Sacrificium pro ſuis ovibus, *ex Concilio Tridentino, ſeſſ.23. cap.1. initio*, arbitrio boni viri, nempe in præcipuis ſolemnitatibus Domini, & Dominicis diebus, aut ſaltem ſemel in hebdomada, ex Bonacina *quæſt.ult. puncto 7. in fine.* Qua ratione conciliari poſſunt Doctores qui negant, cum Concilio Tridentino affirmante *ſeſſione 23.* Eſt enim populorum Curator Epiſcopus, ſeu Parochus, & ab iiſdem ſuſtentantur. Ita Gavantus. 597. Gavantus.

Vera tamen ſententia tenet, Parochum abſolutè ratione officii adſtrictum non eſſe ad applicandum, ſeu offerendum pro ovibus, & Parochianis ſuis, ullum ex Sacrificiis, quæ celebrat; ita ut liber non ſit, & potens recipere manualem eleemoſynam pro ſingulis illorum, ſecluſis tamen Conſtitutionibus Synodalibus, conſuetudinibus, obligationibus aliquarum Eccleſiarum, aut conventionibus, ſi ullæ fortè fuerint. 598.

Pro hac ſententia adeſt mihi Poſſevinus *de Officio Curati, cap.2. num.4.* ubi inquiſito, An Curatus, vel Capitulum, quod ſtat loco Curati, teneatur applicare Miſſam populo, quando de nulla obligatione ei conſtat? Reſpondet, Sotum *de Iuſtitia, lib.9. quæſt.3. art.1. in medio*, dicere eum teneri ad celebrandum quotidie, ſi reditus ſint ſufficientes ad ipſum alendum: ſin ter, vel quater in hebdomada, pro qualitate reddituum, ad judicium Epiſcopi. Toletus verò *Inſtitut. lib.5. cap.5.* ait, ſufficere ſi celebret diebus Dominicis & Feſtis, & aliquot etiam ex diebus aliis: & tunc ſecundùm opinionem Doctorum tenetur applicare Miſſam populo. Sed quia eſt aliud, teneri ad dicendum Miſſam, ut eam audiant Parochiani; aliud verò teneri ad offerendum pro ipſis, & ex uno aliud non infertur, meliùs concludit Poſſevinus.

cludit Franciſcus Suarez *tom. 3. diſp. 86. ſect.* 1. nullam in hoc certam regulam dari poſſe, ſed conſulendam eſſe conſuetudinem, aut ſi de ea nihil certi conſtat, Epiſcopum debere in hoc certum aliquid ſtatuere: quod ſi hoc non faciat, prudenti arbitrio Parochi relinquendum. *Nunquam tamen credo ad hoc obligatum ſub mortali, cùm non conſtet de tali obligatione, vel per tabulas Eccleſiæ, vel præceptum Epiſcopi, quia in præjudicium tertii non eſt inducenda obligatio, niſi per claras probationes, quales non ſunt hic, ſed ſunt potiùs conjecturæ, licèt rationabiles.* Ita ex propria ſententia Poſſevinus.

599. Hermes Theolog. Sic etiam R. P. G. F. T. I. *in Hermete Theologico, part. 7. tract. de Sacramentis, parte 3. de Euchariſtiæ Sacramento, & Sacrificio Miſſæ, cap. 12. paulò ante finem, pag. mihi 331. ſecundæ editionis, de anno 1646.* in ſequentia prorumpit: Nota 3. Parochos ut ſic, non teneri Sacra facere pro ſuis ſubditis, adeoque poſſe ſtipendia accipere pro Miſſis, quas celebrant. Non enim conſtat, eos ſuſtentari ex bonis ſubditorum in eum finem, cum multa alia peragant, propter quæ ſuſtentatio congrua juſtè iis debetur. Tenentur tamen per ſe, vel per alios Sacrum facere in propria Parochia, iis ſaltem diebus, quibus alii tenentur audire Sacrum.

600. Ægidius Coninck. Ægidius Coninck *quæſt. 83. de Ritu Venerabilis Sacramenti Euchariſtiæ, artic. 1. dub. 11. concluſ. 3. n. 199. pag. 273.* ita docet: Parochi ratione Beneficii Parochialis præcisè, non tenentur ulla ordinaria Sacra pro ſuis Parochianis celebrare. Ita Suarez *diſp. 86. ſect.* 1. Probatur, quia dantur illis decimæ propriè, ut ſuis Sacramenta miniſtrent, concionentur, ac Divina Officia debito tempore celebrent: non autem ut pro his, vel illis orent, aut Sacra faciant.

Dixi, non teneri ratione Beneficii, ſive ſtipendiorum, quæ accipiunt. Quia videntur ratione Officii ſui ſaltem ex charitate teneri aliquando pro ſuis ſubditis orare, quod convenit ſaltem per oblationem Sacrificii fieri. Sed quanta hæc obligatio ſit, & quoties obliget, non ita facilè poteſt definiri, ſed ex circunſtantiis prudentis judicio æſtimandum eſt. Item ſi fortè aliqua ſingularia ſtipendia recipiant pro certis Sacris faciendis, verbi cauſa anniverſariis pro defunctis, aut in die ſepulturæ eorum ſecundùm conſuetudinem, tenentur ea per ſe, vel alium facere. Hactenus Ægidius.

601. Naldus. Antonius Naldus *in Summa, verbo Parochus, num.* 19. ita ait: Parochus videtur obligatus celebrare pro ſuis Parochianis, applicando nempe Miſſas, vel partem ipſarum ad ipſorum fructum, & utilitatem, pro quantitate reddituum ſui beneficii, prout cenſuit Sotus *de Iuſt. lib. 9. quæſt. 3. art. 1. §. Nihilominus*: ex quo ſequeretur, quod non poſſent ei conferri eleemoſynæ, vel ſtipendia, nec à ſuis, nec ab aliis, pro Miſſis celebrandis. *Sed hæc opinio nimis dura videtur, nec ullo jure, vel efficaci ratione comprobatur. Ideo verior videtur contraria, quæ communis* noviſſimè dicitur per Molfeſium *tract. 3. cap. 15. in fine*, & quam ſequitur Fraxinellus *de Sacerdot. obligat. ſect. 3. prænotat. 2. §. 2.* nempe, *quod ratione Decimarum, aut fructuum ſui beneficii, non teneatur Miſſas, nec omnes, nec aliquas illarum, quas celebrat, offerre pro ſuis ovibus, ſed tantùm coram populo eas celebrare, quo per ipſum præcepto Eccleſiaſtico audiendi Miſſam ſatisfieri poſſit*: & per conſequens poſſe, aut à ſuis, aut ab alienis accipere ſtipendium, aut eleemoſynas pro ipſarum applicatione; & ita ſervari videmus communi omnium Parochorum conſuetudine, & in hanc ſententiam apertè deſcendit Vazquez 3. *part. quæſt. 83. diſp. 234. art. 6. cap. 4. verſic. Vera tamen ſententia eſt.* Henriquez *lib. 9. de Sacrificio Miſſæ, cap. 22. §. 6.* exiſtimat, Parochum non poſſe pro alieno ſtipem contribuente, offerre Miſſam ſpecialiter debitam pro ſuis ovibus ex juſto Epiſcopi imperio, & ex juris, aut conſuetudinis præcepto: ex quo ſatis innuit, ſe opinari, ſecluſo caſu prædictæ obligationis, poſſe pro quo maluerit, Miſſam offerre. Suarez *tom. 3. diſp. 86. ſect. 1.* ait, ubi hoc non conſtat de Jure, conſuetudine, aut juſſu Epiſcopi, relinquendum eſſe prudentis Parochi arbitrio: & revera non magis debet de jure Divino obligari Parochus in hoc pro ſuis ovibus, quàm Prælatus Regularis pro ſuis ſubditis, Epiſcopus pro ſua Diœceſi, atque etiam

Summus

Summus Pontifex pro univerſali Eccleſia, in quibus idem proportionaliter eſſet dicendum, quod in Parocho. Liquet autem, quod nedum obligationes non ſunt ampliandæ, ſed potiùs reſtringendæ ſunt; quinimò nec inducendæ ſunt, ubi in jure non afferuntur, ex notatis *in l. Quicquid adſtringendæ, de verborum obligationibus.* Et tandem hoc prudentiæ, & pietati Paſtorum relinquamus, prout noviſſimè concludit Bonacina *de Sacramentis, diſp. 4. quæſt. ult. punct. 7. num. 5.* cum ibi per eum relatis.

Pater Gabriel Vazquez *d. diſp. 234. cap. 4. quæſt. 83. artic. 6. ſub num. 75.* ait: De Parochis verò inter Doctores aliqua eſt controverſia. Dominicus Sotus *lib. 9. de Iuſtitia & jure, q. 3. art. 1. §. Nihilominus*, cenſet Parochos pro ſuis ovibus, per ſe, aut per alium ſacrificium quotidie offerre debere, ſi fructus beneficii ad vitæ ipſius ſuſtentationem ſufficiant; ſin minùs pro quantitate fructuum, ter, aut quater in hebdomada, arbitrio Epiſcopi, aut etiam prudentis viri. Ex quo infert, non poſſe Parochos à ſuis, aut ab aliis ſtipendia pro Miſſarum celebratione accipere. Probat autem, quia jus decimarum, & reditus beneficii, ad hoc videntur conſtitui, ut Parochus non tantùm populo miniſtret Sacramenta, ſed etiam pro toto populo fungatur officio proprio Sacerdotis in ſacrificando, hoc eſt offerre pro populo, ut inquit Paulus *ad Hebræos 5.*

602. Vera tamen ſententia eſt, Parochum jure decimarum, aut ratione beneficii, non debere per ſe, aut per alium quotidie pro ſuis ſubditis ſacrificium offerre, ſed tantùm coram populo Miſſam celebrare, juxta ea, quæ ſupra diximus *diſput. 232. cap. 1.* Hanc ſententiam, quod attinet ad offerendum pro populo, ſequitur Major *in 4. diſt. 45. quæſt. 2. §. Contra hanc concluſionem*, non longè à principio, quatenus aſſerit, Miſſam Parochi plus valere Parochiano, qui pro ſtipendio Parocho dedit pecuniam, ut pro ipſo offerret, quàm aliis; ſupponit enim apertè, Parochum à Parochiano accipere poſſe pecuniam pro celebratione Miſſæ, quam accipere non poſſet, ſi ipſe alias pro omnibus æquè celebrare deberet, ut ex ſua opinione rectè intulit Dominicus Sotus. Pro hac ſententia allegatur à quibuſdam Corduba *lib. 1. quæſt. 4. dub. 5. §. Et quia de Curatis.* Ille tamen ſolum docet, ſtandum eſſe conſuetudini Diœceſis: quid autem de jure communi, & ex primaria beneficii Parochialis inſtitutione verum ſit, non explicat. Allegatur etiam Navarrus *in Summ. cap. 27. num. 91.* eam verò eodem modo, ſicut Major, ſupponere videtur *in num. 92. in fine.* Cum quibus etiam *& ego quoque apertè pronuncio, Parochum ratione inſtitutionis primariæ ſui beneficii, non teneri ad offerendum unquam pro ſubditis, tametſi per ſe, aut per alium celebrare debeat, ut populus ſacrificio Miſſæ intereſſe poſſit, quod longè diverſum eſt. Id autem verum exiſtimo, quia oppoſitum nulla ratione, aut jure probari poteſt:* cumque in nulla totius Eccleſiæ Diœceſi talis ſit conſuetudo, fruſtra dicemus jure ipſo, & inſtitutione primaria beneficii ad hoc eos teneri: Standum igitur erit, ut rectè notavit Corduba, conſuetudini, & ſtatutis, ſeu legibus Synodalibus cujuſcunque Diœceſis. Et ex dictis fundamentum Soti convulſum manet. Quod verò pro illius opinione de officio offerendi Sacrificium dicebatur, nullius momenti eſt: nam offerre ſacrificium pro populo, non eſt proprium ſolius Parochi, ſed commune cuicumque Sacerdoti offerre pro populo; omnis enim Sacerdos ad offerendum munera, & ſacrificia conſtituitur, ut ait Paulus *ad Hebræos, cap. illo 5.* & tamen quilibet Sacerdos non debet quotidie pro populo ſpeciali, aut generali ratione offerre, ſiquidem poteſt non celebrare; ſed ad hoc conſtitutus eſt Sacerdos, ut celebrare, & ſacrificium offerre poſſit: pro populo autem ſolùm debet generali quadam ratione offerre, juxta præſcriptum Eccleſiæ, ſi celebrare velit. Hucuſque doctiſſimus Mag. Vazquez.

Pro eandem ſententia eſt Ægid. 603.
Trullench *in tract. de Parocho, cap. 6. num. 15.* quem cum aliis recenſui, & fui ſecutus *in Quæſt. Paſtor. part. 3. q. 4. num. 3.* dicens, quod etiamſi Parochus teneatur diebus Dominicis, & aliis feſtis Miſſam celebrare, ut illam populus audiat, non tamen teneri

de jure communi illam pro populo offerre, nec ei applicare; quia nullo jure id cautum reperitur, & quia Decimæ, & Primitiæ, non pro Miſſæ applicatione, ſed pro Sacramentorum adminiſtratione Parocho conferuntur. Allegat Suarez *loco* ſæpè *ſupra citato*, & concludit dicendo: Si tamen ſtatutum Synodale, vel peculiaris conſuetudo approbata in contrarium fuerit, obſervanda eſt.

604. Illam denique tenuit Antoninus Diana *part. 2. tract. 14. reſolut. 26.* cum Hurtado.

605. Ad locum Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 1.* pro contraria adductum ſententia, *num. 593. in principio*, reſpondet Antonius Naldus *verbo Parochus, num. 19.* illum ſic eſſe intelligendum: debere quidem Parochum pro ſuis ovibus celebrare, ut & ipſæ poſſint præceptum Eccleſiaſticum audiendi Miſſam implere, atque etiam ex illo ſacrificio fructum eis aſſiſtentibus competentem conſequi; ſed non ſequitur propterea, quod non poſſit pro alienis applicari ſacrificium. Sic etiam Apoſtolus *ad Hebræos 7.* ait: *Omnis Pontifex aſſumitur, ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis:* & *cap. Ipſi Sacerdotes, 1. quæſt. 1.* ad hoc enim datur beneficium, ut illud accipiens conſtituatur precator, & interceſſor inter Deum, & peccatorem: ſic & verba Concilii ſonare videntur. Ita Naldus reſpondet. Ego autem iterum reſpondeo, quod in præcitata quæſtione quarta, partis tertiæ Paſtoralium reſpondi, videlicet pro nobis Concilium facere; quia illud divinum præceptum, nullus divinæ legis peritus ita intellexit, neque ullus Eccleſiæ Prælatus, ut quoties Paſtores ſupremi, & medii hierarchiæ Eccleſiaſticæ, ſacra tenentur peragere, illa pro ovibus teneantur offerre, cùm tamen earum cura principaliter ſit illis commiſſa, neque de infimis, de Parochis, illud intelligi debere, ut teneantur quoties celebrant, Sacrificium pro Parochianis offerre, & eis illud applicare. Sufficienter igitur præcepto Divino, & Concilii fiet ſatis à Parochis, Epiſcopis, & aliis ſubordinatis Prælatis, & à Supremo, ſi oblato Sacrificio pro ſeipſis, & pro qualibet alia intentione, & obligatione, aut devotione, illud pro ovibus ſuis reſpectivè offerant, juxta illud *Levitici cap. 16. Ut roget pro ſe, & pro domo ſua, & pro univerſo cœtu Iſraël.* Et infrà: *Et poſtquam egreſſus obtulerit holocauſtum ſuum, ac plebis, rogabit tam pro ſe, quàm pro populo.* Et juxta illud Apoſtoli *ad Hebræos c. 7. verſ. 27. Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum Sacerdotes, priùs pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi.* Quis itaque unquam dixerit, Prælatos Regulares debere Miſſas, quas celebrant pro ſubditis ſuis, qui oves illorum ſunt, applicare, & non poſſe pro alia intentione, etiam accepta eleemoſyna manuali, illas offerre? Quis ſimilia de Epiſcopo, & de Pontifice Summo, quibus ſtrictiori jure cura incumbit animarum ſibi reſpectivè ſubjectarum, dixit, aut ſenſit; cùm tamen Epiſcopi, & Papa pinguiora emolumenta, ratione dignitatum ſuarum percipiant, quàm Parochi? Quare ergo iſtos lex divina adſtringet, ad quod non arctat illos? Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. *Math. 22. verſ. 16. Marci 12. verſ. 14. Lucæ 20. verſ. 21. Act. Apoſtolor. 10. verſ. 34. ad Romanos 2. verſ 11. ad Galatas 2. verſ. 6. ad Epheſ. 6. verſ. 9. ad Coloſſenſ. 3. verſ. 25. 1. Petri 1. verſ. 17. Iacobi 2. verſ. 1. 9.* & ut noſter Gregorius Magnus Pontifex Summus, *homilia 9. in Evangelia*, dixit: *Lectio Sancti Evangelii, fratres chariſſimi, ſolicitè conſiderare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepiſſe aliquid cernimur, ab authore mundi graviùs inde judicemur. Cùm enim augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum.*

Ad declarationem Cardinalium objectam, reſpondeo nihil illam contra nos probare. *Primò*, ob ejus Decretum, & Urbani Octavi Breve, in limine voluminis iſtius appoſita. Non enim dicta Declaratio exhibetur in authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejuſdem S. Congregationis munita. Quod, ut fidem illa faceret, neceſſariò exigebat, & docet Diana *p. 5. tract. 12. reſol. 52.*

Secundò, quia ut Declarationes, & Decreta dictæ Congregationis vim habeant obligandi, ab ea obſervari debent, quæ in limine erectionis ipſius Sixtus V. *in Conſtit. Romani,*

Romani, la 74. *apud Angel. Cherubin. tom.* 2. *Bullarii Romani*, ſtatuit, videlicet: *Eorum quidem Decretorum, quæ ad Fidei dogmata pertinent, interpretationem Nobis ipſis reſervamus. Cardinalibus verò Præfectis interpretationi, & executioni Concilii Tridentini, ſi quando in his, quæ de morum reformatione, diſciplina, ac moderatione, & Eccleſiaſticis judiciis, aliiſque hujuſmodi ſtatuta ſunt, dubietas, aut difficultas emerſerint, interpretandi facultatem*, Nobis tamen conſultis, impartimur. Hæc Sixtus V. At in dicta Declaratione non fuit Papæ facta conſultatio. Ergo illa nihil probat. Nec valet dicere, præſumi debere fuiſſe Papam conſultum. Quia eſſe conſultum, eſt quid facti. Hoc autem præſumi non debet, ſed probari ab illud allegante, ut diximus *ſuprà, quæſt.* 2. *num.* 387.

* 606.

Paragraphus VII.

An munus, & onus Parochi ſit, Vnctionis Extremæ Sacramentum moribundis miniſtrare?

REſpondeo, quod licèt quilibet Sacerdos, ex hujus Sacramenti inſtitutione Miniſter illius ſit, attamen ut licitè illud adminiſtret, ultra Presbyteratus Ordinem, habere debet juriſdictionem in eum, qui recepturus illud ſit: qui autem hujuſmodi juriſdictione gaudet immediata, & infimus in hierarchia Eccleſiaſtica, ſolus eſt Presbyter Parochialis, & Curatus, cui ex proprio munere, & onere incumbit Parochianos ſuos morti proximos, hoc Extremæ-Unctionis Sacramento paſcere. Ita docet Hermes Theologicus *tom.* 8. *tract. de Pœnitentia, cap.* 9. *de Sacramento Extremæ Vnctionis, concl.* 6. *pag.* 177. 2. *editionis.* Poſſevinus *de Officio Curati, cap.* 9. *de Extrema-Vnctione, num.* 7. *& ſeqq.* Victorellus *in notis ad dictum caput* 9. *Poſſevini, num.* 22. Caſtrus Palaus *in Opere Morali, tom.* 4. *tract.* 25. *diſp. unica, punct.* 7. *num.* 3. Coninck *de Sacramentis, diſp.* 19. *de Extrema-Vnctione, dub.* 9. *num.* 28. Emmanuel Sà *verbo Extrema-Vnctio, num.* 8. Æligius Baſſæus *tom.* 1. *verbo Extrema-Vnctio* 2. *num.* 3. Ego ipſe *in Paſtoralibus, part.* 3. *quæſt.* 5. Leſſ. *de Extrema Vnctione, cap.* 3. *dub.* 2.

607. Hermes Theologicus, ſic dictam concluſionem ſextam formavit: Habentes curam animarum tenentur hoc Sacramentum adminiſtrare ſuis ſubditis, quando neceſſitas poſtulat. Quia cùm illi teneantur ex officio oves ſuas paſcere, conſequenter tenentur eis adminiſtrare Sacramenta, quæ ſunt ordinaria media à Chriſto inſtituta ad hominum ſalutem, ſi ea ſaltem opportuno tempore poſtulent. Atque hæc obligatio proximè afficit immediatos Paſtores; remotè verò, iſtorum Superiores, qui iis deficientibus, tenentur, vel per ſeipſos Sacramenta ſuis ſubditis adminiſtrare, vel curare ut non deſint Sacerdotes, qui ea convenienter conferre poſſint.

608. Immò ſi in extrema alicujus neceſſitate, neque adſit Paſtor mediatus, neque immediatus, quilibet ſimplex Sacerdos tenetur ex charitate hoc Sacramentum adminiſtrare, ſi poteſt ſine gravi incommodo, aut periculo; etiamſi ægrotus confeſſus ſit, & Euchariſtiam acceperit: ac multò magis ſi hæc Sacramenta ſuſcipere non potuit. Fieri enim poteſt, ut per ſuſceptionem Extremæ-Unctionis, ex attrito fiat contritus, & ſalvetur, aliàs damnandus defectu veræ contritionis.

609. Sciſcitaberis fortè, an Parochus tempore peſtis teneatur hoc Sacramentum adminiſtrare. Reſpondeo I. teneri, ſi id conferre poteſt ſine probabili propriæ vitæ periculo. Ratio eſt, quia cum Parochus ex proprio Officio, atque adeo ex juſtitia, hoc Sacramentum adminiſtrare teneatur, ut dictum eſt, ea obligatio, per ſe loquendo, eſt perpetua, atque adeò obligat etiam tempore peſtis, ſaltem ſi non ſit probabile vitæ periculum; nimirum ſi ex loco, in quo ægrotus jacet; ex antidotis, quibus Parochus uti poteſt, & debet; ex modo inungendi infirmum, ſcilicet virga oblonga, accidentariis prætermiſſis, &c. Medicorum judicio, non ſit periculum, quod ungens inficiatur cum vitæ diſcrimine.

610. Reſpondeo II. non teneri, ſi periculum vitæ immineat. Ratio eſt, quia cùm Extrema Unctio non ſit medium ad ſalutem neceſſarium; neque etiam ſit neceſſaria ex præcepto divino, juxta communiorem ſententiam, veriſimile eſt, Parochum non teneri illam

conferre cum periculo propriæ vitæ, niſi in caſu, quo æterna ægroti ſalus ab eo Sacramento penderet, ut ſi alia non poſſet ſuſcipere, & eſſet tantum attritus. Tunc enim non modò Parochus, ſed etiam quivis alius Sacerdos tenetur ex charitate proximo ſubvenire cum periculo propriæ vitæ, ex communi ſententia. Hactenus Hermes.

611. Poſſevinus. Poſſevinus, *loco citato de Extrema Unctione*, *n.* 7. ait: Quæritur, quis dat eam? Reſp. Curatus, vel alius de ejus licentia, ſi non prohibeatur ab Epiſcopo. Omnes. Addit Victorellus: Poſſe alium Sacerdotem ſub ratihabitione, immò & ſine ea in extremo vitæ periculo: & hoc etiam tunc vult licere Regulari, licèt alii negent. Vide *cap.* 5. *num.* 51. *&* 47. At ſi fortè Curatus ſit excommunicatus, poterit facultatem facere alii Sacerdoti Extremam Unctionem adminiſtrandi. Victorellus ibi: ſed Suarez tenet contrarium. Hæc Poſſevinus.

612. Victorellus. Victorellus *dicto n.* 22. Parochum Unctionem Extremam cum vitæ periculo adminiſtrare debere, nonnulli cenſent. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 40. *ſect.* 3. de hac re copiosè diſſerit, & ita ſtatuit: Si impendeat verum morale vitæ periculum, quod vitare Parochus nequeat, non tenetur cum tam gravi periculo Unctionem præbere: tenetur tamen aptis Medicorum remediis uti, ut periculum vitet, vel illud prævenire: at ſi poſtquam omnia præſtitit, morale periculum adſit, non tenetur; tenetur ſi abſit.

613. Teneturne Parochus tempore peſtis Sacramenta per ſe miniſtrare? Suarez Parochum excuſat, ſi idoneum Vicarium habeat, qui diligenter id efficiat, & neceſſariam ovium neceſſitati opem ferat: nec eum idoneo, diligentique Vicario inſtructum cogeret ad habitandum intra fines loci, quem peſtis vexat; dum tamen proximè adeſſet, animoque pro ovium ſalute diligentiſſimè excubaret, & ejus Vicario miniſtro divinis aleret alimentis. Ita Victorellus.

614. Caſtrus Palaus. Caſtrus Palaus *dicto num.* 3. ſequentia profert: Verùm eſto validè quilibet Sacerdos hoc Sacramentum miniſtrare poſſet; illicitè tamen miniſtraret, niſi juriſdictionem habeat in infirmum ab Eccleſia non impeditam: ac proinde niſi Parochus ſit, vel à Parocho poteſtatem habeat. Quia paſcere Fideles ſpirituali Sacramentorum cibo, munus eſt Paſtoris, ut rectè notarunt Valentia *diſput.* 8. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Coninck *diſp. unica, dub.* 8. *num.* 28. Layman *tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 1. Bonacina *diſp.* 7. *quæſt. unica, puncto* 4. *num.* 5. & colligitur apertè *ex Clementina* 1. *de Privilegiis*, ubi Religioſi exempti, qui hoc Sacramentum abſque Parochi licentia adminiſtrare præſumunt, ligantur excommunicatione Pontifici reſervata: quam tamen non contrahunt alii Clerici ſæculares.

615. Ab hac illicita adminiſtratione excuſantur, cum Religioſi, tum alii Clerici ſæculares, ſi ex ratihabitione de futuro probabiliter præſumpta adminiſtrent, uti docuerunt in præſenti Valentia *d. diſp.* 8. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Emmanuel Sà *verbo Extrema Unctio, num.* 8. quia actiones, quæ non ut validè, ſed ut licitè fiant, conſenſum alterius expoſtulant, ſi hic probabiliter præſumatur, licitè fiunt, jure ſic diſponente.

616. At ſi contingat caſus, quo infirmus Unctione indigeat; Parochus verò, vel non poſſit, vel nolit miniſtrare, nec alteri Sacerdoti facultatem concedere: communiter Doctores docent, teſte Valentia *diſput.* 8. *quæſt.* 2. *punct.* 1. Coninck *diſp.* 19. *dub.* 9. Layman *lib.* 5. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 2. Suarez *diſp.* 44. *ſect.* 2. *num.* 3. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 4. Bonacina *diſp.* 7. *de Unctione, quæſt. unica, punct.* 4. *n.* 6. quemlibet Sacerdotem non excommunicatum, nec ſuſpenſum poſſe, & debere Unctionem miniſtrare; quia eo caſu ex licentia Epiſcopi, vel Summi Pontificis miniſtrat, qui cenſentur Parochi defectum ſupplere. Non enim præſumendum eſt, velle Eccleſiam, ob iniquitatem Parochi, privare infirmum eo ſalutari præſidio, fortè ad æternam ſalutem neceſſario. Hactenus Ferdinandus *d. n.* 3. 4. *&* 5.

617. Coninck. Ægidius Coninck *num.* 28. *citato*, dixit: Nota, etſi quivis Sacerdos validè hoc Sacramentum conferat, cùm non ſit actus juriſdictionis; extra neceſſitatem tamen ſolus Paſtor, vel alius cum ejus licentia id licitè confert: quia conferre Sacramenta, eſt officium Paſtoris. Unde Religioſi, qui

qui ſine venia proprii Paſtoris laicis, aut Clericis non Religioſis hoc Sacramentum conferunt, excommunicantur, *Clement. 1. de Privilegiis.* Alii quidem Sacerdotes graviter peccant, non tamen excommunicantur, quia nullo jure id probatur.

618. In neceſſitate tamen, quando aliàs ægrotus moriturus eſſet ſine hoc Sacramento, quivis Sacerdos poſſet hoc Sacramentum miniſtrare, etſi ſciret Parochum ægrè laturum. Quia nullo modo cenſendum eſt, Eccleſiam velle ægrotum cum tanto ſuo damno obligare, ut à nullo alio, quàm à ſuo Parocho, ſine hujus licentia hoc Sacramentum ſuſcipiat, cum ejus ſalus poſſet hoc modo periclitari. Vide Suarez *diſp.* 44. *ſect.* 2. *num.* 3. Hæc Ægidius.

619. Emmanuel Sà *verb. Extrema Unctio, n.*8. ita dixit: Deficiente proprio Sacerdote, poteſt alius, etiam Religioſus, adminiſtrare, ſub ratihabitione proprii: poteſt verò dare licentiam proprius, non tamen excommunicatus, aut ſuſpenſus nominatim, quicquid dicant Paludanus, Sylveſter, & Armilla. Vide Suarez *diſput.* 14. *ſect.* 1. *num.*7.

620. Ægidius Baſſæus. Baſſæus loco citato ſic etiam docuit: Miniſter ex officio hujus Sacramenti Parochus, tenetur ex juſtitia Fidelibus ſibi ſubditis Sacramentum hoc miniſtrare. Navarrus (*cap.*25. *num.*131.) Suarez (*diſput.*45. *ſect.*2.) & alii (Filliuc. *tract.*3. *num.*96. 97. *& ſeq.* Sylvius *in Supplem. quæſt.*32. *art.*3. *concl.*3.) quia tenetur oves ſuas paſcere, ordinaria remedia ſalutis præbendo, quando opportuno tempore requiruntur; unde ſi in hoc notabiliter ſit negligens, cum periculo infirmi, peccat mortaliter, & deficiente Parocho, tenetur Epiſcopus id præſtare per ſeipſum, vel providere ovibus de alio. Alii autem ratione neceſſitatis infirmi, & deficiente Parocho, tenentur ex charitate etiam ſub mortali; unde tempore peſtis magis obligatur Paſtor, quàm alius non habens tale munus: & non poteſt fugere, ſed adeſſe tenetur per ſe, vel per Vicarium, ut Sacramentum Confeſſionis, & Viaticum etiam cum periculo vitæ adminiſtret. Extremam Unctionem tenetur etiam adminiſtrare, ſi id poteſt ſine morali periculo vitæ: aliàs non tenetur, quia non eſt Sacramentum neceſſitatis, & ſufficienter providetur neceſſitati infirmi per Confeſſionem, & Euchariſtiam. Suarez (*diſp.*44. *ſect.*3.) Diana (*parte* 5. *tract.*3. *reſol.* 8. *& part.* 3. *tract.*4. *reſol.* 174.

621. Adverte tamen ex Sylvio (*cit. q.*32. *concluſ.*2. *&* 4.) & Sancio (*in Selectis, diſp.*27. *n.*16.) quod quando contingit infirmum non potuiſſe recipere, neque Sacramentum Pœnitentiæ, neque Euchariſtiæ, tunc Parochus debet, etiam cum certo vitæ periculo, Extremam Unctionem adminiſtrare: fieri enim poteſt, ut infirmus percepto hoc Sacramento ſalvetur, qui alioquin eſſet damnandus; putà ſi antea non fuiſſet perfectè contritus, & certum eſſet, infirmum peccatum mortale habere, aliàs non confeſſum. Hæc Baſſæus.

622. Ratio autem reſponſionis eſt, quia paſcere Parochianos ſpirituali Sacramentorum alimento, proprium munus, & onus Parochi eſt: quod præcipuè reſpectu hujus Sacramenti Extremæ Unctionis, convincit Clementina *Religioſi, la* 1. *de Privileg.* ex Concilio Generali Viennenſi deſumpta, in quo ſub Clemente Papa Quinto ſic fuit ſtatutum: *Religioſi, qui Clericis, aut laïcis Sacramentum Unctionis Extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, matrimoniave ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia, præſumpſerint, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſolvendi.* Et licèt dictam excommunicationem non incurrant alii Extremam Unctionem miniſtrantes, quàm Religioſi, uti benè docuerunt Leonardus Leſſius *de Sacramento Extremæ Unctionis, cap.*3. *dub.*2. *verſic. Dico primò*, Palaus *ſuprà, num.*614. & Coninck *n.*617. peccant tamen mortaliter omnes Sacerdotes illam miniſtrantes contra Parochi voluntatem, extra caſum tamen neceſſitatis, quia jus alienum uſurpant in re gravi.

623. Conſultò dixi, *extra caſum neceſſitatis*; quia ſi Parochus proprius haberi non poteſt, quivis Sacerdos, tam ſæcularis, quàm Regularis, licitè valet, immò & tenetur ex charitate Extremam miniſtrare Unctionem, ſicuti docent Leſſius *loco citato, verſ.*

Dico ſecundò, Sà *verbo Extrema Unctio, num.* 8. Palaus *tom.* 4. *tract.* 25. *diſp. unica, punct.* 7. *num.* 5. Pax Jordanus *volum.* 1. *lib.* 3 *tit.* 5. *num.* 8. Hermes Theologicus *ſuprà, num.* 608. *&* 610. Poſſevinus ex Victorello, *num.* 611. Coninck *num.* 618. & ego ipſe *in Paſtoralibus, part.* 3. *quæſt.* 5. *num.* 7. ubi rationem reddidi hanc, quia in caſu neceſſitatis adeſt tacita Parochi licentia: & ſi hæc deſit ob Parochi malitiam, ad eſt tacita licentia Papæ, & Epiſcopi, ad quos ſpectat Parochi ſupplere negligentiam: quod etiam ſupra docet Palaus *num.* 616. Non enim præſumendum eſt de Pia Matre Eccleſia, & de ejus Principibus, velle ob Parochi defectum, aut malitiam, infirmos filios eo ſalutari præſidio, & fortè ad ſalutem, & vitam æternam neceſſario, privari, uti bene obſervat Palaus hic, *num.* 616. Et ob eandem rationem, & cauſam permittunt in neceſſitatis caſu Pœnitentiæ Sacramenti adminiſtrationem cuilibet Sacerdoti, uti obſervavi ubi proximè, poſt Pacem Jordanum *dicto lib.* 3. *tit.* 4. *de Pœnit. & tit.* 5. *cit.*

624. Quoad Regulares, operæpretium duxi admonere, ſicut loco citato admonui, illos Extremam Unctionem miniſtrantes, ſine licentia Parochi, infirmis laicis, etiam extra neceſſitatem, excommunicationem *Clementinæ* 1. *de Privilegiis*, ſolùm incurrere, quando ex præſumptione, ideſt ſcientes, & audentes, temerario auſu Unctionem miniſtrant Extremam. Ratio eſt, quia Clementina ſolùm ligare intendit præſumentes: quod clarè apparet ex dictione *præſumpſerint*, qua in diſpoſitione utitur. Ergo cùm odioſa illa, & pœnalis ſit, non debet extendi ad impropriam verborum ſignificationem, nec extrahi, ſed ad propriam arctari, & reſtringi: & ſecundùm dictam verborum proprietatem, legem latam fuiſſe intelligitur. Palaus *tom.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 5. *punct.* 3. §. 3. *n.* 2. ex Suarez *de legibus, lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 7. Salas *eodem tract. diſp.* 21. *ſect.* 3. *n.* 4. Azorio *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *quæſt.* 9. Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 15. & ex *l. Non aliter, ff. de legatis* 3. & ex *l. Proſpexit, ff. Qui, & à quibus*, & ex *cap.* 2. §. *Sed neque, de Tranſlatione Epiſcopi.* Pellizar. *in Manuali, tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 5. *n.* 331. *& tract.* 6. *cap.* 4. *n.* 9. *in fine*, Lezana *tom.* 2. *part.* 4. *verb. Leges Regular. num.* 32. Gloſſa *in Clement. Et ſi principali, verbo eodem, de Reſcriptis*, ex *cap. Si quem, de Sentent. excommunic.* & *cap. Si pariter, de Teſtamentis, lib.* 6. & ego ipſe poſt QQ. Paſtorales, *in Diſquiſ. de Iure Prioris annexi, n.* 43. *&* 50. Et ratio eſt, quia Legiſlator debet procurare legem eſſe claram, & diſtinctam, ut firma illa ſit, & cavillationes vitentur, *cap. Abbate, el* 21. *de Verborum ſignificatione*, ibi: *Nec lex debet eſſe obſcura, & captioſa.* Ergo in condenda lege uti debet verbis in propria eorum ſignificatione. Unde *Clementina Religioſi* 1. *de Privilegiis*, ſolùm ligabit præſumentes, qui ſolùm ſunt *Scientes, & audentes auſu temerario* aliquid facientes, uti dixi, & commentatur Marcus Vidal *in Arca Vitali, tit. de Euchariſtiæ Sacramento, numero* 39.

Ex quo fit, dictam excommu- 625.
nicationem non incurrere Religioſum, qui bona fide, aut cum ignorantia prohibitionis in dicta Clementina factæ, quamvis craſſa, extra neceſſitatem, & ſine Parochi licentia, Extremam Unctionem illius Parochiano miniſtraret. Et ita docent Marcus Vidal *ubi proximè*, & Lezana *tom.* 2. *part.* 3. *verbo Euchariſtia quoad Regulares, num.* 3. ex Navarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 102. & ex Fagundez *in* 3. *Præcep. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Pellizarius *in Manuali Regular. tom.* 1. *tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 9. & Diana *part.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 7. *verſic. Notandum eſt.*

Notanter dixi *num.* 606. requiri in 626.
hujus Sacramenti miniſtro juriſdictionem propriam, aut delegatam in eum, qui illud recepturus ſit, non certè ad illius valorem, ſed ad illius licitam adminiſtrationem. Non enim perficitur Sacramentum iſtud per modum judicii, & ſententiæ, ſicut Pœnitentiæ perficitur Sacramentum: & ſic in illud miniſtrante non exigit juriſdictionem, ſicut exigit in iſtud miniſtrante, & perficiente. Extrema Unctio perficitur tam unctione, quàm deprecatione, quæ duæ actiones juriſdictionem non expoſtulant, ſed Sacerdotis tantùm qualitatem, juxta D. Jacobum *in epiſt. Catholica, cap.* 5. *verſic.* 14. dicentem: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent*

orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini: & juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14. *de Sacramento Extremæ unctionis, canone* 4. qui hujus tenoris eſt: *Si quis dixerit, Presbyteros Eccleſiæ, quos B. Iacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, non eſſe Sacerdotes ab Epiſcopo Ordinatos, ſed ætate ſeniores in quavis communitate: ob idque proprium Extremæ Unctionis miniſtrum non eſſe ſolum Sacerdotem; anathema ſit.* Ad licitam itaque hujus Sacramenti adminiſtrationem expoſtulatur juriſdictio, aut licentia illam habentis, & non ad illius valorem, quia Eccleſia decrevit jure, ordinario extremè inungere, ad ſolos pertinere Paſtores; non autem ad ſolos immediatos, & ad ſolos Parochos, ſed etiam ad mediatos, & ad ſupremum, ad Epiſcopos, & ad Summum Pontificem. Bene enim illorum quilibet hoc conferre Sacramentum cuilibet ſuo reſpectivè ſubdito per ſe, vel per alios à ſe delegatos poteſt independenter à Parochis, cùm ſint univerſales Paſtores, & Rectores principales, cum juriſdictione, & poteſtate ordinaria, ratione propriæ dignitatis, muneris, aut officii, à quo ipſimet Parochi dependent, ordine hierarchico, & ſunt etiam iſtorum Paſtores, Rectores, & Prælati. Vide, ſi placet, à me ipſo dicta *in* 22. *Paſtoralibus, part.* 3. *quæſt.* 3. *de Euchariſtia, num.* 7. 8. *&* 9.

Paragraphvs VIII.

An ita proprium munus Parochi ſit oves ſuas matrimonio conjungere, aut earum benedicere nuptias, ut nullæ iſtæ ſint ipſo jure, ſi ab alio abſque illius licentia fuerint benedictæ? Et an, & quas pœnas incurrat Sacerdos, qui illas ſic benedixerit?

SECTIO I.

Prima pars Quæſtionis hujus reſolvitur.

627. Licèt quæſtio præſens de Parocho ſolùm expreſsè procedat, tamen implicitè, ſaltem quoad nullitatem matrimonii, procedit de Epiſcopo Diœceſano, & de Summo Pontifice. Certum enim eſt, juxta dicta *in fine §. præcedentis*, Summum Eccleſiæ Præſulem, & Epiſcopum, Rectores etiam eſſe ſubditorum ſuorum, cum juriſdictione, & poteſtate ordinaria in omnes ſubditos ſuos reſpectivè, & etiam in ipſum Parochum, qui eſt & illis inferior, & ejus juriſdictio, & poteſtas, illorum juriſdictioni, & poteſtati ſubordinata. Et ideo poterunt Papa, & Epiſcopus, & potiori quidem jure, per ſe, vel per ſuos delegatos nuptias benedicere. Papa certè, omnium Fidelium, cùm omnes illi æquè ejus oves ſint: Epiſcopus verò, omnium ſuorum Diœceſanorum. Imò & juxta Coninch *diſp.* 27. *de Matrim. dub.* 2. *num.* 16. *&* 17. reſpectivè Legatus Papæ, Vicarius Generalis Epiſcopi, Capitulum Sede vacante, & juriſdictionem habens Epiſcopalem. Subſcribit. Palaus *p.* 5. *diſp.* 2. *punct.* 13. §. 11. *num.* 1. 2. *&* 3.

628. Quo ſuppoſito, difficultati propoſitæ reſpondeo, Primò: Matrimonium celebratum ſine Parochi præſentia, & benedictione, aut alterius Sacerdotis, de ejus, Epiſcopive, ſeu Ordinarii licentia, ipſo jure iritum eſſe, & nullum. Concluſio iſta diffinita eſt à Sacro Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *in Decreto de reformatione Matrimonii,* §. *Tametſi, ad finem,* dicente: *Quia aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, ſeu Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, Matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum inhabiles reddit; & hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti Decreto irritos facit, & annullat.* Et *in* §. *Præterea, in principio,* addit: *Statuitque benedictionem à proprio Parocho fieri, neque à quoquam, niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi poſſe, quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, vel privilegio non obſtante.*

629. Ex quo Conciliari Decreto habemus, conjungere in Matrimonium, & benedicere Parochianos ſuos, munus proprium eſſe Parochi, ita ut liceat illi per ſe, aut per alium Sacerdotem ſibi bene viſum illos conjungere, & benedicere, abſque Epiſcopi licentia, cum ſubordinatione tamen ad illum; qui legitima tamen interveniente cauſa aliter præſcribere benè valet, juxta Declarationem

Congre

Congregationis Eminentiſſ. Cardinalium Sacri Concilii præfati Interpretum, *in una Turritana*, editam die 12. Martii 1633. quam ex Bonfadino *in Theſauro Eccleſ. Deciſionum, reſol.* 23. *num.* 12. refert Barboſa *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, verbo Parochus quoad Sacramenta, Collectanea* 554. *num.* 5.

630. An autem validum ſit Matrimonium contra præſcriptum Epiſcopi celebratum coram Parocho, vel altero Sacerdote, de ejus venia, ac facultate, dubitari poteſt. Cui dubitationi reſpondet Diana *part.* 5. *tract.* 9. *de Excommunic. reſol.* 79. affirmativè; ſic enim dixit *verſic. Sed Ego*, videlicet: Si tamen Parochus ab Epiſcopo, aut ab alio competente Judice prohibitus ſit aſſiſtere Matrimonio, aut licentiam conferre, ſi id efficiat, quia ſimplici prohibitione non privatur dicta poteſtate, immò privari nequit, quandiu manet Parochus (quamvis ad nutum amovibilis) niſi à Papa, aut Concilio Generali, quia ab his accipit poteſtatem ad dicta, abſque ſubordinatione ad Epiſcopum, quoad eorum valorem; quando verò Parochus tantùm eſt prohibitus Sacramenta adminiſtrare, poteſt validè, & licitè aſſiſtere Matrimonio, & licentiam ad id conferre, quia neutrum eſt Sacramentum adminiſtrare. Ita Diana.

631. Idem docuit Ægidius Coninck de Matrimonio clandeſtino, *diſp.* 27. *dub.* 2. *num.* 28. in ſequentia prorumpens, *concluſ.* 11. Parochus, cui prohibitum eſt aſſiſtere certo Matrimonio, aut alteri facultatem aſſiſtendi dare, validè utrumque facit, niſi prohibitioni clauſula irritans ſit appoſita. Quia cùm de Jure hanc poteſtatem habeat, per ſimplicem prohibitionem ei non aufertur, ut fuſè docet Sanchez *diſp.* 32. Imò etſi Epiſcopus poſſit efficere, ut Parochus invalidè det alteri licentiam aſſiſtendi, hanc ab initio revocando; non videtur tamen poſſe efficere, ut Parochus manens Parochus, validè non aſſiſtat: quia quandiu hic aſſiſtit, ſervatur Conſtitutio Tridentini: nec Epiſcopus poteſt apponere conditionem eſſentialem Matrimonio, ſine qua non valeat. Et confirmatur *primò*, quia cùm aſſiſtere Matrimonio non ſit actus juriſdictionis, ut oſtendi *n.* 24. non pendet ita à Superiore, ut ejus valorem impedire poſſit. *Secundo*, quia contrahentes poſſunt contrahere coram Parocho omninò repugnante: cur non etiam invito Epiſcopo? cùm hic non magis poſſet eos reddere inhabiles ad contrahendum, quàm Parochus. *Tertiò*, præſente ſuo Epiſcopo, quantumcunque Parocho repugnante, validè contrahunt: cur non etiam præſente Parocho, Epiſcopo repugnante? Quæ vera ſunt etiam reſpectu Parochi ad nutum amovibilis, quamdiu non amovetur. Hactenus Coninck.

632. Et idem, quod dictum eſt de aſſiſtentia Parochi ab Epiſcopo interdicta, docet Caſtrus Palaus *part.* 5. *diſp.* 2. *punct.* 13. §. 12. *num.* 9. de licentia à Parocho alteri Sacerdoti conceſſa ad aſſiſtendum Matrimonio contra Epiſcopi prohibitionem. Sic enim ibi procedit. Sed quid ſi Parocho interdictum ſit ab Epiſcopo, ne ulli Sacerdoti licentiam ad aſſiſtendum Matrimonio concedat? Reſpondeo conceſſionem, ſi fiat, illicitam fore; validam tamen eſſe, dum prohibitioni non eſt adjectum decretum irritans, ut deciſum à Congregatione Cardinalium, teſtatur Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 31. *num.* 2. Salzedo *cap.* 73. *ſuæ Practicæ*, §. *Primùm igitur dubium.* Zevallos *quæſt.* 604. *num.* 71. Gutierrez *cap.* 67. *per totum.* Et colligitur manifeſtè *ex cap.* 2. *de Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.* Idem cenſeo dicendum de licentia conceſſa Sacerdoti ſub onere præmittendi denunciationes, indagandi impedimentum, aliamve diligentiam præſtandi: dum enim non additur decretum irritans, cenſeri debet prædictam diligentiam præcipi, non in vi conditionis, ſed oneris, & obligationis, maximè ſi ſit diligentia, quæ jus commune poſtulat, ut tradit Sanchez *dicta diſp.* 32. *&* 33. & Coninck *diſp.* 27. *dub.* 3. *à num.* 33. Iſta Palaus *d. num.* 9. qui ſtatim ſubjungit *num.* 10. in quo ſequentia profert, menti tenenda.

633. Ad extremum licentia ſemel data revocari poteſt: at non eſt cenſenda revocata, quouſque revocatio per epiſtolam, vel certum nuncium ſignificata ſit ei, cui eſt licentia conceſſa, ut benè docuit Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 36. *n.* 9. Coninck *diſp.* 27. *dub.* 3. *num.* 32. *verſic. Sextò.*

Sextò. Gaſpar Hurtado *diſp.5.diffic.13. in fine, n.45*. Quod ſi aliquis poſt contractum matrimonium, opponat Sacerdotem caruiſſe licentia, vel quia fuit revocata; tenetur probare, aliàs credi non debet, ut notat Maſcardus *de Probationib. concl.982*.

634. Nonnullæ difficultates occurrunt diſcutiendæ, in præſenti materia frequenter offerri ſolitæ, quarum reſolutiones maximè neceſſariæ ſunt. *Prima* eſt, an matrimonium celebratum coram Parocho nondum Sacerdote, validum, an verò irritum ſit. Reſpondet, illud ratum, & validum eſſe, Leonard. Leſſius *de Matrimonio, cap.13. dub.1. num.200*. Hermes Theologicus *tom.8. tract. de Matrimonio, c.11. ſub concluſ.7*. Caſtrus Palaus *dicta diſput.2. punct.13. §.10. num.2*. & ego ipſe *d. quæſt.6. de Matrimonio*, & alii, quos allegat Palaus, hîc ab eo recenſendi. Barboſa *in Summ. Deciſ. Apoſtol. verbo Matrimonium, collect. 465. numero 11*.

Leſſius *loco citato*, ita dixit: Nota primò: Non eſſe neceſſe, ut Parochus ſit Sacerdos; ſufficit, ut ſit verè Parochus, habens titulum, & jus Parochi, etſi tantùm habeat primam Tonſuram. Quia Concilium generatim loquitur. Hæc Leſſius.

Hermes ſic etiam fatur: Secundò adverte, non opus eſſe, ut Parochus aſſiſtens Matrimonio ſit Sacerdos; quia hæc præſentia non eſt actus Ordinis. Poteſt autem Parochus non Sacerdos, validè exercere omnes actus, qui à poteſtate Ordinis non pendent. Conſonat Poſſevinus *de Offic. Curati, cap.10. in Append.3. verſ. Parochus*.

635. Caſtrus Palaus dicit *in numero 1. §. decimi*: Aliqui exigunt in Parocho Sacerdotalem dignitatem, ut validè Matrimonio aſſiſtat, moti ex Decreto illo Concilii *ſeſſ.24.cap.1*. dicente: *Qui aliter quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote*. Dictio namque, *aliud*, eſt ſimilium reptitiva, juxta *leg. Quidam relegatus, ff. de Rebus dubiis*. Et tradit Gloſſa *in Authentic. Qui ſemel, C. Quomodo, & quando judex, in verbo Aliud*: & *in leg. ſi fugitivi, C. de ſervis fugitivis*. Archidiaconus *cap. ult. de Regularibus in 6*. Menochius *de Arbitrariis, lib.1. quæſt.80. n.122*. & pluribus comprobat Sanchez *lib.3. de Matrimonio, diſp.20. num.2*. At in Delegato omnes requirunt Sacerdotalem dignitatem. Ergo etiam in Parocho delegante, præcipuè cum ex antiqua Eccleſiæ conſuetudine neceſſariò Sacerdos nuptiis aſſiſtebat. Ut conſtat ex his, quæ congerit Gratianus, 30. *quæſt.5*. Atque ita docent Navarrus *lib.1. Conſilior. tit. de Offic. Ordin. conſil.1. aliàs lib.4. tit. de Clandeſtinis deſponſationibus, conſ.10*. Salzedo *Pract.cap.73. verſic. Decimoquartò, in nova editione*. Alphonſus à Vemerum. *in Appendice ad ſpecul. conjug. dub.2. concl.2*. & probabilem reputat Petrus de Ledeſma *de Matrimonio, quæſt.45. art.5. punct.3*. Sanchez *dicta diſp.20. num.2*. Hoc igitur à Caſtro Palao *num.* . . dicto, ſtatim *num.2*. ſubjungit:

Sed rectiùs contrarium cenſent 636.
idem Navarrus *lib.4. Conſilior. tit. de Sponſalibus, conſ.30. aliàs tit. de Clandeſtinis deſponſationibus, conſ.9*. Henriquez *lib.11.cap.3. num.5*. Zevallos *Quæſtion. Practicar. quæſt.604. n.56. & 57*. Sanchez *lib.3. diſp.20. num.3*. Gutierrez *de Iuramento confirmatorio, 1.part. cap.14. num.13. & de Matrimonio, cap.62. num.16*. Zenedo *Practicar. lib.1. quæſt.30. num.54. & ſeqq*. & alii apud ipſos. Ratio eſt, quia hoc Decretum Concilii, cum ſit juris communis correctivum, ejus verba non amplianda ſunt, ſed potiùs reſtringenda. At in prædicto capite ſæpè mentionem Parochi fecit, nulla facta mentione Sacerdotii. Non igitur ea qualitas expoſtulanda eſt, quæ ſi neceſſaria eſſet, non omitteretur à Concilio. Adde quod præſentia Parochi requiritur, ut Eccleſiæ conſtet de Matrimonio, quod optimè præſtari poteſt à Parocho non Sacerdote.

Neque fundamentum contrarium 637.
urget. Fateor namque, dictionem *Alius*, vel *aliud*, aliquando repetere ſimilia, aliquando diſſimilia: quod ex ſubjecta materia colligendum eſt, ut benè comprobat Gloſſa *in cap. Cœnomanenſis, diſt.36. & cap. Sedes, de Reſcriptis, verbo Majores, ad finem, & in l. Non ſolum, ff. de Procuratoribus, §. Quatuor*, per textum *ibi*, & *in l.1. ff. de Conſtituta pecunia, §. Debitum*, & *in l. in cauſa, verbo Competere, ff. de Minoribus*. Quare *in authent. Ut defuncti, ſeu funera eorum,*

collat. 5. *in princ.* dicitur, *Milites, & ſervos alios plurimos*; cum tamen ſervi milites eſſe nequirent, *l. Super ſervis, C. Qui militare poſſunt, vel non, lib.* 12. & *in Authent. de Mandat. Princip. § Oportet, collat.* 3. inquit textus, *Nulla alia actio, niſi Officium Iudicis*; cum tamen officium Judicis actio non ſit. Et in Sacris litteris, *Matthæi* 28. *Marci* 15. *Lucæ* 21 dicitur: *Ducebantur alii duo nequam. Crucifixi ſunt cum eo alii duo Latrones.* Non igitur ex prædicta dictione rectè colligitur, Parochum Sacerdotem eſſe debere, præcipuè cùm aſſiſtentia Parochi in Matrimonio, non ex ordine, ſed ex officio Parochi, & quatenus Parochus juriſdictionem habet, illi competat. Adde, etſi concedamus dictionem *alius*, in præſenti Decreto eſſe repetitivam ſimilium, dicendum eſt, factum fuiſſe, non ex neceſſitate, ſed quia frequenter contingit Parochum Sacerdotem eſſe, ſicuti *cap. Omnis utriuſque ſexus, de Pœnitentiis, & remiſſionibus*, cavetur, neminum poſſe alieno, ſine licentia proprii Sacerdotis, confiteri; cum tamen Parochus non Sacerdos hanc licentiam concedere poſſit. Et *cap. Nuper, de ſententia excommunic. verſ. In ſecundo verò caſu*, committitur abſolutio ab excommunicatione non reſervata, proprio Sacerdoti; cùm tamen Parochus non Sacerdos eam præſtare poſſit. Et eandem licentiam poteſt concedere Parochus non Sacerdos Religioſo, ut Sacramenta miniſtret, vitetque excommunicationem latam *in Clementina de Privilegiis*; tametſi ibi caveatur, ne Religioſus abſque licentia Presbyteri Parochialis Euchariſtiam miniſtret. Utuntur enim prædicti textus nomine Sacerdotis, non ex neceſſitate, ſed ratione frequentioris uſus, ut bene comprobat, aliis relatis, Sanchez *diſp.* 20. *à num.* 2. Gutierrez *de Matrimonio, cap.* 62. *à num.* 17. Hucuſque P. Palaus qui *num.* 4. ſequentia ait:

Sed an licitè Parochus non Sacerdos Matrimonio aſſiſtat? difficultate non caret. Nam Petr. Ledeſma *q.* 45. *de Matrim. art.* 5. *punct.* 3. *dub.* 3. *concluſ.* 3. cenſet eſſe peccatum mortale: partim, quia non poteſt conjugibus benedicere: partim, quia eſt cauſa, quod contrahentes materia probabili utantur in Matrimonii contractu, reddantque Sacramentum nullum; cum negari non poſſit, probabile eſſe requiri à Concilio præſentiam Parochi Sacerdotis. At contrarium tenendum eſt cum Sanchez *d. diſp.* 20. *num.* 4. Gutierrez *d. cap.* 62. *num.* 20. eo quòd benedictio, quæ non fit inter Miſſarum ſolemnia, vulgò Velaciones, ſed privatim prolatione illorum verborum: *Ego vos in Matrimonium conjungo, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, optimè à non Sacerdote præſtari poteſt. Uſus autem materiæ probabilis in adminiſtratione Sacramentorum, non eſt per ſe illicitus, ſed ſolùm quando ex ſpeciali Eccleſiæ præcepto, vel conſuetudine vim legis habente prohibetur, ut latè probavimus *tract.* 1. *de Conſcientia, diſput.* 2. *punct.* 5. Quare non ſolùm licitè, & validè aſſiſtere Matrimonio Parochus non Sacerdos poteſt, ſed licentiam aſſiſtendi alteri concedere, ut præfati Doctores advertunt; quia cum in hac poteſtate utatur juriſdictione ordinaria, poteſt eam alteri delegare. Hactenus Doctiſſimus Palaus; ſed ejus in hac parte ſententia ſequi non poteſt, ut ego credo; imò nec edi, aut de ea publicè, aut privatim tractari, niſi forſan impugnando, in vim Decreti S. Congregationis Generalis Inquiſitionis Romanæ, authoritate, & in præſentia Sanctiſſimi D.N. Innocentii X. editi 2. Martii 1679. *& ſuprà num.* 565. tranſcripti, *Propoſitione* 1. *damnata.* Et idem dico de Leſſii, Hermetis, Poſſevini, mei ipſius, & aliorum placitis, in idem, ut dictum eſt, conſpirantium.

Aug. denique Barboſa *in Summa Deciſion. Apoſtolicar. collect.* 465. *num.* 11. ita dixit: Matrimonium contractum coram Parocho, qui non ſit Sacerdos, valet. Sacra Congregatio Concilii, de qua Nicolaus Garcia *de Beneficiis, parte* 9. *cap.* 2. *num.* 395. 638.

Secunda difficultas eſt, quando ſponſi duarum ſunt Parochiarum, quis proprius Parochus cenſendus ſit, ad effectum aſſiſtentiæ debitæ Matrimonii celebrationi? Reſpondet P. Leſſius *de Sacramento Matrimonii, c.* 13. *dub.* 1. *num.* 201. quemlibet Parochorum contrahentium, ſive viri, ſive fœminæ, eſſe coram quo legitimè contrahi poſſit, tanquam coram pro- 639.

prio,

prio, & legitimo Parocho. Idque probat ex Declaratione Sacræ Congregationis Cardinalium; quam tradit Barboſa *Deciſionum Apoſtolicarum collect.* 465. *num.* 17. dicens: *Matrimonium contractum in Parochia habitationis uxoris coram Parocho viri, & è converſo, validum eſt.* S. Congregatio Concilii, recedens à priori contraria deciſione, penes me ipſum *de Officio, & poteſtate Parochi, cap.* 21. *num.* 45. Quocirca idem Barboſa *in Collectan. in Concilium, ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1. *num.* 14. ſic ait: Et ſufficere Parochum viri in Parochia mulieris, & econtrà, quia Concilium in præſenti videtur voluiſſe præſentiam Parochi, & teſtium, ad tollendam clandeſtinitatem, ad quod ſufficit unus Parochus, ſive viri, ſive mulieris, reſolvunt Salzedo *ad Bernardum, in Practica, cap.* 76. *dub.* 14. Cavalcan. *deciſ.* 12. *num.* 11. *part.* 2. Spino (*in Speculo teſtamentorum,*) *gloſſa* 15. *num.* 41. Cevallos (*communium contra comm.*) *quæſt.* 604. *num.* 6. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 3. §. 2. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, part.* 2. *cap.* 9. *num.* 39. *in fine.* Zerola *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *verbo Parochus*, §. 1. Armendariz (*in addit. recopilat. legum Navarræ, lib.* 4. *tit.* 15.) *de Matrimonio, l.* 1. *num.* 7. 13. 14. & 28. Sanchez (*de Matrim.*) *lib.* 3. *diſp.* 19. *ex n.* 1. Rebellus (*de obligat juſtitiæ*) *part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 8. Paul. Comitol. *Reſponſ. Moral. lib.* 1. *quæſt.* 131. *num.* 2. Ægid. Coninck *diſp.* 27. *num.* 19. Aloyſius Riccius *in Praxi Rerum Fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 244. *in* 1. *edit. alias reſol.* 214. *num.* 1. *in* 2. *edit.* Gutierrez *de Matrim. cap.* 62. *num.* 4. Ugolinus *de Offic. & poteſt. Epiſcopi, cap.* 15. §. 10. *num.* 3. Bonacina *de Matrim. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 7. Paulus Layman *in Theologia Morali, lib.* 5. *tr.* 10. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. Gaſpar Hurtado *de Matrim. diſp.* 5. *difficul.* 6. *num.* 20. Rota apud Farinacium *deciſ.* 390. *num.* 6. *part.* 2. recentiorum. Ego ipſe *allegat.* 32. *num.* 98. & *d. cap.* 21. (*de Offic. Parochi,*) *num.* 45.

640. Hermes Theologicus *tom.* 8. *de Matrimonio, cap.* 11. *concl.* 7. dicens: Advertendum eſt primò, ad valorem Matrimoni requiri proprium Parochum: quo nomine intelligimus Parochum, in cujus Parochia contrahentes majori anni parte domicilium habent conſtitutum. Quòd ſi contrahentes in diverſis Parochiis habitant, non eſt opus ad valorem Matrimonii, ut utriuſque Parochus Matrimonio interſit; ſed alterutrius præſentia ſufficit, ſive ille aſſiſtat in propria Parochia, ſive in Parochia contrahentis ſibi non ſubditi, ſive in Parochia omninò aliena. Sicut enim Parochus extra propriam Parochiam poteſt ſibi ſubditos validè abſolvere à peccatis, ita eorum Matrimonio validè intereſſe poteſt.

Ægidius Coninck *diſp.* 27. *de Matrim. dub.* 2. *num.* 19. *concluſ.* 3. ita ſimiliter docet: Quando ſponſus, & ſponſa ſunt diverſæ Parochiæ, poſſunt contrahere coram Parocho ſponſi, vel ſponſæ, prout libuerit; quia non eſt major ratio de uno, quàm de altero: & Parochus unius cenſetur Parochus utriuſque, quia ſunt quaſi una perſona, cùm unum Sacramentum; unuſque contractus ſit utriuſque. Navarrus tamen *lib.* 4. *Conſiliorum, tit. de Sponſalibus, conſ.* 52. docet, in dicto caſu eum Parochum neceſſariò debere Matrimonio aſſiſtere, in cujus Parochia illud contrahitur. Sed illa reſponſio ſolùm docet id eſſe valde conveniens: quod veriſſimum eſt, & ex præcepto neceſſarium, quando contractus ſolemniter celebratur. Ad valorem tamen Matrimonii impertinens eſt, uter Paſtor aſſiſtat, ut Cardinales, teſte eodem loco Navarro, declararunt. Et colligitur apertè ex reſponſione, quam hîc habemus. 641.

Quod ſi petas in caſu prædicto, quo ſponſus, & ſponſa ſint diverſæ Parochiæ, eritne licita aſſiſtentia Parochi alienæ Parochiæ, ſine conſenſu, & licentia Parochi proprii Parochiæ in qua contrahitur Matrimonium? Reſpondet quod ſic Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 232. *de Sacramentis*, cùm Thom. Sanchez *de Matrimonio, lib.* 3. *diſp.* 19. *num.* 11. Villalobos *in Summa, tom.* 1. *tract.* 13. *difficult.* 18. *num.* 2. & aliis. Poſſevinus *de Offic. Curati, cap.* 10. *de Matrimonio, in Appendice* 3. *in princ.* ubi ſic lego: Parochi proprii præſentia, vel alterius Sacerdotis, de ejus, vel Ordinarii licentia, neceſſaria omninò. Satis eſt, ſi ſit alterius contrahentium Paro- 642.

chus, & valebit Matrimonium celebratum in Parochia ſponſæ, coram Parocho ſponſi; immò in aliena Parochia, vel Diœceſi: *Nec peccabit Parochus, ſi ſcandalum, & contemptus defeterit.* Idem dicas de Sacerdote, cui Parochus, vel Ordinarius aſſiſtendi facultatem fecit. Allegat Sanchez *dicto lib.* 3. *diſp.* 34.

643. *Tertia* difficultas eſt, quando uterque ſponſus longè à propria abeſt Parochia, coram quonam Parocho celebrari Matrimonium poterit? Reſpondet Leſſius *de Sacramento Matrimonii, cap.* 13. *dub.* 1. quod ſi ſponſi non eſſent brevi reverſuri, poſſint bona fide uti Parocho loci in quo inveniuntur, quia non videtur conſentaneum, ut teneantur diu expectare, aut procul ire: & quod nec per litteras petere debeant licentiam à Parocho proprio, quia non eſt ipſius concedere licentiam extra ſuum locum. Ita ait ex Navarro *lib.* 4. *Conſilior. tit.* 1. *conſ.* 47. Sed de hoc non nihil dubito, quia ſi Parochus proprius poteſt aſſiſtere Matrimoniis ſuorum Parochianorum in aliena Parochia, ſine licentia Parochi illius loci, ut docet Barboſa *in Collect.* ad Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1. *num.* 78. cum Salzedo *ad Bernardum, in Practica, cap.* 76. *verſic. Undecimò*, Spino *in Speculo Teſtamentorum, gloſſa* 15. *num.* 42. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 19. *num.* 8. & 14. Poſſevino *cap.* 10. *de Matrimonio, n.* 17. Reginaldo *lib.* 31. *num.* 177. Coninck *diſp.* 27. *num.* 22. Baſilio Pontio *de Impedimentis Matrimonii, cap.* 26. § 6. *verſic. Addendum*, Bonacina *de Matrimonio, quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 14. Gutierrez *de Matrimonio, cap.* 62. *num.* 5. Hurtado *eodem tract. diſp.* 5. *diffic.* 6. *num.* 22. ubi extendit etiam extra Epiſcopatum. Idemque Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 32. *num.* 95. *de Poteſt. etiam Parochi, cap.* 21. *num.* 58. eo quòd aſſiſtentia non eſt actus pertinens ad juriſdictionem contentioſam, immò neque voluntariam, (addit:) quare non ſit Parochi concedere licentiam aſſiſtendi Matrimonio extra ſuum locum, neutiquam capio; quia concedere licentiam, non eſt actus magis pertinens ad juriſdictionem, nedum contentioſam, ſed nec voluntariam, quàm eſt ipſemet actus aſſiſtendi.

Quarta difficultas eſt, an ſit neceſſarium, ut Matrimonium legitimum ſit, & ratum, ut Parochi, & teſtes ſpontè illi adſint, & ob hunc finem? Reſpondeo, quod non, ſed ſufficere eſſe præſentes, & advertere quid fiat. Ita Leonard. Leſſius *de Matrimonio, cap.* 13. *dub.* 1. *num.* 101. *verſiculo, Nota tertiò*: & (ait) ita habet Declaratio Cardinalium. Hermes Theologicus *tom.* 8. *cap.* 11. *de Matrimonio, ſub concluſione* 7. ſequentia profert: Quartò adverte, Parochum, vel alium ab eo deputatum, debere eſſe præſentem contractui Matrimonii, non ſolum corporaliter, ſed etiam moraliter, ſeu cum advertentia, & uſu rationis: quia aliàs non poſſet teſtari, Matrimonium initum fuiſſe. Quæ etiam ratio eſt, cur debeat actu attendere ad ea, quæ peraguntur: ſi enim quandiu fit contractus mente vagetur, quomodo teſtari poterit Matrimonium peractum eſſe? Hoc certè perinde erit, ac ſi dormiret, vel omninò abeſſet. 644.

Porrò, quia ideo ſolùm requiritur Parochus ad valorem Matrimonii, ut de eo in foro externo, quoties opus fuerit, teſtari poſſit; hinc fit ut Matrimonium ſit ratum, *etſi Parochus vi detineatur, & à fortiori, ſi dolo adducatur ad locum, ubi Matrimonium celebratur*, vel caſu ibi reperiatur, dummodo advertat, quæ aguntur: quamvis graviter peccent, qui ita contrahunt.

Quintò obſervandum eſt, ad valorem Matrimonii, præter Parochum, requiri tres, vel ut minimum duos teſtes, ut patet ex Concilio Tridentino *loco citato*; illi autem debent intereſſe humano, & morali modo, ut de Parocho diximus. Unde infantes, ſtulti, ebrii, & ſimiles invalidè aſſiſtunt. Debent etiam ſimul intereſſe cum Parocho, neque ſufficeret aſſiſtentia ſucceſſiva. Non tamen requiritur, ut ſint teſtes omni exceptione majores, ideſt tales, ut nullum habeant vitium ex iis, ob quæ jure à teſtimonio ferendo repelluntur, & iis in foro externo fides minimè adhibetur. Unde excommunicati, infames, parentes, mulieres, ſervi, pueri ratione utentes, matrimonio validè aſſiſtunt. Hactenus Hermes.

Poſſevinus *de Officio Curati, de* 645.

Matri

Matrimonio cap. 10. *num.* 20. quoad aſſiſtentiam Parochi, ſic inquirit, & reſolvit, videlicet: *Quæritur*, qualis debeat eſſe aſſiſtentia Parochi, vel alterius de illius licentia aſſiſtentis? Reſpondet Rebellus *in Addit.* 4. *n.* 51. debere eſſe talem, ut appareat à contrahentibus hac de cauſa adhibitum fuiſſe, nimirum, ut audiat, vel videat, & advertat, quid fiat. *Et ſi adſit invitus, vel compulſus, valet Matrimonium, ibi num.* 52. & ſi adfuit, ſed affectavit non intelligere, valet Matrimonium, idem *ibi. num.* 5 Et quoad teſtes *n.* 22. ita procedit. *Quæritur*, an, & quot teſtes requirantur pro Matrimonio? Reſpondeo, requiri duos, aut tres per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* Communiter ſunt duo. Obſerva conſuetudinem loci, ſalvo tamen numero duorum. Aptus eſt pater, mater, & quilibet cognatus, etiam infamis, teſtificari prohibitus. Rebellus 2. *p. lib.* 2. *quæſt. num.* 8. Item fœmina. Sylveſter *Teſtis, quæſt.* 1. *n.* 2. Ineptus, & mente captus, ebrius, furioſus, dum non habet lucida intervalla, & infans. Rebellus *ibi*, Praxis. Adhibe, ſi potes, maximè Matrimonio litigioſo, teſtes omni exceptione majores: nam licèt omnis teſtis ſit aptus, ut eſt dictum; tamen ſi adhibiti fuerint patientes exceptionem, poterunt excipi. Debent autem teſtes adhiberi ſimul, dum conſenſus exprimitur per contrahentes, non ſucceſſivè. Idem *ibi*, & debent adeſſe taliter, ut advertant ſenſu, & intellectu, quid agatur. Idem *ibi*. Et ſtatim *num.* 23. *Quæritur*, an aliqua ætas requiratur in teſte. Rebellus *ibi*, ad ſufficientiam pro validitate Matrimonii requiri talem ætatem, quæ habeat uſum rationis. Ideo ad cautelam pro Matrimonio litigioſo, quære majorem 14. annorum, quia talis non poteſt excipi. Sylveſter *Impubes, & Teſtis, loco dicto.* Omnia præfata Poſſevinus.

646. Ægid. Coninck *diſp.* 27. *de Matrim. clandeſtino, dub.* 2. *num.* 24. *concl.* 7. ait: Parochus excommunicatus, etiam non toleratus, validè aſſiſtit Matrimonio. Probatur, quia hic non eſt actus juriſdictionis, ſed teſtis; *cùm invitus omnino, & repugnans validè aſſiſtat*: nullus autem actus juriſdictionis exercetur ab invito. Ita Sanchez *lib.* 3. *diſput.* 21. *numero* 4.

Dices, Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis. Reſpondeo, excommunicatos poſſe admitti ad ferendum teſtimonium in cauſis, in quibus admittuntur infames, ut hic fit, ut oſtendam *dub.* 4.

Adde *primò*, excommunicatos debere quidem repelli à dicendo teſtimonio, validè tamen adhiberi, ſi nemo repellat, ut patet expreſsè, *capite fin.* 1. *de Exceptionibus, in* 6. & docet Suarez *tom.* 5. *diſput.* 16. *de Excommunicat. ſect.* 6. *num.* 7. Adde *ſecundò*, nihil referre utrum aliquis ſit excommunicatus, dum ſpectator adhibetur rei, de qua poſtea debeat in judicio teſtari, modò quando teſtatur ſit abſolutus, ut oſtendi *diſp.* 14. *num.* 80. Videtur tamen talis peccare, quia in re gravi, & ſacra contra Eccleſiæ prohibitionem, cum aliis communicat, niſi fortè ob gravem neceſſitatem excuſaretur. Ut ſi conjuges nulla ratione poſſent contractum differre, nec eſſet alius, qui poſſet aſſiſtere, nec ipſe priùs poſſet abſolutionem obtinere.

Palaus *tom.* 5. *diſp.* 2. *de Sponſalibus,* 647. *punct.* 13. §. 10. *num.* 6. etiam docet, ut ſequitur: Secundò alii exigunt in Parocho, ne aliqua cenſura innodatus exiſtat, maximè excommunicatione denunciata, quâ juriſdictione privatur. Sed oppoſitum verius exiſtimo, eo quòd excommunicatus, ſuſpenſus, vel irregularis, non eo ipſo beneficii poſſeſſione privatur, ſed verè Parochus eſt. Concilium autem ſolùm requirit Parochi præſentiam. Ergo ſive ſit excommunicatus, ſive ſuſpenſus, ſive irregularis, ſufficit.

Præterea aſſiſtentia Parochi requiſita eſt à Concilio, ut auctoritatem præſtet contractui, non ut actum juriſdictionis exerceat, *cum eſto invitus aſſiſtat*, validè aſſiſtit; juriſdictio autem ſemper voluntariè exercenda eſt. Neque his obſtat, quod excommunicatus nominatim, nequeat eſſe teſtis, ejuſque teſtimonium nullum ſit, *cap. Veniens, el* 2. *de Teſtibus, & atteſtationibus, & cap. Decernimus, de ſent. excomm.* & ibi Doctores, uti refert Maſcardus *de Probationibus, concluſ.* 705. Non, inquam, obſtat; quia eſto communiter, & regulariter excommunicatus à teſtimonio proferendo repellatur, admittitur tamen in aliquibus caſibus, in quibus infames admittuntur: cum

autem ob favore m Matrimonii, etiam infames admitta ntur in teſtes, ut dicemus, & Parochus excommunicatus admitti poterit, ut bene docuit *loco allegato.* Atque ita in terminis docent Petrus de Ledeſma *d. quæſt.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *dub.* 3. Henriquez *lib.* 11. *de Matrimon. cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. Sanch. *lib.* 3. *diſput.* 21. *num.* 4. Zevallos *Q. practicar. quæſt.* 604. *num.* 65. Gutierrez *cap.* 62. *num.* 23.

648. Denique Barboſa *in Collect. ad Concilium, ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 1. *n.* 74. reſponſionem noſtram cum pluribus firmat, dicens: Unde *Parochum vi detentum, ſi intelligat conſenſum contrahentium, validè matrimonio aſſiſtere*, tenent Salzedo *ad Bernardum, d. cap.* 76. *verſ. Tertiò*, Petr. de Ledeſma *de Matrim. quæſt.* 45. *art.* 6. *punct.* 3. *dub.* 2. *verſ. Quo ſuppoſito.* Spin. *d. gloſſ.* 15. *num.* 48. *&* 49. Fr. Emmanuel *in Summa, tom.* 1. *cap.* 219. *num.* 11. Aloyſius Riccius *in Praxi rerum fori Eccleſiaſtici, reſol.* 213. *num.* 4. *in* 2. *edit.* Poſſevinus *dict. cap.* 10. *num.* 20. Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 39. *num.* 9. Rebellus *d. part.* 2. *lib. q.* 8. *n.* 4. Armendariz *d. l.* 1. *de Matrimonio, num.* 24. Gutierrez *de Matrim. cap.* 69. *n.* 10. Ægid. Coninck *d. diſp.* 27. *num.* 44. Franc. Molin. *d. differentia* 11. *num.* 115. Filliucius *d. tract.* 16. *num.* 224. *& ſeq.* Baſil. Pontius *de impedimentis Matrimonii, cap.* 3. §. 5. *in fine, & in tract. de Sacramento Matrimonii, lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 8. Ego ipſe *dict. allegat.* 32. *num.* 82. & *dict. cap.* 21. *num.* 46.

649. Et licèt Doctrinæ hactenus traditæ pleniſſimè concluſionem noſtram probent, non gravabor recenſere Antonin. Dianam *part.* 11. *reſol.* 32. *&* 33. *tractatus* 3. dicentem, quod etſi Parochus, & teſtes vi detineantur, nihil obeſt valori Matrimonii: immò addit, quod etſi Parochus affectans non intelligere, aureſque, & oculos claudens, nihil eorum quæ aguntur videat, vel audiat; ſatis eſt, quod ſciat illos velle contrahere Matrimonium. Item addit, non peccare mortaliter, qui ſic teſtes vi, & dolo adhibent, niſi violentia eſſet gravis; peccare tamen ſemper graviter contra religionem, eos qui Parochum invitum cogunt ad aſſiſtendum: immò & contra juſtitiam venialiter, vel mortaliter, pro quantitate violentiæ. Et quod quamvis Parochus abſque juſta cauſa nollet aſſiſtere, non poſſet vi cogi, quia hoc non eſt privatæ authoritatis; poſſe tamen tunc doloſe advocari.

Sexta difficultas eſt, an validum 650.
ſit Matrimonium celebratum coram Parocho, qui verè Parochus non eſt, ſed exiſtimatus talis? Reſpondet Palaus *tom.* 5. *diſp.* 2. *punct.* 13. §. 12. *num.* 9. Si Parochus intruſus ſit in beneficium, abſque titulo à legitimo Superiore conceſſo, communis ſententia tenet, nullatenus valere Matrimonium, cui ipſe aſſiſtit; quia deficit titulus coloratus, quem jus requirit, ut geſta ab inhabili, valida reputentur, ut latè probat Sanchez *d. diſpnt.* 22. *num.* 49. *&* 50. tametſi probabile ſit, & rationi conſonum, ſolum communem populi errorem ſufficere ad juriſdictionem conferendam, ut latè probat Baſilius Pontius *lib.* 5. *cap.* 20. *à num.* 2. quia præſcriptione, & conſuetudine juriſdictio acquiritur, eamque tribuere poteſt, qui eſt in poſſeſſione delegandi, tametſi verum titulum non habeat. Argumento Textus *in Authentic. de Tabellionibus, ſeu Novella* 44. *cap.* 1. *in fine*, ibi: *Documentis propter utilitatem contrahentium non infirmandis, quippe utilitati publicæ maximè expedit, ut geſta ab eo, qui communiter potens exiſtimatur, invalida ſint, cum Reſpublica defectum ſupplere poſſit.*

Illud verò eſt certum, quod ſi Paro- 651.
chus beneficium parochiale obtinuit, invalidè tamen, quia excommunicatus, vel irregularis erat; vel ſi validè obtinuit, poſtea fuit illo titulo privatus, vel à jure, vel per ſententiam, ſed non beneficio ſpoliatus, ſtante communi errore vulgi putantis probabiliter ipſum verum Parochum eſſe, tam Matrimonium, quàm alia geſta per ipſum, valida ſunt, juxta *l. Barbarius Philippus, ff. de Officio Prætoris*, & *cap. Infamis*, 3. *quæſt.* 7. & pluribus comprobat Henriquez *lib.* 11. *cap.* 3. *n.* 4. Rodriguez 1. *tomo Summæ, cap.* 219. *num.* 8. Sanchez *diſp.* 22. *n.* 5. 15. 30. 60. *&* 92. Gutierrez *cap.* 62. *num.* 26. *&* 27. Jus namque propter vitanda ſcandala, graviaque inconvenientia, quæ ex nullitate actuum oriri poſſunt, tribuit poteſtatem iis, qui communiter habere juriſdictionem exiſtimantur. Quod verum eſt, tametſi à contrahentibus inhabilitas cognoſcatur, quia

quia ſingularis ſcientia communem errorem non impedit, ob quem juriſdictio conceditur, argum. *l. Nam ad ea, ff. de legibus*, ut notavit Sanchez *d. diſp. 22. num. 42.* Gutierrez *cap. 62. numero 26.*

652. Ex qua doctrina inferes, validè Matrimonio aſſiſtere Sacerdotem, cui Parochus verbis tantùm, abſque intentione, licentiam aſſiſtendi conceſſit; quia adeſt communis error, cùm nullitas tituli occulta ſit, uti adverſus Petrum de Ledeſma *quæſt. 45. art. 5. punct. 3. dub. 4. concl. 2.* tradit Sanchez *d. diſp. 22. num. 62.* Gutierrez *cap. 62. num. 28.* Quinimò valere Matrimonium, eſto verè Sacerdos non ſit, ſed tantum communiter exiſtimatus, quia licèt Parochus non poſſit licentiam aſſiſtendi non Sacerdoti concedere; at ea conceſſa, adeſt titulus præſumptus, ſcilicet licentia, & inſuper communis error, ob quem Eccleſia defectum jure humano inductum ſupplet, ut optimè Sanchez *num. 27.* Gutierrez *num. 26.* Omnia prædicta P. Palaus.

653. *Ultima* difficultàs ſit, an Abbas, ſeu Superior, cujus Monaſterio unita eſt, & incorporata, quoad ſpiritualia, & temporalia, Eccleſia Parochialis, licitè, & validè poſſit aſſiſtere, quà Parochus illius, contractui Matrimonii celebrato inter dictæ Eccleſiæ Parochianos? Juxta doctrinam P. Mag. Anſelmi Gomez *ſuprà, n. 508.* redditam, videtur, nec licitè, nec validè poſſe aſſiſtere dictum Prælatum Matrimonio inter dictos Parochianos celebrato, eo quòd Parochus non ſit, in dicti Authoris ſententia. Vera tamen è contra docet, hujuſmodi Prælatum Monaſterii, Abbatem ſcilicet, Priorem, aut Præſidentem illius, licitè poſſe aſſiſtere Parochianorum dictæ Eccleſiæ Matrimonio; & iſtud in vim ſaltem hujuſmodi aſſiſtentiæ, ratum, legitimum, & validum eſſe. Hanc tenet P. Mag. Carmona, ſupra redditus *num. 547. in fine, & 556.* Aſcanius Tamburinus *de jure Abbatum, tom. 2. diſp. 8. quæſito 1. num. 3. pag. 95.* & ego ipſe *in QQ. Paſtoralibus, part. 3. quæſt. 6. num. 13.* & finali, ubi Tamburinum reddidi, quoad hunc punctum; ſed libet ſub ampliori forma illum recenſere, ut melius percipiatur ſenſus, in quo dicto *num. 3.* loquutus fuit. Inquiſito enim, *Virum Abbas, vel alius Prælatus inferior poſſit Matrimoniis contrahendis intereſſe?* & relata diſpoſitione Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* in primo numero, in ſecundo hanc primam ſtatuit concluſionem.

Dico primò, Abbatem poſſe validè 654.
Matrimoniis contrahendis aſſiſtere, in Eccleſiis nulli Epiſcopo, ſed ſibi pleno jure ſubjectis, in quibus juriſdictionem Epiſcopalem habet. Ita Sanchez *de Matrimonio, lib. 3. diſput. 28. num. 6.* Reginaldus *in Praxi, lib. 31. num. 178.* Petrus Ledeſma *de Matrimonio, quæſt. 45. art. 5. punct. 3. paulò ante dubit. 4. concl. 3.* Henriquez *lib. 12. cap. 3.* Gutierrez *in tract. de Matrimonio, cap. 66. num. 6.* Baſilius Pontius *de Impedimentis Matrim. cap. 26. §. 6. verſic. Idem quod.* D. Auguſt. Barboſa *de Offic. & Poteſt. Epiſc. allegat. 32. num. 122.* Idem confirmat Ægid. Coninck *in 2. 2. D. Thomæ, diſp. 27. num. 17.* Bonacina *de Matrim. quæſt. 2. punct. 8. num. 10.* & Ugolinus *de Poteſt. Epiſcop. cap. 15. §. 19. num. 3. in fine*, dicentes poſſe Matrimoniis contrahendis aſſiſtere habentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem; & in talibus Eccleſiis, non ſolùm præſentiam Matrimoniis contrahendis præſtare, verùm etiam concedere licentiam alicui Sacerdoti, ſive ſæculari, ſive Regulari eis aſſiſtendi, ut aiunt Doctores citati. Hæc Tamburinus *in dicto num. 2. in 3.* autem, quæ ſequuntur ait:

Dico ſecundò, in Eccleſiis, quibus eſt annexa cura animarum, etiam 655.
quod Abbati pleno jure quoad ſæcularia non ſint ſubjectæ, poteſt tamen idem Abbas Matrimoniis Parochianorum contrahendis intervenire: tunc enim ſe habet tanquam Parochus, ad quem ſpectat Parochianorum ſuorum Matrimoniis intereſſe, vel alium Sacerdotem ad id delegare. Concilium Tridentinum *loco citato.*

Dico tertiò (ait *num. 4.*) Abbas, 656.
& alii Sacerdotes Regulares, etiam ubi Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas non habent, nec Parochorum munus exercent, de licentia Ordinarii loci, vel Parochi poſſunt Matrimoniis aſſiſtere. Ita Miranda *in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæſt. 48. art. 1. concl. 1.* D. Barboſa *d. allegat. 32. num. 108.* Probatur

batur ex Concil. Trident. *loco citato*; in eo enim ad Matrimonia validè contrahenda, requiritur præſentia Parochi, vel alterius Sacerdotis, de licentia ejus, vel Ordinarii. Hæc, & alia Aſcanius.

657. Ratio noſtræ concluſionis eſt, quia in vim Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de reformat. cap. 1.* munus cujuſvis Parochi eſt aſſiſtere contractui Matrimonii celebrati à Parochianis ſuis, ut patet ex dicti Concilii *loco*. At Abbas, & Præſidens Monaſterii, cui annexa eſt, incorporata, & unita, quoad ſpiritualia, & temporalia, Eccleſia aliqua Parochialis, proprius illius Parochus eſt. Ergo licitè, & validè aſſiſtere poteſt Matrimoniis Parochianorum dictæ Eccleſiæ Parochialis. Major, & conſequentia patent. Minor autem, in qua difficultas excogitari poteſt, probatur ex Sacra Rota decidente, curam animarum Eccleſiarum annexarum, & unitarum, penes eos reſidere, quibus ſunt unitæ. Ita poſt meas Paſtorales, *in Ulyſbonenſi Concurſus, 1. Iunii 1615. coram Remboldo, la 9. num. 2. & 3. in Pampilonenſi Parochialis de Stella, 23. Iunii 1603. coram Coccino, la 15. num. 1. in Dertuſenſi Vicariæ, 22. Aprilis 1624. coram Merlino, la 21. num. 1. in princ. in d. Parochiali de Stella, 28. Februarii 1600. coram Pamphilio, la 14. num. 2. in Ianuenſi Parochialis S. Andreæ, 19. Aprilis 1627. coram Ubaldo, la 3. n. 5. & in eadem coram eodem la 4. num. 5.* in quibus duabus dicitur, Curam dictæ Eccleſiæ ad Moniales ſpectare, ad quas illa pertinebat: & poſt mea Commentaria, *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, 19. Ianuarii 1663. coram Bevilaqua, la 2. num. 1. & 2.* ubi dicitur: Cum igitur Eccleſia ſit unita cum juribus, & pertinentiis ſuis, ſitque certa congrua Vicario aſſignata, ad hoc ut reliqui fructus convertantur in uſus Conventus, & Abbatiæ de Hyrach, evidens ex hoc fit tranſlatio Curæ habitualis in Abbatem, & exercitii dumtaxat illius in Vicarium, ut probant Gonzalez, &c. Et *in eadem, 27. Iunii 1664. coram Ninot, la 3. num. 6.* & rurſus *in eadem, 11. Martii 1667. coram Otalora, num. 1. & 22. la 5.* Item *in eadem, 13. Martii 1669. coram Albergato, la 6. num. 2.* ubi ſic habetur? Validitas, & conformitas ſententiarum, non fuit in controverſiam deducta. Juſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex Deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, unionem Parochialis S. Joannis de Mendavia, factam Monaſterio de Hyrach, fuiſſe plenariam, extinctivam, & per viam incorporationis. Ideoque Abbatem dicti Monaſterii, eſſe verum Rectorem Eccleſiæ unitæ; Vicarium verò ab eo deputatum, eſſe nudum miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amovibilem, &c. At Parochialitas nihil aliud eſt, quàm Cura animarum, ut dixit Rota *coram Otalora, in d. 11. Martii 1667. num. 4.* ex Puteo *deciſ. 2. num. 38. & 39. parte 2. diverſorum*, & ex Coccino *deciſ. 454. num. 7.* Omnia Otaloræ verba ſunt: & non obſcurè *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, 7. Iunii 1666. la 16. poſt dicta Commentaria, num. 2. coram Cerro*, ibi: *In quibus* (Deciſionibus ibi relatis) *cum plenè firmatum fuerit curam animarum, & Parochialitatem Eccleſiæ Oppidi de Elizondo, eſſe unitam pleno jure, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus Monaſterio de Urdax;* cùm tamen in Deciſionibus illis mentio nulla de Parochialitate, ſed de cura tantùm animarum facta fuerit, ut videre licet in illis, quæ ſunt ante ipſam Cerri. Ergo Abbas, & Præſidens Monaſterii, cui unita eſt, & incorporata Eccleſia Parochialis quoad ſpiritualia, & temporalia, illius Parochus eſt. Et conſequenter aſſiſtere poteſt Matrimoniis Parochianorum hujuſmodi Eccleſiæ unitæ. *Poteſt enim exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia*, ut expreſsè dixit Rota ad favorem Abbatis hujus Cœnobii Hyrachenſis, *in dicta Parochialis de Stella, coram Cardin. Pamphilio, 28. Februarii 1600. la 14. poſt dd. Paſtorales, num. 3.* ibi: Et cùm de iſta (inſtitutione nimirum authorizabili) modò non agatur, quia Abbas illam non prætendit, ſed ſolùm dicit ipſum eſſe Rectorem, ſicut quilibet alius Rector, penes quem exiſtit cura animarum ſuæ Parochiæ, *ita ut poſſit exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia.* Et in ſententia diffinitiva ejuſdem cauſæ, per alias duas confirmata, fuit declaratum, *Abbatem, & Præſidentem dicti Monaſterii*

naſterii fuiſſe, & eſſe veros & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis: & illam fuiſſe unitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare, ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochiali exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam Majorem, ſeu popularem celebrare, ac omnia jura Parochialia exercere, &c. Et in dicta Parochialis de Mendavia, *in dicta coram Otalora*, 11. *Martii* 1667. *num.* 20. ad ejuſdem Abbatis favorem, dixit: *Et ſic Abbas, tanquam verus Rector, poteſt exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia, prout reſpondendo eidem doctrinæ Abbatis (in c. Cùm & plantare, de Privilegiis) firmavit Rota in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 28. *Febr.* 1600. *§. Ultra quod, coram Cardinali Pamphilio.*

658. Quod ſi quis objiciat, Curam habitualem adjudicari Monaſteriis in dictis Deciſionibus, non autem actualem, & exercitium, quod Vicariis tantùm Eccleſiarum adjudicatur. Dico, habitualem ſimul cum actuali adjudicari: tum quia declaratur Eccleſias illas eſſe unitas pleno jure quoad ſpiritualia, & temporalia Monaſteriis, & ad illa pleno jure pertinere: quod non verificaretur, ſi cura actualis, & exercitium ad Abbates non pertineret: tum quia, cum ſimpliciter mentio curæ fit, de actuali, non de habituali eſt intelligenda. Barboſa *de Poteſt. Parochi, part.* 1. *lib.* 1. *n.* 77. cum Capra *Communium concl.* 90. *numero* 78. & addit fuiſſe deciſum *in Vicent. Prioratus*, 2. *Martii* 1622. *coram Manzanedo.* Quocirca Riccius *tom.* 3. *Reſolutionum rerum quotidianarum, reſol.* 388. dixit: Unde curam animarum quis habere dicitur, principaliter propter exercitium, ut eleganter Probus *in additionib. ad Monachum, in cap. Super eo, num.* 17. *de Præbendis, lib.* 6. poſt Ancharan. Cardinalem, & Abbatem *in cap. Poſtulaſti, de Præbendis.* Et Vivianus etiam dixit *de Iure patronatus, part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 37. Non dicitur curatum beneficium, nec tanquam tale regulatur, quod non eſt actu curatum, ſed habitu. Abbas *in cap. De multa, n.* 24. *de Præbendis*, Sylveſter *in Summa, verbo Beneficium*, 4. *quæſt.* 4. *verſ.* 2. Tum etiam, quia Cura in habitu, reſpectu curæ actualis, habetur tanquam potentia ad actum: potentia autem, quæ non poteſt reduci ad actum, cum potens voluerit, inutilis eſt, & vana. Barboſa *axiom.* 184. *n.* 1. ex *l. hæ enim, §. ſi Prætor, ff. de ſuſpectis tutoribus, l. Multùm intereſt, C. Si quis alteri, vel ſibi, cap. Paſtoralis, §. Quoniam*, ubi Decius *notab.* 2. *de Reſcriptis*, Surdus *conſ.* 375. *num.* 2. Octavian. Glorit. *reſp.* 1. *part.* 1. *n.* 182. Addo, quod data unione ad menſam, & plenaria, quoad ſpiritualia, & temporalia, cura in habitu idem operatur, quod cura in actu, eo modo quo *Potentia in habitu, idem operatur quod potentia in actu*: verba ſunt Barboſæ *ubi proximè, num.* 4. cum Hippol. *conſ.* 18. *num.* 10. *& ad l. Si quis percuſſorem, n.* 2. *C. Ad leg. Cornel. de ſicariis.* Et huc ſpectat, quod docet Baſſæus *tom.* 1. *verbo Vicarius, num.* 5. in ſequentia prorumpens:

659. Vicarius perpetuus habet curam animarum indiſtinctè, quoad omnem effectum, etiam quoad commoda: quia poſſidet ſuo nomine, ad inſtar conducentis non ad modicum tempus; licèt per modum cujuſdam juris, & in habitu ſit apud principalem: quantùm verò ad exercitium actionum competentium beneficio, ſi decimæ, primitiæ, & oblationes datæ ratione curæ, competunt Vicario, & certa portio aſſignatur Prælato, vel ei, cujus eſt Vicarius, ut eſt Monachus; tunc cura, & rei vendicatio ſpectat ad Vicarium; *ſi verò è contrario, tunc cura, & rei vendicatio fructuum, ſpectat ad principalem.* Ita Baſſæus ex Cardinali *in Clement. unica, de Offic. Vicarii, l. fin. ff. Si ager vectigalis, cap. Suſcepti, & cap. Super eo, de Præbendis in* 6. In caſu autem noſtro Vicarii non poſſident, nec exercent nomine proprio, ſed nomine Abbatum, & conducti ita ad modicum tempus, ut dependeant in fieri, & conſervari à libera, & ſpontanea voluntate Abbatum, etiam ſine cauſa; & non percipiunt, fructus beneficii, ſed Abbates: Vicarii autem ſalarium percipiunt, & quidem utplurimum, in pecunia, & pauciſſimi in certa portione eis ex proventibus beneficii aſſig-

nata. Ergo Vicarii non habent curam animarum indiſtinctè, quoad omnem effectum, ſed ſolùm quoad exercitium dependenter ab Abbatibus; & illam iſti habent indiſtinctè habitu, & actu ad omnem effectum.

660. Tum tandem dico, nedum curam habitualem, ſed actualem adjudicari expreſſe & formaliter Abbatibus, & Præſidentibus iſtius Hyrachenſis Cœnobii, & exercitium illius, ut patet ex Deciſionibus & ſententiis *num.* 657. recenſitis: & cùm idem juris ſit in omnibus, & ſingulis Eccleſiis ſimiliter ad menſam, & quoad ſpiritualia unitis, & incorporatis, in eodem ſenſu cura, quam in illis habent Monaſteria, accipienda eſt, in quo in prædictis exprimitur deciſionibus, & ſententiis.

Plura pro majori notitia materiæ hujus §. & ſectionis, videri oportet in ſequenti §. 9. à num. 681.

SECTIO II.

Reſolvitur Quæſtio Paragraphi Octavi, quoad pœnas inflictas aſſiſtentibus celebrationi matrimonii, ſine Parochi, aut alterius licentia Superioris.

661. QUod Sacerdos aſſiſtens celebrationi Matrimonii non ſibi ſubditorum, ſine licentia Parochi proprii, alterius ſaltem contrahentium illud, Epiſcopi, aut Pontificis Summi, peccat mortaliter, quia jus alienum invadit, & uſurpat in re gravi, cum injuria Parochi, cujus eſt aſſiſtere, & authorizare hujuſmodi contractum, & ſponſos benedicere; & quia authoritatem præſtat matrimonio ipſo jure irrito, & nullo: Et præter lethale peccatum, incurrere ſuſpenſionem ab officio Sacerdotem, tam ſæcularem, quàm Regularem, conjungentem in Matrimonium, vel benedicentem ſubditos alterius Parochiæ, abſque licentia proprii Parochi, vel Ordinarii, donec ab Ordinario Parochi offenſi obtineat abſolutionem, reſolvit Barboſa *alleg.* 32. *num.* 86. *cum ſeqq. & in Collectan. in Concilium, ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformat. numero* 157. cum Henriquez *lib.* 13. *Summæ, cap.* 38. §. 2. *in fine, litt. E, & cap.* 39. §. 3. *litt. C.* Emmanuel Roderiquez *quæſtionum Regular. tom.* 3. *quæſt.* 2. *art.* 1. Portel *in dubiis Regular. verbo Matrimonium, numero* 1. Hieronymo Roderiquez *in Compendio QQ. Regularium, reſol.* 93. *num.* 6. Suarez *tom.* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 18. Sanchez *de Matrimonio, lib.* 3. *diſp.* 52. *num.* 4. Bonacina *de Cenſuris, diſp.* 3. *quæſt.* 6. *punct.* 5. *num.* 19. Gaſpar. Hurtado *in ſimili tract.* ubi de Suſpenſione, *difficul.* 13. *num.* 40. *verſ.* 9. *& de Matrimonio, diſp.* 5. *diffic.* 17. *n.* 57. *& difficult.* 23. *in fine.* Et ſpecialiter circa Regulares, ſic *num.* 158. immediato, ait Barboſa.

662. Sacerdotes regulares Matrimoniis miniſtrantes, ſive ſolemnizantes, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, ultra ſuſpenſionem, quam ipſo jure incurrunt per hoc Decretum (Tridentini ſcilicet) ipſo facto excommunicatos eſſe, excommunicatione Sedi Apoſtolicæ reſervata, de qua *in Clementina* 1. *de Privilegiis*, tenent Navarrus *conſ.* 1. *num.* 7. *de Pœnis, in antiquis, & conſ.* 10. *de Conſtitut. in novis.* Majolus *de Irregularitate, lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 12. *verſic. Clandeſtinum*, Ugolinus *de Officio, & poteſt. Epiſcopi, cap.* 15. §. 12. *num.* 8. Sanchez *dicto lib.* 3. *diſp.* 48. *num.* 8. *&* 9. Molfeſius *in Summa Theologiæ Moralis, tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 66. Marius Alterius *de Cenſuris, tom.* 2. *diſp.* 11. *cap.* 4. *verſic. Sed quæres.* Ludovicus Miranda *in Manuali Prælatorum, tom.* 1. *quæſt.* 48. *art.* 2. Hieronymus Roderiquez *in Compendio quæſtionum. Regularium, reſol.* 93. *n.* 6. Quibus addo Joannem Ægidium Trullench *in tract. de Parocho, cap.* 8.

663. Sed quod Religioſi aſſiſtentes Matrimonio, ſine Parochi, Epiſcopi, aut Papæ licentia, non incurrant poſt Concilium Tridentinum excommunicationis pœnam, vera ſententia docet. Illam tenent Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbatum, tom.* 2. *diſp.* 8. *quæſito* 3. Antonin. Diana *part.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 33. (ubi docet cum Sanchez & Hurtado, triennalem ſuſpenſionem à Jure antiquo ſtatutam contra Parochum Matrimonio clandeſtino aſſiſtentem, ſublatam eſſe per Tridentinum (quod benè nota pro mox dicendis,) Auſonius Noctinot in ipſius Dianæ Summa, *verbo Matrimonium quoad Parochum, & teſtes, n.* 34. ex Hurtado *de Matrimonio, diſp.* 15. *difficult.* 17. *num.* 55. qui etiam ait, ita

Sacram

Sacram Congregationem Eminentiſſ. Cardinalium declaraviſſe. Franc. Pellizzarius *in Manuali Regularium, tom. 2. tract. 7. cap. 1. ſect. 1. num. 46.* ex Suarez *tom. 5. in 3. p. de Cenſuris, diſp. 12. ſect. 4. num. 13.* & ex Gregorio Sayro *in Theſauro, ſive de Cenſuris, lib. 3. cap. 23. num. 10.* Pax Jordanus *volumine 1. de Re Sacra, lib. 3. tit. 7. de Matrimonio, num 143.* & *tom. 3. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 11. num. 69.* Quibus addit Barboſa *dicto num. 158. in Concilium*, Henriquez *in Summa, lib. 13. cap. 38. §. 2. in Commento litt. E*, Sayrum *d. lib. 3. cap. 15. n. 10.* Bonacinam *de Cenſuris, diſp. 3. quæſt. 6. punct. 5. num. 19. in fine*, & *de Matrimonio, quæſt. 4. punct. 6. num. 3.* & Baſilium Pontium *de Impedimentis Matrimonii, cap. 26. §. 2. verſic. Ex quibus, condit. 10.* & *§. 6. in principio.* Et hac ſententiam ego ipſe ſequutus fui, in Quæſtionibus Paſtoralibus, *parte 3. quæſt. 6. de Matrimonio, num. 2. 3. 4. 5.* & *6.*

664. Probatur noſtra ſententia: Quia rationi conſonum eſt, ut quando nova lege mitior pœna imponitur, quàm antiquiori lege impoſita erat, ceſſet antiqua: præſertim quando tempore novæ legis delictum minùs periculoſum ſit. At Concilium Trid. *ſeſſ. 24. in Decreto de Reformatione Matrimonii, cap. 1.* ſic ſtatuit: *Quod ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſive Regularis, ſive ſæcularis ſit, alterius Parochiæ ſponſos, ſine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere, aut benedicere auſus fuerit, ipſo jure tandiu ſuſpenſus maneat, quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſolvatur.* Ergo poſt Tridentini Concilii promulgationem, ceſſavit pœna excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſervatæ, latæ in Concilio Viennenſi ſub Clemente Papa V. & *in Clementina prima de Privilegiis* contentæ, ſub hoc tenore: *Ut Religioſi, qui Clericis, aut Laicis Sacramentum Unctionis Extremæ, vel Euchariſtiæ miniſtrare, Matrimonia de ſolemnizare, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali, excommunicationis incurrant ſententiam ipſo facto, per Sedem Apoſtolicam dumtaxat abſolvendi.* Sed ut fundamentum iſtud ſolidius appareat, libet doctrinas aliquorum Doctorum, ex allegatis, & adductis pro noſtra ſententia, recenſere.

Et in primis Aſcan. Tamburinus *d. quæſt. 3.* ſic ſe habuit. In quam pœnam incidant Abbates, vel alii Sacerdotes Regulares abſque Parochorum licentia Matrimonia ſolemnizantes? Reſpondeo dicendo, quod per textum *in Clementina Religioſi, de Privilegiis, & exceſſibus privilegiatorum*, ipſo facto incidunt in pœnam excommunicationis Sedi Apoſtolicæ reſervatæ. Verùm hæc pœna moderata eſt per Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Matrimonii*, ubi de hoc diſponens ait: *Quod ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſive Regularis, ſive ſæcularis ſit, &c.* (ut hic *num. 664.*) Atque quod incurrant pœnam ſuſpenſionis in Concilio (Tridentino) poſitam, non autem excommunicationis latæ ſententiæ, poſitam *in d. Clement. 1.* tenent Henriq. *lib. 13. cap. 38. §. 2. in comment. litt. E*, Suar. *de Cenſur. diſp. 2. ſect. 4. num. 13.* Sayr. *eod. tract. lib. 4. cap. 15. num. 2.* Bonac. *eod. tract. diſp... quæſt. 6. punct. 5. n. 19. in fine*, & *de Matrim. quæſt. 4. punct. 6. num. 3.* Baſil. Ponc. *de Impedimentis Matrim. cap. 26. §. 2. verſ. Ex quibus, condit. 10.* & *§. 6. in princip.*

665. Aſcan. Tamburin.

Conſonat Diana *d. reſol. 33.* quatenus docet, ſuſpenſionum triennalem à Jure antiquo ſtatutam contra Parochum Matrimonio clandeſtino aſſiſtentem, ſublatam eſſe per Tridentinum; quatenus ſcilicet per iſtud non triennalem, ſed ad arbitrium Epiſcopi illam ſtatuit, dicendo: quandiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio intereſſe debeat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſolvatur.

666. Anton. Diana.

Franciſcus Pellizarius etiam conſonat, *loco citato*, dicens: Pœnam legis novæ diverſam, etiam latæ ſententiæ, tollere pœnam antiquam pro eodem delicto, ſi nondum erat commiſſum.

667. Pellizzarius.

Pax Jordanus *d. tit. 7. de Matrimonio, num. 143.* ſic dixit: An verò ſublata cenſeatur excommunicatio Clementinæ primæ de Privileg. qua ligantur Regulares Sacerdotes nuptias ſine Parochi licentia benedicentes, non ſatis liquet inter Doctores. Navarrus enim *conſ. 20. de Conſtitutioni-*

668. Pax Jordan.

bus, in novis, & primo de Pœnis, in antiquis, Sanchez *lib.3. diſp.48. num.8.* Majol. *de Irregularit. lib.3. cap.25. num.12. verſic. Clandeſtinum.* Mar. Alterius *de cenſuris, diſp.11.c.4.verſ.Sed quæres.* Barboſa *d. allegat.32. n.192.* & alii per ipſum citati ſuſtinent, non eſſe correctam, eo quòd de ipſa nulla ſit expreſſa, vel tacita revocatio : & utraque pœna ſuſtineri poteſt, nec levior pœna legis novæ, corrigit duriorem antiquæ ordinationis, quando, ut in præſenti caſu, infligitur ipſo jure; ſed tantum, ſi miniſterio Judicis, ut prædicti ratiocinantur.

Contrarium verò, quod immò revocata fuerit, ne ex eodem delicto duplex pœna incurratur, juxta notata per Decium *in cap. de Cauſis, de Officio delegati*, tradit Henriquez *lib.13. cap.38.§.2. in commento, litt.E.* Suarez *de Cenſuris, diſp.12. ſect.4. n.13.* Sayrus *eodem tract. lib.4.cap.15. n.2.* Bonacina *de Matrimonio, quæſt... punct.6. num.3. & alibi*, atteſtans cum Rebello, ita per Sacram Congregationem fuiſſe reſolutum : qua declaratione ſuppoſita, nulla remanet dubitatio : ſed illa etiam circunſcripta, adhuc magis placet poſterior ſententia, tanquam mitior, & magis æqua, licèt in puncto juris verior videatur antecedens. Hactenus Pax Jordanus.

669. Conſultò dixi, *num.664.* rationi conſonum eſſe, ut quando lege nova mitior imponitur pœna, quàm antiqua impoſita erat, ceſſet antiqua, *præſertim quando tempore novæ legis delictum minus periculoſum ſit*, ex eo, quod ex terminis patet. At poſt Tridentinum per ſe notum eſt, minus Reipublicæ Chriſtianæ periculoſum eſſe delictum, in cujus pœnam ſunt impoſitæ Excommunicatio Clementinæ, & ſuſpenſio ejuſdem Concilii Tridentini, ex eo quod matrimonia clandeſtina, ipſo jure irrita ſunt poſt iſtud Concilium : quod ſecus contingebat ante illud, poſt Viennenſe, à quo emanavit Clementina præfata. Videatur Noctinot *verbo Matrimonium, num.34. in fine.*

PARAGRAPHVS IX.

An Parochus jus ullum habeat in cadavera eorum, qui in ſua Parochia obierint? & an in eorum aliqua bona?

SECTIO I.

Præmittuntur aliqua ſcitu neceſſaria.

PRo reſolutione Quæſtionis aliqua præmittere oportet. *Primò* 670.
præmitto, Parochiam alicujus illam dici, intra cujus territorium domicilium habitationis habet, & non intra quam domicilium originis obtinuit. Ita Sanchez *de Matrim. lib.3. diſp.23. num.7.* Gloſſa *in cap. Statutum, §.cùm verò, verbo Unam dictam, el ult. de Reſcriptis, in 6.* ubi Francus *num.12.* Dominicus *ad finem, verſic. ex fine tamen Gloſſæ :* Ancharanus *num.4. verſic. Quærit Gloſſa, olim dicebamus.* Alexander *in l. penult. num.11. ff. de Iuriſdict. omnium Iudicum*, & alii multi, quos recenſet, & ſequitur Tiraquellus *de Retract. lignag.§.9. gloſſa 2. num.21.* Felinus *in d.cap.fin.n.23. verſic. Bene facit, de Foro competenti*, Brunorus à Sole *in Compendio, Litt.D, verbo Domicilii mentio*, quos etiam refert, & ſequitur Barboſa *tract. de Appellativa verborum ſignificatione, verbo Domicilium, num.1.* & addit Afflictum *deciſ.384. num.7.* Cephalum *conſ.414. num.58.* & Joſephum à Seſſe *Aragoniæ deciſ.59.num.9.* & ego ipſe poſt illos omnes, *in Diſquiſitionum, tom.1. tract.8. diſq.2. de Parochia, dub.1. ſect.1. num.10.* Domicilium autem habitationis acquiritur habitatione, & animo ibi perpetuò manendi : ita ut ſtatim ac quis incipit alicubi habitare, cum animo ibi perpetuò manendi, domicilium acquirat. Dixi *ubi proximè, num.1.* cum Pellizzario *in Manuali Regul. tom.2. part.2. tract.10. cap.10.num.233. verſic. Quod ſi fœmina, & verſic. Et quidem*, Sanchez *loco citato, num.2.* ex *l. Domicilium, ff. Ad municipales, & de incolis*, ibi : *Domicilium re, & facto transfertur :* juncta Gloſſa *verbo Domicilium*, dicente : *Facto*, ſubintellige, *& animo :* nam hæc duo ſunt neceſſaria. Ergo cùm hic adſit factum, nempe habitatio, & animus perpetuò ibi manendi, acquiritur domici

domicilium. Allegat Sanchez quamplures Doctores, quos ego ipſe recenſeo, *num.2. dictæ Sectionis.*

671. Ex quibus infertur *primò*, ad acquiſitionem domicilii non requiri, quod quis alicubi habitet per decennii tempus, licèt contrarium ſtatui videatur *in l.2. C. de Incolis, lib.10. l.32. tit.2. & l.2. tit.24. partita* 3. Sed revera non ſtatuitur, cum hujuſmodi leges procedant ad præſumendum animum perpetuò habitandi, & ſic domicilium acquiſitum eſſe, quando dictus animus ex aliis non deprehenditur conjecturis. Ita Sanchez *loco citato, num.*1. Decennium itaque non requiritur ad domicilium comparandum, ſed ad illud præſumendum, & ad colligendum habitantis animum.

672. *Secundò* infertur, quod ad deperdendum domicilium jam acquiſitum, opus ſit deſertione habitationis, & mutatione animi ibi permanendi. Quare unum ſine alio non prodeſt ad domicilium acquiſitum jam deperdendum. Ita intuli *loco citato, num.*4. poſt Sanchez. Et probavi, dicens: Quia omnis res, per quaſcumque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur, *cap. Omnis, el* 1. *de Regulis Juris.* Sed domicilium habitationis non acquiritur ſolo animo habitandi, ſed animo, & facto, nempe habitatione ipſa, ut per *d. legem ff. Ad municipales*, docet ibi Gloſſa *verbo Domicilium, & l. Non utique, verbo Conſtituerit, ff. eod. tit.* & *l. Cives, verbo Larem, C. de Incolis, lib.*10. Bart. *in l. Placet, num.*1. *ff. Ad municipales*, Marianus *in l. licèt, num.*25. *de Foro competenti.* Ergo ſimiliter non deperditur domicilium ſolo animo, & ſola reali mutatione. Etiam idem probavi *ex d. l. Domicilium*, ibi: *Domicilium re, & facto transfertur, & non nuda conteſtatione.* Ubi Gloſſa *verbo Domicilium*, & meliùs *l. Origine, ad finem, C. de Municipibus, lib.*10. & *l. de Iure* 37. *verbo Ad munera, fine, ff. eod.* Marianus *in cap. licèt ratione, num.* 54. Baldus *l. fin. C. de Municipibus, & Originariis, lib.*10.

673. Sed adverto cum Pellizzario *loco citato*, verſic. *Quod ſi fœmina*, quod ad acquirendum domicilium, neceſſaria ſit voluntas abſoluta ibi permanendi, vel conditionata ſaltem reſolutiva, ita ut non ſufficiat voluntas conditionata ſuſpenſiva, qualis eſſet ſi diceret: *Volo Pampilonæ habitare, ſi talis inhabitatio mihi placuerit.* Reſolutiva autem erit, ſi dicat: *Volo habitare Pampilonæ, niſi talis inhabitatio mihi diſpliceat.* Ratio prioris eſt, quia ſuſpenditur animus inhabitandi in illo caſu. Cum autem ad domicilium acquirendum ſimul concurrere debeant inhabitatio, & voluntas perpetuò ibi permanendi, hinc eſt, quod ſuſpenſa hac voluntate, nequeat domicilium acquiri. Poſterioris autem eſt ratio, quia voluntas in illo caſu abſoluta, & efficax, quatenus eſt ex parte volentis, & determinata eſt, ita ut adveniente diſplicentiæ caſu, animus ibi habitandi reſolvatur: quod ſignum eſt manifeſtum, animum abſolutum, & ſimpliciter præceſſiſſe, & non fuiſſe ſuſpenſivum, quoad perpetuitatem, ſicut eſſet in priori caſu. De quo etiam videndus venit Thom. Sanchez *in Decalogum, lib.7. cap.5. à num.*59.

674. *Tertiò* infertur, domicilium originis non ſufficere ad conſtituendum aliquem Parochianum illius. Domicilium autem originis, idem eſt, quod domicilium habitationis parentum, ita ut non ſufficiat aliquem eſſe natum in loco, ſeu oppido, in quo parentes domicilium non habebant, ſed aderant ad tempus, causâ alicujus negotiii expediendi: neque eſſe originarum illius loci, in quo natus eſt, ſed fingi natum in oppido in quo parentes habebant domicilium habitationis. Ita dixi *d. diſq.2. de Parochia, ſect.1. dub.1. num.*8. poſt Sanchez *de Matrim. lib.3. diſp.*23. *num.*3. *ex l. Filios, C. de Municipibus, & Originariis, l.*10. *& l. cives, fin. C. de Incolis, lib.*10. ibi: *Vnde cùm profectus eſt, peregrinari videtur. Et mater, quæ animum revertendi habebat, ſemper fuiſſe in civitate fingitur, & ita ibi peperiſſe. l.*1. *& l. Retro, ff. de Captivis.* Et ita docent (ait Sanchez) Bartolus *in d. l. Filios, num.*4. Abbas *in cap. Rodulphus, num.*9. *de Reſcriptis*, ubi Felinus *num.*14. Barbatius *num.*97. *& conſ.*52. *volum.* 2. Rebuff. *Rubrica de Collationibus*, §. *Cum verò, verſ. Natus*, Ripæ dicens eſſe communem ſententiam, *tract. de Peſte, in* 2. *parte, octavo peſtis privilegio.* Salzedus, pluribus citatis, *Practic. c.*54. *num.*27. Angelus *verbo Civis, num.*3.

Sylveſt. *verbo Civitas, quæſt.* 14. Navarrus *lib.* 3. *Conſilior. tit. de Præbendis, in* 1. *edit. conſ.* 41. Gregorius Lopez dicens *in d. l. verbo Maguer, tit.* 24. *part.* 4. ſic ſententia Regii Senatus Pinciani eſſe declaratum. Azevedus *l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *Novæ recopilat. num.* 1. *&* 2. Gutierrez *conſ.* 7. *num.* 7. Maſcardus *de Probationibus, concl.* 807. *numero* 3. & Henriquez *lib.* 10. *de Sacramento Ordinis, cap.* 22. *num.* 1. Et hoc adeo verum eſſe ait Sanchez cum Gregorio Lopez, Azevedo *num.* 1. & Salzedo *ibidem*, ut licèt Parentes decennio, & ultra ibi habitaverint, non dicatur filius ibi natus, ſed in loco ubi parentes habent domicilium.

675. Inter domicilium habitationis, & domicilium originis, hoc eſt diſcrimen, quod iſtud immutabile ſit; illud autem mutabile. Ita Barboſa *tract. de Appellativa verborum ſignificatione, verbo Domicilium, num.* 8. cum Menochio *de Præſumptionibus, lib.* 6. *præſumpt.* 42. *num.* 4. *& conſ.* 329. *num.* 37. *& conſ.* 1171. *num.* 5. Brunoro à Sole *in locis communibus, verbo Domicilium, num.* 2. Cardoſo *in Praxi Iudicum, & Advocatorum, verbo eod. num.* 3. Bernardo Græveo *ad Practicam Cameræ Imperialis, lib.* 2. *concl.* 36. *num.* 2. & cum Stephano Gratiano *Diſceptat. Forenſium cap.* 75. *num.* 10. Thoma Sanchez *loco citato, num.* 4. ex *l. Aſſumptio, ff. Ad municipales, & de incolis*, ibi: *Neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt*, mutare poteſt: & ex *l. Origine, C. de Municipibus, & Originariis, lib.* 10.

676. Quod & ratione probatur. Quia domicilium originis, naturale eſt. Sed naturalia immutabilia ſunt. Ergo & domicilium originis immutabile eſt. Domicilium autem habitationis, quia ſicut propria voluntate, proprioque facto conſtituitur, ita poteſt propria voluntate, proprioque facto mutari, & amitti, *l. domicilium, ff. Ad municipales.* Et ita docere omnes Doctores, & ſpecialiter Menochium alios referentem, *de Præſumptionibus ubi proximè, & conſ.* 80. *num.* 10. *volum.* 1. ait Sanchez *d. num.* 4. qui *num.* 6. dicit, quod domicilium originis nunquam deperditur, ſed retinetur, unà cum domicilio habitationis, *l. Senatores, ff. de Senatoribus*, ibi: *Senatores, licèt in Urbe domicilium habere videantur, tamen & ibi, unde oriundi ſunt, domicilium habere videntur.*

Advertunt tamen Sanchez *num.* 7. 677. & Barboſa cum Menochio *de Præſumpt.* 42. *num.* 5. & cum aliis, quos citat, domicilium originis eſſe immutabile quoad honores & munera; quoad juriſdictiones verò, mutabile eſſe, amitti, & deperdi, aliò habitatione tranſlata. Et eodem numero docet Sanchez, propriè illam dici alicujus Diœceſim, & Parochiam, in qua domicilium habitationis habet: & in dubio, nomine domicilii, domicilium originis non venire, ſed habitationis: docet & Gloſſa *in cap. Statutum, §. Non verò, verbo Unam diætam, ult. de Reſcriptis, in* 6. Francus *ibi, num.* 12. Dominicus *ad finem, verſic. Ex fine tamen Gloſſæ*, Ancharanus *num.* 4. *verſiculo Quæritur Gloſſa, olim dicebamus*: Alexander *l. penult. num.* 11. *de Juriſdictione omnium Iudicum*, & alii multi, quos refert, & ſequitur Tiraquellus *de Retract. lignag. §.* 9. *gloſſa* 2. *num.* 21. Felinus *in d. cap. fin. num.* 23. *verſic. Bene facit, de Foro competenti.* Brunorus à Sole *in Compendio, lit. D. verbo Domicilii mentio*, quos etiam allegat, & ſequitur Barboſa *verbo Domicilium, num.* 1. & addit Afflictum *deciſ.* 384. *num.* 7. Cephalum *conſ.* 414. *num.* 58. & Joſephum à Seſſe Aragoniæ *deciſ.* 59. *num.* 9. Et eſt ratio, quia in dubio à verborum proprietate recedendum non eſt, *l. Non aliter, ff. de legatis* 2.

Aliam reddit rationem Barboſa *n.* 2. 678. quia ſcilicet domicilium incolatus, ſive habitationis, præfertur originis domicilio, uti docent Alexander *conſ.* 16. *volum.* 1. Bertrand. *conſ.* 201. *num.* 4. *volum.* 2. Natta *conſ.* 139. *n.* 16. Et quia domicilium habitationis omnino, & ſemper ſpectatur. Jaſon *in Repetit. l. Si arrogatur, num.* 46. *ff. de adoptionibus, & in l.* 1. *colum.* 6. *verſic. Tene contrarium, C. de Summa Trinit.* Et magis attendi, ſaltem in muliere, aſſerit cum Surdo *conſ.* 549. *num.* 1. Ipſe tamen Barboſa ſequi videtur ſententiam Socini *conſ.* 254. *num.* 8. *volum.* 2. Deciani *conſ.* 71. *num.* 11. *vol.* 2. Surdi *conſ.* 343. *num.* 30. *& conſil.* 346. *num.* 8. *& 9. conſ.* 371. *num.* 49. & aliorum; ſiquidem *num.* 5. in ſequentia prorumpit. Quod quidem concludenti probatur ratione. Quia domicilium

cilium originis potentius eſt, quàm habitationis; quia unum naturale, aliud accidentale, ſecundum Ancharanum *conſ.* 37. Contrà *n.* 6. *in fine*, *&* *n.* 7. Peraltam *in l. Unum ex familia*, §. *Si de Falcidia*, *num.* 13. *ff. de Legatis* 2. Card. Tuſchum *Practicarum concluſionum tom.* 5. *litt. N*, *concl.* 8. *num.* 3. Menochium *de Præſumpt. lib.* 6. *præſump.* 42. *à num.* 4. Atqui naturalis qualitas major eſt accidentali, & magis attendi debet, quia naturalia prævalent, *l. Qui habet*, *in princ.* & *ibi* Dynus, & Bartolus, *ff. de Tutelis*, Tiraquellus *de Retract. lignag.* §. 30. *gloſſa* 1. *num.* 26. Menochius *conſ.* 52. *num.* 124. Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 6. *verſic. primò*. Ergo, &c. Hæc Barboſa, & alia ad idem firmandum in ſeqq. profert.

679. *Secundò* præmitto, acquiri Parochiam quoad Sacramenta, & Sepulturam, abſque domicilii habitationis acquiſitione, per ſolam habitationem per tempus notabile. Ita firmavi *in Diſquiſition. tom.* 1. *tract.* 8. *diſq.* 2. *ſect.* 1. *dub.* 1. *à num.* 14. cum Innocentio *in cap. Omnis utriuſque ſexus*, *num.* 6. *de Pœnitentiis*, *& remiſſ.* ubi Joan. Andr. *num.* 13. Anton. *n.* 38. Cardin. *num.* 6. Ancharan. *n.* 9. Gloſſa *verbo Sacerdote*, Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 12. *&* 13. *& in Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 24. Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 33. & cum quampluribus aliis, numerum 46. excedentibus: quorum non paucas adamuſſim ſententias recenſui. Addidi conſultò clauſulam, *per tempus notabile*; quia ſi quis habens domicilium in uno loco, & ſe in alium, v.g. in villam ruralem pro brevi tempore confert, vel recreationis cauſa, vel ut ibi ruralia exerceat, ſi in hujuſmodi decedat villa, abſque ſepulturæ electione, non cenſetur propria Eccleſia illius villæ Eccleſia, ſed illa ad quam domicilium pertinebat defuncti. Ita dixi *num.* 23. cum D. Antonino *in Summa*, *part.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. *de Sepulturis*, §. 1. Abbate *in cap. In noſtra*, *num.* 10. *el* 10. *de Sepulturis*, Samuellio *de Sepulturis*, *tract.* 1. *diſp.* 5. *controv.* 8. *concl.* 6. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 25. *de Pœnit. ſect.* 2. Coninck *de Sacram. diſp.* 8. *dub.* 3. *concluſ.* 4. Navarro *in cap. Placuit*, *n.* 77. *de Pœnit. diſt.* 6. & cum aliis, & id concludenter probavi *ex cap.* 3. *de Sepult. in* 6. illud recenſendo.

Tertiò præmitto, quod quoties commodè, & abſque corruptionis periculo, non poteſt deportari cadaver ad locum, in quem aliàs deportari debebat, minimè ad illum eſſe deportandum, ob moralem impotentiam: & quia ita permittitur *in cap. is qui habet*, *el* 3. *de Sepult. in* 6. 680.

Ex dictis *in d. Diſq.* 2. *ſect.* 1. *dub.* 1. aliqua intuli pro materia hujus Paragraphi, & præcedentis, de aſſiſtentia Parochi debita Matrimoniis ſuorum Parochianorum. Primò intuli *num.* 25. ad validitatem Matrimonii non ſufficere aſſiſtentiam Parochi domicilii originis alterius, aut utriuſque contrahentis, niſi idem ſit locus domicilii originis, & domicilii habitationis, alterius ſaltem contrahentis. Quia illa eſt propria alicujus Parochia, quoad Sacramenta, & Sepulturam, in qua ſolam habet habitationem per tempus notabile (quod eſt major anni pars) etiamſi nullum habeat ibi domicilium. Et quia in dubio, nomine domicilii, domicilium originis non venit, ſed habitationis domicilium, uti dictum eſt ſuprà, *num.* 677. Et ita docet Sanchez *de Matrim. tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 7. dicens: Verùm tenendum eſt, Parochum ſolius originis, non cenſeri proprium, ad conjungendos aliquos Matrimonio. 681.

Nec contra nos eſt, quod Epiſcopus originis alicujus, poſſit illi Ordines conferre, *ex cap. Cùm nullus*, *de Temporibus Ordinationum*, *in* 6. ubi id diffinitum eſt. Tum, quia ibi expreſſe reſtrinxit Papa poteſtatem Epiſcopi originis ad ſolos Ordines conferendos, dicens: *Superior intelligitur in hoc caſu Epiſcopus*, *de cujus Diœceſi eſt is*, *qui ad Ordines promoveri deſiderat*, *oriundus*. Expende clauſulam, *in hoc caſu*. Ergo non in alio. Tum etiam quia, ut modò dictum eſt, illa eſt propria alicujus Parochia quoad Sacramenta, & Sepulturam, in qua habet ſaltem habitationem per majorem partem anni: quod quid omninò diverſum eſt à caſu dicti capitis *Cùm nullus*; cùm autem à diverſis non fiat illatio, ex eo quod Epiſcopus originis conferre valeat Ordines oriundis, non ſequitur quod Parochus originis 682.

ginis originariis poſſit Sacramenta conferre, eorum Matrimoniis aſſiſtere, & eorum cadavera ſepeliere. Et ita docet Sanchez.

683. *Secundò* intuli, Parochum ſolius habitationis per majorem partem anni, aſſiſtere poſſe Matrimonio illorum, qui in ipſius territorio domicilium non habent, non ſolùm originis, ſed nec habitationis: quod adeo eſſe verum dixi, ut ſtatim ac inhabitare incipiunt, animo inhabitandi locum pro majori anni parte, contrahere poſſint licitè, & validè Matrimonium coram Parocho illius loci.

Pro prima hujus Corollarii parte adduxi Baſſæum *tom.* 1. *verbo Matrimonium* 3. *num.* 2. & Buſembaum *in Medulla Theolog. lib.* 6. *tract.* 6. *cap.* 3. *dub.* 2. quorum primus ſic dixit: *Illos autem, qui duplicem habent Parochiam habitationis, ut qui hyeme habitant in uno loco, æſtate verò in alio, quilibet Parochus ex duabus illis habitationibus poteſt conjungere: quia uterque eſt illorum proprius Parochus.* Secundus autem ita faſſus eſt: *Per Parochum intelligitur is, qui habet ordinariam juriſdictionem in contrahentes, utpote qui domicilium, & habitationem habent in ejus Parochia.* Ubi dictio, *&*, non ponitur copulativè, pro habentibus domicilium ſimul & habitationem, ſed ponitur disjunctivè pro alterum eorum habentibus. Licèt enim illa regulariter copulativa, & conjunctiva ſit, ut latè probat Barboſa *dict.* 110. *num.* 3. aliquando tamen ponitur inter diverſa, ut ibi *num.* 25. ipſemet Barboſa non minùs copiosè docet. Quod maximè locum habet in præſenti caſu juxta limitationem ab eodem traditam *num.* 26. dicente: Hoc tamen intellige, niſi ponatur inter duo idem ſignificantia, quia tunc non dicitur inter diverſa poni, ſed ſolùm ponitur declarativè, pro *id eſt*. Pro qua limitatione allegat Bartolum, Jaſonem, & alios *in l.* 1. *ff. de Iuſt. & jure.* Chaſſaneum *in conſuetud. Burgund. rubrica* 7. §. 10. *in verbo De ligne. fol.* 1037. Bellon. *conſ.* 53. *num.* 6. Felin. *in cap. Ex parte* 1. *num.* 92. *verſic. Copula Et, de Reſcriptis*, Mandoſium *in Regul.* 1. *Cancell. quæſt.* 10. *num.* 10. Salon. *in Proœmium legum Tauri, num.* 151. Surdum *conſ.* 315. *num.* 19. Pavin. *de Officio, & poteſt. Capituli Sede vacante, in* 5. *prælud. de virtutibus copulat.* Cenedum *ſingulari* 50. *num.* 5. Cabedum *deciſ.* 117. *num.* 3. Monetam *de Opt. canonic. cap.* 7. *num.* 2. Girond. *de Privileg. explic. numero* 1031. & Valenzuelam *conſ.* 133. *num.* 61. *tom.* 2.

684. Pro ſecunda Corollarii parte allegavi Naldum *in Summa, verbo Matrimonium, num.* 3. Thom. Sanchez *d. lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 23. *num.* 14. Barboſam *allegat.* 32. *num.* 57. *& num.* 63. & Pacem Jordanum *volum.* 1. *de Re Sacra, lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 71. prædictos Doctores, & Bonacinam ſequentem, *quæſt.* 2. *de Matrimonio, punct.* 8. *num.* 1. *&* 2. Unus poſt alium, ſequentia docent illi quatuor.

Naldus enim ſic ait: Non dicitur autem alienus, Parochus oppidi in quo vagus moram trahit. Cum enim is poſſit cuilibet Confeſſario peccata ſua confiteri in illo oppido, poterit etiam ſimiliter quilibet Parochus ejus Matrimonio aſſiſtere, ex deductis per eundem Sanchez *eod. tom.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 25. *num.* 5. *&* 6. Et idem erit de Scholaribus, ſeu Judicibus locorum, qui poſt tres, vel quatuor dies ſui adventus in loco, in quo ſunt commoraturi, dicuntur habere ibi domicilium ad finem, & effectum contrahendi Matrimonium, ut ſæpè cenſuit Sacra Congregatio. Hæc Naldus.

685. Sanchez autem ſequentia. Hinc infertur I. non opus eſſe expectare, ut majori anni parte hi in Parochia, aut Diœceſi habitaverint, ſed ſtatim ac animum habitandi majori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici Parochianos, & poſſe omnia dicta circa illos exerceri. Sicut enim ad domicilium, nullius temporis habitatio requiritur, ſed ſtatim ac quis incipit habitare cum animo perpetuò habitandi, illud acquirit, ut dixi *n.* 2. ſic ſtatim ac quis incipit habitare, animum habens habitandi toto tempore requiſito, efficitur Parochianus. Hæc P. Sanchez, poſtquam *num.* 13. aſſeruit, quoad Matrimonium, Sepulturam, & omnia præter Ordinem, effici aliquem Parochianum, & ſubditum alicujus Diœceſis & Parochiæ, quando majori anni parte ibi inhabitat.

686. Barboſa recenſitâ *numero* 57. ſententiâ aſſerente acquiri Parochiam ratione habitationis, quando ea brevis

vis temporis non eſt, ſed in id oppidum ſe aliquis recipit cauſa alicujus negotii expediendi, ut eo expedito, ad proprium domicilium redeat. Et pariter recenſita *num.* 59. ſententia tenente, ut verè aliquis dicatur Parochianus, exigi animum conſtituendi ibi domicilium: quare ſi illud habeat in uno loco, & transferat ſe in alium, non animo permanendi, ſed ex cauſa limitata ad tempus, qua finita rediturus eſt ad proprium, non cenſeri illius loci, in quo ad tempus adeſt, Parochianum, ſed loci domicilii permanentis. Sic reſolvit *n.* 63. difficultatem, videlicet:

687. Verùm noviſſimè *in Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum, die 26. Iunii hujus præſentis anni* 1621. dum dubitaretur an relegatus ad certum locum pro tempore arbitrio Judicis menſurando, deberet Matrimonium contrahere coram Parocho loci, in quod relegatur; an illius ubi domicilium habebat, deciſum fuit; *coram Parocho loci, in quod erat relegatus, Matrimonium eſſe contrahendum*, ex ea tantùm ratione, quia ſufficit præſentia Parochi habitationis, juxta primam ſententiam, quam ſuprà retulimus: propter quam deciſionem, hanc ſententiam in praxi ſequerer, ſed in juris rigore aliam Panormitani libentiùs defenderem.

688. Ex quibus ad praxim infertur, non opus eſſe expectare, ut majori anni parte hi in Parochia, vel Diœceſi habitent; ſed ſtatim ac animum habitandi majori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici Parochianos, & poſſe omnia dicta erga illos exerceri: ſicut enim ad domicilium nulla temporis habitatio requiritur, ſed ſtatim ac quis incipit habitare cum animo prepetuò manendi, illud acquirit, ut multis citatis dixi *allegat.* 4. *num.* 23. ſic ſtatim ac quis incipit habitare, animum habens habitandi toto tempore requiſito, efficitur Parochianus. Ita Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 14.

Secundò infertur, ad inſtitutum Sacri Concilii proprium Parochum eſſe ad Matrimonium, Parochum uxoris, ſi Matrimonium in domo uxoris contrahatur, quando ſcilicet vir accedit ad domum uxoris pro contrahendo, vel conſummando Matrimonio. Ita ex aliis deciſum refert Armendariz *in Addit. ad Recopil. legum Navarræ, lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de Matrim. in Declarat. num.* 15. Quando verò Matrimonium eſt contrahendum inter virum, qui ſit de una Parochia, & mulierem, quæ ſit de alia, ſufficit quod interſit Parochus habitationis fœminæ, quando contrahitur in Parochia habitationis uxoris; & ſufficit Parochus viri, quando contrahitur in Parochia habitationis viri, quia cùm proprio Parocho committatur ſuum Parochianum Matrimonio conjungere, cenſetur etiam commiſſum, alienum cum ſuo conjungere, cùm hæc neceſſariò connexa ſint, *argum. l.* 2. *de juriſdict. omnium judicum*, & *cap. Præterea, de Offic. Delegati*, cum aliis citatis *in libello de Principiis utriuſque Iuris, litt. N, num.* 5. Ita ex mente Concilii declaraſſe S. Congregationem Illuſtriſſ. Cardinalium, referunt Salzedo (*ad Bernardum*) *d. cap.* 76. *verſic. Decimoquartò*, Navarr. *in Manual. cap.* 25. *num.* 144. *& conſ.* 3. *ſub tit. de Clandeſtinis deſponſat. num.* 1. *in novis.* Spin. (*in Speculo teſtam.*) *d. gloſſ.* 15. *num.* 47. Segura Davalos *in Directorio Iudicum Eccleſiaſticorum, part.* 2. *c.* 15. *num.* 47. Armendariz *d. loco, num.* 17. Triviſan. *deciſ.* 23. *num.* 1. *lib.* 1. Ugolinus (*de poteſt. Epiſc.*) *d. cap.* 15. *§.* 10. *num.* 3. Franciſc. Molin. (*de Ritu nuptiarum*) *d. differentia* 11. *num.* 89. poſt Henriquez, Fr. Emman. Vegam, Petrum de Ledeſma, Vivaldum, & alios, Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 19. *per totam, & præcipuè num.* 4. & cenſuit Rota *deciſ.* 390. *num.* 6. apud Farinacium *part.* 2. *recentiorum.*

Tertiò infertur, Parochum Ruralem non eſſe proprium Parochum, quando rus vel recreationis gratiâ habitatur, aut ad paucos dies tantum incolitur; eo quòd probatum eſt, contrahentes non ſolere eſſe ruri majori parte anni, nec etiam pro dimidia, ſed tantùm per tres, aut quatuor menſes. Quare ita cenſuit Rota Romana *in novis, deciſ.* 656. *part.* 1. & tenent Menochius *conſ.* 398. *num.* 5. 16. 21. & 37. Belletus *Diſquiſitionum Clericalium part.* 1. *de Exemptione Clericorum à Statutis ſæcularium*, *§.* 5. *n.* 8. *cum ſeqq.* Seraphinus *deciſ.* 615. Aloyſius Riccius (*in Praxi Fori Eccleſiaſ.* 689.

cleſiaſtici, } *d. reſol.* 214. *num.* 2. Franc. Molin. *d. different.* 11. *num.* 90. Sanchez *d. lib.* 3. *diſp.* 23. *num.* 12. Gutierrez *de Matrimonio*, *cap.* 63. *num.* 7. Bonacina *d. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 3. *verſ. tertiò*, & *verſ. quartò*. Navarrus *conſ.* 7. *num.* 2. *ſub tit. de Clandeſtinis deſponſat. in novis.*

690. *Quartò* infertur, fœminam, quæ coram Parocho ſuæ Parochiæ contraxit Matrimonium invalidum, ſeque inde tranſtulit ad domum ſponſi commorantis in alia Parochia, cum intentione ibi perpetuò manendi, non poſſe poſtea coram eodem Parocho matrimonium de novo validè celebrare: nam ille non dicitur ampliùs proprius Parochus, & Sacerdos; cùm fœmina mutaverit, & amiſerit primum domicilium ſtatim ac incœpit habitare in Parochia ſponſi, cum intentione ibi perpetuò manendi. Ita Sanchez *d. diſp.* 23. *num.* 15. Bonacina *d. punct.* 8. *num.* 3. *verſ. Secundò.*

691. *Quintò* infertur, validum fuiſſe Matrimonium cujuſdam amaſiæ, quæ tranſtulit ſe ad domicilium concubinarii, intentione ibi commorandi majori anni parte, ibique coram Parocho illius domicilii celebravit Matrimonium, non cum amaſio, ſed cum alio extraneo; quia ipſa habens animum commorandi majori anni parte, ſtatim effecta eſt Parochiana, & domicilium Parochiale in eo loco contraxit. Ita conſultus reſpondiſſe aſſerit Bonacina *d. punct.* 8. *num.* 3. *verſic. Secundò.* Si verò hujuſmodi amaſia ſe ad amaſii Parochiam transferret animo revertendi ad ſuam, non expectata majori anni parte, tunc non poſſet contrahere, niſi coram ſuo Parocho, non autem amaſii, ut reſolvit poſt alios Aloyſius Riccius *d. reſolut.* 214. *num.* 3. hinc aſſerens, falſam eſſe omninò ſententiam Triviſ. *d. deciſ.* 23. volentis non poſſe contrahi Matrimonium abſque præſentia Parochi mulieris, ſi in Parochia viri per annum habitaverit, ut amaſia in domo ejuſdem amaſii.

692. *Sextò* infertur, duos ſimul proprios Parochos, quoad dictum effectum poſſe reperiri, ubi ſcilicet quis dimidia anni parte in una Parochia, altera dimidia in altera habitat; tunc æqualiter ſic inhabitans duas proprias poteſt habere Parochias, & coram Parocho utriuſque Matrimonium inire, quia utraque eſt æquè Parochia, *cap. Cum quis, de Sepulturis, lib.* 6. *argument. l. Aſſumptio*, §. *fin. Ad municipales.* Ita Coninck *diſp.* 27. *dub.* 2. *num.* 19. Segura *in Directorio Iudicum, part.* 2. *cap.* 15. *num.* 47. Franc. Molin. *d. different.* 11. *num.* 91. Navarr. *conſ.* 7. *num.* 3. *ſub tit. de Clandeſt. deſponſat. in novis*, Sanchez *d. lib.* 3 *diſp.* 24. Gutierrez *cap.* 62. *num.* 4. & *cap.* 64. *n.* 2. Bonacina *d. punct.* 8. *num.* 5. Ubi verò inæqualitas habitationis datur, majoris temporis pars eum facit proprium Parochum, in quo habitatio fit, *argum. textus in l.* 1. §. *Æſtate, ff. de Aqua quotidiana, & æſtiva.* Menochius *conſ.* 398. *num.* 16. & 17. & ibi Cephalus *num.* 23. & 24. quos refert Franc. Molin. *ubi proximè.*

Septimò infertur, habitantem in confinio duarum Eccleſiarum Parochialium, cenſeri Parochianum illius, in qua domus aditum habet, ex notabili doctrina Bartoli *in l.* 6. *num.* 6. *in fine, ff. de Damno infecto.* Hujus illationis ratio eſt, quia ex aditu judicatur de domo, cui cedat, *l. ei cui ædes, ff. de legatis* 3. Baldus *conſ.* 60. *num.* 5. *volum.* 1. & ſecundùm Bartolum *in l. Prædii*, §. *Qui domum, ff. de legatis* 3. domus, quæ habet duas portas in diverſis Parochiis, judicatur de ea Parochia, in qua reſidet porta principalis, & aditus magis frequentatus: refert Aloyſius Riccius *in Praxi fori Eccleſiaſtici*, *deciſ.* 333. *in* 1. *edit.* & *reſol.* 510. *in* 2. *editione.* Hucuſque Auguſtinus Barboſa *uſque ad numerum* 71. *incluſivè.* Qui in ſequentibus ait: 693.

Alienigenæ verò, ſeu vagabundi, illum Parochum vocant, in cujus Parochia ſunt, vel commorantur, ex declaratione Cardinalium, prout refert Baſilius Pontius *de Matrimonii impediment. cap.* 26. §. 5. *verſic. Alienigenæ:* nam quicumque Parochus poteſt Matrimonio vagorum intereſſe, ut probat Sanchez *lib.* 3. *diſp.* 25. *num.* 11. diligenti ſcilicet inquiſitione præmiſſa, & obtenta Ordinarii licentia, ut habetur expreſſe in Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformatione Matrimonii, cap.* 7. ne fortè ſint alibi conjugati, aut habeant occultum impedimentum contrahendi. Ita Perez *l.* 1. *in princ. tit.* 14. *lib.* 8. 694.

*lib.8.Ordinationum.*Henriquez *lib.11. cap.3. §.3.* Petrus de Ledeſma *de Matrimonio, quæſt.45. art. 5. dub. 4. verſic. Dico ſecundò, & in Summa,part.1. de Sacram. Matrim. cap. 7. concl. 4. dub. 3.* Fr. Emmanuel *in Summa, tom.2. cap.219. num.3.* Zerola *in Praxi Epiſcopor. part.1. verbo Matrimonium, §. 6. & part.2. verbo Parochus, pag.81.* Sanchez *diſp.25. à num.8.* Coninck *diſp. 27. num.20.* Cenedus *Canonicar. & Practicar. quæſtion. lib. 1. quæſt.30. num.66. cum ſeqq.* Rebellus *de Obligation. Iuſtitiæ, part. 2. lib.2. quæſt. 8. num. 3.* Reginald. *d. lib.31. num. 239.* Gutierr. *de Matrimon. c.65.* Bonacina *d. punct.6. num.6.* Si tamen Parochus eam non adhibeat diligentiam, peccabit mortaliter, ſed valebit Matrimonium. Ita Verac. *in Appendice ad Quæſt. Quomodo qui vagantur, admittendi ſint ad Matrimonium,verſic. Quanvis ſic fiat.* Henriq. *d.cap.3. §.3.* Sanchez *d.diſp.25.num.16. & 17.* Cened. *d.q.30.num.68. in princ.* Baſil. Pont. *d. §. 5. in fine, & in noviſſ. tract. de Sacramento Matrimonii,lib.5.c.14. num.8.* Gutierrez *d.cap.65.num.15. & cap.67.num.3.*Chapeavil.*de adminiſtr. Matrimonii in neceſſitate, quæſt.14.* Filliucius *tract.10. cap.6. quæſt.5. numero 212.* Homobonus de Bonis *de Examine Eccleſiaſtico, tract.11.cap.10. quæſt.23. reſol.1. & 2.*

695. Vagabundus is propriè dicitur,qui nullum certum domicilium habet, vel qui priſtinum domicilium omnino deſerens amiſit, & iter agit, aut navigat animo acquirendi novum. Ita colliges ex reſolutis per Henriquez *d.§.3.* Coninck *de Sacramentis,tom.1. quæſt.8. num,62.& tom.2.quæſt.27.n.20.* Cenedum *d. q.30.n.69. & 70.* Sanchez *d.diſp.25. à n.1.* ubi *num. 8. verſic. Intellige*, dicit Tridentinum loqui de his, qui vagantur, & incertas habent ſedes. D. Barboſam *in l. Hæres abſens, §. Proinde, in art. de Foro delicti,n.14. & ſeq. ff.de Iudic.* Ugolinum *de Poteſt. Epiſc. cap.39. §.3. num. 1.* & Reginaldum *in Praxi Fori Pœnit. lib.1. n.64.* Gutierrez *d.cap.65. num.9.* Hinc inferes, ſi alter tantùm alienigena, vel vagus ſit, ſatis eſſe, ſi quivis Parochus interſit, cùm valeat Matrimonium præſente Parocho cujuſvis ex contrahentibus. Baſilius Pontius *dict. loco.* Cenedus *d.quæſt.30.num.68.verſic. Circa hanc.* Gutietrez *dict. cap.65. num.8.* Quod ſi qui,ne coram proprio Parocho contrahant, aliò ſecedant, non habitaturi, nec manſuri; nonnulli cenſuerunt, non gaudere alienigenarum jure, quia dolus nemini patrocinatur: ex quorum numero ſunt Fr. Emmanuel *d. cap.219. num.2.* Rebellus *d.lib.2. quæſt.8.num.6.* & alii ab illis citati. Aliis tamen ſecus videtur, quod magis placet, prout reſolvunt Sanchez *d.diſp.23.num.13. & 14. & diſput.25. num.11. in fine*, Gutierrez *cap. 65. num. 11.* Bonacina *dict. punct.8. n. 4.* Hucuſque Auguſtinus Barboſa.

Quartò præmitto, quod ille, qui 696.
bona fide, & ſine fraude, in proprii Parochi præjudicium, acceſſit ad locum pro brevi, ſeu non notabili tempore, unde ad propriam Parochiam commodè reverti non valet ad ſuſcipienda Sacramenta de manu proprii Sacerdotis, cenſetur ad hunc effectum, & ad ſepulturam, illius novi loci Parochianus; ſecus verò, ſi fraude, & dolo à propria receſſit Parochia. Ita Franciſc. Maria Samuellius *in Praxi de Sepulturis, tract.1. diſp.5. controverſ.8. concl.4. pag.251.* & Navarrus *tom.1. Conſilior. tit. de Parochiis, conſ.1.* quos ego ipſe ſequutus fui *dict. tom.1. tract.8. de Parochia, ſect.1. diſq.2. dub.2.* Pro qua concluſione recenſere libet Navarrum, qui ſequentia ſcripſit: Quintò, quod videtur ſufficere habitatio bona fide, & ſine fraude ſuſcepta in aliquo loco, unde non poteſt commodè reverti ad ſumenda Sacramenta in loco Parochiæ, ubi habebat domicilium. Tum per præfatam Gloſſam ſingularem *dictæ Clementinæ de Privilegiis.* Tum quòd Mercatores, & ſtipendiarii degentes in longinquis à ſuis patriis regionibus, carerent proprio Parocho, quod videtur contra *cap. Omnis utriuſque ſexus, de Pœnitentiis, & remiſſionibus*, & Innocentii,& aliorum ſcribentium rationem naturalem.

Sextò, quod habitatio fraudulen- 697.
ter in præjudicium Parochi proprii, vel alterius Parochi habita in aliquo loco, ad effectum acquirendi novum Parochum, non ſufficeret. Tum quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, *cap. Sedes Apoſtolica, de reſcriptis.* Tum, quia malitiis homi-

num obviandum eſt, *l. in fundo, ff. de Rei vendicatione.* Hæc Navarr.

SECTIO II.

Quæſtioni Paragraphi Noni ſit ſatis.

698. QUibus præmiſſis, difficultati propoſitæ *numero* 670. reſpondeo, Parochum jus habere ad tumulanda cadavera decedentium in ſua Parochia, & ad percipiendas obventiones, quæ ratione funeris, & ſepulturæ, de jure, & de conſuetudine ſolvi, ex defunctorum bonis, debent. Hanc reſponſionem olim firmavi *in Quæſtionibus Paſtoralibus, part. 3. quæſt. 7.* diverſis juribus, & Doctoribus pro ea adductis, & Sacræ Congregationis Rituum Declarationibus: & etiam *in tomo 1. Diſquiſitionum, tract. 8. de Parochia, & tract. 9. de Funeribus, ſeu de expenſis, & ſumptibus Funerum.* Sed quia hæc Reſponſio generalis eſt, & nonnullas patitur limitationes, tam quoad jus ſepeliendi, quàm quoad jus percipiendi Funerum emolumenta & obventiones, operæ pretium duxi reſponſionem in præſentiarum reddere, variis concluſionibus traditis, ut illa clarior evadat.

CONCLVSIO I.

699. Sepelire in propria Eccleſia decedentes naturaliter, aut violenter intra limites propriæ Parochiæ, jus eſt Parochi cujuſlibet. Ita docent Sylveſter *verbo Parochia*, Joannes Ægidius Trullench *tract. de Parocho, cap. 9. dub. 1. & 4. num. 2. & 10.* Azorius *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 12. quæſt. 5.* Poſſevinus *de Officio Curati, cap. 14. de Mortuis, quæſt. 3. & in Append. 2.*

Concluſio probatur *ex cap. Eccleſias ſingulas, el 1. 13. quæſt. 1.* ubi Dionyſius Papa ait: *Eccleſias ſingulas ſingulis Preshyteris dedimus: Parochias, & cœmeteria eis diviſimus, & unicuique jus proprium habere ſtatuimus: ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terminos, aut jus invadat, ſed ſit unuſquiſque ſuis terminis contentus.* Ex quibus patenter conſtat noſtræ aſſertionis veritas, cum Cœmeteria ad ſepelienda cadavera ſolùm ſint inſtituta, & ſingula ſingulis Parochiis ſint diviſa, ut unuſquiſque in ſuo mortuos ſuos ſepeliat. Plures Declarationes S. Congregat. firmantes jus Parochi, quoad ſepulturas, & funera, cumulat Barboſa in Collectaneis Deciſionum Apoſtolicarum, *collect. 76. verbo Cadaver, collect. 245. verbo Defunctus*, & *collect. 558. verbo Parochus quoad funeralia*; quas nunc reddere ſupervacaneum videtur, & ſuperfluum. Poſſevinum tamen recenſere libet.

Quæritur (inquit ille,) an Curatus teneatur ſepelire ſuos mortuos? 700. Reſpondeo teneri, & gratis, ubi ita ſit conſuetum. Et ubi eſt laudabilis conſuetudo aliquid tribuendi pro funere, poterit recipere ſolitum dari. Omnes. Ita tamen agat. Priùs mortuum liberè ſepeliat, deinde petat conſuetam largitionem. Sylveſt. *Sepultura, quæſt. 3.* Sotus *de Iuſtitia, lib. 9. quæſt. 6. art. 2.* quam poſtea (ſi negaretur) poterit petere, etiam via juridica: debetur enim de juſtitia. Sed Curatus hoc remedio non utatur, niſi cùm omni alia via prius tentata, ſuum nequit habere. Nunquam tamen ante ſepulturam quærat habere cautionem de illo ſolito. Vidi alicubi Curatum noluiſſe admittere ad ſepulturam, ni daretur cautio de ſolvendo ſolito ab his, in quorum domo mortuus jacebat. Et alibi, contra eoſdem proceſſum fuiſſe via juridica, quando mortuus non habebat unde ſolveret. Tu ab omnibus iſtis cave, quia irrationabilia, & ſcandaloſa. Et Curatus ab his debet eſſe tam alienus, ut mortaliter peccet, & ſit excommunicatus, ſi induxerit aliquem ad promittendum, aut jurandum, ſe acceptaturum ſepulturam in ſua Eccleſia, aut quam jam antè accepiſſet, non mutaturum. Navarrus *cap. 25. num. 132.* Ita Poſſevinus *d. quæſt. 3.* Quod autem, qui mortuum ſepelivit, poſſit expenſas Funeris ab illius petere hærede, *ex l. Si quis, ff. de Religioſis, & ſumptibus Funerum*, docent Pellizzarius in Manuali Regular. *tom. 1. tract. 3. cap. 6. num. 34.* & Sanchez *in Decalog. lib. 6. cap. 14. n. 5.* Petrus de Ubaldis, & Emman. Roderiq. *tom. 3. qq. Regular. quæſt. 60. art. 3.* ab ipſo citati, quos ſequutus fui *d. tract. 9. ſect. 2. §. 15. num. 8. in fine.*

CONCLU

CONCLUSIO II.

701. Recipientes aliquem ad Sepulturam, in caſu non conceſſo, vel Parocho, vel Superiore illius ad id facultatem non concedente, mortaliter peccant, & reſtituere tenentur corpus, ſi petatur, & ea, quæ ratione corporis acceperant. Ita Trullench *tract. de Paroch., cap. 9. dub. 1. num. 10.* & ego ipſe *dicta quæſt. 7. num. 5.* Ratio hujus concluſionis eſt, quia hujuſmodi recipientes, jus alienum invadunt in re gravi, & rem alienam, ad quam jus nullum habebant, uſurpant, invito illo, ad quem de jure, vel de conſuetudine pertinebat. Et ita definitum eſt *in cap. Cùm liberum, el 6. de Sepult.*

CONCLUSIO III.

702. Quilibet fidelis, qui liberum habet arbitrium, & puber eſt, ſive vir, ſive fœmina, ſibi eligere poteſt ſepulturam in quocumque loco Sepulturæ capaci. Ita ſtatutum eſt *in cap. Cùm liberum ſit, el 6. de Sepulturis.* Concluſionem firmavi *in d. tom. 1. tract. 7. de Facultate eligendi Eccleſiaſticam Sepulturam, diſq. 1. à n. 1.* cum D. Antonino, Trullench, Brun. Chaſſaing Bonacina, Pace Jordano, Aſcanio Tamburino, Barboſa, Cæſare de Graſſis, Lælio Zechio, Aloyſio Riccio, Belleto, Parladoro, Samuellio, Morono, Angelo, Lavorio, & Joan. Bapt. Ventriglia *in Praxi rerum notabilium, annotat. 52. §. unico, num. 10.* dicente: Electio ſepulturæ adeo eſt exequenda, & ſepeliendum corpus in Sepultura electa, ut Parochus non poſſit impedire illam, ſub prætextu, quod ſit extra Eccleſiam Parochialem. Quia liberum eſt unicuique eligere ſepulturam in quacumque Eccleſia, relicta Parochia: quæ aliud non poteſt prætendere, niſi ſua jura. Eſt commune, & indubitatum. Hinc eſt, Sacram Congregationem Rituum, procurante D. Joſepho Natale, Canonico Pœnitentiario Metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ, decreviſſe Parochum loci Caſſapullæ, Capuanæ Diœceſis, non poſſe prohibere Fundatori, & ſucceſſoribus de prædicta familia de Natale, jus ſepulturæ in Eccleſia per ipſos de Natale ædificata, in loco prædicto reſervata Quarta Funerali eidem Parocho. Immò ſi Parochus prædictus, vocatus accedere, vel licentiam dare recuſet, licitum eſſe ſepelire corpora in dicta Eccleſia abſque illius licentia. S. Congregatio prædicta duabus Declarationibus, una ſub die 31. Martii 1629. & altera ſub die 22. Decembris ejuſdem anni 1629. Quas declarationes vidi oculatim in forma authentica, cùm tanquam unus ex Viſitatoribus interfui Viſitationibus prædictæ Eccleſiæ. Illaſque refert Alphonſus de Leon *de Offi io Capellani, part. 1. quæſt. 2. ſect. 1. num. 7. & 8.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 2. cap. 10. num. 22. & ſeqq. & in Summa Deciſion. Apoſtolic. verbo Sepultura, n. 11.* Id etiamſi electio fiat in Eccleſia Regulari. Lavorius *citato cap. 11. num. 22.* Hactenus Ventriglia.

Secundæ Declarationis, ſub die 22. Decembris 1629. meminit etiam Illumin. Moronus *reſponſo 51. n. 25.* ad probandum, quod quando in Eccleſia Regularium, aut in aliqua aliena ſæculari aliquis ſepelitur, ſi Parochus requiſitus nolit accedere ad illum ad dictam Eccleſiam deferendum, & petitam licentiam deferendi neget, deferri ille & ſepeliri benè ſine illa, & ſine Parocho poteſt. Cui conſonat S. Congregatio Regularium *in Nepeſina, 21. Decembris 1615. in reſponſione ad 4. petitionem.* De qua Pellizzarius *in Manuali Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 157. pag. 399.*

CONCLUSIO IV.

703. Quando defunctus erat Religioſus, & extra clauſtra vitam finivit, ad Eccleſiam Monaſterii deferre debet, non vocato, irrequiſito, & inconſulto Parocho (atque ideo, etiam invito.) Ita Moronus *d. reſponſ. 51. num. 6.* Samuellius, Diana, & plures alii, quos allegavi *d. tom. 1. tract. 7. diſq. 8. §. 3. n. 6.* ubi *num. 7.* addidi, non poſſe Parochos prætendere jus Sepulturæ Religioſorum, in ſuis Parochiis decedentium, & extra Monaſteria; & ab hujuſmodi prætenſione abſtinere debere, declaraviſſe S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, 22. Maii 1615. apud Barboſam, Lezanam, & Moronum. Et eandem S. Congregationem declaraſſe, 24. Novembris 1634 & 24 Septembris 1636. Clerum ſæcularem nihil poſſe prætendere

tendere propter exequias, & Sepulturam Monachorum, aut Fratrum extra Clauſtra morientium. Et *num.* 9. recenſui S. Congregationis Concilii Decretum die 2. Julii 1620. editum, quatuordecim continens dubiorum Declarationes, quarum 10. hæc eſt: *Ad decimum, Regulares extra Clauſtra decedentes, poſſe ad eorum Eccleſias deferri, etiam Parochis inconſultis.* Illius meminerunt Ventriglia, Moronus, Barboſa, & Peyrinis, in locis ibi à me citatis. Quibus addo Pellizarium *tom.* 2. *Manual. tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 5. *ſubſect.* 5. *num.* 129. cum Bordono *tom.* 2. *reſol.* 51. *num.* 170. eundem Pellizarium *n.* 137. cum Mancino *tract. de Infirmis in ordine ad Sepulturam, dub.* 9. Ex quibus habes, Vicarium, & Beneficiatos Eccleſiæ Parochialis loci de Allo, ſex milliaribus ad ſummum ab hoc Hyrachenſi Cœnobio diſtantis, injuſtè prætendiſſe detinere, & ſepelire cadaver cujuſdam Monachi, qui ibi deceſſit; & Cœnobium præfatum ad ſuam prætendebat Eccleſiam ſepeliendum transferre: & ſimul prætenderunt ſpolium illius auferre, & quidem poſt intimationem eis factam prædictarum diſpoſitionum Sacrarum Congregationum. Quas tamen prætenſiones ad executionem Clerici præfati neutiquam deduxerunt, ob Monachorum debitam, & juſtam diſpoſitionem, & providentiam.

Quod dictum eſt de Regularibus, procedit etiam de Novitiis defunctis extra Monaſteria: neque pro eis ſolvenda eſt Parocho Canonica Portio, ut benè Pellizarius loco ultimò allegato. Ratio eſt, quia Novitius nomine Regularis venit, & Religioſi in favorabilibus, & privilegiis profeſſorum gaudet.

Conclusio V.

704. Qui ſepulturam habet Majorum ſuorum, etiam extra Parochiam ſuam, & ſine alterius electione decedit, in illa ſepeliri debet, proprio etiam Parocho renuente. Ita docent D. Antoninus, & plures alii Doctores antiqui, & moderni, quos recenſui, & fui ſequutus *in Diſquiſition. tom.* 1. *tract.* 8. *diſq.* 1. *concl.* 2. Et probatur *ex cap. Nos inſtituta, el* 1. *de Sepulturis*, ubi ſic noſter Leo Papa Tertius: *Non inſtituta Patrum conſiderantes, ſtatuimus unumquemcumque in Majorum ſuorum Sepulchris jacere, ut Patriarcharum exitus docet. Nulli tamen negamus propriam eligere Sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim, & Magiſter alienam elegit, ut propriam.* Probatur ex Declarationibus S. Congregationis Epiſcoporum, quas *ubi proximè, num.* 5. recenſui. Et ex hac denique ratione, quia optabile cuique eſt, in Sepultura ſuorum tumulari Majorum. Unio enim Sepulturæ ex charitate, & mutua dilectione, quæ inter vivos fuerat, procedit. Abbas *in d. cap. Nos inſtituta, num.* 4. *ex cap.* 1. *& ſeqq.* 13. *quæſt.* 1. Sed charitas, & mutua dilectio, maximè viget erga Majores, propter conſanguinitatis vinculum. Ergo qui abſque Sepulturæ decedit electione, ſepeliri debet in ſepultura Majorum ſuorum, ex interpretativa uniuſcujuſque voluntate.

Procedit autem concluſio, quando abſque periculo, vel incommodo magno, cadaver ad Sepulturam majorum ſuorum deportari quit, uti dicunt D. Antoninus, & Moronus, cum Angelo, & Sebaſtiano de Medicis locis ubi ſuperiùs citatis.

Qui autem Majores in præſenti dicantur, ſi petas, dico eſſe Patrem, & avum: ita ut ubi Pater, & Avus ſepulti fuerint, ibi dicatur Sepultura Majorum. Ita Barboſa, Diana & alii à me allegati *dicta diſquiſ.* 1. *num.* 1. ubi etiam ex illis dixi, haberi declarationem S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de anno 1616. *In præſenti* conſultò dixi, quoad effectum ſcilicet ſepulturæ, cum tamen *Majores* aliàs dicantur alii ſuperiores aſcendentes, ut idem Barboſa, & alii dicunt.

Plura alia apprimè ſcitu digna, & quidem neceſſaria Parochis, *dicta q.* 7. *partis* 3. *Paſtoralium, & tom.* 1. *Diſquiſitionum, tract.* 7. 8. *&* 9. latè dixi, quæ hic brevitati conſulens, nec ad Compendium & Summam redacta recenſere licet. Sufficiat pro nunc Paragraphum iſtum Nonum de Jure Parochi in cadavera eorum, qui in ſua obierint Parochia, & in eorum bona, ei aliqua ſalutaria monita tradendo, pro praxi, & recto officii ſui regimine adimplendo utiliſſima, concludere: pro quibus ſit

SECTIO

SECTIO III.

De nonnullis, quæ Parochus obſervare, & de aliis à quibus abſtinere debeat, circa ſepeliendi munus.

706. SCire debet Parochus, teneri funus aſſociare uſque ad januam Eccleſiæ Regularium ubi cadaver tumulandum eſt Ita Moronus *reſp.* 51. *numero* 27. ex Sacra Congregatione Regularium 18. Junii 1591. *in una Brixienſi*, & Barboſa *in Summa Deciſion. Apoſtolic. verbo Parochus, collectan.* 558. *num.* 2. alias recenſet declarationes Congregationis SS. Rituum, ibi enim ait: Parochus domi, & per vias facere debet omnia officia circa corpus defuncti, qui ſepeliendus eſt in Eccleſia Regularium; & ipſe Parochus Stolam deferens, omnes præcedere debet. Poſtquàm verò cadaver collocatum fuerit intus Eccleſiam, debet Parochus recedere, & Officium facere debent ipſi Regulares, vel Parochus ipſius Eccleſiæ, qui tunc omnibus præcedat. Sacra Congreg. Rituum *in Eugubina*, 12. *Maii* 1612. *&* 5. *Iulii* 1614. *& in Placentina, & Licienſi*, 23. *Maii* 1619. *& in Catanienſi*, Civitatis Platiæ, 12. Octobris ejuſdem anni, quarum meminit Sellius (in Selectis Canonicis) *cap.* 69. *num.* 6.

707. Si tamen Parochus intervenire, aut dare Regularibus licentiam ad levanda funera in Parochia, & deportanda cadavera ad proprias Eccleſias, requiſitus dare noluerit, Regulares poterunt illa in Parochia levare, & cadavera deportare in ſuis Eccleſiis ſepelienda, juxta declarationes Sacræ Rituum Congregat. *in Catanienſi Platiæ*, 18. *Octobris* 1619. *& in Vercellenſi terræ Creſcentini*, 26. *Februarii* 1611. apud Sellium *dict. cap.* 69. *num.* 48. & Barboſam *num.* 4.

708. Ad Parochum ſpectat declarare viam, per quam ſit deferendum cadaver, uſque ad januam Eccleſiæ in qua ſepeliendum eſt. Ita Moronus *d. reſp.* 51. *num.* 27. Ex S. Congregatione Regularium *in Caſtellanatenſi*, 3. *Ianvarii* 1594.

709. Scire debet Parochus, eos qui coram teſtibus, & abſque ulla ſcriptura in Eccleſia Regularium ſepulturam elegerint, ibi eſſe tumulandos, ita declarante S. Congregatione Regularium *in Nepeſina, de anno* 1615. *in reſponſione ad* 3. *petitionem*: quæ tamen addit, fieri dedere ſine præjudicio jurium Parochialium. Illam recenſet Peyrinus *tom.* 3. *de Privileg. cap.* 4. *num.* 53. ex quo ego ipſe *tract.* 7. *diſq.* 7. *num.* 5.

De numero teſtium, quibus electio 710.
ſepulturæ probetur, non eſt concors Doctorum ſententia; nam Pellizzar. *in Manuali, tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *ſect.* 4. *num.* 144. ait poſt Lavorium *de Sepultura, tit.* 2. *capite* 11. *num.* 19. ſufficere unum: & ſi ille ſit Confeſſarius defuncti, ſufficere ad probationem electionis ſepulturæ dictum ejus, ait Lavorius *n.* 20 *in fine*, & practicari in Curia Neapolitana Archiepiſcopali ſententiam, quam docet Molfeſius *in Summa, tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. de eo, quod ſufficiat dictum ſolius Confeſſarii. Diana autem, *part.* 5. *tract.* 3. *reſol.* 106. docet requiri duos, aut tres teſtes: tum, quia ſepulturæ electio, eſt ultimæ voluntatis ſpecies: tum, quia agitur de Eccleſiæ Parochialis præjudicio. Allegat Genuenſem *in Praxi, cap.* 61. *num.* 10. & Iulium Lavorium *Variar. Lucubrationum tit.* 2. *cap.* 11. *n.* 18. addentem ibi, probari per teſtes ſingulares, ut ſi deponant audiviſſe electam ſepulturam à Franciſco jam defuncto, in tali loco, ſed diverſis temporibus: & etiam per codicillum invalidum, & per ſcripturam privatam, manu propria ſubſcriptam. Iſtos Doctores, & Molfeſium recenſui *tract.* 7. *diſq.* 7. *num.* 3. Pro probatione per duos teſtes ſingulares, & per dictum Confeſſarii, addo Peyrinum *ubi proximè*, *num.* 52. & Lezanam *tom.* 2. *part.* 4. *verbo Sepultura*, *num.* 11. qui pro Confeſſarii aſſertione allegat Paſqualigum *deciſ.* 404. *&* 406. In caſu, quo teſtes diſcordent, ſtandum eſſe conjecturis, quibus teſtator veriſimiliùs moveri potuerit ad eligendam unam magis, quàm aliam, docet Peyrinus cum Lavorio *dicto num.* 20.

Maximè cavere debet Parochus, 711.
ne circa ſepulturam in ſimoniæ vitium incidat; facillimè enim illud admittere poteſt. Pro quo adverto, ſæpe fuiſſe in Jure Canonico prohibitum pretium accipere pro materiali Sepulturæ, ut oſtendi *in dicto tomo* 1. *Diſquiſitionum, pag.* 178. *num.* 14. *&* 15. *pag.* 179. *n.* 20. *&* 21. *& pag.* 181. *num.* 27.

num. 27. Dixi tamen *d. pag.* 179. *n.* 22. excuſari à ſimonia ementes, & vendentes materiale Sepulturæ, ſi id ferat conſuetudo patriæ, legitimè introducta, & præſcripta. *Materiale* conſultò dixi: quia ſi venditur, & emitur ratione ſpiritualis reſpectus, ſemper committitur ſimonia, jure divino, & naturali prohibita. Dixi *d. pag.* 181. *num.* 30. & 31. & docent, Delbene *de Immunit. Eccleſ. part.* 2. *cap.* 17. *dub.* 14. *num.* 9. & alii.

712. Remotiſſimus etiam eſſe debet Parochus ab omni avaritiæ ſuſpicione, in exercitio operis tantæ miſericordiæ: & invigilare maximè tenetur, ne tali inquinetur pice. Non enim prohibere poteſt, ne cadaver ſepeliatur, occaſione juris Sepulturæ: maximè verò, ut ob pecuniarum intereſſe inſepultum maneat, Chriſtianæ pietati repugnare non nemo ignorat. Unde S. Congregatio, teſte Morono *reſponſ.* 51. *num.* 12. Parochos admonet, ne propter jus Sepulturæ non ſolutum, cadavera retineant inhumata. Cùm enim (inquit) perlatum eſſet ad dictam Sacram Congregationem, cujuſdam Leonoræ Foreſtæ cadaver, occaſione juris Sepulturæ prohibitum fuiſſe humari, ſcripſit Epiſcopo Contronienſi, ut ſtatim ac litteras receperit, dictum cadaver ſepulturæ tradi faciat. Hujus etiam Declarationis meminit Barboſa *in Summa Deciſionum Apoſtolicar. verbo Cadaver, collectan.* 76. *num.* 3. ex Sellio *in Selectis Canonicis, cap.* 26. *num.* 2.

Nec Sepultura mortuorum, ſub quocumque prætextu compoſitionis quartæ funeralis retardari, aut impediri poteſt. Moronus *loco citato*, ex Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regular. *in Caſſanenſi*, 5. *Maii* 1617. quam penes me authenticam habeo, extractam ex Regiſtro Epiſcoporum anni præfati 1617. *fol.* 81. in qua multa alia, ut videbimus, præcipiuntur. Hujus tenoris illa eſt, videlicet:

713. *Caſſano Vicario Capitulari. Cum illuſtriſſimus Dominus meus Cardinalis Lanteſius retuliſſet in Sacra Congregatione id, quod in tuis, ſub dat.* 11. *Novembris proximè præteriti, ſcribis circa controverſias, quas Communitas, & homines de Murethea iſtius Diœceſis, habent cum Archipresbytero, & Clero ejuſdem loci, ratione ſepulturæ mortuorum: hi mei Illuſtriſſimi Domini ordinarunt, ut tibi ſcriberem, quod prohibeas Archipresbytero, & Clero ſupradictis, ne pro quarta funerali Parochiali, Epiſcopali, vel alia, poſſint accipere pluſquam octodecim Carolinos iſtius monetæ, pro quolibet defuncto: quod ſub prætextu cujuſlibet* * *compoſitionis, non permittas ullo modo retardari, ſeu impediri ſepulturam mortuorum: quod hæredes defunctorum poſſint vocare numerum Sacerdotum ſibi bene viſum, ad aſſociandum mortuum ad ſepulturam: quod pro pedagio, ut ipſi vocant, dentur duo Carolini Parocho vel Archipresbytero, & Carolinus cuilibet Sacerdoti, qui vocatus interfuerit: quod hæres defuncti arbitrio ſuo ſubminiſtret ceram ad aſſociandum cadaver ad ſepulturam, nec à Paracho ſub quovis prætextu poſſit cogi ad ſubminiſtrandam majorem quantitatem, quàm voluerit: quod pauperes ſepeliantur gratis, & quod circa mercedem campanæ ſolitum obſervetur. Sic igitur exequi facias per modum proviſionis, abſque præjudicio jurium Partium, & donec ab Illuſtriſſimis Dominis meis aliud ſtatuatur. Vale.* Habetur inter alias executioni demandatas, de mandato S. Congregationis Epiſcoporum & Regularium, 15. die Octobris 1625. per Illuſtriſſimum D. Nuntium Apoſtolicum D. Julium Sachettum, expeditis ſuis Apoſtolicis litteris Matriti.

Habetur etiam comprehenſa in eiſ- 714.
dem litteris Declaratio S. Congregationis, hujus tenoris: Epiſcopo Nicoteran. *Aliàs declaratum fuit à S. Congregatione, quod Parochi poſſint intervenire in aſſociatione defunctorum, qui deferuntur ad Eccleſias Regularium; verùm quod poſtea, cum pervenerint ad Eccleſiam, aut eam ingreſſi fuerint, Regulares celebrent Officium, abſque eo, quod Parochi, licèt præſentes, quicquam agant. Ideo juſſerunt hi mei Illuſtriſſimi Domini, ut ſcriberem veſtræ Dominationi, quod in caſibus aſſociandi, & ſepeliendi defunctos, idem facias obſervari in controverſia, quæ intercedit inter Fratres Minores Obſervantes, & Clerum ſecularem iſtius civitatis, quando deferuntur mortui Eccleſiæ ſepulturæ tradendi, ad Eccleſiam exteriorem iſtarum*

rum Monialium Ordinis S.Claræ, ſubditarum dictis Religioſis: & Deus, &c. Romæ, 5. Iunii 1615.

Hanc Declarationem allegat Aſcan. Tamburinus *tom.1. de Iure Abbat.diſp.15.quæſit.17.num.21.* & quandam Rotæ deciſionem *de anno 1619.* & addit, non poſſe Parochum eſſe cum Stola intra Eccleſiam Regularium. Idem docet Barboſa *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, collect.558. num.2.* ex S. Rituum Congregatione *in Eugubina, 12. Maii 1612. & 5. Iulii 1614. & in Placentina, & Licien. 23. Maii 1619.* & *in Catanien. Civitatis Platiæ, 12. Octobris ejuſdem anni.*

715. Plus accipere non poſſunt Parochi pro tumulandis exterorum cadaveribus, ut docet Illuminatus Moronus *in præcitato reſp.51. num.19.* ex deciſione edita 27. Maii 1617.

716. Quoad Sacerdotum, & ceræ numerum pro cadavere ad funus aſſociando, advertat Parochus id non ad ſeipſum pertinere, ſed ad defuncti hæredem, ut ſuprà S.Congregatio declaravit, & docent Lezana *tom.1. part.2. cap.1. num.43.* poſt Barboſam *de officio Parochi, cap.26. à num.57.* & Moronus *num.13. ex Declaratione edita 27. Maii 1617.* & ex alia *in una Lauden. de anno 1601.* ubi addit, quod ſi hæres Sacerdotes funeri interfuturos deſtinaverit, non poteſt Parochus plures, nec alios vocare, ſed tantum ab hærede determinatos. In caſu tamen, quo hæres nullos Sacerdotes funeri interfuturos deſtinaverit, bene quibit Parochus Sacerdotes pro funere ſociando vocare. Quia tunc jus eſt Parochi alios ſibi beneviſos convocandi Sacerdotes. Sic Moronus *d.num.13.* ex Rota *in una Alexand. Funeral. 1. Julii 1630. coram Merlino.* Quotieſcumque autem ad Parochum ſpectat Sacerdotes ad funus ſociandum vocare, Sacerdotes viciniores vocare non tenetur, ſed eos, qui ſibi magis placuerint, vocare poterit. Moronus *n.14.* Ex *una Ferrarienſi, 7. Septembris 1613. & ex S.Congregatione, in una Montis Piloſi, de anno 1581.* docet *n.15. & 24.* nunquam Parochum excludendum proprium, quamvis à defuncto Regulares tantùm accerſiri ad ſepeliendum cadaver jubeantur. Et meritò quidem, quia de jure Parochi eſt ſuos ſepulturæ tradere Parochianos, ſi in ſua ſint ſepeliendi Parochia. Plura alia pro pleniori Parochi inſtructione, videre quibit *in d.meo 1. Diſquiſitionum tomo.*

QUÆSTIO III.

Quot modis Beneficium acquiratur?

SUPPONO cum Ferdinando Caſtro Palao *in Summa Morali, part.2. tract.13. diſp.2. punct.1. num.1.* Beneficium dupliciter acquiri poſſe. *Primò*, actu; *ſecundò*, in potentia. Vel aliàs, acquiri poſſe jus in beneficio, vel jus ad beneficium. Dum beneficium actu non acquiritur, dici non poteſt eſſe acquiſitum; quia interim non eſt tuum, neque uſum illius habes; & ad ſummum dicetur acquirendum eſſe, & jus ad illud obtinendum habere. 1.

Beneficium ergo in prima acceptione, eſt de quo in præſenti quæſtione diſſerendum aggredimur. De illo dixit Palaus *num.2.* tripliciter acquiri. Collatione, Inſtitutione, & electionis Confirmatione. Iis enim modis jus in beneficio concedi ait, cum Azorio *Inſtitut. Moral. part.2. lib.6. cap.22. quæſt.1.* Nos autem *in Quæſtionibus Paſtoral. part.1. quæſt.3.* ad ſeptem acquirendi beneficium extendimus modos: ad ſex quidem juxta Leonardum Leſſium *de juſtitia & jure, lib.2. cap.34. dub.3. num.11.* & Eligium Baſſæum *tom.1. verbo Beneficium 2. num.1.* cum Rebuffo *in Praxi Beneficior. tit. Quot modis acquir. num.17.* videlicet: *Primò*, prævia præſentatione Patroni, ſecutaque inſtitutione canonica rigoroſa. *Secundò*, electione, & confirmatione. *Tertiò*, poſtulatione, & confirmatione. *Quartò*, collatione libera. *Quintò*, permutatione. *Sextò*, reſignatione in favorem, cum ſecuta collatione. Quibus ſeptimum addidimus modum acquirendi Beneficium, nempe Unione, de qua Azorius *part.1. lib.6. c.28. in princ.* etiam ait, eſſe genus quoddam beneficia acquirendi uſitatum. De ſex primis, in hac Quæſtione, per ſex articulos agemus; de ſeptimo denique, in ſpeciali Quæſtione agere, operæpretium duxi, quia pro

meo inſtituto, & argumento, ſpecialiſſima notæ eſt dignus.

ARTICULUS I.

De modo acquirendi Beneficium per Præſentationem Patroni, & Inſtitutionem Superioris, in tres Paragraphos diviſus.

CUm modus iſte coaleſcat tam ex præſentatione facta per Patronum, quàm ex Superioris inſtitutione, tituli collatoria, non libera, ſed neceſſaria; de utraque ſeorſim agere opus nobis eſt, & primò de jurepatronatus, à quo procedit facultas præſentandi coactivè inſtituendum in Beneficio.

PARAGRAPHVS I.

De jurepatronatus, quoad ejus ſubſtantiam, diviſionem, & effectus.

2. JUſpatronatus definitur per hoc, quod ſit *jus honorificum, oneroſum, & utile, competens alicui in Eccleſia, pro eo, quod de Diœceſani conſenſu ipſam conſtruxit, dotavit, vel fundavit ipſe, vel is, à quo cauſam habet.* Ita Pax Jordanus *volum. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 7. de Iurepatronatus, num. 4.* cum Joan. Andrea, Abbate, & aliis *in Rubrica hujus tituli*, Goffredo, Hoſtienſi *in Summa ejuſdem tit.* Angelo, Sylveſtro, & Summiſtis *hoc verbo*, & concordantibus. Dictæ diffinitioni hæc addidi verba *in Quæſt. Paſtoral. part. 1. quæſt. 3. §. 1. num. 1.* ex Viviano *in Praxi, de Iurepatronatus, part. 1. lib. 1. cap. 2. num. 2.* cum Abbate *loco citato, n. 3.* & Rocho de Curte *de Iurepatronatus, in principio, num. 3.* videlicet: *Solus, vel alio concurrente.* Caſtrus autem Palaus *punct. 2. num. 1.* illud definit, ut ſit *poteſtas nominandi Clericum inſtituendum in beneficio.* Ex eo, quod licèt alia jura Patrono competant, quia tamen nominatio, ſeu præſentatio eſt præcipuus actus, & exercitium Patroni, ea de cauſa per ordinem ad præſentationem Juſpatronatus definitur.

SECTIO I.

De Iurepatronatus Laicali.

JUſpatronatus dividitur in Laicale, Eccleſiaſticum, & Mixtum ex utroque. Laicale eſt, quod bonis propriis, ſeu patrimonialibus acquiritur, Eccleſiam fundando, conſtruendo, aut dotando, de Diœceſani conſenſu: aut quia ab aliquo horum cauſam habuit, ex teſtamento, donatione, &c. Ita Leſſius *num. 19.* Baſſæus *num. 2.* Vivianus *n. 10.* Palaus *d. punct. 2. n. 2.* Pax Jordanus *num. 5.* Ego ipſe *d. §. 1. num. 2.* ubi ex Viviano *num. 10.* allegante Gloſſam *verbo Præſentare, in Clement. Plures, la 2. de Iurepatronatus,* ſub Patrono laico, includit etiam Clericum, ratione patrimonii ſui præſentantem. Quocirca Palaus ait: Hinc fit, non eſſe expectandum, quis juſpatronatus poſſideat, ſitne Clericus, vel laicus, ut intelligatur, an juſpatronatus laicum ſit, an Eccleſiaſticum; ſed quo titulo poſſideatur. 3.

Juſpatronatus laicale præſumitur uſurpatum, quando poſſidetur à communitate, & univerſitate. Barboſa *Collectan. in Concil. Trident. ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 9. num. 49.* cum Cavalcano *deciſ. 17. num. 7. part. 2.* Gonzalez *ad Regul. 8. gloſſ. 18. num. 63.* Aloyſio Riccio *in Praxi rerum Fori Eccleſ. reſolut. 131.* Nicolao Garcia *de Benefic. part. 5. cap. 9. num. 102.* ubi quod habet locum *in univerſitate Parochianorum*, & in univerſitate Juriſtarum. Rota apud Alphonſum de Leone *de Officio Capellani, quæſt. 4. praxi 2. num. 93. cum ſeqq.* Amplia uſurpationem præſumi *etiam in parva communitate.* Pax Jordanus *d. tit. 7. num. 79.* cum Puteo *deciſ. 205. lib. 1.* Rota *in Bononienſi Iuriſpatronatus de Barigana, 20. Maii 1585. coram Gipſio, & in Nullius Archipresbyteratus, 2. Martii 1588. coram Pamphilio Seniore.* Gonzalez *d. gloſſa 18. num. 68.* dictus Barboſa *num. 50.* cum Garcia *d. num. 102.* Rtccio *reſolut. 135. & in Collectan. deciſion. part. 4. collect. 1240.* Rota *deciſ. 481. part. 1. recent.* Viviano *in Praxi Iuriſpatronat. part. 2. lib. 11. cap. 5. num. 75.* & cum Rota *in Lucana Iuriſpatronatus, 31. Ianuarii 1620. coram Dunozzetto, poſt Vivianum, la 28. num. 21.* Idem Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. part. 3. allegat. 72. num. 61.* 4.

num. 61. Præſumitur (inquit) juſpatronatus in potente, ex uſurpatione. Puteus *deciſ. 57. cum duabus ſeqq. & deciſ. 205. part. 1.* Rota *deciſ. 5. part. 3. lib. 2. & deciſ. 532. part. 3. lib. 3. in novis.* Marius Antonin. *Variar. lib. 1. reſolut. 33. num. 2.* Et etiam in Univerſitatibus acquiſitum ex uſurpatione, ut inſinuat Concilium Trident. *d. cap. 9.* Et eſt doctrina Butrii *in cap. Dilectus, de Officio Legati.* Lambertini *de Iurepatronatus, lib. 1. artic. 5. quæſt. 10. ſub num. 47. verſic. Limita primò, & num. 39.* quem ſequitur Cavalcan. *deciſ. 17. num. 7. part. 2.* Mohedan. *deciſ. 2. circa finem, de Iurepatronatus*, Gonzalez *d. gloſſa 18. n. 63.* Aloyſ. Riccius *reſolut. 131.* Put. *deciſ. 205. lib. 1. Quamvis communitas parva ſit.* Nicolaus Garcia *d. cap. 9. n. 102.* Aloyſius Riccius *in Praxi, reſol. 135.* & tenuit Rota *in una Bononienſi Iuriſpatronatus de Baringana, 20. Martii 1585. coram R. P. D. Gypſio, & in alia Archipreſbyteratus, Nullius, 2. Maii 1588. coram Illuſtriſſ. Cardin. Pamphilio:* Rota etiam Romana, apud Farinac. *deciſ. 507. & 543. in noviſſimis primæ recollect.* & apud eundem Farinacium *part. 1. recentior. deciſ. 481. num. 1.* Aloyſ. Ricc. *in Collect. deciſion. part. 4. collect. 1240.* ubi addit, hanc præſumptionem præcipuè locum habere in Italia, ubi propter receſſum Curiæ, omnes populi jus præſentandi uſurparunt, & præſertim in locis, in quibus Ordinarii Collatores ſunt inferiores Epiſcopo. Achilles de Graſſis *deciſ. 4. de Iurepatr.* Puteus *deciſ. 57. lib. 1.* Hactenus Barboſa, qui in ſequentibus latè de hoc ipſo argumento agit.

5. Sed maximè notanda venit illa ultima clauſula: *Præſertim in locis, in quibus Ordinarii Collatores ſunt inferiores Epiſcopo.* Quod ideo dicitur, quia qui non ſunt, tantam potentiam non habent, ut reſiſtere valeant Communitati, & Univerſitati ſuum juſpatronatus uſurpanti. Immò eſto Collator Ordinarius æqualem; vel majorem potentiam haberet, cum ejuſmodi Communitate, & Univerſitate; nihilominus intraret diſpoſitio Concilii *d. cap. 9.* de præſumptione uſurpationis. Licèt enim Rota (ſententiam, & verba refero Pacis Jordani *d. tit. 7. num. 78.*) aliquando contrarium habuerit ſenſum, ab eo tamen poſtea receſſit, & ſequitur, ut in præſenti ſubampliat Beltramera *loco citato (in Additionibus ad deciſ. 397. Lud. Papæ, num. 6. verſic. Prædicta,)* ex quo venit corrigendus Mareſcotus *Variarum Reſolut. lib. 2. cap. 52. num. 6.* ubi contrarium docet, atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Toletana juris nominandi, coram Cardin. Blanchetto, 10. Maii 1582.* generalis enim diſpoſitio Concilii militat pariter in caſu iſto: & cùm Rota in hoc variaverit, ſtandum eſt poſteriori reſolutioni, prout ſervatur regulariter in aliis Deciſionibus. Hactenus Pax.

6. Venit etiam notanda illa penultima clauſula Aloyſii Riccii: *Hanc præſumptionem præcipuè locum habere in Italia, ubi propter receſſum Curiæ, omnes populi jus præſentandi uſurpant.* Si ergo in Italia omnes populi propter aliquale receſſum à Romana Curia, jus præſentandi uſurparunt, quid mirum, quod tot, & ferè omnes populi hujus Diœceſis Pampilonenſis, adeo ab eadem Curia diſtantes, præſumantur hujuſmodi jus præſentandi uſurpaſſe? Quod ſignanter procedit in populo, qui ante hos ducentos, & ſeptuaginta duos annos, donavit Regi hujus Navarræ Regni, Carolo Tertio, juſpatronatus, quod in ſua Parochiali Eccleſia poſſidebat, & ſtatim dictus Rex illud huic Hyrachenſi Cœnobio donavit cum inſertione donationis ad favorem ſuum per populum factæ, & cum expreſſa, & formali ſupplicatione Sanctiſſimo interpoſita, ut dignaretur eandem Eccleſiam dicto Cœnobio unire: quamque anno immediatè ſequenti 1408. Ordinarius Pampilonenſis, de facto illam Abbabati, & Conventui Monaſterii Hyrachenſis, cum his clauſulis univit, videlicet: *Cum omnibus juribus, & pertinentiis præfato Monaſterio incorporamus, & perpetuò unimus, & concedimus: ita quod liceat per vos, vel per Procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, jurium, & pertinentiarum prædictorum, authoritate propria apprehendere, ac fructus, & reditus in uſus Abbatiæ, & Conventus convertere.* De qua donatione, & unione in ſpecie ſic dixit S. Rota 11. Martii 1667. *coram R. P. D. meo Otalora, la 5. poſt mea Commentaria, num. 12.* Conſenſum autem Patroni interveniſſe, patet ex Bulla Unionis, ibi: *Et ad id Patroni ipſius*

acceſſit aſſenſus. Et relatum verificatum præſumitur coram Executore litterarum unionem confirmantium. Puteus *deciſ.* 356. *num.* 4. *lib.* 1. *deciſ.* 734. *num.* 4. *part.* 2. *deciſ.* 71. *num.* 5. *& ſequent. part.* 5. *recentior.* Præter quod ſufficit lapſus temporis longævus ad hoc, ut narrativa litterarum vera præſumatur. Gregorius *deciſ.* 431. *num.* 10. Cavalerius *deciſ.* 15. *n.* 3. Deinde clariùs apparet, dum incolæ de Mendavia ante unionem donaverant juſpatronatus Carolo Sereniſſimo Regi Navarræ, qui illud donavit Monaſterio de Hyrache, ad hoc ut ſequeretur prædicta unio, ut in Deciſione, quæ revidetur, §. *Nec obſtant.*

7. Minùs relevant duo, quæ contra prædictam donationem opponebantur *Alterum*, quod non potuerit ſubſiſtere, ex quo in ea non intervenit conſenſus Ordinarii. *Alterum*, quod non fuerit obſervata, quia poſt factam unionem incolæ de Mendavia nominaverunt aliquos Vicarios. *Primum* enim ſolvitur ex eo, quod Communitas à ſe abdicavit juſpatronatus, illudque donavit Sereniſſimo Regi Navarræ, qui cum inſertione ipſius donationis illud donavit Monaſterio, ut fieret unio, quæ facta fuit à Nuntio Apoſtolico, ac Adminiſtratore Epiſcopatus Pampilonæ, & confirmata à Papa. Ex quo reſultat, & ſuppletur conſenſus Ordinarii, & ſic cùm extinctum fuerit juſpatronatus, non potuerunt incolæ *in hac Eccleſia Regulari*, novum juſpatronatus acquirere, nec antiquum jam extinctum recuperare abſque privilegio Apoſtolico. Rota *in recentiorum deciſ.* 29. *num.* 9. *part.* 7. & coram Eminentiſſ. Ottobono *deciſ.* 159. *num.* 9. cum ibi adductis.

8. *Secundum* autem, minoris conſiderationis eſt; vel quia nominationes factæ ante annum 1577. ſunt amovibiles ad annum, & per viam ſupplicationis, quo anno inita fuit concordia inter partes, in qua firmatur amovibilitas Vicariorum; & cùm omnes nominationes ſequentes referantur ad concordiam, relatio operatur, ut recipiant conditiones ejuſdem, & ad ejus terminos reſtringantur. Rota *in recentior. deciſ.* 429. *n.* 2. *& deciſ.* 555. *num.* 5. *part.* 2. & latè dictum fuit in deciſione hujus cauſæ emanata de anno 1663. *coram R. P. D. meo Bevilaqua.* Vel quia hæ nominationes dicuntur preces, & ſupplicationes factæ ad effectum habendi Vicarium populo gratum. Ex quibus non probatur poſſeſſio juriſpatronatus, ſed ſolùm quædam prærogativa competens communitati, & populo, quæ non tribuit aliquod jus coactivum, & obligatorium. Ferret. *conſilio* 33. *num.* 3. *&* 4. *& conſ.* 212. *num.* 4. Rochus *de jurepatr. in verbo competens, num.* 60. Gonzalez *ſuper Regulam* 8. *Cancellar. gloſſa* 18. *num.* 90. Rota *coram Cavalerio deciſ.* 419. *num.* 1. *& per totam, & in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 3. *Junii* 1643. §. *Nec réfragantur, coram R. D. meo Decano, &* 26. *Maii* 1653. §. *Neque ulla vis fieri poteſt, coram Reverendiſſimo Papienſi.*

9. Omnia præfata Sacra dixit Rota, coram R. P. D. meo Ottalora *in Parochialium jurium de Mendavia: & in eadem dixit* 13. *Maii* 1669. *coram R. P. D. Albergato*, quæ ſequuntur: Non obſtant duo principaliora in contrarium excitata. *Primum*, quod Vicarius in hoc caſu non inſtituatur ab Abbate, &c. *Secundum*, quod Parochialis, de qua agitur, eſſet de jurepatronatus laicorum; ideoque unio plenaria fieri non potuerit in illorum præjudicium, &c. Et ſatisfacto primo objecto, ſic ſecundo reſpondet: Secundum verò objectum, quod jus præſentandi ad hanc Parochialem ſpectaret ad homines de Mendavia, & conſequenter in illorum præjudicium uniri non poſſet, tollitur *ex inſtrumento donationis uſque de anno* 1407. *per eoſdem homines factæ Sereniſſimo Regi Navarræ de hoc jurepatronatus, per eundem Regem poſtea donato huic Monaſterio de Hyrach ad hunc præciſum effectum unionis plenariæ*, ſtatim mediante Bulla Apoſtolica ſubſecutæ, cum ulteriori declaratione, *quod ad id Patroni ipſius accedebat aſſenſus, pariter & conſenſus.* Inde enim *de medio ſublatum, ac omninò extinctum remanſit quodcumque jus præſentandi*, ad textum *in cap. Paſtoralis* 7. *de Donationib.* Innocent. *in d. cap.* 1. *de Capellis Monachor.* Vivianus *de Jurepatr. lib.* 15. *cap.* 1. *num.* 13. & præter adductos in Deciſione R. P. D. Ottaloræ, 11. Martii 1667. §. *Objectio*, optimè tradiderunt Joan. Nicolaus Del-

phin.

phin. *eodem tractatu de Iurepatronatus, ſub num.* 224. *verſic. Quintò extinguitur.* Petrus de Ubaldis *de Revoc. union. cap.*7. *poſt principium, verſic. Sed quod dixi.* Pax Jordanus *lucubrat. lib.*10. *tit.*7. *ſub num.* 441. Lambertinus *de Iurepatr.* libro 3. *art.* 10. *quæſt. princip.*4. §. *Ex omnibus, circa finem.*

10. Attenta præſertim Bulla ſuper hujuſmodi unione expedita, & executioni demandata, cum clauſula: *Si ita eſt, unionem prædicta authoritate noſtra confirmes: præſenti Summario, num.*4. inde enim præſumuntur verificata omnia narrata coram executore, dum illam de anno 1409. confirmavit. Rota *deciſ.*734. *num.*4. *part.* 2. *& deciſ.*71. *n* 5. *part.* 3. *recentior.* maximè poſt curſum longiſſimi temporis, 200. & plurium annorum, intrat quod præſumuntur etiam omnia interveniſſe circa conſenſum Ordinarii, in hujuſmodi donatione requiſita, quando certum eſt, conſenſum etiam ſupervenientem Epiſcopi ad hoc ſuffragari, ut dixit Rota *in antiquis, deciſ. finali, de Iurepatr. & deciſ.* 337. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

11. Neque pro inobſervantia, ſeu ineffectuatione dictæ donationis, & unionis quicquam faciunt nonnullæ præſentationes poſtea factæ per ipſoſmet incolas, de quibus *in eodem ſummario, dato in poſitione coram R. P. D. meo Priolo ſuper remiſſoria, num.* 5. Etenim ultra quod ex præfatis *donationibus*, cum Bulla Apoſtolica, & illius executione ſubſecutis, ſatis, ſuperque reſultat vera *ejuſdem donationis*, & unionis effectuatio: præſentationes illæ, ut etiam lectura oſtendit, emanarunt per viam ſupplicationis, & ſic potiùs ad quandam honorantiam concedi ſolitam popularibus, ut habeant perſonam ſibi gratam, quæ propterea non infert ad juſpatronatus, ſeu ad aliquod jus coactivum, ad celebre conſilium Geminiani 45. *num.*4. *& per totum.* Gonzalez *ad Regul.*8. *gloſſa* 18. *num.*90. Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 3. *Iunii* 1643. *coram R. P. D. meo* * *Decano*, impreſſa poſt Murgam *ubi ſupra, deciſ.* 18. *num.* 2. confirmata in alia inſtantia, *coram R. Papienſi.* 26. *Maii* * 1653. *poſt eundem Murgam deciſ* 20. *numero* 12. *Alioquin in diverſum ſenſum acceptæ, tenderent in uſurpationem juriſpatronatus jam legitimè in Monaſterium tranſlati*, quod proinde ſine legitimis ſolemnitatibus ab eo auferri non poterat ad Rotam *in recentior. deciſ.*29. *n.*9. *part.* 7. *& coram Eminentiſſ. Ottobono deciſ.* 159. *num.* 9. animadverterunt Domini, dictas præſentationes, vel expreſsè, vel tacitè ſecum ferre amovibilitatem uſque ab ipſo exordio unionis, dum primæ annorum 1539. & 1548. ex præexiſtente conſuetudine loquuntur apertè de Vicario annali, *eodem Summario impreſſo, num.*6. poſtremæ annorum 1637. 1638. & 1639. de quibus *in eodem Summario, num.* 8. ſtant relativè ad concordiam anni 1577. in qua præſupponitur, Vicarium antecedentem fuiſſe, ac etiam tunc temporis eſſe amovibilem, *eodem Summario, num.* 7. intermediæ verò cenſentur cum antecedentibus, ac ſubſequentibus conformes; ut advertit Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.*9. *num.* 89. Rota *coram Eminentiſſ. Ottobono, deciſ.*234. *n.*17. *& ſeq.* ponderatis maximè iis verbis, in hiſce præſentationibus expreſſis, ibi: *Continuando conſuetudinem, quam dictum oppidum habet faciendi nominationem Vicarii. Summario præcedenti, num.*6. Inde enim neceſſariò convincitur uniformitas, cùm continuatio verificari non poſſit, niſi in ordine ad præcedentes nominationes, expreſsè de amovibili loquentes. Hucuſque S. Rota *coram R. P. D. Albergato*, cujus Deciſio habetur per extenſum *poſt mea Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, la* 6. *pag.*27. ex qua, & ex præcedenti, maximè ex clauſula, *Alioquin in diverſum ſenſum acceptæ, tenderent in uſurpationem juriſpatronatus jam legitimè in Monaſterium tranſlati*, optimè firmatur præſumptio, de qua *num.*6. *in principio.*

12. Duo allegantur in hac Deciſione, meritò hic à nobis recenſendi. Primus eſt textus *in cap. Paſtoralis, el* 7. *de Donationibus:* ſecundus verò Pax Jordanus *de Re Beneficiaria, volum.* 1. *lib.* 10. *tit.*7. *num.* 441. in quorum quolibet ſic, ut ſequitur, lego. In textu enim illo ita Innocentius Papa Tertius Helienſi Epiſcopo reſcripſit: *Paſtoralis Officii.* Et infrà: *Tua nos duxit diſcretio conſulendos, ſi Epiſcopus conſentiente Patrono Viris Religioſis aliquam Eccleſiam concedendo, hac utatur ſimplicitate verborum, Concedimus vobis illam Eccleſiam; utrum eo ipſo videatur in eorum*

Nota bene.

uſus fuiſſe conceſſa, vel jus tantummodò patronatus? Nos autem inquiſitioni tuæ duximus reſpondendum, quod ſi Epiſcopus Eccleſiam illis conferat de conſenſu Patroni, profectò Patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur, jus videlicet patronatus; & Epiſcopus, quod temporaliter obtinet in eadem: ut ſi fructuum ejuſdem Eccleſiæ aliquam recipiat portionem, in eorum uſus illa portio convertatur. Quod ſi ex ipſius proventibus nullam debeat portionem habere, omnes proventus, præter cathedraticum, in eorum uſus credimus convertendos.

13. Pacis autem Jordani verba quæ ſequuntur, ſunt: Si Patronus patiatur Eccleſiam patronatam alteri Eccleſiæ liberæ uniri, aut loco Religioſo (ſupple *ex numero* 440. *præcedenti*) extinguitur. Abbas, & alii *in cap. Suggeſtum, hoc titulo* (ſcilicet *de Iurepatronatus*) Joannes Andreas *in cap. 2. de Religioſis domibus*, idem Nicolaus (Delph. *de Iurepatronatus, num.* 194. *&* 195.) *verſ.* 5. Hæc ibi Pax, qui *num.* 69. *ejuſdem tituli*, ſequentia protulit, ſatis opportuna pro præſenti noſtro argumento, videlicet: Advertendum præterea, quod quamvis parochiani per tempus immemorabile conſueverint præſentare aliquem Sacerdotem gratum, rogantes Epiſcopum, ut dignetur illum ſibi concedere in Parochum, & gratificati fuerint; non propterea tamen juſpatronatus acquirunt, ut cogatur Epiſcopus inſtituere præſentatum ab eis, quoniam hujuſmodi gratificatio non eſt propriè juſpatronatus, ſed quædam honorantia, & gratioſa beneficentia, quæ non obligat ad continuandum. Eleganter Ferret. *conſ.* 33. *&* 212. latè comprobans. Gonzalez *dicta gloſſa* 18. *num.* 90. multos adducens, & ſignanter Geminianum *conſil.* 45. *Conſuetum eſt Mutinæ, num.* 4. & Dec. *conſ.* 129. *Pro tenui, n.* 2. *verſic. Tertiò reſponderi poteſt.* Et ſecundum hoc intelligenda erit conſuetudo Mediolani, ubi ad petitionem parochianorum inſtitui Rectores ſcribit Rochus de Curte *de Iurepatronatus, verbo Competens, ſub quæſt.* 15. *n.* 60. Lambertinus *lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 10. *art.* 8. *num.* 4. & Gonzalez *dicto loco, num.* 91. Idem Pax *d. lib. tit.* 32. *num.* 54. dixit: Immò, neque Legatus de Latere poteſt unire talia beneficia ſine dicto conſenſu: & ratio eſt manifeſta, quia cum Patronus perdat ſuum juſpatronatus per hujuſmodi unionem, *cap. Paſtoralis, de Donationibus*, non debet id fieri ſine illius conſenſu.

Dictis conſonat Gloſſa *in cap. Quod autem, verbo Si conſenſus, el* 5. *de jurepatron.* dicens: Sed quid intelligitur dare Patronus? Eccleſiam dare non poteſt; quia ad eum non pertinet, immò ad Epiſcopum. Lav. dixit, quod juſpatronatus ſolummodò intelligitur donare, quod ſuum eſt, de conſenſu tamen Epiſcopi, *ſupra de Donationibus, Paſtoralis*, ne deluſoria intelligatur donatio. Ita Gloſſa, quæ verum tenet quoad conſenſum Epiſcopi, quoties Patronus laico juſpatronatus donat, uti docent etiam Pax Jordanus *dicto lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 10. *&* 143. & Aloyſius Riccius *in Praxi Variar. reſolution. reſol.* 469. *num.* 3. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 71. *num.* 23. quos ego ipſe recenſui, & fui ſecutus, *poſt Commentaria ad Deciſionem* 4. *Sacræ Rotæ, num.* 36. Si tamen illud donetur Religioſis, conſenſus Epiſcopi neceſſarius non eſt, uti dixi *d. num.* 36. *& in Diſquiſitionibus, tom.* 1. *tract.* 4. *diſquiſ.* 3. *num.* 25. *diſq.* 9. *num.* 7. *diſq.* 10. *n.* 2. *& diſq.* 23. *num.* 2. *&* 3. poſt Barboſam *num.* 26. Gratianum *Diſceptationum forenſium cap.* 177. *num.* 3. Azorium *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *c.* 20. *quæſt.* 5. Utrumque expreſsè decernitur *in cap. Illud præterea*, ubi Gloſſa *verbo Nemini, & verbo Religio, el* 8. *de Jurepatr.* Et ſecundum *in cap. Si laicus*, ubi Gloſſa *verbo Cenſendum, unic. eod. tit. in* 6. 14.

Conſonat etiam noſter Abbas Panormitanus *in d. cap. Paſtoralis, n.* 3. *el* 7. *de Donationibus*, ubi ita faſſus eſt: Nota 2. quod conſentiendo quis donationi alicujus rei, videtur concedere jus, quod habet in re: ſicut Patronus conſentiendo donationi Epiſcopi, videtur concedere juſpatronatus, quod habet in Eccleſia patronata. Facit quod notatur *in l. Caius, ff. de Pignoratitia actione, & in d. cap. Quod autem*, approbans quod ex illius Gloſſa recenſui, dixit: *In Gloſſa* 2. *in fine.* Vult ergo Gloſſa, quod donando Eccleſiam de conſenſu Epiſcopi, transferatur juſpatronatus: quod ſatis placet, & tenet Cal. *infrà eod. cap. Illud.* 15.

Item conſonat Auguſt. Barboſa *in d. cap.* 16.

d. cap. Paſtoralis, num. 1. dicens: Epiſcopus, quando de conſenſu Patroni concedit Eccleſiam pro loco, intelligitur Patronum dediſſe juſpatronatus, & Epiſcopum dediſſe id, quod temporale habebat in Eccleſia. Allegat Abbatem antiquiorem, Innocentium, Collectar. Zabarellam, Joan. Andream, Imolam, Barbatiam, Ananiam, Butrium, Hoſtienſem, Ancharanum, Henricum, Panormitanum, Vivianum *in Rationali, lib.* 3. *Iuris Pontificii, pag.* 210. Alagonam *in Compendio Iuris Canonici, pag.* 445. remiſſivè Ximenez *in Concord. part.* 1. *&* 2. & Anton. Auguſt. *in Collect.* 3. *Decretal. lib.* 3. *tit.* 18. *cap.* 4.

17. Pater Stephanus Bauny dictis accinit Doctoribus, *in Nova Praxi Beneficiorum, diſp.* 5. *quæſt.* 12. *dubio* 3. *pag. mihi* 161. ubi ita fatur: A quo, etſi uniri invicem beneficia, Patrono inconſulto, extra Galliam non repugnet, modò fiat expreſſa patronatus laicorum mentio; quia per unionem jus præſentandi tollitur, quod non licet, Sanchez *lib.* 2. *Conſilior. cap.* 3. *dub.* 56. non eſt id tamen Epiſcopo tentandum temerè; facta enim ejus authoritate unio ſine Patrono, ejus conſenſu, ac conſilio, eſt nulla. Ratio me una in hanc impellit mentem: nempe, quod unio non vocatis vocandis facta, ſit ipſo jure nulla, eo quòd actus, cujus forma jure præſcripta omittitur, ſtabilitate careat, *cap. Cùm dilecta, de reſcriptis, l. Cum hi, §. Si Prætor, ff. de Tranſaction.* At præcipit Pontifex, cum de Unione agitur, ut eſt *in Regula Cancellariæ de Vnionibus*, eos vocari, quorum intereſt, aliter unioni vim fore nullam: Ergo cùm interſit Patronorum, beneficia, quibus exædificandis dedere operam, aliis non conjungi (quia ea unione præſentandi ad illa jure excident,) eos vocari, & aſſenſum dare futuræ unioni, eſt neceſſe. Caſſadorus *de Iurepatron. deciſ.* 3. Pariſius *conſ.* 128. Rebuffus *in Praxi Benefic. de Vnionibus, gloſſa undecima, num.* 6. Hactenus Bauny.

18. Nicolaus Severolus, perilluſtris Juriſconſultus, & Advocatus Conſiſtorialis, in quadam ſcriptura, pro deneganda remiſſoria Capitulis Eccleſiaſtico, & ſæculari de Mendavia, Sacræ Rotæ exhibita, in cauſa, de qua paulò ſuperiùs, quæ ſequuntur dixit: Aut prætenditur quod teſtes probare poſſint famam dominii poſt donationem (ſcilicet Patronatus;) & materia eſt improbabilis, dum habemus inſtrumenta clara, & limpida donationis factæ Regi, & ab iſto (Rege) Monaſterio, per quam eadem Eccleſia remanſit libera, & juſpatronatus extinctum, juxta textum expreſſum *in cap. Paſtoralis 7. de Donationibus*, Vivianus *de Iurepatronatus, lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 35. & in ultima Deciſione hujus cauſæ coram R.P.D. Otalora. Et infrà: Nec ſubſiſtit motivum deciſionis, quod unio facta fuit cum enunciativa, quod intervenerat conſenſus Patronorum, & ſit compatibilis præſervatio juriſpatronatus penes incolas. Hæc enim prætenſio incontinenti convincitur inſubſiſtens, duplici ratione. Prima, quia intelligitur de conſenſu Patroni habentis jus præſentandi de tempore unionis, & ſic Regis Navarræ, qui tunc erat effectus Patronus ex donatione incolarum, & juſpatronatus donaverat Monaſterio de Hyrach, & apud Summum Pontificem inſtiterat illi fieri unionem Abbatiæ oppidi de Mendavia. Relatio autem fieri debet ad conſenſum Patroni tunc vigentis & inſtantis pro unione; non autem ad incolas, quibus convenire non poterat, cùm tunc non eſſent ampliùs Patroni. Rota *coram Buratto, deciſ.* 792. *num.* 12. & *coram Merlino, deciſ.* 507. *num.* 1. *&* 2. *& in recentiorum deciſ.* 199. *part.* 10. *n.* 11. Secundò, quia etiamſi poſſet referri ad incolas, quod nullo modo ſuſtineri poteſt, eo ipſo quod unio facta fuit ejuſdem Eccleſiæ de conſenſu eorum, remanſiſſet extinctum juſpatronatus, nec ampliùs illud allegari poſſet, ut ſuprà probavi. Hactenus egregius ille Doctor.

19. Plura de hoc argumento cumulavi in Appendice ad Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, in additionibus, & annotationibus ad Deciſiones S. Rotæ, maximè ad ſex priores; ex quibus, quæ ad ſextam §. 4. dixi, opportunè recenſeo. Quæ ſequuntur ſunt.

Ex dictis ſequitur, præſentationes ad Beneficia, & Vicarias obtinenda factas mediis precibus, & ſupplicationibus, attendendas non eſſe ad effectum manutentionis præſentandi,

tandi, & multò minùs ad obtinendam ſententiam, nedum in petitorio, ſed nec in poſſeſſorio plenario; cùm hujuſmodi præſentationes factæ per viam petitionis, & admiſſæ à Prælatis ad preces, & ſupplicationes Parochianorum, non probent aliquam eorum poſſeſſionem (civilem ſcilicet) quod declaravit Rota, 3. Junii 1643. *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, coram Eminentiſſ. Cerro*, allegatis Geminiano *conſ.* 45. *num.* 4. Decio *conſ.* 134. *num.* 3. *verſic. Poſtremò*, Ferreto *conſ.* 33. *num.* 4. *& conſ.* 212. *num.* 4. Rocho de Curte *de Iurepatr. verbo Competens, num.* 60. & Gonzalez *ſup. Regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 18. *num.* 90. & *coram Meltio, in ead. cauſa*, 26. *Maii* 1653. *num.* 12. citatis Archidiacono *in c. Hortamur*, 71. *diſt.* Abbate *in cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum, & in cap. Venerabilis, de Exceptionibus*, Geminiano, & Decio *locis citatis*, & Rota *coram Cavalerio deciſ.* 419. *n.* 3. *verſic. Et licèt, & coram Eminentiſſ. Cerro*, modò recenſita. Utraque adeſt deciſio *poſt meas Quæſt. Paſtorales, las* 18. *&* 20.

20. Sequitur ſecundò, quod qui ex urbanitate, aut liberalitate præſtat beneficium, vel obſequium alicui, etiam longo tempore, non inde ex neceſſitate remanebit obligatus idem ſemper præſtare. Ita Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſp.* 3. *n.* 50. *pag.* 22. quod probat ex Menochio *de Arbitrariis, lib.* 2. *centuria* 5. *caſu* 494. *num.* 4. & *ex l. Creditores, C. de Pignoribus, l. Civil. C. de Furtis, & ex cap. Potuit, de locato.*

SECTIO II.

De jurepatronatus Eccleſiaſtico. Ubi de Collatione beneficiorum reſervatorum, per Ordinarios.

21. JUſpatronatus Eccleſiaſticum eſt, quod alicui competit, quia ex bonis Eccleſiaſticis Eccleſiam fundavit, conſtruxit, aut dotavit: vel Beneficium fundavit ex bonis Eccleſiaſticis perceptis: & quod habetur ratione Rectoratus Eccleſiæ, vel dignitatis Eccleſiaſticæ, ut ſi Eccleſiam fundaſti, id eſt ſi tribuiſti fundum, in quo illa conſtructa, & ædificata eſt: ſi eam exſtruxiſti, vel dotaſti; vel Beneficium exſtruxiſti pecunia ex bonis Eccleſiaſticis percepta, juſpatronatus Eccleſiaſticum habes. Item ſi habes jus præſentandi, quia Epiſcopus, Abbas, Decanus, aut alia dignitas Eccleſiaſtica es, Patronatum Eccleſiaſticum habes. Denique, ſi illud habes à laico Patrono donatum, juſpatronatus Eccleſiaſticum obtines. Ita Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 2. *num.* 2. dicens: Eccleſiaſticum eſt, quod bonis Eccleſiæ comparatum eſt, vel ratione Eccleſiæ alicui competit, vel à laico Eccleſiæ, Monaſterio, aliive loco pio donatur. Hæc ille, citatis Covarruv. *Practicar. quæſt. cap.* 36. *num.* 2. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 9. *num.* 208. Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 18. *à n.* 2. Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. *quæſt.* 3. & aliis. Vazquez *Opuſculo de Beneficiis, cap.* 2. *§.* 1. *dub.* 1. quò loci adnotat cum Covarr. *loco citato, num.* 5. quod licèt aliquis patronatus fuerit inſtitutus ex proprio patrimonio alicujus, etiam laici; ſi tamen illud juſpatronatus donatione, aut teſtamento, aut alio quovis titulo tranſlatum eſt in Eccleſiam, jam fit jus illud patronatus Eccleſiaſticum, ut colligitur *ex cap.* 1. *§. ultimo, de Iurepatronatus, in* 6. Unde de hoc ita judicandum eſt circa illa, quæ dicemus infra, ſicut de Jurepatronatus, quod pertinet ad Eccleſiam ex ſua inſtitutione. Hactenus Vazquez.

Accinit Bauny *in Praxi Beneficior. diſp.* 5. *ante* 1. *quæſtion.* dicens: Donationem dixi, quia hæc eſt ſatis, ut Patronatus, qui origine ſua eſt laïcus, eo quòd à profano ſit homine, ejuſque commodis, ac bonis acquiſitus, ſit, ac dicatur Clericalis, cum è laicorum emiſſus manu, in res Clericorum tranſit: ita cum Rex jus ſuum Religioſæ familiæ cum fundo tranſcribit, Patronatus ei inſitus, hærenſque profanus eſſe deſinit, nec quum Eccleſiaſticus eſſe incipit, rei æ nominationis qualitatem retinet. Chopinus *de Sacra Polit. lib.* 1. Hæc Bauny, quæ maximè congruunt Patronatibus Eccleſiarum Stellæ, & Mendaviæ Cœnobio meo Hyrachenſi donatis à Regibus Sanctione, & Caroſo Navarræ.

Barboſa *allegat.* 72. *num.* 128. etiam ait: Illud erit juſpatronatus Eccleſiaſticum

ſticum, quod licèt originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen vel ab initio, vel poſtea fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quovis titulo in Eccleſiam tranſlatum, aut in Capitulum, ſeu Collegium Eccleſiaſticum Canonicorum Regularium, aut Sæcularium, vel in aliquam perſonam Eccleſiaſticam ratione Eccleſiæ, dignitatis, aut beneficii. Allegat Lambertinum, Rochum, Rebuffum, Covarruv. Perez, Riccium, Spinum, Flaminium, Seraph. *deciſ.* 1420. Franciſc. Leon. Gonzalez, Valaſcum, Nicol. Garciam, Marium Anton. Et addit: Mutata enim conditione perſonæ, & bonorum conditio mutata videtur. Valaſc. *de Iure Emphyt. quæſt.* 17. *num.* 15. *col.* 2. & ubi res non privilegiata pervenit ad privilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res privilegiata. Tiraquell. *de jure primogen. in præfat. num.* 133. D. Barboſa *in l. Heres abſens, in princ. num.* 176. *ff. de judic.*

22. Vivianus *de Iurepatr. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. ſimilia docuit, videlicet: Juſpatronatus Eccleſiaſticum eſt, quando Clericus illud habet nomine Eccleſiæ ſuæ, ſeu quando ipſa Eccleſia, vel aliqua Univerſitas, vel Collegium Religioſorum, ſeu Clericorum habet juſpatronatus. Rota Romana *deciſ.* 8. *de jurepat. in antiquis.* Eſt etiam juſpatronatus Eccleſiaſticum illud, quod licèt ortum habuerit à laici patrimonio, tamen fuit fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quovis titulo tranſlatum in Eccleſiam, Capitulum, ſeu Collegium Eccleſiaſticum Canonicorum Sæcularium, ſeu Regularium, vel in aliquam Eccleſiaſticam perſonam ratione Eccleſiæ, Dignitatis, aut Beneficii. Hucuſque Vivianus *in Praxi juriſpatr. loco citato*, ex Rebuffo *in Praxi Beneficior. tit. de Præſentat. num.* 5. 6. & 7. & *in parte* 3. *Signaturæ, num.* 8. Covarruvia *d. c.* 36. *num.* 2. & 5. Riccio *in Praxi Rerum Fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 152. Pariſio *de Reſignatione Beneficior. lib.* 1. *q.* 4. *num.* 39. Mario Antonino, Gonzalez, & Garcia, quos etiam, & Leſſium *de jure, & juſtit. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 4. *num.* 18. Baſſæum *verbo Beneficium, num.* 2. Trullench *in tract. de Paroch, cap.* 15. *dub.* 5. *num.* 1. recenſui, & fui ſecutus *in quæſt. Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 3. §. 1. *num.* 3. quò loci retuli eundem Leſſium *in Auctario, verbo Beneficium, caſu* 1. dicentem, electionem perſonæ inſtituendæ, quando Patronatus eſt Eccleſiaſticus, ad Patronum pertinere.

Ex dictis habemus, Patronatum 23.
eſſe Eccleſiaſticum, non ex eo, quod Eccleſiaſtica perſona illum habeat, cùm poſſit illum poſſidere ex donatione, teſtamento, aut alio quovis juſto titulo quiſque Eccleſiaſticus, aut quælibet Eccleſia, Capitulum, & Collegium Eccleſiaſticum, Regulare, aut Sæculare, juſpatronatus quod laici acquiſierunt ex fundatione, conſtructione, & dotatione, mediis bonis ſæcularibus: de quo vide infrà *quæſt.* 4. *num.* 155. ſed vel quia fuit acquiſitus mediis bonis Eccleſiaſticis, aut quia habet Rectoriam, Dignitatem, Eccleſiam, Capitulum, vel Collegium Eccleſiaſticum, cui dictum juſpatronatus annexum eſt ex donatione, &c. ut dixi *ubi proximè, num.* 4. cum Leſſio, Baſſæo, & Viviano. Et quod Parochus, & Rector Patronatum habeat Eccleſiæ ædificatæ infra limites ſuæ Parochiæ, decrevit Alexander III. *in cap. Ad audientiam, el* 3. *de Eccleſiis ædificandis.* Et hic Patronatus eſt Eccleſiaſticus, ex quo ex bonis Eccleſiæ principalis eſt acquiſitus, & ex eo quod Curato & Rectori, ratione ſui Rectoratus ſit perpetuò annexus.

Quod ſi petas differentiam, quæ 24.
reperitur inter Patronatum Eccleſiaſticum, & Laicum? Reſpondebit Gabriel Vazquez *loco citato, dubio* 8 ex Covarruvia *dicto cap.* 36. hanc eſſe, quod Eccleſiaſticus de facto cenſeatur derogatus à Papa, eo ipſo, quod ipſe de facto beneficium alicui contulit; ſed Laicus non cenſetur derogatus ex eo præcisè, quod beneficium Pontifex conferat, niſi ſpecialis clauſula derogatoria addatur: & hanc aiunt eſſe Deciſionem Rotæ 331. *in Novis.* Immò ex Regula Cancellariæ addunt, quod ſi Patronatus laicus ſit Marchionis, Ducis, Comitis, vel Regis, oportet quod illorum fiat ſpecialis mentio, aliàs non cenſeri illorum juri derogatum. Immò etiamſi in litteris collationis Papæ addatur, *ad cujuſcumque collationem, ſeu præſentationem beneficium*

tium pertineat; nihilominus non comprehendi beneficium, quod ſpectat ad præſentationem laicorum. Ita Vazquez ex Covarruvia, & aliis penes illum. Hoc tamen, quod dicunt, derogatum cenſeri per Papam Patronatum Eccleſiaſticum, ex eo, quod beneficium ad illum ſpectans conferat, precisè intelligi debet de derogatione Patronatus Eccleſiaſtici pro illa vice tantùm, non tamen pro aliis in futurum. Unde Patronus Eccleſiaſticus æquè bene in ſequentibus vacantiis præſentare quibit, ac ſi Summus Pontifex nunquam illud beneficium contuliſſet.

25. Secunda differentia eſt, quod beneficia juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſub reſervatione facta Summo Pontifici cadant, ſive in Curia Romana vacent, ſive alibi; ſecùs verò beneficia juriſpatronatus laici. Ita Vazquez *ubi proximè*, *num.* 23. *&* 24. ex Covarruvia, & ex Rota *deciſ.* 131. *in novis.* Ex quo infero, Patronos Eccleſiaſticos, etiam Abbates Regulares, habentes Eccleſias annexas, & unitas, non ad menſam, & jure pleno, ſed ſimpliciter, & ratione unionis juſpatronatus Eccleſiaſticum illarum, nulliter, & invalidè conferre beneficia illarum in octo menſibus anni cujuſlibet, Summo Pontifici reſervatis, videlicet in Janvario, Februario, Aprili, Majo, Julio, Auguſto, Octobri, & Novembri, & incurrere graves pœnas; & uſurpare de facto juriſdictionem Sedis Apoſtolicæ, ac injuriam facere proviſis à Summo Pontifice, vel etiam ab ejus Nuntio, lites injuſtas, & expenſas magnas eis cauſando, & conſequenter proprias gravando conſcientias, & quidem cum onere reſtitutionis, niſi fortè eos aliqualiter excuſet ignorantia, qua aliquis eorum laboret. Pro qua ſententia firmanda, ſufficeret mihi reddere Breve Matriti editum ab Illuſtriſſimo D. D. Corolo Bonelli, Nuntio Apoſtolico, 7. die menſis Decembris 1661. tenoris ſequentis, videlicet:

26. *Breve Apoſtolic. ſuper menſibus reſervatis.*

Nos Don Carlos Bonelli, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apoſtolica, Arçobiſpo de Corintho, y de Nueſtro Santiſſimo P. y Señor Alexandro, por la Divina Providencia Papa Septimo, Nuncio, y Collector General Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña, con facultad de Legado à Latere, &c.

A los venerables en Chriſto hermanos, Señores Arçobiſpos, y Obiſpos de las Ciudades, Arçobiſpados, y Obiſpados de eſtos Reynos, y Señorios, y à otros qualeſquier Juezes, y perſonas, que exerçan Juriſdicion Eccleſiaſtica, y Ordinaria, y à las demas perſona ò perſonas à quien lo infraeſcrito toca, ò tocar pueda en qualquiera manera, y à cada uno in ſolidum, cuyos nombres, y cognombres ſiendolo en la notificacion de las preſentes los havemos aqui por expreſſos, y eſpecificados, ſalud en nueſtro Señor Jeſu Chriſto. Haumos ſaber, que por el Advogado Fiſcal de nueſtra Nunciatura ſe præſento ante nos la petition ſiguiente.

Petitio Fiſcalis.

Illuſtriſſimo Señor, D. Geronimo Tellez, Advogado Fiſcal del Tribunal de Juſticia de la Nunciatura de eſtos Reynos, premiſſas las ſolemnidades neceſſarias, con proteſtas de la accion criminal, y de uſar de los demas remedios, que convengan, en la via, y forma, que mas aya lugar. Digo, que à ſu Santidad, y à ſu Santa Sede Apoſtolica toca la proviſion de las Dignidades, Canonicados, preſtamos, beneficios ſimples, y Capellanias, que vacan en meſes Apoſtolicos, y los affectos: y à V. S. Illuſtriſſima los beneficios, preſtamos, Arcipreſtazgos, Abadias, y Capellanias, que no exceden de veynte y quatro eſcudos de oro de Camara, per derecho proprio: y en conformidad de las facultades Apoſtolicas: y es aſſi, que algunos Señores Arçobiſpos, Obiſpos, y otros Prelados de eſtos Reynos, y Señorios, contra lo diſpueſto por Derecho, Conſtituciones Apoſtolicas, y del Santo Concilio, contraviniendo, y oponiendoſe à las Reglas de la Cancilleria, tomando juriſdicion, que no tienen, y uſurpando las Apoſtolicas, ſe entremeten à proveer las Dignidades, Canonicados, preſtamos, beneficios ſimples, Arcipreſtazgos, y Capellanias, que vacan en meſes Apoſtolicos, y ſus affectos, ocaſionando diſturbios, y gaſtos à los proviſos por ſu Santidad, y V. Señora Illuſtriſſima, à que tengan pleytos, ſiguiendoſe

guiendoſe graves inconvenientes dignos de reparo. Por tanto à V. Señora Illuſtriſſima pido, y ſupplico, proceda à todo lo que huviere lugar, y mande deſpachar ſus mandamientos con cenſuras preciſas, y penas pecuniarias contra dichos Señores Arçobiſpos, y Obiſpos, y otros qualeſquier Prelados, y Ordinarios, que pretendan tener derecho para dichas proviſiones en los meſes ordinarios, para que no provean en los effectos, y que vacan en meſes Apoſtolicos: y para que los Notarios ante quien huvieren hecho proviſiones de los dichos beneficios, preſtamos, Arcipreſtazgos, Abadias, Capellanias, y otras rentas Eccleſiaſticas, remitan todos los autos, con cuya viſta, proteſto pedir lo que convenga. Pido juſticia, juro, &c. El licenciado Don Geronimo Tellez. Y aſſi preſentada, y por nos viſta, mandamos dar, y damos las preſentes, por las quales, y la autoridad Apoſtolica à nos concedida, de que en eſta parte uſamos, exortamos, requerimos; y ſiendo neceſſario mandamos, en quanto à los dichos Señores Arçobiſpos, y Obiſpos, en virtud de Santa Obediencia, y ſo pena del entredicho è ingreſſo de ſus Igleſias, y de cada mil ducados, aplicados para gaſtos de la Camara Apoſtolica; y en quanto à las demas perſonas, contenidas en la cauſa de las preſentes, ſo pena de excomunion mayor, y de cada quinientos ducados, aplicados ſegun dicho es, que luego que con las preſentes ſean requeridos, ò qualquiera lo fuere, cada uno por lo que le toca, vea la peticion de ſuſo inſerta, y hagan lo que por ella ſe pide, ſin ir, ni venir contra el tenor, y forma de lo en ella contenido, y Breves en ella mencionados, en forma, ni manera alguna. Y en execucion y cumplimiento de lo que por ella ſe pide, cada uno en ſu Dioceſi, no procedan à la proviſion de las Dignidades, Canonicados, preſtamos, beneficios ſimples, y Capellanias, Arcipreſtazgos, y otros qualeſquiera, que en qualquiera manera toquen à ſu Santidad en los Meſes Apoſtolicos. Y cada uno, por lo que le toca, lo cumpla anſi, con apercivimiento, que haziendo lo contrario, procederemos contra el que fuere rebelde, à lo que aya lugar de derecho. Otro ſi mandamos en virtud de Santa obediencia, y ſo pena de excomunion mayor Apoſtolica, trina canonica monitione præmiſſa, en Derecho latæ ſententiæ; y de docientos Ducados aplicados ſegun dicho es, à qualquiera Notarios, Secretarios, ò otros, ante quien ſe huvieren hecho, y actuado qualeſquier autos tocantes à dichas proviſiones, que dentro de quince dias primeros ſiguientes à la notificacion de las preſentes, los remitan ante nos todos ellos originalmente, ſin que falte coſa alguna. Y lo cumplan aſſi, con apercivimiento, que à demas de declararlos por incurſos en dichas cenſuras, procederemos à todos los demas rigores, que huviere lugar de derecho. Y mandamos debaxo de dichas cenſuras à qualquier Notario, ò Secretario notifique las preſentes, y de ello de fé, ſin las detener. Dadas en Madrid, à ſiete de Diciembre, de mil ſeiſcientos y ſeſenta y un años.

Jacobus Elephantutius Auditor.

Et licet ſufficeret, ut præmiſi, hoc reddere Breve; ultra id libet recenſere Caſtrum Palaum *part. 2. tract. 13. diſp. 2. puncto 15. num. 1.* dicentem: Poſita reſervatione, Epiſcopi manus ligatæ ſunt, & ſolus Pontifex ſe intromittere poteſt in talibus beneficiis conferendis: Quia reſervatio nihil aliud eſt, quàm beneficii vacaturi ad ſe avocatio, ut ex Ænea de Falc. tradit Azor. *2. p. lib. 6. cap. 34. quæſt. 1.* Quod ita verum eſt, ut ſi fortè Ordinarius contrarium attentaverit, nullius valoris ſit ejus proviſio, ut colligitur *ex cap. Dudum, cap. Multum ſtupeo, 3. quæſt. 6. cap. Si eo tempore, de elect. in 6.* & *cap. Licèt, de Præbend. in 6.* & expreſſit Nicolaus V. *in ſua conſt. 6. incipiente, Ad Sacrum Petri Sedem.* Clemens VII. *in conſtitut. 46. incipiente, Admonet, anno 1534.* & Greg. XIII. *in conſt. 42. incipiente, Quæ in Eccleſia Dei, anno 1576.* & notat Barboſa *d. Allegat. 57. num. 18.* Ita Palaus. Et hæc quidem ſententia evidenter probatur ex textu *in cap. Cùm dilectus, 28. de jurepatr.* ubi Gloſſa, & Barboſa, infrà recenſendi, *quæſt. 4. numero 155.* Notetur clauſula, *Decernimus irritam;*

tam; quæ licèt ibi proceſſerit in terminis præſentationis, à fortiori procedere debet hîc in terminis collationis, quæ præjudicium infert majus Sedi Apoſtolicæ, quàm ejus Legato præſentatio. Præterquam quod cùm collatio, & electio æquiparentur, & jura omnia, quæ de una loquuntur, de alia loquantur, ut cum multis dixi *in Comment. ad Conſtit. 6. num.* 1089. & electio differat à præſentatione, quia hæc ſolùm præſtat jus ad rem, illa verò (ſicut collatio) jus in re, uti proximè dixi *num.* 772. cum Barboſa *in votis deciſivis, lib.* 3. *tom.* 2. *voto* 35. *num.* 7. ſi præſentatio, quæ dat jus tantùm ad rem, nulla eſt, quà Clerico interdicta, potiori jure nulla erit collatio beneficiorum Papæ reſervatorum, ejus inferioribus expreſsè interdicta.

Conſultò dixi *num.* 25. procedere illationem illam de Eccleſiis unitis, non ad menſam, & jure pleno, ſed ſimpliciter, ſeu unione ſimplici, de qua agemus *quæſt.* 4. *num.* 25. 26. 38. & 54. de unitis enim ad menſam aliud dicemus *in Additamentis, additamento ult. per tot.*

27. Tertia differentia, quæ adeſt inter Patronatum Eccleſiaſticum, & Laicum, eſt quod beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici conferri poſſunt à Legato à Latere, & à Nuntio Apoſtolico, ſi ſit Legatus à Latere, uti docet Vazquez *ſuprà, num.* 23. cum Covarruvia *dicto cap.* 36. Barboſa *in cap. Dilectus, el 6. de Officio Legati, num.* 1. cum Abbate antiquiore, Zabarella, Collect. Bellamera, Joan. Andrea, Barbatia, Hoſtienſi, Innocentio, Baldo, Panormitano, Anania, Butrio, Imola, Henrico, Guid. Papæ, Viviano *in Rationali primi libri Iuris Pontificii, pag.* 414. Alagona *in Compendio Iuris Canonici, pag.* 151. remiſſivè Caſal. *in Annot.* & Ximenez *in Concord. part.* 1. relato ab Antonio Auguſtino *Collect.* 3. *Decretalium lib.* 1. *tit.* 19. *cap.* 4. & cum Covarruvia *d. cap.* 36. *Practicar. num.* 2. *col.* 3. Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 28. *q.* 2. & cum Rocho de Curte *de Iurepatronatus, verbo Honorificum, quæſt.* 3. *n.* 10. Et nonnulla addit Barboſa. *Primum*, poſſe Legatum conferre beneficia ſine conſenſu Epiſcopi, ex Giga *de Penſionibus, quæſt.* 6. *num.* 18. Mandoſio *in Regul.* 13. *Cancellariæ, quæſt.* 5. *à num.* 2. Gomez *in Regul. de Non judicando, n.* 3. Rebuffo *in Praxi, tit. de Collat. num.* 3. *Secundum*, poſſe etiam illa conferre ſine Patroni Eccleſiaſtici conſenſu, ex textu *in cap. Dilectus, citato*, & *in cap. Cum dilectus, de Iurepatronatus*, & Rocho de Curte *ubi proximè*. *Tertium* eſt, poſſe Legatum ſibi dicta beneficia reſervare, *ex cap. Præſenti, el* 3. *de Officio Legati, in* 6. ibi: *Prohibemus, &c.* Rota antiqua *deciſ.* 206. & Calder. *in cap. Mandatum, de Reſcriptis.* Beneficia verò, quæ ſunt de Jurepatronatus laicorum, nec à Nuntio Apoſtolico, nec à Legato à Latere conferri poſſunt: ita Gabriel Vazquez *d. num.* 23. & colligitur *ex cap. Cùm dilectus, el* 28. *de jurepatronat.* juncta Gloſſa *in d. cap. Dilectus filius, verbo Inconſulto.*

Quod ſi iterum petas, in caſu, 28.
quo idem beneficium conferatur à Legato, ſeu à Nuntio Apoſtolico, & ab Ordinario Collatore, quænam illarum collatio præferri debeat? Et idem inquiri poteſt in caſu, quo Summus Pontifex, & Collator ordinarius conferant.

Reſpondeo, Si Papa præveniat cauſam, providendo beneficium, quod Ordinarius conferre poterat, prævalere debet collatio facta per Papam, & illa valida erit. Ita Ferdin. Caſtrus Palaus *part.* 2. *Summæ Moral. tract.* 13. *de beneficiis Eccleſ. diſp.* 2. *punct.* 13. *num.* 3. Auguſt. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 57. *num.* 10. ex *cap. Dudum*, §. *Nos igitur*, & *cap. Si à Sede Apoſtolica, de Præbendis in* 6. Gomez *de Expectat. num.* 14. Anaſtaſ. Germon. *de Indultis Cardinal.* §. *Per quæ ſublatis, num.* 80. & 81. Zechio *de Benefic. cap.* 2. *num.* 1. Garcia *de Beneficiis, cap.* 1. *in à n.* 9. ubi *n.* 11. refert deciſum *in una Salamantina Parochialis de Garates*, 1. *Decembris* 1578. *coram Bravo*, quæ eſt *part.* 1. *Diverſorum, deciſ.* 442. *num.* 4. quod per præſervationem factam à Papa jurium Ordinarii in quatuor menſibus ordinariis, non ligantur ejus manus, cùm ſit Ordinarius Ordinariorum: & quod in beneficiis vacantibus in menſibus ordinariis, ſit locus præventioni inter Papam, & Ordinarium, & illius proviſio prævaleat, quæ priùs facta fuerit, tradit Gonzalez §. 3. *Proœmii, à num.* 1.

num. 1. ubi latè de prævention̄e, & materia dicti capitis, *Si à Sede Apoſtolica: & in una Calagurritana de Ollavariis*, 15. *Decembris* 1604. *coram D. Peña*, fuit reſolutum, quod voluntas præveniendi colligitur ex clauſula contenta in litteris, *Dummodò tempore Datæ non fuerit alicui jus quæſitum.* Ubi enim, ceſſante reſervatione, hinc inde proferuntur proviſiones, videlicet Apoſtolicæ, & inferiorum Collatorum, nihil magis attenditur, quàm data circa tempus, ut qui eſt in data anterior, cenſeatur in jure potior, juxta regulam, *Qui potior, de Regulis Iuris in* 6. & in puncto firmavit Rota *in una Regienſi Capellaniæ*, 2. *Decembris* 1619. *coram Illuſtriſſ. Cardin. Cavalerio.* Quando verò proviſiones Papæ, & Ordinarii currunt in eadem data, & die, & proviſus ab Ordinario eſt in poſſeſſione, ejuſdem proviſio eſt præferenda, ex clara diſpoſitione dicti capitis, *Si à Sede Apoſtolica*, & cenſuit Rota *in una Hiſpalenſi beneficii de Villanueva, de menſe Ianvarii* 1604. *& antea* 2. *Maii* 1603. *coram Iuſto:* nam cum ſemper ad favorem poſſeſſoris, & rei præſumatur, §. *Commodum, Inſtitut. de Interdictis, cap.* 3. *de Probationibus, cap. Cùm ſint partium jura obſcura, de Regulis Iuris in* 6. cum plenè adductis per Gonzalez §. 3. *Proœmii, à numero* 51. ideo quando collatio facta eſt duobus à diverſis eodem die, nec apparet cui priùs fuerit facta, potior eſt conditio poſſidentis. Menochius *de Arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 48. *num.* 10. *cum ſeqq. & remedio* 4. *de adipiſcend. num.* 797. Rebuffus *de Pacificis poſſeſſoribus, num.* 297. *cum ſeqq.* Tiraquell. *de Iure primog. quæſt.* 17. *opin.* 11. *num.* 1. *& opin.* 12. *num.* 2. Praxis Epiſcop. *part.* 2. *verbo Beneficium, verſic.* 2. *pag.* 20. D. Barboſa *in l.* 1. *ff. Soluto matrimonio, part.* 2. *num.* 4. & ubi eſt dubium quis debeat præferri in Collatione beneficii, præfertur qui priùs adeptus eſt poſſeſſionem, & in ea eſt. Gloſſa *verbo Neuter, in d. cap. Si à Sede Apoſtolica.* Unde ſi vacatio contingat circa mediam noctem ultimi diei menſis, ita ut minimè conſtare poſſit, an fuerit finitus unus menſis, & cœptus alius; & dubitetur utrum in menſe Apoſtolico, aut potiùs ordinario vacatio contigerit, pro poſſeſſore eſt judicandum. Puteus *deciſ.* 207. *lib.* 3. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 11. *à num.* 26. & plenius infra. Si verò nondum adepta poſſeſſione, unus habeat collationem beneficii à Papa, alius ab Ordinario, ſi non appareat de prioritate, præfertur qui à Papa impetravit, propter prærogativam concedentis, ut notant per dictum càput *Si à Sede Apoſtolica*, Vezin. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 67. *verſic. Et hoc idem, pag.* 168. *colum.* 2. Cotta *in Memorab. verbo Hora*, Maſcard. *de Probat. concl.* 314. Aloyſ. Riccius *in Collectan. Deciſion. part.* 4. *collect.* 144. Quando tamen in collatione Ordinarii eſt appoſita hora, & in collatione Papæ non, tunc collationem Ordinarii prævalere reſolvunt Gloſſa *verbo Nec appareat, in d. cap. Si à Sede Apoſtolica*, Gomez *l.* 45. *Tauri, num.* 148. Rebuff. *in tractatu de Pacificis poſſeſſionibus, numero* 299. Tiraquell. *de Iure primogen. quæſt.* 17. *opinione* 11. *num.* 3. *& de Retract. lignag.* §. 11. *gloſſ.* 1. *num.* 10. D. Barboſa *d. l.* 1. *part.* 2. *num.* 10. Qua in re eſt advertendum, in proviſionibus inferiorum cadere ſuſpicionem antidatæ, niſi ſint in forma publici inſtrumenti, cum teſtibus, & aliis ſolemnitatibus, etiamſi aliàs ſint in forma litterarum patentium, cum ſigillo, & ſubſcriptione Epiſcopi, vel Secretarii ejus, ut cenſuit Rota *apud Bellamer. deciſ.* 321. *& deciſ.* 441. *& in antiquis, de Probation. deciſ.* 17. *n.* 1. idque propter facilitatem ſupplantandi proviſiones Apoſtolicas. Cujus præſumptio nequidem removeretur ex publico inſtrumento, in quo eſſent teſtes adhibiti, ſi illi eſſent domeſtici, & familiares Epiſcopi, ut ſingulariter notat Rebuffus *in Praxi, ſub rubrica, Requiſita ad Collationem bonam, num.* 12. Et adverte, non eſſe neceſſariam derogationem regulæ Alternativæ in proviſionibus Papæ, etiam quod Papa provideat in menſibus Alternativæ: quod pluribus Rotæ Deciſionibus confirmat Nicolaus Garcia *d. cap.* 1. *num.* 19. Aloyſ. Riccius *in Collectan. Deciſionum, part.* 5. *collect.* 1595.

29. Hucuſque Barboſa, cui conſonat Caſtr. Palaus *puncto* 13. *citato.* In primis enim ait, quod ſi Papa præveniat Ordinarium in collatione beneficiorum, quæ Ordinarius conferre poterat,

rat, validam esse Papæ collationem: quia est collatio ab habente æquam, imò majorem potestatem, quàm Ordinarius: & deciditur expresse (ait) *cap. Dudum, de Præbendis, in 6.* ibi: *Propter quod nostra, qui eandem occupavimus potestatem, potior debet esse conditio.* Idem habetur *cap. Si à Sede, 31. eod. tit. cap. Si plures, 8. §. Porrò, de Officio Delegati, in 6.* & allegat Garciam *de Benefic. part. 5. cap. 1. n. 9.* & Gonzalez *ad Regul. Cancellariæ, §. 3. Proœmii, à num. 1.*

30. Secundò dicit, idem esse, si non constaret, quisnam præveniret in collatione, an Papa, an Ordinarius; quia ob prærogativam conferentis præferri debet provisus à Papa, provisо ab Ordinario. Colligi (ait) *ex d. cap. Si à Sede, de Præbend. in 6. ex Clement. 1. §. Neutro, ut lite pendente.* Allegat Gonzalez *loco citato, num. 3.* alios referentem, Garciam *n. 9.* & Barbosam *ubi proximè, num. 14.*

31. Tertiò inquit, limitandum esse, nisi ex parte provisi ab Ordinario concurreret possessio. Quia tunc ratione possessionis, prævalet jus Ordinarii, ut expresè habetur *in d. cap. Si à Sede 31. de Præbendis in 6.* & tradunt (addit) omnes. Quod adeo verum est, ut etiamsi provisus ab Ordinario possessionem non acceperit eo die, quo fuit provisus, adhuc præferendus est provisо Pontificis; quia possessio facit præsumere anteriorem fuisse provisum. Et colligitur *ex d. cap. Si à Sede*; cùm generaliter dicat, possessorem esse præferendum, cùm de anterioritate provisionis non constat; & docet aliis relatis Gonzalez *ad Regulam mensium, §. 3. Proœmiali, num. 69.*

32. Quartò dicit Palaus: Limitatur deinde, nisi ex parte provisi ab Ordinario concurreret non solùm assignatio diei, sed horæ, cujus assignationem non haberet provisus à Papa. Nam ob illam assignationem præsumitur provisio Ordinarii anterior; quia est certior probatio illa, quæ hac determinatione caret. Gonzalez *à num. 100.* Barbosa *allegat. 57. n. 15.*

33. Quintò docet, constare debere Ordinarium prævenisse Papam in collatione, per instrumentum, seu scripturam factam coram Notario, & testibus se subscribentibus in eodem instrumento, neque sufficere litteras Ordinarii suo sigillo munitas; neque item factas coram Secretario, si Secretarius Notarius non esset, neque si testes essent domestici, quia facilè poterat Ordinarius fingere antidatam cum suo Secretario, & testibus domesticis. Allegat Gonzalez *ad Regular. 8. Cancellariæ, §. 3. Proœmii, à num. 147.* ex quo addit: Ne ergo hæc fraus committatur, requiritur, ut Ordinarii provisio contra Apostolicam provisionem probetur per Notarium, qui est persona publica, & testes omni exceptione majores. Quod à fortiori affirmat Gonzalez *num. 52.* procedere in assertione Ordinarii de resignatione coram se facta, quæ contra provisum Apostolicum non probat, nisi posita supradicta solemnitate; *Ne fraudibus locus detur.* Aliàs facillimo negotio possent Ordinarii omnes provisiones Apostolicas eludere, affirmantes coram se beneficia priùs fuisse resignata. Et addit, Gonzalez *num. 150.* extendere hanc doctrinam, ut procedat, non solùm in Episcopis, & aliis Collatoribus inferioribus, sed etiam in Legatis Cardinalibus, quorum provisiones contra provisum Apostolicum non probant, nisi sub prædicta solemnitate. Declarat tamen Gonzalez *à num. 161.* traditam doctrinam, ut procedat casu quo provisus ab Ordinario, non esset in possessione ante datam litterarum Apostolicarum. Nam si possessionem obtineret, esto de ejus provisione authenticè non constaret, sic præsumenda esset, ob favorem possessionis, quæ fraudem excludit. Secundò declarat, ut non procedat casu, quo provisus ab Ordinario ante datam litterarum Apostolicarum beneficium resignasset, & de hac resignatione constaret, saltem per duos testes: quia hac resignatione facta, videtur cessare fraudis præsumptio, quæ in collatione facta ab Ordinario præsumi poterat. Tertiò declarat, non esse locum, si provisio ad duos Prælatos pertineret, vel ad Ordinarium simul cum Capitulo; quia non est credendum tot personas in fraudem esse consensuras. Quartò dicit, cessare dictam dispositionem, si in provisione Ordinarii esset aliqua præsumptio excludens fraudis

præsum

præſumptionem, quia una præſumptio aliam vincere poteſt. Ultimò declarat, non eſſe opus, ut Notarius, & teſtes ſe ſubſcribentes in inſtrumento collationis Ordinarii, rogati ſint, quia nullibi hæc conditio cavetur.

34. Cæterùm, etſi veriſſimum ſit, proviſionem Ordinarii, contra proviſum Apoſtolicum, ſeu Legati, non probari ſufficienter litteris ab Ordinario ſigillatis, ut poſt alios tradit Maſcardus *concluſ.* 991. *à num.* 13. Garcia 8. *part. de Beneficiis, cap.* 4. *num.* 11. eſto adeſſet Secretarii Epiſcopi ſubſcriptio, ſi Notarius non eſſet. At credo, ſi Notarii ſubſcriptio adeſſet, referens teſtes præſentes ſtetiſſe, ſufficienter Ordinarii proviſionem probari contra quemlibet impetrantem, tametſi teſtes in inſtrumento non ſe ſubſcripſerint; quia receptiſſima praxis eſt, inſtrumentum publicum non expoſtulare ad ſui fidem, teſtium ſubſcriptionem, ut aliis relatis comprobat Covarruvias *Practicarum qq. cap.* 20. *num.* 4. & tradit in præſenti Garcia *ſuprà, num.* 53. Imò addendum exiſtimo, hanc probationem eſſe ſufficientem, etiamſi teſtes in inſtrumento publico nominati domeſtici eſſent, aut familiares; quia tunc probatio non fit vigore teſtium, ſed vigore inſtrumenti publici: cui probationi non derogatur notabiliter ex appoſitione teſtium, qui non ſint exceptione majores. Garcia 8. *parte de Beneficiis, cap.* 4. *num.* 55. *in fine.* Deinde ſufficienter proviſio Ordinarii adverſus Apoſtolicum comprobatur per ſubſcriptionem teſtium in inſtrumento proviſionis, tametſi non ſit per Notarium factum. Et idem eſt, ſi teſtes examinati deponant de proviſione Ordinarii antedata. Quia teſtium probatio legitima eſt, & præſumptionem ceſſare facit. Quod à fortiori procedit, ſi poſſeſſio comprobetur, tametſi de collatione non conſtet. Garcia *d.* 8. *parte de Beneficiis, cap.* 4. *num.* 27.

35. Quod ſi inquiras, quot teſtes continere debeat inſtrumentum, & ſcriptura, qua proviſio Ordinarii comprobanda eſt? Clara eſt reſolutio, jure communi ſpectato. Nam juxta illud duo ſufficiunt, ex textu, & Gloſſa communiter receptis, *cap.* 1. *de Fide inſtrumentorum*, & *Authent. de inſtrumentorum cautela, & fide, §. Sed etſi inſtrumenta*, Covarruvias *Practicar. cap.* 20. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri*, 1. *part. num.* 127. At ſpectato jure Regio Caſtellæ, tres videntur requiri, niſi ſint Tabelliones, *ex l.* 54. *tit.* 18. *partita* 3. ibi: *Dos eſcrivanos publicos por teſtigos, ſin aquel que faco la carta, que eſcrivan ſus nombres en ella, ò ſi por ventura, tantos eſcrivanos publicos no pudieren aver en el lugar, tomen por teſtigos tres hombres buenos.* Sic Covarruvias *dicto cap.* 20. *num.* 4. Joannes Oroſius *in l. Si quis ex argentariis, §. Si initium, num.* 54. *ff. de edendo.* Comprobarique poteſt ex praxi, communiter recepta, qua per Tabelliones apponuntur tres teſtes in Scriptura publica.

Cæterùm, multò verius eſt, duos 36.
ſufficere, etiam ex jure Regio. Nam *in l.* 111. *eod. tit.* 18. *part.* 3. quæ poſterior eſt *ſupradicta lege* 54. duo tantùm requiruntur, ibi: *Otro ſi no vale la carta publica, en que no ſea eſcrito el mes, y el dia, è la hora en que fue fecha, è los nomes de dos teſtigos.* Et licèt hæc lex ſolum à contrario ſenſu probationem faciat, quæ probatio non eſt ſatis efficax, cùm contrarium alia in lege diſpoſitum ſit. At quia *in lege* 114. *ejuſdem tit.* expreſsè deciditur, duos teſtes ſufficienter probare, ibi: *E aun decimos, que toda carta, que ſea fecha por mano de eſcrivano publico, en que aya eſcrito los nomes de dos teſtigos à lo menos, è el dia, el mes, è la hora, è el lugar, en que fue fecha, aſſi como de ſuſo monſtramos, que vale para probar lo que en ella dixere*; ideo huic deciſioni ſtandum eſt, & tradit expreſsè Gregorius Lopez *dicta l.* 54. *verbo Tres.* Joannes Gutierrez *lib.* 1. *Practicar. quæſt.* 140. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri*, 1. *part. num.* 124. *& ſeqq.* & alii quos refert, & ſequitur Garcia 8. *parte, de Benefic. cap.* 4. *num.* 31. Neque obſtat ſupradicta *lex* 54. requirens tres teſtes, quia non requiruntur neceſſariò, ſed ad abundantiam, ibi: *E abonda en toda carta publica.* Item dici poteſt, requiſitos eſſe tres teſtes, vel ad minus duos, ut bene Gregorius Lopez, & Joannes Gutierrez explicuerunt, & latiùs Burgos de Paz *l.* 3. *Tauri*, 1. *part. à num.* 124. *& ſeqq.*

Hactenus

37. Hactenus Caſtrus Palaus : ſed id quod ait, probationem à contrario ſenſu, non eſſe ſatis efficacem, non mihi arridet, nec bene probatur; cum id nec leviter fundet, aut probet. Authori autem, quamvis gravi, & qualicumque authoritate, quamvis maxima gaudeat, credendum non eſt, ſi ſine lege, aut ratione loquatur, uti Archidiaconus *in cap. Nolite timere*, 11. *quæſt.* 3. Peyrinus *de Privileg. tom.* 3. *cap* 1. *num.* 10. *in fine*, quos recenſui, & fui ſæpè ſecutus, ſignanter *in Diſquiſitionibus, tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 14. *n.* 138. *in fine*, & *poſt Commentaria ad deciſ.* 26. *Sacræ Rotæ*, *num.* 25. Et quia à contrario ſenſu validum eſt argumentum. Latiſſimè Barboſa *tract. Locorum communium argumentorum Iuris*, *loco* 27. *à num.* 1. ex *l.* 1. §. *Hujus rei*, *ff. de Officio ejus*, *cui mandata eſt juriſdictio*, *l. Qui teſtamento*, §. *Mulier*, ubi Gloſſa, *ff. de Teſtamentis*, *l. Si procuratorem*, §. *Si ignorantes*, *ff. Mandati*, *l. Si quis locuples* 57. *ff. de Manumiſſis teſtamento*, *l. Conventicula*, & ibi Cyn. *à principio*, *C. de Epiſcopis*, & *Clericis*, *l. Apud antiquos* 21. *C. de Furtis*, *cap. Qualis*, 25. *diſt. cap. Cùm Apoſtolica*, *de his quæ fiunt à Prælato*, *cap. Quanquam*, ubi Doctores, *de Cenſibus*, *lib.* 6. & ex quamplurimis Doctoribus, quos ob evitandam prolixitatem, conſultò libens recenſere omitto; reddam tamen *dicti numeri* 1. concluſionem, quæ hujuſmodi eſt: Duran. Rotæ *deciſione* 445. *num.* 55. ubi dicit, quod hoc argumentum, *à contrario ſenſu*, *eſt fortiſſimum*, & *quod per illud probatur*, *dicitur probari per textum*, & *caſum legis*. Valenzuela *conſ* 112. *num.* 34. & *conſ.* 121. *num.* 157. Caſtill. *controverſiar. tom.* 5. *cap.* 88. *per totum*. Reinoſo *in Obſervat. Practicis*, *obſervat.* 42. *num.* 13. Rota *deciſ.* 497. *num.* 2. & 3. *part.* 2. *in poſthum. Farinacii*. Melchior Fœbos Luſitanus *deciſ.* 145. *num.* 6. *tomo* 2. Joſeph Vela *diſſert.* 4. *numero* 1. Hæc ibi: Ergo probatio à contrario ſenſu ſatis efficax eſt.

38. Ea quæ dicta ſunt de proviſione Papæ reſpectu proviſionis Ordinarii Collatoris, cum diſtributione accommoda, & proportione intelligi debent de proviſione Legati à Latere, & Nuntii Apoſtolici. Unum hîc adnotare, & advertere oportet, quod Nuntius concurrere non poteſt cum Ordinario, nec illius proviſio, Ordinarii proviſioni præferri, ſi beneficia valorem excedant viginti quatuor ducatorum aureorum de Camera, juxta contenta in Brevi Urb. VIII. edito 27. die Aprilis 1641. & à me ipſo tradito *in tomo de Appellationibus*, *part.* 2. *n.* 74. & juxta *ſuperiùs*, *num.* 26. redditum. Unde beneficia, *quorum fructus*, *reditus*, & *proventus*, *etiam computatis diſtributionibus quotidianis*, *aliiſque emolumentis*, *etiam incertis*, & *pede Altaris vulgò nuncupatis*, *viginti quatuor ducatorum auri de Camera*, *ſecundùm communem æſtimationem*, *valorem annuum excedunt* (verba ſunt omnia Urbani Brevis) ultra ducata aurea 24. importantia, à Nuntiis Apoſtolicis invalidè conferuntur; validè autem ab Ordinario Collatore, ordinario tempore quatuor menſium non reſervatorum; ſi tamen Summus Pontifex illum, ut prædictum eſt, non præveniat.

Hanc ſectionem concludo cum Barboſa *dicta allegat.* 57. *num.* 18. dicendo, plures reſervationes, tam in Jure, quàm in regulis Cancellariæ reperiri, quarum notitia Epiſcopis, & aliis Ordinariis Collatoribus utilis erit, ne de beneficiis Pontifici Summo reſervatis audeant providere, cùm omnis inferiorum circa reſervata diſpoſitio nulla ſit, *cap. Nomen*, 2. *quæſt.* 1. *cap. Dudum*, & *cap. Multùm ſtupeo*, 3. *q.* 6. *cap. Si eo tempore*, *de Electione*, *el* 45. *in* 6. Ideo Nicolaus Quintus *per Conſtitutionem*, *Ad ſacram Petri ſedem*, *la* 6. Clemens Septimus, *per Conſtitutionem*, *Admonet*, *la* 46. *anno* 1534. & Gregorius XIII. *in Conſtit. Quæ in Eccleſia Dei*, *la* 42. *anni* 1576. annullant collationes factas de beneficiis reſervatis. Quænam autem reſerventur in Jure, apud dictum inveniet Barboſam Lector *ubi proximè*, *num.* 19. & *ſequentibus*. De quibus, & de dictis Regulis infrà. 39.

De differentiis inter Patronatum Eccleſiaſticum, & Laicum, vide Jordanum *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 498. & infrà *num.* 47.

SECTIO III.

De Iurepatronatus Mixto.

DE tertia ſpecie Juriſpatronatus, quod *Mixtum* dicitur, in Sectione præſenti agendum nobis occurrit. 40.

Illud

lud autem est, quod Ecclesiasticis, c Laicis competit personis. Ita Vivianus *de jurepatronatus, part.1.lib.1. cap.2. num.11. & cap.3. num.1.* Gonzalez *ad Regulam 8. Cancellariæ, glossa 18. num.5. & seq.* Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.5. cap.1. n.553. & seq.* Gabriel Vazquez *Opusculo de Beneficiis, cap. 2. §.1. dub.3. sub n.12.* dicens: Sed addit Sylvester, quod si laicus sit Patronus simul cum Clerico, vel Ecclesia, ita quod partim Patronatus sit laicorum, partim Ecclesiasticus, Laicus gaudet privilegio Ecclesiastici Patronatus, propter societatem. Et idem docet Angelus *suprà (verbo Iuspatronatus)* §.17. Idem docet Panormitanus *in cap. Eam te, de jurepatronatus*, Augustinus Barbosa *de Potest. Episcopi, allegat. 72. n.131. & 132.* Castrus Palaus *part.2. Summæ Moralis, tract.13. de Beneficiis, disp.2. punct.2. num.2.* ibi: Mixtum est, quod ex Patronis Laicis, & Ecclesiasticis coalescit. Pax Jordanus *tom.2. de Re Beneficiaria, lib.10. tit.7. de Iurepatr. num.5. & num.498. differentia 12.* & ego ipse *in Quæstionib. Pastoralib. part.1. quæst.3. §.1. num.6.*

41. Hæc tamen intelligi debent juxta dicta in duplici sectione præcedenti, ita ut non sufficiat ad Patronatum Mixtum, quod illum habeant, & possideant Laici, & Clerici, seu Ecclesiasticæ personæ; sed omninò necessarium est, quod istæ illum habeant, vel acquisitum ex bonis Ecclesiasticis, vel ratione dignitatis, aut beneficii, Ecclesiæ, aut Capituli, seu Conventus Ecclesiastici, vel Religiosi, esto donatus fuerit à Laicis, & originem ab istorum habuerit bonis, ad superiùs fusiùs tradita *sect.2. à num.11.* clausula: *Denique, si illud habes à Laico Patrono donatum.*

42. Quod si inquiras, in Patronatu Mixto, Patroni ipsi, in quo conveniant, aut disconveniant? Respondeo convenire in privilegio præsentandi instituendos intra semestre. Ita insinuat Vazquez in clausula paulò antea reddita: *Laicus gaudet privilegio Ecclesiastici Patronatus, propter societatem.* Expressè autem Barbosa *allegat.72. num.131. & 132.* licèt Palaus contrarium teneat *num.2.* ait enim: Dubium tamen est, an juspatronatus ex Laicis Patronis, & Ecclesiasticis coalescens, Laicum, vel Ecclesiasticum judicandum sit, quoad jura, & effectus? Videtur enim judicandum esse Ecclesiasticum, quia magis dignum trahit ad se minùs dignum: & consequenter Patronatus Ecclesiasticus Sæcularem, *cap. Contingit, cap. Per tuas, de Arbitris.* At dicendum est, omnia jura immutata esse, aliàs non diceretur Mixtum, sed vel Ecclesiasticum, vel Laicum: quod adeo verum censeo, ut etiamsi ex tribus Patronis duo sint Ecclesiastici, & unus laicus, juspatronatus Laici immutatum maneat: quia non est credendum, velle Pontificem hoc jus consumere, & derogare. Ex quo fit, non cadere sub regula reservationis beneficium quod unum Patronum Laicum habet, tametsi duos habeat Ecclesiasticos, esto contrà teneat Gonzalez, alios referens, *glossa 18. num.17.* Quia conjunctio Ecclesiasticorum Patronorum non debet Laico præjudicare. Fit secundò, semestre concessum ad præsentandum Ecclesiasticis, non videri competere Laico Patrono; quia quilibet retinet jus suum immutatum, ac si cum alio non esset conjunctum, & consequenter retinere debet conditiones, & qualitates talis juris: sed una ex qualitatibus Patronatus Laici, est potestas ad præsentandum intra quadrimestre: Ergo obtinere non potest semestre ad præsentandum. Et ita docet Perez de Lara *lib.2. de Capellaniis, cap.9. num.16.* Aliàs si ob societatem Patroni Ecclesiastici deberet laicus privilegiis Ecclesiastico concessis uti, eadem ratione deberet Ecclesiasticus privilegio Laicorum uti: ac proinde sicut laicus in præsentatione variare potest, posset & Ecclesiasticus, quod tamen non admittitur. Hæc Castrus Palaus, quæ licèt probabiliter dicta sint; probabiliùs scripsisse videtur Barbosa *loco citato*, prout sequitur:

43. Quando verò juspatronatus est commune, & Laici, & Ecclesiastici, omnes simul habent semestre ad præsentandum, ratione communionis. Glossa final. *in d. cap. unico (de Iurepatronatus, in 6.)* Lambertinus (*de Iurepatronatus lib.2. part.2.*) *d. quæst.1. artic.3.* Nicolaus Garcia (*de benefic. part.5.*) *d. cap.9. num.210.* Aloys. Ric-

cius *in Praxi Aurea, reſolut.* 458. Vivianus (*in Praxi Iuriſpatronatus, part.* 2. *lib.*7.) *d. cap.* 1. *num.* 5. ubi aſſerit procedere, etiamſi laicus habeat majorem partem, quia magis dignum trahit ad ſe minùs dignum, *cap. Quod in dubiis*, ubi Gloſſa *verbo Conſecratum, de Conſecratione Eccleſiæ.* Gloſſa *in d. cap. unico*, cum aliis citatis *in libello de Principiis utriuſque Iuris, litt. D. n.*27.

44. Licèt autem juſpatronatus Mixtum, quoad privilegia, & commoda dicatur Eccleſiaſticum, tamen quoad derogationem cenſetur laicale. Puteus *deciſ.* 157. *num.* 5. *parte* 3. Flaminius Pariſius *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 50. Marius Anton. *Variar. lib.* 1. *reſol.* 39. *num.* 10. & ideo, non ſolum quoad partem laicalem, verum etiam quoad Eccleſiaſticam, requiritur in eo expreſſa derogatio. Gloſſa, & Doctores *in capite Cum dilectus, de Iurepatronatus.* Felinus *in tract. Quando litteræ Apoſtolicæ nocent Patrono, ampliat.* 6. Marius Anton. *d. reſol.* 39. *n.* 10. Hactenus Barboſa.

45. Aloyſius autem Riccius *d. reſol.* 458. *num.* 3. ait: Unde inſurgit dubitationis articulus, ſi Clericus ſit compatronus cum quibuſdam laicis in beneficio juriſpatronatus, an in præſentando eſſet habenda ratio temporis conceſſi Laicis, vel Clericis, & Eccleſiæ? Et reſpondeo quod eſſet inſpiciendum tempus ſex menſium conceſſum Clerico: laici enim conſequuntur hoc privilegium ex perſona Clerici, ut poſſint præſentare infrà ſex menſes, ut habetur per Gloſſam finalem, *in cap. unico, §. final. de Iurepatronatus, in* 6. ubi etiam notant Archidiaconus, Ancharanus, & Abbas, cum pluribus aliis congeſtis per Lambertinum *de Iurepatronatus, lib.* 1. *part.* 2. *quæſt.* 6. Decianus *in tract. crimin. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 4. & multa conceduntur ratione connexitatis, quæ aliàs minimè concederentur, *l. etiam, §.* 1. *ff. de Minoribus, l. ſi alieni nummi, ff. de Solutionibus.* Et hinc evenit, quod ſententia à pluribus Judicibus lata, quorum alter erat inhabilis, & minùs competens, valet. Abbas, Felinus, Butrius, Innocentius *in cap. Cùm ſemper, de Officio delegati*, Vantius *de Nullitate ex defectu juriſdictionis ordinariæ, num.* 183. Maſtrill. *in deciſ.* 27. ut etiam dicimus de proceſſu facto per Judicem recuſatum cum Judice non recuſato. Achill. de Graſſis *in deciſ.* 2. *de Exceptionibus*: pariter de pluribus reis diverſi fori quia coguntur apud eundem Judicem litigare. Capyc. *in deciſ.* 112. qui *in deciſ.* 173. dicit, quod in cauſis connexis & individuis, clericus ſimul cum laico, coram laico convenitur, ut vult etiam Afflictus *in deciſ.* 113. ubi reſtitutio in integrum, quæ datur minori, extenditur etiam ad majores litis conſortes: & ideo Rota Florent. decidendo dixit, quod ratione connexitatis, quando plura bona ſeparata ſimul venduntur, quod poterit vicinus, qui in una re tantùm cohæret, omnia bona ſua retrahere, ut teſtatur Magonius *in deciſ.* 19. Inſuper pro confirmatione adducitur, quia Clerici dicuntur majores laicis, & majus dignum trahit ad ſe minus dignum, ut vult Gloſſa *in cap. Sedes, in verbo Majores, de Reſcriptis.* Immò clerici ſunt Principibus ſæcularibus, & etiam Regibus Superiores, & eorum dignitas, cuicumque dignitati ſæculari præfulget, *cap. Quis dubitet*, 69. *diſt. cap. Solitæ, de Majoritate, & obedientia, cap. Si Imperator*, 96. *diſt.* Et hinc evenit, quod Judex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam judicis ſæcularis, & non è contra: immò poteſt compellere Judices laices, ut in eorum adminiſtrationibus, & eorum officiis juſtitiam, prout decet, adminiſtrent. Hucuſque doctiſſimus Vir Patricius, & Neapolitanus Canonicus, Aloyſius Riccius.

Ex dictis reſpondeo Caſtro Palao, 46.
in Iurepatronatus mixto, jura utriuſque Juriſpatronatus, Eccleſiaſtici, & laici mutata eſſe in hoc, quod unum privilegio gaudeat alterius: & in hoc, quod quodlibet eorum aliquod gravamen, quod in ſe habebat, amittat: utrumque quidem per connexionem, quam unum cum altero ad invicem habet. Privilegio itaque Juriſpatronatus Eccleſiaſtici laicale gaudet, quia ſemeſtre habet ad præſentandum, ſicut Eccleſiaſticum: & amittit gravamen præſentandi intra quadrimeſtre. Et Eccleſiaſticum gaudet privilegio laicalis, quoad hoc, ut non cenſeatur derogatum, niſi facta illius expreſſa derogatione: & ſimiliter gaudet laicalis privilegio, quoad hoc

ut

ut non cadat ſub reſervatione Summo Pontifici facta, ſicut caderet, & derogatum cenſeretur, ſi cum laicali conjunctum non eſſet. Unde in jurepatronatu Mixto, laicale non conſumitur, nec derogatur, ſed augetur, & melioratur: nec illi præjudicium infertur ex conjunctione cum Eccleſiaſtico, ſed melioris efficitur conditionis: Et ſimiliter Juſpatronatus Eccleſiaſticum augetur, & melioratur in duplici qualitate jam dicta, reſpiciente remotionem derogationis, & reſervationis: ex quorum privilegiorum laicalis juriſpatronarus participatione, non infertur, quod alio privilegio variandi in præſentatione gaudere debeat. Non enim in omnibus eadem militat ratio. Faciliùs namque patitur Papa, quod Eccleſiaſticum juſpatronatus non cadat ſub derogatione, & reſervatione, in gratiam laici, cum quo communionem habet, quàm quod variare poſſit in præſentatione: immò & in Eccleſiæ gratiam, & Eccleſiaſtici ſtatus. Quia derogato, & reſervato in caſu juriſpatronatus Mixti, jure Eccleſiaſticam perſonam reſpiciente, integro manente jure ad laicum pertinente, iſtud melioris conditionis fieret, quàm illud, & quidem abſque ulla Eccleſiæ authoritate, convenientia, & libertate; immò potius cum majori Eccleſiæ ſervitute: minor enim iſta conſideratur in præſentatione facta per Eccleſiaſticam perſonam, & per laicam ſimul, quàm per laicam ſolùm. Ex eo autem quod Eccleſiaſticus variet in præſentatione, nullum commodum, aut incommodum compatrono laico provenit, cùm iſte æquè bene variare poſſit, ac ſi ejus Patronatus, non mixtus, ſed merè laicalis fuiſſet; ex variatione autem Eccleſiaſtici, magnum Eccleſiæ incommodum ſequitur: quia Eccleſiaſtici magis experti debent eſſe in cognitione perſonæ, quam præſentare debeant: unde indignum illis præſentantibus, privantur pro illa vice jure præſentandi, & ad Ordinarium devolvitur; ſecus autem contingit in laicis, quia non ſunt ita experti; & ideo illis ignoſcitur, & remittitur eiſdem, ut iterum eligant, & præſentent, ut bene Vazquez *Opuſculo de Beneficiis*, *cap.* 2. §. 1. *dub.* 4. *n.* 15.

R. P. de Murga tract. de Benef.

SECTIO IV.

De differentiis inter juſpatronatus Eccleſiaſticum, & laicale repertis, diviſivè ſumptis, prout ſcilicet ex illis mixtum non coaleſcit.

DE differentiis inter juſpatronatus Eccleſiaſticum, & laicale, egerunt Hoſtienſis *in Summa*, *n.* 10. Lambertinus, & Pax Jordanus de re Beneficiaria, *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 498. ubi recenſet ex dicto Hoſtienſi, ſequentes verſus: 47.

Clericus, & laicus diſtant per plura Patroni:
Pœnitet, & tempus, ſubjectio, pœnaque forſan.

Quos declarant Panormitanus *in cap. Ex litteris*, *cap. Cùm propter*, *& in cap. Cum dilectus*, *de jurepatronat.* Felinus *in cap. Cùm Bertoldus*, *de Re judicata*, Rochus de Curta *de jurepatr. verbo jus*, *col. ult.* & Paulus de Citadinis *pag.* 13. ac Vivianus *in Praxi*, *part.* 5. *lib.* 1. *cap.* 3. *ad n.* 23. compendiando Lambertinum *lib.* 3. *quæſt.* 10. ſequentes 47. differentias ponit.

I. Quia Patronus Eccleſiaſticus, capax eſt juriſpatronatus; laicus verò non de jure, ſed capax fit ex gratia. Quæ tamen gratia hodie conceditur, & ſortitur naturam juris.

II. Eccleſiaſticus in limine fundationis poteſt, cum Epiſcopi aſſenſu, conditionem ponere, quod nulla requiratur inſtitutio, ſed per ſolam electionem, ſeu præſentationem plenum jus acquiratur proviſo; Patrono autem laico jam non conceditur, niſi de licentia Papæ.

III. Laicus acquirere non poteſt juſpatronatus, ex privilegio Epiſcopi; Eccleſiaſticus verò ſic.

IV. Laicus non poteſt præſcribere juſpatronatus contra Eccleſiæ libertatem; Eccleſiaſticus autem ſic.

V. Iuſpatronatus ut tranſferatur de laico in laicum, indiget aſſenſu Epiſcopi; ſecus ſi tranſferatur in Eccleſiam.

VI. Patronus Eccleſiaſticus poteſt cum Electoribus eligere; laicus verò nequaquam.

VII. *Caput* 1. *Ut lite pendente*, *in Sexto*, diſponens, quod pendente lite inter duos electos, uno decedente, non poſſit in ejus locum alius ſubrogari, procedit in Eccleſiaſtico; non in laico.

VIII. *Caput 2. ejuſdem tituli, & libri*, diſponens quod beneficiato in poſſeſſione exiſtente, cedente, vel decedente, lite pendente, Electores nequeant alium eligere, ut cum ſuperſtite collitigante litiget, procedit in Eccleſiaſtico, non in ſæculari.

IX. *Caput 2. de Præbendis in ſexto*, diſponens, quod beneficia vacantia in Curia, ſint reſervata, procedit quoad beneficia patronata Eccleſiaſtica, non quoad ſæcularia.

X. Patronus laicus, non poteſt præſentare ſeipſum, etiam per procuratorem; Eccleſiaſticus præſentari poteſt.

XI. *Caput Per inquiſitionem, de Electione*, puniens eligentem indignum, procedit tantùm reſpectu Eccleſiaſticorum.

XII. Eccleſiaſticus præſentans ſcienter indignum, aut etiam ignoranter, privatur ea vice poteſtate præſentandi; laicus verò, ſi præſentaverit ignoranter, non privatur.

XIII. Laicus habet quadrimeſtre ad præſentandum; Eccleſiaſticus verò ſemeſtre. Idemque ſi Mixtum ſit.

XIV. Lis inter Patronos laicos circa præſentationem terminari debet intra quadrimeſtre, alioquin devolutio fit ad Epiſcopum; inter Eccleſiaſticos verò conceditur ſemeſtre.

XV. Si præſentatus ab Eccleſiaſtico, intra ſemeſtre præſentationi non conſenſerit, datur Patrono aliud ſemeſtre ad præſentandum iterum; laico verò, niſi præſentatus conſenſerit intra quadrimeſte, tollitur pro illa vice præſentatio, & devolvitur proviſio ad Ordinarium.

XVI. Si præſentatio facta ab Eccleſiaſtico non teneat propter occultum crimen præſentati, non conceditur nova præſentatio; laico verò ſic.

XVII. Patronus Eccleſiaſticus habet cuſtodiam Eccleſiæ vacantis; laicus autem non.

XVIII. Præſentatio Patroni laici ſub hac forma: *Præſento quem N. præſentabit*, ſuſtinetur; ſecus reſpectu Eccleſiaſtici.

XIX. Laicus plures præſentare valet, ut habens inſtituere, eligat quem maluerit; Eccleſiaſtius nequaquam. *Clementina Plures, §. finali, hoc titulo.*

XX. Laicus poteſt alternativè præſentare; Eccleſiaſtico id non conceditur.

XXI. Præſentatio Patroni laici conditionalis, incerta, dubia, ſive obſcura, ſed clarificanda, valet; ſecus in facta ab Eccleſiaſtico.

XXII. Terminus datus electo ad acceptandam electionem, juxta *cap. Quàm ſit, de Electione, in 6.* procedit in Eccleſiaſtico; non in ſæculari.

XXIII. *Caput Ut qui duas, de Electione, in 6.* poteſt habere locum in præſentatione Patroni Eccleſiaſtici, in certis caſibus; in laico verò nunquam.

XXIV. Præſentatus à laico habet jus ad rem; præſentatus verò ab Eccleſiaſtico, dicitur habere jus in re, ex quo denegatur variatio: vel veriùs, habet quoque iſte jus ad rem, ſed pinguius, & magis certum.

XXV. Præſentatus ab Eccleſiaſtico, permittitur ex vi conſuetudinis ingerere ſe in adminiſtratione bonorum; ſecus in præſentato per laicum.

XXVI. Patrono laico permittitur cumulativa variatio duorum; Eccleſiaſtico denegatur.

XXVII. In paritate vocum, præfertur præſentatus ab Eccleſiaſtico.

XXVIII. Legatus de latere confert beneficia Patronatus Eccleſiaſtici; non verò laici.

XXIX. Papa nunquam præſumitur diſpoſuiſſe de beneficio juriſpatronatus laicorum, niſi expreſſerit; Eccleſiaſticorum verò ſic, etiamſi tantum generaliter derogaverit.

XXX. *Extravagans, Execrabilis, de Præbendis, Ioannis XXII.* comprehendit beneficia patronata Eccleſiaſtica; non autem ſæcularia.

XXXI. Clericus beneficiatus, & depoſitus, ſi à Papa reſtituatur ad ſuum beneficium juriſpatronatus, non præſumitur juriſpatronatus laici, ſed tantùm Eccleſiaſtici.

XXXII. Patronus Eccleſiaſticus poteſt habere bona temporalia Eccleſiæ, juxta *caput De Monachis: caput Avaritiæ: & caput In Lateranenſi, de Præbendis*; laicus verò nequaquam.

XXXIII. Eccleſiaſticus poteſt à beneficiato exigere rationem adminiſtrationis reddituum; laicus non poteſt.

XXXIV.

XXXIV. In alienatione bonorum Eccleſiæ requiritur conſenſus Eccleſiaſtici Patroni; non verò laici.

XXXV. Rector Eccleſiæ Patronatæ Eccleſiaſticæ, repudiare non valet legatum rei immobilis factum Eccleſiæ; ſecùs in Rectore juriſpatronatus laici.

XXXVI. Rector beneficii Eccleſiaſtici prohibetur agere pro Eccleſia in judicio, ſine conſenſu Patroni; ſecùs ſi ſit laicale patronatum.

XXXVII. Patronus Eccleſiaſticus tenetur ad onera, cum Rectore beneficii, hoc eſt ad procurationem Epiſcopi, conſecrationem, aut reconciliationem Eccleſiæ, & ſimilia; laicus verò non tenetur.

XXXVIII. Tenetur item Patronus Eccleſiaſticus concurrere ad ſolutionem collectæ à Papa impoſitæ; laicus verò non.

XXXIX. Rector beneficii juriſpatronatus laici, poteſt ordinari facere aliquem ad titulum ſuæ Eccleſiæ, invito Patrono; Eccleſiaſtici verò non poteſt.

XL. Item Rector beneficii Patronatus laicalis, poteſt Vicarium, & quos voluerit Clericos ſervientes ſine conſenſu Patroni admittere; ſecùs ſi ſit de jurepatronatus Eccleſiaſtici.

XLI. Ex privilegio, vel præſcriptione Eccleſiaſtico Patrono poteſt competere jus deſtituendi beneficiatum; laico verò Patrono id non permittitur.

XLII. Patronus Eccleſiaſticus tenetur ad fabricam Eccleſiæ, & domus Sacerdotis; laicus autem non.

XLIII. Juſpatronatus Eccleſiaſticum, dicitur merè ſpirituale; laicum verò, non item, ſed ſpirituali annexum.

XLIV. Patroni laici ſuccedunt in jurepatronatus jure hæreditario in ſtirpes, & non in capita; Eccleſiaſtici verò quando veniunt jure ſucceſſionis, per capita, & non in ſtirpes.

XLV. In Patronatu laicorum ſufficit præſentatio facta ſingulariter, & non ſimul conveniendo; ſed in Eccleſiaſtico, in quo ſucceditur in capita, fieri debet omnibus vocatis ſimul. Idemque ſervandum in jurepatronatus Univerſitatis. Omnes enim congregandi ſunt, ut præſentetur, & prævaleat, qui à majori parte.

XLVI. In Eccleſiaſtico, præſentatio facienda eſt à majori parte reſpectu omnium, non autem reſpectu minoris; in laicali ſufficit major pars, reſpectu minoris.

XLVII. Laici fiunt Patroni ex fundatione, conſtructione, & dotatione; Clerici verò etiam ex conceſſione temporalium Eccleſiæ alicujus ab eis facta. Abbas *in cap. De Monachis, per illum textum, verſic. Quarto modo*, Rochus *in verbo Competens alicui, quæſt. 25.*

Epiſcopus Patronus, in aliena Diœceſi præſentare poteſt, quem voluerit, etiam non illius Diœceſis, *cap. Si quis Epiſcopus, 16. quæſt. 55.* ſecus in Patrono laico, qui debet præſentare de Clero Diœceſis beneficii. Sed de ſtylo non ſervatur, quia permittitur præſentatio exterorum.

Plures etiam differentiæ conſtituuntur inter Patronos Eccleſiaſticos habentes bona temporalia cum jurepatronatus, & Patronos Eccleſiaſticos non habentes talia bona temporalia, ſed tantum juſpatronatus, quarum quindecim enumerat Lambertinus *eodem libro 3. q. 10. art. 2. & quæſt. 11. princ. art. 1.* Ponit ſex differentias inter hos juſpatronatus, & libertorum, quas apud ipſum videre poteris, ſi libuerit: ſex iſtas poſteriores repetit Vivianus *eodem lib. 1. part. 1. cap. 3. num. 26.* Omnia prædicta tradit Pax Jordanus *volum. 2. de Re Beneficiaria, lib. 10. tit. 7. ſub n. 498. pag. 273. & ſeq.*

Paragraphus II.

De Præſentatione ad beneficium per Patronum facienda. Et de Examine præſentati.

SUppoſito jurepatronatu, de quo in præcedenti Paragrapho, à quo procedit facultas præſentandi Superiori inſtituendos in beneficiis Eccleſiaſticis: nunc de ipſa Præſentatione agere aggredimur. Et ut recto procedamus ordine, incipere debemus à diviſione Præſentationis, & poſtmodùm ad diffinitionem accedere Præſentationis, de qua in præſenti differere intendimus. Præſentatio igitur duplex eſt, alia propria, ſtricta, & rigoroſa; & alia impropria, & latè ſumpta. Iſta eſt quæ precariò, ſeu ad 48.

preces fit, & quæ concedi ſolet popularibus ob quandam honorantiam, & prærogativam nominandi, & habendi perſonam ſibi gratam, & benevolam. Ex qua præſentatione juſpatronatus non probatur, nec tribuit illa ullum jus coactivum & obligatorium, ad dictam honorantiam, & prærogativam. Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 3. *Iunii* 1643. *coram Eminentiſſ. Cerro, num.* 7. *la* 18. *poſt Quæſtiones meas Paſtorales, & in eadem*, 26. *Maii* 1653. *coram Meltio, num.* 12. *la* 20. & *in Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia*, 11. *Martii* 1667. *coram Otalora*, *n.* 15. *la* 5. *poſt mea Commentaria in Conſtitutiones Apoſtolicas, & in eadem cauſa*, 13. *Maii* 1669. *num.* 8. *la* 6. *coram Albergato.* Ubi ego ipſe *in Additionibus, & Annotationibus*, §. 4. *num.* 11. & *in Annotationibus ad deciſionem* 4. *num.* 34. *pag.* 15. unde de illa in præſenti non agimus.

Aliam impropriam præſentationem aſſignat Pax *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 479. dicens: Iſta fit à Patrono dum nominat Ordinario perſonam, quam poſtea intendit præſentare. Et in hac nominari poteſt abſens, laicus, & ſimiles, cùm ſatis exiſtat, præſentationis tempore illam fieri perſonaliter de Clerico, vel aliàs habili. Ita declarat, & opiniones concordat Mareſcotus *variar. Reſolut. lib.* 1. *cap.* 83. *n.* 9. *& ſeqq.* Deciſiones & plures alias auctoritates cumulat. Addit Pax Rotæ deciſionem 530. *n.* 13. *in fine*, *part.* 1. *noviſſimarum*, quæ etiam concordantes citat.

49. Præſentatio autem ſtrictè, & rigoroſè accepta, ad præſentem materiam, & argumentum noſtrum ſpectans, & ex qua juſpatronatus probatur legitimum, proprium, & verum, & quæ jus tribuit coactivum, & obligatorium, eſt quam Vivianus *in Praxi, de Iurepatronatus lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 1. deſcribit, dicens: *Eſt exhibitio quædam legitimè facta per Patronum de Clerico præſente ſenſibus corporis Epiſcopo, vel alteri, ad quem pertinet inſtitutio.* Pax Iordanus *volum.* 2. *de Re Beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 378. ait, quod ſit *Exhibitio perſonæ per Patronum, Epiſcopo, vel alteri, ad quem ſpectat inſtitutio, legitimè facta.* Allegat Abbatem *in cap. Ea noſcitur. de his, quæ fiunt à Prælatis.* Rebuffum *in Praxi*, *tit. de Præſentat. num.* 3. Cardinalem Tuſchum *tom.* 6. *litt. P, concluſ.* 191. Nicol. Garciam *de Benefic. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 16. Barboſam *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 72. *num.* 112. Addit concordantes, & ego addo Eligium Baſſæum *tom.* 1. *verbo Beneficium* 2. *num.* 1. quem allegavi *in Quæſt. Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 3. §. 1. *num.* 6.

Præſentatus debet præſentationem acceptare. Pax Iordanus *ubi proximè*, cum Cald. *conſil.* 17. *de Iurepatronatus*, Lapo *allegatione* 8. & cum Viviano *in Praxi*, *lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 20. Cogi tamen non poteſt ad hujuſmodi acceptationem; quia beneficium in invitum non confertur. Pax Iordan. *d. num.* 378. ex *cap. Beneficium, de Regulis Iuris, in* 6. Viviano *loco citato, num.* 24. & concordantibus. Quocirca Abbas *in cap. Innotuit*, *num.* 13. *el* 20. *de Electione*, docuit, Superiorem non poſſe, electo invito, ejus electionem confirmare, regulariter tamen loquendo: quod etiam docuit ibi Gloſſa *verbo Diſtuliſti*, & Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 6. *quæſt.* 2. *num.* 11. quos recenſui, & fui ſecutus *in Commentariis ad Conſtit.* 6. *num.* 786. Rationem reddit Abbas, dicens: Quia ad contrahendum iſtud conjugium ſpirituale, requiritur conſenſus eligentium, qui repræſentant ipſam Eccleſiam; & etiam electi, qui eſt futurus ſponſus. Unde Gabriel Martinez ſingulariter doctus, in quodam Voto Deciſivo, quod tranſcripſit Barboſa *tom.* 1. *Votor. Deciſiv. lib.* 2. *voto* 36. dixit: Vinculum quaſi conjugale ſpirituale contrahitur per mutuum conſenſum eligentium, & electi.

50.

Pro praxi advertit Pax *dicto n.* 379. quod vacante beneficio poſſint Patroni, ſi plures ſint, convenire inter ſe de perſona præſentanda, quamvis laica ſit, vel aliàs de dicto tempore inhabilis. Quod poſſint etiam illam nominare, & proponere Ordinario, pro futura præſentatione; ac interim procurare, quod ſuſcipiat tonſuram, & habilis fiat; & ſubinde actualiter illam præſentare jam habilem ipſi Ordinario, intra tempus ad præſentandum conceſſum.

51.

Quod ſi inquiras, præſentandus, ſi quoad cætera habilis eſt, tamen præſens

52.

præſens non eſt, ſed abſens, poteritne de eo abſente præſentatio fieri à Patronis, ita ut Ordinarius teneatur illam admittere, & præſentatum abſentem inſtituere? Pax *num.*380. reſpondet, magis frequentem opinionem ſuſtinere, poſſe Ordinarium illam admittere, & abſenti beneficium conferre, & quod valida erit collatio, eo quòd non requirat examen pro forma, etiamſi notam non habuerit perſonam præſentati. Et nota quod dicit, *poſſe*; non verò, *teneri*. Addit tamen *num.*381. ſequenti, Tridentinum *ſeſſ.*7. *de reformat. cap.*13. diſponens: *Præſentati, ſeu electi, vel nominati, &c. non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujuſvis privilegii, ſeu conſuetudinis, etiam immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti.* Et *ſeſſ.*24. *cap.*18. §. *Quod ſi*, ſtatuens: *Quod ſi juſpatronatus laicorum fuerit, debeat qui à Patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſuprà, examinari, & non niſi idoneus, repertus fuerit, admitti.* Et concludit dicendo: Unde non valere præſentationem de abſente factam, neque teneri Ordinarium admittere præſentatum, qui præſentialiter ſe non exhibet, communi calculo comprobatur. Abbas *conſil.*76. *n.*2. *part.*2. Rochus *verbo Honorificum*, *quæſt.*6. *num.*27. Vivianus *de jurepatr. part.*2. *lib.*6. *cap.*11. *num.*6. & 7. Garcia *de Benefic. part.*4. *cap.*1. *num.*16. Barboſa *alleg.*72. *num.*114. cum Corraſ. *de Sacerdotio*, *part.*4. *cap.*6. *num.*18. & Rota *in una Vicaria Iuriſpatronatus*, 28. *Novembris* 1601. *coram Ludoviſio*, *poſtea Gregorio XV. la* 37. & in aliis Deciſionibus, tum ab ipſo, tum ab Additionatore *ibi* cumulatis. Idque certiſſimum teneas, quoniam examen præſentatorum, ut ſuprà requiſitum, non poteſt fieri per procuratorem.

53. Si tamen præſentatio non fiat ad beneficium Parochiale, & præſentatus notus ſit idoneus Ordinario, ei liberum erit admittere præſentationem abſentis, & abſentem inſtituere. Ita Barboſa *num.*118. Pax Iordanus *num.*382. cum pluribus, quos allegant. Barboſa enim ſequentia profert: Ex quibus à ceſſante ratione colliges, contrarium eſſe reſolvendum, & affirmandum, poſſe præſentatum abſentem inſtitui ab Epiſcopo, ſi ei notum ſit, eſſe idoneum notoriè, veluti quia Doctor eſt in aliqua Univerſitate Studii generalis graduatus. Hic enim examine non indiget, ex doctrina Gloſſæ *verbo Ignota*, *in cap. De Petro*, *diſt.*47. juncto Tridentino *d. ſeſſ.*7. *cap.*13. *in fine*. Et in terminis notat Innocentius, per textum ibi, *in cap. In Lateranenſi*, *in fine*, *de Præbendis*, Abbas, Decius, Rochus, & plures alii, quos refert, & ſequitur Cenedus *ad Decretum*, *collect.*15. *num.*3. Henriquez *in Summa*, *lib.*10. *cap.*18. *in princ.* Sà *in Aphoriſmis*, *verbo Examen*, Vivianus *dicto cap.*11. *num.*8. Ugolinus *d. cap.*51. §.2. *num.*3. Aloyſ. Riccius *d. Praxi*, *reſol.*139. & 141. & cenſuit Rota *in una Valentina beneficii*, 16. *Maii* 1583. *coram Illuſtriſſimo Cardin. Pamphilio*. Ceſſat etiam periculum illud Praxis Epiſcopalis: quare ſic notum Epiſcopo poſſe ab eo abſentem inſtitui, & præſentationem, ac inſtitutionem validam eſſe, licèt inſtitutus abſens ſit, notat Innocentius *ubi proximè*, Abbas *dicto conſ.*76. Lambertinus *art.*3. Corraſ. & Tuſchus *dictis locis*: idem Tuſchus *concluſ.*591. *num.*25. Nicol. Garcia *d. cap.*1. *à num.*16. ubi *à n.*23. refert declarationem Illuſtriſſ. Dominorum Cardinalium. Nam examen in notoriè litterato non requiritur, ut ex multis probat Aloyſ. Riccius *d. reſol.*191. *in fine*. Hactenus Barboſa.

Conſultò dictum eſt: *Si tamen præſentatio non fiat ad beneficium Parochiale:* 54.
quia quamvis prædicta ſententia quoad præſentationem, & inſtitutionem in beneficio curam animarum non habente vera ſit, non tamen in præſentato ad beneficium Parochiale: quia in eo præcisè neceſſarium eſt examen, & hoc prætermitti non poteſt ex eo quod proviſus notoriè dignus ſit, quia tam à Concil. Trident. *ſeſſ.*24. *de reformat. cap.*18. quam à Beato Pio Papa V. *in Conſt. In conferendis*, illlud requiritur pro forma, uti notant Barboſa *num.*120. poſt Fuſcum *de Viſitatione*, *lib.*2. *cap.*5. *num.*10. & Pax Jordanus *d. lib.*6. *tit.*7. *num.*385. poſt eundem Fuſcum, Gonzalez *ad* 8. *Regul. Cancellariæ*, *gloſſa* 4. *n.*90. Garciam *part.*9. *cap.*2. *num.*103. & concordantes.

dantes. Et Sacra Congregatio declaravit Doctorem, ſeu licentiatum in Theologia, aut in Jure Canonico, non excuſari ab examine, quando petit provideri de aliqua Eccleſia Parochiali: refert Barboſa *num.* 120 ex Gonzalez *ubi proximè*, Garcia *d. numero* 103 Piaſeg. *in Praxi novæ Epiſcop. p. 1. c. 2. cap.* 5. *num.* 17. *verſic. Doctor.* Aloyſio Riccio *in Praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 414. *num.* 2. *in* 1. *edit. & reſol.* 351. *in* 2. *edit.* Hinc cavebis ab eodem Garcia *d. p.* 9. *cap.* 3. *num.* 5. *&* 14. (addit Barboſa) quatenus ſcribit, hanc reſolutionem procedere in quocumque beneficio Eccleſiaſtico; nam quamvis ex *Trident. d. cap.* 13. examen neceſſarium eſſe in omnibus beneficiis agnoſcamus; pro forma tamen in ſolis Parochialibus requiri, receptiſſima eſt ſcribentium reſolutio ex ſupradictis.

55. Advertendum etiam eſt, quod in beneficiis Parochialibus juriſpatronatus laici, non requiritur examen per concurſum, ſed ſolùm debet præſentatus examinari ab Ordinario, cum tribus ſaltem Examinatoribus Synodalibus; & illi idoneo reperto inſtitutio eſt facienda. Concil. Tridentinum *d. cap.* 18. & declaravit S. Congregatio, teſte Nicol. Garcia *part.* 9. *cap.* 2. *num.* 255. Eveniente tamen vacatione hujuſmodi juriſpatronatus, ſi plures præſentati fuerint, examen per concurſum requiritur inter ſolos ipſos præſentatos, ut ex iis, qui peracto examine idonei ab Examinatoribus denunciati erunt, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atque illum, & non alterum inſtituat, ut refert deciſum Gonzalez *gloſſa* 6. *n.* 138. Ita Barboſa *num.* 122. cui partim Pax Jordanus *num.* 386. conſonat, dicens: Examen nihilominus hujuſmodi fiet quidem per Examinatores Synodalus, non tamen per concurſum: ſed ille tantùm, aut illi, ſi plures præſentati fuerint, examinabuntur: & Epiſcopus inſtituet, quem præ cæteris magis idoneum repererit. Gonzal. *ad Regulam* 8. *gloſſ.* 6. *num.* 138. *Partim* dixi, & non *in omnibus*, quatenus concurſum denegat, ſive plures præſententur, ſivè unus tantùm.

56. In beneficiis autem juriſpatronatus Eccleſiaſtici, ſi Parochialia ſint, examen per concurſum requiritur. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformatione*, ubi Barboſa *num.* 136. plures referens, & Rotam *deciſione* 453. *num.* 1. apud Farinacium *parte* 1. *in poſthumis*, ubi quod concurſus requiritur in Eccleſia Parochiali de jurepatronatus Eccleſiaſtici, & quod diſpoſitio Concilii in præſenti, procedit nedum in Rectoriis, verùm etiam in Vicariis perpetuis: atteſtaturque ſic fuiſſe per Sacram Congregationem reſolutum. Hæc ibi Barboſa, & *in allegat.* 72. *num.* 122. cum Garcia *de Beneficiis, part.* 9. *cap.* 2. *num.* 261. Pax Jordano *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 387.

Similiter in Parochialibus Juriſ- 57.
patronatus Mixti, examen per concurſum requiritur. Barboſa *in d. n.* 122. Par Jordanus *d. num.* 387. dicens: In Patronatibus verò Eccleſiaſticis, aut mixtis, requiritur examen per concurſum, & cum præſentatis à Patronis poterunt comparere alii competitores ad ſubeundum examen: imò Epiſcopus tenetur in tali caſu proponere edictum, & invitare quoſcumque ad ipſum concurſum, etiamſi juſpatronatus eſſet ex duabus partibus laicum, & ex tertia tantùm Eccleſiaſticum: atque ex his magis idoneus præeligendus, & inſtituendus erit. Gonzalez, Garcia, Barboſa *locis citatis*, & ibi concordantes. Quam concluſionem communem eſſe fatentur plurimi. Mareſcottus *variarum reſolut. lib.* 1. *cap.* 52. *num.* 7. Addit. ad Ludoviſium Papam *deciſ.* 498. Ferentill. *ad Buratum, deciſ.* 25. *in fine, verſ. Et hoc procedit.* Barboſa *de Officio Parochi, cap.* 2. *num.* 125. & plurimi alii apud eos.

Item Barboſa *allegat.* 72. *num.* 122. 58.
citato, ita ait: In Parochialibus verò Juriſpatronatus Eccleſiaſtici, requiritur examen per concurſum, etiamſi eſſent juriſpatronatus mixti, partim Eccleſiæ, & partim Laici: refert deciſum Gonzalez *d. gloſſa* 6. *num.* 135. Et ideo in vacatione Parochialis Eccleſiæ, ubi illius notitia habita fuerit, juriſpatronatus Eccleſiaſtici, aut etiam partim Eccleſiaſtici, partim Laicorum, etiamſi pro duabus partibus ad Laicos pertineret, & pro una tantùm ad Eccleſiaſticum, erit edictum proponendum, debebitque Epiſcopus cum nominatis à Patrono Eccleſiaſtico alios etiam Clericos ad concurſum

concurſum admitterre, niſi in inſtitutione, aut fundatione aliter cautum eſſet: tunc enim tantùm debebit præſentatus examinari citra concurſum, & approbari ab Ordinario, etiamſi inſtitutioni, & fundationi repugnaret. Quæ quidem edictorum affixio, eſt adeo ſubſtantialis, ut inſtitutio facta abſque illa, ipſo jure annulletur, ut tenuiſſe Rotam Romanam, teſtantur Creſcentius *deciſ. ult. de jurepatronatus*, Caputaquenſis *deciſ.* 95. *part.* 1. *&* *deciſ.* 128. *part.* 2. Cardinal. Puteus *deciſ.* 306. *lib.* 1. Seraphinus *deciſ.* 399. quos refert Aloyſius Riccius *in dicta Praxi*, *reſol.* 143. *num.* 1. ubi *num.* 2. aſſerit, non procedere, ſi aliud reperiretur de conſuetudine illius Eccleſiæ, ad quam quis eſt præſentatus. Et idem Aloyſius Riccius *d. Praxi*, *reſol.* 144. reſolvit inſtitutionem factam intra terminum edicti eſſe nullam, dummodo conſtet litteras edictales affixas fuiſſe, & intra terminum competentem judicis arbitrio amotas: quod etiam tenet Marius Anton. *Variar. lib.* 1, *reſol.* 20. *num.* 10. Perez de Lara *de Capellaniis*, *lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 32. *&* 39. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 55. Nicol. Garcia *part.* 9. *cap.* 4. *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi *num.* 14. reſolvit ſervari, quod poſt terminum edicti, ante tamen inſtitutionem, ſemper admittantur qui præſentantur ab aliis Patronis, ſeu prætendunt habere jus. Hactenus Barboſa *d. num.* 122. *&* 123.

59. Sed ex eodem Barboſa *in cap.* 2. *de Parocho*, *n.* 126. hæc ait Pax Jordanus *ſub d. num.* 387. ſcilicet: Teſtatur, ſe vidiſſe Romæ noviſſimam Declarationem Sacræ Congregationis, ſub die 5. Februarii 1628. in forma probanti, ſibi oſtenſam per R.D. Vivianum Epiſcopum Salonen. cujus Declarationis meminit idem Vivianus *in Appendice ſuæ Praxis juriſpatronatus*, *ad lib.* 10. *cap.* 1. *n.* 34. *pag.* 760. *in noviſſima impreſſione*: qua quidem declaratione reſolvitur, in hujuſmodi patronatibus Eccleſiaſticis, vel mixtis; non requiri formam examinis per concurſum: qua declaratione ſtante, non erit ab illa recedendum. Ejuſque reſolutio magnam haberet æquitatem. Iſta Epiſcopus Tragurienſis Pax Jordanus. Et quidem ipſe Barboſa *in Collectanea* 201. *Deciſionum Apoſtolicarum*, *verbo Concurſus*, *n.* 7. eandem Declarationem refert, per hæc verba: Concurſu non conferuntur Parochiales juriſpatronatus mixti, id eſt partim Eccleſiaſtici, & partim laicalis. Sacra Congregatio Concilii *in una Bracharenſi*, quam refert de verbo ad verbum Modernus Luſitanus *de Manu Regia*, *part.* 1. *cap.* 7. *num.* 36. & eadem S. Congregatio *in Piſana*, 5. *Februarii* 1628. cujus memini *d. cap.* 2. *de Parocho*, *num.* 126. Hæc Barboſa *d. num.* 7. qui *num.* 9. ait: Concurſu non conferuntur Parochiales juriſpatronatus, quod origine erat totum laicale, ſed pro duabus tertiis partibus, ex donatione laicorum effectum eſt poſtea Eccleſiaſticum. S. Congregatio Concilii, 17. Junii 1617. quam adducit Aldan. *d. lib.* 3. (*Compend. Canonicar. reſolut.*) *tit.* 9. *num.* 30. Hæc ibi Barboſa. Sed nota, quod ille non recenſeat dictam declarationem, pro juribuſpatronatibus Eccleſiaſticis, ſed pro mixtis ex Eccleſiaſtico, & Laico.

In beneficiis, etiam ſimplicibus præſentati, ſeu electi, vel nominati (ſi Epiſcopo eorum idoneitas nota non ſit, juxta formam ſuprà relatam, ait Barboſa *d. allegat.* 72. *num.* 124.) à quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Apoſtolicæ Sedis Nunciis, non debent inſtitui, neque confirmari, neque admitti, etiam prætextu cujuſvis privilegii, vel conſuetudinis, etiam immemorialis, niſi priùs fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti. Nec appellationis remedio ullus tueri poteſt, quominus examen ſubire teneatur, ut in Concilio Trident. *ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 13. Et ſi inſtitutio ad inferiores Epiſcopo pertineat, præſentati debent priùs ab Epiſcopo examinari, & approbari, aliàs inſtitutio ab inferioribus facta, erit nulla. Concilium *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 9. *verſ. Ad hæc.* In beneficiis verò ſimplicibus, quorum collatio liberè pertinet ad inferiores, dicta Epiſcopi approbatio non requiritur, ſicut etiam in Canonicatibus Eccleſiarum Collegiatarum, quorum collatio liberè ſpectat ad Capitulum. Ita deciſum refert Nicol. Garcia *d. part.* 9. *cap.* 3. *num.* 19. *declar.* 4. *&* 5. ubi *declar.* 1. dicit, adeo verum eſſe, quod in beneficiis juriſpatronatus examen 60

ab Epiſcopo fieri debet, quod procedit, etiamſi inferiores inſtitutores haberent juriſdictionem Ordinariam in Clericos ad dicta beneficia præſentatos, quamvis Abbates Commendatarii, & quicumque inferiores, qualibet exemptione muniti, etiamſi Ordinariam juriſdictionem haberent in locis beneficiorum, & Ordinarii inſtitutorum ſint, & in eos omnem juriſdictionem habeant; adhuc tamen inſtituendus debet priùs examinari ſuper idoneitate per Epiſcopum, ut diſponit Concilium *d. cap. 9.* Praxis nova Epiſcoporum *part. 2. cap. 5. n. 13. verſ. Inſtitutio.* Hactenus Barboſa *allegat. 72. num. 24. & 25.*

61. Idem Doctor *in Collectan. ad Concil. ſeſſ. 25. de reformatione, verſic. Quod ſi ad inferiores*, ſic *num. 75.* ait: Beneficium juriſpatronatus, quamvis ſimplex ſit, & poſſit inferior ad illud inſtituere, requirere Epiſcopi examen, referunt deciſum Nicol. Garcia *d. cap. 3. num. 19.* Campanilis *in Diverſorio Iuris Canonici, rubrica 5. cap. 3. num. 7.* & non ſufficere, quod præſentatus fuerit aliàs examinatus, & approbatus ab alio Ordinario ad Beneficium Curatum, reſolvit Nicol. Garcia *d. p. 9. cap. 3. num. 19.* Aliquas declarationes hanc materiam tangentes adducit Fr. Stephanus Dalvin. *de Poteſtate Epiſcoporum, Abbatum, &c. cap. 13. num. 7. pag. 77. & 78.* & refet deciſum, hoc Decretum non modò habere locum in beneficiis ſimplicibus, ſed & in Curatis, de quibus *in ſeſſ. 24. cap. 18. & ſeſſ. 25. de Reformat. cap. 11. de Regularibus*, & comprehendere Abbates Commendatarios, & quoſcumque inferiores qualibet immunitate munitos, etſi ordinariam juriſdictionem haberent in locis beneficiorum, & in Clericos ad dicta beneficia præſentatos. Et addit eandem Congregationem *in una Taurinenſi, & in alia Cremonenſi*, quod omnes præſentati ab Ordinario, ſive Epiſcopo, ſunt examinandi, etiam quod inſtitutio ad inferiores pertineat: nam Epiſcopus probare debet an ſint ætate, litteris, & ſufficientia idonei, licèt alterius Diœceſis eſſent. Refert deinde eandem S. Congregationem cenſuiſſe, præſentationem Epiſcopo faciendam eſſe quoad effectum examinis dumtaxat; & quod deinde, ſi controverſia fuerit circa juſpatronatus, illo diluciđato, & probato, Epiſcopus debet remittere ad inferiorem pro inſtitutione; ſed ſi præſentatus illegitimus fuerit, inferior cognoſcet de validitate, & invaliditate diſpenſationis, etiamſi eſſet ad Beneficium Curatum præſentatus, *ex cap. 18. ſeſſ. 24.* Hucuſque Barboſa *d. num. 75.*

Et in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, *Collect. 339. verbo Examen, Examinare, num. 3.* ait: Examen Epiſcopi non eſt neceſſarium in beneficiis ſimplicibus, quæ non ſunt de jurepatronatus, ſed ſunt ad collationem inferiorum. S. Congregatio Concilii, referentibus Nicol. Garcia *d. part. 9. cap. 3. num. 19.* & Stephano Dalvin. *de Epiſcoporum, & Abbatum poteſt. cap. 13. num. 7.* Et inferiùs *num. 6.* dicit: Examen requiſitum à Concilio *cap. 13. ſeſſ. 7. de reformat.* dicitur de forma, & debet præcedere. S. Congregatio Concilii, quam refert Sellius *in Selectis Canonicis, cap. 21. num. 70.* 62.

Ex dictis benè comprobatur, beneficia ſimplicia, de quibus diſponunt Abbates, & aliqui Regulares Prælati, illa conferendo, mediante titulo hanc clauſulam continente: *Elegimos, y nombramos por beneficiado à N. y le damos titulo, y colacion del dicho beneficio vaco, uſando del derecho, y Patronato, que tenemos:* non obſtante, quod proviſus fuerit per laicos præſentatus, prætendentes uti jurepatronatus laicali, illa non eſſe de hujuſmodi jurepatronatus, ſed de libera collatione dictorum Prælatorum, maximè ſi non præceſſit examen, & approbatio proviſi, facta per Epiſcopum. *Comprobatur*, dixi: tum quia beneficia, quæ de jurepatronatus ſunt, non conferuntur, ſed inſtituuntur præſentati à patrono: tum etiam, quia beneficia conceſſa præſentatis, non præmiſſo examine, & approbatione Epiſcopi, ipſo jure ſunt invalidè, & nulliter conceſſa. Cùm ergo beneficia præfata non concedantur à Prælatis, examinatis ab Epiſcopo, & ab eodem approbatis, nec per viam inſtitutionis, ſed collationis, proprio jure, & patronatu utendo, illa neutiquam dici poſſunt, eſſe de jurepatronatus laicorum, ſed de libera Abbatum, & Prælatorum Regularium collatione, 63.

juxta

juxta diſpoſitionem Sacri Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. de reformatione, cap. 9.* ibi : *Beneficiaque hujuſmodi tanquam libera à ſuis collatoribus conferantur : ac proviſiones hujuſmodi plenum effectum conſequantur. Ad hæc, liceat Epiſcopo præſentatos à patronis, ſi idonei non fuerint, repellere. Quod ſi ad inferiores inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, juxta ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur : alioquin inſtitutio ab inferioribus facta, irrita ſit, & inanis.* Hæc Tridentinum : Congregatio item Sacra, ipſius interpres, quæ paulò antea recenſuimus. Obſervantia enim optimè rei qualitatem oſtendit. Rota *in Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia, 27. Iunii 1664. coram Ninot, poſt mea commentaria de ſione 3. num. 7.* citatis Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſ. 5. §. 3. num. 17. & 18.* Garcia *de Benefic. part. 11. cap. 2. n. 6.* Barboſa *de Iure Eccleſ. lib. 3. cap. 6. num. 67.* Merlino *deciſ. 115. num. 8.* & *in Romana jurium Parochialium, 4. Decembris 1651. coram Card. Celſo, §. concurrit.* Et obſervantia firmat ultimum ſtatum, etiam per unum actum, qui in hac materia eſt attendendus. Rota *in eadem de Mendavia, 7. Iunii 1666. coram Otalora, num. 7. la 4. poſt dicta commentaria,* citatis Gonzalez *d. num. 17. & ſequentibus.* Et *in Pampilonenſi Decimarum de Tafalla, 23. Martii 1667. coram Albergato, ubi proximè, la 23. n. 13.* ibi : Et tandem accedit obſervantia, quæ eſt optima rerum, legumque interpres. *Et infrà :* Et ſic potius conſtat de contraria obſervantia, quæ etiam ex unico actu inducitur, ut pluries cenſuit Rota, ſignanter *coram Buratto deciſ. 647. num. 11. & deciſ. 679. n. 9.* cum cæteris *in d. deciſ. 316. n. 15. part. 9. recent.* & *in d. Cæſarauguſtana, coram me, §. finali.* Hæc omnia ibi. Si igitur beneficia Eccleſiæ præfata de Mendavia (ad quæ ſignanter noſtra dirigitur doctrina præſens) nunquam fuerint conceſſa, ſeu proviſa per Abbates, & Præſidentes hujus Cœnobii Hyrachenſis, præmiſſo examine, & approbatione Domini Epiſcopi, nec per viam inſtitutionis, ſed potiùs per viam collationis, utendo ſuo jure, & patronatu, & non uno, aut altero actu, ſed quamplurimis quidem, ſcientibus, & conſentientibus incolis de Mendavia, non ſolùm adeſt obſervantia pro ultimo ſtatu pro Abbatibus, & Præſentibus; ſed longæva, demonſtrans qualitatem d ctorum beneficiorum non eſſe de jurepatronatus laicorum, ſed de libera collatione Abbatum, & Præſidentium. Et quod ſic, ut præfertur, dicta contulerint Beneficia, cum ſolo ſuo examine, & approbatione, & abſque Domini Epiſcopi interventione ulla, teſtor de ſequentibus actibus : d anno 1627. ad favorem Laurentii de Morales : de anno 1631. ad favorem Petri de Aquileta : de anno 1632. unum ad favorem Michaëlis de Arbizu, & a i mad favorem Petri de Liñan : de anno 1638. ad favorem Petri Martinez : de anno 1641. ad favorem Beneficii de Morentin : de anno 1642. ad favorem Hiacynthi de Arando : & d anno 1646. ad favorem Michaëlis de Avalos. Qui omnes actus exercuerunt in proviſione dimidii beneficii dictæ Eccleſiæ : & in proviſione beneficiorum integrorum, de ſequentibus teſtor : de anno 1638. ad favorem D. Petri Liñan : de anno 1641. ad favorem D. Petri Martinez : de anno 1642. ad favorem D. Bonifacii de Morentin : de anno 1645. ad favorem D. Hiacynthi de Arando. Poſt quas quidem proviſiones ſolùm unam fecerunt anno 1660. ad favorem D. Michaëlis de Avalos, ad præſentationem Judicis, & Regiminis popu'i, modo tam n prædicto, ſine Epiſcopi examine, & approbatione, & jure, & patronatu ſuo utendo.

64. Nec ex dictis præſentationibus infertur juſpatronatus laicum, & ejus obſervantia. Tum quia illis defuerunt qualitates à Tridentino præſcriptæ, examinis, & approbationis Epiſcopi, quarum defectus cauſarent nullitatem proviſionum, ſi beneficia eſſent de jurepatronatus : quod autem proviſiones validæ fuerint, non negant homines de Mendavia, & eorum Capitulum laicale, & multò minùs Capitulares Eccleſiaſtici, qui dicta beneficia obtinuerunt : tum ; quia præſentationes factæ fuerunt precariò, & in vim prærogativæ concedi ſolitæ popularibus, ut beneficiatos habeant gratos, & benevolos, atque adeo ob quandam honorantiam : tum

quia dicti homines, tam conjunctim, quàm diviſim, juſpatronatus, quod olim habebant, donaverunt anno 1407. Carolo Regi Navarræ, & ipſe Rex illud eodemmet anno Abbati, & Conventui dicti Cœnobii donavit ad effectum, ut Eccleſia eiſdem uniretur: tum demique, quia illa de facto jure pleno, quoad omnia jura ſua, tam temporalia, quàm ſpiritualia, unita fuit ab Ordinario anno 1408. & ejus unionem confirmavit Legatus Papæ anno 1409. ex qua utique unione de novo juſpatronatus dictæ Eccleſiæ acquiſivit Abbas cum ſuo Conventu, *ex cap. Paſtoralis, el 7. de Donationibus*; quodque ab eis auferri non potuit unquam, nec à laicis recuperari, aut acquiri abſque privilegio Apoſtolico: quæ certè omnia latè, & fundamentaliter in ſpecie, & in individuo dicta ſunt à Sacra Rota *in Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia*, ad favorem dicti Abbatis, & Conventus, in ſex primis Deciſionibus à me appoſitis *in Appendice ad mea Commentaria ad Conſtitutiones Apoſtolicas*, ſignanter *in* 1. 10. *Maii* 1662. *coram Bevilaqua*, *num.* 2. *ad finem: in* 2. 19. *Ianvarii* 1663. *coram eodem*, *n.* 1. 2. *&* 3. *in* 3. 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot*, *num.* 2. 4. 5. *&* 6. *in* 5. 11. *Martii* 1667. *coram Otalora*, *num.* 2. *& ſeqq.* 8. *in* 6. 13. *Martii* 1669. *coram Albergato*, *num.* 2. 3. quoad unionem, & ejus effectus: & quoad donationem juriſpatronatus, & effectus illius, *in d. coram Otalora*, *num.* 11. 12. 13. *& in d. coram Albergato*, *num.* 6. 7. *&* 8.

65. Præſentatio invalida cenſetur quoad formam, ſi ad Collegium, ſeu ad Capitulum, aut Univerſitatem pertinens, non fiat collegialiter, & communicato conſilio, ſed ſingulariter, & particulariter. Actus enim Univerſitatis, non ſingulariter, ſed collegialiter expediri debent, ut validi ſint, vocatis omnibus vocem habentibus, more ſolito, & ad locum conſuetum, in quo negotia Univerſitatis expediri ſolent, & auditâ ſingulorum ſententiâ: contingere enim poteſt, quod minor pars, immò & aliquis ſingularis, majorem partem ad ſuam tra hat ſententiam, *ad cap. In Geneſi*, *cap. Quod ſicut*, *de Electione*, *cap. Cum in Eccleſiis*, *de Præbendis*, *lib.* 6. Felin. *in cap. Cùm omnes*, *num.* 46. *de Conſtitutionibus*, Cardin. Mantic. *deciſ.* 268. *n.* 3. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 7. *n.* 388. qui omnes, nemine diſcrepante, quoad iſtum caſum allegat, & ob id (addit) præſentatio aliter facta, nulla erit, & non attendenda. Et quando ſpectat ad plures Univerſitates ſimul, tunc illæ conſiderantur tanquam duo corpora, & duæ voces, quarum unaquæque conſtare debebit ex majori parte hominum uniuſcujuſque Univerſitatis. Vazquez *Opuſculo de Benefic. cap.* 2. *§.* 1. *dub.* 6. *num.* 18. pro hac eſt ſententia ex Sylveſt. *de jurepatronatus*, *quæſt.* 11. & Angelo *eod. verb. §.* 21. dicens: Pro quo notandum eſt, quod unus patronus ab aliis dicitur contemni uno ex duobus modis, vel quia abſens, cum poſſet vocari, non vocatur; vel quia præſens non auditur, nec admittitur ad præſentationem, ſed repellitur. Hoc ſuppoſito docet, quod ſi multi patroni ſunt qui debent præſentare, & ſe habent ad præſentationem ſicut Collegium, contemptus unius irritat electionem præſentati, ſicut in electionibus; quoad hoc enim eadem eſt ratio, quæ de Electione: habetur enim *in cap. Cum Eccleſiis*, *de Præbendis*, *lib.* 6. Cum enim omnes ut unum corpus debeant præſentare, fit ut uno ſpreto, irrita ſit præſentatio; quia ut omnes ut corpus eligant, debent omnes vocari. Iſta Vazquez.

Si autem præſentatio ad plures, 66.
ut ad ſingulos pertineat, regulariter non requiritur, ut abſentes vocentur, eo quòd ſimultaneè fiat; quia non eſt neceſſarius ſimultaneus conſenſus, ſed poſſunt ſinguli ſingulariter præſentare, *ad text. in l. Per fundum*, *ff. de ſervitutibus ruſticor. prædior.* Decius, qui de communi teſtatur, *in cap. Cum omnes*, *in* 1. *lectione*, *num.* 48. *& in* 2. *lect. num.* 52. *de Conſtitut.* Abb. *conſ.* 76. *in* 2. *dub. lib.* 2. Craveta *conſ.* 63. *num.* 1. Card. Mantica *deciſ.* 268. *n.* 1. pluries in Rota ſic reſolutum firmans. Illos refert Pax Iordanus *num.* 389. quibus addit Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 8. *num.* 2. Ioannem Andr. *in cap. Quoniam*, *de jurepatr.* Sylveſtrum *verbo Iuſpatronatus*, *q.* 11. Angelum *eodem verbo*, *§.* 21. & Leſſium *lib.* 2. *cap.* 34. *dubit.* 8. *n.* 34. P. Vazquez *Opuſc. de Beneficiis*, *cap.* 2. *§.* 1. *dub.* 6. *in fine*, *num.* 19. dicens:

Si

Si verò præſentent ut ſinguli, etiamſi quidam præſentent, aliis non vocatis, ſed ſpretis, tenet electio; quia in ea non debent omnes ut unum corpus concurrere, ſed ſufficit illorum major pars, & hoc idem docet Angelus. Ita Vazquez.

67. Contraria tamen ſuſtineri poteſt ſententia, aſſerens etiam in hoc caſu omnes patronos eſſe vocandos, neque hac citatione valere præſentationem ab aliis factam, etiamſi ſit à majori parte patronorum; quia nemo jure ſuo privandus eſt abſque culpa: Sed quilibet ex patronis habet jus præſentandi intra tempus ſibi à Iure conceſſum, quem voluerit: Ergo injuſtum erit illum hoc jure privare abſque ulla cauſa. Privaretur autem, ſi valida eſſet præſentatio majoris partis patronorum, aliis patronis non præſentantibus. Ergo dicendum eſt, nullam eſſe talem præſentationem. Ita Caſtrus Palaus *ubi proximè*, relatis Panormitano *in cap. Quoniam, de jurepatr. num.*24. & Azorio *part.*2. *Inſtitut. Moral. lib.*6. *cap.*21. *quæſt.*21. Pax Jordanus *tom.*2.*lib.*10.*tit.*7.*n.*390. in ſequentia prorumpens: Contrarium tamen, etiam in caſu iſto, voluerunt Abbas ipſe, ſibi non conſtans, *in cap.*3. per illum textum, *hoc tit.* Felinus *in d. cap. Cum omnes, n.*19. ubi Abbas ipſe, & alii multi. Rochus *de jurepatr. quæſt.*93. *verſ. Contraria opinio.* Farinacius *de Accuſat. quæſt.*14. *num.* 8. *in fine*, conſtituens regulam generalem, *Quod in actibus tangentibus plures ut ſingulos* (ſicut in caſu noſtro) *ut major pars præjudicet minori, neceſſe ſit, omnes in unum convocari, & cogi.* Et hoc, quia facilè contingere poteſt, quod minor pars in ſuam ſententiam trahat majorem, *cap.*2. *de Arbitris, in* 6. *l.Si tres, ff. de Receptis, qui arbitrium: cap. In Geneſi, de Electione.* Gloſſa *in d. cap. Cùm omnes*, ubi Abbas *num.*8. & alii. Bartolus *in l.*1. *Cod. de Decurionibus, lib.* 10. *& in l.Omnes populi, num.* 18. *ff. de juſt. & jure*, Angelus *in verbo juſpatronatus*, §.21.

68. Ita pax habita à majori conſanguineorum (proſequitur Pax Iotdanus *num.*391.) in eodem gradu exiſtentium, minori parte contradicente, tunc demùm valet, dummodò omnes inſimul ad illam ineundam aliquo in loco congregati, & convocati fuerint: ſecus ſi ſeparatim, & particulariter illam inierint, etiamſi à majori parte. Petrus à Placha *in Epit. delict. cap.*46. *num.* 14. *&* 15. poſt Villapan. quem citat *in l.*22. 2.*part.* §.53.*n.*1. & ipſe Farinacius *eodem num.* 8. *in principio.* Sic etiam, ut in remittendo partem debiti alicui debitori, major pars creditorum minori præjudicet, opus eſt omnes citari, & convocari, ac in unum coadunari, *l.Suum hæredem,* §.*fin.* ubi Bartolus, Alexander, & Salicetus, *ff. de Pactis, l. fin.* ubi Bellam. *C. Qui bonis cedere poſſunt*, cum concordantibus apud eundem Farinacium *d.loco, num.*9.

Subjungit tamen Pax Iordanus 69.
*num.*393. Quamvis autem opinio hæc æquior, honeſtior, & laudabilior ſit; prior tamen tutò amplecti poterit (prout in partibus his communiter practicatur) propter authoritatem Rotæ: & quia ſic etiam cenſuerunt Ioannes Andreas, & Federicus apud Abbatem *in d. cap. Quoniam*, & alii multi, quando agitur de patronis laicis: quod ſi tractetur de Eccleſiaſticis, tunc ſequenda videtur hæc opinio ſecunda, ut ſimul congregati præſtent, prout notatur infrà (*& ſuprà, ſub num.* 47. *different.* 45.) in capite differentiarum inter patronos Eccleſiaſticos, & ſæculares.

Sublimitat Doctor præfatus iſtum 70
ſecundum caſum, quando vigore ſtatuti, ſive conſuetudinis legitimè præſcriptæ, ſoliti fuiſſent ſingulares patroni ſimul convenire ad præſentandum; tunc enim abſentes vocandi eſſent, & ſimul tractatum tenerentur habere pro facienda præſentatione, aliàs peccaret in forma. Rochus *in verbo Honorificum, quæſt.* 60. *n.*93. Lambertinus *lib.* 2. *part.*2. *quæſt.*2. *principali, art.* 8. *num.*8. *verſic. Limita tamen.* Mantica *d.deciſ.*268. *num.*4. & aliæ Deciſiones ibi citatæ, & ſecundum iſtos terminos vera erit contraria opinio, de qua ſuprà proximè.

Præterea notat, quod quando præ- 71
ſentatio ad plures ut univerſos pertinet, ſi unus ex eis ſit excommunicatus, ſuſpenſus, ſimoniacus, aut aliud habens canonicum impedimentum, non vitiatur præſentatio reſpectu aliorum, ſed ſuſtinetur; ſecus in ſecundo caſu, quando pertinet

ad eos, tanquam ad ſingulos. Abbas *in cap. Quoniam*, per illum textum, *num.* 13. *hoc tit.* & alii infrà citandi.

Alia differentia adeſt notabilis inter Patronos ſingulares, & collegiales: videlicet, quod præſentantes ut ſinguli, plures conſiderantur reſpectu paucorum, exempli gratiâ, ſi quatuor ſint Patroni, quorum duo unum præſentent, & reliqui ſeparatim unuſquiſque præſentet alium, & ſic duos, præſentatus à duobus, cenſetur præſentatus à majori parte, & inſtituendus erit; ſecùs ſi ut univerſi, & collegialiter præſentent: quia tunc niſi à tribus præſentetur, non dicitur ſuffragia majoris partis habere. Quia in hoc caſu major pars conſideratur reſpectu omnium de Collegio, ſeu de univerſitate, non verò reſpectu præſentatorum, ut in primo caſu. Ita Pax Jordanus *num.* 396. ubi allegat *cap. Eccleſia, el* 1. *&* 48. *de Electione*, & Abbatem *ibi*, Angelum *verbo Iuſpatronatus*, §. 20. Sylveſtrum *eod. verbo*, *q.* 13. & Joan. Nicol. Delphin. *de jurepatronatus*, *quæſt.* 30. *num.* 213. *cum ſeq.* Adducit in argumentum pro primo caſu *cap. Quoniam*, *de jurepatronatus*, *& cap. fin. diſt.* 63. Et pro ſecundo *cap. Eccleſiarum*, *de Electione.* Pro quo vide, ſi placet, quæ ego ipſe ſcripſi *in Commentarium ad Conſtitut.* 6. *à num.* 648. *pag.* 176. & pro utroque ſuperiùs dicta, *ſub num.* 47. *differentia* 46.

75. Conſonat Gabriel Vazquez *Opuſc. de beneficiis*, *cap.* 2. §. 1. *dub.* 7. *num.* 20. dicens: Sed videamus quomodo in electionibus, & præſentationibus, quæ fiunt à multis, requiratur major pars Patronorum, an major pars omnium Patronorum, ut ſi ſunt decem, requirantur ſex; vel major pars reſpectu aliorum præſentatorum, ut ſi ſunt decem, ſufficiat quod unus habeat quatuor, ſi alii ſunt duo præſentati, quorum quilibet habet tres. Reſpondet Sylveſter *ibidem*, *q.* 13. quod ſi electio fit à pluribus per modum Collegii, & unius corporis, tunc major pars Collegii requiritur, ut colligitur *ex cap. Eccleſia* 1. *de Electione*; ſi verò præſentatio non fit à pluribus ut uno corpore, ſed ut à ſingulis, requiritur major pars reſpectu aliorum præſentatorum. Denique in hoc inſtitutio patronatus, & conſuetudo plurimùm eſt inſpicienda.

Dubitari etiam poſſet, quando vocatur univerſitas ſæcularis ad præſentandum, quinam debeant vocari. Reſpondet Sylveſter *ibidem*, *quæſt. ult.* quod omnes de populo majores 14. annorum, cujuſcumque ſtatus ſint. Sed inquit, ad hoc non eſſe conſuetum vocari mulieres, ſtandumque conſuetudini loci. Benè tamen concedit, quod mulier poteſt præſentare, ut Patrona alicujus Eccleſiæ: quod ſæpiſſimè fieri ſolet. Hactenus Pater Vazquez.

Conſonat etiam Caſtr. Palaus *part.* 2. 76.
tract. 13. *de Beneficiis*, *diſp.* 2. *punct.* 8. *num.* 4. ubi ſic ait: Sed inquires, qua ratione major pars Patronorum concurrere debet ad præſentandum? Reſpondeo: Si præſentatio facienda eſt ab aliqua communitate, clarum eſt majorem partem illius communitatis concurrere debere; aliàs non erit verum, communitatem illam præſentare. At ſi præſentatio non à communitate, ſed à pluribus, ut ſingulis, & ſeorſim ſumptis facienda eſt, illa effectum habebit, quæ comparatione aliarum præſentationum major fuerit. V. gr. ſi duodecim ſunt Patroni, & quinque præſentent Petrum, quatuor Franciſcum, tres Ignatium, præſentatio illorum quinque tenebit; quia eſto non ſit facta à majori parte Patronorum, computatis omnibus Patronis; eſt tamen facta à majori parte Patronorum, quatenus præſentationem faciunt, ſeu comparatione aliarum partium, & hoc ſufficit: ſic Joannes Andreas *in cap. Quoniam*, *de Iurepatronatus*, Sylveſter *verbo Iuſpatronatus*, *quæſt.* 13. Azorius 2. *p. lib.* 7. *cap.* 21. *quæſt.* 20. Vazquez *Opuſc. de Benefic. cap.* 2. §. 1. *dub.* 7. *num.* 20. Hæc Palaus.

Præterea, quando præſentatio ad 77.
plures ut univerſos pertinet, competit in capita, non in ſtirpes: unuſquiſque enim de Collegio, univerſitate, ſeu familia, dabit ſuffragium: & in caſu iſto non attenditur diſpoſitio *Clementinæ Plures*, *de Iurepatronatus*. Pax Jordanus *d. tit.* 7. *num.* 397. cum Lambertino *de Iurepatr. tract.* 2. *part.* 1. *lib.* 2. *artic.* 25. *quæſt.* 1. *princ. num.* 17. Praxi Curiæ Archiepiſcop. Neapolioanæ, *cap.* 83. *num.* 2. ubi teſtatur pluries fuiſſe in Rota reſolutum. Quod ſi pertineret ad plures ut ſingulos, tunc ſuc-

cederet

cederet in ſtirpes, & multi hæredes unius Patroni, unicam haberent vocem, non ſinguli ſingulas, prout dicta diſponit Clementina. Unde ex pluribus fratribus hæredibus, ſi quis præmoriens relinquat multos filios, hi omnes ſimul unam tantum habebunt vocem, ſicut quilibet ex fratribus patris illorum, & ſic de ſimilibus, ut ex dictæ Clementinæ textu, atque ex aliis communiter concluditur per Lambertin. Rochum, & alios à Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſa 45. num. 61.* recenſitos. Ita Pax, qui *num. 398.* hoc ultimum dictum & Clementinam præfatam ſublimitat, ut procedant ſolùm quando ſuccedunt filii jure hæreditario: tunc enim ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita; quia ut dixerat, omnes hæredes unius Patroni, unicam habent vocem, non verò ſinguli ſingulares. Quod ſi autem alio jure, quàm hæreditario ſuccedant, putà donationis, legati, in tali caſu ſuccedunt in capita, non in ſtirpes. Unde juſpatronatus legatum familiæ, pertinet ad ſingulos de familia, in capita, non in ſtirpes. Alexander de Nevo *conſ. 63. n. 3. & 4.* Baldus *in l. 2. num. 4. C. de ſuis, & legit. hæred.* Praxis Neapol. *loco cit.* Et ita pluries definivit Rota in Deciſionibus ab eadem Praxi indicatis. Ita Jordanus.

77. Quod ſi petas, juſpatronatus, ſi ſpectet ad Epiſcopum, & Capitulum, vel ad Abbatem, & Conventum, quot voces in illo conſiderari debeant? Reſpondeo, duas: unam Epiſcopi, vel Abbatis; & alteram Capituli, vel Conventus. Unde ſi Epiſcopus, & minor Canonicorum Capitularium pars unum nominent, major verò pars Capitularium alterum nominet; & idem reſpectivè, ſi Abbas, & minor Monachorum pars unum nominent, & major Monachorum pars nominet alterum, vota dicentur paria, non ſecus ac ſi ſolus Epiſcopus, vel ſolus Abbas pro ſua parte nominaſſet. Ita Pax Iordanus *loco citato, num. 399.* cum Gonzalez *d. gloſſa 45. num. 59. & ſeqq.* multas ibi faciente illationes. Et facit, inquit Pax, pro ipſo *l. Titio, & hæredibus, ff. de Uſufructu, l. Mulieri cum liberis, ff. de Hæredibus inſtituendis.* Roman. *conſ. 99. num. 1.* Felin. *in cap. Paſtoralis, §. fin. ſub num. 9. de Reſcriptis*, Selva *de Benefic. 2. part. quæſt. 17. num. 9.* Rota *deciſ. 770. num. 1. & 2. part. 1. diverſorum.* Quare in diſcordia (addit idem Pax) inter eos neuter poteſt conferre, & ſi agatur de præſentatione, vota erunt paria, ut diximus, & locus erit gratificationi, cæteris paribus.

Quod ſi iterum petas, ſuccedens 78.
in plures hæreditatis partes, acquiritne plus juriſpatronatus, quàm in pauciores ſuccedens? Ioannes Andreas *in Clementina Plures, de Iurepatr.* cenſuit quod ſic. Ioan. Nicol. Delphin. *de Iurepatr. quæſt. 28. num. 216.* & Pax Iordanus *num. 470.* tenent quod non. Quia prædictum jus tanquam incorporale, & inviſibile, portiones non reſpicit hæreditatis, ſed æquiparatur ſervituti, nec unus plures voces habet, quàm alius. Limitat tamen Pax pro caſu, quo non interveniat alia repræſentatio, quàm pro portione hæreditaria; ſecus ſi unus, v.g. fundaſſet, ac dotaſſet ſimul; alius verò fundaſſet tantùm, aut conſtruxiſſet; quia prior duo habebit vota, ſecundus verò unum. Ita ille.

Si denique quæras, in caſu, quo eadem perſona Patronus ſit & inſtitutor, actus præſentationis, & inſtitutionis eruntne unico actu, aut ſeparatim faciendi? Reſpondet Barboſa *alleg. 72. num. 196.* dicendo: Tunc præſentatio, & inſtitutio non debent expediri unico actu, ſed hæc ſeparatè fieri: id eſt, primò debet tanquam Patronus præſentare, vel melius eſſet, quod Procurator nomine Patroni præſentaret, & poſtea Epiſcopus (vel ipſe ad quem utraque ſpectat qualitas, Patroni, & inſtitutoris) inſtituat, ſecundùm textum *in cap. A collatione, de Appellat. lib. 6. & in cap. Cùm olim,* ubi Felin. *de Re judicata.*

Paragraphus III.

De inſtitutione Canonica, qua mediante, Beneficium acquiritur: & de ejus diviſione, & deſcriptione.

ANte omnia ſuppono, inſtitutionem latè, pro quolibet modo providendi beneficium, ſumi. Ita Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 72. n. 172.* ex Regula *Beneficium, de Regulis Iuris lib. 6. cap. Cùm ex injuncto, de Hæreticis, & cap. In litteris, de reſtitutione*

tione ſpoliatorum, ex toto titulo de Inſtitutionibus, & ex Gloſſa *in rubrica, eo tit. in* 6. & Sacra Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia*, 11. *Martii* 1667. *coram R. P. D. Otalora, la* 5. *poſt mea Commentaria, num.* 19. quò loci addit: Et in ſpecie, quod accipiatur pro deputatione Vicarii, ſeu Capellani ad nutum amovibilis, ad exercitium Curæ, videre eſt apud Gregorium *deciſ.* 370. *num.* 5. *verſic. Sunt enim inſtituti*, & me ipſum *ad deciſionem* 4. *præcedentem, num.* 52. *in Addit.*

80. Quo ſuppoſito, Inſtitutio in non ita lata, & impropria ſignificatione ſumpta, dividitur in tituli collatoriam, quæ ſtrictiori modo Inſtitutio eſt, in authorizabilem, & in realem. Inſtitutio tituli beneficii collatoria, deſcribitur à Baſſæo *in Floribus Theologiæ Moralis, verbo Beneficium* 2. *num.* 4. & à Pace Jordano *volum.* 2. *de Re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 409. per hoc quod ſit, *Conceſſio Eccleſiæ, ſeu beneficii, authoritate legitima Epiſcopi, vel alterius Ordinarii facta ei, qui eſt à Patrono oblatus, vel præſentatus.* Bauny *in Praxi Nova Beneficiorum, diſp.* 2. *q.* 1. ait: *Eſt donatio vacantis beneficii, non libera, ſed coacta, ad præſentationem Patroni.* Vivianus *in Praxi Iuriſpatronatus, lib.* 12. *cap.* 1. *num.* 1. inquit: *Eſt tranſlatio juris, non libera, facta à Superiore, ex qua plenius datur inſtitutio.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 72. *n.* 174. ſic illam declarat: *Inſtitutio*, quoad noſtrum propoſitum, *eſt conceſſio Eccleſiæ, ſeu beneficii, authoritate legitima Epiſcopi, vel alterius Ordinarii facta, non ſimpliciter cuivis Clerico, ſed ei, qui eſt à Patrono nominatus, & oblatus.* Ita Azor. *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 22. *quæſt.* 1. Et dicitur tranſlatio juris non libera à Superiore facta, ex qua plenum jus datur inſtituto. Ita Abbas *in cap. Authoritate, num.* 7. *de Inſtitutionibus.* Quod ſit juris tranſlatio, probat Gloſſa *in cap.* 1. *de Regulis juris, lib.* 6. & dicitur non libera, (ſed coacta) quia Superior velit nolit, tenetur præſentatum idoneum inſtituere, *cap. Decernimus*, 16. *quæſt.* 7. *cap. Paſtoralis*, & *cap. Quod autem, de Iurepatronatus.* Hæc Barboſa.

81. Dicitur hæc Inſtitutio non libera, ſed coacta; quia Inſtitutor non poteſt pro ſuo libito præſentatum repellere, nec illi, ſi ſit inſtructus corporis, & animæ dotibus, quas Sacri Canones in beneficiario poſtulant, beneficium negare: quod ſatis bene explicat Barboſa in illis verbis; *velit nolit:* Vivianus etiam *loco citato, ex cap. Paſtoralis, & cap. Quod autem*, citatis. Graña *in Catena Iurium, tom.* 2. *tit.* 7. *de Inſtitutionibus, cap.* 2. *num.* 11. ex *d. cap. Decernimus*, 16. *quæſt.* 7. *& ex cap. A nobis, de Iurepatronatus.* Aſcanius Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 22. *num.* 1. Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *de beneficiis, diſp.* 2. *punct.* 1. *n.* 2. *verſ. Inſtitutio eſt.* Et ego ipſe *quæſt.* 2. *num.* 180.

Inſtitutio *Authorizabilis*, conſiſtit 82.
in hoc, quod nemini ſine authoritate Epiſcopi, id eſt ſine licentia, cura animarum ſæcularium committi poſſit, & ſine ejus mandato. Stephanus Bauny *ubi proximè*, exponens *cap. Cùm ſatis, el* 4. *de Officio Archidiaconi*, illud, *Sine ejus mandato*, intellige: ſine ejus commiſſione, juxta Gloſſam *in cap. Beneficium, el* 1. *de Regulis Iuris in* 6. quæ dividens inſtitutionem, de iſta ait: *Alia eſt inſtitutio Authorizabilis, quoad commiſſionem curæ animarum.* Quod importet approbationem, & licentiam Epiſcopi, dixit S. Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 14. *Decembris* 1598. *coram Cardin. Seraph. Olivario, la* 1304. *& poſt meas Quæſt. Paſtor. la* 13. *num.* 7. dicens: Neque obſtat, quod poſt præſentatum Vicarium, & ejus approbationem, quæ fit ab Abbate, is mittatur ad Epiſcopum pro obtinenda licentia exercitii Curæ animarum, quia ex quo populus non eſt exemptus, debet Vicarius approbari per Epiſcopum Ordinarium loci, ut probat textus *in cap. unico, de Capellis Monachorum, in* 6. Antonius de Butrio *num.* 10. Imola *num.* 7. Abbas *num.* 15. *& in cap.* 1. *num.* 6. *eod. tit.* & ita intelligitur Vitalinus allegatus, juxta conſilium Bellam. 38. *num.* 18. *in fine.*

Et *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia*, 13. *Maii* 1669. *coram Albergato, la* 6. *poſt mea Commentaria, num.* 4. quæ ſequuntur, dixit: Etenim primum procedere dicebant Domini, ſi ageretur de vera, & propria inſtitutione facta per Epiſcopum, vim collativæ habente, qui eſt caſus *dicti capitis unici*; ſecus 83.

ubi

ubi agitur *de mera institutione authorizabili, & quæ potiùs sonat in approbationem illius personæ jam ab ipsomet Abbate deputatæ*, ut declarant Hostiensis *in cap. Litteras, num. 2. versic. Et est verum, de Supplenda negligentia Prælator.* Joannes Andreas *in eod. c. unico, in princ.* Henricus Boil *in cap. 1. n. 5. vers. Una est authorizabilis, de Officio Archidiaconi:* & in specie respondit *coram Cavalerio, decis. 350. num. 4. & deçis. 389. num. 3. & in decis. Hispalensi juris amovendi, coram Peutingerio, §. uti non repugnat ea.* Et quidem inconvincibili ratione. Quia cùm hujusmodi institutio sit accessoria ad nominationem Abbatis de Vicario temporali, implicat quod ipsa possit esse perpetua, ad regulam *Accessorium, de Regulis juris*, & tradiderunt in specie Ancharanus *in d. cap. unico, num. 3. vers. Vel dicendum*, Franch. *ibidem, num. 5. versic. Limita*, & censuit Rota *in d. Hispalensi juris amovendi Curatos, in d. §. Uti nec repugnat, versic. Secus est:* & priùs *in recentior. decis. 264. num. 6. part. 2.* ubi dixit, *hujusmodi authorizabilem institutionem, non alterare nominationem temporalem Abbatis*, cùm impossibile sit, ipsum Abbatem nominare Vicarium ad nudum exercitium temporale, Episcopum verò, illum perpetuò instituere. Sequitur Murga *Quæstionum Pastor. part. 1. quæst. 3. §. 2. num. 16.*

84. Et *in sequenti num. 5. ejusdem decisionis*, R. P. D. Albergatus, citato Ancharano *in d. cap. unico, num. 3. vers. Ad quem autem, de Capellis Monachorum*, pro hoc, quod stet simul, quod Abbas, cujus Monasterio Parochialis unita est, sit verus Parochus, qui vel per seipsum, vel per Vicarium ad nutum amovibilem exercere valeat, & quod Episcopus, ubi residet dicta cura, suam exerceat jurisdictionem, de eodem addit Ancharano, quod subditur, videlicet: Ubi distinguit, an Abbas habeat unionem cum jurisdictione; & tunc valeat absolutè Vicarium deputare, excluso in totum Episcopo; aut sine jurisdictione, & tunc nominet ipsum Vicarium, *authorizabili institutione Episcopi approbandum.* Et addit decisio ipsa: Sequitur Panormitanus *in cap. Cùm & plantare, num. 6. & in cap. Pastoralis, num. .. & seqq. & in cap. Quoniam,*

num. 3. de Privilegiis, Franch. *in eod. cap. num. 3. versic. Si verò Ecclesias.* Arias de Mena *d. quæst. 10. num. 18. cum seqq.* Rota in terminis Abbatis de Hyrache, coram Seraphino *decis. 1304. num. 3. in recentior. decis. 297. num. 7. part. 5.* & apud Murgam *ubi suprà, decis. 14. num. 3.* & quod se adinvicem compatiantur unio pleno jure respectu Abbatis, & jurisdictio ordinaria respectu Episcopi, in individuo firmarunt R. Ruffus *in Praxi, part. 1. tit. de Unione beneficior. glossa 11. num. 3.* Riccius *in Praxi, resol. 293. num. 4. vers. Quarta conclusio, tom. 1.* Barbosa *in præallegato cap. de Monachis, num. 4. post medium, de Præbend. & dignitatibus.* Flores de Mena *cad. quæst. 10. num. 25.* & novissimè tenuit Rota. Idem Murga *Quæstion. Pastoral. part. 1. quæst. 2. divis. 1. num. 47.* Tondutus *resolutionum benefic. part. 2. cap. 85. num. 12.* & novissimè tenuit Rota *in alia Pampilonensi Vicariæ, 24. Aprilis 1665. §. In primo; & 19. Junii ejusdem anni, §. Neque ad excludendum, coram R. P. D. meo Otalora, & sub die 23. Martii 1667. §. Nec adversatur, coram R. P. D. meo Decano.* Hactenus coram R. P. D. Albergato. Tres ultimæ citatæ decisiones, ab eo datæ fuerunt in causa Vicariæ de Elizondo ad favorem Abbatis, & Monachorum de Urdax, & habentur post Commentaria mea, *las 13. 15. & 17.*

Institutio realis est, quæ inducit 85.
in possessionem realem, & actualem beneficii: quæ ob id realis dicitur, & actualis, seu investitura. Glossa *in cap. Beneficium, el 1. de Regulis Iuris, in 6.* Barbosa *allegat. 72. num. 173.* Ego ipse *in Quæstionibus Pastoralibus, part. 1. quæst. 3. §. 1. num. 9. & 10.*

SECTIO I.

De institutione collatoria Tituli.

EXplicatis differentiis Institutionum, restat nunc de his ad quos quælibet illarum spectet, agere: & sequendo ordinem in earum descriptione servatum, primò agere de vera, rigorosa, & propria Institutione libet. Illa igitur regulariter, de jure communi ad Episcopum spectat. Ita Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. . n. 410. ex cap. Ex frequentibus, de institut. cap. 1. eod. tit. in 6. c. Cum satis, de Officio Archi-*

86. *De institutione propria, & tituli collatoria: & quos scilicet pertineat instituere.*

diaconi, Clementina Plures, de jurepatr. Ugolinus *de Officio Epiſcopi, cap.* 51. §. 4. *n.* 1. Vivianus *de Iurepatronatus, lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 1. Auguſtinus Barboſa *d. allegat.* 72. *num.* 176. ex eiſdem juribus, Viviano, & Ugolino *locis citatis*, Lambertino *de Iurepatronatus, lib.* 2. *part.* 3. *quæſt.* 1. *principali, art.* 10. *num.* 1. Abbate *in cap. Cùm Eccleſia Vulterana, de Electione.* Mario Anton. *Variarum reſolut. lib.* 1. *reſol.* 47. *num.* 6. *& reſol.* 55. *num.* 11. *in fine*, Reginaldo *in Praxi fori pœnitent. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 224. & ex Rota *deciſ.* 85. *num.* 1. *part.* 2. *in noviſſimis.* Quia in collatione beneficiorum ſuæ diœceſis, fundatam habent Epiſcopi de jure communi intentionem. Barboſa *num.* 177. & Pax cum Card. Seraphino *deciſ.* 1353. *num.* 3. Reginaldo *ubi proximè, num.* 239. Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellar.* §. 1. *Proœmii, num.* 21. & Selva *de Benefic.* 2. *parte, quæſt.* 26. *ex num.* 28.

87. Hanc inſtituendi facultatem poſſe Epiſcopum ſpecialiter delegare, etiam ante vacationem, docet Barboſa *d. allegat. num.* 178. cum Joan. Andrea, & Dominico *in cap. Si Confirmationem, de Electione in* 6. Viviano *d. lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 4. Et rationem hanc reddit, quia inſtitutio coactè fit ad præſentationem Patroni, & ceſſat votum captandæ mortis.

88. Vicarius etiam Generalis, abſque ſpeciali delegatione inſtituere poteſt præſentatos. Ita Barboſa *allegat.* 54. *num.* 70. & *allegat.* 72. *num.* 181. contra Rolandum *conſ.* 47. *num.* 45. *vol.* 1. & Rebuff. *in Praxi beneficiorum, tit. In forma Vicariarum, à num.* 126. & *in Addit. ad Regul.* 13. *Cancellariæ, verb. Aut Vicarios perpetuos, verſ. Item Vicarius Generalis.* Allegat tamen pro ſua, & noſtra ſententia, de eo, quod poſſit inſtituere præſentatos, & electos confirmare; Gloſſam *in verbo Non poſſunt, cap. fin. de Officio Vicarii, in* 6. Roch. *de jurepatr. verbo Competens, quæſt.* 31. *num.* 66. *&* 67. Lambertinum *eod. tract. part.* 3. *lib.* 2. *art.* 5. *quæſt.* 1. *principali*, Covarruviam *lib.* 3. *Variarum, cap.* 20. *num.* 7. Selvam *de Benefic. part.* 2. *quæſt.* 14. Cald. Pereyra *de Renovat. Emphyt. q.* 12. *num.* 11. Vivianum *in Praxi de Iurepatronatus, part.* 2. *lib.* 2. *quæſt. cap.* 2. *n.* 3. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *à num.* 78. Soarez de Paz *in Pract. tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 7. *&* 8. Filliucium *tract.* 41. *de Beneficiis, cap.* 2. *num.* 49. Sbroz. *lib.* 2. *quæſt.* 111. Quintanad. *lib.* 1. *Eccleſiaſt. cap.* 5. *num.* 7. Zerolam *in Praxi Epiſcop. part.* 1. *verbo Vicarius*, §. 14. Azorium *d. cap.* 44. *quæſt.* 5. *& lib.* 6. *cap.* 22. *quæſt.* 3. Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 84. *cum ſeqq.* referentem *num.* 86. Sacram Congregationem cenſuiſſe, Vicarium mandatum limitatum non habentem, inſtituere poſſe. *Et part.* 8. *cap.* 4. *num.* 50. dicentem, ita Sacram Rotam tenuiſſe. Allegat etiam Barboſa communem Doctorum ſententiam. Illumque, & illam ſequitur Pax Jordanus *d. tom.* 2. *tit.* 7. *num.* 411. quamvis ſecùs ſit (addit) de beneficiis liberæ collationis, de quibus diſponere nequit ſine mandato (ſcilicet ſpeciali) ut dictum fuit ſæpiùs aliàs, & fatentur omnes: caveturque *in d. cap. finali, de Officio Vicarii, in* 6.

89. Capitulum Sede Epiſcopali vacante, quamvis conferre non poſſet beneficia, quæ ad collationem ſpectant Epiſcopi, uti docet Barboſa *allegat.* 72. *num.* 182. cum Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 1. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell.* § 4. *proœmii, num.* 35. *& gloſſa* 9. § 1. *num.* 77. Filliucio *tract.* 41. *de Benefic. cap.* 2. *num.* 42. Quaranta *in Sum. Bullarii, verbo Sede vacante, verſ. Nonò quaro, pag.* 137. Piaſeg. *in Praxi nova Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 16. *in fine*, & pluribus aliis apud Garciam *de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 51. Poteſt tamen præſentatos à Patronis admittere, atque inſtituere. Idem Barboſa *num.* 183. *ex cap.* 1. *de Inſtitut. lib.* 6. Calder. *conſ.* 3. *de Iurepatronatus*, Rebuffus *in Praxi, tit. Forma Vicariatus, num.* 132. Azorius *d. cap.* 38. *quæſt.* 2. Quaranta *verſic. Quæ concluſio, pag.* 138. *d. loco.* Garcia *d. cap.* 7. *num.* 54. Vivianus *dicto lib.* 12. *cap.* 2. *num.* 6. Fillucius *d. cap.* 2. *num.* 4. Pax Jordanus *d. tit.* 7. *num.* 412. qui extendit concluſionem ad Vicarium Capituli Sedis vacantis.

90. Abbates, & alii Prælati inſtituere etiam poſſunt præſentatos à Patronis, alii ex privilegio, alii ex præſcriptione, alii ex voluntate fundatoris, ſi in limine fundationis, de conſenſu Epiſcopi expreſsè cautum ſit. Ita Pax Jordanus *d. tit.* 7. *n.* 413. Barboſa *allegat.* 72. *n.* 184. cum Mario Anton. *variar. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 9. *n.* 11. *reſol.* 12. *&* 47. *n.* 6.

Lambertino

Lambertino *de Iurepatr. lib. 2. part. 3. quæſt. 1. principali, art. 10.* Cardinali *in cap. Cùm veniſſent, de Inſtitutionibus, & ex cap. 2. & 3. cod. tit. Clementina 1. de Exceſſibus Prælatorum*, ubi Gloſſa, & Cardin. *in 6. oppoſit.* Abbate & Felino *in cap. Auditis, num. 8. de Præſcriptionibus.* Barboſa *cod. tract. 1. part. 1. quæſt. 11. num. 6.*

91. Religioſis in Eccleſiis, quæ pleno jure eis ſubjiciuntur, inſtitutio pertinet. Ita Barboſa *allegat. 72. n. 188.* per textum *in Clementina 1. verſic. Quidam præterea, & verſic. Quidam etiam, de exceſſibus Prælator.* Roch. *de Iurepatronatus, verbo Competens, quæſt. ult.* Vivianus *part. 2. lib. 12. cap. 3. num. 14.* Eraſmus à Chokier *de juriſdictione Ordinarii in exemptos, tom. 1. part. 4. quæſt. 80.* dicens: Juſpatronatus, ſi ad exemptos perveniat, ad quem ſpectabit inſtitutio? Dico paucis, jus inſtituendi ſpectare v. g. ad Abbatem exemptum in Eccleſiis ſibi pleno jure ſubjectis, *cap. in Lateranenſi, ubi Abbas, de Præbendis.* In Eccleſiis verò, quæ pleno jure ad illos non pertinent, inſtitutio, & deſtitutio ad eos non ſpectat, ſed Presbyteri ab illis præſentati, ab Epiſcopo ſunt inſtituendi. Barboſa ibidem, *ex d. cap. In Lateranenſi 31. & cap. de Monachis 12. de Præbend. cap. Cùm & plantare, §. In Eccleſiis, el 3. de Privilegiis.* Vide quæ dixi *ſuprà, quæſt. 2. n. 179. & 198.*

92. Et nota, quoad præſens, illas Eccleſias pleno jure Religioſis ſubjici, quæ ad illos pertinent, tam quoad jura ſpiritualia, quàm quoad temporalia, per viam incorporationis: ad quod non requiritur, quod illi habeant in eiſdem, & in Parochos, & Parochianos juriſdictionem in foro externo, & contentioſo, ut dixi *in Quæſtion. Paſtoralib. part. 1. quæſt. 2. diviſ. 1. num. 47.* cum Flores de Mena, & Aloyſio Riccio, & illis, & me citatis, Sacra Rota *in Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia, 13. Martii 1669. coram Albergato, la 6. poſt mea commentaria, num. 5.* ibi: Quia ſtat ſimul, quod Abbas, cujus Monaſterio Parochialis unita eſt, ſit verus Parochus, qui vel per ſe ipſum, vel per Vicarium ad nutum amovibilem exercere valeat, & quod Epiſcopus, ubi reſidet dicta cura, ſuam exerceat juriſdictionem. *Et infrà:* Et quod ſe adinvicem compatiantur unio pleno jure reſpectu Abbatis, & juriſdictio ordinaria reſpectu Epiſcopi, in individuo firmarunt Rebuffus *in Praxi, part. 1. tit. de Unione benefic. gloſſa 11. num. 3.* Riccius *in Praxi, reſol. 293. num. 4. verſic. Quarta concluſio, tom. 1.* Barboſa *in prædallegato cap. De Monachis, num. 4. poſt medium, de Præbend. & dignitat.* Flores de Mena *ead. quæſt. 10. num. 25.* & noviſſimè tenuit Rota. Idem Murga * *Quæſtion. Paſtoral. part. 1. quæſt. 2. diviſ. 1. num. 47.* Tondutus *reſolut. beneficial. part. 2. cap. 85. num. 12. &c.*

Sunt tamen aliquæ Eccleſiæ, quæ 93. non pleno jure pertinent ad Religioſos, ſed ſolùm quoad temporalia: & in his Religioſi, aut eorum Prælatus, non inſtituit, nedum inſtitutione authorizabili; ſed nec tituli collatoria, de qua nunc agitur; ſed utraque inſtituit Epiſcopus. Et quidem de tituli collatoria procedunt dicta *num. 91.* & quæ tradit Barboſa *allegat. 72. num. 189.* dicens: Illud maximè adnotabis, quod in his Eccleſiis, quæ non pleno jure pertinent ad Religioſos, ſed habent Epiſcopi inſtitutionem, ponendi ſunt Vicarii perpetui, ut decidit *textus in cap. 1. de Capellis Monachor.* & *cap. de Monachis 12. de Præbendis.* In his verò, quæ pleno jure ad Religioſos ſpectant, poſſunt ipſi ponere Vicarios ad nutum ſuum removibiles, ut argum. *textus in d. Clement. 1.* notavit ibi Gloſſa *verbo Ad menſam, de Exceſſib. Prælator.* & Gloſſ. *verbo Haberent, in Clement. 1. de Reſcript.* & Gloſſa *verbo De menſa, in Clement. 1. de Supplenda neglig. Prælator.* reddentes rationem, quia in hujuſmodi beneficiis inſtitutioni locus non eſt, ſed principalis titulus eſt penes ipſum Monaſterium, ſeu Collegium, cui unita ſunt, & propterea nunquam vacare dicuntur: quare Gloſſarum doctrinam ſequuntur alii communiter ibi, ut per Imolam *num. 16. in d. Clement. 1. de exceſſib. Prælator.* Rebuffus *in Praxi, tit. de Vicariis perpetuis, num. 7.* & *in cap. Extirpandæ, §. Quia verò, à num. 59. de Præbendis, & de congrua portione, n. 32.* Hojeda *de incompatibilitate benefic. part. 1. cap. 15. num. 3.* Gonzalez

ad Regul. 8. Cancellar. gloſſa 5. §. 3. num. 11. & 14. Nicol. Garcia *de benefic. part. 11. cap. 2. à num. 3.* latè Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 10. à num. 13.* qui varios caſus percurrens, eleganter univerſam materiam reſolvit. Hactenus Barboſa.

94. Addo Sacram Rotam *coram Card. Seraph. deciſ. 1304. la 13. poſt meas Quæſt. Paſtorales, in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, coram Bevilaqua, la 2. poſt mea Commentaria*, ſignanter *num. 1. & 3. & in eadem coram Ninot, la 3. num. 1.* me, & aliis citatis: *in eadem etiam coram Otalora, la 5. me iterum citato, numero 6. 20. & 23.* & rurſus *in eadem coram Albergato, la 6. maximè num. 2. & 4. & in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, coram Veroſpio, la 12. num. 2. & in eadem coram Cerro, la 16. num. 2.* & rurſus *in eadem coram eodem, la 17. num. 5. & ſeqq.* In quibus Deciſionibus aliæ multæ, & quamplurimi etiam allegantur Doctores, firmantes doctrinam modò à Barboſa redditam.

95. Quod ſi inquiras, in caſu, quo Ordinarius, vel alius ad quem ſpectat facultas inſtituendi præſentatum à Patrono, illum admittere expreſsè recuſet, quid faciendum eſt, & quo utendum remedio? Reſpondeo, remedio appellationis ad Superiorem recuſantis utendum eſſe, ut illum compellat ad inſtituendum præſentatum, vel ipſe negligentiam ſuppleat hujuſmodi inferioris inſtituere recuſantis. Sic docet Pax Jordanus *tom. 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 7. num. 414. pag. 263.* Allegat Rochum de Curte *de Iurepatronatus, verbo Pro eo quod, &c. quæſt. 5. num. 12. part. 1.* Franciſcum Marcum *deciſ. 491.* incipit, *Quæritur quando, num. 4. part. 1.* Campan. *rubrica 11. cap. 13. num. 475.* Joannem Nicolaum Delphin. *de Iurepatronatus, q. 35. num. 218.* Qui certè recurſus, & appellatio fieri debet ad immediatum Superiorem negligentis inſtituere, uti notat Pax: tunc recurrendum eſt (inquit) ad proximum Superiorem. Quia ut ipſemet docet *tom. 3. de Re judiciali, lib. 14. tit. 26. num. 461.* ex quo ego ipſe *tract. de Appellationibus, part. 1. q. 9. num. 344.* appellandum eſt ad Superiorem, non omiſſo medio. Sed hoc eſt verum de jure commini civili, non verò de canonico, ut ibi *n. 347.* dixi: quia juxta illud immediatè appellari poteſt ad Papam, Legatum, & ad alios Superiores, omiſſis intermediis.

Quod ſi iterum petas: Si Ordinarius in inſtituendo negligens, ſit exemptus à juriſdictione Epiſcopi Diœceſani, quales ſunt communiter Regulares, & ſignanter Benedictini Congregationum Caſſinenſis, & Valliſoletanæ, in Conſtitutionis Eugenianæ vim, ad quem appellari poterit à negligentia Abbatis, ſeu Præſidentis recuſantis inſtituere præſentatum à Patrono, ad Epiſcopum, an verò ad Generalem, aut ad alium Abbatis, aut Præſidentis Superiorem? Reſpondeo ad Epiſcopum appellari non poſſe, ſed recurri debere ad Generalem, aut ad alium Regularem negligentis Superiorem. Reſolutio noſtra veriſſima eſt. Illa latè firmata eſt à me ipſo *poſt Commentaria in Addit. ad deciſ. 10. num 3. cum ſeqq. decem*, ad quem locum Lectores meos remitto. Veriſſima itaque reſolutio eſt, & manifeſtè apparebit ex recenſione Conſtitutionis, *Etſi ex debito*, edita ab Eugenio Papa Quarto Florentiæ, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo & triceſimo quarto, ſeptimo Kalendas Martii, & quarto ſui Pontificatus anno, quæ adeſt authentica *in Bullario Congregationis Valliſoletanæ, la 6. à fol. 15.* & à S. Rota Canonizata *in Ferrarienſi Decimarum, 8. Aprilis 1658. & in Bononienſi exemptionis, 25. Maii 1618. coram Veroſpio, las 21. & 22. poſt mea Commentaria.* Pro mea reſolutione expreſsè eſt Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 54. num. 14.* quem recenſui *in Paſtoralibus, p. 2. quæſt. 2. §. 7. num. 17.* 96.

Dicta autem Eugenii Quarti Conſtitutio, ſic diſponit: *Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Etſi ex debito miniſterii Paſtoralis, quibuſlibet perſonis Regularem vitam profeſſis, non deceat eſſe in ſuis opportunitatibus, & commodis favorabiles, & benignos: Congregationem tamen Monachorum de Obſervantia Sanctæ Iuſtinæ Paduanenſis, Ordinis Sancti Benedicti, ob laudabilis vitæ merita, & virtutum incrementa, tanquam novellam plantationem à nonnullis annis citra, in præfato Ordidine renaſcentem, ad cujus incrementum, & bonum regimen, etiam dum in minoribus conſtituti eramus, impendimus opem,* 97.

& operam efficacem, eò nunc ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumpti, propenſiori charitate complectimur, quo pretioſiores, ac veriores fructus per eorum labores, & operam diligenter conſpicimus in populum Domini provenire. Cupientes igitur, ut Monachi ipſi, eo quietiori animo valeant reddere Altiſſimo vota ſua, ac pro ſalute fidelium exorare, quo fuerint amplioribus per Sedem Apoſtolicam privilegiis, indulgentiis, & gratiis communiti: Motu proprio, non ad ipſorum Monachorum, aut alicujus alterius ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, dilectos filios, Congregationem præfatam, ejuſque Præſidentem, Viſitatores, Abbates, Priores, Rectores, Monachos, Converſos, Commiſſos, Novitios, & perſonas, ac eorum Capellanos, qui pro tempore fuerint, etiam Curam habentes animarum: necnon familiares, & ſervitores ipſorum, qui nunc ſunt in præfata Congregatione, & in futurum pro tempore erunt, ac etiam Monaſteria, Prioratus & loca, quæ nunc ſunt, vel in poſterum Congregationi prædictæ quandocumque uniri, vel incorporari, ſeu ſubjici, vel aggregari contigerit, necnon omnia, & ſingula dictorum Monaſteriorum, Prioratuum, & locorum, ut præmittitur, præſentium, & futurorum, Eccleſias, Capellas, etiamſi ipſis cura animarum immineat, Oratoria manualia, membra, caſtra, fortalitia, ædificia, villas, grangias, vineas, oliveta, hortos, ſylvas, nemora, prata, paſcua, piſcationes, molendina, aquas, aquarum decurſus, jura, juriſdictiones, prædia, poſſeſſiones quaſlibet, & bona quæcumque, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt dicta Congregationis, & quæ omnia, & ſingula per eorum vocabula, fines, valores, quantitates, qualitates, hic haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, à quorumcunque Legatorum, Delegatorum, & Subdelegatorum, necnon Nuntiorum Apoſtolicæ Sedis, atque Vicariorum, Rectorum, & quorumvis Officialium Romanæ Eccleſiæ, ac etiam Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Electorum, Adminiſtratorum, & aliorum quorumcumque Judicum Ordinariorum, quovis nomine, & poteſtate fungantur, locorum Ordinariorum ditione, authoritate, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, & correctione: ita quod in dictam Congregationem, vel ejus ſingulares perſonas, ſeu benefactores, occaſione beneficiorum eiſdem collatorum ab eis, aut quia ſubditi eorum cum hujuſmodi Monachis converſentur, ſeu ab eis recipant abſolutionis beneficium, & Euchariſtiæ Sacramentum, necnon in Monaſteria, Prioratus, loca, & perſonas in eiſdem degentes, ratione delicti, exceſſus, ſeu contractus, aut rei, de qua agitur, ubicumque iniatur contractus, ſeu delictum committatur, aut res ipſa conſiſtat: Excommunicationis, Suſpenſionis, & Interdicti, aut quaſvis ſententias, niſi de ſpeciali commiſſione Sedis Apoſtolicæ, ac de indulto hujuſmodi, ac Congregatione præfata mentionem expreſſam faciente, quomodolibet, directè, vel indirectè, ferre, ſeu promulgare non poſſint: decernentes ex nunc, quidquid in contrarium actum fuerit, irritum, & inane, nulliuſque roboris, vel momenti, de ſpecialis dono gratiæ, & plenitudine poteſtatis, tenore præſentium prorſus eximimus, ac totaliter liberamus: illaque omnia, & ipſorum quodlibet, in jus, & proprietatem Beati Petri, & Sedis ejuſdem, ac ſub eorum protectione ſpecialiter ſuſcipimus, & noſtra, retento nobis, & Eccleſiæ Romanæ annuo cenſu in feſto Beatorum Petri, & Pauli, annis ſingulis nobis, & Cameræ Apoſtolicæ perſolvendo auri unciæ unius, in ſignum perpetuæ libertatis, & exemptionis. Quod ſi hujuſmodi Legati, aut Ordinarii, ſeu perſonæ ſuprædictæ, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, non ſolùm facere, ſed attentare quomodolibet præſumpſerint, & requiſiti per ipſius Congregationis Prælatos, vel Monachos, ſeu per notificationem præſentis privilegii, ut deſiſtant, id facere neglexerint infrà tres, à die requiſitionis, ſive notitiæ, ut præfertur, eo caſu, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; & nihilominus, quod aliter actum, eo ipſo ſit irritum, & inane, & nullius efficaciæ, roboris, aut momenti.

Motu proprio.

Privilegium, quæ, & quos afficiat, & comprehendat.

A quorum eximat juriſdictione, & poteſtate.

Hactenus Eugenius Papa quoad dictam exemptionem: & infrà, quoad alias latè procedit. Quod autem Congregatio Benedictina, *vulgo de Eſpaña*, aliàs Valliſoletana, hac exemptione, ſicut omnibus, & ſingulis aliis privilegiis Congregationis præfatæ Sanctæ Juſtinæ, aliàs Caſſinenſis, gaudeat, jam ſuprà oſtendimus *q. 2. n. 361.* Cum igitur appellatio, & recurſus fieri debeat ad Superiorem Judicis, à quo appellatur, & Epiſcopus Superior nullo modo ſit Abbatum, aut Præſidentium Ordinis Sancti Benedicti; ſi iſti rejiciant præſentatos à

Patronis, recurſum non habent rejecti ad Epiſcopum, ſed appellare debent ad Generalem, ut ſupplere valeat negligentiam inferioris inſtitutoris: & ſi Epiſcopus inſtituat, ejus inſtitutio invalida erit, & nulla, ob decretum irritans, quo munita eſt præcedens Eugeniana Conſtitutio.

98. Nec valet, ſi quis dicat, Epiſcopum eſſe in poſſeſſione ſupplendi negligentiam Abbatum, inſtituendo ab iſtis rejectos. Quia etiamſi ſemel, aut fortè pluries Epiſcopus inſtituerit ab Abbatibus rejectos, contra prædictam exemptionem, non potuit poſſeſſionem acquirere, nec actum quidem facere poſſeſſorium in articulo ſummariiſſimo manutenibilem, ut probavimus *dicta quæſt.2.num.377.*

SCETIO II.

De Inſtitutione Authorizabili.

99. Nota. *De inſtitutione Authorizabili ad quem illa ſpectet.* Dicto jam, ad quem pertineat inſtituere inſtitutione, quæ collatoria tituli beneficii eſt, tam ſimplicis, quàm Curati: nunc agere ſequitur de eo, ad quem ſpectet inſtituere inſtitutione authorizabili, quæ ſolùm exercetur, & locum habet circa eos, qui curam habent animarum, ſive perpetuò, & nomine proprio, ut ſunt Curati habitu, & actu, qui abſolutè, & ſimpliciter curati dicuntur, & verè ſunt; & Vicarii perpetui, qui actu Curati ſunt, licèt non habitu; ſive circa eos, qui Curam amovibiliter exercent, & nomine alieno, illius ſcilicet, qui eſt verus, & proprius Eccleſiæ Curatus, & Parochus: circa hos enim omnes Cura authorizabilis exercetur, quia nemo abſque ea vel formali, vel virtuali, ſe ingerere poteſt in exercitio Curæ animarum ſæcularium, de qua *ſuprà*, *num.* 82. & *quæſt.2.n...*

100. Inſtitutio igitur Authorizabilis, quæ approbationem ſonat perſonæ jam ab alio deputatæ, ut dictum eſt *quæſt.2.num.* 181. 189. 200. & 206. ad Epiſcopum Diœceſanum pertinet, & ab eo eſt inabdicabilis, & nemini alteri competere poteſt, qui juriſdictionem Epiſcopalem in foro externo, & contentioſo non habeat in Clerum, & in populum. Ita Sacra Rota in Deciſionibus recenſitis *dicta quæſt.2.n.*181. 182. 183. & *n.*226. dixi ex Thoma Sanchez *in Opere Morali*, *lib.*7. *in Decalogum*, *cap.* 29. *num.*66. Auguſt. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 72. *num.* 184. dicens: Prælatis inferioribus jus inſtituendi poteſt competere ex cauſa ſpeciali, nempe ex privilegio, & præſcriptione, ſcilicet immemoriali... Non ita inſtitutio illa, quam authorizabilem vocant, juxta *textum in cap. Ex frequentibus*, *de inſtitutionib. & text. in cap.*1. *de Capellis Monachor. in* 6. ubi Doctores tenent, quod licèt agat de Eccleſiis, quæ pleno jure Religioſis ſubjiciuntur, & ideo inſtitutio collativa ad eos pertineat; non tamen traditio curæ in populum, qui eiſdem ſubjectus non eſt, ſive inſtitutio authorizabilis. Ita Joan. Andreas, Anton. & alii *in d.cap. Cùm ſatis*, Guido Papæ *in cap. Auditis*, *num.*1. *ad finem*, *de Præſcriptionib.* & alii, quos refert Felin. *ibi*, *num.* 8. Milis, & alii, de quibus Gilchen. *de Præſcript. part.*3. *cap.*10. *num.*10. Hæc Barboſa *d.n.*184. Sed in immediatè ſequenti 185. in ſequentia prorumpit.

101. Verius tamen eſt, etiam inſtitutionem prædictam authorizabilem præſcriptione acquiri poſſe, juxta principia in materia præſcriptionis; & quia nihil inconvenit, quod ſi Religioſi acquirunt Eccleſiam pleno jure quoad omnimodam juriſdictionem, poſſint etiam acquirere poteſtatem tradendi curam animarum: immò id clariſſimè videtur ſupponere textus *in Clement.* 1. *verſic. Quidam præterea*, *de Exceſſib. Prælator.* ut ibidem poſt Gloſſam notavit Cardinalis *in princ. oppoſit.* 6. & poſt Abbatem, & Felin. *in d. cap. Auditis*, *num.* 8. Balboa *de Præſcriptionib.* 1. *part.*5. *quæſt.* 11. *n.*6. Gilchen. *num.*10. *d. loco.* Nec obſtat textus *in d.cap.Cùm ſatis.* Variè enim intelligitur à Doctoribus. Alii interpretantur de conſuetudine, vel præſcriptione non completa: alii diſtinguunt inter præſcriptionem, & conſuetudinem, ut in hac procedat *d.cap. Cùm ſatis:* in illa *d. cap. Cùm olim:* alii in præſcriptione ſine titulo, & bona fide. Sed faciliùs, cum Innocentio, Dominico, Cardinali, Felino, Balboa, & Gilchen. *citatis locis*, poteſt reſponderi, ſolum prohibere Summum Pontificem *in d. cap. Cùm ſatis*, conſuetudinem, ſeu magis præſcriptio

ſcriptionem, per quam aliquis inferior intendit inſtituere in beneficiis nomine proprio; ita non, ſi præſcribat nomine, & vice Epiſcopi, aut tanquam ipſius Vicarius faciat inſtitutionem, ut deducitur ex littera ejuſdem textus, ibi: *ſine licentia, & mandato Epiſcopi*: quæ verba oſtendunt, quod ſi præſcripſerit, ut faciat tanquam de mandato Epiſcopi, non eſſe prohibitum, juncta vulgari regula, *quod omnia, quæ privilegio acquiri poſſunt, acquiruntur etiam præſcriptione, cap. Super quibuſdam, §. Præterea, de Verborum ſignificat.* cum ſimilibus; de quibus Gabriel *Communium tit. de Præſcriptionibus, concluſ.* 1. Hactenus Barboſa.

102. Et quidem ſi quis ex conſuetudine, vel præſcriptione habeat juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & populum, conſequenter habebit facultatem inſtituendi authorizabiliter: quod videtur docere Rota *in Pampilonenſi, 7. Iunii 1666. Iurium Parochialium de Mendavia, coram Otalora, la 4. poſt mea Commentaria*, ex Geminiano *in cap. unico de capellis Monachor. in 6. num.* 1. & 2. ubi, quod Inſtitutio authorizabilis (verba Deciſionis reddo) quoad regimen populi, eſt inabdicabilis ab Epiſcopo, nec poteſt competere inferioribus Prælatis ex conſuetudine, vel præſcriptione, niſi habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in Clerum, & populum. Reverendiſſimus Fagnanus *in cap. Eam te, n.* 3. & 4. *de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum*, Abbas *in cap. Cum & plantare, n.* 6. *de Privilegiis*, ibi: *Eccleſia pleno jure ſubjecta, ſed non populus, tunc Religioſi habent ibi inſtitutionem collatoriam tituli; ſed inſtitutio authorizabilis, quoad curam populi, ſpectat ad Epiſcopum.* Decius *ſub num.* 26. ibi: *Et notandum eſt, quod Eccleſia non videtur ſubjecta pleno jure, ſi Religioſi non habent inſtituere quoad curam populi, ſed ſolùm quoad titulum beneficii.* Hactenus Rota. Quod præſcribi poſſit, ait Vivianus *lib.* 12. *cap.* 5. *num.* 2.

103. Quod autem Juriſdictio conſuetudine acquiratur, docet Barboſa *in cap. Cùm contingat, num.* 4. *el* 3. *de Foro competente*, dicens: Notatur ad hoc, quod conſuetudine acquiritur juriſdictio, ut per Rochum *ad cap. finale, ſuprà de Conſuetudin. ſect.* 1. *num.* 25. Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *pag.* 67. *col.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinat. & in l.* 1. *gloſſ.* 4. *in princ. tit.* 1. *lib.* 3. *pag.* 465. & *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *pag.* 528. *col.* 2. & *l.* 6. *gloſſ.* 3. *tit.* 13. *lib.* 3. Palat. *in Repetit. cap. Per veſtras, de Donationibus inter virum, notabili* 2. §. 1. *n.* 27. Natta *conſil.* 294. *n.* 1. *lib.* 2. Rebuffus *ad leges Galliæ, tom.* 3. *tit. de Conſuetudine, in præfat. num.* 79. Tiberius Decianus *conſ.* 35. *num.* 45. *tom.* 5. Petrus Gregorius *in cap. Conquerente, de Offic. Ordinarii, cap.* 11. *num.* 14. Menochius *conſ.* 302. *num.* 45. Lancellottus *de Attentatis, part.* 2. *cap.* 12. *limitat.* 48. *num.* 4. Surdus *conſ.* 465. *num.* 4. & 5. *volum.* 4. Paulus Comitol *Reſponſor. Moral lib.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 1. *ad fin.* Fachineus *conſ.* 98. *num.* 4. *lib.* 1. Et etiam præſcriptione acquiritur juriſdictio. Idem Barboſa *in cap. Irrefragabili, num.* 6. *el* 13. *de Officio Iudicis Ordinarii, verbo Qui conſueverunt, &c.* dicens: Notatur ad hoc, quod juriſdictio præſcriptione acquiritur. Covarruvias *in Regulam Poſſeſſor, part.* 2. §. 3. *num.* 1.

104. Utrumque docet Joannes Machado *en el Perfetto Confeſſor, y Cura de Almas, tom.* 1. *lib.* 1. *part.* 2. *tratado* 1. *de la Iuriſdicion, documento* 7. in quo ſic ait: Con ſer aſſi que el Derecho (*in cap. Si Epiſcopus, de Pœnitent. & remiſſionibus*) parece que impide, que en ſu fuero ſe pueda adquirir juriſdicion por coſtumbre, ò preſcripcion, es doctrina comunmente recibida, que ſe puede introducir, y adquirir por eſtos modos (teſte Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 45. *num.* 4.) no ſolamente la juriſdicion delegada, ſino tambien la ordinaria, como hemos viſto en la juriſdicion, que qualquiera ſimple Sacerdote goza para abſolver en el articulo de la muerte de qualeſquiera pecados, y caſos reſervados, la qual, aunque como ya hemos dicho, proviene de Derecho. Graves Doctores (apud Baſſæum *verbo Confeſſarius* 2. *num.* 13. qui plures refert, & ſequitur) affirman, que antes fue ella introducida por coſtumbre, y deſpues eſtablecida por los Sagrados Canones (*in cap. De cætero, cap. Ea noſcitur, de Sententia excom.*) Y tambien la juriſdicion, que qualquiera ſimple Sacerdote goza para abſolver de los pecados mortales ya confeſſados, y de los veniales, en la forma dicha (*ſuprà, part.* 1. *tract.* 1. *docum.* 3.) comun

mente

mente affirman los Doctores (Vazq. *de Pœnit. quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 4 *num.* 4. Reginaldus, Suarez, & alii, apud Baſſæum *ubi ſuprà, num.* 4.) haverla introducido la coſtumbre, porque no ay Derecho, que la conceda. Et inferiùs ait: Finalmente ſe ha de obſervar por regla general, y principio de Derecho (*ex cap. Cum contingat, de Foro competenti, cap.* 1. §. *Nec ſuffraganeorum, eod. in* 6.) enſeñado por los Doctores comunmente en eſta materia (vide Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9. *difficult.* 45. *num.* 4. *& tract.* 16. *diffic.* 5. *num.* 9.) que donde quiera, y en favor de qualquiera perſona que ſe allare, que el tiempo, por coſtumbre, ò preſcripcion legitima huviere introducido, y obſervado juriſdicion ordinaria, ò delegada en el fuero interior, ò exterior, eſta ſe debe obſervar, como ſi la miſma ley la huvieſſe introducido. Hæc omnia Doctor Machad.

105. Ex quibus, & ex dictis numeris præcedentibus, bene, & ad ſatietatem probatur, quod Abbas, & quilibet Prælatus inferior, qui juriſdictionem in Clerum, & populum contentioſam, & in foro externo habeat, ſive acquiſita illa ſit per privilegium, ſive per conſuetudinem, aut præſcriptionem, poſſit inſtituere authorizabiliter eos, quibus cura populi quomodolibet commiſſa fuerit, perpetuò, vel ad tempus, nomine proprio inſtitutorum, aut aliorum principalium Parochorum, quorum vices gerunt, conferendo eis approbationem, ut verbis Sacræ Rotæ utar, ex deciſionibus redditis *num.* 181. 189. 200. *&* 206. ſimul ac licentiam, ſeu commiſſionem, ut Stephan. Bauny *in Praxi Beneficior. diſp.* 2. *quæſt.* 1. exponens *cap. Cum ſatis, el* 4. *de Officio Archidiaconi*, ibi, *Sine mandato*; dicens, *verſic. Quod ſi inveſtitura*: Hoc dico modo, eſſe inſtitutionem præſentati per patronum ad beneficium, *approbationem*: patet ex titulo *capitis Cum ſatis*, 4. *de Officio Archidiacono*, ubi negatur habere eum inſtitutionem authorizabilem: hoc eſt, ut ibi Gregorius III. loquitur, *ſine licentia, & mandato Epiſcopi, curam non poſſit ulli committere animarum.* Et quidem titulus, & ſummarium dicto capiti præfixum, hujuſmodi eſt: *Archidiaconus ſine mandato Epiſcopi non committit curam animarum, id eſt non habet inſtitutionem authorizabilem.* Ex quo habemus, inſtitutionem authorizabilem continere commiſſionem, ſeu licentiam ad curam exercendam, ſimul cum approbatione perſonæ præſentatæ, per quam illa eſt exercenda.

SECTIO III.

De Inſtitutione Reali.

106. *Inſtitutio realis, ad quem ſpectet.*

INſtitutio denique realis, & actualis, ſeu inveſtitura, quæ inducit in poſſeſſionem realem, & actualem beneficii, quæ ob id realis dicitur, & actualis, ſeu inveſtitura ſecundùm juris Canonici præſcriptum, ad Archidiaconum regulariter pertinet, ut docent Gloſſa *in cap. Beneficium, in formatione caſus, paulò ante medium, el* 1. *de Regulis juris lib.* 6. dicens: Sed quæritur, ad quem pertineat inſtitutio? Reſpondet Gloſſa, quod de jure communi, pertinet ad Epiſcopum *in cap. conquerente, ſuprà de Officio Ordinarii, in antiquis.* Gloſſa opponit *cap. Ad hæc, ſupra de Officio Archidiaconi, in antiquis*, ubi inſtitutio pertinet ad Archidiaconum. Dicendum, quod triplex eſt inſtitutio. Quædam eſt tituli collativa. Alia eſt inſtitutio authorizabilis, quoad commiſſionem curæ animarum. *Alia eſt inſtitutio realis, & actualis, quæ vocatur inveſtitura, vel inductio in poſſeſſionem realem, & corporalem.* Duæ primæ pertinent ad Epiſcopum, *ſed tertia pertinet ad Archidiaconum: quia quando Epiſcopus inſtituit aliquem, debet mandare Archidiacono, ut illum inducat & ponat in poſſeſſionem corporalem.* Hactenus Gloſſa.

107. Stephanus Bauny in *Nova Beneficiorum Praxi*, in eadem fuit ſententia *diſput.* 2. *quæſt.* 1. dicens: Pertinere autem ad Archidiaconum inſtitutionem corporalem, hoc eſt beneficiarii, non cujuſlibet, ſed Epiſcoporum, & Abbatum inductionem in poſſeſſionem, ſicut ad Epiſcopum, ſpiritualem, utpote qui jus ad ea beneficia conferre valeant, illudque tollere, cum res exigit, eſt perſpicuum *ex cap. injuncto*, 12. *de Hæreticis.* Et licèt hic Author reſtringat officium Archidiaconi ad inductionem in poſſeſſionem

ſionem Epiſcopatuum, & Abbatiarum, immeritò, ni fallor, illud limitat; cùm Innocentius III. *in cap. Ad hæc, citato*, abſolutè dicat ex alia ſua conſtitutione, *quod inſtitutio corporalis, tam ſuper beneficiis, quàm etiam dignitatibus, ad ipſum debeat pertinere.* Cum autem jus non diſtinguat, nec Gloſſæ, nec Authores, Bauny diſtinguere non debebat.

108. Auguſt. Barboſa *ad dictum caput Ad hæc, verbo Quod inſtitutio corporalis, num. 6.* ita ait: Notatur ad hoc, quod ad Archidiaconi officium pertinet mittere in corporalem beneficiorum poſſeſſionem inſtitutos ab Epiſcopo, ut per Covarruv. *lib. 3. variar. cap. 16. num. 17. verſic. Tertius*, ubi advertit, quod quamvis *in cap. Licèt Epiſcopus, de Prabendis, lib. 6.* reſponſum ſit, ad Epiſcopum pertinere miſſionem in beneficiorum poſſeſſionem, illud poteſt intelligi, non quidem de ipſa miſſione in poſſeſſionem corporalem, ſed de ſententia aut decreto, quo Epiſcopus pronunciat inſtitutum in poſſeſſionem mittendum fore, ſeu de ipſa corporalis poſſeſſionis traditione. Vel poteſt intelligi, ut procedat de conſuetudine, ſecundùm quam hodie ad Epiſcopum, non verò Archidiaconum ſpectat corporalis poſſeſſionis traditio, ut refert Flaminius *de Reſignat. lib. 10. quæſt. 6. num. 32.* Hæc Barboſa. Sed prior intelligentia, potior, & verior videtur, cùm conſuetudo, in qua fundatur ſecunda, in his non appareat partibus. Idem Barboſa *de Poteſtate Epiſc. allegat. 72. num. 173.* ſic de hac loquitur inſtitutione. Accipitur etiam inſtitutio pro inveſtitura, ſeu miſſione in corporalem beneficii poſſeſſionem, quæ jure communi ad Archidiaconum ſpectare dicitur. Textus *in c. Ad hæc, & in cap. Vt noſtrum, de Offic. Archidiac.* notat Gloſſa *in cap. Authoritate, de inſtitutionib.* cujus meminit Tiraquellus *in tract. de morte, in Præfat. declarat. 1. num. 5.* Petr. Gregor. (*ſyntag. Iuris part. 17. cap. 4.*) *d. num. 23.*

109. Noſter Nicolaus Tudeſchus, Abbas Panormitanus, *in dictum caput Ad hæc, poſt initium*, officia Archidiaconi recenſendo, in decimo loco enumerat præſens, de inſtitutione reali, per hæc verba: Decimò ad eum ſpectat inſtitutio, quæ ſumitur pro tranſlatione poſſeſſionis corporalis; quod nota, & non ſolùm in beneficiis, ſed etiam in dignitatibus. Et *infrà, in n. 2.* dicit: Quæro, an Archidiaconus inſtituat in aliquo beneficio, & an in quolibet beneficio? Dic quod ſic, ſi collatio ſpectet ad Epiſcopum: in aliis autem, quæ ſpectant ad alium, quoad collationem, vel confirmationem, minimè, ſecundùm Innocentium. Hoſtienſis remittit *ſuprà, cap. Cum ſatis*, & Archidiacono non placet gloſſa Innocentii, quia textus hic, *& infrà cap. 1.* generaliter loquitur.

110. Antonius Graña *tom. 2. in 3. librum Decretalium, ad textum in cap. Ex frequentibus, el 3. & ad cap. Cum veniſſent, el 6. de Inſtitutionibus*, ubi præjacta *num. 1* hac concluſione: *Ad Epiſcopum tantùm, non verò ad eius Vicarium Geralem ſpectat inſtitutio, ſeu collatio omnium beficiorum in ſua Diœceſi vacantium:* & in ſequentibus, propoſitis contra illam duabus objectionibus, ſic tertiam proponit, & ſolvit *num. 5.* Tertiò (inquit,) prædictis obſtat textus *in cap. Vt noſtrum 9. de Officio Archidiaconi*, ubi conſtat ad Archidiaconum de jure communi, ex propria officii ratione, beneficiorum inſtitutiones competere: ergo omnia hucuſque reſoluta minimè ſuſtineri poterunt. Quidem dubium dilues adhibita diſtinctione, ſi dixeris diſcrimen verſari inter inſtitutionem realem, quam corporalem poſſeſſionem appellamus; & inter ſpiritualem beneficii collationem: nam collatio illa in facto, hæc tamen propriè in jure conſiſtit: & illa ad Archidiaconum ſpectat, de qua loquitur textus *in d. cap. Vt noſtrum*; hæc tantum ad Epiſcopum pertinet, ut conſtat ex juribus ſuprà adductis. Quæ quidem interpretatio ex eò deducitur; ſiquidem *in d. cap. Vt noſtrum*, poſt canonicam juris inſtitutionem, Archidiaconus Clericum intromittit in corporalem beneficii poſſeſſionem, juxta textum *in cap. Ad hæc, verſic. in quadam, cap. Si noſtrum, de Officio Archidiac. cap. Perlectis, §. Archidiaconus*, cum aliis, *25. diſtinct.* Abbas *in cap. Cùm ſatis 4. de Offic. Archidiac. num. 4.* Anaſtaſius Germonius *de indultis Cardinalium, §. Necnon, num. 6.* Hactenus Doctor

Graña. Ita etiam Vivianus tenet *de Iurepatr. part.2. lib. 13. cap. 1. num. 1.* ex præcitatis capitibus *Ad hæc*, & *Ut noſtrum*, & ex Gloſſa *in cap. Authoritate, de Inſtitutionibus*, & ego ipſe *in Quæſt. Paſtoral. part. 1. quæſt. 3. §. 1. num. 10.*

111. Dicta procedere ſcias de jure communi Canonico, ut ex juribus apparet allegatis; ex privilegio autem, & ex conſuetudine aliis, quàm Archiacono competere poteſt inſtitutio realis, & actualis: quod firmat Steph. Bauny *in Praxi Benefic. diſp. 2. quæſt. 1.* dicens: Quod ſi inveſtitura, hoc eſt, in poſſeſſionem miſſio, Decano nonnunquam tribuitur, ut *in cap. Poſt Electionem 7. de Conceſſione præbendæ*, fit hoc ex privilegio, & non communi jure. Olim Epiſcopatuum, & Abbatiarum inveſtituram, hoc eſt electionis de ſe factæ confirmationem Epiſcopi, & Abbates per annulum, & virgam, non niſi per manum Regis capiebant.

112 Aſcanius Tamburinus *tom. 4. de Iure Abbatiſſarum, diſp. 32. quæſt. 12. num. 1.* hanc inſtitutionem realem Abbatiſſis tribuit, ſicut tituli collatoriam, etſi authorizabilem neget. Ita enim ibi ait: Si Monaſteria Monialium habeant beneficium curatum unitum, Abbatiſſa poteſt de conſenſu Capituli Clericos inſtituere, & Beneficia, ac Capellas conferre ad inſtar aliorum Prælatorum. Et in dictis beneficiis *inſtituit ea inſtitutione, quæ dat poſſeſſionem*, & titulum; non autem inſtitutione authorizabili, per quam datur poteſtas exercendi curam animarum. Eadem repetit *num. 2.* ubi rationem pro exceptione tradit hanc: *Cum talis juriſdictio non cadat in fœminas.*

113. Concludo dicendo, quod in hac Pampilonenſi Diœceſi, conſuetudo & uſus univerſalis obtinuit, ut abſque omni Archidiaconi dependentia, & interventione, poſſeſſionem actualem, ac realem, propria ex authoritate apprehendant, coram Notario Apoſtolico, aut Ordinario, aut Scriba Regio, & teſtibus, qui ad quodlibet Beneficium Curatum, aut ſimplex fuerint promoti, ſive per collationem liberam, ſive per inſtitutionem Canonicam factam per Patronos præſentatis, ſiue etiam ad exercitium curæ animarum aſſumptis, per ſimplicem nominationem eorum ad quos nominatio pertinet ipſa, & per approbationem, licentiam, ſeu commiſſionem Ordinarii, aliàs inſtitutionem authorizabilem dictam, & abſque ullo alio decreto, actuve publico, quàm titulo beneficii collati per Epiſcopum, Abbatem, aut per alium Prælatum inferiorem, aut alio quàm inſtitutionem authorizabilem pro exercitio curæ continente.

ARTICULUS II.

De modo acquirendi Beneficium per Electionem, & Superioris Confirmationem.

SUppono pro tituli intelligentia, Electionem ſumi aliquando propriè, & ſtrictè; aliquando verò impropriè, & in lata ſignificatione. In prima acceptione ſumitur electio pro aſſumptione perſonæ ad Paſtorem, & ad Sponſum Eccleſiæ Paſtore deſtitutæ. In ſecunda autem accipitur pro aſſumptione ad Canonicatum, dignitatem, aut ad beneficium. Ita Caſtrus Palaus *in Summa Morali, part. 2. tractat. 13. diſp. 2. punct. 11.* ubi ita fatur: Electio, ſi propriè ſumatur, ſolùm eſt de Eccleſia Paſtore deſtituta, ut ſatis colligitur *ex cap. Quia propter, de Electione*, ibi: *Eccleſiis viduatis.* Eccleſia autem viduata non eſt, niſi ſuo Sponſo, hoc eſt Paſtore, fuerit orbata. Quapropter electio ad aliquem Canonicatum, vel dignitatem alicujus Eccleſiæ Collegiatæ, vel Cathedralis, etiamſi communibus Canonicorum ſuffragiis fiat, non eſt propria electio, de qua *in cap. Quia propter, de Electione.* Neque opus eſt formam ibi præſcriptam ad unguem ſervari, niſi fortè talis Canonicus, vel Dignitas ſimul ſit Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ Paſtor. Hæc præfatus Author. Quem ego ipſe ſecutus fui *in Commentariis ad Conſtitut. 6. num. 570. & 744.* & Vincent. Filliucium *de Statu Clericorum, tractatu 41 cap. 3. num. 1.* ac etiam Eligium Baſſæum, qui *verbo Beneficium 2. num. 4.* quæ ſequuntur profert. 114.

Electio, eſt alicujus perſonæ, ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam, canonicè facta vocatio: non fit, niſi de Eccleſia vacante, & Dignitas, & Canonicatus, quæ conferunt communi- 115.

bus

bus Clericorum ſuffragiis, non dicuntur conferri per electionem : & beneficia electiva ea tantùm dicuntur, quæ per dictam electionem conferri debent : & habent tantùm locum in his, qui Paſtores Eccleſiarum ſunt, vel Monaſteriorum, habentes in illo Monaſterio, ſeu Eccleſia ſupremam juriſdictionem. Ita ibi, ubi allegat Hoſtienſem *in Summa de Electione*, Azorium *inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 14. quæſt. 2. & 4.* Leſſium *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. dub... num. 13.* & Filliucium *ubi proximè.*

116. Similia docet Azorius *dicta quæſt. 2.* ait enim : Secundò quæritur, quid ſit electio ? Reſpondet Hoſtienſis *in Summa, tit. de Electione*, eſſe *idoneæ perſonæ ad Eccleſiam ſuo Præpoſito viduatam, juris formâ ſervatâ, ritè, & legitimè factam optionem.* Alii verò concinniùs : *Electio eſt alicujus hominis ad Eccleſiam Paſtore deſtitutam, canonicè facta vocatio.* Neque enim electio fieri poteſt, niſi Eccleſia ſuo Paſtore vacante : nam *in cap. Quia propter, de Electione*, dicitur : *Eccleſiis viduatis.* Eccleſia autem viduata non eſt, niſi ſui Paſtoris, hoc eſt Sponſi, obitu deſtituta. Quare licet Canonicatus, Dignitas, vel aliud Beneficium inferius, communibus Clericorum ſuffragiis alicubi conferri ſoleat, per electionem tamen conferri non dicitur, niſi beneficium ſit tale, ut beneficiarius ſit ipſius Eccleſiæ Sponſus, qui ipſi Eccleſiæ præſit. Gloſſa *ibidem*, & *in cap. Sicut, de Electione, in 6.* Hactenus Azorius, qui *quæſt. 5.* ſic etiam ait, videlicet :

117. Quintò quæritur, quæ beneficia jure communi electiva dicantur ? Reſpondeo generatim ea ſic appellari, quæ conferri debent per electionem. Eliguntur verò, qui præficiuntur Eccleſiis viduatis. Viduatæ porrò Eccleſiæ dicuntur, quæ vacant Paſtoris, & Sponſi morte : is autem eſt Paſtor, caput, & ſponſus Eccleſiæ, qui Eccleſiæ, ſive Collegio Clericorum, aut Monachorum præeſt, ſupremam in eo juriſdictionem habens. Tales ſunt Patriarchatus, Primatus, Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Archimandritiæ, Cœnobiarchiæ, Abbatiæ, & Prioratus Conventuales, qui generalem in omnes Clericos, vel Monachos juriſdictionem habent in Eccleſiis Patriarchalibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Collegialibus, Conventualibus, Sæcularibus, vel Regularibus. Cæteræ Dignitates generali juriſdictione, & poteſtate non præditæ, electivæ minimè cenſentur; quales habent Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri, Præcentores, ſeu Cantores, Theſaurarii, Scholaſtici : quæ quidem Dignitates concedi non debent per electionem ſtrictè, & preſsè ſumptam, juxta formulam præſcriptam *in cap. Quia propter, de Electione*, quamvis conferri aliquando, & alicubi ſoleant communibus ſuffragiis Canonicorum, ſicut etiam aliqui Canonicatus à Collegio communiter conferuntur. Hucuſque Pater Azorius, qui *in dicto cap. 14.* plura pertractat ad electionem propriè, & ſtrictè ſumptam pertinentia.

Ex dictis colligo differentiam, quæ 118.
intercedit inter electionem propriè ſumptam, de qua *in d. cap. Quia propter, el 42. de Electione*, & confirmationem Superioris, quæ ad eam ſequitur, & utraque exercetur circa novum Paſtorem, & Sponſum Eccleſiæ viduatæ ; & inter electionem aliam quamcunque de perſona, quæ aſſumitur ad quamlibet aliam dignitatem, vel beneficium, & ejus confirmationem : quòd in illa omninò, & ad unguem ſervari debeat forma præſcripta *in d. cap. Quia propter*, ea quòd ſubſtantialis illa eſt, Barboſa *in votis deciſivis, tom. 1. voto 47. n. 151.* ſecus in iſta, niſi fortè fuerit per Sedem Apoſtolicam confirmata, data ſpeciali forma. Unde idem Barboſa *in d. cap. Quia propter*, ſic *à num. 6.* dixit : Et quod forma hujus capitis habeat non ſolùm locum in electionibus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiarum Collegiatarum, qui habent juriſdictionem generalem in dictis Eccleſiis Collegiatis, ſed etiam in electione Regularium Prælatorum, dicit Gloſſa 1. *hîc*, ubi Abbas *num. 7. verſic. Circa, & num. 8. verſic. & placet.* Rota *deciſ. 5. in princip. de Electione, in novis.* Franc. Marc. *deciſ. 992.* Ludovic. Miranda *in Man. tom. 2. q. 23. art. 3. concluſ. 1.* Rota *coram Reverendiſſimo D. Coccino, in Metenſi Monaſterii, verſic. Quod autem.* Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. diſp. 5. q. 5.*

num. 1. Lavorius *Variarum lucubrat. tit.* 4. *cap.* 19. *num.* 4. ubi *n.* 8. ſubdit, non licere Provincialibus, ſeu Diffinitoribus diſcedere à forma hujus *cap.* in electionibus Priorum, Guardianotum, & ſimilium, de quo latè Sigiſmundus à Bononia *de electione*, *dub.* 7. Concilium enim Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 6. non derogat diſpenſationi hujus textus, ut per Fr. Emmanuelem *in Summa*, *cap.* 1. *aliàs* 102. *num.* 2. & 3. *de Elect.* Rota *in d. Trevirenſi Abbatiæ*, *verſ. Neque etiam*; ſed adhuc in ſuo robore perſeverat: Praxis Epiſcopal. *part.* 1. *verbo Abbatiſſa*, *verſic. Ad textum*, Azor. *Inſtitut. Moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 10. *quæſt.* 2. Caſtellinus *de Elect. cap.* 1. *n.* 1. & refertur in illa *Menen. Monaſterii*, *in fine*. In electionibus verò aliorum beneficiorum, ſeu Prælatorum inferiorum, non eſt neceſſariò ſervanda hujus textus diſpoſitio, ſed ſufficiunt ad id ſingulares conſenſus exiſtentium in Capitulo, dummodo præſtetur in communi, & omnibus collegialiter congregatis: nam ſic electus ſimpliciter à majori, & ſaniori parte, jus habebit in electione, ut per Sylveſtrum *verbo Electio* 2. *q.* 1. Ludovic. Miranda *d. quæſt.* 23. *art.* 3. *concluſ.* 2. ubi *art.* 4. *concl. unica*, dicit etiam formam hujus textus, non habere locum, nec neceſſariò ſervandam eſſe in poſtulatione, & collatione. Unde in electione Definitorum, Diſcretorum, & hujuſmodi, non eſſe attendendam formam hujus capitis, dicit Lavorius *d. cap.* 19. *num.* 7. nec in electione inferiorum dignitatum in Collegiatis exiſtentium, reſolvunt Abbas *in cap. Eccleſia veſtra*, *num.* 7. & ibi Imola *num.* 7. *hoc tit.* Franc. Marc. *deciſ.* 922. *num.* 3. *lib.* 1. Rota *in Leodienſi Decanatus*, 15. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. meo Pirovano*; quia Eccleſia non viduatur per inferiores, ſed per primam Dignitatem. Gloſſa, Abbas, Joannes Andreas, Butrius, & Imola in præſenti. Franc. Marcus *d. deciſ.* 922. *num.* 1. *lib.* 1. Rota *in d. Leodienſi Decanatus*. Hucuſque Barboſa.

119. Secundò colligo, audiendos non eſſe Thomam Sanchez *tom.* 2. *Opuſculor. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 44. *num.* 4. & Thomam Delbene *de Immunit. Eccleſ. tom.* 2. *cap.* 19. *dubit.* 24. *num.* 26. dicentes, Prælatias Regulares, v. g. Provincialatus, Prioratus, &c. beneficia non eſſe Eccleſiaſtica, ſed officia: & ideo non incurri vitium ſimoniæ, ſi inter ſe conveniant, & paciſcantur Regulares dicentes: *Elige me in Provincialem, & ego te eligam in Priorem.* Sunt etenim Beneficia, ut docet Peyrinus *tom.* 1. *de Subdito*, *quæſt.* 1. *cap.* 31. §. 9. *ſub concluſ.* 21. *verſic. Solùm hic*, *pag. mihi* 158. cum Cajetano *in Summa*, *verbo Excommunicatio*, *cap.* 72. Suarez *tom.* 1. *de Religione*, *cap.* 57. *num.* 47. Armilla *verbo Excommunicatio* 59. Reginaldo *in Praxi*, *lib.* 23. *num.* 182. & cum Rodriquez *tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 10. *artic.* 13. cenſentibus, quod nomine beneficii intelliguntur officia apud Mendicantes, v. g. Prioratus, Guardianatus, Correctoriatus, Provincialatus, Generalatus: quos libens recenſui, & fui ſecutus *in Commentariis ad Conſtitut.* 6. *num.* 500. quia cum dictæ Prælatiæ habeant officium ſpirituale, ad quod ex natura rei ſequitur jus percipiendi fructus, in quo ratio formalis beneficii ſalvatur, cum beneficium definiatur per hoc, quod ſit, *jus perpetuum percipiendi fructus, ſive reditus ex bonis Eccleſiæ, ratione ſpiritualis officii, Eccleſiaſtica authoritate conſtitutis*, ut diximus *in* 22. *Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 2. *& ſuprà*, *quæſt.* 1. *ferè per totam*, *& quæſt.* 2. *num.* 353. Et non qualecumque habent officium ſpirituale, ſed ea quibus gaudent, nedum Parochi, ſed etiam Epiſcopi, ut pluribus demonſtravi *d. num.* 500. *& ſequentibus.*

Colligo, inquam, ex dictis, Prælatias Regulares eſſe beneficia, quia certum eſt beneficia acquiri per electionem veram, & propriam, ſicut per inſtitutionem, & collationem. Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 36. *num.* 4. ubi ait: Alia ſunt beneficia collativa, quæ per collationem donantur; alia electiva, quæ per electionem obtinentur à Superiore confirmandam, præſertim quando in electione ſervanda eſt forma *cap. Quia propter*, *de Elect.* Garcia *ubi ſuprà*, (*de Benefic. par.* 1. *cap.* 6.) *num.* 27. *& ſeqq.* Vivianus (*in Praxi*, *de Iure patronatus*, *lib.* 1.) *d. cap.* 1. *n.* 87. Hæc Pax. At in electione Prælatorum Regularium neceſſariò ſervanda eſt forma *dicti cap. Quia propter.* Ergo ſi aliqua ſunt beneficia electiva, maximè talia ſunt, & dici debent Prælatiæ Regula- 120.

res

res, quæ nedum præſertim, ſed præcisè eliguntur, ſervata forma dicti capitis, præſcripta pro ſolis Paſtoribus, & Sponſis Monaſteriorum, & Eccleſiarum viduatarum.

121. Tertiò colligo, nullam electionem dignitatis, Canonicatus, aut beneficii, ſimplicis, vel curati, ſæcularis, aut regularis, quod non habeat ſupremam juriſdictionem, & poteſtatem in Eccleſia, vel Monaſterio in utroque foro, etiamſi fiat in communi, & collegialiter, ſeu capitulariter congregatis vocalibus, & gremialibus, propriam, & rigoroſam eſſe Electionem Canonicam, ſed impropriam & latam; cùm propria ſolùm locum habeat, & procedat reſpectu eorum, qui juriſdictionem habent generalem in Eccleſiis, Monaſteriis, & Religionibus viduatis, & ſervata forma præſcripta *in cap. Quia propter, el* 42. *de electione.*

122. Plura de Electione Canonica dilucidavimus, Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 11. *in ſex §§. diviſo*, & ego ipſe *in Commentariis ad conſtit.* 6. *à num.* 452. *pag.* 139. *uſque ad num.* 1169. *pag.* 300. *& ad Conſtitut.* 15. *à pag.* 349. *uſque ad* 365. quæ quia parum faciunt pro præſenti inſtituto, quod non eſt agere de electione Prælatorum, quæ Canonica eſſe debet, & propria, ac rigoroſa, ſed de electione beneficiatorum, in quibus Canonica non ſervatur forma; ideo conſultò illa recenſere omitto, remittendo Lectores ad loca citata pro argumento illo; & pro præſenti, ad privilegia, ſtatuta, & conſuetudines legitimè introductas in Eccleſiis, apud quas uſus obtinuerit beneficiarios aſſumi per electionem. Varia enim eſſe poſſunt, & non eſt facile pro illis doctrinas præſcribere, maximè cum nullam apud Doctores conducentem legerim ego.

123. Hoc unum moneo Electores, & eligendos, ne patiantur in Electorem admittere ullam ſæcularem perſonam. Aliàs electio ipſo jure erit nulla, & electus ipſe, iterum ineligibilis erit, niſi obtenta diſpenſatione. Ratio prioris eſt, quia electio eſt actus poteſtatis ſpiritualis, ut dixi *in 22 Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 3. § 2. *num.* 5. cum Felino *in cap. Bertholdus, num.* 2. *&* 3. *de Re judicata*, Dominico *in cap. Quam ſit*, §. 1. *de elect. lib.* 6. *cap.* 19. *quæſt.* 2. *in fine*, & Viviano *in Praxi de Iurepatronatus, lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 15. *&* 17. *ex cap. Meſſana, de electione.* Poteſtas autem ad actus ſpirituales, & ad functiones ſpirituales ſolùm apud Eccleſiaſticos reſidet; laïci enim ſunt incapaces illius. Ergo electio ipſo jure nulla erit, admiſſa ad ſuffragandum in illa, aliqua laicali perſona. Et quidem Electio Canonica, ipſo jure nulla declaratur, facta per abuſum ſæcularis perſonæ, à Concilio Generali, *in cap. Quiſquis electioni, el* 43. *de Electione*, ubi Barboſa *num.* 2. *& in votis Deciſivis, lib.* 2. *voto* 39. *n.* 62. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 22. *n.* 10. Peyrin. *de Privileg. tom.* 3. *cap.* 9. *n.* 3. & Ego ipſe *in Commentar. ad Conſtit.* 6. *num.* 719. quò loci dixi cum Barboſa *d. num.* 2. Tamburino *num.* 11. & cum Innocentio *in d. cap. Quiſquis*, tunc dici electionem fieri per abuſum ſæcularis poteſtatis, quando Eccleſiaſtici requirunt laicos ut electioni interſint; & etiam quando Principis ſæcularis aſſenſum ſuper certa perſona eligenda requirunt; & etiam quando eligunt minis alicujus ſæcularis poteſtatis.

124. Quod autem electus ineligibilis maneat, qui paſſus ſemel fuit de ſe electionem fieri per ſæcularem perſonam, docet Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria, lib.* 9. *tit.* 1. *de Diſpenſationibus, num.* 451. ex præcitato *cap. Quiſquis electioni.* Advertit tamen pœnas nullitatis electionis, & ineligibilitatis prædictarum, ſolùm habere locum, & procedere, quando electio fit ad aliquam dignitatem Eccleſiaſticam. Addit tamen *num.* 452. Nomine verò dignitatis, in hac prohibitione, veniunt etiam beneficia Curata, quæ dignitatibus æquiparantur, non autem Canonicatus, vel inferiora beneficia: ad quæ ſi contingat electio per hujuſmodi abuſum, non incidit in pœnam ineligibilitatis, vel nullitatis electionis à dicto Canone ſtatutam. Joannes Andreas, Butrius, & alii *in dicto cap. Quiſquis.* Hæc Pax Jordanus, qui *in d. num.* 451. agit de his, qui diſpenſare valeant cum ineligibilibus ob dictam cauſam.

ARTICULUS III.

De modo acquirendi Beneficium poſtulatione, & confirmatione.

125. SUppono, Beneficia nulla per poſtulationem acquiri poſſe, quæ Prælatiæ non ſint, & ſupremam Eccleſiarum, aut Monaſteriorum poteſtatem, & juriſdictionem non habeant: & ſic illa acquirentes aſſumuntur ad Paſtores, & Sponſos Eccleſiarum viduatarum, ſicut aſſumuntur per electionem canonicam, de qua in articulo præcedenti. Unde in Jure Titulus non abſolutè *de Poſtulatione*, ſed *de Poſtulatione Prælatorum* inſcribitur; quæ ſic à Panormitano deſcribitur *in rubrica ejuſdem tituli, num.* 1. ex Gloſſa *in cap. unico, eod. in 6.* dicente, quod *eſt petitio gratiæ à Superiore facta:* & ex propria ſententia ab ipſo definitur ſic, *Poſtulatio eſt quædam gratiæ petitio à Superiore facta de promovendo aliquem ad Prælationem, ad quam de jure communi, propter defectum aliquem, vel impedimentum eligi, ſeu promoveri non poterat.* Eligius Baſſæus *verbo Beneficium 2. num.* 5. ex Hoſtienſi *in Summa, tit. de Poſtulatione*, & ex Sylveſtro *verbo Poſtulatio*, ſic illam definit: *Poſtulatio eſt ſupplex quædam à Collegio Canonicorum facta apud Superiorem petitio, qua petitur ut aliquis certæ Eccleſiæ vacanti præficiatur, non obſtante aliquo defectu, quem patitur.*

126. Sed dubitari poteſt, quis ſit Superior competens ad concedendam gratiam, quæ petitur in poſtulatione? Reſpondeo, ſolum Summum Pontificem eſſe hujuſmodi Superiorem. Ita docet Caſtrus Palaus *in Summa Morali, part. 2. tract. 13. de Beneficiis, diſp. 2. punct. 12. num.* 1. dicens: Unde ſolus Superior (qualis non eſt alius à Pontifice, qui jus relaxare poteſt, & impedimentum removere) poteſt poſtulationem admittere: admiſſio enim poſtulationis, eſt relaxatio juris, & poſtulati confirmatio, *cap. Gratum, cap. Bonæ, cap. ult. de Poſtulatione Prælatorum.* Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 17. quæſt.* 5. dicens: Quintò quæritur, cujus ſit poſtulationem admittere, & poſtulatum confirmare? Reſpondeo, ejus Superioris, cujus eſt Canones, & Jura laxare, ac vinculum, quo poſtulatus obſtringitur, ſolvere, ut omni impedimento ſemoto, eligi poſſit, *cap. 1. de Poſtulat. Prælat.* & Gloſſa *in cap. indemnitatibus, de Electione in Sexto.*

127. *Secundò* dubitatur, qualis debeat eſſe defectus, quem patitur poſtulatus, ut locus poſtulationi detur? Reſpondet Baſſæus *ubi proximè*, non debere eſſe moralem, ſed naturalem: videlicet quia non ſit legitimè natus; quia ætatem ſufficientem non habeat; quia Ordinatus non ſit. Neutrius reddit rationem. Sed pro ſecundo in promptu eſt, quia ſcilicet à Papa, qui conditor eſt Juris poſitivi, inductivi defectuum, qui conſecutionem Prælatiarum impediunt, ejuſdem juris petitur in poſtulatione relaxatio, & diſpenſatio cum poſtulato ſuper eiſdem defectibus, qui naturales à dicto Authore non ideo nuncupantur, quia à natura ipſa ſint inducti, ſed quia ad mores non pertinent, nec à moribus dependent. Pro primo autem, hanc credo eſſe genuinam: quia morales defectus lege naturali ſunt introducti, quam Papa relaxare non poteſt, nec ſuper eiſdem diſpenſare, nec etiamſi dependeant à Jure Divino, ſi negativa ſint præcepta moralia, quale, ni fallor eſt, quod prohibet ad Prælatiam aſſumi eum, qui gravem in moribus defectum patitur, ad tradita per Abbatem *in cap. Litteras, num. 4. & 12. el 13. de Reſtitutione ſpoliatorum*, dicentem *d. n. 4.* Nota quod in gradibus conſanguinitatis divina lege prohibitis, Papa non poteſt, nec conſuevit diſpenſare: ſecus in prohibitis humana lege. Nam Papa eſt ſupra legem poſitivam, *cap. Propoſuit, de conceſſ. præbend. & l. Princeps, ff. de legibus*; non autem ſupra legem divinam: immò illam tenetur defendere uſque ad animam, & ſanguinem, & uſque ad omnes conatus, 25. *quæſt.* 1. *cap. Sunt quidam:* & iſta ſunt præcepta moralia, & negativa, quæ obligant ſemper, & ad ſemper, id eſt omni tempore, *6. diſt. cap. Non eſt peccatum, §. Hiſita*; & notat Archidiaconus *de Pœnitent. diſt. 5. in Sum.* Hæc Abbas *d. num. 4. & num. 12.* quæ ſequuntur: Item Papa non poteſt contra Jus Divinum morale, maximè contra præcepta negativa,

tiva, quæ obligant ſemper, & ad ſemper, id eſt omni tempore, 25. *quæſt.* 1. *cap. Sunt quidam.* Hæc Eccleſiaſticæ Diſciplinæ Coryphæus.

128. Tertiò dubitatur, in quo differat Poſtulatio ab Electione? Reſpondeo differre in hoc, quod antequam Superior poſtulationem admittat, nullum jus poſtulatus ad Prælatiam adquirat, quia ab illa ob impedimentum eſt excluſus, & poſtulantes excluſionem removere non valent, ſed ſupplicant à Superiore, ut ipſe removeat. Secus contingit in electione, qua mediante, electus jus ad Prælatiam, Dignitatem, & ad quodlibet aliud beneficium acquirit. Ex qua utique differentia, hæc ſecunda reſultat, quod poſtulatus impedire non poſſit poſtulatores, ut à poſtulatione deſiſtant, & ne alium poſtulent, aut eligant: Secus autem in electione contingit, quia iſta celebrata, jam non eſt liberum Electoribus ſententiam mutare, cùm electo jam ſit acquiſitum jus ad Prælatiam, Dignitatem, aut beneficium, ut dictum eſt. Et ita docet Caſtr. Paulus *d. punct.* 12. *num.* 2. & priùs Azorius *Inſtitution. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 17. *quæſt.* 4. ubi ſic ut ſequitur procedit.

129. Quartò quæritur, an poſtulantes variare queant? hoc eſt, an poſtquam unum petierunt, alterum nominare, & poſtulare poſſint? Exempli cauſa: Major Collegii pars concordi ſententia convenit, ut Titium peterent: quæritur poſſitne, mutata voluntate, Caium poſtulare? Reſpondeo, in hoc poſtulationem ab electione diſcerni, quòd eligentibus, ſemel electione facta, non eſt fas mutare ſententiam, & alterum eligere. Nam per electionem jus eſt electo acquiſitum, ut confirmationem petat: at poſtulantes, poſt poſtulationem ad Superiorem delatam variare, & mutare ſententiam queunt, *cap. Bonæ* 2. *de Poſtulatione*, niſi obſtiterit fides de compromittendo data. Gloſſa *in cap. In cauſis, de Electione.* Ratio hujus eſt, quoniam poſtulatus nullum ſibi jus per ſolam poſtulationem acquirit, quia poſtulantes non propriè conſentiunt, ſed votum ſuum declarant: & qui poſtulatur, cùm jure Canonico ſit præpeditus, jus ad Præfecturam ſibi comparare ex poſtulatione non poteſt. Hæc Azorius, qui allegat Abbatem *in Rubrica de Poſtulatione Prælat.*

Abbatis autem Doctrina in loco citato, hujuſmodi eſt. Et licèt olim promiſcuè jura uterentur his vocibus (electione ſcilicet, & poſtulatione) ut *in §. His omnibus*, 61. *diſt.* & 63. *diſt. Litteras*; hodie tamen eſt maxima differentia inter poſtulationem, & electionem, ut colligitur ex præmiſſis. Unde ille, qui de jure poteſt eligi, non debet poſtulari; & ſi electores illum poſtulant, nihil agunt, quia debent providere Eccleſiæ de meliori, quem poſſunt, & meliori modo. Unde illi, qui eligunt, conſentiunt in electum, veluti ſponſum: & per electionem initiatur vinculum matrimoniale, ut *in cap. Cum inter Canonicos, infrà de Electione, & in cap. finali de Tranſlat. Epiſcop.* Sed illi, qui poſtulant, non conſentiunt in poſtulatum, ut in ſponſum; nec initiatur aliquod conjugium, ſed vota ſua dirigunt in Superiorem, ut Superior de gratia debeat admittere poſtulatum. Hæc ad rem Abbas. 130.

131. Quartò dubitatur, quid operatur admiſſio poſtulationis? Reſpondet Panormitanus *in cap. Ad hæc, n.* 34. *el* 1. *de poſtulat.* Dicunt Doctores, quod de jure videtur poſtulatus habilitatus, ut poſſit eligi. Et ex proprio addit ipſe: Sed Curia Romana, ut evitentur circuitus, & Eccleſiarum diſpendium, ſervat quod admiſſa poſtulatione, poſtulatus conſequitur jus, ac ſi fuiſſet electus, & confirmatus. Unde non indiget alia confirmatione, vel electione, ut probatur hodie *cap. ſequenti.* Et hoc intellige in poſtulatione ſolemni. Nam duplex eſt poſtulatio, ſcilicet ſolemnis, & non ſolemnis. Solemnis dicitur quando poſtulatur ab eo, qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare. Non ſolemnis verò dicitur, quando poſtulatur ab eo, qui non poteſt diſpenſare ſuper impedimento; requiritur tamen ejus conſenſus in promotione, ratione ſui intereſſe. Pone exemplum: Canonici volunt eligere Monachum in Epiſcopum; ſed quia Monachus non poteſt conſentire ſine licentia Abbatis, ut *in cap. Si Religioſus, de Electione lib.* 6. Canonici poſtulant ab Abbate, ut concedat eis illum Monachum. Si enim Abbas

bas conſenſerit, hæc admiſſio poſtulationis non habet vim electionis, & confirmationis; ſed debet de novo eligi & peti confirmatio electionis, quia Abbas non habet poteſtatem providendi Eccleſiæ Cathedrali. Idem dic quando Canonici petunt filiumfamilias à patre, quem volunt eligere in Epiſcopum: & idem in ſimilibus. Abbatem ſequitur Azorius *part.2.lib.6. cap.17.quæſt.5.* quoad reſolutionem.

132. Quintò dubitatur, quot modis ſe habere poſſit Superior in admittendo poſtulationem? Reſpondet Abbas *in cap. Gratum, num.13. el 2. de Poſtulatione*, ex Gloſſa, duobus modis. Primus eſt, ſi dicat: *Providemus Eccleſiæ veſtræ de tali perſona, prout poſtulaſtis.* Et pro iſta practica facit iſte textus *in verbo Providiſti.* Alius modus eſt, ut Superior dicat: *Poſtulationem veſtram admittimus, &c.* Et hæc admiſſio habet effectum electionis, & confirmationis, ut dixi *ſuprà, cap.1.* & ponit Innocentius iſtos duos modos. Dicit tamen ſecundum modum magis Juri congruere, quia proviſio ſpectat ad Superiorem; haberet ergo Superior poſtulationem admittere, vel repellere. Ad hoc *cap. ſeq. & cap.1.prope finem, ſupra eod.* Nunquam tamen Superior debet dicere, *poſtulationem confirmamus*; quia verba poſtulatorum diriguntur in ipſum Superiorem, nec jus acquiritur poſtulato. Abbatem ſequitur Azorius *d. quæſt. 5. verſ. Porrò*, quoad duos modos.

133. Sextò dubitatur, an poſtulantes in poſtulando oporteat eſſe concordes? In hac difficultate duplex eſt ſententia. Prima aſſerit, ita ut ſi vnus tantùm diſſideat, & diſcordet, irrita ſit, & inanis poſtulatio: vtpote hæc ſit ex numero eorum, quæ ſunt voluntatis, favoris, & gratiæ: in quibus non ſufficit, ſi major Collegii conſentiat pars, ut notavit Gloſſa *in cap. Cùm omnis, verbo Conſtitutum, in fine; el 6. de conſtitutionib.* dicens: Si verò ſunt plures, ut Collegium, diſtingue: ſi aliqua facienda ſunt ex neceſſitate, ut alienationes, & ſimilia, ſufficit quod major pars facit, *infra de iis, quæ fiunt à maiori parte Capituli, cap. Cùm in cunctis*; dum tamen alii abſentes vocentur, *infra de Elect. Quod ſicut, & cap. Venerabilem.* In aliis, quæ ex neceſſitate non fiunt, qualia erant iſta, quæ iſti faciebant, nihil poteſt fieri, niſi omnes conſentiant, ut hîc, *& in prædicta l. Per fundum*; & debent conſentire ut Collegium, non tanquam ſinguli, *argum. infrà, cap. Cum M. Ferrarienſis, & infra de Electione, In Geneſi.* Quæ ſententia vires etiam aſſumit *ex cap. Innotuit, de Electione, ex cap. Bona memoriæ, el 2. & 4. & cap. Etſi vnanimiter, 6. & finali, de Poſtulat. Prælat.*

134. Secunda ſententia negat requiri in poſtulatione, quod omnes de Collegio in illa conſentiant. In qua ſententia non omnes ejus Authores in idem conveniunt, ut videre eſt apud Azorium *part.2.lib.6. cap.17. quæſt.3.* Nam alii requirunt in poſtulatione duas Collegii partes. Alii verò, ut ſunt Goffredus, Hoſtienſis, Abbas, apud Sylveſtrum *verbo Poſtulatio, q.2.* conſtanter tenent, ſatis eſſe, ſi major pars conſenſum præſtet, ut colligunt *ex cap. Scriptum, de Electione.* Quia quod à majori parte Collegii fit, à toto Collegio concordi, & conſentienti factum cenſetur; *cap.1. & finali, de His, quæ fiunt à majori parte Capituli, l. Quod major, ff. Ad municipalem.* Unde, quamvis verum ſit, in gratia à Collegio concedenda, omnes concordare debere, ita ut nec unus diſſentiat: id tamen nihil obſtat; hoc enim accipiendum eſt, ubi Collegium gratiam faceret, non quando peteret, ut in poſtulatione contingit. Ita Azorius.

135. Eandem ſententiam tenet Caſtrus Palaus *in Summa Morali, part. 2. tract.13.de Beneficiis, diſp.2.punct.12. num.* 3. ubi dubium ſic excitat, & reſolvit: Dubium tamen eſt, an poſtulatio legitima ſit, ſi non ab omnibus, ſed à majori parte Collegii fiat? Ratio dubii eſt, quia eſt gratia facta à communitate poſtulato; non enim communitas poſtulare illum debebat, neque Superior poſtulationem admittere. Sed in his, quæ ſunt gratiæ, & favoris, omnes convenire debent, ut tradit Gloſſa *cap. Cùm omnes, de Conſtitutionibus.* Ergo abſque conſenſu omnium, poſtulatio nulla eſt. At omnino tenendum eſt, legitimam eſſe poſtulationem, ſi à majore parte, toto Collegio, *l. Quod maior, ff. Ad municipalem,*

nicipalem, & cap. 1. & vlt. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & clarè colligitur *ex cap. Scriptum, de Elect.* ubi poſtulatio facta à duplo majori quàm electio, electioni præfertur. Neque obſtat ratio dubitandi. Concedo non eſſe obligatum Collegium poſtulare ſic impeditum, neque Superiorem admittere poſtulationem: ſicut neque Collegium ſemper obligatur eum eligere, quem de facto elegit, ſed alium loco illius eligere poterat. Sed non obinde ſequitur in hujus gratiæ conceſſione omnes convenire debere, quia non eſt gratia de bonis, quæ propria ſint uniuſcujuſque. Adde, poſtulantes non tam gratiam facere poſtulato, quàm petere, ut à Superiore illi fiat. Neque talis petitio pro gratia reputari debet, cum nullum jus inde poſtulatus acquirat. Ita Palaus.

136. Septimò dubitatur, an poſtulantes, ſi ſcienter indignum poſtulent, ipſo facto privati maneant poteſtate, ſeu facultate poſtulandi, & eligendi? Videtur quod non, ex eo, quod *in cap. Cùm in cunctis, de electione*, ſolum eligentibus ſcienter indignos hæc pœna irrogetur: Pœnæ autem extendi non debent, ſed reſtringi, *cap. Odia, de Regulis juris, lib. 6.* Ergo poſtulantes ſcienter indignos non ſunt ipſo jure privati facultate, nedum eligendi, ſed nec poſtulandi. Sed contraria reſolutio, quam tenent Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 17. quæſt. 6.* Caſtrus Palaus *d. punct. 12. num. 4.* vera eſt, *ex cap. Scriptum, §. Niſi forſan, el 40. de Electione*, ubi ita decernitur: *Niſi forſan omnes, aut major pars poſtulantium, præſumptione damnabili poſtulaverint ſcienter indignum, ut hac vice merito debeant eligendi, ſeu poſtulandi privari.* Hæc ibi Innocentius III.

137. Octavò dubitatur, an poſtulatus jure repetere poſſit impenſas à conſenſu poſtulantium factas, ſi poſtulantes poſtea voluntate mutata alium petierint? Azorius *dicto cap. 17. q. 7.* reſpondet, quod non; quia nullum jus poſtulato tribuit: quare poſtulatus ſibi imputet, quod impenſas fecerit. Allegat Sylveſtrum *verbo Poſtulatio, quæſt. 9.*

138. Nonò dubitatur, qui poſtulari poſſint, & qui non poſſint? Azorius reſpondet *quæſt. 9.* poſtulari non poſſe criminoſos, quales ſunt homicidæ, perjuri notorii, bigami, irregulares; quia in his non ſolet juris rigor relaxari. Sylveſt. *verbo Poſtulatio, quæſt. 3.* Poſtulari verò poſſe ait, qui nondum legitimam habent ætatem, qui non eſt legitimè natus, & qui ſunt aliis alligati Eccleſiis. Ita ille ex eodem Sylveſtro *eiſdem verbo, & quæſt.*

Ultimò dubitatur, an poſtulantes 139.
ſimoniam aliquando contrahant? Reſpondeo quod ſic. Ratio eſt, quia licèt poſtulatio jus non tribuat ad Prælaturam, præbet tamen aliquid ad eam conſequendam: eſt enim ad eam veluti quidam gradus factus. Unde omnis pactio, & conventio de dando, aut recipiendo emolumento, & commodo temporali, ratione poſtulationis, ſimoniaca labe inficitur, cum ſit pactio in ſpiritualibus, in quibus omnis pactio, & conventio ipſo jure eſt prohibita, *cap. Quàm pio, el 2. 1. quæſt. 2.* ibi: *Veruntamen ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis, dum tamen omnis abſit pactio, omnis ceſſet conventio, nullaque veſtræ Eccleſiæ fiat diſtractio, accedat, gratis Deo ſervire incipiat, ſuique regiminis devotè geſtet obſequium: & poſtmodum vos, quaſi ſubſidii gratiâ, aliqua ſuæ Eccleſiæ munera largiri, Fratrum ſolatio, Romana permittit Eccleſia.* Et Gregor. IX. *in cap. 8. & finali de Pactis*, ſimiliter decernens ait: *Pactiones factæ à vobis (ut audivimus) pro quibuſdam ſpiritualibus obtinendis, cum in hujuſmodi omnis pactio, omniſque conventio debeat omnino ceſſare, nullius penitus ſunt momenti.* Et *in cap. 34. de Simonia*, ſic habetur: *Tua nos duxit diſcretio conſulendos. Et infra: Devotioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi quis Clericus cum conditione, vel pacto largitur, aut offerat bona ſua, ut illa poſtmodùm pro præbenda retineat, & in Canonicum admittatur: hujuſmodi oblatio, vel receptio fieri non poterit ſine vitio ſimoniæ; cum in talibus omnis pactio, aut conventio ceſſare debeat, juxta Canonicas ſanctiones.* Hæc ibi Innocentius Papa III. Decano Velvacenſi reſcribens. Reſponſum noſtrum dedit Azorius *loco citato, quæſt. 8.* Quocirca ego ipſe, *in Commentariis ad conſtitut. 6. num. 576.* firmavi,

mavi, permutationes Suffragiorum ad Officia, & Dignitates Religionum, factas ex conventione, & contractu, v. gr. *Da mihi ſuffragium pro Generalatu, vel Provincialatu, & tibi ſuffragium dabo pro Abbatia, Prioratu, vel Guardianatu, &c.* ſimoniacas eſſe: & quidem non ſolùm ex ſimonia Jure Canonico, ſed etiam Divino prohibita, in quantum hujuſmodi conventiones, & pacta includunt obligationem civilem, quæ induit rationem juſtitiæ, ortam ex promiſſione acceptata: obligatio autem civilis, pretio æſtimabilis eſt. Ergo cùm ſimonia contrahatur de Jure Divino prohibita, quoties aliquid pretio æſtimabile intervenit in acquiſitione rei ſpiritualis, illam certum eſt contrahi in hujuſmodi conventionibus, & pactis initis circa permutationes ſuffragiorum pro Dignitatibus, & Officiis Regularibus. Unde Suarez *tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 37. num. 18.* dixit: *Eſſet ſimonia contra jus divinum, ſi nova aliqua obligatio, vel ſecuritas in futurum adderetur; nam illud eſt onus æſtimabile pretio, &c.*

ARTICULUS IV.

De modo acquirendi beneficium per collationem liberam.

PARAGRAPHUS I.

Definitur Collatio, & pro illius praxi doctrina datur.

140. EX dictis ſuperiùs, *quæſt. 1. dub. 9. §. 1. num.* 180. ſuppono, Collationem, quoad præſens inſtitutum, eſſe liberam Eccleſiæ, aut beneficii conceſſionem; & in eo quidem ſenſu liberam, quo ibi explicuimus. Et definiri per hoc, *quod ſit conceſſio beneficii vacantis, liberè ab habente facultatem conferendi facta, nulla indigens Superioris confirmatione.* Conſonat Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 13. num. 1.*

141. Suppono ſecundò, ad Collationem pertinere liberam, tam beneficia curata, quibus annexa eſt Cura animarum, quàm ſimplicia, & ſine cura, quo nomine complectuntur etiam Dignitates, & Perſonatus curam non habentes, quæ alio reſpectu duplicia dicuntur, ut Pax Jordanus ait *tom. 2. lib. 10. tit. 8. num. 2.* cum Viviano *in Praxi Iuriſpatronatus, lib. 1. cap. 1 num. 9. & ſeqq.* & ego ipſe *dicta q. 2. n. 320. & ſequentibus*, & de merè ſimplicibus, idem Pax *eod. lib. 10. tit. 10. num. 2.* quò loci ait, quod pro iſtorum collatione citatio generalis per edictum, aut ſpecifica non requiritur, prout dixerat requiri in iis, quæ ſunt Juriſpatronatus, *tit. 9. n. 30. & 2. ſeqq.* Pro eo quod non requiratur citatio pro beneficiis, quæ ſunt liberæ collationis, & ſimplicia, allegat Gloſſam *in cap. fin. de elect. in 6. verbo Obſervari.* Francum *in cap. Conſtitutis, el 2. num. 12. de Appellation.* Probum *ad Monachum, in cap. Licet, de Præbend. lib 6. num. 2.* Sarnenſ. *in Regul. de infirmis, quæſt. 18. ad fin.* Garciam *de Beneficiis, part. 9. cap. 3.* & Rotam *part. 1. diverſor. deciſ. 309. num. 2.* Quod autem pro conferendis Beneficiis Parochialibus edicta debeant publicari ad præſcriptum Concilii Tridentini, docet idem Pax *d. tit. 8. num. 32. & ſeqq.* ubi dicit, illa proponi debere ab Epiſcopo in cujus Diœceſi beneficia vacantia ſunt, quamvis collator extra eam ſit, ex Pariſio *de Reſignat. lib 8. quæſt. 9. numero 102.* Gonzalez *gloſſa 10. num. 31.* Barboſa *alleg. 60. num. 44. & de Offic. Parochi cap. 2. num. 41. & 42.* Exemplar edicti tradit *num. 34.*

142. Regulariter in collatione libera beneficiorum ſimplicium concurſum non requiri, ſed ſufficere ut ii, quibus providentur, idonei ſint, docet Jordanus *d. tit. 10. num. 3.* ex Gloſſa *in cap. Monaſterium, 16. quæſt. ult. & in cap. 3. de Iurepatronatus, verbo Qui majoribus*, ubi Abbas *num. 12.* Creſcent. *deciſ. 12. de conceſſ. Præbend.* ex Rota ſæpiſſimè, uti ipſa teſtatur, *in Calagurritana reductionis motus proprii, 29. Martii 1591. coram Seraph.* Garcia *d. cap 3. num. 4.* Gonzalez *gloſſa 6. à num. 142.* cum aliis apud eos, Barboſa *allegat. 58. num. 36. ex d. deciſ. Seraphini*, Riccio *in Praxi Fori Eccleſ. deciſ. 415. in 1. edit. & in 2. deciſ. 352.* & Maſſobrio *in Praxi, præl. 5. num. 7.* Addit tamen Pax *num. 4.* quod requiratur examen, ſi beneficia ſimplicia conferenda ſint præſentatis, electis, vel nominatis ab aliis; non tamen requiri Examinatores habere omnia requiſita Examinatorum Synodalium.

143. Collatio omnium beneficiorum exiſtentium intra Diœceſis fines, ad Epiſcopum pertinet, ſicut eorum inſtitutio,

ſtitutio, & fundatio; non enim abſque ejus aſſenſu fundari poſſunt. Pax Jordanus *d. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de diſpenſationibus, n. 370. pag. 183. & lib. 10. tit. 1. num. 2.* ubi aſſerit regulariter ad Epiſcopum ſpectare illorum proviſionem, *ex c. Nullus omnino, 16. quæſt. 7. cap. Conquerente, de Offic. Ordin. cap. ex frequentibus, de Inſtitutionib. cap. Ab exordio, diſt. 35.* Gloſſa *verbo Devolverint, in cap. Quanquam, de Electione, lib. 6.* Innocentio *in cap. Poſtulati, de jurepatr.* Felino *in cap. Cùm Venerabilis, num. 31. de Except.* Staphileo *de litteris gratiæ, in Proœmio*, Mandoſ. *in Regulam 14. Cancellariæ, quæſt. 2.* Decio *conſ. 117.* Piaſecio *de Offic. Epiſcopi, part. 2. cap. 5. num. 1.* Zerola *in Praxi Epiſcop. part. 1. verbo Beneficium*, §. 2. & ex omnibus Caſtrus Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 15. num. 1.*

144. Fallit dicta regula de eo, quod ad Epiſcopum ſpectet proviſio omnium beneficiorum, in aliquibus caſibus, & ideo addita eſt dictio *Regulariter*. Primò fallit in beneficiis Papæ reſervatis, de quibus Pax Jordanus *d. lib. 10. tit. 1. de Beneficiis reſervatis, num. 5. & ſequentibus.* Secundò fallit in Beneficiis affectis per appoſitionem manuum Papæ in eis, de quibus idem Pax *tit. 2. ejuſdem libri 10. à numero ejus primo.* Tertiò fallit in Beneficiis, quorum proviſiones prævenit Papa, de quibus ipſe Jordanus *in tit. 3. de Prævention̄e, num. 1. & ſequentibus.* Quartò fallit in Beneficiis, quorum proviſio ex privilegio, vel conſuetudine eſt conferenda alicui à Collegio, Capitulo, vel particulari, veluti Legatis de latere. Pax Iordanus *d. lib. 10. tit. 4. de Privilegio, & conſuetudine conferendi beneficia, num. 1. ex cap. Si à Sede, de Præbendis, lib. 6. cap. 1. & 2. de Officio Delegati, eodem lib.* Item in Nuntiis Apoſtolicis habentibus expreſſas facultates. Item in Capitulo, quando jus habet conferendi aliqua beneficia, vel eligendi ad illa, *cap. Cùm in Eccleſiis, de Præbendis, in 6. cap. Si à Capitulo, de conceſſ. præbendæ, eod. lib.* Vel ſi unà cum Epiſcopo ſoleat conferre, *cap. Poſtulaſtis, de conceſſ. præbendæ*; ſeu alternativè. Sic multi Abbates, Priores, & alii Superiores Regulares, ſolent habere privilegia conferendi, & nominandi. Sic Germani, & Franci per ſua Concordata, de quibus ſuprà, (*titulo ſcilicet ſecundo, num. 66.*) providere ſolent. Hæc omnia Pax *dicto num. 1.* & *num 2.* ait Ducem Venetiarum conferre primam dignitatem, *Primicerium* dictam, Eccleſiæ Sancti Marci, in qua Corpus hujus S. Evangeliſtæ aſſervatur ab anno Domini 831. in quo tranſlatum eſſe ex Civitate Alexandriæ Ægypti teſtatur ex Baronio *in notis ad Martyrologium Romanum*, ſe corrigente in eo, quod *in Annalium tom. 9. num. 25.* dixerat, contigiſſe ſcilicet anno 820.

Quintò fallit dicta generalis re- 145.
gula, quoad Eccleſias, quæ ſunt de Titulis Cardinalium, quia in illis Eminentiſſimi Cardinales, etiam non Epiſcopi, utuntur jure pleno Epiſcopali. Ita Pax Iordanus *d. lib. 10. tit. 5. de Titulis Cardinalium.* Allegat Ioannem Monachum *in cap. 1. de Majoritate, & obedientia, lib. 6.* dicentem, Papam ita ſibi reſpondiſſe: quem ſequuntur (addit) Dominicus *ibi, in 5. colum. & diſt. 10. in Sum. col. 6.* Imola *in Clement. Ne Romani, col. 5. de Electione.* Butrius *in cap. Dilecto, ult. col. de Officio Archidiaconi.* Innocentius *in cap. Dilectus, circa medium, de Majorit. & obed.* Felin. *in cap. Cùm venerabilis, num. 31. de Exceptionib.* & eſt textus *in cap. His quæ, de Majorit. & obed.* ubi idem Felinus, & Abbas. Gonzalez *ſuper Regulam 8. gloſſa 13. num. 20. cum ibi allegatis.* Conſtit. 5. Pauli Quarti, juxta Bullarium Cherubini *tom. 1. pag. 722.* Benacina *de legib. quæſt. 1. diſp. 1. punct. 3. num. 25. in fine, cum ſeqq.* ubi plures concordantes cumulat: ac propterea infert, illos poſſe condere leges, & ſtatuta pro uſu dictarum Eccleſiarum titularium. Et *in n. 2.* ait Iordanus: Quid autem ſit hodie de conſuetudine, quatenus attinet ad ipſam Cardinalium juriſdictionem, & qualiter illa uti poſſint, videndus erit Quintilianus Mandoſius *ſuper 7. Regul. Cancell. quæſt. 2. num. 7.* ubi larga manu de hoc, & noviſſimè extat *Conſtitutio Pauli Quinti.*

Sextò fallit regula quoad benefi- 146.
cia ſubjecta Capellis Regularium Collegiatis; quoniam ad præſentationem Monachorum Epiſcopus inſtituit, non autem ex ſe liberè conferre valet. Ita Pax Iordanus *d. lib. 10. tit. 6.*

de Capellis Monachorum, num. 1. ex Dominico *in Summa, 2. diſt.* Hoſtienſi plenè *in Summa, de Capellis Monachorum, §. Quid juris*, Abbate *in cap. Cum deputatis, col. 2. de Iudiciis*, latiſſimè Marian. *in Repert. cap. de Monachis, de Præbend.* Felino *in cap. Cum venerabilis, num.* 36. *de Exceptionibus*, Doctoribus *in cap.* 1. *de Capellis Monachorum*, aliqua per Gloſſam *in cap. finali, de Regulis Iuris in* 6. & addit: Et faciunt etiam, quæ infra notantur in limitatione, quoad Vicarias perpetuas talium Eccleſiarum ſubjectarum.

147. Hæc Pax, ſed notari oportet, quod Capellæ Monachorum in duplici ſunt differentia: aliæ enim ſunt, quæ jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia ad illos pertinent, & illis ſunt incorporatæ, & acceſſoriè ad eorum menſam unitæ, de quibus ego ipſe in plurimis lucubrationibus meis, ſignanter *in QQ. Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 18. 47. *diviſ.* 2. *n.* 9. *& ſeqq.* 5. *num.* 20. *&* 26. *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 7. 9. *&* 11. *& ſeqq. num.* 17. *&* 19. *&* 24. *& part.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 5. *& in Diſquiſitionibus, tom.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. §. 1. *n.* 30. *&* 31. & frequentiſſimè Sacra Rota *in Ulyſbonenſi juris conferendi*, 2. *Decembris* 1605. *coram Litta, la* 7. *poſt dictas qq. Paſtor. num.* 2. ibi: *Qui decimas percipit, ita ut Eccleſia dicatur de menſa illius, & curam reſidere penes Abbatem, & Monaſterium.* Et *in Ulyſbonenſi concurſus*, 1. *Iunii* 1615. *coram Remboldo, la* 9. *ubi proximè, num.* 2. *per totum*, & *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 14. *Decembris* 1598. *coram Seraph. poſt dictas qq. Paſtorales la* 13. *per totam, ſignanter num.* 1. Et *poſt Commentaria mea, in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia*, 19. *Ianvarii* 1663. *coram Bevilaqua, deciſ.* 2. *num.* 1. *&* 2. *Et in eadem*, 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot, la* 3. *num.* 2. 4. *&* 5. ubi ego ipſe *in Addit. §.* 1. *&* 2. *ac* 4. & rurſus *in eadem*, 11. *Martii* 1667. *coram Otalora, la* 5. *n.* 2. 3. *& ſeqq. uſque ad* 9. *num.* 20. *&* 23. ubi ego *in Addit. num.* 1. *Et* 13. *Maii* 1669. *coram Albergato, la* 6. *num.* 2. 5. ubi ego *in Addit. num.* 1. *& in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, 28. *Novembris* 1664. *coram Veroſpio, poſt dicta Commentaria deciſ.* 12. *num.* 2. *& deciſ.* 15. *coram Otalora*, 19. *Iunii* 1665. *num.* 3. ubi ego *in Addit. num.* 1. *& deciſ.* 16. 7. *Iunii* 1666. *coram Cerro, num.* 2. ubi ego *in Addit. num.* 1. *&* 4. *&* 17. *coram eodem*, 27. *Martii* 1667. *num.* 2. 6. 7. ubi ego ipſe *num.* 1. 6. *&* 7.

148 Aliæ verò ſunt Capellæ Monachorum, quæ non ſunt illis incorporatæ, & acceſſoriè unitæ ad menſam, & quoad ſpiritualia, & temporalia jure pleno; ſed tantùm quoad titulum, quoad temporale regimen, & quoad aliquam portionem bonorum Eccleſiæ, ex fructibus principalibus illius, quos Vicarius Curam exercens percipit. De hac etiam unione ſæpè ſæpiùs egi *in Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 28. ubi pro ea allegavi Aſcan. Tamburinum *de Iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 12. & Baſſæum *verbo Paupertas Religioſa, num.* 18. *& part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 7. 10. *&* 13. *& ſequentibus* 4. allegatis Rebuffo *in tit. de Vicariis perpetuis, num.* 1. *junctо num.* 6. Flores de Mena *Variarum qq. quæſt.* 10. *art.* 3. §. 3. *num.* 16. 37. *&* 39. juncto Aloyſio Riccio *in Praxi variar. reſolut. reſol.* 293. *concl.* 2. & Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 1. Egi etiam *poſt Commentaria ad deciſ.* 4. *num.* 3. *ad deciſ.* 17. *num.* 8. Egit & S. Rota *in d. coram Cardinali Seraphino*, ibi: *Secus ſi eos perciperet Vicarius*; prout contraponitur dictis *num.* 1. ibi: *Ex qua colligitur, Eccleſiam fuiſſe pleno jure conceſſam Abbati, & Monaſterio de Hyrache.* Etiam *in d. coram Bevilaqua de anno* 1663. *num.* 3. ibi: *Reſponſum enim fuit, quod jura in objecto allegata, procedunt in ſimplici unione.* Et *num.* 16. *&* 20. & *in d. coram Albergato, de anno* 1669. *num.* 3. Pro unione ſimplici, & quæ non ſit ad menſam, adeſt etiam Decretum S. Congregationis Concilii pro Eccleſiis non unitis Monaſteriis Caſſinenſium, ſed ab eis quoquo modo dependentibus, ab Urbano Octavo confirmatum, quod habetur poſt dicta Commentaria, *pag.* 104.

149. Et denique plura adeſſe Jura pro unione facta quoad ſola temporalia, quoad titulum, & Patronatum, dixi *in Paſtoralibus, part.* 2. *quæſt.* 2. §. 7. *n.* 29. videlicet *cap. Ad hæc*, ubi Gloſſa *in verbo Plures, & verbo Remanere, el* 3. *de Officio Vicarii, cap. de Monachis* 12. *de Præbendis, cap. Extirpandæ, §. Qui verò*, ubi Summa, & Gloſſa *verbo Perpetuum, el* 30. *dicto tit. cap. Presbyteri*, ubi Gloſſa *verbo Ipſis, unico de Capellis Monachorum, lib.* 6. *cap. In Lateranenſi*,

nenſi, de Præbend. Clementina, Quia Regulares, unica de Supplenda negligentia Prælator. Clement. Ne in agro Dominico, §. Cæterùm, de Statu Monachorum, cap. Sanè, el 6.16. quæſt. 2. cap. Statuendum, el 7. eadem cauſa, & quæſt. cap. Suſcepti regiminis, el 1. de Præbend. lib. 6. & cap. Sicut nobis, el 2. de Supplenda negligentia Prælatorum.

150. Qua unionum differentia notata, dico doctrinam traditam à Pace Jordano in ſexta fallentia, *num.* 146. recenſita, de præſentatione Monachorum ad beneficia Capellarum ſuarum, & de Inſtitutione Epiſcoporum, loquendo de Inſtitutione propria, rigoroſa, & vera, quæ eſt collatoria tituli beneficii, non procedere reſpectu Capellarum, ſeu Eccleſiarum Monachorum, quæ ad illos pertinent jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, per viam incorporationis, & unionis acceſſoriæ ad menſam; ſed ad ſummum procedere reſpectu illarum, quæ ſimplici unione, & acceſſoriè ad illos pertinent, quoad titulum, & regimen, & jus ad percipiendam portionem aliquam fructuum, percepta à Vicario majori, & principaliori illorum parte, & quoad Patronatum.

151. Faciunt pro noſtra concluſione *Clementina Quia Regulares, unica de Supplenda negligentia Prælatorum*, juncta Gloſſa *verbo Revocari*, ibi: *Et ſcias, per hanc Decretalem hodie teneri, quod manualia, quæ non ſunt de menſa, & temporales Prioratus, vacent per mortem, vel remotionem eorum, qui præſident illis.* Faciunt, inquam, quia quæ ſunt de menſa, non vacant, ſed quæ non ſunt de menſa. At præſentatio, & inſtitutio propriè non dantur, niſi vacante Eccleſia, aut beneficio. Ergo Monachi propriè præſentare non poſſunt, nec Epiſcopus propriè inſtituere. Beneficia, quæ ſunt de menſa, ſed ſolùm illa, quæ ſimplici unione ad illos pertinent. Quod non vacent, quæ ſunt de menſa, docet Cardinalis *in d. Clement. quæſt.* 3. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 58. *num.* 16 *pag. mihi* 143. dicens: Illud verò dicitur beneficium de menſa Prælati, quod perpetuò incorporatum eſt menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali, & *ideo nunquam vacat*, neque in tali beneficio datur negligentia in proviſione. Gloſſa *verbo De menſa, in d. Clement. unica de Supplenda negligentia Prælator.* Gonzal. *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 5. §. 6. *num.* 63. Farinac. *deciſ.* 204. *part.* 2. *recentior.* Hæc Barboſa. Idem docet *allegat.* 57. *n.* 155. & ego ipſe cùm pluribus, quos adduxi *in Quæſt. Paſtoral. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 10. *de octavo unionis effectu, pag.* 87. & Rota *in ſuprà citatis, num.* 157. quatenus dicit, per unionem quoad ſpiritualia, & temporalia extingui titulum beneficii: quod enim extinctum eſt, vacare neutiquam poteſt per mortem ejus, qui exercet curam nomine ejus, ad quem titulus tranſlatus eſt per unionem, remanente in Eccleſia unita, non titulo beneficii, ſed quadam quaſi Grangia illius, ad quem titulus fuit tranſlatus. Et expreſsè habetur *in Clementina Frequens, §. quidam etiam, de Exceſſibus Prælat.* per hæc verba: *Quidam etiam Eccleſias curam animarum habentes, ad menſam Abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque Clericis ſæcularibus tradunt, ſeu concedunt ad firmam, clericis ipſis decedentibus, ſuis conferunt clericis, quanquam ipſæ propter hoc Eccleſiæ in veritate non vacent.* Item Gloſſa *verbo Haberent, in cap. Abbates, & Clement.* 1. *de Reſcriptis*, ibi: *Non vacant per mortem illorum.* Et in Clement. *Quia Regulares, verbo De menſa, unica de Supplenda negligentia Prælatorum*, dicens: *Illa ergo non intelligerentur vacare, & ſic in illis non habebit locum, quod dicitur de negligentia ſupplenda.* Cum dictis ſtat quod docet Garcia *de Benefic. p.* 4. *c.* 1. *num.* 26. dicens: Ad præſentationem reducitur nominatio Vicarii facta per eos, in quibus Eccleſiis unitis ponitur, quæ etiam præſentatio dici poteſt, & ſolet, de quo infrà *d. c.* 29. *partis*, 19. *dubio, à num.* 285. Hæc ibi: & in loco allegato clarè loquitur de Vicariis Eccleſiarum ſimpliciter, & non ad menſam unitarum. Ait enim *d. num.* 285. 19. Principaliter dubitatur, an in Vicariis perpetuis Parochialium unitarum, debeat fieri concurſus, ſicut in Parochialibus ſaltem juriſpatronatus Eccleſiaſtici. Et fundata, dubitativè, affirmativa, concludit, *num.* 289. dicens: Nihilominus tamen dicendum eſt, in hujuſmodi Vicariis non debere fieri concurſum. Ugolin. *de Offic. Epiſc. c.* 50. §. 3. *verſ.* 8. ſed ſolùm ad nominationem, ſeu præſentationem illorum, quorum dignitati, vel Eccleſiæ Paro-

chialis eſt unita, & annexa, deputandos, & inſtituendos eſſe, *cap. Extirpandæ*, §. *Qui verò, ex c. de Monachis, de Præbend. cap. unico, de Capell. Monach. in 6.* & *Clement. 1. de jurepatr.* Abbas *in Repetit. d.* §. *Qui verò, num. 9.* Petr. de Peruſio *de Unionibus, cap. 11. quæſt. 6.* Ripa *lib. 2. reſponſo 18. num. 4.* Navarr. *d. conſ. 11. de Statu Monach. num. 3. & 7.* Joan. Gutierr. *conſ. 44.* Rota *in Tiraſſonenſi juris præſentandi, 18. Junii 1584.* ut *in deciſ. 798. num. 5. p. 1. diverſor. in impreſſis*, & aliàs *coram Bubalo, 27. Maii 1588.*

152. Loquendo autem de præſentatione, & de inſtitutione authorizabili, quæ latè, & impropriè tales ſunt, & dicuntur, negare non poſſumus, quin locum habeant in Capellis Monachorum, quæ ad illos jure pleno, & ad menſam pertinent, ex quo illæ curam habeant animarum ſæcularium, quæ in eas exerceri non poteſt ſine Epiſcopi, aut alterius Ordinarii loci approbatione, & licentia, ſeu commiſſione, in qua ſicut dictum reliquimus, conſiſtit, & ſalvatur inſtitutio authorizabilis. Hac digreſſione finita, redeamus jam ad limitationes, & fallentias regulæ generalis firmantis ad Epiſcopum pertinere munus conferendi beneficia, ſita intra limites Diœceſis ſuæ.

153. Septimò fallit dicta regula reſpectu Eccleſiarum exiſtentium in aliena Diœceſi; quia Epiſcopus ad quem illæ pertinent, non poteſt directè illarum beneficia conferre, ſed indirectè, præſentando Epiſcopo loci, in quo eſt beneficium, perſonam cui ſit concedendum. Ita Pax Jordanus *d. lib. 10. tit. 6. num. 2.* ex Dominico *in Summâ, 21. diſt.* Archidiacono *in cap. Cùm venerabilis, num. 37. in quarta fallentia, de Exceptionibus.*

154. Octavò fallit in Eccleſiis Collegiatis ſæcularibus. Nam inſtitutio, vel confirmatio in præbendis, & beneficiis ſubjectis, ſpectat ad Epiſcopum; ſed electio, & præſentatio ad Prælatum, & Capitulum illarum Eccleſiarum. Pax Jordanus *ubi proximè, num. 3.* ex Federico de Senis *conſil. 34. Quæritur ad quem*, optimis redditis rationibus, ex Dominico *in Summa, diſt. 31.* Abbate *in cap. Significaverunt, notabili 2.* per illum textum, *de Exceptionibus*, dicente, quod Epiſcopus in talibus Eccleſiis non fundat intentionem ſuam ſuper libera collatione, ſed dumtaxat ſuper libera confirmatione, eo quòd electio ſpectet ad Collegium. Sequitur Felinus *in cap. Per venerabilem, num. 37. verſic. Fallit quintò*, ubi ampliùs dicit, quod ſi dicta beneficia ſint dotata ex bonis Collegiatæ, aut ſita intra corpus Eccleſiæ, vel in fundo ejus, tunc etiam confirmatio, ſive inſtitutio ſpectabit ad Prælatum ejuſdem Eccleſiæ, non ad Epiſcopum, ex Butrio, Cardinale, & Paulo de Leaz. *ibi* citatis.

Nonò fallit in beneficiis, quæ ſunt juriſpatronatus, quia de his Epiſcopus non poteſt liberè diſponere, ſed ad Patronorum præſentationem. Ita Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 7. n. 1.* In quo nulla poteſt eſſe difficultas, cùm conceſſio beneficii, quæ præſentato à Patrono fit, non ſit libera, ſed coacta, & obligatoria: & in hoc differt inſtitutio propriè dicta à collatione. 155

Unum advertit Pax Jordanus *dicto tom. 2. lib. 10. tit. 10. num. 5.* ſatis proficuum, & menti tenendum, ad effectum probandæ præventionis, in caſu, quo idem beneficium conferatur à duobus, à Collatore ſcilicet ordinario, & ab alio Superiore, à Papa ſcilicet, vel ab ejus Legato, vel à Nuncio Apoſtolico: & conſilium dedit hoc, quod collatio fiat per publicum inſtrumentum, celebratum coram Notario publico, & duobus teſtibus omni exceptione majoribus, ac ſe ſubſcribentibus; & ob id familiares (addit) non erunt apti: alioquin, ſine prædictis, non fit concludens probatio contra proviſum Apoſtolicum, per litteras Ordinariorum, etiamſi appenſum haberent authenticum ſigillum; propter facilitatem fraudis, & confictionis antidatarum. An autem ſubſcriptio teſtium ſit de eſſentia, vel non, ſub opinione eſſe ait, & quod neget Garcia, & affirmet Gonzalez: ſuper quo ſe remittit ad dicta in titulo de Prævention. Addit tamen *num. 6. ſequenti*, hoc eſſe ſpeciale in caſu iſto collationis, quod litteræ patentes Epiſcopi, cum ſubſcriptione, & ſigillo, non probent, quoniam regulariter aliàs facere ſolent plenam fidem in judiciis, & extra, 156.

tra, non ſecus ac publica inſtrumenta. Speculator *in tit. de Citationibus, num. 3. in fine*, ſic docens: *Et quidquid inde feceritis, per patentes litteras harum ſeriem contenentes, aut per publicum inſtrumentum fideliter reſcribatis.* Quæ verba repetit Mar. Socin. *in tract. de Citationibus, artic. 20. quæſt. 40. ante n. 8. verſic. Diem autem:* necnon Gonzalez *ſuper 8. Regul. gloſſa 59 per totam*, poſt alios multos ibi cumulatos. Hæc doctus Pax Jordanus *d. tit. 10. In tit. autem 3. de Præventione*, quæ ſequuntur docet pro præſenti argumento ſcitu valdè utilia, & neceſſaria, *à num. 7. & infrà.*

157. Quapropter (inquit) in concurrentia proviſionis Papæ, Legati, & Ordinarii, ille præferendus erit, qui primò fuerit proviſus, *cap. Dudum, §. Nos igitur, cap. Si à Sede, de Præbend. lib. 6. cap. Si plures, §. Porrò, de Officio Legati, eod. lib.* & utrobique Doctores. Abbas *in cap. Quia diverſitatem, num. 5. de conceſſ. præbend.* Rota *deciſ. 272. num. 4. lib. 2. part. 3. diverſorum.* Gonzalez §. 3. *Proœmii, num. 1.* & concordantes omnes.

158. Prævention autem conſideratur non ſolùm reſpectu diei, & horæ; ſed etiam puncti, & momenti. Quæ quidem duæ dictiones, quamvis apud Latinos capiantur promiſcuè, pro brevi aliquo temporis ſpatio: Doctores noſtri tamen accipiunt punctum pro *Quadrante*, hoc eſt, pro quarta horæ parte: momentum verò, pro *decima* ejuſdem horæ portione. Joan. Andr. *in cap. 1. num. 7.* Abbas *de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, poſt Acurſ. *in l. Cum biſſextum 98. in gloſſa fin. ff. de verborum ſignificat.* Gonzalez *in §. 3. Proœm. ſuper Regul. 8. num. 47.* & ita ſecundùm iſtos hora quatuor tenet puncta, & momenta decem. Alex. tamen *in eadem lege Cum biſſextum, ſub litt. E*, ſentit horam habere minuta ſexaginta, quem ſimpliciter allegat Gonzalez *ſuprà, num. 48.* & ſecundùm eum, punctum contineret 15. momenta: Latini tamen, ut dixi, capiunt utramque dictionem pro eodem brevi temporis ſpatio. Idem Gonzalez *num. 49. ſuprà.*

159. Quod ſi de prævention apparere non poſſit expreſsè, quia uterque datam habeat ejuſdem diei, tunc ille venit præferendus qui poſſidet, ex notatis per text. *in cap. Si à Sede 31. de Præbend. in 6.* poſſeſſio etenim, inter multa alia commoda, hoc etiam operatur, ut faciat præſumere proviſionem anteriorem. Caputaq. *deciſ. 47 part. 2. & 236. part. 3.* Maſcardus *de Probationibus, concluſ. 324 num. 4.* Rebuff. *de Pacifica poſſeſſione, num. 297.* ubi fuſiùs Gonzalez *d. §. 3. num. 51. cum ſeqq.* cumulans plures ad alios effectus ejuſdem poſſeſſionis.

160. Subamplia, quod diximus de poſſeſſione, procedere etiamſi non fuiſſet capta eadem die proviſionis: aut ſemel capta, iterum fuiſſet amiſſa; quia jam acquiſitum fuit jus prærogativæ, & extinctionis juris adverſarii: textus enim *in d. cap. Si à Sede*, indiſtinctè loquitur, quoad priorem partem, nec ſe reſtringit ad poſſeſſionem captam eadem die. Gonzalez *d. loco, num. 69. cum ſeqq.* multos Doctores citans. Alia vide apud Rebuff. *de Pacifica poſſeſſ. num. 297. & ſeqq.*

161. Obiter verò illud non prætereundum, quod in Canonicatibus, ad hoc ut poſſeſſio ſuffragetur, tam ad præfatum, quàm ad alios effectus, requiritur quod fuerit tradita per Capitulum, hoc eſt à majori parte Canonicorum capitulariter, more conſueto, congregatorum: alioquin cenſetur nullius momenti. Caſſadorus *deciſ. 8. de Cauſa poſſ. & deciſ. 5. de Iurepatronatus.* Gonzalez, qui alias citat deciſiones, *dicto loco, num. 81.* In praxi tamen apud nos malè ſervatur.

162. Si verò neuter poſſideat, ille venit præferendus, qui horam ſpecificam habet in data. Unde collige, magni referre, quod apponatur certa hora in litteris Collationem, & in aliis ſcripturis: ſed parum obſervatur in praxi ob imperitiam ſcribentium, ad Jaſ. *in l. 1. num. 6.* Ripam *num. 12.* Socinum *num. 12. Soluto matrimonio.* Gonzalez *d. §. 3. num. 62. cum ſequentibus.*

163. Quod ſi unus haberet pro ſe poſſeſſionem, alter verò certam horam, prior eſſet præferendus, eo quòd virtus poſſeſſionis magis operatur ad præſumendam anterioritatem datæ, quàm hora ipſa, prout ad partes diſputando concludit Gonzalez *d. §. 3. num. 62. cum ſeqq.*

164. Utroque autem poſſidente, præferendus eſſet, qui haberet horam diei captæ

captæ poſſeſſionis. Mohedanus *deciſ.* 12. *de Reſtitutione Spoliatorum*, Gonzalez *d.* §. 3. *num.* 68.

165. Ceſſante verò poſſeſſione, & appoſitione certæ horæ, nec aliunde conſtito de anterioritate, præferendus erit proviſus à Papa, vel Legato, propter conferentis prærogativam, *dict. cap. Si à Sede*, Gonzalez *ubi ſuprà*, *num.* 50.

166. Papa autem regulariter non præſumitur voluiſſe prævenire. Rota *deciſ.* 30. *num.* 2. *de Præbendis*, *in antiquis*, Achil. *deciſ.* 1. *num.* 4. *eodem tit.* & *deciſ.* 6. *num.* 1. *de Privileg.* Gonzalez *ſuper d. Regulam* 8. §. 4. *Proœm. num.* 6. multos ex more citans: & poſt ipſum *deciſ.* 188. *num.* 1. *part.* 2. *noviſſ.* quæ plures alias deciſiones cumulat concordantes. Ipſe enim regulariter non prætendit providere de beneficiis vacantibus in menſibus Ordinariorum. Idem *ubi ſuprà*, *n.* 7. poſt Puteum, & alios: quæ tamen præſumptio tollitur multis modis cumulatis ab eodem Gonzalez *d.* §. 4. *à num.* 63. *ad finem*, *& gloſſa* 52. *n.* 48.

167. Quibus addas, quod nec per gratioſam ſubrogationem cenſetur velle prævenire; quia prævento non habet locum, niſi in gratia principali, *d. deciſ.* 187. *num.* 3. *part.* 2. *noviſſimarum*. Talis verò gratioſa ſubrogatio non conceditur, niſi exiſtente litigio, aut reſervati beneficii; his enim deficientibus, cenſetur nova proviſio, non ſubrogatio. Mohed. *deciſ.* 3. *num.* 2. *Vt lite pendente*, Sarnenſ. *in Proœmio Regulæ de Subrogat. collit. in fine*. Vital. *in Clement.* 1. *num.* 141. *cum duobus ſeqq. Vt lite pendente*, Rota *eadem deciſ.* 187. *num.* 4.

168. Similiter, quando Papa providit, uti de reſervato, prævento non juvat; quia manifeſtè apparet, voluiſſe diſponere tanquam de reſervato, non autem prævenire. Roland. *conſil.* 335. *num.* 11. Achil. *deciſ.* 5. *de Præbend.* & *d. deciſ.* 187. *num.* 3. *part.* 2. *noviſſimarum*, atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Romana Cleric. Sancti Petri*, 27. *Novembris* 1612. *coram Seraph.* concordat Gonzalez *ſuper Regul.* 8. *gloſſa* 52. *num.* 48.

169. Exceptio autem non præventionis, ſive intentionis Papæ, quod noluerit prævenire, non retardat immiſſionem in poſſeſſionem vigore litterarum Apoſtolicarum, quia talis exceptio reſpicit magis titulum, quàm poſſeſſionem, & ob id reſervata cognitione illius ad aliud tempus, danda erit immiſſio. Gonzalez *d.* §. 4. *Proœmii*, *num. fin.* Abbas *in cap. Cùm olim*, *num.* 15. *de Cauſa poſſeſſionis*. Craveta *conſil.* 258. *num.* 5. *& conſil.* 312. *num.* 1. & faciunt tradita *in l.* 2. *C. de Edicto Dini Adriani tollendo*, ubi Baldus *num.* 42. Decius *num.* 19. idem Gomez *gloſſa* 15. §. 1. *ante finem*; qui tamen loquitur arbitrativè, non autem præcisè, & abſolutè: ac plurimùm valere arbitrium judicantis, dicit, ponderatis, & conſideratis omnibus circunſtantiis.

170. Quando autem tractatur, non de præventione inter proviſos à Papa, & ab inferiore, ſecundùm terminos præfatos, ſed inter plures proviſos Apoſtolicos, tunc recurritur *ad Regulam* 16. *& 33. Cancellariæ*, quarum prima diſponit, attendendum eſſe, an conceſſio emanaverit proprio motu, vel ad inſtantiam partis; necnon conſiderandas eſſe qualitates proviſorum, ut magis dignus præferatur. Secunda verò, quod proviſio per *Fiat*, anteponatur proviſioni per *Conceſſum*. Et ideo præfatæ Regulæ non contrariantur *d. cap. Si à Sede*. Gonzalez *d.* §. 3. *Proœmii*, *num.* 113. *cum ſequentibus*: quia loquuntur in pluribus Papalibus, ut diximus; non autem quando proviſio Papæ concurrit cum proviſione inferioris.

171. Notandum præterea, quod ad effectum probandæ præventionis Ordinarii, neceſſe eſt, quod de ſua collatione conſtet per publicum inſtrumentum manu notarii confectum, cum præſentia, & ſubſcriptione duorum teſtium omni exceptione majorum: alioquin ſolæ litteræ Epiſcopi cum authentico ſigillo, non ſufficiunt in concurſu præventionis cum proviſis Apoſtolicis, propter facilitatem confingendi antidatas, & gratificandi proviſis à ſe, contra Apoſtolicos: & ita ſervari de ſtylo Curiæ, teſtatur *diciſio* 1. *&* 10. *de Probationibus*, *in novis*. Milis *in ſuo Repertorio*, *verbo Literis Epiſcopi*, *ſine ſigillo*: Abbas *in cap. Poſt ceſſionem*, *num.* 4. referens totam præfatam Deciſionem 1. Felinus *num.* 17. *verſic. Quintò conſidera*, Decius *n.* 10. *verſ. Secundò fallit.*

171. Ea quæ in hoc verſic. dicit Pax, docet Paulus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 13. *num.* 5. *& n.* 6. addit, non ſufficere, quod Secretarius Epiſcopi inſtrumentum conficiat, ſi non eſt aliàs Notarius.

fallit. Gonzalez *d.* §. 3. *Proœmii, n.* 147. *Advertant*, inquiens, *Domini Episcopi, ne sua præventio inutilis, & inanis reddatur, quod semper faciant suas collationes per instrumentum, &c. Nam sine illis non creditur litteris Ordinarii, super provisione ab ipso facta, quando agitur contra provisum Apostolicum*. Sic ille. Propterea quando timetur de præventione, aut de litigio, utendum erit dicta forma.

172. Quod sufficiat Notarium referre testes præsentes, licèt non se in instrumento subscribant, Palaus ait, *n.* 6.

Eandem conclusionem doctè pertractat Garcia *de Benefic. part.* 5. *c.* 4. multas insignes Decisiones afferens; qui tamen *num.* 52. carpit Gonzalez *loco citato*; quatenus requirit testes subscribentes instrumentum collationis; sufficit enim, quod eorum nomina scribantur à Notario, ut cum communi tradit Covarruvias *Variarum cap.* 20. *num.* 4. plures citans, & ita practicari dicit.

173. Idem docet Palaus *d. n.* 5.

Subampliat Gonzalez dicta sua *ex num.* 150. *& infrà*, etiam in Eminentiss. Dominis Cardinalibus Collatoribus, & Legatis, & aliis, quinque modis *usque ad n m.* 160. exinde *ad num.* 164. quinque modis sublimitat, nimirum.

Primò, quando constat de possessione capta per provisum, ante dictarum litterarum expeditionem; quia tunc cessat præsumptio fraudis fictæ anticipationis, propter quam tollitur fides eisdem litteris: & ob eandem rationem crederem, posse dici idem resolvendum, ex identitate rationis, quando appareret de capta possessione per publicum instrumentum.

Idem ait Palaus *dicto num.* 5.

Secundò, quando provisus ab Ordinario, resignasset ante datam litterarum Papæ.

Palaus *d. n.* 5.

Tertiò, quando provisio spectaret ad duos, vel plures Prælatos, qui simultaneè dedissent hujusmodi litteras collationis; quia magis creditur duobus, quàm uni, ut fusius post authoritates, quas ibi cumulat.

Palaus *d. n.* 5.

Quartò, quoties pro literis Ordinarii concurreret aliqua præsumptio, aut verisimilitudo, quæ excluderet præfatam fraudis præsumptionem, super quo multis agit ipse *à num.* 161.

Quintò, quamvis Notarius non fuerit rogatus; si tamen cætera concurrant, excluditur antidatæ præsumptio, ut per eum *num. ultimo*.

Quas quidem ampliationes, & limitationes summatim percutrit idem Garcia *d. part.* 8. *cap.* 4. *num. penultimo, & finali*, ac nonnullis exornat.

Sed quod attinet ad primam sublimitationem de capta possessione, restringenda erit juxta Decisionem *in Mediolanensi Canonicatus*, 1. *Junii* 1592. *coram Blanchetto*, quæ sic ait: *Fuit resolutum, stante reservatione facta per Sixtum V. de beneficiis vacantibus, Sede per obitum Gregorii XIII. vacante, non obstare provisо Apostolicò provisionem Archiepiscopi, cum data præcedente reservationem; quia cum careat subscriptione Notarii, & testibus, propter timorem antidatæ, non suffragatur, ex allegatis. Neque obstare instrumentum captæ possessionis; quia tunc possessio suffragatur, quando præcedit reservationem. Chisanensis, Thanis, & Guidobonus suprà; & ibi reservatio præcessit apprehensionem possessionis: nec obstare, quod tunc temporis non adesset provisus Apostolicus, quia stante reservatione, poterat dubitari in futurum, & habitura potiora jura, &c.* Garcia *d. part.* 8. *cap.* 4. *num.* 22. qui *num.* 24. dicit, quod si provisus ab Ordinario non agat de antedatione, sed contendat, provisionem Apostolicam esse invalidam, ex eo quod concesserit indultum Ordinario, & sibi ligaverit manus; tunc literis Ordinarii in forma communi præstatur plena fides. Millis *verbo Litteris Episcopi*, Navarrus *consil.* 1. *de Fide instrumentorum*, & concordantes *ibi*: quod poterit deservire *pro sexta limitatione*. Omnia dicta *à num.* 157. à doctissimo Pace Jordano accepi, cum quibus absolvit titulum 3. *de Præventione*. 174.

Paragraphus II.

Resolvuntur Dubia quædam, pro majori dilucidatione doctrinæ traditæ pro praxi Collationis Beneficiorum Ecclesiasticorum.

Sectio I.

DUbitatur primò, à quo dimanet in Ecclesia potestas conferendi beneficia Ecclesiastica cujusvis qualitatis? Respondeo dimanare à Christo Domino, qui illam immediatè D. Petro Apostolorum Principi, & Vicario suo, & in eo omnibus ejus legitimis successoribus con- 175.

cessit; quando ei commisit Ecclesiam, *Joannis ultimo*, dicens: *Pasce oves meas*; & à Petro, & successoribus ejus in Episcopos, & in alios qui illa utuntur derivatur, uti dixi *in Commentariis ad Constitui. 6. num. 710.* cum Samuellio *tract. de Elect. Canonica, disp. 1. controvers. 1.* & Castro Palao *part. 2. tract. 13. disp. 2. punct. 13. num. 2.* per hæc verba: Constat Romano Pontifici esse à Christo Domino plenum jus in Beneficiis concessum, ita ut ipse, prout sibi magis expedire visum fuerit, possit Beneficia cujuscumque qualitatis sint personis idoneis conferre, *cap. 1. de Præbendis, in 6.* & *Clementina 1. ut lite pendente, & cap. Cuncta per mundum, 9. quæst. 3.* Neque huic potestati obstare potest facultas Ordinariis, aliisque Prælatis concessa providendi; quia illis solùm respectu Pontificis est cumulativè concessa, non privativè. Neque Pontifex concedens facultatem Ordinariis Beneficia conferendi, se privare poterat potestate à Christo concessa, ut habetur *cap. Dudum 14. de Præbendis, in 6.* ibi: *Nos igitur attendentes, quod etsi memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit major:* & tradit, pluribus relatis, Gonzalez *ad Regulam mensium, §. 1. & §. 2. Proœmii, per totum.* Speculator *n. 51.* Garcia *5. part. de Benefic. cap. 1. à num. 1. & seqq.* Barbosa *de Potest. Episcop. allegat. 57. à num. 1.*

176. Hinc fit, ut si Pontifex præveniat Ordinarium in collatione Beneficiorum, quæ ipsi Ordinarius conferre poterat, validam esse Pontificis collationem; quia est collatio ab habente æquam, immò majorem potestatem, quàm Ordinarius: & deciditur expressè cap. *Dudum, de Præbend. in 6.* ibi: *Propter quod nostra, qui eandem occupavimus potestatem, potior debet esse conditio.* Idem habetur *capite Si à Sede, 31. eod. tit. cap. Si plures 8. §. Porro, de Officio Delegati, in 6.* & pluribus exornat Aug. Barbosa *d. allegat. 57. à n. 10.* Garcia *5. part. de Benefic. cap. 1. n. 9.* Gonzalez *ad Regul. Cancellar. §. 3. Proœmii, à n. 1. & seqq.* Et idem est, si non constaret, quisnam præveniret in collatione, an Pontifex, an Ordinarius; præferendus namque esset, ob prærogativam conferentis, provisus à Pontifice, proviso ab Ordinario. Colligitur *ex d. cap. Si à Sede, de Præbend. in 6. Clement. 1. §. Neutro, ut lite pendente,* & tradit alios refens, Gonzalez *suprà, num. 111.* Barbosa *num. 14.* Garcia *n. 9.*

177. Limitandum tamen est, nisi ex parte provisi ab Ordinario concurreret possessio. Nam tunc ratione possessionis, prævalet jus Ordinarii, ut expressè habetur *cap. Si à Sede, 31. de Præbend. in 6.* & tradunt omnes. Quod adeo verum est, ut etiamsi provisus ab Ordinario possessionem non acceperit eo die, quo fuit provisus, adhuc præferendus est proviso Pontificis; quia possessio facit præsumere anteriorem fuisse provisum. Et colligitur *ex d. cap. Si à Sede*, cùm generaliter dicat possessorem esse præferendum, cum de anterioritate provisionis non constat, & docet, aliis relatis, Gonzalez *ad Regulam mensium, §. 3. Proœmiali, num. 69.*

178. Limitatur deinde, nisi ex parte provisi ab Ordinario, concurreret, non solùm assignatio diei, sed horæ, cujus assignationem non haberet provisus à Pontifice. Nam ob illam determinationem, præsumitur provisio Ordinarii anterior; quia est certior probatio illa, quæ hac determinatione caret. Gonzalez *à n. 100.* Barbosa *de Potest. Episcop. p. 3. allegat. 57. num. 15.*

179. Dubitatur secundò, ad probandam collationem per Ordinariam factam, eritne precisè necessarium, quod litteræ Collationis conficiantur per Notarium publicum, & coram testibus extraneis, & qui non sint de familia Collatoris. Respondeo ex Pace Jordano *tom. 2. lib. 10. tit. 10. n. 5. suprà num. 156.* recensito, quod licèt litteræ patentes Episcopi, cum subscriptione, & sigillo, regulariter probent, & faciant fidem in judicio, & extra, non secus ac publica faciunt instrumenta; at hoc esse speciale in casu Collationis, ut non probent, nisi confectæ per Notarium publicum, coram duobus testibus omni exceptione majoribus; atque ideo, qui domestici, & familiares Collatoris Ordinarii non sint, propter facilitatem confingendi antidatas, & gratificandi provisis à se, contra provisos Apostolicos, ut ait *suprà, num. 171.* quibus in locis addit, testes se subscribere debere, ut instrumentum Collationis,

nis, tametſi per Notarium publicum confectum, probet. At Caſtrus Palaus *dicto puncto* 13. *num.*6. ait, quod etſi veriſſimum ſit, proviſionem Ordinarii contra proviſum à Papa, vel ab ejus Legato, non probari ſufficienter litteris ab Ordinario ſigillatis, ut poſt alios tradit Maſcardus *concl.*991. *à num.*13. Garcia *part.* 8. *de Benefic. cap.*4. *num.*11. quamvis adſit Secretarii Epiſcopi ſubſcriptio, ſi Notarius non ſit. Credit tamen ipſe, quod ſi Notarii ſubſcriptio adſit, referens teſtes præſentes ſtetiſſe, ſufficienter proviſionem Ordinarii probari contra quemlibet impetrantem, eſto teſtes non ſe in inſtrumento ſubſcribant. Quia receptiſſima praxis eſt (addit) inſtrumentum publicum non expectare, ad ſui fidem, teſtium ſubſcriptionem, ut aliis relatis comprobat Covarruvias *Practicar. cap.* 20. *num.*4. & tradit Garcia *ſuprà*, *n.* 53. Immò exiſtimat hanc probationem ſufficientem eſſe, etiamſi teſtes in inſtrumento publico nominati, domeſtici eſſent & familiares. Quia tunc probatio non fit vigore teſtium, ſed inſtrumenti publici vigore: cui probationi non notabiliter derogatur ex appoſitione teſtium, qui non ſint omni exceptione majores. Garcia *n.* 55. *in fine.* Et denique addit, proviſionem Ordinarii ſufficienter comprobari adverſus Apoſtolicam, per ſubſcriptionem teſtium (intellige omni exceptione majorum) in inſtrumento proviſionis, tametſi non ſit per Notarium confectum. Et idem (inquit) eſt, ſi teſtes examinati deponant de proviſione Ordinarii antedata. Quia teſtium probatio legitima eſt, & præſumptionem ceſſare facit. Quod à fortiori procedit ſi poſſeſſio comprobetur, tametſi de collatione non conſtet. Ita Palaus ex Garcia *d.part.*8.*c.*4.*n.*27.

180. Dubitatur tertiò, an in confectione inſtrumenti collationis beneficii, & aliorum, debeant plures quam duo teſtes apponi, & nominari? Reſpondeo, duos ſufficere ad plenam fidem in judicio, & extra faciendam. Ita *ex cap.* 1. *de Fide inſtrumentorum*, *& Authentico de Inſtrumentorum cautela, & fide*, *§. Sed etſi inſtrumenta*, ex Covarruvia *Practic. cap.*20. Burgos de Paz *in l.*3. *Tauri*, *partit.*1. *n.*127. Caſtrus Palaus *puncto citato*, *num.*7.

Nec valet ſi opponatur *lex* 54. *Caſtellæ*, *tit.*18. *partita* 3. ibi: *Dos eſcrivanos publicos por teſtigos, ſin aquel que face la carta, que eſcrivan ſus nombres en ella. O ſi por ventura tantos eſcrivanos publicos no pudieren aver en el lugar, tomen por teſtigos tres hombres buenos.* Sic Covarruvias *d. cap.*20. *num.*4. Joannes Oroſius *in l. Si quis ex argentariis*, *§. ſi initium*, *n.*54. *ff. de Edendo*: & praxis communiter recepta, qua per Tabelliones apponuntur tres teſtes in ſcriptura publica. 181.

Non inquam valet, quia etiam *ex lege* 111. *Caſtellæ*, quæ habetur *in eodem tit.* 18. *partita* 3. quæ eſt poſterior lege 54. nobis objecta, duos tantùm præſcribit teſtes, dicens: *Otro ſi no vale la carta publica, en que no ſea eſcrito el mes, y el dia è hora, en que fue fecha, è los nomes de dos teſtigos.* Et licèt hæc lex (ait Palaus) ſolùm à contrario ſenſu probationem faciat, quæ probatio non eſt ſatis efficax, cum contrarium alia in lege diſpoſitum ſit. At quia *in lege* 114. *ejuſdem tituli*, expreſsè deciditur duos teſtes ſufficienter probare, ibi: *E aun decimos, que toda carta, que ſea fecha por mano de Eſcrivano publico, en que aya eſcritos los nomes de dos teſtigos, à lo menos, è el dia, el mes, è la hora, è el lugar, en que fue fecha; aſſi como de ſuſo moſtramos, que vale para probar lo que en ella dixere*; ideò huic deciſioni ſtandum eſt, & tradit expreſsè Gregorius Lopez *d.l.*54. *verbo Tres*, Joannes Gutierrez *Practicarum q.*140. Burgos de Paz *in leg.*3. *Tauri*, *partita* 1. *àn.*124. & alii, quos recenſet, & ſequitur Garcia *de Benefic. part.*8. *cap.*4. *n.*31. Et *ad legem* 54. in ſpecie reſpondet Palaus, non præſcribere neceſſariò tres teſtes, ſed ad abundantiam illos dixit apponi: & id colligit ex clauſula in ea contenta, videlicet: *E abonda en toda carta publica.* Et addit: Item dici poteſt, requiſitos eſſe tres teſtes, vel ad minus duos, ut benè Gregor. Lopez, & Joan. Gutierrez explicuerunt, & latiùs Burgos de Paz *l.*3. *Tauri*, *partita* 1. *à num.*124. Ad id, quod ex praxi objicitur, reſpondeo, non eandem ab omnibus ſervari, maximè in hoc Navarræ Regno, in quo rariſſimè apponuntur in Inſtrumentis, & Scripturis publicis ultra duos teſtes.

183. Ex *lege* 114. modò adducta, obſerva, ad comprobationem aſſerti, de quo ſuperiùs, *num.* 179. nimirum non requiri ſubſcriptionem teſtium in inſtrumento publico, ut illud publicum ſit, & plenam fidem faciat, dummodo in illo nominentur, clauſulam illam, *en que aya eſcritos los nomes de dos teſtigos:* cui ſimilis habetur in præcedenti lege 111. in verbis verſiculi præcedentis, ibi: *E los nomes de dos teſtigos.*

184. Ex iiſdem obſervari poteſt legibus, quàm illis conforme ſit quod dictum eſt ſuprà, de appoſitione horæ in inſtrumento collationis Beneficii, *n.* 162.

185. Dubitatur quartò, an Pontifex, cùm providet beneficia vacantia in quatuor Ordinarii menſibus, debeat expreſsè derogare ordinarii juri, ut propria teneat proviſio? Reſpondeo quod non. Ita Caſtrus Palaus *dicta diſp.* 2. *punct.* 14. *n.* 1. Primò, quia ipſe Pontifex eſt Ordinarius Ordinariorum, & concurrit in poteſtate, & juriſdictione cum quolibet alio inferiore, *cap. Ad Romanum* 2. *q.* 6. *cap. Cuncta per mundum, & cap. Per principalem,* 9. *quæſt.* 3. Cardinalis, & Imola *in c. Cùm Eccleſia, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & ego ipſe *in Commentariis ad Conſtitut.* 6. *num.* 745. ac proinde locus eſt prærentioni. Secundò, quia facultas providendi beneficia, non eſt Ordinario privativè quoad Papam, ſed cumulativè. Tertiò, quia Pontifex providens beneficium, ſeu illud conferens, notitiam habet temporis vacationis, & hac non obſtante notitia, confert. Ergo prævenire intendit. Ergo alia non deſideratur juris Ordinarii derogatio. Et ita etiam tenet Garcia *de Beneficiis, part.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. & faciunt quæ tradit Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellar.* §. 4. *Proœmiali, à num.* 67.

186. Verum tamen eſt, quod ſi Pontifex conferat beneficium abſque dicta notitia, credi debet, illud non conferre: quia exiſtimat, non Ordinario, ſed ſibi jure reſervationis competere: & tunc nulla eſt collatio Pontificis, quia in caſu dubio, nunquam Pontifex cenſetur velle Ordinarios prævenire in collatione illis competente, ut multis allegatis docet Gonzalez *d.* §. 4. *à num.* 6. *& gloſſa* 51. *num.* 46.

187 Dubitatur quintò: Si Papa confert beneficium vacans in menſe alternativæ Epiſcopo conceſſæ, debetne expreſsè derogare gratiæ dictæ alternativæ? Affirmant Nicolaus Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 9. & Aloyſius Riccius *in Collectan. deciſionum, part.* 5. *collectan.* 1595. apud Barboſam *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 57. & apud Palaum *d. puncto* 14. *num.* 2. qui etiam cum duobus Doctoribus dictis, pro eadem Barboſam ſententia recenſet; immeritò tamen, cum pro negativa expreſſe ibi ſit. Moventur Garcia, & Riccius, cum ex pluribus S. Rotæ Deciſionibus à Garcia pro ſua adductis ſententia. Tum etiam, quia alternativa nihil aliud facit, quàm tollere reſervationem illorum ſex menſium, & relinquere Ordinariis poteſtatem expeditam in illis ſex menſibus providendi, ſicut relinquit cum quatuor menſes concedit. Sed ex conceſſione quatuor menſium non infertur, Papam arctatum eſſe ad derogandum, cùm beneficium vacans illis menſibus concedit. Ergo neque arctatur cum beneficium concedit vacans in menſibus alternativæ. Et ratio eſt, quia concedit gratiam, ut accumulativè providere ipſe poſſit, & locus detur prærentioni. Quod ſi dicas, huic prærentioni obſtare decretum irritans cujuſvis alterius proviſionis ab Ordinario in alternativa contentorum: Reſponderi poteſt, obſtare proviſioni cujuſvis alterius à Papa, non proviſioni Papæ.

188, Pro negativa verò ſententia eſt Barboſa *d. allegat.* 57. *num.* 16. dicens: Et adverte, non eſſe neceſſariam derogationem regulæ alternativæ in proviſionibus Papæ, etiam quod Papa provideat in menſibus alternativæ. Eſt etiam Palaus *d. punct.* 14. *num.* 3. qui pro ipſa allegat Mohedanum *deciſ.* 1. *num.* 4. *de Conceſſ. præbendæ.* Puteum *deciſ.* 492. *num.* 2. *fine, lib.* 2. Felinum *in cap. Cùm ex Officio, num.* 36. *infine, verſic. Quod autem, de præſcriptionibus,* recenſitos, & ſecutos à Gonzalez *ad Regulam menſium,* §. 4. *Proœmiali, num.* 20. *& ſequentibus.* Docet igitur iſta ſententia, quod niſi Papa id exprimat, non eſt cenſendus velle gratiæ alternativæ derogare. *Primò*, quia hæc conceſſa eſt Ordinariis, & ab ipſis acceptata, cum reſidendi onere. Ergo poſita reſidentia, injuſtè illis gratia

deroga

derogaretur. *Secundò*, quia nulla facta derogatione, credendum eſt Papam intelligere beneficia vacare in menſibus ſibi reſervatis, vel ſaltem in menſibus à jure Ordinariis conceſſis, non in conceſſis ex ſpeciali gratia, qualis eſt alternativa. *Tertiò*, quia decretum irritans additum alternativæ, ad proviſionem Papæ videtur extendi, utpotè qui Ordinariorum proviſioni frequentiùs derogare poteſt; aliàs ferè nullius eſſet utilitatis; ut rarò alteri à Papa conceſſa ſit facultas providendi beneficia accumulativè cum Ordinariis. Hæc Palaus, qui ſic reſpondet ad oppoſita in contrarium, videlicet:

189. Neque obſtant contraria ſuperiùs adducta. Concedo per gratiam alternativæ tolli obſtacula, & removeri reſervationem, & Ordinarios illam habentes manere expeditos ad providenda beneficia illis menſibus vacantia; nego tamen inde inferri, cenſeri Pontificem ſibi reliquiſſe poteſtatem illa jure ordinario conferendi, ſed ſolùm jure extraordinario, & facta derogatione. Tum ob ſpecialitatem gratiæ, ſub onere reſidendi conceſſæ. Tum ob decretum irritans, quod non invenitur in conceſſione facta à jure pro quatuor menſibus. Et licèt in ipſo decreto non addatur clauſula, *pernos, ſucceſſoreſque noſtros*, non tollit quominùs de Pontificis proviſione veniat intelligendum. Tum, quia alternativa eſt ſpecialis gratia, derogans communi juri, cui non cenſetur Pontifex, niſi exprimat, derogare. Tum quia, niſi Pontificis proviſionem impediret, ferè nullius eſſet utilitatis talis alternativæ conceſſio.

190. Dubitatur ſextò, an Papa præveniente proviſionem Cardinalium, contra indultum eis factum, ut poſſint omnia ſuæ Diœceſis beneficia conferre, ita ut omnes aliæ proviſiones, etiam per Sedem Apoſtolicam factæ, irritæ ſint, & inanes, teneat ejus proviſio, quin expreſsè dicto deroget indulto? Pro parte affirmativa refert Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 14. *num.* 4. Nicol. Garcia *de Beneficiis*, *part.* 5. *cap.* 1. *à n.* 33. ex eo ductum, quia dictum indultum conceſſum eſt Cardinalibus ad removendum reſervationis obſtaculum. Ergo ſolùm illa comprehendit beneficia, quæ ſpecialiter Cardinalibus reſervata ſunt: Cùm autem Cancellaria de menſibus Apoſtolicis non comprehendat Cardinales, ſed potiùs eos excipiat, ut multis allegatis, probat Gonzalez *ad Regulam menſium*, *gloſſa* 24. *num.* 1. efficitur benè, de horum proviſione dictum non intelligi indultum, ſed Cardinales jure ordinario providere cumulativè cum Pontifice. Et favent antiquæ Rotæ deciſiones à Garcia relatæ.

Contrariam tamen firmat ſententiam Caſtrus Palaus *n.* 5. dicens: At verius mihi apparet, indigere Pontificem derogatione ſupradicti indulti Cardinalibus conceſſi, ut cenſeatur velle eorum privilegium derogare. Concedo namque, in reſervatione menſium non comprehendi Cardinales ordinarios collatores, ſed potiùs juri ordinario relinqui, ut in quibuſlibet menſibus poſſint omnia beneficia providere. At huic ordinariæ poteſtati ſuperadditur indultum, ne alius in illorum proviſione ſe intromittat, neve alterius proviſio, etiam per Sedem Apoſtolicam facta valeat. Ergo cenſendum eſt, ex vi illius indulti manus ordinarias Pontificis ligatas eſſe. Tum, quia illud indultum ultra conceſſionem juris, aliquid operari debet. Tum, quia de omnibus beneficiis indiſtinctè loquitur. Neque Deciſiones Rotæ dicunt contrarium: ſolùm enim affirmant, non obſtare decretum irritans Cathedralibus conceſſum, quominus Pontifex proviſionem beneficiorum ad Cardinales pertinentium facere poſſit; ſed hoc non jure ordinario, ſed extraordinario, derogando ſcilicet gratiæ illis factæ; ſecus abſque tali derogatione. Adde, eſto Rota aliquando tenuerit, non eſſe neceſſariam derogationem expreſſam indulti Cardinalium in proviſione Pontificia. At re bene perpenſa, neceſſitatem derogationis firmavit, ut optimè advertit Gonzalez *ad Regulam menſium*, *gloſſa* 5. *§.* 9. *num.* 12. cum Puteo *deciſ.* 479. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 46. *lib.* 1. *part.* 3. *diverſor. & deciſ.* 10. *per totam*, *part.* 3. *lib.* 3. *diverſor.* Flamin. Pariſ. *lib.* 6. *de Reſignat. quæſt.* 5. *num.* 69. *&* 70. Mandoſ. *de Signatura gratiæ*, *tit. Coadjutoriæ*, *colum.* 3. *verſic. Clauſulam.* Idem tradit Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 55. 191

192. Hæc doctiſſimus Caſtrus Palaus, ex cujus doctrina firmior remaneo ad propugnandam reſponſionem à me heſterna die traditam, ſuper quæſtione in hoc meo Hyrachenſi Cœnobio mota, an ſcilicet in eo, & in aliis noſtræ Congregationis Hiſpaniæ, adeſſet obligatio, aut facultas quidem, recitandi, & celebrandi hodie 20. Septembris 1679. Feſtum Sanctorum Euſtachii, & Sociorum Martyrum, ſub Ritu duplici, ut præſcripſit Clemens X. 26. Januarii 1671. omnibus perſonis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm Regularibus ad perſolvendum Officium Divinum adſtrictis, & obligatis; an verò ſub Ritu ſimplici à Paulo V. præſcripto, in Breviario, & Miſſali Monaſticis, authoritate ſua recognitis, approbatis, & editis pro omnibus ſub Regula Sanctiſſimi P. N. Benedicti militantibus, & in dicta noſtra Congregatione admiſſis & obſervatis. Reſolutio mea fuit, non poſſe noſtram Congregationem, neque ejus alumnos officium dictorum Sanctorum perſolvere juxta formam per Clementem X. ſed per Paulum V. præſcriptam, ita ut qui Clementinam, non autem Paulinam adimpleret, violaret præceptum injunctum *in cap. Dolentes, de Celebratione Miſſarum*, omnibus ſæcularibus, & Regularibus cujuſlibet profeſſionis, & impoſitum dictæ Congregationi, & ejus Monachis, per Urbanum VIII.

193. Motus fui ad hanc reſolutionem, ductus, & arctatus à quodam motu proprio ab eodem Urbano Octavo edito die 7. Maii 1626. in cauſa, quæ verſa fuerat, & vertebatur in Sacra Congregatione Rituum, inter partes, Reverendiſſimus Generalis, & major Capituli Generalis dictæ Congregationis pars, ex una; & aliquos Gremiales, ex altera: contendente majori parte, eſſe recedendum ab obſervantia Breviarii, & Miſſalis Pauli Quinti, jam admiſſorum à Congregatione noſtra, & redeundum ad obſervantiam Breviarii, & Miſſalis veterum; minori verò è contra prætendente, debere Pauli Quinti Breviarium, & Miſſale jam admiſſa, recepta, & etiam ultra annum in multis Monaſteriis uſu habita, obſervari. Ad quam utique cauſam terminandam, multis hinc, indeque deductis coram Eminentiſſimis Dominis Cardinalibus dictæ S. Congregationis, ſequentes litteras, quas penes me ipſum authenticas habeo, & quibus adductis, multa pro eodem argumento dixi *in Quæſtionibus ſelectis, & varus, quæſt. unica, tit. 6. de Celebratione Miſſarum*, præfatus Urbanus edidit, tenoris ſcilicet iſtius.

194. *Urbanus Papa Octavus. Ad perpetuam rei memoriam. In Cathedra Principis Apoſtolorum, nullis licèt noſtris ſuffragantibus meritis, divina providentia conſtituti, Religioſorum Ordinum quorum cumque in Eccleſia, præſertim ſub glorioſi Monachorum Principis S. Benedicti illuſtri vexillo militantium, proſperum ſtatum, felicem que directionem ſinceris deſiderantes affectibus, in his, per quæ Religioſi ipſi debitas laudes Altiſſimo cum conſenſu, & uniformi ritu perſolvere valeant, ſedulò intendimus, ac deſuper Paſtoralis Officii noſtri partes interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque, ſicut accepimus, editis alias Breviario, & Miſſali Monaſticis, de mandato felicis recordationis Pauli Papæ V. prædeceſſoris noſtri, reformatis, pro omnibus Monachis ſub Regula S. Benedicti militantibus, præſidente ad hoc opus bonæ memoriæ S. R. E. Cardinali Bellarmino nuncupato, cum aſſiſtentia etiam dilectorum filiorum Procuratorum generalium totius Ordinis S. Benedicti hujuſmodi, eiſque per Monachos, & Capitulum generale dicti Ordinis Congregationis Hiſpaniarum, non ſolùm receptis, ſed etiam ultra annum in multis Monaſteriis uſu habitis, ſuccedente poſtea novo Abbate Generali, qui novum Miſſale hujuſmodi dimitti, & vetus continuari ſub præcepto & cenſuris ordinaverat, res in Capitulo Generali dicti Ordinis de novo propoſita fuerit: & licèt novus Abbas hujuſmodi pro ſua opinione à majori parte Capituli obtinuerit, nihilominus ab ejuſdem Capituli Decreto aliqui appellaverint: habitoque ad Venerabiles Fratres noſtros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpoſitos recurſu, ac multa deducendo, pro hujuſce rei definitione inſiterint. Nos pro noſtri Paſtoralis officii debito, omnem in præmiſſis diſcordiarum materiam è medio ſubmovere, pacique & quieti Monachorum prædictorum, quantum cum Domino poſſumus, conſulere volentes: De eorundem Cardinalium conſilio, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura*

tura deliberatione noſtris, Breviarium & Miſſale prædicta, de mandato Pauli prædeceſſoris hujuſmodi, ut præfertur, edita, ex quo ſemel ab initio acceptata ſunt, de cætero perpetuis futuris temporibus omnino continuari, atque ita ab omnibus, & ſingulis Monachis prædictis inviolabiliter obſervari: ſicque per quoſcumque judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium decernimus, & declaramus. Mandantes propterea, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon Officiorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, aliiſque arbitrii noſtri pœnis, dilectis filiis Generali, ac aliis Abbatibus, Præſidentibus, Prioribus, cæteriſque Ordinis, & Congregationis hujuſmodi Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, quatenus in omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Monaſteriis, Conventibus, Domibus, Prioratibus, Hoſpitiis, Eccleſiis, Hoſpitalibus, Grangiis, cæteriſque locis regularibus eorumdem Ordinis, & Congregationis, quamtumvis exemptis, & privilegiatis, Breviarium, ac Miſſale ſic, ut præfertur edita, veteribus, quibus antea utebantur, omnino poſtpoſitis, recipiant, ac recipi, & admitti, eiſque deinceps ad publicè, privatimque in Choro, & extra precandum, pſallendum, ac Miſſas, horaſque Canonicas celebrandas, & recitandas, in omnibus, & per omnia uti, cum effectu curent, & faciant: contradictores quoſlibet, ac in præmiſſis non parentes, per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus Decreto Capituli Generalis prædicto, & aliis præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, Ordinis, & Congregationis hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & litteris Apoſtolicis eiſdem Ordini, & Congregationi, illorumque Abbatibus, Præſidentibus, Prioribus, Superioribus, & Monachis, ac quibuſvis aliis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda eſſet, illorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, ſub annulo Piſcatoris, die VII. Maii, M. DCXXVI. Pontificatus noſtri Anno tertio.

V. Theatin.

Subſcripſit, & ſigillavit Najaræ, 7. die Aprilis, 1629. Fr. Leander Guembe Ybero, Benedictinus Monachius, S. Mariæ Najarenſis Notarius Apoſtolicus, & Ordinarius.

Multa veniunt expendenda, & ponderanda in hac Urbana Conſtitutione. I. Quod edita fuerit Motu proprio, & ex certa ſcientia. II. Quod omninò, & inviolabiliter præcipiatur obſervari Breviarium, & Miſſale, perpetuis futuris temporibus. Ideſt ſine ulla additione, alteratione, aut diminutione. Quod rurſus injungitur in clauſula, *In omnibus, & per omnia*. Quæ certè repetitio enixam Urbani, & efficacem voluntatem declarat. III. Quod deroget quibuſvis Conſtitutionibus, Ordinationibus & litteris Apoſtolicis, ſub quibuſcumque formis, & tenoribus editis. IV. Quod apponat in ea ſemel, & iterum Decretum irritans, in repetita dictione *omninò*, uti dictum eſt *dicta quæſt. de Celebratione Miſſarum, num.* 12. 1957

quò

quò loci addidi, importare omnes caſus, & non unum magis quàm alium; indiſtinctè, omnique ex parte omnia comprehendere, nullamque recipere reſtrictionem; & denique importare obligationem, & neceſſitatem indiſpenſabilem: quæ omnia non bene compatiuntur cum eo, quòd debeamus, aut poſſimus quidem hodie perſolvere Officium SS. Euſtachii, & Sociorum ſub Ritu duplici, in vim Ordinationis Clementis X. maximè addito ab Urbano expreſsè, & formaliter dicto Decreto irritante, ibi: *Ac irritum & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Quod talis, & tantæ efficaciæ, & virtutis eſt, ut liget etiam manus Summi Pontificis. Barboſa *de Clauſulis, clauſ.* 40. *num.* 10. cum Gabriele *Communium lib.* 6. *tit. de Clauſulis, concluſione* 3. *num.* 4. *&* 5. Moneta *de Commutatione ultimar. voluntatum, cap.* 7. *num.* 232. Puteo *deciſ.* 138. *lib.* 2. *in correctis*, Anaſtaſio Germonio *de Indultis Cardinalium, §. Aliqui, num.* 15. Solorzano *de Iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 22. licèt non adſint verba; *etiamſi per Nos, &c.* ut poſt Caſſadorum (addit Barboſa) *deciſ.* 5. *de Conceſſione præbendæ*, & Pariſium *conſ.* 37. *volum.* 4. obſervat Anton. Gabriel *d. concluſ.* 3. *num.* 74. & noviſſimè Caſtrus Palaus *hic, num.* 191. relatus, cujus occaſione hanc aggreſſus fui digreſſionem, ſatis opportunè. Ait enim, ut vidimus, indigere Papam derogatione indulti facti Cardinalibus, ut nullus in eorum proviſionibus ſe intromittat, (addito indultò decreto irritante) néve alterius proviſio, etiam per Sedem Apoſtolicam facta, valeat. Ex quo infert: Ergo cenſendum eſt, ex vi illius indulti manus ordinarias Pontificis ligatas eſſe. Ordinarias conſultò dicit, non extraordinarias, conſiſtentes in poſſe derogare decreto irritanti conceſſo: quam derogationem facere poſſe Papam, de jure extraordinario aſſerit, non autem de jure ordinario.

196. Ex qua certè doctrina, maximè junctis Deciſionibus Sacræ Rotæ, & authoritate Doctorum *in fine num.* 191. recenſitis à Caſtro Palao, ſatis bene firmata, & propugnata manet reſponſio à me heri data, de eo, quod noſtris Valliſoletanis, ſeu Congregationis Hiſpaniæ Monachis non licet in Choro, aut extra perſolvere Officium Sanctorum Euſtachii, & Sociorum ſub Ritu Duplici, à Clemente X. præſcripto; ſed ſub ſimplici, à Paulo V. aſſignato: & idem dico de aliis Officiis, & Ritibus, qui in Breviario, & Miſſali dicti Pauli Quinti non ſint, tametſi ſub præcepto ab ejus ſucceſſoribus injungantur ſic perſolvi; dummodò tamen decreto irritanti, ab Urbano Octavo ſuperaddito nobis, non derogetur. Poſt hæc ſcripta inveni Nicolaum Garciam *de Benefic. part.* 3. *cap.* 1. *à num.* 145. meam ſententiam ſolidiſſimè propugnantem, maximè recenſendo *n.* 151. Bullam Pii V. Breviario præfixam Romano, ex ejus verbis, *num.* 152. prout ſequitur inferendo: *Ex quibus verbis manifeſtè patet, non recitantem per hoc Breviarium, nec ſecundùm ipſius præſcriptum, rationem, & formulam, atque ſecundum ipſius Regulas, & Rubricas, non ſatisfacere ſuæ obligationi, ſed incurrere pœnas conſtitutas in non recitantes, atque adeo obligationem reſtitutionis fructuum beneficiorum.* Hæc ibi Doctor ille.

SECTIO II.

Septimò dubitatur, quis ſit Ordinarius Collator; quæ beneficia conferre poſſit; & quando ei hæc poteſtas competat? Ad primam partem reſpondeo, illum eſſe collatorem ordinarium, qui jure proprio beneficia confert, tametſi juriſdictionem non habeat contentioſam & in foro externo. Ita Palaus *part.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 27. *num.* 1. *ex t. Ordinarii, de Offic. Ordin. in* 6. *& ex cap. Si ſoli, de Conceſſ. præbend. eod. lib.* 6. & ex Gloſſa *verbo Ordinarium, in Clement.* 1. *Ut lite pendente.* Inter proprios Collatores, primum locum habet Epiſcopus loci beneficii; illi enim à jure data eſt poteſtas conferendi omnia beneficia ſuæ Diœceſis, *cap. Omnes baſilicæ, cap. Nullus omninò*, 16. *quæſt.* 7. *cap. Conquerente, de Offic. Ordinarii, cap. Ex frequentibus, de Inſtitut.* Palaus *d. num.* 1. & *punct.* 15. *num.* 1. ubi addit *cap. Cùm ex injuncto, in fine, de Hæreticis*, Flam. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 10. *à num.* 49. *& lib.* 7. *quæſt.* 14. *num.* 7. Garciam *de Benefic. p.* 4. *cap.* 1. *n.* 52. Gonzalez *ad regul.* 8. *§.* 1. *Præam. num.* 21. *&* 22. *& gloſſ.* 11. *num.* 38. & 197.

Barbo

Barboſam *allegat.* 57. *num.* 1. & Pax Jordanum, ſuprà allegatum, *num.* 143. cum aliis, quos recenſet ipſe. Alii verò collatores, quales ſunt Abbates, & Priores, *cap. ult. de Inſtitution. & Clement. 1. de Supplenda neglig. Prælat.* & Canonicorum Collegium, *cap. Propoſ ſit, de Conceſſ. prabend. in* 6. ex conſuetudine, præſcriptione, aut privilegio poteſtatem habent conferendi, uti Palaus *d. puncto* 27. *num.* 1. notat ex Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib* 6. *cap.* 25. *queſt.* 8.

198. Ad ſecundam partem reſpondet Palaus *num.* . potiùs ex conſuetudine, quàm ex jure deſumendum, quæ beneficia conferre valeant Ordinarii collatores. Attamen, jure communi attento, communior ſententia docet, Dignitates, Canonicatus, & præbendas Eccleſiæ Cathedralis, maximè ſi ex bonis communibus erectæ ſunt, ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul pertinere, ita ut Epiſcopus æqualem vocem habeat cum Capitulo, *cap. Cum Eccleſia Vulterana, in fine, de Elect. cap. Poſtulaſtis, de Conceſſ. prabend. cap.* 1. *Ne ſede vacante, in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *gloſſa* 45. *num.* 36. Garcia *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 17. *juncto num.* 1. Azorius *ubi proximè, quæſt.* 9. Reliqua verò beneficia inferiora in ipſis Eccleſiis Cathedralibus conſiſtentia, ut ſunt portiones, & dimidiæ portiones, ſi ſunt de gremio Capituli, ex aliqua conſuetudine, vel jure ſpeciali, ſaltem quoad menſæ communem participationem, eodem modo ad ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli proviſionem pertinent. At ſi ſint extranea à Capitulo, ab ipſo Epiſcopo abſque Capituli conſenſu, vel Capitulo provideri poſſunt. Garcia *d. cap* 4. *n.* 157. Gonzalez *ſuprà, à num.* 38. & Azorius *loco citato.* Quod à fortiori in Capellaniis ibidem exiſtentibus, dicendum docent dicti Authores. Si verò de Eccleſiis Collegiatis fiat ſermo, ejus præbendæ eligi debent ab ejus Prælato immediato, & à Capitulo, & ab Epiſcopo confirmari. Gonzalez *num.* 47. *cum pluribus, quos recenſet.* Garcia *num.* 64. & Azor. *ſuprà.* Omnia prædicta Palaus *d. num.* 2. qui *n.* 3. ait illa procedere de jure communi; at verò ex præſcriptione, ſeu conſuetudine ſæpè aliud obſervari, ita ut Capitulum ſine Epiſcopo præbendas provideat, *cap. Ex parte, de conceſſ. prabend.* Et econtrà Epiſcopus ſine Capitulo, *cap. Ex frequentibus, de Inſtitutionib.* & tradunt Gloſſa *verbo Conſuetudine, in cap. Cùmanà, per textum ibi, de Elect. & in cap. cùm Eccleſiæ Sutrina, verbo Temporis, de conceſſ. præb.* & Gonzalez *gloſſa* 45. *num.* 71. ubi id pluribus S. Rotæ Deciſionibus comprobat.

. Quòd ſi petas, quod tempus ad 199.
hanc præſcriptionem jus commune derogantem, requiratur. Reſpondet Palaus, requiri immemorabile tempus ſine titulo, & quadragenarium cum titulo, ad excludendum Epiſcopum à beneficiorum proviſione, *c. 1. de Præſcriptionib. in* 6. Abbas *in d. cap. Cùm Eccleſia Vulterana, de Elect. in* 6. Garcia 3. *part. cap.* 4. *num.* 90. Quia cùm Epiſcopus de jure fundatam habeat intentionem ſuam providendi omnia ſuæ Diœceſis beneficia, ſi ab hac poſſeſſione excludatur, immemorabile tempus ſine titulo, & quadragenarium cum titulo requiri debet. Aliàs bona fides, quæ in præſcriptione eſt requiſita, præſumi non poteſt. Verùm ſi præſcriptio ſit ad favorem Epiſcopi, ut poſſit ipſe ſine conſenſu, aut conſilio Capituli providere, credit Palaus, decennium ſufficere ad præſcribendum; quia huic præſcriptioni jus clarum, & certum non reſiſtit: & ex alia parte, eſt præſcriptio, tum inter præſentes, tum inter perſonas Eccleſiaſticas; tum in favorem dignitatis Epiſcopalis.

Ad tertiam partem, de tempore, 200.
quo Ordinarius poſſit beneficia conferre: reſpondeo in primis, Epiſcopum electum, & confirmatum, non obtentis litteris Apoſtolicis, & Capitulo priùs oſtenſis, non poſſe beneficia conferre, neque aliam in Diœceſi adminiſtrationem habere. Sic habetur expreſsè *in Extrav. Iniunctæ, de Elect.* Ratio autem eſt, quia Capitulũ, cui jure communi, deficiente Epiſcopo, Epiſcopatus adminiſtratio incumbit, abſtinere ab ea non tenetur, quinſibi conſtet Epiſcopum electum & confirmatum eſſe. Tenetur ergo Epiſcopus hanc electionem, & confirmationem notificare Capitulo, ut deſiſtat: quod nullo alio modo clariori efficitur, quàm litterarum Apoſtolicarum oſtenſione. Hinc conſuetudo

percrebuit, ut non poſſit Epiſcopus ante captam poſſeſſionem beneficia conferre, neque ullam in Epiſcopatu adminiſtrationem habere: quia cum oſtenſione litterarum facilè poſſeſſio conjungi poterat, & ſic de facto ſemper conjuncta eſt. Sic Palaus *d. puncto* 27. *n.* 4. cum Azevedo *in Curia Piſana, lib.* 1. *cap.* 13. *à n.* 12. Ugolino *de Offcio Epiſc. cap.* 50. *§.* 15. *num.* 3. Azorio *part.* 2. *Inſtit. Moral. lib.* 3. *cap.* 29. *q.* 9. *& lib.* 6. *cap.* 25. *quæſt.* 11. & Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 258. *& ſeqq.*

201. Secundò reſpondeo, Epiſcopum, cui ob amentiam datus eſt coadjutor, non poſſe beneficia conferre, ſed coadjutorem, cui committitur Epiſcopatus adminiſtratio independenter ab Epiſcopo. Ita Palaus *punct.* 27. *n.* 5. cum Pariſio *de Reſignat. benefic. lib.* 7. *quæſt.* 20. *à num.* 15. Azorio *d. cap.* 25. *quæſt.* 15. & Garcia *d. cap.* 4. *num.* 270. Non enim poteſtatem conferendi poteſt habere Epiſcopus in hoc caſu, cùm non ſit ſui compos. Et idem reſpondeo, ſi illi coadjutor datus ſit, ob malam beneficiorum proviſionem: tunc enim non poterit Epiſcopus beneficia providere, niſi de conſenſu, & conſilio coadjutoris. Quia hoc neceſſarium eſt, ut tanto malo præcaveatur. Sic Palaus *d. num.* 5. cum Oldrado *conſ.* 45. & Garcia *num.* 273. & colligitur manifeſtè (ait) *ex cap. Venerabili, de Officio Delegati*, ubi annullatur alienatio bonorum facta ab Epiſcopo ſine conſenſu coadjutoris, qui ei ob dilapidationem bonorum datus erat. Si tamen Epiſcopo aſſignatus fuit coadjutor ob aliam, quàm duas cauſas amentiæ, & malæ proviſionis beneficiorum, illa per ſeipſum independenter à coadjutore conferre poterit. Ita Palaus cum Azorio *d. quæſt.* 15. Petro Gregorio *de Benefic. cap.* 39. *num.* 20. Navarro *conſ.* 3. *de Clerico agrotante, n.* 4. & Garcia *n.* 265. *& ſeqq.* quia id, quod noſtrum eſt, ſine facto, & conſenſu noſtro tacito, vel expreſſo auferri non debet, *de Regulis Iuris in Sexto.*

202. Prælatus putativus, & qui verè non eſt Prælatus, attamen talis reputatur, an conferre poſſit beneficia, difficultate non caret, cujus reſolutio ex illa dependet quæſtione, an error populi concedat juriſdictionem, aliàs illam non habenti? Et ſuppoſito à Jure illam concedi ob utilitatem publicam, argumento *l. Barbarius, ff. de Officio Prætoris*, cui conſonat *l.* 2. *ff. de ſententiis, & interlocutionibus, l.* 4. *partit.* 3. *& l.* 8. *tit.* 9. *lib.* 3. *recopilationis*, & in Jure Canonico *cap. Infames*, 3. *quæſt.* 7. Palaus *ubi proximè, n.* 6. cum Garcia *d. cap.* 4. *num.* 277. Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. diſp.* 22. *num.* 1. Leſſio *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 8. *à num.* 65. & cum Baſilio de Leon *lib.* 5. *de Matrim. cap.* 19. *n.* 3. Ego ipſe *in Diſquiſit. tom.* 2. *diſquiſit.* 11. *dub.* 17. *num.* 137. *&* 138. cum dicto Palao *part.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *punct.* 5. *num.* 9. Fillucio *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 227. Delbene *de Comitiis, & Parlamentis, dub.* 4. *ſubſect.* 32. *num.* 1. Joanne Sancio *in Selectis, diſp.* 44. *num.* 3. Joanne Caramuele *in Theologia Fundamentali, n.* 1120. addo ex dicto Delbene *d. n.* 1. Doctores *in cap. Nihil, de Electione*, Baſilium Pontium *de Matrimonio, lib.* 3. *cap.* 22. *n.* 46. & Molfeſium *in Summa, tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 13. *num.* 21. dicendum eſt, Prælatum ſic à populo reputatum, poteſtatem habere beneficia conferendi. Nam hæc poteſtas non ex jure divino immediatè, ſed jure poſitivo Eccleſiaſtico ortum habet. Poteſt ergo jus inhabilitatem conferentis beneficium ſupplere, & validam facere collationem, ne gravia ſequantur inconvenientia. Sic ſupradicti Doctores (ait Palaus *d. num.* 6.) non ſolùm generaliter, ſed ſpecialiter de Collatione loquentes.

203. Conſultò dictum eſt, *à populo reputatum*, ut indicetur errorem particularem conferentis, aut cujuſlibet alterius ſingularis perſonæ, inſufficientem eſſe, ut juriſdictionem tribuat illam aliàs non habenti. Cùm jus commune hanc tribuat, ob bonum, & utilitatem publicam, ne populus ſcilicet errans detrimentum patiatur, ſi à ſuo Prælato geſta annullentur, & reſcindantur, quod in uno, aut altero errante procedere non poteſt: quod ſatis benè colligitur *ex d. l. Barbarius*, ibi: *Quandiu latuit*; indicante, defectum latere debere, non unum, aut alterum, ſed populum, ſeu communiter omnes: & *ex d. cap. Infamis*, ibi: *Si ſervus, dum putaretur liber*, ſcilicet à populo: & *ex l.* 4. ibi, *tal yerro como eſte facieſſe algun pueblo comunalmente:* & notavit Sanchez *dicta diſp.* 22.

diſp. 22. num. 6. 7. & 8. Baſilius *n. 4.* Ita Caſtr. Palaus. Qui dictæ doctrinæ aliquas ſubjungit limitationes *num. 7. & ſeq.*

204. Prima eſt, ut illa non procedat in conferente privato, & ſingulari, qualis eſt Canonicus de Capitulo, & Scholaris ſuffragia ferentes in Cathedra, & aliis hujuſmodi. His enim communis error non prodeſt, quia ceſſat ratio utilitatis publicæ, quæ cernitur in his, quibus ratione officii competit beneficia conferre. Sic Garcia *de Benefic. part. 5. cap. 4. n. 314.* ubi plures recenſet. Hanc tamen limitationem non probat Palaus. Quia licèt conferens privata perſona ſit, & ex ſpeciali conferat delegatione: confert tamen nomine Eccleſiæ, & in favorem publicum; publicus enim favor cernitur in eo, quod beneficii collatio firma perſiſtat. Item teſtis inhabilis, reputatus tamen habilis, ſi inducatur in teſtamento, non vitiat diſpoſitionem, §. *Sed aliquis, Inſtit. de Teſtamentis, & l. 1. C. eodem*, ibi: *Teſtes ſervi, an liberi fuerint, non tractari oportet; cum eo tempore, quo teſtamentum ſignabatur, omnium conſenſu liberorum loco habiti ſunt.* Sed teſtis non eſt perſona publica, ſed privata. Ergo licèt conferens perſona publica non ſit, ſed privata, ejus collatio valebit, præcipuè cum in ratione conferentis, non ut privatus, ſed ut publicus Eccleſiæ miniſter ſe gerat. Et ita tenet generaliter loquens Sanchez *d. diſp. 22. num. 16.* & Baſilius *de Matrim. lib. 5. cap. 11. num. 11.* quos recenſet, & ſequitur Palaus *num. 7.*

205 Secunda limitatio eſt, ut procedat doctrina tradita in eo qui titulum habet à legitimo Superiore collatum, eſto invalidus ille ſit ob occultum impedimentum. Ita Caſtrus Palaus *d. punct. 27. n. 8.* cum Sanchez *d. diſp. 22. ſub num. 49.* ubi contrarium improbabile reputat, Leſſio *de Iuſt. lib. 2. c. 29. dub. 8. num. 65.* & cum Garcia *d. cap. 4. num. 281. & ſeqq.* & aliis innumeris apud illos. Fundamentum limitationis, eſt deſumptum ex textibus in quibus hæc fundatur poteſtas; omnes enim indicant titulum eſſe neceſſarium. Quia *in l. Barbarius*, ut ſatis ſignificaretur illum ſervum à populo Romano habuiſſe titulum, dicitur: Et verum puto (ait Palaus) ni-

h il eorum reprobari: hoc enim humanius eſt, cum populus Romanus, etiam ſervo potuiſſet decernere hanc poteſtatem. Idem colligitur *ex cap. Infamis, 3. quæſt. 7.* ibi: *Si ſervus dum putaretur liber, ſententiam daret.* Concurrit ergo, non ſolùm error populi, ſed titulus delegationis, ut Jus juriſdictionem concedat, illam aliàs non habenti.

Hanc limitationem reprobant Morla *in Emporio Iuris, tit. 11. quæſt. 2.* Baſilius *lib. 5. citato, cap. 20. num. 2.* & alii, quos refert Palaus *num. 9.* Primò, quia juriſdictio præſcriptione acquiritur, *cap. Duo ſimul, de Offic. Ordinarii*, & Abbas *ibi, num. 2. cap. Cùm contingat, de Præſcription.* ubi Gloſſa & Abbas *num. 5. & 6.* Sed ad præſcriptionem non ſemper requiritur titulus, ſed tempore, & antiquitate acquiritur. Ergo benè poterit acquiri juriſdictio ſine Superioris titulo. 206.

Secundò, conſuetudine juriſdictio comparatur, *cap. Cùm contingat, de Foro competenti, cap. Romana, de Offic. Ordinarii, cap. Romana, de Foro compet. in 6. c. Romana, de Offic. Ordin. eod. lib. & cap. Romana, de Sentent. excom. eod. etiam lib. 6.* 207.

Tertiò, ex ſola præſentandi quaſi poſſeſſione, & etiam eligendi, jus acquiritur eligendi, & præſentandi, *cap. Querelam, verſic. Nos igitur, & cap. Conſultationibus, de jurepatronatus.* 208.

Quartò, quia eadem ferè inconvenientia ſequuntur ex eo, quòd carens titulo legitimi Superioris, juriſdictionem non habeat, ſtante communi errore; ac ſequuntur ex eo, quod illam non habeat, qui habet titulum Superioris legitimi; ſiquidem eodem modo populus decipitur. Sed ne populus detrimentum patiatur ex putativo Superiore titulum habente, concedit Jus poteſtatem. Ergo eam debet etiam Superiori putativo titulo carenti. 209.

Quintò *ex Authent. de Tabellionib. Novella 44. cap. 1.* ubi inſtrumenta facta à Tabellione officium amittente, ob delictum, valida ſunt, ſtante communi errore. Item valida ſunt inſtrumenta facta à delegato, licèt ipſi Notario deleganti interdicta eſſet delegatio. Sed cum alicui interdicta eſt poteſtas delegandi, delegatio 210.

non ſubſiſtit, & delegatus non habet titulum à legitimo Superiore. Ergo abſque hoc titulo dari poteſt juriſdictio.

211. Caſtrus Palaus diſtinguit de conferente beneficium ratione officii publici juriſdictionem habentis, & de conferente illud ratione alicujus officii ſpecialis ſibi competentis. Conferens namque beneficia ratione officii publici juriſdictionem habentis, debet titulum à legitimo Superiore collatum habere, ut ei Jus concedat juriſdictionem. Tum, quia de his Judicibus, & Prælatis juriſdictionem habentibus, loquuntur textus *in l. Barbarius, & in cap. Infamis.* Tum, quia pro hac parte eſt communis omnium conſenſus, uno vel altero excepto. At verò conferens beneficia ob aliquam prærogativam ſpecialem fundationis, privilegii, præſcriptionis, aut conſuetudinis, non indiget titulo ad hanc poteſtatem, ſed ex ſola quaſi poſſeſſione obtinetur, ut ſatis probatur *ex cap. Querelam, de Electione, & cap. Conſultationibus, de jurepatronatus.*

212. Neque contra hanc doctrinam procedunt rationes, quibus dicta reprobatur limitatio. Nam conceſſo quod præſcriptione, & conſuetudine juriſdictio acquiratur, non inde infertur titulum non requiri, quia præſcriptio, & conſuetudo legitima titulus eſt à Jure approbatus. Item conducunt quæ tradit Garcia *d. cap. 4. num. 298.* & textus *in cap. Querelam, & cap. Conſultationibus*, probant noſtram doctrinam.

213. Quartum argumentum, etſi probet, eadem inconvenientia ſequi ex eo, quod carens titulo careat juriſdictione; ac ſequuntur ex eo quod habens titulum invalidum, illa careat. At cum in Jure non inveniatur fundamentum ad concedendam juriſdictionem carenti titulo, ac illam habenti, ea de cauſa concedenda non eſt. Adde non ſequi eadem inconvenientia, cùm in habente titulum faciliùs poſſit populus decipi, quàm in carente illo.

214. Quinto argumento ſatisfacimus, admittendo ſufficere in Notario, & in teſte quaſi poſſeſſionem, abſque titulo, ob ea, quæ dicta ſunt in præcedenti. Et de teſte probat *lex 1. C. de Teſtamentis.* Secus in aliis judicibus juriſdictionem habentibus.

Tertia limitatio eſt, ut non procedat doctrina in habente dignitatem, & beneficium reſervatum, cui eſt annexa poteſtas beneficia conferendi: quia enim hic intruſus eſt, & titulo caret, videtur etiam hac poteſtate carere; & præterea cum reſervatio ob decretum irritans inficiat titulum, & poſſeſſionem; & ea, quæ ex his ſequuntur, inficere debet. Adde collationem beneficii, eſſe quandam donationem, & gratiam, *cap. fin. de Offic. Vicarii, lib. 6.* ex cujus nullitate non ſequuntur ea inconvenientia, quæ ſequuntur ex nullitate ſententiarum pertinentium ad materiam juſtitiæ. Ita limitat Palaus *d. punct. 27. num. 11.* ex mente Garciæ *de Benefic. part. 5. cap. 4. num. 278. & cap. 5. num. 21.* Gonzalez *ad Reg. 8. gloſſ. 15. §. 1. num. 95. & gloſſ. 31. num. 28. & gloſſ. 45. §. 2. num. 44.* 215.

Hæc tamen limitatio Palao non probatur. Quia licèt fateatur intruſum in dignitatem, & beneficium reſervatum, cui eſt annexa poteſtas conferendi beneficia, titulo carere; credit tamen ob publicam utilitatem, ex æquitate illi hanc concedi poteſtatem, ſicut ad omnes alios actus, non ſolùm juſtitiæ, ſed etiam gratiæ, uti reliqui Doctores abſque ulla tradunt diſtinctione. Et ratio eſt, quia licèt negentur intruſo omnes fructus beneficii, cedentes in ipſius intruſi utilitatem; ſed non debent negari fructus beneficii cedentes in communem utilitatem; quales, inquit, ſunt electio, collatio, & præſentatio beneficiorum. Et addit, collationem beneficiorum, gratiam & liberalitatem eſſe, non in ſe, ſed reſpectu illius, cui beneficium confertur; nam ut benè Gloſſa *verbo Littera, in d. cap. fin. de Offic. Vicarii, in 6.* & nos ipſi *ſuprà, quæſt. 2. dub. 9. num. 180.* & Palaus *hîc*, collatio, ſeu datio beneficiorum, libera eſt, & gratioſa in cui dando; ſed neceſſaria in dando. 216.

Quarta limitatio eſt, ut non procedat doctrina tradita in eo, qui ipſo jure privatus eſt poteſtate conferendi: qualis eſt hæreticus, excommunicatus, & ſuſpenſus; ſi tamen ſit per ſententiam declaratus: nam interim quod quis declaratus non eſt, valent 217.

per

per ipſum geſta ; quia quoad exercitium poteſtatis, non privatur. Ita Caſtrus Palaus *d. punct.* 27. *n.* 12. ex à ſe ipſo dictis *in tract. de Fide, & de legibus.* Quæ certè ſententia conſonat Extravaganti *Inſuper ad evitanda ſcandala*, in Concilio Conſtantienſi ſub Martino Quinto edita, & à me ipſo reddita *in Diſquiſition. tom. 1. diſq.* 3. *dub.* 3. *num.* 2. ex D. Antonino *part.* 3. *Summæ Majoris, tit.* 25. *de Excomm. cap.* 3. in ea enim Fidelibus conceditur, *quod deinceps nemo à communione alicujus, ſacrorum adminiſtratione, vel receptione, aut aliis quibuſcumque divinis, intus, & extra, prætextu cujuſcumque ſententiæ, aut cenſuræ Eccleſiaſticæ, à jure, vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum Eccleſiaſticum obſervare, niſi ſententia, vel cenſura hujuſmodi fuerit lata contra perſonam, Collegium, Univerſitatem, Eccleſiæ communitatem, vel locum certum, vel certam à Judice publicata, vel denunciata ſpecialiter, & expreſsè. Conſtitutionibus Apoſtolicis, & aliis in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque: ſalvo ſi quem pro ſacrilega manuum injectione in Clericum, in ſententiam latam à Canone adeò notoriè conſtiterit incidiſſe, quod non poſſit aliqua tergiverſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari: nam à communione illius, licèt denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri juxta Canonicas ſanctiones.* Hactenus illud Concilium ; cui conſonare dixi dictam Palai ſententiam, quia ſi licitè, juxta illud, communicare poſſumus quibuſcumque cenſura Eccleſiaſtica innodatis, in cujuſcumque Sacrorum adminiſtratione, vel receptione, & in quibuſcumque divinis, dummodò illi publicati, vel denuntiati expreſſe non ſint, & ſpecialiter : quare illis non licebit in receptione beneficiorum, ſi illi declarati non ſint ?

218. Nec valet, ſi opponas, dictam Extravagantem nihil favoris concedere excommunicatis, & aliis cenſuris innodatis ; ſed aliis fidelibus, ad evitanda iſtorum ſcandala & conſcientiarum ſedandos ſcrupulos. Non, inquam, valet, quia uti dixi *loco citato, n.* 10. *pag.* 174. licèt nihil directè concedat dictis excommunicatis Extravagans illa ; concedit tamen indirectè, quatenus concedit directè fidelibus liberam facultatem ipſis excommunicatis, & aliis cenſuris innodatis, in quibuſcumque communicandi divinis. Ex quo quidem convincitur, illos retinere in ſe ipſis, & conſervare quamlibet poteſtatem, etiam ſpiritualem, prout ad fideles ſpectantem, & conſequenter ad conferenda ei beneficia, interim dum declarati, denunciati, & publicati non fuerint excommunicati.

Ex hac doctrina bene infert Palaus 219.
d. n. 12 falſum eſſe, quod docet Garcia *de Beneficiis, part.* 5. *cap.* 4. *num.* 324. collationem nempe factam ab excommunicato occulto, nullam eſſe. Quia in hac collatione (inquit Garcia) cum ſit quædam gratia, & donatio, procedit conferens ex officio, & non ad inſtantiam partis, ac proinde nulla gratia, aut favor ei competit *ex Extravaganti Ad evitanda ſcandala.* Hoc, inquam, falſum eſt (dicit Palaus :) nam eſto conferentem beneficia, ex officio procedere concedamus : at neceſſariò affirmandum eſt, obligatum eſſe illud officium exercere, dum in poſſeſſione conferendi beneficia perſiſtit ; valereque collationem, non tam favorem eſſe conferentis, quàm illorum, quibus beneficia conferuntur. Hæc Palaus, qui non minùs bene addit, neminem poteſtate habita privari ob delictum ullum, quin ſententia criminis declaratoria accedat. Quocirca *d. tom.* 2. *Diſquiſitionum, diſquiſit.* 1. *dub.* 13. *num.* 71. dixi, pœnam privationis beneficii, officii, gradus, aut adminiſtrationis, ipſo jure inflictam, non obligare delinquentem, nec in foro quidem conſcientiæ, antequam per Judicem declaretur crimen fuiſſe commiſſum per illum. Pro qua adduxi concluſione Naldum *in Summa, verbo Lex, num* 26. *& verbo Pœna, num.* 19. eundem Palaum *part.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 2. *punct.* 1. *num* 10. *verſic. Tertiò.* Molinam *de Juſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 96. *pag.* 590. Covarruviam 2. *part. de Sponſalibus, cap.* 6. § 8. *num.* 8. Sanchez *in Decalog tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 65. cum Navarro *in Bullam Gregorii XIII. de datis, & promiſſis pro juſtitia, vel gratia, in* 1. *edit. n* 41. *& in* 2. *num.* 44. & cum dicto Molina *d. diſp.* 96. *col.* 2. *verſic. Duo obſerva.* Barboſam *de poteſt. Epiſcop. allegat.* 57. *num.* 37. 38 *& 218.* Granadum *de Fide, controverſ* 1. *tract.* 15. *diſp.* 15. *num.* 7. Peyrinum *de Privileg.*

tom. 1. *ad Conſtitut.* 6. *Iulii II. num.* 19. Ventrigliam *de Clauſura Monialium, annot.* 5. §. 1. *num.* 24. Vazquez *tom.* 1. *in* 1. 2. *diſp.* 168. *cap.* 4. *num.* 25. Azorium *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 4. *quæſt.* 2. *&* 3. Lezanam *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 33. *& cap.* 20. *num.* 30. cum Soto *de Iuſt. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. *ad* 4. Aſcan. Tamburinum *de Iure Abbatiſſ. diſp.* 19. *quæſt.* 3. *num.* 1. Sà *verbo Pœna, num.* 1. Noctinotium *verbo eodem, num.* 2. cum Valero *eod. differentia* 20. *n.* 4. & Dianam *part.* 2. *tract.* 17. *reſolut.* 47. *verſ. Ex his*, quò loci addit, Prælatum Regularem incidentem in caſum privationis Prælaturæ ipſo facto, etiamſi palam conſtet de crimine, non incurrere dictam pœnam, donec per Superiorem declaretur; & conſequenter, tuta conſcientia, in ea manere poſſe, nec licere ſubditis illum expellere à gubernatione. Ita ille; cum dicto Valero *differentia* 20. *citata:* & Lezana *cap.* 10. *n.* 31. *in fine*, addit ſe ita vidiſſe conſuli, etiam à Pœnitentiariis Eccleſiæ S. Petri, quos circa hoc ipſemet conſuluerat. Et rurſus addit, doctrinam eſſe veram, tam in pœnis purè privativis, in quibus exequendis nulla actio humana exigitur, ut ſunt inhabilitas, &c. quàm in aliis, in quibus talis actio exigitur. Allegat Bonacinam *de Contractibus, diſp.* 3. *quæſt.* 8. *punct. ult. & de legibus, diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 7. §. 2. *num.* 9. Hanc tamen doctrinam ſaltem debemus reſtringere in pœna reſtitutionis fructuum, inflicta beneficiario non recitanti Horas Canonicas. Nam inter opiniones ab Alexandro Septimo, tanquam ſcandaloſas damnatas in Generali Congregatione S. Romanæ, & Generalis Inquiſitionis, 24. Septembris 1665. la 20. hujus tenoris eſt: *Reſtitutio à Pio V. impoſita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eo quòd ſit pœna.* Et etiam in amiſſione beneficii, &c. ob dicenda infrà *quæſt.* 9. *numero* 114. *& ſeqq.*

220. Quinta limitatio doctrinæ traditæ *ſuprà, num.* 202. eſt ut non procedat in eo in cujus electione ſubſtantialis defectus formæ commiſſus eſt, quia tunc deficit titulus. Sic Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 27. *n.* 13. refert Sanchez *lib.* 3. *de Matrimonio, diſp.* 22. *num.* 53. & ex eodem limitat, dummodò non adſit legitima Superioris confirmatio, quia hæc coloratum titulum præbet. Sed hæc limitatio ipſi non placet Palao. Quia quoties inhabilis ad beneficium, & officium eligitur, ſubſtantialis defectus in electione committitur; & tamen hic defectus ſufficiens non eſt impedire juriſdictionem, ut conſtat *ex l. Barbarius, & ex cap. Infamis, ſuprà relatis*, & tradit ipſe Sanchez *num.* 19. & Baſilius *de Matrimonio, cap.* 19. *num.* 13. *lib.* 5. Ergo ſubſtantialis defectus formæ non impedit juriſdictionem. Item Parochus obtinens beneficium per ſimoniam, vel per ſubreptionem à Summo Pontifice, vel non ſervata forma Tridentini, & Conſtitutionis Pii Quinti, nullam juriſdictionem haberet, quod certè duriſſimum eſt, & contra praxim receptam. Quapropter affirmandum eſt, ſolum titulum coloratum ſufficere, tametſi in commiſſione ſubſtantialis defectus commiſſus ſit, eo quòd perſona inhabilis ſit electa, vel forma electionis ſervata non ſit; & ita ut probabile, defendit Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 4. *num.* 393. Hactenus Pater Palaus. Utraque venit ponderanda opinio circa ea, quæ ego dixi *in Commentariis ad Conſtitutionem* 15.

SECTIO III.

Octavò dubitatur, an ratione poſ- 221.
ſeſſionis, jus conferendi, eligendi vel præſentandi Prælatis competere poſſit? Reſpondeo licitè, & validè poſſe Prælatum, qui eſt in poſſeſſione juris conferendi, eligendi, vel præſentandi, conferre, eligere, vel præſentare. Ita Caſtr. Pal. *part.* 2. *tract.* 13. *de Benefic. diſp.* 2. *punct.* 28. *n.* 1. *ex cap. Cum olim, cap. Cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Gloſſa & omnibus Doctoribus *ibi*, teſtibus Gonzalez *gloſſa* 45. §. 2. *à num.* 4. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 5. *à num.* 1. & ipſo Palao *in cad. diſp. punct.* 3. qui hac ducuntur ratione, quia hujuſmodi actus, fructus ſunt poſſeſſionis, & poſſeſſori debiti. Debet autem poſſeſſor eſſe in bona fide, *ex cap. Poſſeſſor, de Regulis juris, in* 6. *cap. fin. de Præſcriptionibus.* Covarruvias *in d. cap. Poſſeſſor*, 2. *part.* §. 6. *n.* 1. Lambertinus *de Iurepatronatus lib.* 2. *part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 10. *num.* 3. & poſt illos Palaus *d. n.* 1. qui ex Garcia *n.* 87.

&

& aliis penes ipſum, ait bonam fidem præſumi, quoties juſto titulo, vel probabilibus rationibus poſſeſſio acquiſita ſit. Acquiritur tamen (addit) ſi acquiſitum ſit Caſtrum, villa, dignitas, beneficium, cui eſt annexum jus conferendi, eligendi, vel præſentandi; quia acquiſito principali, & acceſſoria acquiruntur. Ita Navarrus *conſ. 2. de jurepatr.* Garcia *ubi proximè, à num. 9.* quos recenſet, & ſequitur Palaus. Quam doctrinam firmat S. Rota *in Eugubina Capellaniæ, 4. Julii 1618. coram Buratto, la 2. poſt tom. 1. mearum Diſquiſitionum, ante num. 1.* & *in eadem coram eodem, 1. Martii 1619. la 3. num. 1.* Reſponſio autem limitanda eſt, ita ut illa non procedat, quando poſſeſſio habet contra ſe decretum irritans, quale habet regula 8. Cancellariæ, ſeu menſium: quia cum hujuſmodi decretum inficiat poſſeſſionem, nequibit iſta jus ullum tribuere Prælato ad licitè, nec ad validè conferendum beneficium vacans in octo menſibus ad Papam reſervatis, eſto ab immemorabili tempore illud conferre conſueverit. Munita enim eſt dicto decreto irritante, præfata regula. Vide ſuprà, *num. 25.*

222 Secundò acquiritur, ait Palaus, ſi hæres ſis defuncti, quem conſtat in poſſeſſione fuiſſe conferendi; quia jura defuncti tranſeunt in hæredem, etiam abſque nova apprehenſione, ſeu exercitio. Gutierrez *conſ. 3. num. 2.* Garcia *d. cap. 5. num. 37.* & colligitur *ex l. Cùm hæres, ff. de Acquirenda poſſeſſ.* Tertiò acquiritur ex unico actu collationis, electionis, vel præſentationis, ad effectum perducto, ita ut præſentatus ex vi illius fuerit inſtitutus, electus fuerit confirmatus, & is cui beneficium eſt collatum, poſſeſſionem acceperit, fructuſque perceperit. Covarruv. *Practicar. cap. 14. num. 2.* Gonzalez *n. 37.* Garcia *n. 67. & 99. & ſeqq.* Quod ſi poſſeſſio conferendi aliis contraria eſt, actus ex quibus intelligitur acquiſitio, debent eſſe cum ſcientia, & patientia illorum, quibus præjudicatur, ut clarè probat lex *2. C. de ſervitutibus, & aqua*, & multis allegatis, docent Garcia *d. cap. 5. num. 109.* & Gonzalez *gloſſ. 45. §. 2. num. 32.* Hactenus Palaus *d. num. 1.*

Sed quid ſi Prælatus, qui eſt in 223
poſſeſſione conferendi, non habeat verum jus, ſed hoc penes alium ſit, & proprietas ad conferendum: removenduſne eſt à præſentatione, electione, collatione is, qui fuit à poſſidente electus, præſentatus, vel inſtitutus? Qua in re certum eſt (ait Palaus *num. 2.*) ſi inſtitutio, confirmatio, vel collatio facta eſt antequam declaretur proprietatem ad alterum pertinere, nequaquam removeri poſſe; quia ex inſtitutione, confirmatione, vel collatione jus perpetuum in beneficio acquiritur, *cap. Si tibi abſenti, de Præbend. in 6.* & notavit Garcia *d. cap. 5. num. 57. & cap. 6. n. 31.* At ſi declaratio facta eſt poſt præſentationem, vel electionem factam ante inſtitutionem, confirmationem, vel collationem, communis ſententia tenet, caſſandam eſſe præſentationem, vel electionem neque inſtitutionem, confirmationemve ſequi poſſe. Abbas *in cap. Conſultationibus, de jurepatr. n. 9.* Lambertinus *de jurepatr. 1. part. lib. 2. quæſt. 2. art. 6.* Joan. Gutier. *conſ. 4. in fine*, & alii relati à Garcia *cap. 5. num. 45.* & Covarruv. *Practicar. d. cap. 14. num. 2. in fine*, eo quòd electio, vel præſentatio facta ab eo, qui tempore præſentationis, vel electionis eſt in poſſeſſione præſentandi, vel eligendi, valida eſt, & jus electo, vel præſentato confert: non igitur ex ſubſequente ſententia infirmari debet. Neque obſtat, fructus exſtantes reſtituendos eſſe proprietario, qui vincit poſſeſſorem. Quia poſt factam electionem, vel præſentationem, jam non extant hi fructus penes poſſeſſorem, ſed reſpectu illius ſunt conſumpti. Neque item obſtat proprietatem abſorbere poſſeſſionem, cum clarè de proprietate conſtat, *cap. Cùm dilectus, de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Quia id intelligitur reſpectu futurorum eventuum, non præteritorum: ac proinde reſpectu electionum & præſentationum ſubſequentium, non illarum, quæ factæ ſunt. Ita Caſtrus Palaus.

Quid autem, ſi ante præſentationem, electionem, aut beneficii proviſionem mota ſit lis inter præſentatores, electores, aut proviſores de jure conferendi? Diſtinguendum eſſe ait Palaus. Si lis moveatur ſuper poſ- 224
ſeſſione;

ſeſſione; quia dum non conſtat, quis eorum poſſideat, nullus ſibi poſſeſſionem arrogare poterit, quouſque lis finiatur; aliàs unus alterius contrarius eſſet, & unuſquiſque ſibi jus in propria cauſa diceret. Et idem eſt ſi lis moveatur ſuper proprietate, nemine exiſtente in poſſeſſione. Quia cùm omnibus æquale jus dubium competat, & omnes providere inſolidum non poſſint, efficitur ſanè, expectandum eſſe litis eventum. Quod ſi intra ſemeſtre, vel quadrimeſtre non decidatur, devolvitur proviſio ad Superiorem, *cap. Quoniam, cap. Si verò, cap. Cùm propter, de jurepatronatus.* At ſi aliquis illorum in poſſeſſione exiſtit, & cauſa agitur ſuper proprietate, jus conferendi ad poſſeſſorem pertinet: neque ex lite attentata admittere debet poſſeſſionis fructus, juxta textum *in cap. 1. Ut lite pendente in 6* Ita Palaus *d. punct. 28. num. 3.* cum Garcia alios referente *part. 5. cap. 6. num. 21.*

225. Neque obſtat textus *in cap. Cumana, de Elect.* ubi Capellani erant in poſſeſſione eligendi, & vacante Eccleſia, mota fuit eis quæſtio ſuper jure eligendi, & non valuit eorum vox, quia non docuerunt de jure proprio. Non, inquam, obſtat; quia ut ibi Joannes Andreas dicit, & Gloſſa in originali, *in cap. Ex litteris, de Iurepatronatus*, fuit facta proteſtatio contra Capellanos, cui proteſtationi ipſi conſenſerunt. Præterea, non fuit certum, eſſe in poſſeſſione legitima. Adde, irritam fuiſſe eorum electionem, quia non fuit à majori parte, & quia fuit contra Conſtitutionem Concilii Generalis, relati *in cap. Quia propter, de Electione, el* 42. Sic Caſtrus Palaus *n. 3. citato*, qui *num. 4.* advertit cum Covarruvia *Practicar. cap. 14. num. 2.* ſententiam latam contra Electores, vel præſentatores, aut proviſores beneficiorum, neque nocere, neque prodeſſe electis, præſentatis, aut proviſis, ſive ignoraverint, ſive ſciverint, quia eſt res inter alios acta. Ut autem proviſis noceat, debent ipſi vocari in judicium, & ibi pronunciari, non eſſe legitimè proviſos, eo quòd providentes non fuerint in poſſeſſione conferendi. Nam eſto conſtet proprietarem non habuiſſe, eaque de cauſa poſſeſſione excludantur: ſi tamen tempore proviſionis fuerunt in poſſeſſione, electio, præſentatio, collatio, & inſtitutio firma perſiſtit. Quia fuit legitimè facta, & videtur tenere Garcia *d. cap. 5. num. 32.*

Nonò dubitatur, an ſequeſter be- 226.
neficia conferre poſſit? Pro dubii propoſiti intelligentia nota, ſequeſtrem vocari eum, apud quem res litigioſa deponitur ſervanda ei, qui in lite vicerit. Sic Palaus *num. 5. ex l. Sequeſter, de Verborum ſignificatione, l. Ei apud quem, l. Propriè, & l. Licèt, ff. depoſiti.* Sequeſter autem duplex eſt, alter voluntarius, & alter neceſſarius. Voluntarius ille eſt, qui ex litigantium voluntate à Judice deſignatur: Neceſſarius verò eſt, qui à Judice contra voluntatem litigantium conſtituitur. Palaus *l. Licèt, ff. depoſiti.* De utroque ſequeſtre procedit difficultas propoſita.

Triplex eſt in ea ſententia. *Prima* 227.
de utroque ſequeſtre negat poſſe beneficia conferre. *Primò*, quia ſequeſter rem non poſſidet ſequeſtratam, neque illam adminiſtrat nomine proprio, ſed alieno, ut conſtat *ex l. Intereſſe, de Acquirenda poſſeſſione, l. 1. C. de Sequeſtrat. poſſeſſion.* Sed in præſenti, nomine alieno non poteſt fieri proviſio beneficii: quia dum eſt ſequeſtrum, non conſtat, cui jus competat providendi. *Secundò*, quia ſequeſter obligatus eſt ſervare litis victori rei ſequeſtratæ fructus, *cap. Cum Bertholdus, de ſententia & re judicata, c. 1. de Sequeſtratione poſſeſſionis, & Clement. 1. eod. tit.* Sed proviſio beneficii eſt rei ſequeſtratæ fructus. Ergo hujuſmodi proviſio victori debet ſervari litis. *Tertiò*, quia ſequeſter creditori pignus habenti comparatur, cui eſt annexum jus providendi: Sed huic creditori jus providendi competere non poteſt, *cap. Cum Bertholdus, citat.* Ergo neque ſequeſtri. Et ita Hoſtienſis, Butrius & Panormitanus *in cap. Examinata, de Iudiciis.* Baëza *de Decima tuori præſtanda, cap 20. num. 17.* & Cevallos *quæſt. 740.* quos recenſet Palaus *ubi proximè.*

Secunda ſententia diſtinguit de 228.
ſequeſtre voluntario, & neceſſario: & de voluntario affirmat poſſe beneficia providere; & negat de neceſſario. Hanc tenent penes Palaum Joannes Selva *de Beneficiis, p. 2. cap 9.* Rebuffus

buſſus *de Nominat. quæſt.* 14. *num.* 127. & 128. *aliàs* 76. Petrus Gregorius *de Beneficiis, cap.* 38. *num.* 18. Eorum fundamentum eſt, quia ſequeſtri voluntario, poſſeſſio rei ſequeſtratæ pertinet, non autem neceſſario, uti tenet communis ſententia, cum Bartol. *in l. Intereſſe puto, ff. de Acquirenda poſſeſſ.* Abbas *in Clement.* 1. *de Sequeſtratione poſſeſſ. num.* 13. Gregor. Lopez *l.* 1. *tit.* 9. *part.* 3. *verbo Avenencia*, & alii relati à Garcia 4. *part. de Benefic. cap.* 6. *num.* 18.

229. *Tertia* ſententia affirmat, ſequeſtrem villæ, caſtri, dignitatis, beneficii, quibus annexa eſt alicujus beneficii proviſio, beneficium providere poſſe. Hanc, tanquam probabiliorem, tenet Caſtrus Palaus cum Joanne Gutierrez *de Tutelis, part.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. & 18. Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 23. *num.* 17. Nicolao Garcia *de benefic. part.* 5. *c.* 6. *num.* 1. *& ſeqq.* & Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *quæſt.* 17. cum Innocentio *in cap. Examinata, de Iudiciis*, Joanne Lignano, & Cardinali, ac Paulo *in Clement. de Sequeſtr. poſſeſſ.* Joanne Selva, illos, & Felinum, Rochum, & Dominicum recenſente. Et probant, quia ſequeſter omnia jura beneficii, ſeu quæ ad illud ſpectant, obire poteſt, & exequi. Gloſſa *in Clement.* 1. *de Sequeſtrat. poſſeſſionis*; & tametſi ſequeſter jus in beneficium non habeat, ejus tamen fructus jure colligit. Deinde, verus dominus propter dubium rei eventum, rem alienare non poteſt: & tamen plurimum Eccleſiæ intereſt, quamprimum fieri poſſit, Rectorem, aut debitum Miniſtrum habere. Deinde iterum, ſequeſter habet adminiſtrationem etiam in his, quæ ſpiritualia ſunt; *Clement.* 1. *de ſequeſtratione poſſeſſionis.* Sed in fructibus beneficii jus conferendi annumeratur. Gloſſa *in cap. Cùm olim, de Majoritate, & obedientia.* Ergo poteſt ſequeſter beneficium conferre. Nec obſtat, quod fructus rei ſequeſtratæ debeant victori cauſæ reſtitui: quia id locum habet ſolùm in fructibus, qui conſervari ſolent, & poſſunt, cujuſmodi non eſt beneficia conferre. Et advertit, & benè Azorius in fine quæſtionis, hanc ſententiam intelligi, quando ſequeſter eſt Clericus: nam in laicum jus beneficium conferendi minimè cadit.

Ad fundamenta primæ ſententiæ 230. reſpondet Palaus *num.* 6. concedendo ſequeſtrem rem ſequeſtratam nomine illius qui victurus eſt, adminiſtrare non poſſe, eo quòd ſub lite eſt, & prorſus ignoratur, quis ſit victurus: adminiſtrare tamen nomine Judicis, & Superioris, qui illum verum adminiſtratorem conſtituit. Hæc ad primum.

Ad ſecundum fatetur, ſequeſtrem 231. eſſe obligatum ſervare victori fructus rei ſequeſtratæ, qui ſervari poſſunt, & ex quorum conſumptione redditur ditior ſequeſter: at beneficii proviſio, non eſt fructus, qui ſervari poſſit; cederet enim in grave Eccleſiæ damnum ſi ſervaretur proviſio beneficii uſque ad deciſionem litis. Neque eſt fructus, qui ſequeſtrem ditiorem reddat. Ergo non eſt proviſio victori litis ſervanda.

Ad tertium negat, ſequeſtrem eſſe 232. omninò ſimilem creditori pignoris: nam pignus certum dominum habet; ſecus verò ſequeſtrum: eaque de cauſa creditori pignoris non conceditur beneficia providere, quia eſt dominus certus, qui providere poſſit; conceditur tamen ſequeſtri, quia non eſt certus dominus, ſed dubius.

Concludit Palaus reſolutionem du- 233. bii iſtius, notando, ſicut Azorius ſuprà, ſequeſtrem, ut poſſit proviſiones beneficiorum annexas rei ſequeſtratæ facere, debere eſſe Clericum, & non laicum; quia laicus incapax eſt juris ſpiritualis propriè, & per ſe, quale eſt electio, inſtitutio, confirmatio, & etiam præſentatio Eccleſiaſtica. Hæc enim in laicum cadere non poſſunt, *c. Cauſam, de Præſcriptionib. cap.* 2. *de Iudiciis.* Unde, ſi apud laicum ſequeſtraretur Eccleſia, Prælatura, dignitas, beneficium, quibus jus præſentandi, conferendi, eligendi annexum eſt, nequaquam poſſet ipſe laicus tale jus exequi: quia non cenſetur ſequeſter in ſpiritualibus conſtitutus, ſed ſolùm in temporalibus. Allegat prætet Azorium *ubi ſuprà*, Garciam *part.* 5. *cap.* 6. *num.* 13. *& ſeqq.* Dixi (addit) laicum incapacem eſſe juris ſpiritualis propriè, & per ſe, ut tacitè inſinuarem juris ſpiritualis rei temporali annexi, capacem

eſſe. Quapropter ſi apud laicum ſequeſtraretur villa, caſtrum, ſeu alia bona, quibus jus præſentandi annexum eſt, pro certo exiſtimo præſentare poſſe, ſicut lite finita Dominus villæ poterit, eſto laicus ſit, præſentare. Et idem eſt, ſi jus præſentandi laicale de per ſe ſequeſtraretur. Garcia *ſuprà*, *num.* 15.

234. Decimò dubitatur, an conductor rei, cui annexum eſt jus conferendi beneficia, ea conferre valeat? Videtur, quod conferre illa validè poſſit: quia conductor ad beneficia præſentare valet. Patet *ex cap. Ex litteris. de Iurepatronatus.* Ergo poterit etiam illa conferre. Verum eſt tamen, non poſſe conductorem beneficia conferre. Et ita docet Palaus *d. punct.* 28. *num.* 8. cum Azorio *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *quæſt.* 18. Gregorio Lopez *l.* 9. *tit.* 15. *partita* 1. *in princ.* Joanne Gutierrez *de Tutelis, part.* 3. *cap.* 29. *num.* 16. & cum Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 10. Et ratio eſt, quia adeſt dominus, qui conferat: & quia in conductione non intelliguntur conceſſi fructus ſpirituales, qualis eſt collatio beneficiorum. Nec obſtat *cap. Ex litteris*, objectum; quia miles, de quo ibi propriè conductor non erat Villæ, ad quam jus præſentandi ſpectabat; ſed erat emphyteuta, cui dominium utile rei emphyteuticæ competit, & conſequenter jus præſentandi, niſi hoc in contractu exceptum fuerit, & directo Domino reſervatum.

SECTIO IV.

235. Undecimò dubitatur, an, & quæ beneficia Capitulum, Sede Epiſcopali vacante, conferre poſſit, & valeat? Reſpondeo primò: Beneficia quæ ſunt de collatione Epiſcopi, eſto Capituli conſenſus, vel conſilium ad illorum requiratur proviſionem, conferre non poteſt Capitulum, exceptis aliquibus à Jure expreſſis. Ita Caſtrus Palaus *part.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 29. *num.* 8. & Azorius *part.* 2. *lib.* 6 *cap.* 25. *q.* 13. qui benè limitant doctrinam, ita ut procedat quantum ad beneficia, quæ ad folius Epiſcopi proviſionem ſpectant, *ex cap. Illa, ne Sede vacante, & cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Nam licèt Capitulum ſuccedat Epiſcopo in his, quæ illi jure competunt ordinario, *cap. Cùm olim, de Majorit. & obedient. cap. unico, eod. tit. lib.* 6. *cap. Ad abolendam, de Hæreticis, cap. penult. & final. de ſupplenda neglig. Prælator. in* 6. & *Extravag. Execrabilis*, §. *Cæterum, de Prabendis.* At quia collatio beneficiorum excepta eſt ab hac Regula, *cap.* 2. *Ne Sede vacante, cap. unico, eod. tit. in* 6. *cap.* 1. *de Inſtitutionibus, eod. lib.* ideo nequit Capitulum ſe intromittere in hujuſmodi beneficiorum proviſione. Ratio autem hujus exceptionis eſt, quia beneficii proviſio, eſt libera illius donatio, ſaltem ea ex parte, qua huic potiùs quàm alteri fit, ſeu in cui dando, ut dictum eſt ſupra; & ideo inter fructus Epiſcopalis dignitatis computatur: convenit ergo ut ſucceſſori reſervetur. Quod locum habet, eſto beneficium vacaverit vivente Epiſcopo, & in ejus menſe, neque fuerit ab illo proviſum, ut advertit Palaus cum Molina *de Iuſtitia, tract.* 5. *diſp.* 11. *n.* 11. *in fine.* Et procedit dicta doctrina non ſolùm in terminis collationis, ſed etiam electionis, & præſentationis ad Epiſcopum ſpectantium: quia ſunt fructus dignitatis Epiſcopalis. Et exceptio, & prohibitio generalis eſt. Ita Palaus cum Franciſco Pavin. *de Poteſt. Capituli, part.* 2. *quæſt.* 5. *ſub n.* 3. & 4. Lambertino *de Iurepatronatus, lib.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 4. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 7. *n.* 52. & Azorius *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 10. cum Cardinali *in cap. Presbyteri, diſt.* 24. Joanne Andrea *in cap.* 1. *de Majoritate*, Rebuffo *tit. de Devolutione, num.* 70. Addit pro ratione adducta de eo quod ſint dignitatis fructus conferre, & præſentare, Gloſam *in cap. Cum olim, de Majoritate.* Et pro eo quod fructus ſucceſſori reſervari debeant, allegat *cap. Quia ſæpè, de Electione, lib.* 6. *& Clementinam Statutum, eod. tit.* Addit etiam aliam rationem pro eo, quod præſentare non poſſit Capitulum; quia ſcilicet, in verbo Conferre, contineatur Præſentare, ex Gloſſa *in Clement.* 1. *de Rerum permutatione.*

236. Quod ſi petas, quænam ſint beneficia in Jure expreſſa, quæ à Capitulo Sede vacante conferri poſſint? Reſpondeo I. Confirmare poſſe electionem factam. Palaus *d. punct.* 28. *num.* 9. *ex d. cap. Cùm olim* II. Poſſe inſtituere præſentatos à Patronis. Palaus *ex cap* 1. *de Inſtitutionibus, in* 6. Azorius *d. lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 2. *ex eod. jure.* Molina

ina *d. diſp.* 11. *num.* 13. & Garcia *n.* 54. penes Palaum. Ratio autem, quare Capitulum poſſit inſtituere, & confirmare, non autem conferre, eſt quia inſtitutio, & confirmatio, non tam eſt donatio beneficii, quàm donationis factæ neceſſaria confirmatio, & approbatio; collatio verò eſt donatio libera: & quia iſta connumeratur inter fructus ſucceſſori debitos, ut dictum eſt. Et notat Palaus veram eſſe doctrinam pro inſtitutione traditam, tametſi plures præſententur, & ſit locus gratificationi. Et ratio eſt, quia ut ait Azorius, conferre beneficium eſt ſimpliciter voluntatis; confirmare verò electos, & inſtituere, ſunt actus neceſſitatis; quia ſunt ex lege imperati, & debiti: *Iure enim cogitur* (ait) *Epiſcopus confirmare eos, qui ſunt canonicè electi, & eos inſtituere, qui ſunt legitimè præſentati.*

237. Reſpondeo ſecundò, beneficia, quæ jure devoluto ad Epiſcopum pertinent, controverſum eſt, an Capitulum Sede vacante poſſit illa conferre, necne. Affirmant apud Palaum *d. punct.* 28. *num.* 10. & apud Azorium *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 6. Joan. Andr. Dominicus *in cap. Quanquam, de Elect. in* 6. Zerola *in Praxi, part.* 1. *verbo Capitulum*, §. 5. *& part.* 2. §. 10. Zechius *de Benefic. & penſionib. c.* 5. *num.* 5. Molina *de Iuſt. tract.* 5. *diſp.* 11. *num.* 12. ex eo quod providere beneficia devoluta eſt actus juriſdictionis Epiſcopalis omninò neceſſarius ad rectam diœceſis adminiſtrationem. At in neceſſaria Epiſcopi juriſdictione ſuccedit Capitulum Sede vacante, ut tradit Gloſſa communiter recepta *in Clement.* 1. *verbo Capituli, in* §. 1. *de Hæreticis.* Ergo ſuccedit in hac beneficiorum proviſione.

238. Negant tamen Palaus cum Abbate *in cap. Cùm olim, quæſt.* 5. *de Majoritate, & obed.* Felino *ad* 10. *quæſt.* Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 2. *n.* 10. & cum Garcia *de Benefic. part.* 5. *c.* 7. *num.* 42. Azorius *d. quæſt.* 6. cum Baldo *in cap. Ne pro defectu, de Elect.* Felino *in d. cap. Cùm olim*; Pavino *tract. de Poteſt. Capituli, part.* 2. *quæſt.* 2. Rebuffo *in Praxi benefic. de devolut. num.* 93. Joanne Monacho, & Archidiacono *in cap. Quanquam, de Electione in* 6. & ait Azorius de iſta ſententia, quòd videatur communis.

Probatur I. Quia Epiſcopus non arctatur aliquo ſpeciali titulo beneficia devoluta providere, quo non arctetur ad providenda ea, quæ jure ordinario ad illum pertinent. Sed Capitulum iſta providere non poteſt. Ergo neque illa. II. Quia Epiſcopus beneficia devoluta providet, non tam jure ordinario, quàm jure delegationis. Sed Capitulum non ſuccedit in his, quæ Epiſcopo jure delegationis competunt, etiam jure communi inductis; Abbas *in d. cap. Cùm olim, q.* 5. Felinus *ad* 10. *quæſt.* & pluribus firmant Sanchez, & Garcia *locis citatis.* Ergo nec ſuccedit in jure providendi beneficia devoluta. III. Quia Capitulo interdicta eſt proviſio beneficiorum, quæ Epiſcopo competit, *in cap.* 1. *de Inſtitutionibus*, & quidem abſolutè, & ſine ulla diſtinctione, aut limitatione. Cum ergo jus non diſtinguat, nos diſtinguere, nec limitare debemus. IV. Quia juxta regulam 2. Cancellariæ, beneficia vacantia, quæ Epiſcopus non providit dum in humanis eſſet, reſervata ſunt Sedi Apoſtolicæ, tanquam vacantia, Epiſcopi Sede vacante, uti docent Palaus, & Garcia *num.* 53. & alii ab eo relati. Ergo Capitulum ea providere non poſſe dicendum eſt.

239. Reſpondeo tertiò, beneficia Parochialia, quæ juxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* debent conferri iis, qui in concurſu magis idonei fuerint reperti, à Capitulo Sede vacante provideri non poſſunt. Sic, tanquam omninò certum, docet Palaus *dicto punct.* 29. *num.* 12. cum Gonzalez, aliis citatis, *ad Reg. l.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 9. §. 1. *num.* 76. Molina *de Iuſt. tract.* 5. *diſt.* 11. *cit.* & Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 7. *num.* 86. & 90. Et probatur dupliciter. *Primò*, quia ſtante regula 2. Cancellariæ reſervante omnia beneficia Sede Epiſcopali vacantia, indubitata res eſt. *Secundò*, dicta Regula adhuc excluſa, probatur: quia omnis collatio beneficiorum ad Epiſcopum ſpectantium, prohibita eſt Capitulo Sede vacante, exceptis ſolùm inſtitutione, & confirmatione, ut dictum eſt ſuperiùs, *num.* 236.

240. Nec valet dicere: Capitulum Sede vacante Epiſcopali, & vacante Eccleſia Parochiali, poteſt apponere edicta,

& ad concurſum vocare, & concurrentes examinare, & ex approbatis digniorem eligere. Sed facta hac electione, electo debetur beneficium, illudque exigere poteſt, & appellare à contraria electione, utpote contra formam Concilii facta. Ergo Capitulum poteſt, & debet ei beneficium conferre. Conſequentia probatur. Quia ideo Capitulum conferre poteſt beneficia electis, & præſentatis, quia illorum collatio libera non eſt, ſed neceſſaria, & obligatoria. Sed collatio dignioris ex approbatis, non eſt Epiſcopo libera, ſed neceſſaria, & obligatoria. Ergo Capitulum ſuccedit Epiſcopo in collatione Parochialium, ſicut ſuccedit in aliis, quæ non ſunt liberæ collationis. Secundò probatur eadem prima conſequentia: Beneficium, ſeu Cappellania ex Fundatione conferenda propinquiori Fundatoris, eſto libera ſit à jurepatronatus, poteſt, & debet à Capitulo ſede vacante provideri (ſecluſa tamen reſervatione Regulæ 2. Cancellariæ:) & hoc, nulla alia ratione, niſi quia illa collatio non eſt libera, ſed obligatoria, & debita. Sed poſito, quod aliquis ex concurrentibus, & examinatis dignior ſit, jam obligatoria, & debita eſt illi collatio. Ergo.

241. Neque ſatisfacis, ſi dicas collationem dignioris, non eſſe, neque vocari in Jure debitam, & neceſſariam, ſicut collatio facienda electo, vel præſentato, aut deſignato à Fundatore: quia ad collationem dignioris compelli non poteſt Epiſcopus, neque ejus neceſſitas oritur ab aliquo tertio. Secus verò in collatione facienda electo, vel præſentato, aut à Patrono deſignato. Non, inquam, ſatisfacis; quia facta declaratione majoris dignitatis, jam eſt jus quæſitum electo ſic declarato: ac proinde à retardata collatione appellare poteſt. Neque hoc jus ex poteſtate Epiſcopi adæquatè procedit, ſed ex electi dignitate, & ex Concilio Tridentino præcipiente ei fieri collationem.

242. Nec valet, inquam, quod in contrarium noſtræ reſponſionis dictum eſt: concedimus namque Capitulum Sede vacante omnia præſtare poſſe circa Parochialium proviſionem, uſque ad dignioris electionem incluſivè, quæ Epiſcopus, ſi viveret, poſſet. Ut ex hac electione, poſt edictum, concurſum, examen, approbationem, nullum jus conſiderabile eſt quæſitum electo in beneficiis reſervatis, cum non teneatur Pontifex ab Epiſcopo electum providere. Secus verò dicendum videtur in beneficiis non reſervatis, poſita declaratione dignioris. Quia juxta formam Concilii, digniori taliter declarato debentur. Adde, eſto daremus in beneficiis reſervatis digniori eſſe jus quæſitum ad beneficia, ut concedi debet in beneficiis, quæ ex fundatione debentur conſanguineo Fundatoris propinquiori, & conſtat aliquem talem eſſe. Quia tamen hoc jus Ordinarius exequi non tenetur, neque ad id compelli poteſt; ea de cauſa, comparatione Ordinarii, libera eſt. Verum in Beneficiis, quæ præmiſſa electione, vel præſentatione conferuntur, aliter res ſe habet, quia in his compelli Ordinarius poteſt, tum à Patrono, & Electore; tum ab electo, & præſentato, ut electum confirmet, & præſentatum inſtituat: neque ipſe ſe defendere poteſt ex ſemeſtri ad conferendum conceſſo. Pro inſtitutione enim, & confirmatione non eſt ſemeſtre conceſſum, neque ob illius omiſſionem inſtitutio, aut devolutio ad Superiorem devolvitur: quia in his devolutio non datur.

243. Quartò reſpondeo: Capitulum Sede vacante non poteſt providere beneficia patrimonialia, & quæ certo generi perſonarum debita ſunt, etiam ſecluſa reſervatione ſecundæ Regulæ Cancellariæ. Ita Caſtrus Palaus *part.* 2. *diſp.* 2. *tract.* 13. *punct.* 29. *num.* 13. cum Gonzalez *ad Reg.* 8. *gloſſa* 9. *§.* 1. *num.* 7. *& gloſſa* 45. *num.* 20. & pluribus ab eo relatis: & ſimùl adducit S. Rotæ deciſionem *in una Calagurritana Beneficii de Arcaya*, 26. *Aprilis* 1596. quam per extenſum recenſet Garcia *parte* 5. *de Benefic. cap.* 7. *num.* 89. quamvis ipſe contrarium ſentiat *num. ſequenti.* Ratio autem reſponſionis eſt, quia beneficia eſſe debita certo generi perſonarum, non conſtituit collationem neceſſariam, ſed illam liberam, & voluntariam relinquit. Liberum enim eſt Ordinario collatori hanc collationem intra ſemeſtre omittere, qua omiſſione facta, devolvitur ad Superiorem collatio. Neque contra hoc facit, quod propinquiori Fundatoris, & aliàs digniori,

niori, vel patrimonialibus collatio debeatur. Quia debetur illi, aut illis quoties collatio facienda eſt, & ex ſuppoſitione quod de facto fiat: ſed quia non eſt debita fieri ab hujuſmodi Ordinario, ideò reſpectu illius libera eſt. Durante namque ſemeſtri, nullus cogere poteſt Ordinarium collatorem hanc facere collationem; quia totum illud tempus eſt illi à Jure conceſſum ad providendum: illo verò tranſacto, jam ceſſat poteſtas in Ordinario collatore, & ad Superiorem devolvitur. Ergo nunquam ordinarius collator cogi poteſt ad conferenda hæc beneficia. Ergo reſpectu illius ſunt beneficia liberæ collationis, ac per conſequens ad Capitulum Sede vacante non tranſeunt. Totum hoc docet Palaus *dicto num.* 13.

244. Quintò reſpondeo: Capitulum Sede vacante providere non poteſt beneficia reſignata, ad Epiſcopi collationem pertinentia. Ita Palaus *d. part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 29. *n.* 15. Et ratio eſt, quia ei eſt interdictum providere beneficia ad liberam collationem Epiſcopi pertinentia, qualia iſta ſunt. Nec valet dicere, quod hæc proviſio videatur neceſſaria, admiſſa reſignatione, & ad illam Ordinarium compelli poſſe. Non, inquam, valet: negamus enim hanc collationem eſſe neceſſariam, admiſſa reſignatione libera. Quia non magis neceſſaria eſt, quàm ſi vacaret beneficium morte beneficiarii. Neque arctatur Ordinarius ex tali reſignatione beneficium reſignatum alicui in particulari conferre, ſed liberè, cui voluerit, conferre poterit. Cum quo tamen ſtat, quod Capitulum admittere poſſit reſignationes liberas beneficiorum, ſicut Epiſcopus poteſt. Quia ſuccedit Epiſcopo in his, quæ ad juriſdictionem Epiſcopalem, & ad rectam Epiſcopatus adminiſtrationem pertinent, exceptis caſibus in jure expreſſis, ut dictum eſt ſuprà. Ergo in reſignationum admiſſione ſuccedit Epiſcopo Capitulum illius Sede vacante. Et ita tenet Palaus cum Abbate *in cap. Cum olim, de Majorit. & obed.* & Felinus *ibi, num.* 4. Pavinus *tract. de Poteſtate Capituli*, 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 11. & 13. Garcia *de Benefic. part.* 11. *c.* 3. *num.* 256. *& ſeqq.* Ita etiam Azorius *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 38. *quæſt.* 3. *& lib.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 7. Ubi in ſequentia prorumpit. Quærat aliquis, an Canonicorum Collegium eam etiam poteſtatem habeat Sede vacante? Reſpondeo habere. Sic Panormitanus *in cap. Cùm olim, de Majorit. & obed.* Nam ea, quæ ſunt juriſdictionis, non Ordinis, ad Collegium Canonicorum tranſeunt, ſi ſint juriſdictionis neceſſariæ, non voluntariæ. Unde licèt Collegium Canonicorum, Eccleſia viduata, ſive Paſtore deſtituta, nequeat conferre beneficia, quorum conferendorum jus, & poteſtas ad ſolum Epiſcopum pertinebat; approbare tamen poteſt renunciationem, qua quis ſuum dimittit beneficium: quia cùm renunciatio non niſi juſtis de cauſis fiat, neceſſitatis eſt, non voluntatis, conſenſum præſtare in renunciatione beneficii. Ex quo efficitur, ut cum quis beneficio cedit, cujus conferendi jus ad aliquem Epiſcopo inferiorem ſpectat, renunciatio fieri debeat coram Epiſcopo, & dimiſſum beneficium is conferet, ad quem jus conferendi pertinet. Hactenus Azorius.

Azorio conſonat Palaus *loco citato, num.* 16. dicens: Sæpe ad inferiorem Epiſcopo beneficii reſignati collatio pertinet, & non ad Epiſcopum; cum tamen ad Epiſcopum pertineat reſignationem admittere, & non ad collatorem, ut benè notavit Azor. 2. *part. Inſtit. Moral. lib.* 7. *cap.* 19. (inquit, ſed non benè, cum illud 18. ſit) *quæſt.* 7. *fine.* Item ſæpè ad Ordinarium reſignationes beneficiorum reſervatorum fiunt; cum tamen illa beneficia conferre nullatenus poſſit, ut multis allegatis reſolvit Flaminius *lib.* 2. *de Reſignat. quæſt.* 14. *num.* 6. Barboſa 3. *part. de Poteſt. Epiſc. allegat.* 69. *à num.* 22. *& ſeqq.* Quare ille Superior poteſtatem habebit admittendi reſignationes, qui aliàs poteſtatem habet inſtituendi, & deſtituendi... Cùm ergo Capitulum Sede vacante hanc poteſtatem habeat, efficitur reſignationes liberas admittere poſſe. 245.

Sextò reſpondeo: Capitulum, Sede vacante, juxta probabiliorem opinionem, poteſt admittere reſignationes, non ſolum ſimpliciter factas, ſed etiam factas ex cauſa permutationis, recipiendo ſcilicet, & approbando 246.

illas. Ita Azorius *part.2. lib. 3. cap.28. quæſt.4.* cum Federico *tract. de Permutat. beneficior. quæſt.36.* Lapo, Panormitano, & Felino *in cap. Cum olim, de Majorit. & obed.* Cardinale, Imola, & Vitalino, cum Gloſſa *in Clem. 1. de Rerum permutat.* Pro illa recenſet Palaus *d.punct.29. n.17.* Gregorium Lopez *l.2. tit.6. partita 5. n.6.* Petrum de Peruſio *tract. de Permutat. benefic. part.2 quæſt.6. num.23. & 24. aliàs 41.* Zechium *de Beneficiis, & Penſionibus, cap. 10. num.2.* dicentes, quod admiſſa per Capitulum permutatione, expectandus ſit Epiſcopus, qui beneficia conferre poſſit. Quod ſi noluerit, poſſe permutantes ad propria redire beneficia, addunt apud eum. Limitat Azorius, niſi jus conferendi ad ipſum pertineat Capitulum, vel communiter ad Epiſcopum, & ad ipſum Capitulum. Ita Gloſſa *loco citato*, ſicut in ſimili (addit) poteſt Epiſcopus admittere reſignationem beneficii, quod eſt Romano Pontifici reſervatum, ſed nequit illud conferre, ut docent Federicus, & Lapus *locis ſuprà citatis*, & Rebuffus *in Praxi benefic. tit. de devolut. num.94.*

247. Caſtrus autem Palaus exiſtimat *num.18.* cum Garcia *part. 11. cap. 4. num.75.* non poſſe Capitulum admittere reſignationes ex cauſa permutationis factas; quia has reſignationes, & permutationes admittere neceſſariò debet, qui poteſtatem habeat beneficia permutata conferendi; ſiquidem unuſquiſque permutans, hac intentione, & conditione proprium reſignat beneficium, ut loco illius, beneficium alterius ſibi conferatur. Ergo admittens permutationem, neceſſariò poteſtatem habere debet conferendi beneficia reſignata. Cum ergo Capitulo, Sede vacante, interdicta ſit collatio beneficiorum ad Ordinarium liberè ſpectantium, hæc etiam permutationis admiſſio interdicta erit. Ex quo conſtat (addit) nequaquam poſſe Capitulum, neque Epiſcopum reſignationes ex cauſa permutationis admittere de beneficiis reſervatis: quia nequeunt illa conferre, & tradit Puteus *deciſ.262. lib.2.* Mantica *de tacit. & ambig. conventionibus, lib.25. tit.9. à n.12.* Azor. *part.2. lib.7. cap.29. quæſt.10.* Mandoſ. *reg.1. Cancell. quæſt.13.* & Garcia *de benefic. part.11. cap.4. num.82.*

248. Septimò reſpondeo, Capitulum Sede vacante, beneficia in Commendam perpetuam dare non poſſe. Quia commendatio perpetua æquivalet collationi. Hæc autem interdicta eſt Capitulo. Ergo & illa. Poteſt tamen commendare ad tempus, Vicarios ſcilicet in Eccleſiis conſtituendo. Sic Palaus *d.punct.29.num.21* qui pro utraque reſponſionis parte allegat Abbatem *in cap. Cum olim, de Majorit. & obed.* Rebuffum *in Praxi benefic. tit. de devolut. num.77.* Sic etiam Azorius *part.2. lib.3. cap.38. quæſt.8.* cum dicto Abbate *loco citato*, Innocentio *in cap. illa, Ne Sede vacante*, Anchar. & Joanne Andrea *in cap.1. eod. tit. in 6.* Ratio eſt, quia hæc Vicarii deſignatio ad rectam diœceſis adminiſtrationem pertinet: & aliàs cum non ſit collatio, non erit Capitulo interdicta. Tempus autem quo hæc Commenda, ſeu Vicaria durare poteſt, eſt dum beneficium à legitimo collatore non providetur, quia aliud neceſſarium non eſt.

SECTIO V.

249. Duodecimò dubitatur, an Vicarius Epiſcopi habeat poteſtatem conferendi beneficia? Suppono cum Caſtro Palao *part.2. tract.13. diſp.2. punct.30. n.1.* Vicarium, alium eſſe natum, alium foraneum, & alium à lege conſtitutum. *Primus* eſt, qui cum officio, & dignitate naſcitur, & non dependet ab Epiſcopi nominatione. Hujuſmodi ſunt Archidiaconi *cap.2. de Offic. Archidiaconi*: & Archipresbyteri, *cap. ut ſinguli, de Officio Archipresbyteri* Sed horum juriſdictio ferè jam extincta eſt, ut ait dictus Palaus, & in hac Pampilonenſi Diœceſi penitus illâ Archidiaconi carent. *Secundus* eſt, & dicitur, qui extra fores, ſeu Civitatem in qua Epiſcopus reſidet conſtituitur, vel quia de foris venit, vel potiùs quia forum ſeu judicium, non generale, ſed ſpeciale tenet: quare Vicarius ab Epiſcopo conſtitutus pro aliquo oppido, ſeu oppidis, & non pro tota diœceſi, Vicarius foraneus nuncupatur. *Tertius* Vicarius Generalis eſt, & à lege conſtitutus, qui pro tota Diœceſi ab Epiſcopo nominatur. In hoc foraneus Vicarius, & Generalis conveniunt, quod uterque Clericus, prima ſaltem initiatus ſit Tonſura, quia laicus incapax eſt ſpiritualis juriſdictionis.

Diſcon

Diſconveniunt tamen in hoc, quod foraneus delegatam habeat juriſdictionem, ut ferè omnes affirmant Doctores: ex quo provenit, quod ab eo ad Epiſcopum appelletur; *cap. Super quæſtionum*, §. *Porrò*, *de Officio Delegati*: Generalis autem ordinariam illam, juxta communiorem ſententiam. Primò, quia ad idem Tribunal pertinet, ita ut à Vicario non appelletur ad Epiſcopum, *cap. Romana*, *de Appellationibus*, *lib.* 6. uti etiam dixi *tract. de Appellationib. part.* 1. *n.* 380. cum Pace Jordan. *tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 26. *num.* 503. & Scaccia *de Appellat. q.* 8. *à num.* 3. *ad* 86. Et ratio eſt, quia appellatio fieri debet à minori Judice ad majorem: Epiſcopus autem quà Judex, non eſt major ſuo Vicario Generali; ſed idem, & unus cum eo. Pax *lib.* 13. *tit.* 6. *num.* 101. & Rota *in Ianuenſi Parochialis S. Andreæ*, 19. *Aprilis*, 1627. *coram Ubaldo*, *la* 3. *poſt meas QQ. Paſtorales*, *num.* 14. Secundò, quia Epiſcopi nominatione facta, juriſdictio Vicarii Generalis ab ipſa conceditur lege. Palaus cum Azorio *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *per totum*, Molina *de juſt. tract.* 5. *diſp.* 10. Garcia *de benefic. part.* 3. *cap.* 8. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 54. *n.* 1. *& ſeqq.* & cum Thoma Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 29. Difficultas autem propoſita procedit tam de Vicario foraneo, quàm de Generali, non autem de nato: quia de hoc conſiderari debet, & attendi conſuetudo, & poſſeſſio in qua fuerit. Et quidem in hoc Pampilonenſi Epiſcopatu, tametſi Archidiaconi juriſdictionem non habeant contentioſam, habent tamen poteſtatem conferendi, & inſtituendi beneficia Eccleſiarum dignitatum ſuarum: quod ex praxi ipſa manifeſtum eſt. Ad aliorum igitur deſcendamus Vicariorum poteſtatem.

250. Reſp. I. Nec Vicarius foraneus, nec Generalis, ratione Officii Vicariatus, poteſtatem habent beneficia conferendi, niſi eis ſpecialiter concedatur. Ita Caſtrus Palaus *ex cap. ult. de Offic. Vicarii*, *lib.* 6. & omnibus ex Doctoribus. Rationem textus illius reddit, quia Vicario ratione Vicariatus ſolùm eſt conceſſa facultas adminiſtrandi Epiſcopatum in his, quæ neceſſitatis, & utilitatis ſunt. Sed cui eſt conceſſa bonorum adminiſtratio, etiam libera, non eſt conceſſa illorum donatio, ut tradit ille textus, & probat *lex Filiusfamilias*, *ff. de donationibus*; *& l. Contra jura*, *ff. de Pactis*. Ergo Vicario ex generali mandato Vicariatus non eſt conceſſa beneficiorum collatio; cum hæc quædam donatio ſit, *cap. Relatum*, *de Præbendis*; *cap. Poſt electionem*, *de conceſſione præbendæ*, & ſuprà dictum ſæpè eſt.

II. Nec ex generali mandato poteſt 251.
Vicarius reſignationes, nedum ex cauſa permutationis, ſed nec liberas admittere, & approbare. Ratio eſt, quia ille poteſt admittere reſignationes, qui poteſt in beneficio inſtituere, vel deſtituere. Gloſſa communiter recepta *in Clement.* 1. *de Renunciat. verbo Manibus*. Sed ſine ſpeciali mandato, Vicarius non poteſt à beneficio dimovere. Ergo nec poteſt ejus reſignationem approbare. Et ita tradit Palaus *ſub num.* 2. cum Rebuffo *in Praxi*, *tit. de Vicario*, *num.* 104. Aloyſio Riccio *in Praxi Aurea*, *reſol.* 471. Azorio *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 4. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 4. *num.* 14. Sbrozio *de Vicario Epiſc. lib.* 2. *quæſt.* 130. Flaminio *de Reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 24. *num.* 3. & Barboſa *d. alleg.* 54. *num.* 66.

III. Reſpondeo, Vicario, tam fora- 252.
neo, quam Generali, committi benè poſſe facultatem conferendi beneficia: de facto tamen ſolùm Generali concedi ſolet facultas pro totâ diœceſi. Licèt enim Gloſſa fin. *in cap. Statutum*, *de Præbend. in* 6. & *in cap. Deliberatione*, *verbo Cuicumque*, *de Offic. delegati*, *eod. lib.* & plures referens Covarruvias *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *ante num.* 7. Rebuffus *in d. Praxi*, *tit. de Vicario Epiſc. ex num.* 15. *& in Forma Vicariatus*, *n.* 2. & Garcia *part.* 5. *cap.* 8. *num.* 120. apud Palaum *num.* 5. cum communi affirment, hanc facultatem concedi non poſſe alteri, quàm Vicario Generali, ea ducti ratione, quòd beneficiorum collatio ſit res magni momenti, ſedulumque, & diligentius providendorum requirat examen, ut meritò ab alio fieri non debeat, quàm à perſona qualificata, & quæ pro totius diœceſis gubernatione eſt conſtituta. Hæc tamen ratio intelligi debet de poteſtate conferendi beneficia totius Diœceſis:

nam

nam de poteſtate conferendi beneficia alicujus loci, non apparet ratio, quare committi non poſſit Vicario illius foraneo, tametſi Generalis ille non ſit, uti ait Palaus: & ſic committi illi poſſe ait, ex Rebuffo *tit. de Vicariis, num.* 23. *&* 24. & ex Sbrozio *de Vicario Epiſcopi, lib.* 1. *quæſt.* 53. *num.* 5. Garcia *loco citato, num.* 125. eos recenſente, & ſequente.

253. Quod ſi petas, an Vicarius Generalis, cui hæc poteſtas conferenda eſt, debeat eſſe generalis Vicarius non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam in temporalibus? Pavinus *de Officio, & poteſt. Capituli Sede vacante, q.* 10. *num.* 31. Rebuffus *tit. de Vicariis, num.* 8. *& in forma Vicariatus, num.* 1. *&* 16. Sbrozius *de Vicario Epiſcopi, lib.* 2. *quæſt.* 90. Azorius *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *quæſt.* 7. *& cap.* 46. *ſub quæſt.* 1. apud Palaum *d. punct.* 30. *num.* 6. reſpondebunt, requiri quod in utroque ſit Vicarius Generalis, in ſpiritualibus ſcilicet, & temporalibus. Ratio eorum eſt, quia ſolus ille dici debet Vicarius Generalis Epiſcopi, qui illius vices gerit in omni regimine Epiſcopo competente: cum autem Epiſcopo competat adminiſtratio rerum ſpiritualium, & temporalium, *cap. Si quis,* 1. *quæſt.* 3. ille erit Vicarius Generalis, qui utriuſque adminiſtrationem, & vices exercere poteſt. Et confirmatur. Vicarius pro ſolis ſpiritualibus conſtitutus, non poteſt nuncupari Generalis, comparatione Vicarii pro ſpiritualibus deſignati pro tota diœceſi; quia ad hanc generalitatem requiritur ut ſub alio non comprehendatur. Cùm ergo ſolùm, ex communi ſententia, Vicario Generali committi poſſit facultas providendi beneficia totius diœceſis, ſequitur quod concedi illa poſſit Vicario Generali in ſpiritualibus, & temporalibus.

254. Reſpondeo, his non obſtantibus, & Palao *num.* 6. *citato*, cum Garcia *part.* 5. *cap.* 8. *num.* 121. & Barboſa *allegat.* 54. *num.* 57. cum Marcheſano, Sbroz. & Sanchez, ſufficere quod Vicarius ſit Generalis in Spiritualibus, ut ei committi poſſit collatio beneficiorum Diœceſis. Ratio eſt, quia hujuſmodi Vicarius, abſolutè dicitur Vicarius Generalis in Bullis, & litteris Apoſtolicis, ut teſtatur Flamin. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 7. *n.* 187. & conſtat ex Concilio Tridentino *ſeſſ.* 13. *de Reformat. cap.* 1. ibi: *Seu illius etiam Vicario in ſpiritualibus Generali*: & ex *cap. Cùm nullus, §. Epiſcopum, de Temporibus ordinationum, in* 6. ibi: *Ipſius in ſpiritualibus Vicarius Generalis.* Neque obſtat, Vicarium in ſpiritualibus, & temporalibus conſtitutum, generaliorem eſſe quominus conſtitutus pro ſpiritualibus, vel temporalibus tantùm, generalis nuncupetur: eſt enim generalis, quia eſt pro tota diœceſi, & comparatione unius generis univerſalis cauſarum.

255. De forma, qua hæc poteſtas conferendi beneficia Vicario generali ab Epiſcopo concedi ſoleat, qualiter illa ſit intelligenda, an amplianda, an reſtringenda, & de multis difficultatibus, quæ circa ejus executionem, & praxim occurrere poſſunt, illas reſolvens agit Caſtrus Palaus *d. tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 30. *à num.* 7. *uſque ad finem*, ad quem Lectores meos remitto: ne enim in illis recenſendis diutiùs immorer, & præſentem Paragraphum nimis protraham, libens eas ſuperſedeo. Quoad formam verò, videri etiam poſſunt Azorius *part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 46. *quæſt.* 1. Jacob Sbrozius *de poteſt. Vicarii, lib.* 1. *quæſt.* 7. & Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 54. *num.* 56.

256. IV. Reſpondeo, Vicarium Generalem, in vim generalis mandati, poſſe præſentatos à Patronis inſtituere, & electos confirmare. Hanc reſponſionem probat textus *in cap. Et ſequentibus, de Inſtitutionibus*, & *ibi* Gloſſa, *& cap. fin. de Officio Vicarii, lib.* 6. *verbo Non poſſunt, & cap.* 5. *de inſtitut. eod. lib.* & tradunt, alios allegantes, Covarruvias *lib.* 3. *variar. cap.* 20. *num.* 7. Sbrozius *de Poteſt. Vicarii, lib.* 2. *quæſt.* 70. *&* 111. Azorius 2. *part. lib.* 3. *cap.* 44. *quæſt.* 4. *& §. & lib.* 6. *cap.* 22. *quæſt.* 3. *& c.* 25. *quæſt.* 14. Barboſa *d. alleg.* 54. *num.* 70. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 9. *§.* 1. *à n.* 78. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 48. *& part.* 8. *cap.* 4. *num.* 10. quos recenſet, & ſequitur Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 2. *punct.* 30. *n.* 4. Et ratio eſt, quia Vicario ſic conſtituto, ea competunt, quæ ſunt juſtitiæ, & neceſſitatis, ut docent omnes. At inſtituere præſentatos à Patronis,

& electos confirmare, juſtitiæ eſt, & neceſſitatis : cum ad ea compelli poſſit, tam à Patronis, & electoribus, quam à præſentatis, & electis. Ergo Vicarius Generalis, in vim generalis mandati poteſt, immò & tenetur inſtituere, & confirmare præſentatos à Patronis, & electos confirmare. Et hoc procedit, eſto ſint plures electi, & præſentati æquè idonei. Quia licèt in hujuſmodi caſu non teneatur Vicarius magis hunc, quàm alium eligere, ſed poſſit ex præſentatis, & electis eligere quem maluerit, & ſic detur locus gratificationi; quia tamen obligatur eligere aliquem ex illis, nec ab electione abſtinere poteſt; ideo non eſt mera gratia, ſed potiùs eſt juſtitia, & abſoluta neceſſitas: ac proinde ſub ejus poteſtatem cadit. Sic aliis citatis, Garcia *d.cap.* 8. *n.* 88. & refert pro hac parte optimam S.Rotæ deciſionem.

257. V. Reſpondeo, Vicarium Generalem, interim dum beneficium vacat, & non providetur de Rectore, vel Rector impeditus eſt, Vicarium conſtituere poſſe, qui regat beneficium, & animarum curam exerceat, & earum proſpiciat ſaluti. Ratio eſt, quia hæc Vicarii deſignatio rectæ Epiſcopatus adminiſtrationi neceſſaria eſt. Deinde, quia hæc deſignatio, non eſt beneficii collatio, ſed illius recta, & provida adminiſtratio. At ſi ob imperitiam alicujus Rectoris, & à fortiori ob ejus depravatos mores, Vicarius eſſet conſtituendus, juxta Tridentinum *ſeſſ.* 21. *cap.* 6. *de reformatione*, non poterit Vicarius ex generali mandato illum conſtituere; quia ex generali mandato non poteſt beneficiatos exercitio ſui muneris privare, & loco illorum alios ſubrogare. Hæc enim graviora ſint, & majora, quàm in generalem commiſſionem veniant. Covarruv. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 20. *num.* 7. Barboſa *allegat.* 54. *num.* 73. cum Puteo *deciſ.* 239. *num.* 2. Sbrozio *lib.* 2. *de Vicario Epiſc. q.* 112. *à num.* 2. & probat textus *in cap. Licèt*, *de Officio Vicarii*, *lib.* 6. Palaus *ubi proximè*, & ita docet, & præfatos recenſet.

PARAGRAPHUS III.

De reſervationibus Papæ factis, in jure repertis, ratione quarum liganter manus Collatorum Ordinariorum, ne beneficia conferant ſub reſervatione cadentia.

CUm omnis poteſtas conferendi beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, de jure divino, penes ſolum Summum Pontificem reſideat, ut dixi in Commentariis ad Conſtitutionem ſextam, *num.* 710. & docent Samuellius *de Electione*, *tract.* 1. *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *controv.* 1. & Tamburinus *de jure Abbatum*, *tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 1. ubi ita fatur: Cùm certum ſit, omnem facultatem beneficia diſponendi Apoſtolo Petro à Chriſto Domino traditam fuiſſe, *cap. Ita Dominus*, §. *Hunc enim*, *diſt.* 19. *cap. fin. diſt.* 11. *cap. in novo*, *diſt.* 21. nulla quidem nobis difficultas ſuboriri poteſt, quin ſolus Papa initio naſcentis Eccleſiæ, ſemper ordinaverit, & inſtituerit dignitates, aliaſque Eccleſiaſticas Prælaturas, *cap.* 1. *&* 2. *diſt.* 22. Selva *in tract. de beneficiis*, *part.* 2. *quæſt.* 22. *num.* 3. Et ad eum tantùm collatio omnium beneficiorum, tam in Urbe, quàm in Orbe toto exiſtentium, ſpectaverit. Selva *loco citato*, Flaminius *de Reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 55. cujus ſingulari benignitate poſtmodum hæc præcipua facultas Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum Ordinariis communicata eſt. Hæc Aſcan. Tamburinis, cui conſonat Gonzalez *in* §. 1. *proœmii ad tract. ſuper Regul.* 8. *Cancellariæ*, Machadus *en el Perfetto Confeſſor*, *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 3. *tract.* 1. *documento* 5. *n.* 1. cum Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. D. Thom. diſp.* 25. *ſect.* 1. & Filliucio *de Statu Clericorum*, *tract.* 41. *cap.* 1. *num.* 2. non eſt mirum, quod Papa reſervet ſibi beneficiorum collationes. 258.

Plures reſervationes ſibi feciſſe Summum Pontificem, tam in Jure, quàm in Conſtitutionibus extravagantibus, & Regulis Cancellariæ, certum omninò eſt, quarum notitia utilis, & apprimè neceſſaria Collatoribus Ordinariis eſt, ne de beneficiis Papæ reſervatis providere audeant; cùm omnis diſpoſitio inferiorum circa reſervata, nulla, & irrita ſit. Bar- 259.

bosa *de Potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 57. *num.* 18. ex *cap. Nomen*, 2. *quæst.* 1. *cap. Dudum, & cap. Multum stupeo*, 3. *quæst* 6. *cap. Si eo tempore, de Electione, in* 6. Et ideo Nicolaus V. *Constit.* 6. *Ad Sacram Petri Sedem*, Clemens VII. *constit.* 46. *Admonet*, & Gregorius XIII. *Constit.* 42. *Quæ in Ecclesia Dei*, annullant collationes factas de beneficiis reservatis. Cum autem reservatio odiosa sit, Barbosa *d. num.* 17. ex Glossa *verbo Fmitur, in cap. Præsenti, de Officio delegati*, Bisign. *decis.* 1. *in fine, de Præbendis*, Cassadoro *decis.* 3. *num.* 5. *de Reservat.* eaque non inducatur, nisi in casibus expressis, Cassadorus *decis.* 2. *num.* 9. *de reservat.* Simonet. *de Reservat. quæst.* 5. Rota *in Seguntina Archidiaconatus, & Canonicatus*, 19. *Martii* 1601. *coram Cardin. Lancelloto*, post Farinacium *decis.* 43. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* ideo operæpretium existimavi recensere plures casus, in quibus refert Barbosa, beneficia Summo Pontifici reservata reperiri, ne ordinarii collatores eos non ignorent, ac proinde limites suæ facultatis transgrediantur, se in hujusmodi beneficiorum collationibus intromittendo.

260. *Primò* in jure reservantur Papæ omnia beneficia vacantia in Curia Romana, *in cap.* scilicet 2. *cap. Statutum, cap. Præsenti, de Præbendis, lib.* 6. *Clement.* 1. *Ut lite non contestata.* Simoneta *de Reservat. quæst.* 30. Gambar. *de Officio, & potest legati de latere, lib.* 3. *tit. de Potest. Legati in beneficiis conferendis, num.* 123. Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *à num.* 68. & plures alii, quos recenset & sequitur Barbosa *d. allegat.* 57. *num.* 20. Quæ conclusio adeo vera est, ut si Ordinarius provideat de beneficio in Curia vacante, provisus non habeat titulum coloratum illius. Barbosa *num.* 21. cum Valasco *consulto* 79. *à num.* 7.

261. Quod si petas, quænam beneficia dicantur in Curia vacare, ad effectum reservationis Sedi Apostolicæ? Respondeo primò illa vacare in Curia, nedum quæ in Urbe vacant, sed etiam quæ intra duas dietas legales prope eam vacant. Ita disponitur *in d. cap. Præsenti*, & docet Barbosa *num.* 22. post Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, glossa* 43. *numero* 45. *& seqq.* Moneta *de Option. cap.* 3. *numero* 18. Azorium *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæst.* 6. *versic. Porrò Gregorius X. in fine, columna mihi* 803.

Secundò, vacant in Curia beneficia, non solùm per obitum, (de qua vacatione procedit reservatio in Jure facta *in præcitato cap.* 2. *& cap. Præsenti, de Præbend. in* 6. *in Extravag. Ex debito, Ioannis XXII. de Elect. & Extravag. Regimen, & Extravag. Piæ solicitudinis, de Præbendis.* Beneficium enim illius qui in Curia moritur, reservatum dicitur à Rota *decis.* 700. *num.* 4. apud Farinacium *part.* 1. *recentior.*) sed etiam per resignationem in manibus Papæ factam: quam verè, & realiter dici vacationem in Curia, etiamsi mediante procuratore alibi constituto; docet Barbosa *allegat.* 57. *num.* 22. ex Joanne Andrea *in d. cap.* 2. *num.* 7. quem sequuntur Ancharanus *sub num.* 1. super verbo *Apud Sedem*, Geminianus *num.* 7. & alii passim, & ex Simoneta *de Reservat. quæst.* 28. *à num.* 1. Ex qua vacatione facta per resignationem, non inducitur reservatio clausa in corpore juris, cum non sit per obitum, sed inducitur ex appositione manus Papæ, quæ habet vim specialis reservationis, ut apertè declarat *Extravagans Ne Romani, §. Nos qui vigiliis, versic. Romani quoque Pontifices, de Præbend. inter communes*, Gonzalez *glossa* 52. *num.* 7. Unde licèt resolvatur resignatio, putà propter Regulam *de Viginti*, non tamen resolvitur reservatio inducta per appositionem manus validam. Romanus *consil.* 342. *à num.* 1. Sarnens. *ad Regulam de Infirmis, quæst.* 33. *ad finem.* 262.

263. Quod si quæras, duo Clerici Bonienses, v. gr. in Curia Romana, ubi etiam Episcopus Bononiensis commoratur, sua beneficia resignarunt, permutationis causa: si ambo, vel unus illorum moriatur (ante completam permutationem) extra Curiam, dicenturne illa in Curia vacare? Joannes Andreas, & Rota *decis.* 293. *de rerum permutat. in antiquis*, apud Azorium *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 30. *quæst.* 9. ex Andrea Gambaro *part.* 2. *num.* 67. negant vacare in Curia, quia licèt hujusmodi Clerici resignaverint in Curia, non tamen absolutè, sed causa permutationis: at permutatio effectum non est sortita: ergo nec resignatio; & ideo vacatio contigit ex morte extra Curiam accidente.

Alii verò è contra asserunt, beneficia illa in Curia vacare, & non per obitum

obitum, quia illa Clerici in Curia reſignarunt: Sed ut primum reſignata ſunt, vacant: Ergo eo ipſo vacant in Curia, ſive mors Clericorum poſtea in Curia, aut extra eam ſequatur. Hanc ſententiam probabiliorem pronunciat Azorius *d. quæſt.* 9. illamque ſequitur, cum Gambaro *de Permutat. beneficiorum, d. part.* 2. *num.* 67. & Barboſa *allegat.* 57. *num.* 23. cum eiſdem Doctoribus, & cum Ægidio *part.* 7. *quæſt.* 2.

263. Tertiò vacant in Curia beneficia, quando ibi privatio, aut alii vacationis modi inducuntur. Ita Barboſa *num.* 24. cum Moneta *de Option. cap.* 3. *num.* 36 & Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 73. & 79. & cum eo reſolvit, quod ubi privatio inducitur à Judice, ſeu ex decreto, propter actum poſitivum, beneficium dicitur vacare, ubi fit actus, ob quem inducitur privatio à Jure, ſeu decreto. Beneficium igitur vacans per ſententiam privationis latam in Curia, contra ſe defendentem, vel verum contumacem, qui de Jure habetur pro præſenti, dicitur vacare in Curia, quia data tali præſentia, ſive vera, ſive ficta, propter talem contumaciam, etiam moraliter loquendo, verè, & realiter talis vacatio in Curia contingit, ut conſiderat Verall. *deciſ* 64. *num.* 1. & 2. *part.* 1. & *deciſ.* 327. *part.* 3. ſecundùm quam intelligenda eſt Rota *deciſ.* 35. *de Præbendis, in antiquis*, quatenus ponit regulam univerſalem, beneficium vacare in loco ubi quis eo privatur, ex doctrina Franchi *in cap. Præſenti, ſub n.* 4. *verſ. Quartò adde, de Præbend. in* 6. ubi refert hunc inter caſus vacationis in Curia; diſtinguens tamen inter effectum directum, & conſequutivum, ut ibi per eum, cum aliis allegatis per Verallum *ubi ſuprà*, refert Melchior Lother. *citato loco*, obſervans tale beneficium eſſe reſervatum virtute Extravagantis *Ad regimen, de Præbendis inter communes*; non tamen ea reſervatione, quæ dicitur clauſa in corpore Juris. Sic etiam vacatio inducta per decretum de dimittendo, non malè dici poteſt vacatio in Curia. Rota *deciſ* 65. *de reſcriptis in antiquis*, Simonet. *de reſervat. quæſt.* 26. *num.* 2.

264. De his tamen beneficiis vacantibus in Curia, Pontifex intra menſem à die vacationis providere debet, alioquin dicto tempore elapſo, valebunt Collationes ab Ordinariis factæ poteſtate ordinaria, proindeque acſi nulla unquam reſervatio extitiſſet, *d. cap. Statutum*, Antonius Faber *lib* 1. *definit. Forenſ. tit.* 2. *definit.* 32. Quod verum eſt in vacationibus apud Sedem; nam in cæteris nullum eſt præfixum tempus ad conferendum. Æneas Falconius *quæſt.* 4. *principali, effectu* 20. Gaſpar Peruſius *tract. de reſervat. quæſt.* 5. Menſis autem de quo ſuprà, incipit currere à die vacationis, non ſcientiæ. Gloſſa *verbo Numerandum, in d. cap. Statutum.* Anton. Faber *d. tit.* 2. *definit.* 25. Barboſa *d. num.* 24. Qui advertit, quod reſtrictio hæc ad menſem, non operatur, quod poſt menſem omnimodò excludatur Pontifex, ut conferre non poſſit; ſed hoc tantùm, ut poſt hunc menſem manus Ordinarii ulteriùs non cenſeantur ligatæ. Poteſt tamen Papa moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra menſem non contulerat; ſi tamen res ſit integra, ut reſolvit Maſſobrius *in Praxi habendi concurſum, requiſit.* 7. *dub.* 49. ubi *dub.* 50 quærit, an valeat collatio Epiſcopi, qui contulit intra menſem Papæ, ſi poſtea Papa de illo non provideat: & *dub.* 48. obſervat, hodie litteras ſuper beneficiis vacantibus in Curia, dari ſub die obitus. Et quod beneficiis vacantibus in Curia, non cadat conſuetudo optandi, oſtendit Moneta *d. cap.* 3. *num.* 13.

265. An idem ſit vacatio apud Sedem, ac vacatio in Curia, dubitari poteſt, cum plures ex Doctoribus confusè, ac promiſcuè, uno pro alio utantur. Veritas tamen eſt (ait Barboſa *d. n.* 24. quod vacare apud Sedem, eſt quando beneficium vacat per obitum in Curia, juxta *d. cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. juncto *cap. Statutum* 3. & *cap. Præſenti*, 34. *eod. tit.* & *lib.* per quod dictum *cap.* 2. in certis caſibus extenditur ad duas diætas extra Curiam Romanam: quod intellige per obitum Curialium, ſeu aliorum non habentium originem, & domicilium Romæ, nec de beneficiis ſitis in Urbe; quia in his non habet locum vacatio apud Sedem, *d. cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 13. *num.* 13. & præcipuè *num.* 14. *cum ſeqq.* Vacare autem

tem in Curia dicuntur beneficia, non ſolum quando vacant apud Sedem Apoſtolicam, per *d. cap.* 2. ſed pluribus modis, quos proſequuntur Moneta *d. cap.* 3. *n.* 18. Garcia *d. cap.* 1. *§.* 1. *à n.* 68. Gonzalez *d. gloſſa* 13. *per totam.* Unde licèt vacatio apud Sedem. *per d. cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. quæ aliàs dicitur clauſa in corpore Juris, ſit vacatio in Curia, non tamen aliæ vacationes in Curia dicuntur vacationes apud Sedem Apoſtolicam : in puncto Sarnenſ. *de triennali, quæſt.* 31. *à princ. uſque ad §. Secundus igitur*, optimè Covarruvias *Practicarum cap.* 36. *num.* 4. *verſ. Cæterum apud hanc*, optimè Puteus *deciſ.* 36. *aliàs* 38. *in novis, lib.* 2. tenet Rota *in Cordubenſi Capellaniæ*, regiſtrata per Garciam *d. part.* 5. *cap.* 1. *n.* 425. ad quam ipſe ſe refert *num.* 88. Gonzalez *d. gloſſa* 13. *num.* 29. ubi firmat quid ſit vacare apud Sedem, *& num.* 48. ubi firmat, vacare apud Sedem, eſſe vacare in Curia; non tamen è converſo, ut *num.* 49. *&* 50. ubi cum Sarnenſi *d. quæſt.* 31. *de triennali*, reſpondet ad Gloſſam *verbo In Curia, in cap. Statutum* 3. *de Præbendis, in* 6. quod vacare in Curia, impropriè dicitur vacare apud Sedem : *& num.* 52. dicit, quod vulgariter dici ſolet vacare in Curia, pro vacare apud Sedem : & *num.* 53. quod propriè loquendo licèt vacare apud Sedem : ſit vacare in Curia, non tamen è contra, ex Puteo *d. deciſ.* 26. *& aliàs* 38. *in novis, lib.* 2. Et ut id unico verbo dicam, vacatio apud Sedem, eſt vacatio per obitum vera; aliæ vacationes dicuntur fictè in Curia : & illa dicitur in corpore Iuris clauſa; aliæ non. Omnia hæc Barboſa.

267. Limitationes aliquas patitur doctrina præfata, quas in ſequentibus declarare libet. Et in primis limitatur in beneficiis Iuriſpatronatus laicorum, quæ non dicuntur vacare in Curia, ad effectum, ut diſpoſitioni Papæ reſervata maneant; dum tamen fundatione, vel dotatione fuerit acquiſitum; ſecus ſi privilegio. Barboſa *d. allegat.* 57. *num.* 25. *juncto Summario*, & allegat pro prima parte Gloſſam *in cap. licèt, de Præbendis in* 6. & Geminianum *ibi, num.* 12. & pro ſecunda Lancellot. *deciſ.* 304. *part.* 2. *diverſor.* & Simonetam *de Reſervat. quæſt.* 9. Addit tamen Barboſa, quod hæc vacatio beneficii Iuriſpatronatus laici in Curia, valeat ad inducendum Papam ad diſpenſandum, & in totum derogandum juſpatronatus. Covarruvias *Practic cap.* 36. *ſub n.* 4. poſt Mandoſium *de Signatura gratiæ, verbo Derogationes juriſpatonatus.* Staphileu, Flamin. Pariſ. *de Reſignat. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 45. & Lotherius *de Re benefic. lib.* 2. *q.* 8. *ſub tit. juriſpatr. cauſa finalis, quæ ſit, verſic. Primò.* Generaliter tamen beneficia juriſpatronatus laicorum non comprehenduntur in reſervationibus, etiamſi ſint generales, & in corpore Juris clauſæ, nec Legatus à latere illa poteſt conferre. Rochus *de Iurepatronatus, verbo Competens, quæſt.* 24. *num.* 54. Lambertinus *part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 6. *art.* 2. *& part.* 3. *quæſt.* 9. *art.* 16. Simonet. *q.* 6. Selva *part.* 3. *quæſt.* 11. *qualit.* 12. *num.* 12. *&* 21. Palat. *in libello de Beneficiis in Curia vacantibus, §.* 11. *&* 12. Gambar. *de Officio Legati, lib.* 3. *à num.* 239. *&* 242. Covarruvias *Practicar. cap.* 36. *num.* 2. *&* 5. Joſeph. Ludoviſius *tom.* 3. *commun. opinion. tit. de jurepatronatus, concluſ. unica, ampliat.* 19. *verſic. Declaratur* 12. *pag.* 531. Hojeda *de incompabilit. benefic. cap. fin. num.* 109. Azevedus *l.* 5. *num.* 3. *tit.* 6. *lib.* 1. *Novæ recopil.* Spinus *in Speculo teſtamentor. gloſſa* 4. *num.* 44. Caldas Pereyra *in Reſponſ. pro Penvaranda, num.* 1. Rebuff. *de Nominat. quæſt.* 8. *num.* 21. *& quæſt.* 15. *num.* 2. Cabedus *de Patronatu Regiæ Coronæ, cap* 35. *num.* 2. *&* 4. Perez *l.* 2. *verſ. Dubium etiam, tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinat. pag.* 150. Menoch. *conſ.* 90. *num.* 85. Puteus *deciſ.* 319. *lib.* 1. Valaſcus *conſult.* 163. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 18. *num.* 2. Cevallos *Communium contra Communes, q.* 697. *num.* 452. *cum ſeqq.* Cened. *ad Decretales, collect.* 79. *num.* 1. *& ad Sextum, collect.* 21. *num.* 1. Aloyſius Riccius *in Praxi Aurea, reſolut.* 236. *verſic. Tertiò*, latè Moneta *de Option. cap.* 3. *quæſt.* 3. *à num.* 113.

Procedit etiamſi in reſervatione ad- 268.
ſint illa verba, *Ad cujuſcumque collationem, proviſionem, electionem, præſentationem, & quamvis aliam diſpoſitionem pertineant.* Ita Mandoſius *ad Regul.* 1. *Cancel. quæſt.* 10. *num.* 2. Gigas *de Penſionibus, quæſt.* 19. *num.* 7. Aut etiamſi adſit clauſula, *Motu proprio.* Polydor Ripa *de actis in mortis artic. cap.* 54. *n.* 22. Moneta *dicto cap.* 3. *n.* 114. qui numeris ſeqq. cum Covarruvia, Mandoſio, & aliis *citatis locis*, id procedere aſſerit, licèt beneficia ſint mixta juriſ-

patrona

patronatus laicorum, & Clericorum, & licèt eſſent de jurepatronatus competente Clericis ratione bonorum patrimonialium, cùm tanquam laicale cenſeatur. Hactenus Barboſa *d. allegat. 57. uſque ad num. 27.* qui in ſequentibus aliquas limitationes præfatæ ſubjungit doctrinæ.

269. Prima limitatio eſt, in jurepatronatus laicali, quando iſtud non competit ex fundatione, vel dotatione, ſed ex privilegio, vel præſcriptione. Tunc enim beneficia hujuſmodi juriſpatronatus comprehenduntur in reſervatione, etiam generali Barboſa *num. 28.* cum Nicolao Garcia *de benefic. part. 5. cap. 1. num. 573.*

270. Secunda eſt in Beneficiis Regularibus, quæ non veniunt in reſervatione vacationis in Curia. Barboſa *num. 28.* cum Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſa 8. num. 11.*

271. Tertia eſt in Beneficiis curam animarum habentibus, quæ vacant Sede Apoſtolica vacante, tunc enim illorum collatio ad Ordinarium pertinet: idem ſi vacent in Curia vivente Papa, ſed ante collationem Sedes Apoſtolica vacat, *cap. Si Apoſtolica Sede 35. de Præbend. in 6.* Rebuffus *de Nominat. quæſt. 15. num. 28. verſic. Secundò fallit.* Ugolinus *de Poteſt. Epiſc. cap. 50. §. 2. verſ. Quartò*, & Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. §. 5. Proœmiali, à num. 125. & gloſſa 24. n. 111. & 117.* & Barboſa *num. 30.* qui rationem hanc addit, ſcilicet ob animarum periculum.

272. Quarta limitatio eſt in beneficiis illorum, qui Romæ vivunt ratione originis, vel domicilii, niſi etiam Curiam ſequantur, & Curiales exiſtant. Barboſa *num. 31.* & Gloſſa *verbo Originis, in cap. Præſenti 34. de Præbendis, in 6.* Moneta *de Option. cap. 3. num. 25.* & ex Rota apud Farinacium *deciſ. 616. num. 1. in noviſſimis noviſſimarum.*

273. Quinta eſt in beneficiis de Urbe, in quibus locum non habet reſervatio de beneficiis vacantibus apud Sedem Apoſtolicam. Barboſa *num. 32.* cum Gonzalez *gloſſa 13. num. 14.*

274. Secundò ſunt Papæ reſervata beneficia per ſolam appoſitionem ſuæ manus, quamvis inutiliter factam; ita quod ſi Papa providet alicui, vel provideri mandat de aliquo beneficio, ſi proviſio fuerit nulla, utpotè facta inhabili, vel incapaci, aut propter ſubreptionem, vel alium defectum, beneficium remanet Papæ affectum, & in illo Ordinarius non poteſt ſe intromittere, etiamſi aliàs non fuiſſet reſervatum, ut probat textus *in cap. Ut noſtrum, el 56. de Appellationibus*, & reſolvit Barboſa *num. 33.* poſt Rebuff. *in Praxi benefic. tit. de Reſervat. num. 30. & 34.* Simonet. *quæſt. 58.* Zechium *de benefic. cap. 5. ſub num. 6.* Henriq. *in Summa, lib. 13. de excom. cap. 14. §. 2. lit. O,* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. §. 3. proœm. num. 146. & gloſſ. 52.* Rotam *deciſ. 190. num. 6. part. 2. recent.* Nicolaum Garcia *d. cap. 1. num. 138. & ſeqq.* & addit Barboſa reſervationem per appoſitionem manus Papæ, majoris potentiæ eſſe, quàm ſit reſervatio deducta ex reſervationibus generalibus, ex Rota apud Farinacium *deciſ. 401. num. 2. part. 2. recent.* Secundò addit, reſervatum non dici beneficium, ſeu affectum ex qualibet appoſitione manuum Papæ, ſed ita demùm (ait) niſi Papa moveatur ex falſa cauſa tangente pertinentiam collationis, ex eadem Rota *deciſ. 187. num. 4. & 5. part. 2. recentior.* ubi contrarium tenentes declarantur; ſecus verò quando eſt error circa qualitatem proviſi, ut ibidem dicitur *n. 5.* Si enim Papa manum appoſuit in aliqua commiſſione ſignanda, per talem ſignaturam voluit totum negotium ad ſe advocare, & inferiorum manus ligare. Gonzalez *d. gloſſa 52. num. 31.* Camillus Borellus *in Summa omnium deciſionum, tit. 4. num. 11.* Maranta *diſp. 6. num. 21.* Rebuffus *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de evocat. num. 110. pag. 271.* faciunt ad id Covarr. *Practicar. cap. 9. num. 5. in princ.* Menoch. *conſ. 340. num. 49.* Barboſa *in l. 1. ff. de judiciis, tract. 1. num. 42.*

275. Tertiò reſervata ſunt Papæ beneficia conſiſtentia in Urbe, in quibus ſoli Papæ eſt reſervata collatio, veluti Epiſcopo Romano, *cap. Si quis Epiſcopus, poſt principium*, ibi: *dignetur Epiſcopus Romanus*; & *cap. 7. quæſt. 1.* Æn. de Falcon. *de reſervat. quæſt. 2. princip. num. 9.* Moneta *de Optione Canonica, cap. 5.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. gloſſ. 13. à num. 3. & gloſſa 3. num. 19.* ubi tamen ſcribit, non cadere

reſervationem in Eccleſiis titularibus Cardinalium, ſed illos habere jus conferendi, & ordinariam juriſdictionem, *cap. His quæ*, ubi plenè Felinus, Abbas, & Antonius de Butrio, *de Majorit. & obedient.* Quod intellige, quando ſunt Cardinales in Urbe; nam in abſentia ſolus Papa confert, ut habetur Regula Octava Cancell. Nam licèt tituli in Urbe ſint, & eorum beneficia jure ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprii Epiſcopi collationem, & proviſionem ſpectent; ut tamen Pontifices oſtenderent Cardinales ſibi verè filios, & fratres eſſe, & ut eos ſuorum titulorum ſtudioſos per reſidentiam magis allicerent, pleniorem eiſdem dederunt conferendi poteſtatem. Anaſtaſ. Germonius *de Indultis Cardinalium*, §. *Tam ratione*, *num.* 14. Ita Barboſa *allegat.* 57. *n.* 51. Qui *num.* 52. ait reſervata eſſe Papæ beneficia collata à Cardinalibus virtute ſuorum indultorum, quando proviſi intra ſex menſes à die ſibi factæ proviſionis computandos, novas proviſiones à Sede Apoſtolica non impetraverint, & jura Cameræ Apoſtolicæ, & aliis propterea debita non perſolverint. Unde lapſo tempore dicto, vacant ipſo jure, & poſſunt per alios à Sede Apoſtolica dumtaxat liberè impetrari, dummodò proviſi de legitimo impedimento non docuerint. Allegat Gonzalez *gloſſa* 51. *à n.* 109.

276. Quartò ſunt Papæ ſpecialiter reſervata omnia beneficia, quæ per reſignationem, vel obitum authoritate Apoſtolica conferuntur cum decreto, quod proviſus beneficium tunc obtentum in manibus Papæ intra duos menſes, aut aliud tempus reſignare teneatur, & quod de eo per Sedem Apoſtolicam dumtaxat provideri poſſit. Et ſimiles reſervationes ſunt ſpeciales pro beneficiis tunc expreſſis. Barboſa *d. allegat.* 57. *num.* 45. cum Moneta *de Optione, cap.* 3. *num.* 44. & Franc. Leone *in Theſauro Fori Eccleſiaſtici, cap.* 5. *num.* 37.

277. Quintò ſunt reſervata beneficia vacantia per violationem ſequeſtri, lite pendente in Curia Romana, ex *Clementina unica*, §. *Si quis autem, de Sequeſtratione poſſeſſionis, & fructuum*, & ex Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancell.* §. 7. *proœmiali*, *num.* 8. Barboſa *d. allegat.* 57. *num.* 47. Ratio, quia cum ſint in Curia litigioſa, Sedi Apoſtolicæ ſunt reſervata; niſi ſequeſtrum fuerit violatum lite pendente in Rota per appellationem: quo caſu ut vitetur circuitus, poterit Auditor in odium ſequeſtrum violantis, Beneficium in collitigantis perſonam conferre, *Clementina Auditor, de Reſcriptis*, Gonzalez *gloſſ.* 23. *num.* 14. quod eſt ſpeciale in Rotæ Auditoribus, ut per Gloſſam *verbo Deputatus à nobis, in d. Clementina Auditor.* Et aliis caſibus, altero decedente, non poteſt Ordinarius de beneficio litigioſo in ſuperſtitem diſponere, quia lite pendente nihil eſt innovandum. *Clementina* 1. *& 2. Ut lite pendente.* Et ſubrogatio in juribus defuncti ſpectat ad Papam, *cap. finali, eod. tit. in* 6. Flaminius Pariſius *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 105. Gonzalez *gloſſa* 6. *num.* 146.

Sextò reſervata ſunt beneficia liti- 278.
gioſa; nam quamvis beneficium litigioſum propriè non dicatur reſervatum, tamen ad effectum ut Ordinarius non poſſit providere, idem importat litigium, quod reſervatio. Gonzalez *gloſſa* 11. *num.* 111. Lancellotus *de Attentatis, part.* 1. *cap.* 3. *n.* 9. *& ſeqq.* Rota *deciſ.* 311. *num.* 1. *part.* 2. *recentior.* Quod ſingulariter intelligendum eſt in beneficiis litigioſis per obitum vacantibus; nam in beneficiis impetratis propter crimen, beneficia non ſunt litigioſa, ſed perſona accuſata: unde beneficium collitigatoris vacans per ejus obitum in menſe Ordinarii, poterit Ordinarius liberè conferre. Simoneta *de reſervatione, quæſt.* 10. *num.* 5. Unde quoad effectum, de quo ſuprà, beneficium litigioſum dicitur, quando agitur de jure reali ſuper collatione facta. Rota *deciſ.* 342. *num.* 2. apud Farinacium *part.* 1. *recentior.* non enim dicitur beneficium litigioſum, niſi lis ſit ſuper titulo. Rota *deciſ.* 356. *num.* 3. *in fine, part.* 1. *recentior.* ubi etiam, quod non dicitur litigioſum, ad effectum ut poſſit dici reſervatum, ex lite inter Patronum, & Ordinarium, ſuper libertate beneficii; ſatis autem dicetur litigioſum ex commiſſione cauſæ appellationis, ex citatione cum inhibitione, & illius executione. Rota *deciſ.* 455. *num.* 1. *part.* 1. *recentior.* Non verò dicitur litigioſum, quando

non

non petitur ut ſuum, ſed ut ſibi conferendum. Rota *deciſ.* 253. *n.* 5. *part.* 2. *recentior.* Hæc omnia Barboſa *allegat.* 57. *num.* 49. Pro hac reſeruatione non allegat textum ullum.

279. Septimò reſervantur Papæ Canonicatus, & præbendæ Eccleſiæ Metropolitanæ Cæſarauguſtanæ, in menſibus Januarii, Aprilis, Julii, & Octobris. Barboſa *num.* 50. poſt Gonzalez *gloſſa* 51. *num.* 116. Nec pro iſta allegat textum Juris, aut Conſtitutionis extra illud vagantis, ſicut allegat in pluribus aliis in ſequenti §. exprimendis.

PARAGRAPHUS IV.

De reſervationibus Summo Pontifici factis per diverſas Conſtitutiones Apoſtolicas, quibus aufertur Ordinariis Collatoribus facultas beneficia conferendi.

280. PRimò reſervantur Papæ diſpoſitioni, beneficia ad Epiſcopum perinentia, Sede Epiſcopali vacante, tunc temporis vacantia, cujuſcumque ſpeciei, & qualitatis ſint. Sic diſpoſuit Sanctiſſimus Pius V. in Conſtitutione *Sanctiſſimus in Chriſto Pater.* Refert Barboſa *allegat.* 57. *n.* 35. poſt Aloyſ. Riccium *in Praxi Fori Eccleſiaſt. reſolut.* 333. *num.* 2. *verſic. Excipiuntur primò*, Ugolinum *de Poteſt. Epiſcopi, cap.* 50. §. 2. *num.* 2. *verſic. Excipiuntur tamen primò*, Flaminium *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 30. Azorium *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *ſub quæſt.* 12. *verſic. Ejuſdem*, ubi ita ait: Ejuſdem Pontificis (ſcilicet Pii V.) extat alia Conſtitutio, ſub hoc initio, *Sanctiſſimus*, ubi decernit, omnia beneficia, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, vel Regularia, qualitercumque qualificata, & ubilibet exiſtentia, Sede Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, Patriarchali deſtituta & viduata Paſtore, & quomodolibet vacantia, quæ ad eorumdem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Primatum, Patriarcharum collationem, proviſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem, quomodolibet pertineant, Romano Pontifici reſervata eſſe.

281. Secundò, collatio beneficiorum, quæ, propter crimen hæreſis, vacant, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & regularia quorumvis Ordinum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, & aliarum quarumvis Militiarum, quæcumque, & qualiacumque ſint, reſervata eſt Papæ. Ita ſtatuit Pius V. in Conſtitutione *Cùm ex Apoſtolatus*, 6. *Kalend. Februarii* 1566. & declarat, in impetrationibus beneficiorum ad Romanum Pontificem, ſub quibuſcumque clauſulis, hæc beneficia non comprehendi, niſi expreſſim eorum mentio ſit facta. Ita refert Azorius *ubi proximè, verſic. Pii quoque.* Ita & Barboſa *num.* 36. cum Riccio *d. reſol.* 333. *verſic. Secundò*, Ugolino *d.* §. 2. *verſic. Secundò*, Garcia *de Benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 81. Piaſec. *in Praxi nova Epiſcopali, part.* 2. *cap.* 5. *ante num.* 4.

282. Inquirit Barboſa *num.* 37. An proviſio facta de beneficio incarcerati propter crimen hæreſis, ſit valida ante ſententiam criminis declaratoriam? Et reſpondet negativè, juris rigore attento: quia beneficia antequam vacent, conferri non poſſunt, *cap.* 1. *&* 2. *de Conceſſ. præbendæ*: per crimen autem hæreſis non vacat beneficium ipſo jure, niſi poſt ſententiam prolatam, ut deducitur *ex cap. Ad abolendam, de hæreticis*, §. 1. ubi dicitur: *Sancimus, ut quicumque fuerint in hæreſi deprehenſi, ſi Clericus eſt, vel cujuſlibet Religionis obumbratione fuſcatus, totius Eccleſiaſtici ordinis prærogativa nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus Eccleſiaſtico, ſæcularis relinquatur.* Expendit verba illa *nudetur*, & *ſpoliatus relinquatur*: quæ cum ſint præſentis temporis imperativi modi, ad judicem directa, important tantùm privationem per ſententiam ferendam, quia requirunt aliam perſonam, nimirum Judicis, ut pœnam infligat. Sententiam autem privationis ipſo jure latam, aut alterius quidem pœnæ, nullum crimen inducit, niſi ſit in jure cautum, ex multis, quos refert Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 3. Et in dubio nunquam præſumitur, nec intelligitur privatio ipſo jure, ſed per ſententiam. Puteus *deciſ.* 129. *lib.* 3. Achil. *deciſ.* 1. *de pœnis*, Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 15. *n.* 153.

283. His tamen non obſtantibus, concludit dicendo: Verùm licèt hæc opinio in juris rigore vera ſit, communis tamen ſententia eſt in contrarium, quæ aſſerit hæreticum beneficio

cio eſſe ipſo jure privatum. Abbas *in cap. Inter dilectos, num.* 11. *de Exceſſibus Prælatorum*, Covarruvias *lib.* 2. *Variar. cap.* 8. *num.* 4. plures per Garciam *d. cap.* 10. *num.* 60. Farinacius *de Hæreſi, quæſt.* 189. *num.* 77. Sanchez *in Decalogi præcepta, lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 5. Ricciul. *de Iure perſonarum, lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 9. & ob id poſſe à quocumque impetrari ante ſententiam, reſolvit Flaminius *lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 30. & tenuit Rota *in una Mutinenſi Capellæ*, 16. *Iunii* 1562. *coram Paleotto*, ubi fuit reſolutum, beneficia hæreticorum vacare in partibus ubi fuit commiſſum delictum, & non in Curia, ubi ſententia lata fuit; nam vacant ipſo jure, & poſſunt impetrari, & conferri etiam ante ſententiam. Habetur *deciſ.* 707. *num* 3. *&* 4. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſorum.* Referunt Mandoſius *de Signatura gratiæ, tit. de Abſolutione ab hæreſi, verſic. Hæreticorum beneficia*, Flaminius *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 32. Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 80. Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 12. Ricciul. *de Iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium, d. cap.* 19 *num.* 11. ubi *num.* 12. aſſerit verum, quod ad hoc, ut privatio ſuum plenarium ſequatur effectum, requiritur ſententia declaratoria hæreſis incurſæ, nec antèpoterit hæreticus removeri à poſſeſſione: *& n.* 13. quod hæreticus poſt hæreſim contractam non poteſt reſignare.

284. Tertiò, beneficia vacantia per privationem, ſunt reſervata Papæ. Ita ſtatuit Paulus III. *in conſtitut. Sanctiſſimus, la* 67. Barboſa *allegat.* 57. *n.* 39. cum Aloyſio Riccio *in Praxi Fori Eccleſiaſt. reſolut.* 333. *verſic. Decimò.* Hujuſmodi ſunt beneficia vacantia per ſimoniam, quia crimen eſt æquiparatum crimini hæreſis, & læſæ majeſtatis facinori. Idem Barboſa *d. n.* 39. *ex cap.* 1. *& ibi* Gloſſa *ult. de Teſtib. in* 6. & Franc. Leon *in Theſauro Fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 36.

285. Quartò, beneficia collata perſonis prohibitis propter genus ſuum, aut propter crimen hæreſis, vel apoſtaſiæ à Fide, nullius momenti ſunt, ſed ad novam Papæ proviſionem pertinent. Ita Decrevit Gregorius XIII. *in conſtitut.* 66. *In Eccleſiis*, edita idibus Novembris 1580. de qua Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæſt.* 12. *colum. mihi* 806. Barboſa *num.* 40. cum eodem Azorio, & Flaminio Pariſio *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 31. Gonzalez *in Regul.* 8. *gloſſa* 51. *num.* 103. Aloyſ. Riccio *d. reſolut.* 333. *verſic. Tertiò*, & Mantica *deciſ.* 158. *num.* 1.

Quintò, quæcumque beneficia 286.
recepta in confidentiam, vacant ipſo jure, & Summo Pontifici ſunt reſervata. Sic ſtatuit Pius IV. *in conſtit.* 85. *Romanum Pontificem*, & Pius V. *in conſtit. Intolerabilis, la* 78. quas referunt Azorius *d. quæſt.* 12. & Barboſa *d. alleg.* 57. *num.* 41. cum Flaminio *de Reſign. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 26. & *de confidentia benefic. quæſt.* 7. *num.* 79. Aloyſ. Riccio *d. reſol.* 333. *verſ. Septimò*, Navarro *in Manuali, cap.* 23. *ſub num.* 110. *verſ.* 3. Ugolino *de Poteſt. Epiſcopi, cap.* 50. *§.* 2. *verſic. Septimò*, Piaſec. *in Praxi nova Epiſcop. cap.* 5. *num.* 4. *in princ.* & Franc. Leone *in Theſauro Fori Eccleſiaſt. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 24. Et addit Barboſa *num.* 42. procedere, non ſolùm in beneficiis, in quibus commiſſa eſt confidentia, ſed etiam in aliis, quæ obtinebat confidentiarius, ut Pius V. *in d. conſtitut. verſic. Sed nec quiſquam*, & notavit Flaminius *d. quæſt.* 7. *num.* 81.

Sextò, Beneficia Parochialia collata, non ſervata forma præſcripta in Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. c.* 18. ſunt Papæ reſervata per Pium V. *in conſtit.* 33. *In conferendis.* Illam refert Azorius *quæſt.* 12. *citata*, dicens: Ejuſdem Pii V. extat & alia conſtitutio ſub hoc principio, *In conferendis*, ubi ſtatuit beneficia Parochialia ab Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, vel Patriarchis collata, non ſervata forma Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* hoc eſt, non præmiſſo examine, juxta illud Concilii Decretum, Romano Pontifici reſervari, vel ad ipſum devolvi, aut ad alios Ordinarios Epiſcopis inferiores, ad quos jus conferendi pertinebat. Ita Azorius. Refert & illam Barboſa *alleg.* 57. *num.* 43. cum Riccio *d. reſol.* 333. *verſic. Octavò*, Ugolino *d. §.* 2. *verſic. Octavò.* Franc. Leone *d. cap.* 5. *num.* 26. *&* 32. & Flaminio Pariſio *d. quæſt.* 16. *num.* 32. 287.

Septimò ſunt Papæ reſervata be- 288.
neficia vacantia ob non publicationem reſignationum, juxta conſtitutionem Gregorii XIII. *la* 81. incipit,

Humano

Humano vix judicio, editam Nonis Januarii 1584. quam refert Barboſa *num.* 46. poſt Quarantam *in Summa Bullarii, verbo Beneficiorum reſignatorum publicatio.* Flaminium *de Reſignat. lib.* 11. *in præfatione, num.* 5. Garciam *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. *à num.* 273. & Gonzalez *gloſſ.* 51. *n.* 16.

289. Octavò reſervata ſunt beneficia vacantia in Abbatia S. Crucis Camaldulenſis, Diœceſis Eugubinæ, per Conſtitutionem, *Ut Apoſtolicæ*, à Gregorio XIII. editam anno 1578. Sed hæc Abbatia unita eſt Collegio Germanico in Urbe exiſtente, pro ſuſtentatione nobilium Germanorum, inibi Theologiæ operam navantium: de quibus Barboſa *alleg.* 57. *num.* 53.

290. Nonò reſervantur beneficia Regni Germaniæ vacantia, & vacatura in menſibus Januarii, Maii, Julii, Septembris, & Novembris, juxta conſtitutionem Nicolai Quinti, de qua Barboſa *num.* 54. cum Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 31. *num.* 79.

291. Decimò beneficia vacantia per delictum offendentis litigantes in Curia Romana, eorumque Judices, Advocatos, & Procuratores, teſtes, vel Notarios: nam ratione talis delicti vacant beneficia offendentis, ſeu injuriantis, ipſo jure, & ſunt diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervata ex diſpoſitione Alexandri Sexti *conſtit.* 11. *In eminenti, tom.* 1. *Bullarii*, de qua Barboſa *allegat.* 57. *num.* 55. poſt Puteum *deciſ.* 102. *& duabus ſeqq. lib.* 1. Rotam *deciſ.* 161. *part.* 2. *diverſor.* & Gonzalez *d. gloſſa* 31. *num.* 105.

292. Undecimò ſunt Papæ reſervata beneficia illorum, qui ſe ipſos pro aliis examini ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt pro conſequendis beneficiis, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab eis aliquid conſequantur, vel quando pro ſe ipſis impetrant beneficia cum intentione illa reſignandi; vacant enim ipſo jure, & ſoli Sedi Apoſtolicæ eſt illorum diſpoſitio reſervata. Ita ſtatuit Paulus Quartus *in conſtitut.* 12. *Inter cæteras, in Bullario novo Romano, pag.* 731. *tom.* 1. edia illa fuit 27. Novembris 1557. de qua Barboſa *allegat.* 57. *num.* 56. poſt Gonzalez *d. gloſſa* 51. *num.* 107.

293. Duodecimò ſunt Papæ reſervata beneficia vacantia ob non delationem habitus clericalis. Ex *conſtitutione* 92. §. 3. à Sixto Quinto edita: adeſt in Bullario *tom.* 2. *pag.* 659. Illius meminit Barboſa *alleg.* 57. *num.* 57. Ipſo facto infligitur privatio tenore hujus conſtitutionis, & abſque ulla judicis declaratione, aut citatione, &c. vide §. 3. citatum.

Tertiodecimò, Paulus II. *in Conſtitutione Ad Romanum*, declaravit, omnia beneficia reſervata, quomodocumque vacent, remanere affecta, ita ut nullus præter Romanum Pontificem, tunc quovis modo conferre queat. Ita Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 34. *quæſt.* 12. *verſic. Duodecimò.* 294.

Paragraphus V.

De Beneficiis Papæ reſervatis per Cancellariæ Regulas.

Quilibet Summus Pontifex, initio ſui Pontificatus, dare volens ordinem, & normam pro rebus tempore ſui Regiminis gerendis, conſuevit conſtituere Regulas Cancellariæ, addendo aliquid, vel mutando, juxta negotiorum, & cauſarum occurrentium varietatem. Primus omnium qui Regulas aliquas, ſeu leges Cancellariæ tulit, ut fertur, fuit Ioannes XXII. qui Cathedram aſcendit Apoſtolicam anno Domini 1316. ex Carthuſienſibus aſſumptus, eaſque in ſcripta redegit, quem Pontifices omnes ejus ſucceſſores in hoc imitantur, & ſequuntur, eo quòd illæ per obitum ſuorum expirent conditorum, uti ait Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 59. poſt Menochium *conſil.* 112. *num.* 51. & *conſ.* 182. *num.* 12. *conſ.* 190. *num.* 17. *& ſeqq.* Piaſeg. *in Praxi Nova Epiſcop. part.* 2. *c.* 5. *num.* 2. *in verſ. Sede item*, poſt alios. Et addit *num.* 60. cum Gonzalez *ad Regulam* 8. *gloſſa* 5. §. 3 *num.* 73. *& 74. & gloſſa* 9. §. 2. *num.* 10. quod reviviſcant, per novos Papas renovatæ, ac ſubrogatæ, cum eiſdem qualitatibus, & moderationibus. Et habere vim legis docet in Praxi Epiſcopali, *part.* 1. *verbo Regulæ Cancellariæ*, §. 8. Immò facere quamlibet illarum, legem ſeparatam, diverſamque reſervationem continere. Allegat dictum Gonzalez *gloſſa* 1. *num.* 8. & adeo eſſe ſtricti juris, ut nec extendi, nec egredi fines ſuos poſſint, aſſerit cum eodem Gonzalez §. 6. *Proœm. num.* 13. Flaminio 295.

lib. 3. *quæſt.* 5. *num.* 17. & cum Garcia *part.* 5. *cap.* 1. *num.* 67. Advertitque Barboſa *num.* 62. quod ut ligent dictæ Regulæ, non ſit neceſſaria earum publicatio, quia ſtatim ab initio quando ſunt factæ, ligant, quamvis publicatæ non ſint, & beneficia vacantia in iſto tempore intermedio, in menſibus Apoſtolicis, cadunt ſub reſervatione. Allegat Gonzalez §. 5. *proœm. num.* 54. ubi *num.* 56. dicit quod ſtatim incipiunt ligare, quoad effectum nullitatis actus in contrarium; non tamen niſi poſt publicationem, quoad pœnas incurrendas : refert Joannem à Chokier *in Commentario Proœm. Regular. Cancellariæ, num.* 20. & ſic earum publicatio non fit ad effectum, ut innoteſcat, ſed ut appareat de voluntate approbatoria ipſius novi Pontificis. Ita Barboſa, qui allegat Rotam *deciſ.* 256. *num.* 3. *&* 4. *part.* 2. *diverſorum.*

296. Ex dictis infert Barboſa *ſub d. n.* 92. quod Sede Apoſtolica vacante, ceſſant Regulæ reſervatoriæ, & omnes menſes ſunt Ordinarii, poſſuntque Epiſcopi, tanquam ad jus commune redeuntes (exceptis tamen iis, qui Concordatis Nationis Germaniæ ſubſunt, quorum beneficia etiam Sede Papali vacante, in menſibus Papæ vacantia, ſucceſſori remanent affecta) providere de beneficiis vacantibus in quolibet menſe. Allegat Maſſobrium *in Praxi habendi concurſum, regula* 7. *dub.* 43, Caputaquenſ. *deciſ.* 86. *part.* 1. *&* *deciſ.* 234. *part.* 2. Rotam *decis.* 144. *num.* 10. *part.* 2. *recentior.* & Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell.* §. 5. *Proœm. n.* 46. ubi ait, quod non ſolum erunt omnes menſes Ordinarii ante aſſumptionem novi Papæ, ſed etiam antequam faciat Regulas Cancellariæ, quæ ſemper fieri ſolent die immediatè ſequenti dictæ aſſumptionis, ita quod ſi etiam in illo medio tempore ab aſſumptione uſque ad editionem Regularum vacaret aliquod beneficium in menſibus aliàs reſervatis, nullum obſtaculum Ordinarius habere dicatur : & allegat Geminianum *conſ.* 92. incipit, *In cauſa Canonicatus, num.* 1. niſi aliàs beneficia ſint affecta, aut Papa poſtea electus declaret, non expiraſſe reſervationem, aut illa de novo reſervet, prout fecit Paulus Quintus felicis recordationis, de omnibus beneficiis tempore ſuæ aſſumptionis non proviſis, in Bulla ad favorem Conclaviſtarum, ſub datis pridie Kalend. Auguſt. 1605. referente Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 645. *cum ſequenti*, & prout fecit etiam Urbanus Octavus generaliter *Regula* 68. *Cancellariæ*, ab eo noviter addita, tenoris ſequentis.

Item S. D. N. providè conſiderans 297.
conſueviſſe quandoque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, beneficia, quæ vacante Sede Apoſtolica vacare contigerat, diſpoſitioni ſuæ reſervare, intendens de beneficiis hujuſmodi tam Conclaviſtis, quàm pauperibus Clericis, & aliis bene meritis perſonis providere, omnia, & ſingula beneficia per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, aut quaſlibet alias Apoſtolicas Conſtitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore exiſtentis diſpoſitioni quomodolibet, & ex quavis cauſa reſervari ſolita, quæ à die obitus felicis recordationis Gregorii XV. prædeceſſoris ſui uſque ad diem prædictam ſeptimam Auguſti vacaverunt, & de quibus per quoſcumque Ordinarios collatores tunc diſpoſitum non fuerat, ſuæ diſpoſitioni reſervavit, decernens irritum, &c. Refert Joannes Anton. Maſſobrius *in Praxi habendi concurſum, requiſit.* 1. *dub.* 10. *num.* 2.

Cum autem, ut dictum eſt, per 298.
mortem Papæ conditoris, authoritas, & vis Regularum Cancellariæ expiret, ut præter allegatos tradunt Caputaquenſ. *deciſ.* 86. *num.* 3. *lib.* 1. Seraphinus *deciſ.* 980. *num.* 12. & Gomez *in Proœmio Regular. quæſt.* 1. *num.* 2. ideo Sede Apoſtolica vacante, omnes menſes ſunt Ordinariorum, poſſuntque tanquam ad jus commune redeuntes, providere de beneficiis vacantibus in quolibet menſe, juxta tradita per Caputaquenſ. *d. deciſ.* 86. *numero* 1. *part.* 1. *&* *deciſ.* 214. *numero* 5. *part.* 2. & Gonzalez *ad Regul.* 8. §. 5. *Proœm. num.* 46. Verùm in hoc articulo (ait Barboſa) duo caſus ſunt omninò diſtinguendi. *Primus* eſt, quando agitur de reſervatione, quæ fit ratione temporis, prout *in Regul.* 8. tunc enim reſervatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur niſi in menſibus

Quæ in hoc, & in ſequenti num ex Barboſa referuntur, tradit etiã Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 55.

menſibus *in dicta Regula* 8. ſtatutis, vacatio beneficii contingat. Et ad effectum hujus reſervationis, conſideratur illud tempus vacationis. Caſſadorus *deciſ.* 8. *num.* 9. *&* 12. *de Præbendis*, Rota *deciſ.* 774. *num.* 3. *&* 10. *lib.* 3. *part.* 3. *diverſor.* quia hæc reſervatio beneficii inducitur ſolùm in ipſo obitu poſſeſſoris, & vacationis contingentis tali menſe, Sedi Apoſtolicæ ad conferendum aſſignato. Unde ſi talis vacatio contingeret Sede ipſa Apoſtolica vacante; etiamſi aliàs eſſet menſis Apoſtolicus, nihilominus collatio ſpectaret ad Ordinarium; quia vacatio Sedis Apoſtolicæ impedit, & excludit reſervationem, & Regulæ Cancellariæ tunc non operantur: & ita procedunt Doctores allegati, & conſiderat Gonzalez *ſuper Regulam* 8. §. 5. *Proœm. num.* 94. *poſt medium*, *verſic. Secus verò*, & alii inferiùs allegandi.

299. Alter verò eſt caſus, quando agitur de reſervatione, quæ inducitur vel ratione perſonarum, utputa quia poſſidens beneficium erat familiaris Cardinalium, vel Collector, vel Subcollector, vel alia adeſſet reſervatio, quæ perſonæ poſſeſſoris adhæreret, vel ratione ipſius beneficii, vel quia eſſet prima dignitas, Monaſterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apoſtolicæ. Tunc enim etiamſi vacatio contingat Sede Apoſtolica vacante, attamen collatio ſpectat ad futurum Papam, quia reſervatio hoc caſu non inducitur in ipſo obitu poſſeſſoris, & ſic in vacatione, quo tempore jam Regulæ Cancellariæ exſpirarunt; ſed reſervatio fuit inducta, & jam infixa à principio, ſtatim ac ille fuit familiaris, Collector, vel Subcollector, ſeu beneficium fuit prima dignitas, aut alio modo antea affectum Sedi Apoſtolicæ, quo tempore Regulæ Cancellariæ vigebant, & ſuum effectum, nempe reſervationem, jam induxerant: & quamvis Sede Apoſtolica vacante dictæ Regulæ Cancellariæ, tanquam authoritate tunc deſtitutæ, non inducant eo tempore reſervationem; non inde tamen reſervationes priùs vivente Papa, & Regulis vigentibus inductæ, & infixæ deſinunt, nec exſpirant: immò beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum, *Extravag. Ad Romani*, *de Præbend.* Ancharan. *conſ.* 138. *n.* 3. Geminianus *conſ.* 93. *num.* 16. qui hoc tritiſſimum dixit axioma. Rota *deciſ.* 10. *de Præbend. in novis*, *& deciſ.* 11. *num.* 2. *& deciſ.* 31. *num.* 1. *eod. tit.* Et in terminis reſervationis, ratione familiaritatis, vel alterius qualitatis perſonalis, quod etiamſi familiaris, vel alius decedat Sede Apoſtolica vacante, nihilominus collatio ſpectet ad Papam, & Ordinarius non poſſit ſe intromittere, tradunt Geminianus, ſeu potiùs Felinus *ad dictum illius conſilium* 93. *num.* 16. idem Felinus *in cap. in noſtra*, *coroll.* 2. *num.* 20. *verſic. Et cave*, *de Reſcriptis.* Sarnenſ. *ſuper Regula de Publicand. reſignat. quæſt.* 6. *num.* 6. *verſic. Sic etiam*, Simoneta *de reſervation. quæſt.* 17. *num.* 1. *verſic. Sed hodie*, *& num.* 5. Et etiam in terminis reſervationis, ex eo, quod beneficium ſit prima dignitas, obſervant Gonzalez *d.* §. 5. *Proœmii*, *num.* 93. *verſic. Quia hoc rectè procedit*, Nicol. Garcia *de benefic. part.* 5. *cap* 3. *n.* 780. ubi *num.* 791. refert ita Rotam cenſuiſſe *in Abulenſi Parochialis*, 24. *Januarii* 1594. *coram Corduba.* Colligunt hæc ita eleganter diſpoſita ex adductis *in Andrienſi Archidiaconatus*, 5. *Decembris* 1625. *coram Domino Merlino.* Hactenus Barboſa *d. allegatione* 57. *ſub num.* 62. qui in ſequentibus latè recenſet Regulas Cancellariæ, & de illis agit, ſicut Quarantà *in Summa Bullarii*, *verbo Regulæ Cancellariæ*, *à pag.* 552. *ad* 570. Brevius tamen Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *c.* 34. *quæſt.* 10. & Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 1. *à num.* 9. *ad* 31. in quibus tantùm agit de Regulis ad ſuum, & noſtrum inſtitutum de reſervationibus beneficiorum ſpectantibus, & reliquis ſuperſedit, ſicut nos conſultò ſuperſedemus, & libet dictum Doctorem recenſere, & ſequi.

300. Prima igitur regula, juxta Conſtitutionem Benedicti XII. *Ad regimen*, *de Præbendis*, reſervat officia, & beneficia S. R. E. Cardinalium, & aliorum Officialium Sedis Apoſtolicæ *in d. conſtitutione* expreſſorum: etiamſi ante obitum illa dimiſerint, & ut pleniùs in ea. Solet autem apponi dicta Extravagans inter regulas, eo quòd ipſa eſſet temporalis, ad vitam conditoris, ut liquet ex contextu. Cæterùm, De Regula I.

rùm, quî de ſingulis Officialibus pleniùs videre cupit, Gonzalez adeat *ſuper d. Regulam* 8. *gloſſa* 51. *à num.* 6. & Doctores ibi per eum citatos.

301. De II. Regula. Secunda reſervat omnes Eccleſias Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, Monaſteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri de Camera communis æſtimationis excedentia, & generaliter omnia beneficia ad collationem prædictorum pertinentia, quæ poſt illorum mortem, aut dimiſſionem, ſive amiſſionem, & privationem, uſque ad ſucceſſoris proviſionem per Apoſtolicam Sedem faciendam vacaverint, ut plenius *in d. regula* 2. ubi Gloſſatores, Pariſius *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 16. *num.* 27. Gonzalez *d. gloſa* 51. *num.* 32.

Reſervantur etiam particulariter quatuor majores Eccleſiæ Patriarchales, nimirum Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana, quandiu fuerint ſub infidelium poteſtate: & irritatur quæcunque electio facta per earum Capitula, *Extravag. Sancta, inter communes.*

302. De III. Regula. Tertia reſervat omnes majores dignitates poſt Pontificalem, in Eccleſiis Cathedralibus, & principales in Collegiatis, valorem decem florenorum auri communis æſtimationis excedentes.

Item Prioratus, Præpoſituras, & alias dignitates conventuales, & Præceptoriales Generales Ordinum quorumcumque, ſed non Militiarum.

Similiter beneficia propria ab ipſo Pontifice, dum Cardinalatus honore fungebatur, poſſeſſa, & generaliter beneficia omnium familiarium S.R.E. Cardinalium ſuo tempore exiſtentium, etiam poſt familiaritatem quomodocumque dimiſſam. Qui verò dicantur familiares ad hunc effectum, traditur à Gloſſatoribus.

303. De IV. Regula. Quarta regula reſervat beneficia omnia Collectorum, & Subcollectorum fructuum, & proventuum Cameræ Apoſtolicæ debitorum: & in quibus, ſeu ad quæ jus eis competebat.

304. De V. Regula. Quinta reſervat beneficia quorumcumque Curialium, qui ſequentes Romanam Curiam, de loco ad locum pergentem, moriuntur in quovis loco, quantumvis etiam à dicta Curia remoto: Curiales verò ad hunc effectum, ſunt omnes familiares, & qui ſerviunt Cardinalibus.

Item omnes Judices, Notarii, Advocati, Procuratores, ſollicitatores litium, & expeditionum. Mandoſius *ad iſtam regulam, quæſt.* 1. *num.* 18. Gonzalez *ſuper* 8. *regulam, gloſſa* 13. *in fine.* Quæ quidem reſervatio, eſt ampliatio aliarum reſervationum circa Curiales: nam *in cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. Reſervata fuerunt omnia beneficia Curialium. Deinde Bonifacius Octavus *in cap. Præſenti, eod. tit.* extendit ad Curiales extra Curiam exiſtentes per duas legales dietas. Tandem regula iſta ampliat ad quæcumque loca diſtantia, prout practicatum fuit circa Curiales Curiam ſequentes, quando Clemens Octavus S. recordationis Ferrariam adventu ſuo decoravit, anno ſalutis 1598. illorum enim beneficia collata fuerunt, uti reſervata. Gonzalez *d. gloſſa* 15. *num.* 88. Si verò Curia non mutatur, ſed Curiales ipſi aëris mutandi, vel ſolatii, ſeu alterius rei gratia, non intrat reſervatio, ut cum aliis docet ipſe Gonzalez *d. loco, num.* 89. quod tamen reſtringe *ut infrà, ſublimitat.* 15.

305. De VI. Regula. Sexta reſervat beneficia Cubiculariorum, & Curſorum Papæ, ſunt enim Officiales: loquitur autem regula de Cubiculariis Cancellariæ Apoſtolicæ, quorum Collegium erexit Leo X. anno 1515. prout *in ſua Conſtitut.* 14. Gonzalez *d. gloſſa* 51. *num.* 93. qui in antecedentibus, & ſubſequentibus pluribus agit de intellectu ipſius regulæ, & ad excuſandum illam à ſuperfluitate.

306. Cubicularii (vulgò Camerioti ſecreti) Pontificis, magnam cenſentur habere dignitatem. Staphil. *de Prærogativ. expectan.* §. *Videndum, num.* 14. & comprehenſi fuerunt *ſuprà in regula* 5. ſub nomine familiarium: attamen propter illorum dignitatem, & ad majorem expreſſionem facta fuit repetitio.

307. Cubicularii verò honoris, necnon alii (vulgò Extra muros) non dicuntur propriè Cubicularii, ad hunc effectum reſervationis, nec veri familiares; unde neutrorum beneficia reſervata cenſentur, ut pluries tenuit Rota, de qua Gonzalez *ibidem, num.* 95.

num. 95. & ideò, niſi ex alio capite appareant reſervata, vel affecta beneficia eorum, poterunt liberè conferri ab Epiſcopo, ſeu aliis Ordinariis collatoribus, *deciſ.* 43. *part.* 1. *noviſſimarum*, & aliàs frequenter Gonzalez *dicto loco*, contra Mandoſium *in hac ipſa regula.*

Fuit autem hæc regula per Sixtum Quartum facta.

308. De VII. Regula. Septima regula reſervat Canonicatus, & alia beneficia trium Patriarchalium, Lateranenſis, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe: necnon omnium Eccleſiarum titularium, Epiſcopalium, Presbyteralium, & Diaconalium S.R.E. Cardinalium, durante illorum abſentia à Curia Romana, tam quoad Eccleſias Urbis, quàm Civitatum, & Diœceſum dictorum Epiſcopatuum Cardinalitiorum, videlicet I. Hoſtienſis, & Velitrenſis unitarum. II. Portuenſis. III. Prænestinenſis. IV. Tuſculanenſis. V. Albanenſis. VI. Sabinenſis. Alphonſus à Soto Gloſſator antiquus, *in dictam regulam*, Gonzalez *eadem gloſſa* 51. *num.* 97. *&* 98. & pleniùs *gloſſa* 13. *quæſt.* 7. cum ibi citatis.

309. De VIII. Regula. Octava, generaliter reſervat omnia beneficia, in ſingulis Ianvarii, Februarii, Aprilis, Maii, Julii, Auguſti, Octobris, & Novembris menſibus extra Romanam Curiam, aliàs quàm per reſignationem vacantia: exceptis pertinentibus ad collationem S. R. E. Cardinalium, & ſalvis Concordatis Germaniæ, & Franciæ, de quibus aliàs.

310. Ad gratificandum verò Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ut libentiùs apud Eccleſias, & Diœceſes ſuas reſideant, quandiu verè, & perſonaliter reſederint dumtaxat, indulget eis collationem beneficiorum vacantium in menſibus Februarii, Aprilis, Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris, atque ita alternativam ipſorum menſium. Dummodo tamen beneficia ipſa non ſint aliàs eidem S. Sedi reſervata, vel affecta: neque ipſi ingerant ſe in collationibus eorum, vel aliorum beneficiorum in reliquis ſex menſibus vacantium, aut proviſiones, & gratias Sanctitatis ſuæ de illis quoquo modo non impediant, quominus debitum conſequantur effectum: quibus caſibus dicta conceſſione ipſo jure privantur, & prout pleniùs *in dicta regula* 8. pleniſſimè verò per Gonzalez *in aureo ejus Commentario ſuper illam*, cujus dicta recenſere, integrum exigeret volumen: Ne tamen ſicco omninò tranſeamus pede, tangentur nonnulla inferiùs, ſumma brevitate; quoniam hujus regulæ intellectus, præ cæteris aliis, perutilis, neceſſarius, ac frequentiſſimus Dominis Ordinariis exiſtit: unde noſtra digreſſio non erit infructuoſa.

Ad hoc autem, ut præfata alternativæ gratia uti valeant, præmittenda eſt illius acceptatio per litteras patentes, manu propria ſubſcriptas, proprioque ſigillo munitas, & in ſua cujuſque civitate, vel Diœceſi datas, & ad Datarium Sanctitatis ſuæ Romam tranſmiſſas: his enim litteris à Datario acceptis, & recognitis, tunc demùm incipit gratia ſupradicta, prout regula ipſa declarat in fine, & clarius Gonzalez *ſuper ea*, *gloſſa* 59. *per totam*, ubi percurrit, quæ cenſeantur patentes litteræ: quare magis his, quàm clauſis facienda ſit acceptatio: & alia multa perutilia, & jucunda, quæ non exſcribimus. 311.

Forma verò ejuſmodi acceptationis, ſolet eſſe talis, aut conſimilis. 312. *Nos N. Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ N. intendentes, & volentes obſervare regulam Sanctiſſimi D. N. Urbani, divina providentia Papæ Octavi, de & ſuper reſervatione menſium Apoſtolicorum, & alternativa Epiſcopis reſidentibus conceſſa, eandem alternativæ gratiam ſimiliter, & omni meliori modo, quo poſſumus, libenter acceptamus, & uti velle declaramus. In cujus noſtræ voluntatis acceptationis fidem, præſentes litteras in forma patentes, manu propria ſubſcripſimus, noſtroque ſigillo munivimus, ac eas ad Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Datarium tranſmittimus, juxta formam, & ad effectum, de quo prædicta regula. Data N. die N. menſis N. Anno N.* Et in calce folii apponendum erit ſigillum, & poſt ipſum ſubſcriptio, *N. Eccleſiæ N. Epiſcopus.* Alias quidem formulas pleniores exſcribit Gonzalez *gloſſa* 62. *in fine*; ſed præmiſſa tradita mihi fuit in Curia de anno 1623. per practicos, ipſaque uſus ſum in acceptatione mea.

313. Generaliter verò an, & quando ſubſcriptio noceat ſubſcribenti, an ſit neceſſaria, quando ſcriptura ſit propria manu ſcribentis, an differat à ſubſignatione, qualiter facienda ſit, quomodove ſententia unius Cardinalis, vel Auditoris poſſit ab alio ſubſcribi, & de pluribus aliis quæſtionibus ejuſdem farinæ, pleniſſimè agit, poſt alios, Gonzalez ad ipſam Octavam Regulam, *gloſſa* 60. (*manu propria, &c.*) *per totum*, cui me remitto.

314. Similiter, quale debeat eſſe ſigillum, quid continere, quotuplex ſit, an differat à ſigno, vel ab annulo, an quis poſſit ad libitum aſſumere ſigillum, quando alieno uti, quando noceat, quandove non, & alia id genus multa diligentiſſimè pertractat ipſe *ſequenti gloſſa* 61. *per totam.*

315. Quare item acceptatio alternativæ fieri debeat in propria diœceſi, cum actus voluntariæ juriſdictionis poſſint ubique exerceri; an verò ponendus ſit locus loci, an poſſint dari in loco exempto, an præſumatur alternativæ acceptatio, anve neceſſaria ſit ſuper acceptatione litterarum expeditio, docet ille *gloſſa* 62. breviter reſpondens.

Ad primum, Papam ita requirere, ut reſidentia, cujus intuitu conceditur gratia, incipiat ab ipſa acceptatione.

Ad ſecundum, quod non ſit neceſſarium apponere locum loci.

Ad tertium, poſſe dari litteras ejuſmodi in loco exempto, quoniam eſt in Diœceſi, licèt non ſit de Diœceſi, ut alibi fuit dictum.

Ad quartum, acceptationem non præſumi, cùm ſit quid facti; ſed eſſe probandam per jura vulgaria, de quibus *in tit. de Probationibus.*

Ad quintum, colligitur ex tenore ipſius regulæ, qualiter, ſequuta recognitione per Datarium, abſque eo, quod fiat litterarum expeditio, ſicut fieri ſolebat antiquitus, etiam priuſquam Epiſcopus notitiam, & ſcientiam habeat talis acceptationis, aut elapſum ſit tempus, intra quod veriſimiliter potuerit habere hujuſmodi notitiam: ſtatim quod recognitio ipſa litterarum patentium facta fuerit, incipiat uti fructu ipſius alternativæ. Sic etiam declaravit Rota *in Salamantina beneficii de Almenar*, 20. *Junii* 1605. *coram bonæ memoriæ Manzanedo*: quicquid aliàs obiter fuerit actum, nihil allegando, *in una Segutina Teſtimonii, coram Orano*, ac per alias decisiones, & authoritates cumulatas per eundem Gonzalez *gloſſa* 65. *n.* 21. Ubi etiam pluribus agit de dictione, *ex tunc*, temporis extremittatem denotante, *l. Gallus, in principio*, & ibi gloſſa (*tunc*,) & Doctores omnes, *ff. de liberis, & poſthumis*, faciens proinde multas notabiles illationes, quas ibi videre poteritis.

316. Sicut autem voluntati Epiſcoporum permittitur acceptatio alternativæ, ut liquet ex verbis illis, *qui gratiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint*, tanquam beneficium non datur invitis, *l. invito, ff. de Regul. juris*, cum cæteris cumulatis ab eodem Gonzalez *gloſſa* 58. *à principio, ad num.* 14. ſic etiam ſemel facta illius acceptatione, non poſſunt pœnitere, & ab acceptione recedere; quia cenſetur quidam quaſi contractus inter papam, & Epiſcopos acceptantes. Puteus *deciſ.* 88. *num.* 1. *lib.* 5. Achilles *deciſ.* 2. *num.* 3. *ſuper regula modificatoria indultorum Cardinalium*, Gonzalez *d. gloſſa* 58. *num.* 14. *& ſeqq.* alias adducens authoritates, & rationes ad corroborationem: accedente verò Papæ conſenſu, utique fieri poſſet renunciatio prædicta: nihil enim tam naturale, quàm unumquodque diſſolvi eo modo, quo colligatum eſt, *l. Nihil eſt, ff. de Regulis Iuris.* Et propterea multoties Epiſcopi cognoſcentes ſibi non expedire uti alternativa, ſupplicant Papam, ut reponantur ad quatuor menſes ſibi competentes abſque alternativa, & Datarius (ſi Sanctiſſimo viſum fuerit præbere aſſenſum) ſcribit in margine libri, qui aſſervatur in Dataria ad hunc effectum alternativarum, & in quo leguntur omnes Epiſcopi, qui alternativam acceptavere, caſſationem acceptationis, cum die, menſe, & anno ipſius caſſationis, & manu propria ipſius Datarii apponitur, qualiter talis Epiſcopus renunciavit alternativæ. Gonzalez *d. gloſſa* 58. *num.* 13. ac exinde remanet ſine ipſa, & fruitur quatuor menſibus præfatis, ab ipſa regula conceſſis.

317. Si verò quæras, quomodo alternativa ipſa, cum ſit gratia, & beneficium

cium Papæ, poſſit eſſe damnoſa: reſpondetur, quod cum ipſa requirat perſonalem reſidentiam apud Eccleſiam, vel Diœceſim, & quidem veram, non fictam: neque concedat abſentiam quantumcunque momentaneam, & ex urgentiſſima cauſa, ut cumulatiſſimè demonſtrat idem Gonzalez *gloſſ.* 43. *à principio, uſque ad num.* 83. Epiſcopus, qui non poteſt continuò reſidere, perderet collationem quatuor menſium, & retineret illam tantummodò in duobus menſibus, Junii, & Decembris, eo quòd præfati duo menſes ſemper competant Epiſcopis, tam habentibus alternativam, quàm carentibus, ut facilè patebit numeranti menſes totius anni, inchoando à Janvario, cum ipſa alternativa, vel à Martio: ſive enim tribuantur Janvarius, & Februarius Papæ, ut fit alternativa ceſſante; ſive Januarius tantùm, Epiſcopo autem Februarius, ſemper Junius, & December obvenit Epiſcopo. Gonzalez *d. gloſſa* 43. *à num.* 116. *ad* 121. cum ibi adductis: quamvis ipſe *à d. num.* 121. *ad* 133. multis rationibus defendere nitatur, quod Epiſcopus abſens cum alternativa, privetur quoque his duobus menſibus: verior tamen, & Rotæ magis probata cenſetur prior opinio, quòd non privetur, prout audivi à Doctiſſimo Manzanedo, cum ejus ſtudium frequentarem. Quicquid verò ſit de hoc ad rem noſtram, liquidò apparet de gravamine Epiſcoporum abſentium; nam perdunt quatuor menſes juxta primam ſententiam, vel ſex, juxta ſecundam, & ob id magis expedit alternativam dimittere, non valentibus reſidere.

318. Alternativa prædicta non comprehendit beneficia aliàs affecta, vel reſervata; eſſet enim fruſtratoria in hac parte: & ideò impetratio ſine mentione dictæ regulæ valida cenſetur, dummodò exprimantur aliæ affectiones, & reſervationes; cum aliàs opus ſit de ipſa alternativa mentionem facere diſpoſitivè, prout apparet ex tenore contextus ipſius regulæ, & docet Rubeus *deciſ.* 15. *lib.* 3. Rota *deciſ.* 309. *num.* 3. *part.* 2. *noviſſimar.* Cæterùm quæ beneficia generaliter cenſeantur comprehenſa ſub ipſa regula, pleniſſimè traditur à Gonzalez *gloſſ.* 5. *per totam, & alibi*: nonnulla etiam Vivianus *in ſua Praxi Iuriſpatronatus, lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 5. *& ſeqq.* Nec comprehendit beneficia ad alios, quàm ad Papam, & Epiſcopum, quoad proviſionem ſpectantia. Garc. *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 480. *pag. mihi* 362. dicens: *Denique ex dicto verbo alternativæ apparet Epiſcopum non poſſe ſe juvare alternativa, nec vigore illius ſe intromittere in beneficiis ad aliorum Collatorum facultatem ſpectantibus, ut in Vercell.* de qua *n.* 492. *& Nucerina beneficiorum,* 10. *Octobris* 1592. *coram D. Lamphilio.* Immò neque comprehendit beneficia Eccleſiæ in qua ad Epiſcopum proviſio ulla beneficii non pertinet in aliquo menſe, ſed ad Abbatem v. g. vel ad eum, & ad Papam reſpectivè: quia mediante alternativa contrahitur quidam quaſi contractus inter Papam, & Epiſcopum, in quo inter utrumque permutantur menſes, in quibus de beneficiis providere debebant jure ſuo utentes. De quo quaſi contractu dictus Garcia *num.* 484. Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 1. *num.* 25. Unde cùm in dicta Eccleſia non habeat ullum menſem Epiſcopus, illum non poteſt cum Papa permutare; cum nemo dare poſſit, quod non habet: ac proinde in eadem Eccleſia non recipit à Papa ullum menſem medio quaſi contractu alternativæ, ſed in aliis ſolùm, in quibus uterque ſuos habet menſes.

Acceptari poteſt pro aliqua parte 319.
Diœceſis, ſicut pro tota, ut deducitur *ex deciſ.* 144. *part.* 2. *noviſſimar. in princ.* ibi: *Acceptatur alternativa Salamanticæ à Domino Epiſcopo, ſexta Julii* 1603. *quoad Diœceſin, non verò quoad Eccleſiam: & recepta, recognitaque in Dataria dicta acceptatione, &c.* Ex quo limitatur vulgaris regula legis *Eum qui ædes, ff. de uſucap.* quod una, & eadem res non debet diverſo jure cenſeri.

Illud quoque non contemnendum, 320.
quod indeliberata reſidentia non juvat pro ipſa alternativa. Rota enim in *Elnenſi coram Pegna*, inter alia ſic reſolvit: *Placuit etiam Dominis aliud fundamentum, quod dictus Epiſcopus Elnenſis non gauderet alternativa, licèt tunc eſſet in ſuo Epiſcopatu; quia cum eſſet Generalis Inquiſitor Regni Portugaliæ, ratione illius Officii in Civitate*

vitate Ulyſſiponenſi reſidere teneretur, ex illa reſidentia indeliberata non gaudebat alternativa, ut in aliis deciſionibus fuit dictum: hactenus deciſio, cujus verba exſcribit etiam Campanil. *rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 229. *in fine*, & 230.

321. Nonnulla alia de alternativa cumulabimus *infrà, ſub titulo de Tempore intra quod beneficia conferenda ſunt*, quæ pro repetitis hoc loco habeantur. Eo tantùm addito, quod alternativa morte Pontificis non expirat, cum ſit gratia perfecta: ſucceſſor tamen non impeditur illam revocare: ſicut dicitur *ſuprà* de dimiſſoria pro ſuſcipiendis Ordinibus, quæ revocari poteſt per ſucceſſorem. Et probatur noſtra concluſio ex traditis per Felinum *in cap. licèt undique, num.* 1. *ad medium, de Officio Delegati*, poſt Baldum, Dominicum, & alios ibi citatos. Sed jam intermiſſam reſervationum ſeriem proſequamur.

322. De Regula IX. Nona regula non loquitur de reſervationibus.

De Regula X. Decima verò reſervat Eccleſias Cathedrales, Monaſteria, & cætera beneficia Eccleſiaſtica, reſervata à prædeceſſoribus, quæ tempore obitus eorum proviſa non fuerunt, & collata, ut vigore præcedentis reſervationis remaneant Sanctitati ſuæ pariter reſervata.

323. De Regula XI. Undecima revocat qualeſcumque facultates, & conceſſiones quibuſcumque perſonis, etiam Patriarchali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, ſeu alia dignitate, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, factas de conferendis beneficiis reſervatis, ſive affectis.

324. Reliquis regulis alias materias à noſtro inſtituto complectentibus prætercurſis, reſervationum tractatum proſequens dictus Pax Jordanus, deſcendit ad recenſionem reſervationum factarum per varios Summos Pontifices in ſpecialibus Conſtitutionibus, de quibus ego ipſe egi *in §.* 4. *præcedenti, à num.* 280.

PARAGRAPHUS VI.

De Beneficiis affectis Sedi Apoſtolicæ.

325. POſt tractationem de Reſervationibus beneficiorum Sedi Apoſtolicæ factis, immediatè nobis agere occurrit de beneficiis eidem Sedi affectis, quia etiam iſta reſervata illi cenſentur, ut benè Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 1. Differunt tamen ut idem Doctor advertit, inter ſe Affectio, & Reſervatio, ſicut tacitum ab expreſſo, vel ſicut cauſa à ſuo cauſato: quia reſervatio fit per expreſſa verba regularum Cancellariæ, ſivè aliarum Conſtitutionum, in corpore Juris, aut extra ipſum vagantium, ut in præcedentibus §§. vidimus, aut ſolo verbo Papæ, *reſervamus*; & ſic iſta reſpicit actum verbalem, & expreſſum: affectio autem reſpicit actum realem, & factum, ex quo tacita reſultat reſervatio, ut plenè probant Æneas de Falcon. *de Reſervat. prælud.* 3. *per totum*, Mandoſius *in Proœm. Regular. Cancellar. quæſt.* 5. *per totam.* Simoneta *de Reſervat. quæſt.* 64. *per totam*, & ſignanter *num.* 9. & 14. Mohed. *deciſ.* 9. *num.* 1. *de Præbendis*, & Gonzalez *ſuper* 8. *regul. gloſſa* 52. *num.* 4. & *ſeqq.* penes Jordanum *n.* 2.

326. Secundò differunt, quia reſervatio non ligat manus inferiorum abſque inhibitione, & decreto irritante: affectio autem illicò impedit abque alia inhibitione. Pax *n.* 3. poſt Gabrielem *conſ.* 166. *n.* 6. *lib.* 1. Gonzalez *ubi proximè, num.* 6. & Gaſpar. de Peruſio *tract. de reſervat. quæſt.* 10. *per totam.* Fundamentum eſt, quia appoſitio manus Papæ, in materia beneficiali, ipſo jure inducit affectionem. *Extravag. Ad Romani Pontificis providentiam, §. Romani, de Præbendis, inter communes*, ibi: *Romani Pontificis manus appoſitionem, tantæ efficaciæ, tantæque virtutis exiſtere, ut ſi litteræ Apoſtolicæ ſuper proviſionibus beneficiorum ex aliqua cauſa ſuum debitum non ſortiantur effectum, facultatem tamen providendi de beneficiis taliter reſervatis, quibuſcumque aliis fuiſſe ademptam, & remanere ſemper affecta: nullumque de illis præter Romanum Pontificem ea vice diſponere potuiſſe, nec poſſe, harum ſerie decernimus.* Et tradit Jordanus cum Innocentio, *in cap. Inter dilectos, num.* 4. & communiter alii Canoniſtæ, *de Exceſſibus Prælator.* Gaſpar de Peruſio *loco citato*, & Gonzalez *num.* 7.

327. Quod extenditur ad alia negotia præter beneficia, per textum *in cap. Ut noſtrum, de Appellationib.* in quo diſponitur, quod poſtquam Papa ad ſe revocaverit aliquod negotium, ligan-

tur

tur manus inferiorum, ut nihil validè in eadem cauſa per illos fieri poſſit: prout notat etiam Abbas ibi, *num.* 1. poſt Innocentium, & alios. Idemque comprobatur *ex cap.* 1. *&* 2. *de Confirmatione utili, vel inutili*, Gonzalez *eod. num.* 7. ſubjiciens, quod ſuper hoc aderat antiquis temporibus regula Cancellariæ, prætermiſſa hodie, tanquam ſuperflua.

328. Quamvis autem affectio ſit reſervatio tacita, ut dictum eſt; quia tamen eſt inſerta in corpore Juris, uti vidimus *num.* 274. & ait Pax Jordanus *num.* 5. poſt Probum *in cap. Præſenti, num.* 41. *verſic. Octavò, de Offic. Legati, lib.* 6. & Gonzalez *gloſſa* 52. *cit. num.* 9. Attamen cenſetur majoris efficaciæ, quàm ſit ipſa reſervatio expreſſa: nam abſque inhibitione, vel decreto irritante ligat, ut notavimus. Æneas de Falcon. *de reſervat. quæſt.* 4. *principali, effectu* 1. *num.* 4. *& effectu* 6. *num.* 3. *in fine*. Menochius *conſ.* 83. *Reſpondebo, num.* 31. *lib.* 1. Lancellottus *de Attentatis, part.* 2. *cap.* 19. *num.* 7. Gonzalez *d. num.* 9. Atque hic erit unus ex ſex caſibus, in quibus plus operatur tacitum, quàm expreſſum, & propterea faciliùs tollitur reſervatio, quàm affectio. Simoneta *de reſervat. quæſt.* 63. *num.* 3. *& quæſt.* 64. *num.* 8. Et cùm reſervatio inficiat titulum, & poſſeſſionem, à fortiori & affectio. Gabriel *tit. de Clauſulis, concl.* 3. *num.* 16. Gonzalez *loco cit. num.* 10. Et poſt illos Pax Jordanus.

329. Affectio plurimis contingit modis, ex quo ex multis cauſis occurrit Papæ apponere manum in beneficiis; ex quibus breviter magis præcipuos recenſemus, ut Lector meus ab onere eos alibunde petendi ſublevetur. Primus, & præcipuus ſuccedit per commendam, vel adminiſtrationem, quam Papa facit de aliquo beneficio. De quo Pax *num.* 7. poſt Gonzalez *d. gloſſa*, §. 8. *de Commend.* & Garciam *de benefic. part.* 4. *cap.* 4. Quamvis enim beneficium commendatum, ceſſante commenda, dicatur vacare, ſicut priuſquam commendaretur, & ob id, ſublata commenda intermedia, videatur remanere liberum, ut poſſit conferri ab eo, à quo potuiſſet, commenda non ſecuta, ut pluribus tradit Caſſadorus *deciſ.* 5. *de Privilegiis*, & Gonzalez *d. gloſſa*, §. 8. *n.* 51. *& ſeqq.* ubi deciſione, & aliis authoritatibus confirmat plena manu, ait Pax *num.* 8. attamen Rota *deciſ.* 154. *num.* 5. *part.* 2. *noviſſimarum*, Piaſecius *in Praxi Epiſcopali, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. *verſic. Affecta*, & alii apud eos concludunt, per hujuſmodi appoſitionem manus Papæ, & commendam, beneficium remanere affectum eidem, donec providerit in titulum; quod verius credit Pax, & ſequendum, propter authoritatem Rotæ: quam ſententiam, addit, tenent idem Caſſadorus *deciſ.* 2. *de reſerv. num.* 1. *&* 2. Creſcentius *deciſ.* 2. *de Parochiis*, Mohedanus *deciſ. de Præbendis*, Puteus *deciſ.* 158. *lib.* 1. Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 11. *& gloſſa* 5. §. 8. *num.* 61. Verùm idem Pax admittit contrariam opinionem poſſe veram eſſe in commenda beneficii manualis, de qua idem Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 61. *verſic.* 11. *limita*, & in aliis locis ibi citatis. Et idem dicendum eſſe addit de unione facta ad vitam de aliquo beneficio, ut cum Gregorio Toloſano notat Gonzalez *d. gloſſa* 52. *n.* 12.

330. Secundò contingit affectio, quando Papa concedit alicui mandatum, ut provideatur de aliquo certo beneficio, etiam ante vacationem. Quamvis enim tale beneficium aliàs reſervatum non ſit, nec in menſe vacet reſervato; tamen propter dictam appoſitionem manus, remanet affectum, nec alius, quàm Papa de eo diſponere poteſt. *Extravag. ultim.* §. *Romani, de Præbendis, inter communes.* Rebuff. *in Praxi, de Reſervat. num.* 33. Simoneta *ſimili tract. quæſt.* 50. *num.* 1. Pariſius *de Reſignat. lib.* 12. *quæſt.* 10. *n.* 9. Immò Piaſecius *in Praxi Epiſcoporum, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. poſt Æneam de Falcon. *de reſervat. prælud.* 3. & alios ibi citatos, cenſet, quod ſi mandatum fuit de certo beneficio vacaturo, concurrent ſimul reſervatio expreſſa, & affectio tacita. Sed hodie mandata iſta ſublata ſunt ex decreto Concilii Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reformatione*, ut advertit Pax *d. tit.* 1. *num.* 10.

331. Tertiò contingit affectio ex decreto Papæ de dimittendo beneficium aliquod in manibus ejus. Rota *deciſ.* 13. *&* 14. *de rerum permutatione in antiquis*, & *in Compoſtellana Canonicatus, coram Lancellotto*, 10. *Maii* 1606.

Simoneta *de reſervat. quæſt.* 26. *num.* 3. Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 14. & Jordanus *num.* 11.

332. Quartò, ſi Papa prævenire intendens, conferat beneficium alicui, etiamſi collatio reddatur inutilis ob aliquem impetrantis defectum, ſeu aliàs; nihilominus propter affectionem Ordinarius non ſe intromittere poteſt. Pax Iordanus *num.* 12. poſt Probum *ad Monachum, in cap. ſtatutum, num.* 17. *de Præbend. in* 6. & Gonzalez plures referentem *gloſſa* 52. *num.* 15. & idem dicentem cum Ænea de Falcon. *de reſervat. quæſt.* 5. *principali, verſic. Secundò quæro, n.* 1. ſi Papa contuliſſet beneficium abſenti, qui ante acceptationem decederet: & idem crederem dicendum, ſi acceptare noluiſſet (ait Pax) ex proximè ſupradictis, & ex iis, quæ dicentur infrà.

333. Quintò, ex renunciatione beneficii facta in manibus Papæ, remanet affectum, ex prædicta ratione appoſitionis manus, etiamſi fiat in menſe ordinario, nec inferior poterit ſe intromittere: eſt nihilominus verum, quod cum hac affectione concurrit etiam reſervatio, ob vacationem in Curia. Jordanus *num.* 13. cum Gomez *in regula de Infirmis reſignantibus, q.* 33. *num.* 1. Rebuffo *in Praxi ſuper eadem regula, gloſſa* 14. *num.* 4. & cum Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 16.

334. Sextò, ſi electus ad aliquod beneficium, renunciet juri ad rem, quod habet ad dictum beneficium ex ſua electione, in manibus Papæ, à quo ſit admiſſa renunciatio; tale beneficium ex dicta admiſſione remanet affectum, quamvis hujuſmodi beneficia per mortem electi, & non confirmati, non dicantur vacare in Curia, cum non habeat jus in re, ſed tantùm jus ad rem. Pax Jordanus *d. tit.* 2. *num.* 14. cum Ænea de Falcon. *de reſervat. quæſt.* 4. *principali, effectu* 46. & Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 17. *&* 18.

335. Septimò inducitur affectio, ſi Papa mandet electoribus alicujus beneficii, ne ad electionem procedant. Ex tali enim mandato dicuntur appoſitæ manus ad hunc effectum, *cap. Si eo tempore, de Elect. in* 6. Pax *num.* 15. cum Ænea de Falcon. *de reſervat. prælud.* 3. *n.* 4. Rebuffo *in Praxi, eod. tit. n.* 32. & cum Gonzalez *d. gloſſa* 52. *n.* 19.

Octavò, ſi poſt electionem factam à Capitulo, ante confirmationem Ordinarii Papa apponat manum ſuper aliquo actu concernente validitatem electionis, inducit affectionem, & impedit Ordinarium, ut nequeat abſque vitio nullitatis electionem confirmare, eo quòd ipſa confirmatio remaneat affecta ſoli Papæ. Ita Pax, poſt Gaſpar. de Peruſio *de reſervat. quæſt.* 9. *in fin.* Æneas de Falcon. *d. tract. quæſt.* 4. *effectu* 46. & Gonzalez *d. gloſſa* 52. *num.* 20.

Nonò contingit affectio, quando 336.
Papa mandat Titium privari aliquo beneficio; ſecuta enim privatione, collatio talis beneficii, propter affectionem appoſitæ manus, remanet ipſi Papæ. Pax *num.* 17. cum Ænea de Falcon. *d. tract. prælud.* 3. *num.* 4. & cum Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 11.

Decimò, ſi quis impetraverit be- 337.
neficium à Papa, & indigeat aliqua diſpenſatione ſuper ſolo beneficio, Epiſcopus, quamvis aliàs haberet facultatem, non poterit diſpenſare cum eo, ſed erit mittendus ad Papam. Ita Pax *tom.* 2. *tit. de Diſpenſationibus, & d. tit.* 2. *de beneficiis affectis, num.* 18. cum Abbate *in cap. Poſtulaſti, num.* 10. *de Clerico non ordinato miniſtrante.* Simoneta *de reſervat. quæſt.* 64. *num.* 6. Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 22. *&* 24. ex *cap. Cùm in diſtribuendis, de Temporibus ordinationum.* Et licèt talis ordinatus non ſit exemptus à juriſdictione Ordinarii, nihilominus occurrente caſu depoſitionis ab Ordine, non licebit Ordinario procedere ad illam, ob reverentiam ordinatoris, & affectionem inde manantem, *cap. Per tuas, de Majoritate & obedientia, & ibi Gloſſa* 1. *verſic. Sed nunquid*, communiter recepta, & *ibi* Butrius *num.* 9. Abbas *n.* 2. Imola *num.* 5. *in fine*, Felinus *ante num.* 4. *&* 5. concludentes, idem eſſe dicendum de privatione beneficii ſic obtenti.

Undecimò, ſi quis impetraret be- 338.
neficium à Sede Apoſtolica, & ſucceſſivè etiam ab Ordinario, nulla quidem foret Ordinarii proviſio, propter affectionem beneficii ex dicta manus appoſitione: ſed & Papæ collatio irritatur, ob ingratitudinem proviſi. Pax *num.* 19. cum Abbate, qui benè declarat *in cap. Cum olim, num.* 18. *de reſcriptis.* Felino *in cap. In noſtra, n.* 2. *verſic. Intellige hæc dupliciter, de reſcriptis,*

ſcriptis, Selva *de benefic. part. 3. quæſt. 19. num. 2. verſic. Iſtud intelligitur*, Mandoſio *tract. de Ingratitudine, q. 54.* Gonzalez *d. gloſſa 52. num. 23.* Et fuiſſe pluries reſolutum in Rota, ut ibi per eum, addit Jordanus.

340. Duodecimò, quoties Papa committit alicui executionem ſuarum litterarum proviſionis alicujus beneficii, ut paſſim fieri ſolet, Ordinarius, vel etiam Legatus Apoſtolicus, nequeunt ſe ulterius intromittere, *cap. 2. de Officio Legati*, Felinus poſt Baldum *in cap. fin. num. 38. de Præſumptionibus*, Gigas *de Penſione, quæſt. 69. num. 1.* ubi hoc declarat, Covarruvias *Practicar. cap. 9. num. 4. ante finem*, & Pax Jordanus *d. tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 2. num. 20.* Huc ſpectat deciſio 18. poſt mea Commentaria.

341. Unde ſubſiſtere non videtur conſilium Navarri 1. *de Offic. Delegati*, quatenus dicit, quod ſi Papa committat alicui cauſam, non cenſetur illam avocare ab Ordinario; & ideò ſi re integra, exſpiret commiſſio, poſſit Ordinarius cognoſcere. Nam propter appoſitionem manus, intrat affectio, ut apparet ex ſupradictis, & notat poſt alios Gonzalez *d. gloſſa 52. n. 27. & 29.* & facit dictum Bartoli *in l. Præcipit, n. 5. C. de canone largitionalium titulorum, lib. 10.* ubi notat, quod ſi Princeps eligat aliquem Officialem ſpecialiter ad unum officium, ex hoc videtur ſublata omnis poteſtas aliis Officialibus ſuper illa ſpecialitate.

342. Ex eadem occaſione affectionis procedit, quòd etſi cauſæ omnes in prima inſtantia cognoſcendæ ſint coram Ordinariis, ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 20. de reformat.* attamen non habeat locum in beneficiis affectis, aut reſervatis, ſuper quibus, ſi litigare contingat, cauſæ actitandæ ſunt in Curia, ob reverentiam appoſitionis manus Papæ, ac etiam quia tractatur de Ordinariorum intereſſe ſuper ejuſmodi beneficiis, ut Sacra Congregatio Concilii declaravit, & ita praxis Curiæ obſervat. Ita Pax Iordan. cum Gabriele *conſ. 182. num. 3. cum ſeqq.* Gonzalez *d. gloſſa 52. num. 36. & 37.* & habetur expreſsè in Conſtit. Gregorii XIII. *la 24.* inter ſuas, 10. Iulii 1574. de qua meminit idem Gonzalez *ibi, & gloſſa 34. n. 113. & 117.* Hæc Pax *num. 22.*

Sic etiam quando Papa cœpit cog- 343.
noſcere de aliqua cauſa, tacitè avocat illam ad ſe ab inferioribus, ita ut geſta quæcumque poſtmodùm coram ipſis, nulla, & irrita reddantur, *cap. Licèt, de Officio delegati*, Innocentius *in cap. Cùm M. in fine, de Conſtitutionib.* quem communiter ſequuntur alii, & plenè tractat Lancellottus *de Attentatis, 2. part. cap. 10. de attentatis poſt avocationem cauſæ, n. 13.* ubi multipliciter ampliat, & limitat: & ratione illius appoſitionis manus, oritur trita illa concluſio: *Quod cauſa ſemel effecta curialis, ſemper remaneat curialis.* Baldus *in l. Si ut proponis, la 10. num. 15. C. Quomodo, & quando Iudex debet ferre ſententiam*, cum aliis plenè congeſtis à Gonzalez *ubi ſuprà, num. 33.* Recenſet, & ſequitur Jordanus *num. 23.*

Eodem modo ceſſat poteſtas exe- 344.
quutorum Apoſtolicorum, eo ipſo, quod Papa cœpit manum apponere ſuper exequutione delegata, *cap. Studuiſti, de Officio delegati.* Gigas *de Penſionibus, quæſt. 69. num. 4. verſic. Unum tamen non omitto.* Gonzalez *ſuper Regul. 8. Cancellar. gloſſa 52. n. 30.* Pax *num. 24.*

Similiter ſi Papa manum appoſue- 345.
rit ſuper aliqua commiſſione ſignanda, non debet ſignatura juſtitiæ ſe ulteriùs intromittere ob ſuæ Sanctitatis reverentiam, & maximè, ne in contrarium aliquid reſcribat. Pax Iordanus *d. tom. 2. lib. 10. tit. 2. num. 25.* poſt Marcheſanum *de commiſſionibus, p. 2. de commiſſione appellationis, cap. 6. num. 37.* & ita ſervari paſſim teſtatur Gonzalez *loco citato, n. 31.* ubi *n. 32.* ſublimitat in commiſſionibus dependentibus, veluti derogationis feriarum, prorogationis fatalium, & ſimilibus directis eidem Iudici; quia conceduntur ad coadjuvandum, non ad arctandum.

Subampliat multipliciter prædictus 346.
Pax, & primò, *n. 26.* ut de hujuſmodi affectione, ſicut de reſervatione, ſit in impetratione mentio expreſſa facienda, alioquin gratia nulla erit. Allegat Mohedanum *deciſ. 9. num. 3. & 4. de Præbendis*, Simonetam *de reſervation. quæſt. 64. num. 2.* & Gonzalez *d. gloſſa 52. n. 34.*

Secundò, ut ad effectum induc- 347.
endæ affectionis non requiratur neceſ-

ſariò conſtare de acceptatione proviſi de hujuſmodi beneficiis ; quia cum conferentis attendatur majeſtas, eo ipſo, quod manum appoſuit, ſufficienter afficit. Pax Iordanus qui allegat Puteum *deciſione* 339. *n.*4. *lib.*2. & Rotam *deciſ.*407.*num.*6. *part.*1. *noviſſimarum*, ubi plures allegat : tanto magis, quia intraret affectio, quamvis nollet, aut non poſſet acceptare.

348. Tertiò, ut intraret affectio,quamvis manus appoſitio nulla eſſet, ſubreptitia, vel alio quovis modo invalida. Ita Pax *num.*28. ex Rota *deciſ.*<70. *num.* 4. *part.*1. *noviſſimarum*, quæ plura congerit , & magiſtralis eſt in hac materia , & multa tradit conferentia ad limitationes infra ponendas.

349. Quartò ampliatur, ut per indulta, quæ Nunciis Apoſtolicis concedùntur, conferendi beneficia minora 24. ducatorum, non tollatur affectio, ſeu reſervatio, ſed imò illa probetur; quia ipſi habent jus conferendi à Papa, vice, & nomine illius : & ideo data negligentia Nunciorum , beneficia non devolvuntur, nec inferiores poſſunt ſe intromittere, ſed permanent Sedi Apoſtolicæ affecta. Ita Pax Iordanus *num.* 29. ex Caſſadoro *deciſ.* 8. *num.* 5. *&* 10. *in fine*, *de Præbendis*, & ex Rota *deciſ.* 309. *num.* 3. *part.* 2. *noviſſimarum.*

350. Quintò, ut beneficium ſemel reſervatum ob vacationem in Curia, quamvis à Papa intra ſpatium unius menſis collatum non fuerit,juxta *cap. Statutum,de Præb.in* 6.nihilominus perſeveret reſervatum, nec poſſit ab Ordinario provideri, quia prædictum caput *Statutum*, ſublatum fuit *per extravagantem* 1. *de præbendis inter communes.* Ioan. Andreas *in d. cap. Statutum*, *num.* 1. *verſic. Valeat*, Geminian. *num.* 8. Probus *num.* 11. Lapus *allegat.* 96. *in principio*, Gonzalez qui latiſſimè tractat contra Æneam de Falcon. *de reſervat. quæſt.* 4. & Zerola *in Praxi,part.* 1. *verbo Beneficium*, *§.* 3. *verſic. Dico* 4. Sed à ſubampliatione (ait Pax *num.* 30.) non eſt recedendum, quam ſervat Curiæ ſtylus, teſte Gomez *de Gratiis expectat.num.* 21.& Piaſec. *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 12. *verſic. Ultra præmiſſa.*

351. Sextò ſubampliatur, ut ſupradicta de Affectione, & de Reſervatione, æquè procedant in parvis, & in mannis beneficiis. Quamvis enim Zerola *in Praxi*, *part.*1. *verbo Beneficium*, *§.* 3. *verſic. Dico ſeptimò*, pluribus ſuſtinere nitatur contrarium in beneficiis parvis, quæ non aſcendunt ad valorem quatuor ducatorum : nullo tamen, ni fallor (ait Iordanus *num.*31.) ſolido innititur fundamento , nec aliquo modo auderem, aut conſulerem à commmunibus regulis deviare auctoritate illius,qui (pace,ſua dixerim) audacter nimis loquutus eſt in multis, & jure merito correctioni & cenſuræ fuit ſuppoſitus. Sic illum carpit, etſi nomine, Pax *num.* 31.

Dicta tamen affectio beneficio- 352.
rum Sedi Apoſtolicæ , reſultans ex appoſitione manus Papæ , quam in præcedentibus ampliavimus, in ſequentibus congruè limitare aggredimur. Et *primò* quidem quando Summus Pontifex manum apponeret ad alium finem, quam ad effectum conferendi. Tunc enim ceſſat affectio, nec manus Ordinarii Collatoris ligatur, eo quòd reſpectus ipſius Majeſtatis, qui affectionis finalis eſt intentus , non procedit in caſu iſto. Actus enim agentium ultra illorum non operantur intentionem , *cap. Quia intentionis*, *de Privileg.* & limitata cauſa limitatum producit effectum, *l. Age cum Gemin.C.de Tranſact.* Pax Iordanus *num.* 32. cum Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſſa* 52. *num.* 38. atteſtante ita fuiſſe deciſum *in Cenetenſi Parochialis*, 4. *Decembris* 1606. *corum Marquemontio*, & aliàs.

Ideoque per erectionem alicujus 353.
beneficii in dignitatem; per reſervationem penſionis ſuper aliquo beneficio; propter bonum pacis; & ad ſedandas diſcordias; per conceſſionem coadjutoriæ, ſeu per conceſſionem regreſſus, acceſſus, & ſimilia, non inducitur affectio, quoniam ad alium finem facta cenſentur, & ad effectum alium , quàm conferendi. Ita Pax Iordanus *num.* 33. & plenè penes eum Gonzalez *gloſſa* 52. *à numero* 39. *&* 45.

Regreſſus autem dicitur, quando 354.
ei, qui habuit titulum, & poſſeſſionem beneficii, reſignando illud alteri, ſibi regreſſum reſervat, hoc eſt jus repetendi beneficium, reſignatario promiſſis non ſatisfaciente.

Ingreſſus dicitur, quando reſignans

nans habuit quidem titulum beneficii, ſed non poſſeſſionem, & in caſu ejuſdem defectionis reſignatarii, reſervat ſibi ingreſſum, qui reſignat.

Acceſſus appellatur, quando aliquis propter minorem ætatem, delictum, cenſuram, vel aliud impedimentum non eſt beneficii ad præſens capax; & ob id reſervatur ei facultas accedendi, adveniente ætate, vel ſublatis impedimentis. Hic differt à duobus præcedentibus, quia conceditur carenti titulo, & poſſeſſione. Sic Pax *num.* 34. cum Rebuffo *in Praxi, part.* 3. *tit. de Regreſſu*, Aloyſio Riccio *in Praxi rerum quotidianarum, reſol.* 419. *Pro hujus quæſiti*, & Azorio *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 21. *verſic. Secundò quæritur.*

355. *Secundò* limitatur, quando Papa apponit manum conferendo beneficium tanquam reſervatum, quia ita ſit illi narratum, cum tamen revera beneficium reſervatum non ſit. Tunc enim quia Papa in dubio non præſumitur velle prævenire Ordinarium, nec lædere in ſuis ordinariis collationibus, ſed tantùm providere de beneficio reſervato, appoſitio manus non operatur ultra intentionem prædictam, & ſic beneficium non afficit. Ita Pax *d. tit.* 2. *n.* 35. poſt Romanum *conſ.* 335. *Circa* 1. *&c. num.* 11. *& infrà*; plura adducentem. Æneas de Falcon. *de reſerv. q.* 4. *principali, effect.* 16. *num.* 2. *in fine, & effectu* 19. *num.* 2. & cum Gonzalez *d. gloſſa* 52. *num.* 45. *& ſeqq.*

356. Unde vacante beneficio in menſe Ordinarii, ſi aliquis impetret illud à Papa, narrando quod vacaverit in menſe Apoſtolico, & propterea ſit reſervatum, atque ideo narratio ſubreptitia ſit, non prohibetur Ordinarius collator illud conferre; ſecus tamen quando ſimpliciter expreſſiſſet de vacatione in tali menſe ordinario, nihil de reſervatione dicendo, & Papa voluiſſet prævenire; tunc enim quamvis proviſio redderetur nulla, ob non expreſſionem veri valoris, ſive ob alium defectum; nihilominus Ordinarius non poſſet amplius ſe ingerere, propter affectionem. Sic Jordanus *num.* 36 cum Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 48. & ex Rota *in Romana Clericatus S. Petri*, 27. *Novembris* 1602. *coram Pamphilio, deciſ.* 187. *num.* 5. *part.* 2. *noviſſimarum.*

Tertiò limitatur affectio, quando 357.
Papa apponeret manum ex una vacatione principaliter narrata, deinde contingeret vacatio diverſa; tunc appoſitio manus non afficit, nec impedit Ordinarium. V.g. reſignat aliquis beneficium ad favorem tertii, & facta reſignatione moritur extra Romanam Curiam infrà viginti dies: tunc enim quia reſignatio invalidatur per regulam Cancellariæ *de infirmis reſignantibus*, beneficium vacabit per obitum, in quo Papa non appoſuit manum: & ita Ordinarius collator conferre poterit, ſi in ſuo vacaverit menſe. Pax Jordanus *num.* 37.

Similiter impetrat quis beneficium 358.
alterius certo modo, v.g. ob non publicatam reſignationem, ob delictum, ſive alio ex capite; & poſt impetrationem, lite adhuc non introducta, decedit in menſe Ordinarii ille cujus beneficium fuerat impetratum, Ordinarius, non obſtante tali manus appoſitione, liberè illud conferre poterit, & ſic de ſimilibus. Pax *num.* 38. cum Geminiano *conſ.* 136. *Super* 1. *dubio, &c.* Ænea de Falcon. *de reſervat. quæſt.* 4. *principali, effectu* 55. *num.* 2. Lancellotto *de Attentatis, part.* 2. *cap.* 10. *de Attentatis per aut. cauſæ, num.* 9. cum ibi allegatis, & cum Gonzalez plenè, *gloſſa* 52. *à num.* 49. *ad* 54.

Quartò limitatur affectio in bene- 359.
ficiis Juriſpatronatus laicalis, vel mixti: in quibus cùm non ſoleat dari expreſſa reſervatio, multò minùs intrabit tacita hæc per affectionem, prout cenſuit Rota *in Firmana beneficii*, 13. *Maii* 1596. *coram Pamphilio*, & aliàs ſæpè. Gonzalez *gloſſa* 52. *num.* 54. & Pax Jordanus *n.* 39. Qui tamen *n.* 40. ſublimitat, dummodò non conſtet de contraria Papæ mente.

Quintò limitatur, quoties ex ap- 360.
poſitione manus reſultaret præjudicium Concordatorum Sedis Apoſtolicæ cum Germanis, & Gallis, conceſſorum per Nicolaum V. cum illis, & cum iſtis per Leonem X. quæ traduntur à Pace Jordano *in fine dicti tituli ſecundi, num.* 66. *&* 67. tunc enim nulla inducitur affectio. Ita dictus Pax *num.* 41. qui allegat Puteum *deciſ.* 226. Rebuffum *in concordata Franciæ, tit. de Mandatis Apoſtolicis*, §. *Declarantes, gloſſa verbo Præventionis, verſic.*

Item per collationem nullam, & Gonzalez *glossa* 52. *num.* 55.

361. Sextò limitatur, prout in casu præcedente, quando sufficienter constaret de mente Papæ, derogare intendentis dictis Concordatis. Sic Pax *num.* 42.

362. Septimò limitatur, pari ratione, quando ex hoc resultaret derogatio indultorum Cardinalium, nisi appareat Papam voluisse derogare, prout modò dictum est *num.* 359. *&* 361. Non enim censetur inducta affectio, tanto magis, quoniam ipsa indulta habeant clausulam irritantem, quæ inducit nullitatem. Pax Iordanus *num.* 43. cum Parisio *cons.* 79. *num.* 20. *lib.* 4. Caputaquensi *decis.* 141. *num.* 2. *lib.* 2. Anastasio Germonio *de Indultis Cardinalium*, §. *Alioquin*, *num.* 27. & Gonzalez *d. num.* 55. *versic. Sextò.* Quocirca videnda veniunt dicta superiùs de vi, & efficacia decreti irritantis, quæ tanta est, ut manus etiam Papæ ordinarias liget, uti *num.* 191. *&* 195. diximus.

363. Octavò limitatur, quando per Ordinarium Collatorem fuisset præventum, quamvis præventio ejusmodi fuerit resoluta. V.g. Episcopus contulit alicui beneficium in absentia, ante acceptationem, vel repudiationem: Papa idem beneficium alteri confert, cum solita clausula, *Dummodo tempore datæ, non sit alteri jus quæsitum:* deinde ille, cui fuerat ab Ordinario collatum, recusat acceptare beneficium, & sic Ordinarii provisio annullatur: tunc poterit Ordinarius denuo alteri conferre dictum beneficium, quoniam appositio manus Papæ non afficit beneficium, eo quòd non habuit intentionem providendi quando erat alteri jus quæsitum, prout revera quæsitum erat jus ad rem, in ipso ab Ordinario proviso. Ita Pax Jordanus *num.* 44. cum Lapo, qui pluribus comprobat, *in cap. Si tibi absenti*, *num.* 12. *&* 13. *de Præbendis*, *in* 6. & Franco *ibi*, *num.* 14. Geminiano *num.* 9. *& seqq.* & cæteris Doctoribus *illo in loco*, & cum Gonzalez *glossa* 52. *num.* 56. *cum duobus seqq.*

364. Nonò limitatur, quoties affectio expiraverit per primam provisionem; nam sequentes vacationes liberæ permanent. Est enim regula generalis, *quod reservatio, vel affectio semel effectum sortita, exspirat, nisi aliunde inducatur de novo.* Pax *num.* 45. & allegat Cassadorum *decis.* 4. *n.* 4. *de Causa possessionis*, *& decis.* 24. *de Præbend. in antiquis*, Puteum *decis.* 146. *lib.* 2. Gomez *in regul. de triennali*, *quæst.* 30 *num.* 2. *&* 3. qui plenè confirmat, & Gonzalez *glossa* 51. *num.* 59.

365. Nec obstat regula contraria: *Quod semel affectum semper remanet affectum:* de qua Marchesanus *de Commissionibus*, *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. quoniam illa intelligitur quoad personas beneficiatas, veluti Officiales Papæ, & similes, de quibus suprà, de reservatione; quamvis enim desinant esse officiales, familiares, &c. nihilominus affectionem semel contractam perpetuò retinent, & illorum beneficia semper remanent affecta, etiamsi cesset causa inductiva affectionis, sed beneficia non vacent: at beneficiis vacantibus, & facta semel eorum collatione, purgatur omnis reservatio, & affectio. Ita colligit Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 46. ex *decisione* 24. *de Præbendis*, *in antiquis*, *& decis.* 154. *num.* 7. *part.* 1. *novissim.* & addit: Erit menti tenendum.

366. Hæc tamen nona limitatio, quatuor sublimitatur modis. *Primò*, quando provisus à Papa non expedivisset adhuc litteras suæ provisionis. Tunc enim, si cesserit, adhuc beneficium remanet affectum; quia provisio debet esse plena. Pax *num.* 47. cum Gomez *in regulam de triennali*, *quæst.* 30. *num.* 20. citato Felino *in rubrica de Constitutionibus.*

Secundò, quando Papa contulisset suo familiari. Quia tunc exspirat antiqua, & nova creatur affectio. Iordanus *d. n.* 47 cum Geminiano *cons.* 30. Cald. *cons.* 20. Gomez *loco citato*, *versic. Secundò limitatur.*

Tertiò, quando provisus à Papa obiret ante acceptationem. Pax *loco citato*, cum Oldrado *cons.* 57. Gomez *ubi proximè*, *versic.* 3. qui alios citat. Quod si moreretur, facta acceptatione, antequam caperet possessionem, exspiraret affectio. Pax ipse ex *d. decis.* 24. *de Præbendis*, *in antiquis*, & Gomez *suprà*, *num.* 3. & penes eum concordant.

Quartò, sublimitatur, & ultimò, in

in proviſione per commendam. Tunc enim, quia commenda non facit beneficium vacare, ſed illa ceſſante, dicitur beneficium vacare, ſicut vacabat ante ipſam: ideò remanebit affectum eidem, donec vacaverit ſemel, & fuerit in titulum proviſum. Idem Pax Iordanus *num.*48. cum Caſſadoro *deciſ.*5. *de Privilegiis*, & Gomez *loco citato*, *num.*3. *verſic. Quartò limitatur.* Ex quo apparet (addit Pax *num.*49.) Abbatias, & alia beneficia ſolita commendari per Papam, ſemper remanere affecta, antequam ſemel in titulum conferantur, juxta dicta.

367. Decimò limitatur affectio, ut manus appoſitio eam non inducat, quando Papa commendaret aliquod beneficium manuale. Pax Jordan. *num.* 50. cum Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 52. *num.*61. & pleniùs *gloſſa* 5. §.6. *num.*22. hujuſmodi enim beneficia manualia affectioni non ſubjacent, aut reſervationi. Idem Pax cum Staphileo *de litteris gratiæ*, *tit. de Nova forma expectat. num.*29. Zerola *part.*1. *verbo Beneficium*, §.2. & Piaſecio *in Praxi Epiſcopor. part.*2.*c.*5. *num.* 9. *verſic. Confert & Præſtimonia.* Et ſignanter de Hoſpitalibus adeſt *Clementina Per litteras*, *de Præbendis.*

368. Beneficium autem manuale illud dicitur, quod confertur alicui ad libitum conferentis, vel alterius, non in perpetuum, ita ut poſſit quandocumque auferri, *cap. Cùm ad Monaſterium*, §. *Tales*, *de Statu Regularium*, *cap.* 1. *de Privilegiis*, *in* 6. *cap.* 1. *de Capellis Monachor. eod. libro.* Pax Jordan. *ſub eod. num.* 50. cum Gonzalez plura cumulante *gloſſa* 5. *in principio.* Hujuſmodi beneficium precario æquiparatur, ut nec juramento poſſit non manuale fieri. Pax *ibid.* cum Gonzalez *num.* 3. & 4. Omnia Regularia beneficia manualia præſumuntur, *Clement. citata*, §. *Tales.* Iordanus, & Gonzalez *num.*6. Et econtrà beneficia ſæcularia præſumuntur perpetua, *cap. Perpetua*, *diſt.* 55. *cap.* 1. & *ibi* Gloſſa *verbo eodem*, *de Capellis Monachor.* Pax *d.num.*50. Utraque tamen regula iſta ſæpè fallit, uti benè advertit Iordanus. Et non minùs benè notat *n.*51. prædicta intelligi debere, quando non apparet voluiſſe Papam naturam mutare beneficii, & perpetuum illud conſtituere.

Undecimò limitatur, ut manus ap- 369.
poſitio afficiat quidem, & poſſeſſionem, & beneficium, in beneficiis vacaturis: ſed in vacantibus non afficiat poſſeſſionem. Sic Pax Iordanus *num.*52. poſt Puteum *deciſ.*27. *lib.*2. & *deciſ.*180. *num.*3. *lib.*3. & Gonzalez *gloſſa* 52. *num.*61. & *gloſſa finali*, *n.*4. cum ibi citatis; ubi plures reddit rationes.

Immò reſpectu collitigantis nunquam dicitur affecta poſſeſſio, ſed tantùm reſpectu Papæ. Pax *ſub eodem num.* 52. *ex deciſione* 11. *in fine*, *de cauſa poſſeſſionis*, & *proprietatis.*

Duodecimò limitatur quoad ea, 370.
quæ ad forum poli ſolùm pertinent: v.g. in commutatione votorum, & ſimilium, in quibus pœnitentia injuncta poteſt per inferiorem alterari, ut notatur in titulo de diſpenſationibus, & docet Gloſſa ſingularis *in cap. Tempora pœnitudinis*, *verbo Tuo judicio*, 26. *quæſt.* 7. Gonzalez *gloſſa* 52. *num.*6. Iordan. *num.*53.

Tertiodecimò limitatur generali- 371.
ter, ut affectio, vel reſervatio debeat eſſe notoria, ad effectum, ut gratioſa ſubrogatio poſſit obtinere immiſſionem in beneficium, nec ſufficiat taliter qualiter docere de illis, cùm patentes, & claræ exiſtere debeant. Pax Iordanus *num.*54. *ex deciſ.*608. *num.*2. & 3. *part.*2. *noviſſimarum*, ubi plurimæ allegantur aliæ Deciſiones, quas (inquit ille) non recenſeo, quoniam concluſio tritiſſima exiſtit.

Quartodecimò limitatur genera- 372.
liter, ut non obſtante reſervatione per vacationem in menſibus Papæ de Eccleſia Parochiali, poſſit, immò debeat Ordinarius concurſum facere, dignioremque eligere inſtituendum à Papa, ex Tridentino *ſeſſ.*24. *cap.*18. *de reformatione*, & *ex Pii V. Bulla.* Pax *num.*55.

Quintodecimò limitatur, ut non 373.
obſtante præfata regula 8. Cancellariæ, menſium reſervatoria, poſſit admitti quæcumque reſignatio ad effectum permutationis, quando aliàs reſignationes licitè fieri poſſunt. Iordanus *num.*56.

Decimoſextò limitatur generali- 374.
ter, ut non obſtante reſervatione per vacationem in Curia, poſſit Ordinarius

rius providere de Parochialibus ibi vacantibus, tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis, necnon etiam de vacantibus plena Sede, ſi de ipſis ante obitum Papa non diſpoſuerit, *cap. Si Apoſtolica, 35. de Præbendis, lib. 6.* quæ Conſtitutio (ait Jordanus *n. 57.*) habet multùm æquitatis, ut Joannes Andreas, & Ancharanus *ibi* dicunt *in principio:* per quam (addit) corrigitur *cap. 2. eod. tit. & lib.* in quo reſervantur beneficia vacantia in ipſa Curia, ut ſuprà dictum eſt. Non enim derogatum eſt *dictum caput Si Apoſtolica*, ut pluribus docet Gonzalez *ad regul. 8. §. 5. proœm. à n. 126. cum pluribus ſeqq.* multa cumulans notatu digna ad illius textus ornatum. Rebuffus *de reſervat. num. 2.* Piaſecius *in Praxi Epiſcopali, part. 2. cap. 5. n. 12. verſic. Vigore tamen.*

375. Ex hac limitatione reſtringitur regula 9. Cancellariæ, reſervatoria beneficiorum, quæ tempore obitus Papæ remanſere vacantia, & minimè proviſa, ut ſemper remaneant reſervata. Non enim habet locum in beneficiis Parochialibus vacantibus Pontifice vivente, & ab ipſo non collatis: quia ſecundùm prædictum caput, tollitur reſervatio, & Ordinarius poteſt providere juxta dictum *caput Si Apoſtolica.* Pax Jordanus *num. 58.* cum Gonzalez *d. §. 5. Proœm. num. 133.*

376. Ex eadem limitatione reſtringitur regula 5. de reſervatione beneficiorum Curialium, ut in illa dictum eſt. Non enim comprehendit Parochiales vacantes per illorum mortem, quando à vivente Papa collatæ non fuerunt, prout diſponitur in ſecunda parte dicti *cap. Si Apoſtolica.* Jordanus *num. 59.* cum Gonzalez *d. §. 5. num. 134.*

377. Item ex eadem, per dictum caput *Si Apoſtolica*, reſtringitur regula vulgata, qua dicitur: *Beneficium ſemel reſervatum perpetuò reſervatum fore.* Pax *num. 60.* cum Gonzalez *num. 135.*

378. Similiter reſtringitur, quod dictum eſt *num. 372.* circa Tridentini Decretum: quia Epiſcopus non ſolùm poterit facere concurſum, ſed etiam in eo caſu Parochialem conferre. Pax Jordanus *num. 61.*

379. Quintò reſtringitur *per d. cap. Si Apoſtolica*, regula 8. Cancell. de menſibus; quia Parochialis vacans extra Curiam Romanam in menſe reſervato, ſi à Pontifice vivente non conferatur, poterit ab Ordinario conferri, multò magis, quàm ſi vacaſſet in Curia. Ita idem Pax *num. 62.* cum Gonzalez *num. 137.*

380. Decimoſeptimò generaliter limitatur, ut in beneficiis quantumvis reſervatis, vel affectis, poſſit, immò debeat Ordinarius deputare Oeconomum, vel Vicarium, qui in ſpiritualibus, & temporalibus illis deſerviat uſque ad proviſionem, *argum. textus in cap. Cum vos, de Officio Ordinarii*, & Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat. & ſeſſ. 6. cap. 2 ſeſſ. 7. cap. 5. & cap. 7. ſeſſ. 25. cap. 16. de reformat.* Rebuffus *de requiſit. num. 20.* Zerola *in Praxi, part. 1. verbo Beneficium, §. 3. verſic. Dico 5.* Piaſecius *in Praxi, part. 2. cap. 5. num. 12. in fine*, quos refert, & ſequitur Pax Iordanus *num. 63.*

381. Decimo-octavò limitatur pro tempore Sedis vacantis. Tunc enim quia reſervationes regularum Cancellariæ non ſunt perpetuæ, ſed temporales ad beneplacitum Summi Pontificis, quod beneplacitum ejus morte finitur, *cap. Si gratioſa, de reſcriptis, lib. 6.* Gonzalez *ad regulam 8. gloſſa 12. n. 2.* ideo licebit Epiſcopo conferre beneficia quæcumque, quovis modo vacantia, etiam reſervata. Piaſecius *d. cap. 5. num. 12. verſic. penult.* Zerola *in Praxi, part. 1. verbo Beneficium, §. 3. verſic. Dico:* quod nota, quia multum poterit deſervire in occurrentiis talium vacantium. Intellige tamen, & reſtringe juxta terminos deciſionis *in Andrienſi Archidiaconatus, poſita tit. præcedenti, num. 53. & ſeqq.* quia deſervit ad hunc locum. Iſta omnia dicit, & docet Pax Iordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 2. de Beneficiis affectis, n. 64.* Dicta Andrienſis Deciſio refertur ſuperiùs *num. 298. & 299.* ex Auguſtino Barboſa.

382. Denique limitatur generaliter, ut non obſtantibus reſervationibus, & affectionibus, poſſit Ordinarius conferre beneficia vigore Concordatorum in Gallia, & Germania, prout in dictis Concordatis habetur apud dictum Pacem Iordanum *tomo 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 2. de beneficiis affectis, pag. 215. & ſequentibus.*

PARAGRA

PARAGRAPHUS VII.

De tempore intrà quod beneficia debeant, & poſſint conferri.

383. REgulariter debent conferri beneficia infrà ſex menſes. Ita Pax Iordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib.10. tit. 12. num.1. ex cap.2. de conceſſ. præbendæ, cap. Licèt, de ſupplenda neglig. Prælator. Clement. 1. eod. tit.* Rebuffo *in Praxi, tit. de devolutione*, & *in repetit. dicti cap. 2.* Azorio *p.2.lib.6. cap.26.quæſt.9.* & Garcia *de benefic. part. 10. cap. 2. per totum*, ſignanter *num.1.*

384. Dictus terminus currere incipit à die habitæ ſcientiæ vacationis, non autem ab ipſa vacatione, *cap. Quia per diverſitatem, de conceſſione præbendæ; d.cap. Licèt*; ubi Innocentius, Abbas, & alii ſcribentes, *de Supplen. neglig. Prælator.* Rebuff. *d.tit.de Devolut. num. 10. & in d.repetit. circa finem, verſic. Tertiò quæritur*, Azorius *ubi proximè, quæſt.10.* & Nicol. Garcia *d.capite 2. num.15.* quos recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *loc.cit. n.2.*

385. Ratio hujus eſt, quia cùm dictus terminus præfigatur in odium, & pœnam negligentiæ collatorum, ut infrà illum non providentes amittant jus; & devolvatur illud ad Superiorem, juxta Jura, & Doctores modò citatos, non debet currere ante ſcientiam vacationis, quia interim negligentes dici non poſſunt: & conſequenter nec in culpa conſtituti, prout nec quando ſunt impediti.

386. Amplia primò concluſionem termini præfixi ſemeſtris, ut procedat non ſolùm in collatione, ſed etiam in electione, generaliter, ſeu regulariter loquendo. Abbas per illum textum *in cap. Dilectus; num.2. de Præbendis*, idem Abb. Innocent. Hoſtienſ. Joan. Andreas, & alii DD. *in cap. Ne pro defectu, de Electione.* Rota *deciſ... de Electione, in novis.* Rebuff. *d. tit. de Devolutione, num.4.* Cuchus *lib.4. tit.1. num.168.* Garcia *loco cit. n.2.* & Pax Jordan. poſt illos & alios communiter, *d. tit. 12. n.4.*

387. Conſultò addidi *generaliter*, ſeu *regulariter*, quia concluſio limitatur quoad Eccleſias Cathedrales, & Regulares, in quibus ne pro Paſtoris defectu in ſpiritualibus, vel temporalibus diſpendium patiantur, ſpeciali cautum eſt jure, electionem, & proviſionem intra tres menſes eſſe faciendam, *cap. Poſtquàm, diſt.50. cap. Obeuntibus, diſt.63. & d. cap. Ne pro defectu*, ubi Gloſſa, & Doctores, *de Electione*: Garcia, Jordanus, & alii ſuprà citati. Hoc de Iure communi ſtatutum eſt; ſed de Iure municipali, & ſpeciali cujuſlibet Religionis, nec eſt perſcribere facile, nec de præſenti meo inſtituto: quare videndæ veniunt ſpeciales Religionum Conſtitutiones, & ſtatuta.

388. In cæteris Prælaturis, & Dignitatibus ſæcularibus, & in beneficiis electivis regula generalis prædicta de ſemeſtri procedit, & in uſu eſt, & obſervari teſtantur Doctores apud Pacem Iordanum *num.6.*

389. Et advertendum valdè eſt, terminum trium menſium præſcriptum pro Cathedralibus, & Monaſteriis, procedere nedum reſpectu illorum, ad quos de jure ordinario eligere competit, ſed etiam reſpectu illius ad quem, illorum ob negligentiam, devolvitur electio: debet enim & ille infrà trimeſtre eligere, & ſic ſucceſſivè alius, vel alii, ad quos illa fuerit devoluta, uſque ad Papam. Ita *in d. cap. Ne pro defectu*: pro quo etiam facit vulgaris regula, quod ſubrogatum ſequitur naturam ejus in cujus locum ſufficitur, §. *Fuerat, de Action.* Et ita Pax *n.7.* qui *n.8.* docet idem eſſe dicendum de cæteris electionibus, & proviſionibus ſex menſium terminum habentibus; nam & ipſæ ad Superiorem eum eadem devolvuntur qualitate.

390. Ampliatur ſecundò concluſio principalis de termino ſemeſtri, ut etiam procedat in præſentatione Patronatus Eccleſiaſtici, & etiam mixti: nam Patrono merè laico terminus quatuor tantùm menſium competit: de quo adeſt textus cum Gloſſa, & Doctoribus *in cap. unico*, §. *Verùm, de jurepatr.lib.6.* Pax Iordan. *d.tit.12.n.9.*

391. Tertiò ampliatur in Parochialium proviſione, quando illarum collatio ſpectat ad Ordinarium: ſi autem ad inferiores pertinet, per concurſum perſona magis idonea eligi, & præſentari debet infrà quadrimeſte, juxta diſpoſitionem Pii Quinti, incipit: *In conferendis beneficiis, &c.* edi-

tam 15. Kalend. Aprilis 1566. quam exſcribit Pax Iordanus *d. tom. 2. lib. 1c. tit. 8. ſub num. 8.* qui *num. 9.* ait, dictam Pianam Conſtit. Gregor. XIII. audita S. Congregatione reſpondiſſe, *non habere locum, niſi in illis Diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus diœceſana, & in ea, juxta formam cap. 18. ſeſſ. 24. de reformat. fuerunt deputati examinatores.* Et ita refert ex Anaſt. Germonio *de indultis Cardinalium, §. Quibus, num. 8.* Carrafam Cardinalem reſpondiſſe 9. Martii 1589. Epiſcopo Volaterrano: & idem repetit Nicol. Garcia *de benefic. part. 9. cap. 2. num. 4.* & hoc benè nota.

392. Quartò ampliatur in Hoſpitalibus, quæ in titulum conferuntur. Sic Pax *num. 11.* cum Garcia *part. 10. cap. 1. num. 8. & 9.* Rebuffo *in Concordatis, tit. de Regia ad Prælaturas nominatione, §. 1. verbo Intra ſex menſes, verſic. Item quando.* Cald. *conſ. unico, de Supplenda negligentia Prælator.* qui propterea dicunt, Federicum *de permutat. quæſt. 29.* & Paulum *in Clement. 1. de Religioſis domibus*, & alios aſſerentes, pro collatione Hoſpitalium non fuiſſe præfinitum tempus, intelligendos eſſe de Hoſpitalibus, quæ non dantur in titulum beneficii, ſed in ſimplicem adminiſtrationem. Quæ quidem diſtinctio, & doctrina maximè congruit traditæ à nobis *ſuperiùs quæſt. 1. numero 25. & 26.* pro his, quæ in titulum conferuntur; & pro his, quæ in ſolam dantur adminiſtrationem, *num. 27. & quinque ſeqq.*

393. Quintò ampliatur, ut procedat etiam in eo, qui jus habet conferendi ex Papæ indulto. Quia & is, niſi infra ſemeſtre providerit, ſua poteſtate pro illa vice privatur, & ipſa ad ipſummet devolvitur Papam. Pax Iordanus *num. 12.* qui allegat Caſſadorum *deciſ. 8. de Præbend.* Creſcent. *deciſ. 15. eod. titulo*, Mandoſium *de reſignat. gratiæ, tit. de Proviſ. verbo In beneficiis reſervatis*, Germonium *de Indultis Cardinalium, §. volumus, num. 56.* & Garciam *d. cap. 1. num. 10.* licèt ſecus ſit (addit Pax *num. 13.*) in executore ipſius Papæ, qui vice illius fungitur: quia ſicut eidem Papæ nullus eſt præfixus terminus, ita nec ejus exequutori. Caſſadorus *eadem deciſ. num. 6.* Selva *de beneficiis, quæſt. 64. n. 4. part. 3.* Zerola *part. 1. verbo Beneficium, §. 3.* Garcia *ſuprà, num. 11.*

Sextò ampliatur, ita ut locum ha- 394.
beat concluſio, etiamſi Epiſcopus non accepiſſet poſſeſſionem ſui Epiſcopatus; ut cenſuit Rota *in Placentina Parochialis, coram Cardin. Seraphino, 28. Iunii 1585. & coram Pamphilio, 20. Decembris ejuſdem anni, & coram Bubalo, 24. Martii 1586.* quas duas primas deciſiones reddit Pax Iordanus *d. tit. 12. num. 14. & 15.* ad quas me remitto, & ſi Deus dederit, poſt iſtud opus, cum aliis exſcribam: interim dico, ex iſtis manifeſtè comprobari ampliationem noſtram, & convinci, quod Rebuffus *in tit. de Regis nominatione, §. 1. verbo A die vacationis*, & Flores de Mena, illum ſequutus, *quæſt. 3. à num. 23.* in contrarium dicunt, ſemeſtre ad conferendas Parochiales currere à die vacationis, etiam ignorantibus.

Concluſio noſtra, de qua *num. 383.* 395.
limitationes plures patitur. Et quidem primam in Papa, cui nullus eſt præfixus ad conferendum terminus, ſed cùm ſit ſupra jus, poteſt quocumque ſibi bene viſo providere. Ita Pax Iordanus *loco citato, num. 16.* poſt Francum *in cap. Statutum, de Præbendis in 6. num. 6.* ubi & Caſſadorus, Rebuffus *d. tit. de Regis nominatione, verbo Intra ſex menſes, & d. tit. de devolut. num. 5.* Lambertinus *de Iurepatronatus, 2. p. 3. lib. quæſt. 2. art. 8. num. 9.* & Mandoſius *in regulam 54. de Annali, quæſt. 90. num. 5.* ubi meritò arguit Paulum de Citadinis *de Iurepatronatus, 6. part. artic. 3. quæſt. 26. num. 44.* dicentem *ex d. cap. licèt, de Supplenda neglig. Prælator.* habere tantùm ſex menſes. Concordat Garcia *part. 10. cap. 1. num. 12. & ſeq.*

Secunda limitatio eſt in Legato Pa- 396.
pæ, quia nec in illo currit ſemeſtre. Sic Pax Iordanus *num. 17.* cum Gambara *de Officio Legati, lib. 3. n. 14. & 622.* & cum Garcia *part. 5. cap. 3. num. 21. & ſeqq.* Lapus tamen *in Clementina Si de beneficio, de Præbendis*, contrarium penes illum tenet, eo quòd Legatus ſit Ordinarius, *cap. 2. de Officio Ordinarii, in 6.* & ſic videatur obligatus ſervare in hac parte jus ordinarium, & conſequenter cenſeri debeat eodem jure cum ipſis, *ad cap. 2. de Officio Legati in 6.* Bonifacius *in Clementina Si*

de

de beneficio, num. 53. *&* 54. *de Præbendis*, dicens cum eodem Lapo, quod ſi Legatus fuerit negligens in conferendo aliquo beneficio, non poterit illud ex poſtfacto conferre, ſi devoluta ſit collatio ad Papam.

397. Cardinalis tamen Zabarella *in d. Clement. Si de beneficio, quæſt.* 5. Imolà *ibidem*, & *in cap.* 2. *de conceſſ. præbend.* & Selva *de beneficiis, part.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 42. *& part.* 3. *quæſt.* 64. *num.* 5. dicunt, quod licèt Legato currat tempus, ut inquit Lapus; tamen poterit conferre, donec conferre poterit quilibet ſuæ legationis, tam jure proprio, quàm jure devoluto; ſed poſtquam devoluta eſt collatio ad Prælatum extra ſuam legationem, ex ſua, & aliorum negligentia, tunc non poſſit conferre, quouſque ultimatè fiat devolutio ad Papam.

Rota etiam apud Puteum *deciſ.* 266. *lib.* 2. & apud Mohedanum *deciſ.* 2. *de Officio Delegati*, bis tenuit, Legatum de latere poſſe conferre beneficia ad Papam devoluta, etiam ex propria negligentia, contra Bonifacium *ſuprà*. Ita refert Iordanus, & addit, dicens: Quare Garcia *cap.* 3. *part.* 5. *num.* 26. concludit, quod cùm ipſe poſſit conferre hujuſmodi beneficia devoluta ex propria negligentia, verior videatur ſententia Gambari ſuperiùs relata, quod illi non currat dictus terminus ſex menſium, quod veriſſimum arbitror, & ſic procedit noſtra limitatio.

398. Immò ſuſtinet idem Gambarus *ſuprà, num.* 21. contra communem, Legatum poſſe conferre beneficia ſuæ Provinciæ devoluta ad Prælatum, extra ipſam Provinciam: & cum ipſo ſentiunt multi apud Garciam *loco citato, num.* 27. *&* 28. ſubdentem rationem, quia in materia collationis attenditur locus, ubi eſt perſona ad quam ſpectat jus conferendi. Et attenditur beneficium, non perſona negligens. *Clement.* 1. *de Supplenda neglig. Prælator.* & *ibi* Gloſſa *verbo locorum*, & *verbo ſua*, quam ibi ſequitur Cardinalis *num.* 12. & alii recenſiti ab ipſo Garcia *d. num.* 28. qui in ſequentibus fusè, & eruditè proſequitur tractationem de poteſtate Legati. Hæc Pax Iordanus *num.* 18.

399. Tertia limitatio eſt, ut terminus ſemeſtris non currat à die vacationis, ſed à tempore ſcientiæ ipſius, *cap. Quia diverſitatem, in fine, de conceſſione præbendæ, & cap. Licèt, de ſuppl. negl.* ubi Innocentius, Abbas, & alii. Rebuffus *de devolut. à n.* 10. Azorius *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 20. *q.* 10. Zerola 1. *part. verbo Iuſpatronatus, §.* 8. *dub.* 1. Garcia *part.* 10. *cap.* 2. *n.* 15. multis aliis recenſitis per eum, & Jordanus *num.* 19. Cùm enim terminus hujuſmodi præſcribatur in odium negligentium, ut ſuprà fuit dictum, nec propriè cadat negligentia quandiu perſeverat ignorantia, meritò ita debet computari, ut cum plurimis aliis teſtantur Garcia *num.* 16. *&* 17. & per eum Pax Jordanus *n.* 20. Intelligitur autem tempus ſcientiæ, non ſolùm in quo revera fuit habita notitia, ſed etiam ex quo illa potuit haberi, ac debuit, ut Epiſcopus, qui viſitare tenetur ſingulis annis, prout ſcribitur *in titulo de Viſitatione*. Unde Rota *in Burgenſi Canonicatus*, 27. *Maii* 1583. *coram Bubalo*, adducta per Garciam *part.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. decernit: *Quod tempus ſex menſium non currit à die vacationis; ſed à die notitiæ illius, vel ab eo tempore, quo ſcire potuit, vel debuit, juxta opinionem, quam tenet Rota, &c.* Et *in una Maceratenſi beneficii*, 1. *Iunii* 1594. *coràm D. Lita*, concluſum fuit: *Quod licèt tempus conferendi non currat à die vacationis, ſed à die ſcientiæ: tamen juxtà opinionem, quam amplectitur Rota, currit ab eo tempore, quo Epiſcopus facultatem conferendi jure potuit, vel debuit habere. Rota deciſ.* 13. *Biſigneti, deciſ.* 7. *de Præbendis, in antiquis.* Et ita etiam fuit aliàs frequenter concluſum, ut legitur in aliis deciſionibus apud ipſum Garciam *d. part.* 10. *cap.* 2. *à num.* 32. Hactenus Pax Iordanus *n.* 21. *&* 22.

Oportet autem, quod Epiſcopi ig- 400.
norantia, craſſa, & ſupina non ſit. Pax Iordan. *num.* 23. qui allegat Abbatem *in cap. fin. num.* 7. *de jurepatr.* Gomez *in cap.* 2. *de conceſſ. præbend. in* 6. *num.* 54. Maſcard. *de Probation. concl.* 626. *num.* 9. Zerolam *ſuprà, §.* 8. *dub.* 2. & Garciam *part.* 5. *cap.* 1. *n.* 790. *& part.* 10. *cap.* 2. *num.* 30.

Intelligi autem de notitia certa, vel præſumpta ipſius vacationis debet, quæ declaranda eſt per Iudicem, conſiderata beneficii qualitate, modò

vacationis, locorum diſtantia, temporis diuturnitate, ac his ſimilibus. Pax Iordanus *n.* 24. cum Hoſtienſi, Ioanne Andr. *in cap. Ex parte, de Conceſſ. præbend.* Abbate ibi, *num.* 13. idem *in cap. Quia diverſitatem, num.* 17. Romanus *conſ.* 481. *num.* 4. 5. *&* 6. Lambertinus *de Iurepatronatus, part.* 1. *lib.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 18. *num.* 2. Maſcardus *d. concluſ.* 626. *num.* 9. Zerola *d.* §. 8. *citato, & dub.* 2. Garcia *part.* 10. *cap.* 2. *num.* 31. *& ſeqq.* ubi multas S. Rotæ tranſcribit Deciſiones.

402. Scientia verò probari debet ab eo, qui ſe fundat in illa: quia cùm ſit quid facti, non præſumitur, niſi ex circumſtantiis facti, aliud judicantis prudentiæ appareat, ac tanquam fundamentum ſuæ intentionis. Unde *in Firmana Altaris*, 5. *Decembris* 1594. *coram Blanchetto*, reſolutum fuit: *Quod habens gratiam fundatam in devolutione, ob negligentiam Patronorum in præſentando intra legitima tempora, debet probare ſufficienter ſcientiam ipſorum.* Rebuffus *de Devolut. num.* 12. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 37. Pax Jordanus *num.* 25. quò loci addit, idem ex identitate rationis eſſe reſolvendum de ſcientia collatoris, ut in deciſionibus Cardinalium Seraphini, & Pamphilii, *in Placentina Parochialis*, de quibus ſuperiùs, *num.* 394.

403. Quarta limitatio principalis concluſionis eſt, ut terminus prædictus non currat impedito, tam ex impedimento facti, quàm juris, *cap. Quia diverſitatem, de Conceſſ. præbend.* ubi Abbas *num.* 3. Rebuffus *in Praxi, tit. de devolut. num.* 10. Gutierrez *Canonicar. Quæſtion. lib.* 1. *cap.* 28. & Garcia *de benefic. part.* 10. *cap.* 2. *num.* 17. quos refert, & ſequitur Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 12. *num.* 26. qui *num.* 27. inter impedimenta computat ſuſpenſionem, & aliam quamlibet cenſuram, peregrinationem pro abſolutione obtinenda, quouſque ad propria revertatur, eſto vacationis notitiam habuerit. Ita videtur probari *ex cap. Quia diverſitatem, citato, cum gloſſa ejus penult.* & *ibi* Innocent. *num.* 5. Abbate *num.* 3. eodem Innocentio *cap.* 2. *de de præbendis*, Selva *de Benefic. part.* 3. *quæſt.* 59. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 18. & Pace Iordano *num.* 27. qui *num.* 28. *ſequenti*, addit, ſuffragari etiam impedimentum, in quod quis ex propria inciderit culpa, ut colligitur ex *d. cap. Quia diverſitatem*, ubi ſimpliciter agitur de ſuſpenſione, quæ regulariter ex propria culpa, proprioque ex delicto incurritur; nam in pœnam infligitur, & conſequenter præcedente culpa, juxta *cap. Cognoſcentes, el* 2. *de Conſtitutionibus*, ibi: *Cognoſcentes, quia res, quæ culpa carent, ad damnum vocari non convenit.* Ubi Gloſſa *verbo Culpa*, ibi: *Quia quod legitimè factum eſt, pœnam non meretur.* Et inferiùs, ſatis ad rem præſentem opportunè: *Et ita eſt argumentum expreſſum, quod nemo privatur jure ſuo ſine culpa*, 56. *diſtinct. Satis perverſum:* 16. *quæſt. ult. Inventum: de reſtitut. ſpoliator. Conquerente.* Et Gloſſa marginalis ait: *Qui caret culpa, caret, me judice, pœna.* Unde Regula 23. *de Regulis Iuris, lib.* 6. ait: *Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſt aliquis puniendus.* Ubi Gloſſa rationem illius reddens, ait: *Quia pœna eſt menſura culpæ; ubi autem non extat menſurandum, menſura locum non habet. Ergo ubi non eſt culpa, nec pœna.* Alia præter Iura iſta allegavi poſt Quæſt. Paſtorales *in Diſquiſit. de Iure Prioris annexi, num.* 76. ubi de hoc egi puncto, ſicut in Commentariis *ad Conſtit.* 6. *num.* 478. & non ſemel aliis in Lucubrationibus meis.

Dicta tamen limitatio procedit, 404.
quando quis per ſe impedimentum removere nequit: quia ſi in ſua ſit poteſtate ſe ab eo liberare, & negligat id præſtare, jàm ampliùs impedimentum legitimum non cenſetur, ut *in deciſ. Pamphilii in Placentina Parochialis*, 20. *Decembris de anno* 1585. *de qua ſuprà num.* 394. ibi: *Non enim dicitur impeditus, qui de facili poterat impedimentum removere, l. Qui poteſt facere, ff. de Regulis Iuris*, & pleniùs in alia *coram Bubalo*, apud Garciam *part.* 10. *cap.* 2. *num.* 31. de quibus Pax Iordanus *num.* 29.

Advertendum etiam occurrit, men- 405.
ſes prædictos termini ad conferendum præſcripti, computandos eſſe juxta Kalendarium, & prout occurrunt; & quod lapſum fuerit de priore, reparandum eſſe de noviſſimo. Exempli gratia, ſi beneficium vacat ſexta Martii die, ſemeſtre complebitur

bitur quinta Septembris die, etiamſi eo anno biſſextus currat. Ita Pax *num.* 3. cum Gloſſa *in cap. Quàm ſit, verbo Menſem, de Electione in* 6. & ibi Archidiacono, Franco, Ioan. Andr. Dominico & Archidiac. & Baldo *in cap. Ne pro defectu, de Electione*, Abbate *in cap. licèt, num.*6. *de Supplenda neglig. Prælator.* Lambertino *de Iurepatronatus*, 2. *p.*2. *lib. q.*1. *art.* 14. Menochio *de Arbitrariis*, *caſu* 50. *num.* 21. *& per totum*, ubi doctiſſimè de hac numeratione menſium diſſerit, & cum Sanchez plura cumulante, *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *à num.*15. Garcia *de benefic. part.* 10. *cap.*2. *num.*42. & cum Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 11. *num.*6. *& ſeqq.* & cum plurimis aliis apud illos.

406. Fieri etiam debet computatio ejuſmodi menſium de momento ad momentum, ita quod ſi dicta die vacationis, ſeu notitiæ illius, ſexta die Martii hora undecima contigerit, quinta ipſa die Septembris hora decima completa terminabitur, nec attinget undecimam, ita ut proviſio ſequuta in principio undecimæ horæ, invalida ſit: quia conceſſio ad tempus, eo finito revocatur, ut patet ex deciſionibus *ſuprà*, *num.*394. allegatis, & in terminis docet noſtris Pax Iordanus *num.* 31. poſt Lambertinum alios referentem *loco citato*, Sanchez *num.*16. Garciam *num. ultimo*, & poſt Gonzalez *gloſſa* 11. *num.* 6. loquentem de menſibus reſervatis per alternativam. Plura alia docet Pax Jordanus *dicto titulo* 12. circa computationem temporum, quæ quia perutilia ſunt, nedum pro materia præſenti de beneficiorum proviſione, debito tempore, ut illa ſubſiſtere valeat, ſed pro multis aliis ad utrumque forum ſpectantibus; ideò illa in ſpeciali Paragrapho, ad amuſſim reddere, operæpretium exiſtimavi: quare ſit

Paragraphus VIII.

De Anni, & ejus partium diviſione, & computatione, apprimè utilibus, & neceſſariis, Ordinariis maximè locorum, Collatoribus, Iudicibus, Notariis, Parochis, & Confeſſariis.

PRomiſi ad amuſſim reddere Lectoribus ea præcisè quæ doctiſſimus Pax Jordanus Epiſcopus Tragurienſis docuit *in ſuo tom.*2. *de Re beneficiaria*, *lib.*10. *tit.*12. *poſt num.* 31. eo quòd eorum notitia variis materiis congruat, & earum reſolutioni in caſibus occurrentibus deſervire valdè valeant. Quæ ſequuntur illa ſunt.

Quid ſit momentum, & quot requirantur ad cònficiendam horam, alibi diximus. (Suprà ſcilicet *n.*158.) 407.

Menſis autem dicitur ſive à *menſurando*, & *menſura*, juxta verbum *Metior*, *metiris*, quaſi *res numero dierum menſa*, ut placet Ciceroni *de natura Deorum*, *lib.*2. vel à verbo Græco *Meni*, ſive *Mioni*, hoc eſt *Luna*: Græce namque Luna, *Mion* dicitur, ſecundùm Alciatum *in l. Biſſextus, ff. de verbor. ſignificat. in fine.* Menochium (*de Arbitrariis*) *caſu* 50. *num.* 15. & Gonzalez (*ſuper regul.*8. *Cancellar.*) *gloſſa* 11. *num.*9. *&* 10. Et Sacerdotale Romanum *part.*3. *tract.*2. *cap.*1. *in principio.*

Biſſextus verò, quia bis ſedetur, & ſtatur in una littera Kalendarii: & duo dies pro uno computantur, & interſeditur quinto die, exeunte Februario: hoc eſt, *ſexto Kalendas Martii.* Nam cum Annus ſolaris habeat 365. dies & ſex horas, hæ ſex horæ coadunatæ conſtituunt unum diem, & ſic quatuor anni ultra prædictum dierum numerum habent unam diem, nimirum 366. qui dies ſingulo quoque quarto anno ſuperabundat, & appellatur ut ſuprà. Gloſſa communiter recepta *in d. cap. Quæſivit, verſ. Quæ duo, de verborum ſignificatione*, Sacerdotale *ead. part.*3. *tract. Computi Eccleſiaſtici, cap.* 4. *de Biſſexto*, ubi pleniùs. 408.

Continet menſis, regulariter loquendo, dies 30. quia tanto dierum ſpatio Luna in coitu ſolis remoratur, & ad ſuas vices redit, curſumque conficit, *l. fin. §. Sin autem dubii, juncto §. Simili modo, & §. donec tamen, C. de jure deliberandi, l. Si venditor, ff. de Ædilitio edicto, l. Ædiles aiunt, eod. tit. l. Ubi lex* 101. *ff. de Regulis juris*, Gonzalez *ſuprà* (*regul.* 8. *gloſſa* 11.) *num.* 8. multos alios referens. Menochius tamen *eodem caſu* 50. *à n.*15. cum Plinio, Plutarcho, & aliis ait, præfatum Lunæ curſum 29. diebus, 12. horis, & nonnullis minutis contineri. Unde etiam vulgò fertur, *Lunam excedere* 29. *diem*, *& non pervenire* 409.

ad 30. Et pro principali concluſione facit deciſio Rotæ 144. *part.* 2. *noviſſimar. cum ibi allegatis.*

410. Vel fortè dici poterit, menſem continere duodecimam anni partem; quia cùm aliqui contineant dies 28. ut Februarius, alii 30. ut Aprilis, Junius, September, & November, alii 31. ut cæteri omnes, nec aſſignetur principium ipſius menſis, ut in primo caſu, æquius videtur, ſumi modo prædicto, cum unuſquiſque menſis ſit pars duodecima anni. Sic Duarenus *in d. cap. Quàm ſit, §. Electus, num.* 2. *verſic. Si verò, de electione in* 6. Rochus *de Iurepatronatus, verbo Honorificum, q.* 51. Lambertinus *lib.* 2. *part.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 14. Sanchez *ſuprà, num.* 21. *verſic. Verius.* Sed prima frequentior.

411. Quando verò agitur de negotio contingente aliquo die menſis, regulariter menſis ille tot habebit dies, quot menſis in quo negotium faciendum occurrit, & quod deficit in menſe occurrente, ſuppletur de menſe ſequenti. Gloſſa *ult. ad finem, in Extravag. Vas electionis, inter communes*, ita dicens communiter teneri, cum Joan. Andr. *in cap. Quàm ſit, de Electione, in* 6. Butrius *in cap. licèt, de Supplenda negligentia Prælat.* Bart. *in l. Biſſextus, ff. de verborum ſignificat.* alia Gloſſa *verbo Menſem, in d. cap. Quàm ſit*, Gloſſa *fin. in l.* 2. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*, Cardinalis *in Clement.* 1. *§. ſecus, num.* 2. *de Præbend. & in Clement. Cauſam, num.* 13. *de Electione.* Gonzalez *ſuprà, num.* 7. Sanchez *loco citato, num.* 15. multos referens. Et faciunt notata *ſupra proximè*, Et ita ſi menſis habeat dies 28. 30. vel 31. regulabitur menſis, ut conſtet ex numero tot dierum, capiendo de ſubſequenti quot deſunt de priore, ut in exemplo ſex menſium *noſtri tractatus collationis beneficiorum, de quo ſuperiùs.*

412. Et biſſextus contingens in tali menſe computabitur pro unica die, ut generaliter ſtatuitur *in cap. Quæſivit* 6. *in fin. de verborum ſignific.* ibi: *Qui duo, quaſi pro uno reputantur.* Et ibi Gloſſa *verbo Qui duo*, de qua *mox inferiùs.* Sanchez *d. loco, num.* 17. poſt alios multos; qui tamen *num. ſeq.* meliùs diſtinguendum putat, ut in favorabilibus hi duo dies computentur pro uno: ſecus in odioſis. Unde ſuſpenſus per menſem, ſi incipiat menſis Februarius biſſextilis, poterit celebrare ultima die menſis, dicta Gloſſa, *verbo Qui duo, in fine, in cap. Nullus, diſt.* 55. *& in cap. ſi Propter, de reſcriptis in* 6. *verbo Primi anni.* Archidiaconus *in d. cap. Primi anni.* Laurent. Tancred. Vincent. & alii apud Sanchez *ſuprà, d. n.* 18. Angelus *verbo Biſſextus, num.* 1. ubi Tabiena, & concordantes.

Sublimita præfatam doctrinam, ut 413.
locum habeat quando computantur menſes, & anni; ſecus ſi computandi ſint dies: veluti ſi quis ſuſpendatur per 50. dies: tunc enim computabitur biſſextus, cum ſit verus, & naturalis dies, prout colligitur *ex l.* 2. *ff. de diverſis, & temporalibus præſcriptionibus*, & ibi Gloſſa *verbo videtur*, Bartol. *in d. l. Cum biſſextus, in principio, de verbor. ſignificat. & in l.* 3. *§. Minorem, num.* 3. *ff. de Minoribus*, Abbas *in d. cap. Quæſivit, num.* 7. & *ibi* Cardinalis *in §. Feſtum, verſ. Nota.* Franc *in d. cap. Si propter, num.* 6. Sanchez *ſuprà, num.* 18. *verſ. Hoc tamen*, ubi declarat procedere quando ſimpliciter eſſet dictum per 50. dies, & ſecus ſi ſpecificè per menſem Februarii; quia tali caſu, cum biſſextus ſit verè dies menſis Februarii, abſtinendum erit ab actibus prohibitis, tam ipſa die, quàm pro toto menſe.

Diſpoſitio autem quando cenſea- 414.
tur favorabilis, vel odioſa, ut intret diviſio præfata, & aliæ omnes, quæ ſolent fieri in favorabilibus, & evitari in odioſis, cumulatè tradit idem Sanchez *lib.* 1. *diſp.* 2. *num.* 4. quem indicaſſe ſufficiat.

Si menſis apponatur cum proprio 415.
nomine, putà Janvarii, Februarii, &c. tunc incipit à media nocte menſis præcedentis, ac terminatur in media nocte ſubſequentis, juxta *legem more, ff. de Feriis*, cum aliis plenè cumulatis per Rotam *d. deciſ.* 244. *num.* 2. *part.* 2. *noviſſimarum.* Secus ſi nomine communi menſis; tunc enim inciperet à die termini, v. gr. 20. Aprilis, & finiret 20. Maii. Gloſſa notabilis *in cap. Quàm ſit, de elect. in* 6. Bald. *in l. eos, §. Sin autem, verſ. Septimò dixi, de appellationibus*, Rebuff. *in Praxi, tit. de Collationib. §. Præfati quoque Ordinarii, verbo Subſequentibus*, & *de Nomination.* 9. *ibi.* Rota *d. num.* 2. ubi concordantes.

Quæ

416. Quæ deciſio præterea concludit, quod cùm in regula de menſibus, & alternativa, Papa reſervet ſibi ſex menſes, totidemque concedat Epiſcopis, exprimendo, & appellando eos nomine proprio, ob id unuſquiſque incipiet à media nocte labentis, & durabit uſque ad mediam noctem ſubſequentis, ita quod, ſi prima die alicujus menſis Epiſcopi reperiatur abſens, atque adeò perdat dictum beneficium alternativæ, intret alia pars regulæ reſervatoriæ octo menſium, & licèt eodem die, vel poſtea quandocunque revertatur, alternativa non reviviſcat pro illo menſe, ſed Apoſtolicus ſemel effectus, ſemper maneat Apoſtolicus, ut magiſtraliter pluribus, & ſubtilibus fundamentis comprobat ipſa deciſio *à num.* 3. *& infrà*, & ſignanter *num.* 5. *ex l.* 4. *ff. de verborum ſignificatione*; quia ſicut in itinere faciendo dantur ſinguli dies pro 20. milliaribus, & ſi ultra 20. milliaria ſuperſit vel unum milliare, conceditur ſecunda dies, quia Ulpianus legis auctor, conſideravit initium diei neceſſariò in itinere occupandum, non autem horas, & partes integrantes ipſius diei: ita in dicta regula Papa non conſideravit partes menſis, nempe dies, ſed initium menſis, ita ut ſi in ſui initio eſſet Apoſtolicus, & reſervatus, ita integer uſque ad finem permaneret, ut hac via diſcordiæ, & differentiæ, quæ aliàs in computatione dierum poſſent oriri, ceſſarent. Ita deciſio, multa alia ſubjiciens ad rem, & contrariis ſatisfaciens, quam libenter exſcripſiſſem, niſi ex prolixitate gratum tibi Lector benevole minimè futurum ſuſpicatus eſſem, tantò magis, quia illius Author extitit bonæ memoriæ Alphonſus Manzanedus, poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus, qui ferè per triennium extitit Magiſter meus, dum ſtudium ipſius, cum recolendæ memoriæ D. Hippolyto Aldobrandino, S. Euſtachii Diacono Cardinali Camerario, frequentarem, quorum piæ animæ requieſcant in pace, & memoria in benedictione ſit.

417. Quod verò hujuſmodi menſes Papales, & Ordinarii terminentur in puncto mediæ noctis labentis, & reſpectivè incipiant in puncto mediæ noctis intrantis, juxta *d. l. More*, *de Feriis*, pluries tenuit Rota, & docet poſt alios Gonzalez *ad ipſam 8. regulam, gloſſa* 11. *num.* 9. *& ſeq.* proinde admonet, quod quando Epiſcopus confert aliquod beneficium ad finem ſui menſis, aut in principio illius in ultima illa nocte, quæ dat finem menſi Ordinario, & principium Apoſtolico, vel è contra, prudenter aget, ſi antè collationem curet examinari duos teſtes de hora, & puncto mortis ultimi poſſeſſoris, & in ipſo collationis inſtrumento adnotari mandet, ad evitandas pro poſſe controverſias frequenter per ambitioſos impetratores moveri conſuetas, an contigerit vacatio in menſe Apoſtolico, vel Ordinario. Et Notarius ipſe, quamvis omittat mentionem noctis, & horæ in rogitu actus celebrati de nocte, non poſſet accuſari de falſo, quia non ipſa cenſetur pars diei, & geſta uſque ad noctis medium attribuuntur diei labenti, poſt medium verò ſubſequenti, ut *in d. l. More*, Joannes Andreas *num.* 18. Butrius *item* 18. Abbas *num.* 16. *in cap. Conſuluit, de Officio Delegati*, Gonzalez *d. num.* 12. *&* 13. Conſultius tamen fiet adſcribendo horam ipſam noctis, ut ex illa appareat cui diei ſit attribendus actus, præcedenti videlicet, an ſequenti: nam poſſet eſſe validus in una, invalidus verò in alia, juxta conſuetudines, & ſtatuta locorum, vel in terminis noſtris de reſervatione, an intraverit, necne. Bald. *in d. cap. Conſuluit, num.* 11. Felin. *num.* 6. Tiraquellus *de utroque retr. §.* 1. *gloſſa* 11. *num.* 8. Polyd. Ripa *de noct. temp. cap.* 161. *n.* 2. *&* 3. Decianus *conſ.* 65. *num.* 21. Gonzalez *ubi ſuprà, num.* 14. Quod ſi Notarius ignoret, an tranſierit media nox, necne, ſcribere debet, *ad finem diei N, & principium N:* quod verificabitur in ipſo puncto mediæ noctis, ſeu medio duarum dimidiarum noctium, ut *in d. cap. Conſuluit*, ibi: *Unde quod in duabus dimidiis noctibus, &c.* & *ibi* Abbas *ultimo notabili, ante n.* 7. Gonzalez *ubi ſuprà, n.* 15.

418. Unde in terminis dictæ regulæ octavæ pulchrum caſum ſequentem enarrat ipſe Gonzalez *num.* 16. In Diœceſi Averſana vacarunt quædam beneficia in ultima nocte menſis Apoſtolici, per obitum cujuſdam beneficiati, in quodam oppido, in quo non aderat horolo

horologium, & facta eſt proviſio per Epiſcopum de ipſis beneficiis, tanquam vacantibus in ſuo menſe, ex eo quod poſt mediam noctem contigerat vacatio; necnon à Papa, tanquam de vacantibus in ſuo menſe Apoſtolico. Et quia fuit probatum per teſtes, quod tempore obitus, galli cantabant, reſolutum fuit *in d. Averſana Parochialis*, 12. *Martii* 1562. *coram Oradino*, vacationem contigiſſe poſt medium noctis, eo quòd galli veriſimiliter verſus diem cantare ſolent; & ſic ad Ordinarium ſpectare collationem, tanquam contingentem in menſe Ordinario. Caputaquenſ. *deciſ.* 71. *part.* 2. *in manuſcr.* Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ.* 166. *n.* 7. Polydor. Ripa *d. tract. de Nocturno tempore, cap.* 160. *n.* 5. *& 9. & cap.* 161. *n.* 3. Gonzalez *ſuprà*, qui ſimilem caſum cum eodem Ioſepho Ludoviſio recenſet *ubi ſuprà*, *n.* 17. ac in ſubſequentibus multa cumulat de cantu gallorum ad effectum hujus probationis. Et inter alia confutat Baldum *in d. cap. Conſuluit*, *num.* 11. quatenus voluit, gallorum cantum attribui diei præcedenti. Sed experientia teſte, comperimus, frequentiam cantus contingere prope lucem ſequentis diei, alia verò vice diverſimodè. Aliquando ante mediam noctem, quandoque circa mediam, prout circa meridiem; ultimò autem circa auroram, & aliquando poſt noctis ingreſſum. Unde Miſſa noctis Sanctiſſ. Nativitatis, alicubi vulgò nuncupatur Miſſa galli, ut dicitur *in Formulario terminorum, & commiſſionum Romanæ Curiæ*, & poſt illud Gonzalez *d. gloſſa*, *num.* 21.

419. Præfata verò noctis diviſio, quod prima ſit pars diei antecedentis, poſterior autem ſubſequentis, deſervit non ſolùm in præſenti materia, verùm etiam in aliis multis: veluti jejuniorum, eſus carnium, obſervationis feſtorum, prohibitionis nuptiarum, & hujuſmodi, in quibus omnia licita, vel reſpectivè prohibita cenſentur uſque ad punctum mediæ noctis, non ultra: & ob id ſalubre conſilium cenſetur, ultima carniſprivii pulſare campanam circa ipſam mediæ noctis horam, ut fideles abſtineant ab eſu, choreis, nugis, prout ſervari facio in hac Eccleſia, ad evitandos piorum ſcrupulos, & ad convincendam impiorum pervicaciam, qui non poſſunt velamento ignorantiæ ſuas excuſare tranſgreſſiones.

Quod ſi contigeret vacatio ultima 420.
die menſis circa noctis medium, ita ut liquidò ſecerni haud valeat, cui parti magis adſcribenda videatur, atque adeo incertum remaneat, utri debeatur jus conferendi, Papæ, vel Ordinario: nam tempus vacationis eſt momentaneum, & indiviſibile, ac in eodem non vacat, & vacat beneficium. Probus *ad Monachum*, *in cap. fin. num.* 29. *de conſuetud. in* 6. Gonzalez *ſuprà*, *n.* 27. Tali caſu melior eſt conditio poſſeſſoris, & actor, qui ſuam intentionem concludenter probare nequit, ſuccumbere debet. Puteus *deciſ.* 207. incipit *Die*, 4. *Febr. lib.* 3. Nam cùm ſemper ad favorem poſſeſſoris, & rei præſumatur, §. *Commodum*, *Inſtitut. de Interdictis*, *cap.* 3. *de Probationibus*, *cap. Cum ſint partium obſcura*, *de Regul. juris*, *in* 6. plenè Maſcardus *de Probationibus*, *concl.* 1210. Gonzalez *ſuprà*, *num.* 28. & pleniùs *in* §. *Proœmiali*, *num.* 51. *cum ſeqq.* & actore non probante, reus debeat abſolvi, *l. Qui accuſare*, *C. de edendo*, *cap.* 1. *ut Eccleſ. benefic.* cum vulgaribus. Quod etiam procedit in materia beneficiali, quia etiamſi reus non doceat de jure ſuo, adhuc vincere debet ex non jure actoris, *deciſ.* 1. *&* 3. *&* 4. *de Sentent. & re judicata*, *in novis.* Felinus *in cap. Olim*, *num.* 10. *de reſcriptis*, Caſſadorus *deciſ.* 3. *de reſtitutione ſpoliator. & deciſ.* 2. *de Exceptionibus*, cum aliis deciſionibus concordantibus apud Gonzalez *d. gloſſa* 11. *num.* 30. Sive igitur Apoſtolicus ſit actor, ſive Ordinarius, in tali diſcrimine, ſuccumbet ex prædictis.

Sublimita, quando poſſeſſor ipſe, 421.
ſive Apoſtolicus, ſive Ordinarius, eſſet actor in petitorio, petens proviſionem ſuam canonizari; tunc enim adverſario contrarium non probante, actor poſſeſſor abſolvendus erit, & gratia illius canonizanda, *d. deciſ.* 1. *&* 11. *de ſentent. & re judicata.* Gonzalez *ſuprà*, *num.* 31. eo quòd poſſeſſor beneficii præſumitur dominus. *Clement.* 1. §. *Si unum*, & ibi Gloſſa (*Poſſidebat*) *Ut lite pendente*, ubi Imola, & alii: Pariſius *de Reſignat. lib.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 24. *&* 25. Gonza-

lez

lez *ſuprà, num.* 32. & pleniùs *in* §. 3. *proœm. ex num.* 5. Fatuus tamen cenſendus eſt poſſeſſor, qui contra non poſſeſſorem intentaret petitorium, propter difficultatem probandi dominium, *d. deciſ.* 1. *de ſent. & re judic. verſic. Fatuus autem.* Gonzalez *ſuprà, n.* 33. & uberiùs *gloſſa* 6. *num.* 155.

422. Si verò neuter proviſus in poſſeſſione exiſtat, quamvis Doctores plenè non conveniant, ſed multa conſiderent ad favorem proviſi Apoſtolici, quæ cumulat Gonzalez *ead. gloſſa* 11. *num.* 35. *& ſeq.* Attamen verior, & communis ſententia ſtat ad favorem proviſi Ordinarii, eo quòd ipſe fundet intentionem ſuam in jure communi, *cap. Ex frequentibus, de Inſtitutionib.* Felinus *in cap. Cùm venerabilis, num.* 32. *de Exceptionib.* Rota *deciſ.* 78. *part.* 1. *diverſor.* plenè Gonzalez §. 1. *Proœm. in princip.* Nam ſublata reſervatione *d. regulæ* 8. Ordinarius liberè poſſet conferre in ſingulis menſibus. Caputaquenſ. *deciſ.* 214. *num.* 5. *part.* 2. Caſſadorus *deciſ.* 3. *n.* 4. *& deciſ.* 4. *num.* 1. *&* 2. *de Privilegiis.* Puteus *deciſ.* 492. *num.* 3. *lib.* 2. Creſcent. *deciſ.* 3. *num.* 4. *de Privileg.* Gonzalez *ſuprà, num.* 39. Ideò ſequitur, quod proviſus ab Ordinario, nihil aliud approbare teneatur, quàm anterioritatem ſuæ proviſionis, fundatæ in jure communi; & quod onus probandi reſervationem ratione menſis, ſpectet ad proviſum Apoſtolicum ſe fundantem in vacatione in menſe Apoſtolico, cùm hoc ſit fundamentum ſuæ intentionis. Rota *deciſ.* 46. *num.* 4. *part.* 2. *diverſor.* cum aliis ſuprà allegatis. Si igitur illam non probat, ſuccumbere debet, & prævalebit proviſus ab Ordinario.

423. Hinc eſt, quod habens facultatem conferendi beneficia reſervata in menſibus Apoſtolicis, ut valeat ejus proviſio, cogitur probare vacationem in menſe reſervato, alioquin excluditur proviſus. Puteus *deciſ.* 35. *incipit, Die* 8. *lib.* 1. Addit. ad Simonetam *de reſervat. quæſt.* 83. *num.* 6. Gonzalez *ead. gloſſa* 11. *n.* 42.

424. Similiter præſumendum eſt potiùs, quod eſt naturale, & ordinarium, quàm quod eſt accidentale, hoc eſt vacatio in menſe reſervato, ad *l.* 3. *ff. de Tutelis, l. Si quis poſthumos* 9. & *ibi* Jaſ. *num.* 2. *ff. de lib. & poſth.* Menochius *de Arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 201. *num.* 68. *&* 69. Gomez, loquens in materia reſervatoria, *in regul. de impetr. benefic.* per obitum familiaris, *quæſt.* 18. *num.* 2. *in fine.* Gonzalez *ſuprà, num.* 43. qui *in ſeq.* ſatisfacit fundamentis contrariis, ut videre poteris apud eum, ſi libuerit, ne te diutiùs invitum abſtraham à propoſito itinere.

425. Ex ſupradictis, ſignanter *num.* 43. (hic autem *num.* 415.) *& ſeqq.* infertur quod bimeſtre conceſſum *per caput Ex publico, de converſione conjugum,* conjugibus ad deliberandum de ingreſſu in Religionem, quia conſtat de initio hujus termini, nempe ab ipſa die contracti matrimonii, vel aſſignationis factæ à Judice, & quia nuncupatur communi nomine menſium, currat eo modo, quo fit in Kalendario, & de momento in momentum. Sanchez *d. lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 15. *&* 21. Quod utile erit ſcire ad cognoſcendum, quando ipſi conjuges, negantes ſibi debitum peccent. Vel quando, ſi ſponſus invitam cognoſcat ſponſam, illa poſſit adhuc Religionem ingredi, juxta ea quæ plenè docet idem Sanchez *eod. lib. diſp.* 21. *num.* 1. *&* 6.

426. Infertur etiam ad intellectum Tridentini *ſeſſ.* 25. *de Regularibus, c.* 15. requirentis annum 16. ætatis completum, & novitiatus integrum annum, ad validè profitendum. Non enim ſufficit ultimam diem anni 16. vel anni probationis eſſe cœptam; ſed opus eſt, de momento ad momentum eſſe completam. Sanchez *d. diſp.* 24. *num.* 22. qui tamen, pluribus citatis, concludit, non requiri aliam diem ultra momentum, quia nullo jure, nullaque ſolida ratione probatur.

427. Quamvis ad conficiendum teſtamentum, favore ipſius Teſtamenti, ſufficiat attigiſſe diem ætatis ad teſtamentum præſcriptæ. Gloſſa verbo *Momentum*, propè finem, *in l.* 3. §. *Minorem, ff. de Teſtamentis*, ubi Bartolus *num.* 2. Alber. *in principio*, Baldus *in fine*, & alii multi. Hucuſque Pax Jordanus.

PARAGRAPHUS IX.

De forma, & conditionibus ſervandis in beneficiorum proviſione.

SECTIO I.

428. MUlta de hoc argumento tradit Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. titulo 11. à pag. 313. ad 357.* ſatis doctè, & eruditè, quæ omnia, nec ſummariè, mihi brevitati conſulenti, reddere facilè fas eſt. Dicam tamen ex eo, & aliis probatis Doctoribus, quæ pro meo inſtituto ſufficiant. Hoc in primis, quoad formam, ante omnia dicere poſſum, cum Caſtro Palao *in Summa Morali, part. 2. tract. 13. de beneficiis Eccleſiaſticis, diſp. 3.* quod non ſit facile in proviſione beneficiorum diſcernere quæ requirantur ut forma, immò quæ ut conditiones (uti addit.) Requiſita ut forma, certum eſt ita ſervari debere, ut nec minimum omittatur, ne actus corruat, & nullus evadat, *cap. Cùm dilecta, de reſcriptis.* Palaus & Gonzalez *gloſſa 4. in regul. 8. Cancellar. num. 137.* & ego ipſe in variis meis lucubrationibus. Et ratio in promptu eſt, quia forma eſt indiviſibilis. Dixi in Commentariis *ad Conſtitut. 6. num. 709. & ad Conſtitut. 15. num. 6.* pluribus allegatis Doctoribus. Et quia forma dat eſſe rei, *l. Divus, ff. de In integrum reſtitut. l. Mevius, ff. de Conditionibus & demonſtr.* ad formam reduci poſſe credo ea, quæ in limine erectionis beneficii ſtatuta fuerint. Conditiones verò, quæ propriè conditiones ſunt, non ita ſunt ad actum requiſitæ, ait Palaus, ut ex illarum omiſſione actus corruat, quia adjacent actui, atque ideo non ſunt de ſubſtantia ad illius valorem. At conditiones regulariter in beneficiorum proviſione requiſitæ, hunc effectum præſtant, & formæ induunt naturam. Videamus igitur in ſequentibus, quid in proviſione beneficiorum requiſitum ſit, tanquam forma, & conditio, cujus omiſſio promiſſionem annullet, vel tanquam conditio omninò extrinſeca & accidentalis.

429. Plures conditiones beneficiorum requirit proviſio, videlicet quod gratis fiat, purè, liberè, palam, certò, abſque ulla diminutione, & in perpetuum, de quibus ſigillatim aliqua dicere, operæ pretium duxi. *De prima, quod gratis fieri debeat, hoc eſt nullo pretio, præmio, aut mercede interveniente,* habemus *ex cap. Si quis objecerit, cap. Salvator, 1. quæſt. 3. cap. Quàm pio, 1. quæſt. 2. cap. Ordinationes, 1. q. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. cap. Ex multis, & cap. fin. 1. quæſt. 3.* & notant Palaus *loco citato, num. 1.* Pax Iordanus *d. tit. 11. num. 1.* cum DD. *in dicta Iura*, cum Probo *ad Monachum, in cap. Cum nullus, de Temporibus Ordination. in 6. n. 2.* Rebuffo *in Praxi, tit. Requiſita ad collat. num. 2. & in Concordat. tit. de Collationibus, in rubrica, verſ. Ad primum*, & cum aliis pluribus. Vide dictum Iordanum *num. 233.*

De Secunda, quod *purè* fieri debeat beneficiorum proviſio, hoc eſt, non conditionatè, extat *cap. In electionibus, de Electione, in 6.* ubi ſtatuitur: *In electionibus, & poſtulationibus ac ſcrutiniis, ex quibus jus oritur eligendi vota conditionata, alternativa, vel incerta penitus reprobamus.* Ita Caſtrus Palaus *d. diſp. 2. punct. 1. num. 2.* Pax *d. n. 2.* cum aliis, & allegat *d. cap. Quàm pio, cap. Cum pridem, cap. Cum clerici, & cap. finale, de Pactis:* qui in ſequentibus numeris plura docet circa pactum, modum, & conditionem ſcitu digna, quæ ne diutiùs immorer, libens recenſere omitto. Vide tamen illum *num. 233.* & Azorium *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 26. quæſt. 2.* 430.

Sed dubitari poteſt, an conditio appoſita in præſentatione, & in collatione, illas vitiet, ſicut vitiat electionem, poſtulationem, & ſcrutinium? Et videtur, quod non; ſiquidem *in d. cap. In electionibus*, id non exprimitur. Ad primam partem de præſentatione, reſpondetur, illam non vitiari per conditionem, ſive iſta ſit de præſenti, ſive de futuro, ſive fiat à Patrono laico, ſive ab Eccleſiaſtico, modò purgetur conditio intra tempus aſſignatum ad præſentandum. Ratio eſt, quia Patroni ſolùm obligati ſunt habilem præſentare intra tempus illis à jure conceſſum. Ergo ſi intra illud tempus purgatur conditio ſub qua præſentatio facta eſt, præſentatio tenet: quia jam dici non poteſt conditionata, ſed abſoluta, ſiquidem conditio ceſſavit. Ita docet Palaus *num. 3.* poſt Lambertinum *de* 431.

Iure

Iurepatr. 2. part. lib. 2. quæſt. 3. art. 5. num. 5. & Garcia *de benefic. part. 8. cap...num. 3.*

432. Ad ſecundam partem, de collatione, reſpondet Palaus *num. 4.* non vitiari collationem per ullam appoſitam conditionem quæ beneficio inſit, ut ſi collator dicat, *Confero tibi beneficium, ſi vacat, ſi habilis es.* Tum quia hæc conditio cuilibet collationi eſt annexa, tametſi non exprimatur. Ergo illius expreſſio collationem vitiare nequit. Tum etiam, quia textus *in cap. In electionibus*, non loquitur in collationibus: & cùm ſit diſpoſitio irritatoria, & odioſa, extendi non debet ad non expreſſa, ſed arctari: allegat Covarruviam *lib. 3. variar. cap. 16. num. 2.* Vazquez *opuſc. de Beneficiis, cap. 4. §. 4. dub. 1. n. 241. pag. mihi* 463. & Azorium *Inſtitution. Moralium part. 2. lib. 8. cap. 26. quæſt. 3. colum. mihi* 770. qui in ſequentibus etiam conditionibus exemplum apponit. Idem juris eſt (ait) ſi Ordinarius exigat à Beneficiario, ut juret Beneficium petere, & accipere ſine voluntate illud dimittendi, aut ſe illud accipere animo, & voluntate in Eccleſia commorandi, & ſerviendi, aut ipſi Epiſcopo parendi: nam eæ conditiones jure communi Beneficiis inhærent, *cap. Significaſti, de Electione, & cap. Significatum, de præbendis*, & Gloſſa *ibidem.* Eadem ratio eſt (addit) de cæteris conditionibus, quæ Beneficiis inſunt ſtatuto, fundatione, inſtitutione, conſuetudine, ut ſi Ordinarius alicui conferat Beneficium animarum curæ conjunctum, ea conditione, ut aliud ſimile deponat, vel ut doceat, aut conciones ſacras ad populum habeat, vel pœnitentium confeſſiones excipiat, ſi hæc, vel alia ſimilia ipſum Beneficium poſtulet. Hactenus Azorius.

433. Extendit Palaus doctrinam, non ſolùm ad conditiones, quæ de facto Beneficio inſint, ſed etiam ad quamlibet conditionem de præſenti, aut de præterito: quia hæc conditio non facit collationem conditionalem, neque illam ſuſpendit, argumento *l. 3. ff. de legatis 1. l. Cùm ad præſens, ff. ſi certum petatur, l. Aliquando, ff. de Conditionibus, & demonſtrationibus.* Allegat Garciam *de Benefic. part. 8. cap. 2. num. 9.* Secus verò (addit) loquitur Covarr. *ſuprà*, cum Gloſſa *in d. cap. 2. de Electione, in 6.* (*in electionibus*,) Archidiacono, Dominico *ibi, n. 10. & 11.* Franco *num. 5.* & aliis, in electione, quia in hac quælibet conditionis appoſitio, etiamſi jure beneficio inſit, reprobari videtur, & de conditionibus de præſenti, & de præterito, quæ beneficio non inſunt, docet Garcia *ſuprà, num. 9.*

Cæterùm dicendum exiſtimo (proſequitur Palaus *num. 5.*) non ſolùm 434.
collationem, ſed nec electionem vitiari ex expreſſione illorum, quæ beneficio inſunt, etiamſi in modum conditionis exprimantur, ſi exprimantur eodem modo, quo inſunt; neque in hac parte conſtituenda eſt differentia inter electionem, & collationem: Sic Corraſius 4. *parte de beneficiis, cap. 24.* Lambertinus *de jurepatr. 2. part. lib. 2. quæſt. 3. art. 9. n. 2.* Garcia *part. 8. de benefic. cap. 2. n. 5.* Ratio, meo judicio, eſt evidens. Quia eligens ad beneficium, tacitè eligendum onerat omnibus conditionibus, quæ jure ipſi beneficio inſunt; quia has à beneficio ſeparare non poteſt. Ergo quamvis illas conditiones exprimat, non poteſt indè electio detrimentum pati. Neque ex appoſitione harum conditionum redditur electio conditionalis, ut de ſe conſtat; neque etiam obſcura, & incerta, cum ſupponamus fieri de perſona certa, & determinata, & de beneficio vacante. Ex nullo ergo capite vitiari poterit.

Ex dictis infert dictus Caſtrus Pa- 435.
laus *num. 6.* electionem, ſeu collationem factam de beneficio ſub ea conditione, ut dimittas habitum, non vitiari, ſi à te petatur eo modo, quo jure ipſo ineſt, poſt pacificam poſſeſſionem ſecundi obtenti, cum primo incompatibilis. Secus verò ſi à te peteretur dimiſſio habiti ante obtentam poſſeſſionem, aut juramentum de illo dimittendo, aut promiſſio non dimittendi cum penſione illud quod obtines; quia hæc non jure ipſo inſunt. Idem eſt ſi à te peteretur in Beneficii electione, aut collatione obligatio aliqua ſpecialis, nempe juramentum, vel fidejuſſio ſolvendi penſionem, quam ſolvere debes, vel reſidendi, vel promovendi ad Ordines. Nam licèt ſolvere penſionem, reſidere, &

ad Ordines promoveri debeas; non tamen debes ſpecialem obligationem horum ſubire ob beneficii collationem, quia beneficio annexa non eſt.

436. Conditiones de præſenti, & de præterito, à beneficio alienæ majorem ingerunt difficultatem, an ſcilicet hæ appoſitæ electionem vitient, & collationem: v. gr. ſi eligas Petrum dicendo, Si nobilis eſt, dives, aut Principis conſanguineus, &c. In qua difficultate Caſtrus Palaus *loco citato, num.* 7. cenſet ſimilem modum electionis, & collationis illicitum eſſe, & nullum, quia hæ conditiones, cum ſint beneficio, & electioni extrinſecæ, non præſupponuntur cognitæ à conferente; & conſequenter conferens videtur intendere, ut electio, & collatio effectum habeat, ſi Petrus nobilis, dives, conſanguineuſque Principis probatus fuerit, & non aliter: ac proinde etſi videantur conditiones de præſenti, ob probationem, & verificationem illarum, ſunt de futuro. Secus verò eſt de conditionibus, quæ beneficio inſunt, nempe ſi vacat, ſi providendus vivit, ſi obligatur onera beneficii ſubire; quia hæc ſupponuntur à conferente cognita, & ipſius beneficii electioni, ſeu collationi annectuntur.

Et concludit præfatus Author *ſub*
437. *d. num.* 7. dicendo, conditionem, quæ vitiat electionem, etiam collationem vitiare; & è contra, conditionem, quæ collationem non vitiat, nec electionem vitiare. Nam licèt *in c. In electionibus, el* 2. *de Elect. lib.* 6. facta non fuerit expreſſa mentio de collatione, ſed de electione ſolùm, poſtulatione, & ſcrutiniis, ex quibus jus eligendi oritur: id factum eſt, quia de electione, & poſtulatione magis poterat dubitari, quàm de collatione, & inſtitutione, ex quibus fortius jus naſcitur, quàm ex electione, & poſtulatione: quæ fuit ratio ob quam conditionata electio, & poſtulatio reprobatur.

438. Quæ autem Pax Iordanus circa præſentem materiam docuit *d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *à num.* 233. *pag.* 337. libet recenſere, qua traditam à Viro doctiſſimo, & graviſſimo, Epiſcopo nempe, & in Eccleſiaſtica diſciplina, & Iure Canonico peritiſſimo, & Illuſtriſſimi Alphonſi Manzanedi, olim S. Rotæ Auditoris, poſtea Patriarchæ Hieroſolymitani, per triennium diſcipulo, uti ex ipſo retuli *ſuperiùs n.* 416. & in Curia Romana verſatiſſimo, illuſtrat. Sic igitur Doctor iſte ſcripſit, videlicet:

Diximus in principio hujus tituli, collationem fieri non poſſe ſub conditione, pacto, modo, &c. Nunc reaſſumendo adjungimus, faciendam eſſe purè, ut nec conditionalis, nec alternativa collatio valida ſit, *cap.* 2. *de Elect. in* 6. quod etſi literaliter loquatur de ſola electione, procedit nihilominus etiam in collatione, prout notat ibi Gloſſa *verbo Incerta*, Dominicus *num.* 9. Francus *num.* 4. & alii *ibidem*, Lapus *allegat.* 6. *num.* 9. Selva *de beneficiis*, 3. *part. quæſt.* 20. *num.* 3. & 5. Rebuffus *in Concordatis*, *In forma mandati*, *verbo Innodatus*, *verſic. Notandum*, & *in repetitione cap.* 2. *de præbend.* 3. *notabili.* Coraſius *de beneficiis*, 4. *part. cap.* 1. *num.* 4. & 5. Garcia *de benefic. part.* 8. *cap.* 2. *num.* 1. & 2. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæſt.* 2. 3. & 4. & omnes.

Limita primò, quando appoſita 439.
contineret id, quod ipſo jure ineſt beneficio, aut ex ſtatuto, fundatione, inſtitutione, conſuetudine, &c. deberetur, nam expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur, nec vitiat collationem, vel inducit ſimoniam, prout de ſimonia diximus *ſuprà*, & probatur de utroque *in cap. Significaſti, de Electione*, ubi Gloſſa *verbo Conditione*, Abbas *n.* 6. Decius *n.* 37. Felin. *in cap. Ad audientiam* 2. *num.* 8. ubi aliæ Gloſſæ concordantes, Bellam. *de permutat. beneficior.* 2. *part. q.* 3. Selva *de Benefic.* 2. *p. quæſt.* 20. *num.* 2. & 3. Navarr. *conſ.* 3. *de Simonia, n.* 4. *conſ.* 37. *ad* 1. *quæſt. eod. tit. conſ.* 18. *num.* 5. *de Pœnit.* Pariſius *de reſignat. lib.* 14. *quæſt.* 6. *num.* 1. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *q.* 3. & 4. & *lib.* 7. *cap.* 27. *quæſt.* 6. & alii plurimi. Et ideò collatio facta ſub conditione, *ſi beneficium vacat*, ſi beneficiarius ſit capax, dignus, &c. valida cenſetur; quia conditio de præterito, vel de præſenti jam certa eſt de jure, nec ſuſpendit actum, aut facit illum conditionalem: & idem de cæteris conditionibus, quæ beneficiis inſunt, ſtatuto, fundatione, &c. ut ſuprà dicitur, & concludunt Doctores ſuprà citati. Sic etiam pactum reſignantis

ſignantis cum reſignatario, quod poſſit reſignans exigere fructus beneficii decurſos ante reſignationem, & non exactos, non eſt ſimoniacum, aut confidentiale: quia continet, quod jus commune, ut plenè probatur *in d. deciſione Cuſentina prætenſæ confidentiæ, coram Orano*, de qua *ſuprà*, quæ eſt *deciſio* 102. *inter Criminales Farinacii, n.*12. Pariſius *de Confidentia, quæſt.*45. Garcia *d. part.*8. *cap.*2. *num.* 15. Idem ſi caveatur, fructus ſpectare ad reſignantem uſque ad diem præſtiti conſenſus. Pariſius *de reſignatione, lib.* 1. *quæſt.* 12. Garcia *eodem num.* 15. *& d. part.*8. *cap.*1. *num.*125. quia ſic procedit de jure communi.

* 440. Sublimita prædictam limitationem, ut procedat ſolùm juxta terminos propoſitos, quando nempe conditio ſimpliciter continet ea, quæ inſunt de jure, & eo modo, quo inſunt: ſecus ſi illa diverſo modo exprimeret ab eo, quo de jure inſunt, aut aliquid adderetur, quod de jure non ineſſet; ſicut enim diximus ſuprà, antidoralem obligationem non poſſe deduci in pactum, quod novam obligationem, ſeu robur adjungat: ita in terminis noſtris, quod ineſt de jure, non poteſt deduci in pactum, aut conditionem ita quod ſpecialem obligationem inducat, quæ fortior ſit, & aliquos poſſit parere juris effectus. Et cum hac ſublimitatione, & diſtinctione concordant Doctores in hac materia, pro majori parte. Verbi gr. Si inter reſignantem, & reſignatarium fiat conventio de partitione fructuum à tali tempore, vel ſi collator in collatione apponat conditionem, quod proviſus in diviſione fructuum, cum hæredibus beneficiarii mortui à tali tempore, &c. quamvis in utroque exemplo ſtatuatur, quod æquius, & verius exiſtit; nihilominus, quia non ita inerat, & quia novum additur robur ex conditione, vel pacto, quo alter prohibetur movere litem, ſeu aliud prætendere, propterea cenſetur illicitum, & damnatum. Garcia *d. parte* 8. *cap.* 2. *num.* 18. Feder. *de permutat. beneficior. quæſt.*39. Gambarus *in cap. unico, de rerum permutat. in* 6. *ad finem, num.* 150. *& ſeq.* Petrus de Peruſio *de permutat. benefic. part.*3. *quæſt.ult. num.*68.

441. Et in his terminis etiam videtur procedere deciſio in Callagurritana beneficii de Navarrete, 30. Junii 1587. coram Blanchetto, quæ ſic ait:

Receptionem, & collationem factam D. Licentiato Sancho Gonzalez fuiſſe legitimas. Clarum eſt enim, quod in electione vota conditionalia non admittuntur, cap... de elect. in 6. *ex quo jus eligendi manſit penes eos, qui purè votarunt, cap. Cùm Vintonienſis, & cap. Dudum, de elect.* ubi Innocentius & Abbas, *Petrus de Baiſio, in Directorio Electionum, part.* 1. *cap.* 11. *Quare cùm ipſe habeat quatuor vota purè, & abſque aliqua conditione, in conſequentiam ejus electio ſuſtinetur.*

Nec obſtare, quod de jure quilibet teneatur reſidere in ſuo beneficio, quia de jure non ineſt, ut collatio fiat ſub hac conditione: ſed ſi non reſideat, procedatur contra ipſum, vel ad ſubtractionem fructuum, vel ad privationem beneficii, prout longitudo abſentiæ ſuadet. Præterea, & conſuetudinem reſidendi, & etiam jurandi, non probari, cùm ex probatione Domini Sanctii reddatur debilior probatio Capituli, &c. Ita Deciſio: ex quibus finalibus verbis, *quod conſuetudo reſidendi non erat certa, & plana*, colligitur quod diximus *ſuprà*, prout advertit Garcia *d. cap.*2. *n.*21. quia ſi fuiſſent certa, non vitiaſſent vota eligentium.

Similiter Abbas *in cap. Significaſti,* 442. *num.*6. *de Electione*, & Collectarius ibi inferunt, tenere collationem factam ab Ordinario ſub conditione, *ſi primam Parochialem dimiſerit*, ſeu *reſignaverit*; nam ad hujuſmodi reſignationem de jure tenetur, quia duæ Parochiales ſunt incompatibiles, *cap. De multa, de Præbend.* Pavinus *de Poteſtate Capituli Sede vacante*, 1. *quæſt.* 2. *part. n.* 8. Maſcardus *de Probationib. concl.* 313. *num.* 3. Unde *in una Taurinenſi Commendæ*, 10. *Februarii* 1592. Domini dixerunt, *Non obſtare, quod proviſio*, de qua ibi, *ſit conditionalis, & ſimoniaca: quia conditio de dimittenda priori commenda, ſi de novo provideatur, illi ineſt de jure, ex forma ſtabilimentorum: & ideo non vitiat gratiam, d. cap. Significaſti, de Electione, Caputaquenſ. deciſ.*243. *part.*3. *&c.* Unde ſecus eſſet, ſi conditio tacitè non ineſſet: quando v.g. primum beneficium non eſſet vacatu-

rum per ſecundum, ut cum Selva, & Coſma advertit Garcia *d.cap.2.n.4.*

443. Sed hujuſmodi illatio Abbatis, accipienda eſt tali modo, quod ipſa collatio ſecundæ Parochialis non fiat ſub conditione ſuſpenſiva dimittendi primam, ſed tantùm cum modo, & pacto, quod dimittat, ſeu reſignet primam, prout docet Ugolinus *de Simonia, cap.11. num.4.* dicens, quod habenti beneficium curatum, ſi aliud conferatur hac pactione, ut relinquat prius, licita erit pactio, non ſimoniaca. Coſmas Philiarcus *de Officio Sacerdot. 2. part. lib. 6. cap.* 10. ait, quod ſi Epiſcopus conferre debens beneficium ad reſidentiam obligans, conveniat cum petente illud, quod reſideat, vel aliud beneficium incompatibile, quod habet, reſignet, & id facere promittat, nulla eſt ſimonia, quia fit expreſſio eorum, quæ de jure inſunt, & facere tenetur. Sequitur Garcia *ſuprà, num.28.* Quod ſi id fieret ſub conditione ſuſpenſiva, non valeret collatio; quia de jure non ineſt, quod ante aſſecutionem ſecundi dimittat primum incompatibile. Garcia *ſuprà, num.27.* Sicut nec etiam valeret collatio Parochialis facta ſub conditione, *Si intra annum ad Sacerdotium te feceris promoveri:* quoniam etſi de jure inſit, quod promoveatur, ut *in cap. licèt canon, de elect. in 6.* id tamen non ineſt ſuſpenſivè, nec impeditur beneficii acquiſitio ante ordinationem, prout fit conditione interveniente. Quod ſi diceretur, *Dummodo infrà annum te facias promoveri:* vel cùm conditione, *quod te facias promovere, &c.* quia tunc non cenſeretur expreſſum conditionaliter, & ſuſpenſivè, ſed modaliter & eo modo, quo ineſt de jure, benè ſuſtineretur, juxta prædicta. Garcia *ſuprà, num.12.*

SECTIO II.

444. Hinc eſt quod quando conditio reſpicit præterita, vel præſentia, licita eſt, ut *Confero, ſi poſſum, ſi Titius vivit, aut ſi legitimè natus eſt*, & ſimilia, quæ non ſuſpendunt actum; ſed ſtatim certum eſt in jure, ipſum valere, vel non valere, *l. 3. ff. de legatis 1. l. Aliquando, ff. de Conditionib. & demonſtrationibus.* Garcia *num.* 5. cum Coraſio *ibi cit.* Cuchus *Inſtit. major. lib. 4. tit. 1. à num.16.* Lambertinus 2. *part. 2. lib. q. 3. art. 9. num. 2.* Rodriq. *Regular. qq. tom. 2. quæſt. 51. art. 3.* & concordantes. Et quamvis in electione contrarium teneat Gloſſa *verbo Incerta, in d. cap. de elect. in 6.* Archidiaconus & Dominicus *ibi, num.10. & 11.* Francus *num.5.* & alii, Decius *in Regula Actus legitimi, num.14. ff. de Regulis juris*, Covarruvias *variar. lib. 3. cap. 16. num. 2.* & concordantes, nempe quòd in ipſa nihil apponi queat, quod ſonet in conditionem, etiam de præſenti, vel de præterito. Attamen illorum diſtinctio non videtur amplectenda, ſed pari paſſu procedendum, tam in electione, quàm in collatione. Ita ut conditio de futuro, v.g. *Eligo Titium, ſi major pars Capituli conſenſerit, vel ſi intra annum ſe promoveri fecerit*, & ſimiles, irritent electionem, & collationem, eo quòd iſtæ conditiones videntur exprimi ſuſpenſivè, & alio modo, quàm inſunt.

Conditiones itidem de præterito, 445.
vel de præſenti, quando exprimuntur alio modo, quàm inſunt, pariter vitiant utramque. Et ideo, quod inquit Azorius *d. lib. 6. part. 2. cap. 26. quæſt.* 3. Cuchus *loco citato*, & alii nonnulli, quod conditiones illæ, *Si juramentum ſolitum præſtiteris, ſi beneficium non renunciare promiſeris*, & hujuſmodi, non vitient electionem, aut collationem, non erit verum ſimpliciter; quia exprimuntur per modum conditionis, & ſuſpenſivè, & ſic alio modo, quàm inſunt. Garcia *ſuprà, num.10. & num.29.* Ex quo apparet, verè conſuluiſſe Rip. *reſponſ. lib. 2. cap. 31.* electionem factam ſub illa conditione, *Si placuerit Summo Pontifici*, nullam exiſtere; quia quamvis de jure inſit omnibus electionibus hujuſmodi conditio; ineſt tamen contra mentem eligentium, & reſolutivè, hoc eſt, quod electio remanet pura, ſimplex, & ab ipſa electionis die ſubſiſtens, niſi Pontifex illam reſolvere, & caſſare voluerit. At quando exprimitur ab Electoribus, dicitur ineſſe conditionaliter, & ſuſpenſivè, ita ut ante Pontificis conſenſum non habeat vires, ſed habeat in ſuſpenſo; quia ut diximus ſuprà, *conditio eſt quidam futurus eventus, in quem ſuſpenditur actus.* Et ob id ante Papæ conſenſum non poteſt dici

electus,

electus, ut de ſe patet: Electio autem conditionalis invalida eſt, *cap. 2. de elect. in 6.* cum aliis ſupra exaratis. Et quamvis Cuchus *ſuprà, num. 221.* ſentiat contrarium, & dicat Ripa diſtinctionem non capere, prout etiam dicit Rodriquez *loco citato.* Id tamen poteris cum eodem Ripa ſentire juxta prædicta cum Garcia *citato n. 11.*

446. Affert autem Garcia *eodem loco, n. 39. & ſeq.* diſtinctionem pro cognoſcendo, quando juramentum de reſidendo, beneficium non reſignando, & ſimilia, poſſint legitimè requiri. Nempe quod quando electio, ſive collatio ſit cum hujuſmodi conditionibus, nullæ ſint, ob rationes prædictas; hoc eſt, quando juramentum, vel conditio intervenit in ipſo actu collationis, aut poſt ipſam. Quod ſi ante electionem, vel collationem fiat, verbi gr. dicendo, Volo te eligere, ſed jura prius, quod beneficium non reſignabis, quod reſidebis in eo, quod ſtatuta, & conſuetudines Eccleſiæ ſervabis, &c. & in his terminis procedunt Doctores affirmativè loquentes. Nam & Romæ in beneficiis reſidentiam requirentibus, tempore examinis juramentum requiritur, quod non accipiat beneficium cum intentione dimittendi. Garcia *num. 35.*

447. Non conceditur tamen Epiſcopo volenti conferre Parochialem ex concurſu, aut eligere, & nominare magis idoneum ad illam, quæ vacavit in menſe Apoſtolico, inducere eligendum, vel providendum ad dimittendum primam Parochialem ante aſſequutionem ſecundæ, ne prior remaneat affecta Papæ, aut ne reſignetur ad favorem, &c. Quia ſi providendus fuerit ordinatus ad titulum primæ, dimittendo illam ante aſſequutionem ſecundæ, remaneret interim abſque titulo, contra Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* & conſtitutionem Pii Quinti 38. *Inter ſuas.* Vel ſi reſignatio fieret cum conditione, quod Epiſcopus conferat ei ſecundam, ſive ad illam nominet, eſſet ſimonia. Et ſimiliter ſalvo jure, quod niſi aſſequatur ſecundam, revertatur ad primam, eſſet ſimoniacum, quia reſignatio debet eſſe libera, abſque ullo pacto, modo, conditione, &c. alioquin laborat vitio ſimoniæ, ut jàm diximus, & notat cum aliis Garcia *d. part. 8. cap. 2. num. 48. & part. 11. cap. 3. àn. 145.*

Ex his videtur, non ſubſiſtere 448.
quod aliàs obſervatum vidi de facto; nempe, quod Epiſcopus dicat alicui: *Volo te creare Canonicum, ſi beneficium ſimplex, quod poſſides, priùs dimiſeris:* cenſetur enim conditio, & pactum ſimoniacum, quia non eſt de jure, ſuppoſito quod utrumque beneficium ſit compatibile.

Limita 2. in Papa: is enim, pro- 449.
pter ſupremam, plenamque, quam habet in beneficiis poteſtatem, *cap. 2 de Præbend. in 6. Clement. 1. Ut lite pendente,* & *alibi*, collationem facere poteſt ſub conditione, etiam de futuro, & quæ non inſit, alternativè, copulativè, & ad tempus, *cap. Paſtoralis, 7. quæſt. 1. cap. Veniens, de Filiis Presbyteror.* Francus *cap. 2. de Elect. in 6. num. 4.* Felin. *in cap. 2. de Appellat.* Selva *de benefic. part. 2. quæſt. 2. num. 2. & 5.* Rebuffus *in Praxi, tit. Requiſita ad collationem, num. 14.* Navarrus *in cap. Si quando, de reſcriptis, præludio 2.* Garcia *d. part. 8. cap. 2. ult. num.* Azorius *lib. 6. part. 2. cap. 25. quæſt. 1. & cap. 26. quæſt. 1.* & concordantes.

Limita 3. in Penſione; illa nam- 450.
que per Epiſcopum, vel Legatum reſervari poteſt ſub conditione, ut cum primum beneficium habuerit, cenſeatur caſſa, & ſic duret tantum donec beneficium obtinuerit: quia hujuſmodi aſſignatio non eſt propriè conditionalis, ſed ad tempus. Gambarus *de Offic. Legati, lib. 6. ex num. 175.* Garcia *de Benefic. d. part. 8. cap. 2. n. 25.*

Limita 4. in præſentatione; quia 451.
præſentatio fieri poteſt alternativè, conditionaliter, incertè, obſcurè, &c. dummodò tamen infrà tempus datum ad præſentandum, conditio purificetur, incertitudo, &c. verificetur, & declaretur per habentem inſtituere, *argument. Clementinæ Plures, §. finali, de Iurepatr.* Dominicus *in d. cap. 2. de Elect. in 6. num. 4.* Lambertinus *de Iurepatron. 2. part. 2. lib. quæſt. 3. art. 5. num. 5. & art. 9.* contra Rochum *verbo Honorificum, quæſt. 8, num. 29.* Garciam *d. cap. 2. num. 3.* Hactenus Pax Jordanus, quem, & alios Doctores allegavi *in Commentariis ad Conſtitut. 6. à n. 583.* circa punctum conditionum, & pactionum appoſitarum in electionibus,

de

de his, quæ in jure inſunt, aut non, ad effectum cognoſcendi, quando electiones vitio laborent ſimoniæ, vel ab eo immunes ſint, & liberæ. Et dicta ſufficiant pro ſecunda conditione, ex ſervandis in proviſione cujuſlibet beneficii.

452. Tertia conditio, quæ ſervari debet in qualibet beneficii proviſione, eſt, quod illa *liberè* fiat, hoc eſt, abſque ulla vi, coactione, aut metu, ita ut quolibet iſtorum in proviſione interveniente, illa irrita, & nulla reddatur, & evadat. Ita Caſtrus Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 3. punct. 1. num. 8.* & Pax Jordanus *tom. 2. de Re Beneficiaria, lib. 10. tit. 11. num. 254.* qui unus poſt alium, concluſionem ſic ſtatuit, & firmat. Palaus enim ita dicens: Tertia eſſe debet quæcumque beneficii proviſio *libera*, id eſt, abſque coactione, aliàs nulla erit, *cap. 2. de his, quæ vi, metuſve, &c.* Et ratio eſt manifeſta: nam beneficii proviſio eſt quædam liberalis donatio, quæ cum coactione ſtare non poteſt ullo modo. Azor. *2. part. Inſtitut. Moral. lib. 6. cap. 26. quæſt. 2.* Ad hanc conditionem reduci debet, ne proviſio ſubreptitia ſit, quia ſubreptio tollit liberum conſenſum, ac proinde gratiam vitiat, *cap. Conſtitutus, cap. Ad aures, de reſcriptis, cap. Si motu proprio, de Præbend. in 6.* Sed quæ ſubreptio debeat eſſe, & an non ſolùm reſpectu Pontificis, ſed etiam Ordinarii, & Legati locum habeat, explicuimus *diſp. præcedenti, puncto penult.* De quo vide infrà *num. 474.*

453. Pax verò Jordanus in ſequentia prorupit. Ad hæc collatio *liberè* fieri debet, hoc eſt, non per vim, aut metum, *cap. 2. de His, quæ vi, metuſv. & cap. Ad aures, & cap. penult. eod. tit.* Cùm enim ipſa ſit donatio, ut ſuperiùs notavimus, certum eſt à libera, & ſpontanea conferentis voluntate procedere debere; quia donatio definitur, ut ſit *liberalis quædam, ac nullo jure cogente, in alium facta collatio, ad l. Donari, ff. de Donationibus.* Azorius *d. p. 2. lib. 6. c. 26. quæſt. 2. verſic. liberè*, cujus certè hæc ſunt verba: *Liberè*, hoc eſt, non per metum, non per vim, *cap. 2. de his quæ vi, metuſve cauſa fiunt, cap. Ad aures, & cap. penult. eod. tit.* Ratio hujus eſt, quia cum beneficium confertur, liberaliter datur: & donatio per metum, vel vim facta, liberaliter non fit.

Quarta conditio ſervanda in pro- 454.
viſione beneficii eſt, quod fiat *palam*, hoc eſt præſentibus ſaltem duobus teſtibus, qui de proviſione teſtari poſſint, ne proviſio fraudi, & litibus ſubjiciatur. At facta ſecretè, & clandeſtinè, eſto ſuſpicionem fraudis habeat, ac proindè omninò vitanda, valida eſt, & ſubſiſtit, ut manifeſtè colligitur *ex cap. 1. Ut Eccleſiaſtica beneficia ſine diminut. conferant.* & tradit Gloſſa *ibi, verbo occulta.* Azorius *d. cap. 26. quæſt. 4.* dicens: Quartò quæritur, an ſi beneficium conferatur noctu, vel clam, ſubſiſtat, & vires habeat, quod fit? Reſpondeo ſubſiſtere. Gloſſa *in cap. 1. Ut Eccleſiaſtica beneficia.* Joan. Selva *de Benefic. part. 3. quæſt. 17. num. 14.* ex Abbate, Archidiacono, Imola, Geminiano, Felino, & aliis. Verùm hujuſmodi conceſſio haberi ſolet pro ſuſpecta, *cap. 1. de Officio Judicis delegati.* Nam contra clam dantes, vel benefacientes, vel judicantes eſt juris ſuſpicio, *l. Ita fidei, ff. de jure fiſci,* & *l. Non exiſtimo, ff. de Adminiſtratione tutelæ.* Ac proinde mulieres ſpecie religionis in privatis receptaculis habitantes, & viri clam conciones habentes, & conventicula facientes, ferè ſuſpecti habentur. Donationes igitur clam factæ, valent, *l. 1. Cod. de Dilationibus, lib. 10.* At electiones clandeſtinè factæ, non ſubſiſtunt, *cap. Quia propter, de electione.* Uſu tamen Curiæ Romanæ receptum eſt, ne etiamſi beneficia Eccleſiaſtica interdiu, ſed ſine teſtibus conferantur, ſit ratum, & firmum, quod fit. Hæc Azorius.

Concluſionem noſtram tenet etiam 455.
Caſtrus Palaus *d. diſput. 3. punct. 1. num. 9.* cum Garcia *part. 8. de benefic. cap. 4. à num. 1.* Maſcardo *de Probationib. concl. 176. num. 7.* Excipit tamen electionem factam juxta formam *capitis Quia propter, el 42. de Elect.* quæ ſi clandeſtinè fiat, hoc eſt per ſecreta conventicula, omninò irritatur, ut notant ſupradicti Doctores *ex d. cap. Quia propter*, ibi: *Electiones clandeſtinas penitus reprobamus.* Verùm etſi (addit) ad valorem proviſionis requiſiti non ſint, at ad illius probationem teſtes requiruntur,

tur, vel saltem requiritur, ut conferens litteras provisionis suo sigillo munitas concedat. Hæ namque litteræ adversus conferentem sufficienter probant, non tamen adversus provisum Apostolicum. Nam tunc debent à Notario signatæ esse testibus præsentibus, ut latiùs disp. præcedente diximus. Scriptura autem requisita non est ad validam provisionem Ordinarii: at in provisione Pontificis requisita est, ut possessio accipiatur; aliàs nulla erit, litteris non expeditis, seu plumbatis, juxta textum *in Extravaganti injunctæ, de Electione*, & notavit in præsenti Azorius 2. *part. lib.6. cap.26. quæst.5.*

456. Pax Jordanus etiam firmat conclusionem, *tom.2. lib.10. tit.11. à n.299.* dicens: Insuper collatio fieri debet *palam*, hoc est præsentibus testibus fide dignis, ut declarat Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 26. quæst. 2. Palam*, per *caput Post cessionem, de Præbendis.* Idque, ne fraudes, & lites oriantur, ut idem Azorius ait ibidem. Archidiaconus *in cap. Si tibi absenti, de Præbendis, in 6.* & facit *cap. Quia propter, §. finali, de Electione*, ubi prohibetur, electionem fieri clandestinè: idemque dicendum de collatione. Sed quamvis collatio clandestinè facta, suspicione non careat, *cap. unico, §. Porrò, ut Ecclesiastica beneficia sine diminutione*, & ibi Abb. *n.7.* Glossa verbo *Occulta*, & alia Glossa *in cap. Consuluit, de Offic. delegati*, cum aliis. Nulla tamen minimè redditur, sed valet, ac tenet, nec propterea debet irritari, ut colligitur *ex d.cap. unico*, & Glossa *verbo Occulta*, Abb. *d. num. 7. & de Clandestinis desponsationibus, cap.1. num.2.* Romano, & Franco *in cap. Si tibi absenti, n.1. de Præbendis*, Selva *de beneficiis, 3. part. quæst. 17. num. 4.* Lambertin. *de jurepatr. 3. part. 2. lib. quæst. 11. art. 3.* Mascard. *de Probation. concl. 176. num.7.* Azor. *part. 2. lib. 6. cap. 26. quæst. 4.* ubi multa cumulat contra facientes actus clandestinos. Et finaliter concludit, usu Romanæ Curiæ receptum esse, non valere collationem beneficiorum, etiam interdiu factam, sine testibus. Garcia *de benefic. part. 8. cap. 4. num. 3. & 4.* & plures alii apud illos: quod tamen dictum inferiùs elucidabitur.

Subamplia, ut valeat etiam facta 457.
de nocte. Felin. *in d. cap. Consuluit, num. 20.* & ibi Decius *num. 32. de Offic. delegati.* Selva *suprà*, Garcia *eod. loco.* Crescent. *decis. 13. de Rescriptis, num. 2.* Azor. *d. quæst. 4.* cum ibi citatis, & faciunt dicta suprà proximè. Nec obstat textus *in d. cap. Quia propter, §. final. de Electione*; nam loquitur de electione, cujus speciale est, quod occultè facta sit nulla, dicta Glossa, Abbas, & alii supracitati. Cuchus *Institutionum major. lib. 4. tit. 1. n. 238. & seqq.* Garcia *suprà, num. 5. & 6.* Et quod non valeat electio facta de nocte, Felin. & Selva *locis citatis*, Nicol. Guimon. *in Enchir. benefic. tit. 2. c. 3. num. 6.* Ripa *respons. 13. lib. 2.* Garcia *num. 7.* Cuchus *ubi suprà, num. 22.* dicens, non decere, ut electio nocte fiat, nisi fortè necessitas aliqua ingruerit, quo casu, cum tribus saltem luminibus celebranda erit, ne clam facta dici possit. Sequitur Garcia *d. num. 7.* & Emmanuel Rodriq. *qq. Regular. 2. tom. quæst. 51. art. 16.* (De quibus ego ipse in Commentariis *ad Constitut. 6. num. 678. & 699.* aliis non paucis allegatis Doctoribus.)

Sublimitat Pax *num. 302.* quod di- 458.
citur de electione, ut non habeat locum in qualibet electione, sed in ea tantùm, in qua servanda est forma *d. cap. Quia propter, de electione*; alia enim etiam occultè celebrata, & clandestinè, valet, sicut collatio. Abbas *in d. cap. unico, num. 18. & in d. cap. Quia propter, §. finali.* Selva, Guimon. *locis citatis*, Garcia *ubi suprà, num. 8. & 9.* Navarr. *cons. 8. de Elect. num. 2.* Rodriquez *suprà*, qui ultimi tres dicunt, quod electio, quæ fit per schedulas secretas, juxta Trident. *sess. 25. de Regularib. cap. 6.* fieri non potest in tenebris sine lumine artificiali, seu candela; quia non potest aliàs commodè perfici. Tu subridendo, adjungere poteris, quod nec interdiu, per cæcos, & orbatos. Hæc ibi, & *num. 303.* sequenti subjungit:

Limita conclusionem nostram, ut 459.
quamvis clandestina collatio valida sit in se, requirat nihilominus ad sui probationem, ut fides quoquo modo fieri possit de illa, videlicet per testes, vel instrumenta. Abbas *d. cap. 1. de clandestinis desponsationibus, num. 2.* Rota *decis. 38. de Probationibus*, Mas-

cardus *concl.* 174. *num.* 1. & *concl.* 313. *num.* 21. & *concl.* 845. *num.* 8. 11. & 12. qui alios cumulat. Garcia *d. cap.* 4. *num.* 10. & 11.

460. Et quamvis collatio regulariter probari ſoleat per litteras patentes Ordinarii, ſeu Legati collatoris ſigillo, & ſubſcriptione munitas; attamen quando agitur ad effectum probandæ præventionis contra proviſos Apoſtolicos, tunc litteræ hujuſmodi minimè ſufficiunt, propter facilitatem confingendi antidatas, & decipiendi ipſos proviſos Apoſtolicos, prout dictum fuit *ſuprà*, *tit. de Præventione*, & plenè proſequuntur Gonzalez *ad regul.* 8. §. 3. *Proœm. num.* 147. Garcia *d. cap.* 4. *ex num.* 11. *ad finem*, & plurimi apud eos, quorum ſummaria capita collegimus *loco citato*. Et in hunc ſenſum interpretari debet dictum Azorii *d. quæſt.* 4. *ſuprà*, relatum, quod uſus Romanæ Curiæ non recipiat collationes ſine teſtibus, &c. nimirum, ut procedat quando agitur de præſumptione contra proviſum in Curia, ut advertit etiam Garcia *d. num.* 11. *in fine*; aliàs enim valent, & probantur per litteras patentes ipſorum collatorum, ut jam dictum eſt. Immò ſi litteræ patentes confectæ ſint per Notarium, & nominentur duo teſtes, vel ſi ſecretarius non ſit Notarius, & duo teſtes ſe ſubſcribant in ipſis litteris, probabitur collatio, etiam contra Apoſtolicum proviſum. Unde *in Verdun. Canonicatus*, 6. *Martii* 1595. *coram Pamphilio*, relata per Garciam *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 43. reſolutum fuit, quòd litteræ proviſionis Legati, non ſolùm ſigillatæ ſuo ſigillo, ſed etiam ſubſcriptæ à Legato, & ab ejus Vicelegato, qui erat Protonotarius Apoſtolicus, & à Secretario, qui erat Notarius Apoſtolicus, probent anterioritatem gratiæ contra proviſum Apoſtolicum: quia *deciſio* 1. & 10. *de Probat. in novis*, & alii negantes fidem litteris Ordinariorum, ſeu Legatorum, non habent locum in his terminis, quando litteræ ſubſcriptæ reperiuntur per ipſos collatores, ac per duos alios teſtes. Garcia *d. cap.* 4. *num.* 18. & *ſeqq.*

SECTIO III.

461. Ut igitur litteræ patentes plenè probent contra quoſcumque, Secretarius ſit Notarius, ſe ſubſcribat, & ſubſcribere faciat duos teſtes, vel ſaltem ponat nomina illorum. Quod ſi non ſit Notarius, omnino facia tillos ſubſcribere, quia ſola nominatio non ſufficeret, niſi teſtes eſſent ſuperſtites, & formiter examinati, ita deponerent. Quod ſi conficeretur inſtrumentum collationis per Notarium, tunc ſimiliter ſat eſt, quod teſtes nominentur, abſque eo quod ſe ſubſcribant; quia licèt Gonzalez *d.* §. 3. *num.* 27. requirat teſtium ſubſcriptionem, etiam in inſtrumento publico: illum tamen erraſſe dicit. Garcia *ſuprà*, *num.* 53. atteſtans ſatis eſſe, quod nominentur in eo per Notarium, ut de communi teſtatur Covarruvias *Practicar. cap.* 20. *num.* 4. & ita practicatur. Benè verum eſt, quod ſi pars adverſa neget ſubſcriptiones teſtium in litteris, opus erit illas formiter comprobare, & recognoſcere per alios teſtes, qui eos aliàs viderint ſcribere, & habeant notas illorum manus: ſicut etiam Notarii ſubſcriptio recognoſcenda erit, ſi controvertatur. Rota *deciſ.* 570. *part.* 1. *diverſor.* Garcia *d. cap.* 4. *num.* 21. Gonzalez *ad* 8. *regul. gloſſa* 64. *num.* 6. & per totum: ubi plurima de recognitione.

Quando autem non agitur de præ- 462.
ventione, litteræ Epiſcopi cum ſigillo probant concludenter. Millis *in verbo Litteris Epiſcopi*, Navarr. *conſ.* 1. *de Fide inſtrumentor.* Zerola *in Praxi*, 2. *part. verbo Bulla*, §. 7. Garcia *d. part.* 8. *cap.* 4. *num.* 24. & ſæpiùs reſolvit Rota, & fuit dictum *ſuprà*, *in tit. de Præventione*. Unde *in una Leodienſi Canonicatus*, 18. *Ianvarii* 1557. *coram Chiſavenſi*, fuit reſolutum, proviſionem Epiſcopi conferentis vigore indulti, quæ habet teſtes, ſigillum, & ſubſcriptionem Epiſcopi, licèt non Notarii, eſſe in forma probante, quia ceſſat præſumptio fraudis, de qua *in deciſ.* 1. 10. & 22. *de Probationibus in novis*, ex quo contulit vigore indulti, & proviſio eſt præferenda proviſioni Nuncii, vigore ſuarum facultatum, quocumque tempore conferat, quia Nuncius non poterat derogare indulto. Refert Garcia *ſuprà*, *num.* 26. & *in cauſa Theavenſi Beneficii S. Euſtachii*, 20. *Aprilis*, & 20. *Maii* 1587. *coram Gypſio*, reſolutum fuit, quod litteris Epiſcopi ſuper proviſione, ſolo

ſuo

ſuo ſigillo roboratis credatur, licèt careant teſtibus. Garcia *n.* 24. *&* 27. *cum ſeqq. ad cap. Poſt ceſſionem.* Idem *in cap.* 2. *de Fide inſtrumentorum*, Menochius *de Arbitrariis, caſu* 113. Cardinalis Tuſchus *concl.* 240. *lit. S, tom.* 7. Maſcard. *de Probat. concl.* 16. *num.* 16. Gonzalez *ad* 8. *regul. gloſſa* 61. *per totum*, Navarrus *conſ.* 1. *de Fide inſtrument.* & plurimi apud eos.

463. Quod autem ſufficiant duo teſtes omni exceptione majores, ut diximus *d. tit. de Prævention*e, comprobat ipſe Garcia *d. part.* 8. *cap.* 4. *num.* 28. eò quòd duo ſufficiant, ſecundùm jus commune, regulariter in inſtrumentis, & ſcripturis publicis. *Authentico de inſtrumentorum cautela, & fide, §. Sed ſi inſtrumenta*, & ibi Gloſſa *verbo Adjiciatur*, quam ſequuntur plures relati per Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri*, 1. *part. num.* 127. Gloſſa, & Doctores *in cap.* 1. *de Fide inſtrumentorum*, communiter recepta, teſte Covarr. *Practicar. cap.* 20. *num.* 4. Idemque procedere in Regnis Hiſpaniarum, concludit Garcia poſt multos Doctores Hiſpanos à ſe relatos, contra nonnullos alios, licèt in foro laico per leges illius Regni tres requirantur. Idem *num.* 28. *cum quinque ſeqq.*

464. Subamplia, ut credatur hujuſmodi litteris Epiſcopi, proprio ſigillo ſignatis, ſuper reſignatione facta in ſuis manibus, illius admiſſione, & collatione beneficii ſubſequuta; dummodo contenta in ipſis litteris coram eo, & per eum, uno, & eodem tempore facta, & completa ſint, aliàs non facerent fidem, niſi de ultimo actu, quia omnia, & ſingula ſpectant ad officium ejus, & inter ſubditos ſuos extra judicium expediuntur. Doctores ſuprà citati, Pariſius *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 11. *num.* 35. Garcia *ſuprà, num.* 35. Immò Maſcardus *concl.* 991. *num.* 10. ſuſtinet, quod abſque dicta reſtrictione temporis, litteræ hujuſmodi probent omnia, etiam diverſo tempore geſta, non autem ſolum ultimum actum. Sed doctrina Maſcardi recipitur à Garcia, quoad ſolemnitates requiſitas ad actum, enunciatas ſaltem in genere in ipſis litteris: quo verò ad ſubſtantiam probationis non admittitur, ut per ipſum, *num.* 37. *&* 38. *cum ſeqq.* ad quæ, inter alia producit ſequentem deciſionem *Dolan. coram Ioan. Maria.*

Cùm fuiſſet dubitatum, an litteræ 465. *Epiſcopi, ſolo ſigillo ſuo ſigillatæ, ſine Tabellione, quo conferebat beneficium vacans per reſignationem, hodie in manibus ejus factam, & per eum admiſſam; probarent reſignationem. Major pars Dominorum tenuit negativè, ut ſicut talibus litteris non creditur in præjudicium impetrantis Apoſtolici; & ſic tertii, propter fraudes præſumptas; ita nec iſto caſu, propter majorem fraudis præſumptionem: alias enim eſſet in facultate Ordinariorum privare beneficiatos ſuæ diœceſis, aſſerendo eos in manibus ſuis reſignaſſe.* Sic ibi; tamen *deciſ.* 11. *de Iurepatronatus; in novis*, ait: *Præſentationem Patronorum probari per ſolam narrationem Epiſcopi, factam in inſtitutione ad beneficium juriſpatronatus, quia factum præſumitur ſolemniter actum, niſi contrarium probetur, cap. In præſentia, de Renunciat.* Quam deciſionem ſequuntur Felinus *in d. cap. Poſt ceſſionem, num.* 13. *verſic. Quid autem, & in cap. Sicut, num.* 26. *de Re judicata*, Lambertinus 2. *part.* 2. *lib. quæſt.* 10. *art.* 4. *num.* 7. *& art.* 7. & 3. *part.* 2. *lib. quæſt.* 11. *artic.* 11. & alii apud Garciam *ſuprà, num.* 39. Sed in caſu iſto ceſſat præſumptio fraudis, quia probatio præſentationis prodeſt Patrono, & præſentatis, & nocet Epiſcopo; nam ſine illa poſſet conferre beneficium jure devoluto: In cauſa verò *Dolan.* agitur de præjudicio reſignantis, ut patet ad ſenſum.

Et *in una Portugalienſi Vicariæ*, 21. 466. *Maii* 1599. *coram Pennia*, ſic dicitur: *Dubitavi, an erectio Vicariæ facta per Ordinarium Portugalienſem anno* 1588. *eſſet valida? Et Rota, utraque parte informante, invalidam eſſe cenſuit, ex hoc potiſſimùm fundamento, in quo omnes Domini conſenſerunt; quia non conſtabat, quod hæc Parochialis eſſet unita Monaſterio aliunde, quàm ex aſſertione ipſius Epiſcopi, in erectione, & non creditur Ordinario; quoad narrativam, in his, quæ coram Ordinario unico contextu non ſunt facta.* Creſcent. *deciſ.* 13. *de Probationib. alias* 157. *& fuit deciſum coram Achille in una Barchinonenſi de Monte Melloriæ*, 12. *Octobris* 1554. Ex quo infert Garcia, non eſſe verum

consilium Ferreti 303. in quo dicit, standum esse, & fidem adhibendam litteris sigillatis Ordinarii collatoris, narrantis resignationem factam fuisse in manibus alterius, maximè subscriptis per Notarium, & testibus roboratis, *ex d. decis. penult. de Iurepatronatus, in novis, aliàs* 423. quæ tamen loquitur in diversis terminis. Immò *d. decisio Crescent.* 13. *de Probationibus*, vult litteras Episcopi solo sigillo signatas, sine Tabellione non probare resignationem, etiamsi esset eodem tempore facta.

467. Pro concordia verò prædictorum, multa cumulat Garcia, & finaliter residere videtur in eo, ut *ista decisio Crescent.* & aliæ, quæ concordant cum ea, procedant quando ille, de cujus præjudicio agitur, negaret rem ita se habere; verbi gr. beneficiarius, qui dicitur resignasse beneficium, Patronus, qui asseritur præsentasse, & similes, negant præsentationem, renunciationem, &c. tunc non sit standum litteris, quoad narrativam, sed aliunde probandum. Contraria verò procedant, quando ipsi non negarent. Idem *num.* 47. *&* 48. *cum seqq.* Vel distingue, ut superiùs tangitur, ut *decisio Crescent.* procedat in his, quæ non offendunt jus tertii, sed potiùs fovent, ut in præsentatione dicitur: contraria verò, quando enunciativa præjudicat, ut in resignatione, & similibus: & sic tenere poteris, donec melior tibi occurrat solutio.

468. Obiter verò advertendum, quod instrumentum præsentationis requirit testes. Lambertinus 2. *part.* 2. *lib. quæst.* 10. *artic.* 6. Rota *in Mediolanensi Iurispatronatus*, 20. *Maii* 1596. *coram Blanchetto*, quæ sic se habet. *Fuit resolutum scripturam præsentationis non esse in forma probanti, tum ex defectu testium, tum etiam quia non fuit expressus locus loci; utrumque enim concurrere oportet, ut instrumento fides adhibeatur, l. Rationes, C. de Probationibus, cap. Contractus, de Fide instrumentor.* Puteus *decis.* 386. *in fine, lib.* 1. Covarruvias *Practic. cap.* 20. *num.* 3. *&* 4. *& de præsentatione, quod requirantur testes.*, *tradit* Lambertinus 2. *part.* 2. *lib. quæst.* 10. *art.* 9. *num.* 2. *& 6. cum aliis allegatis. Non obstat, quod ipse actus sit judicialis, in quo non requiruntur testes; nam non concurrunt ea, quæ requiruntur ad judicii substantiam, videlicet, actor, reus, & persona Judicis. Præterea iste Præpositus nullam habebat penitus jurisdictionem.* Hucusque decisio, & Garcia *suprà, num.* 51.

Cæterùm ad essentiam collationis 469.
ordinariæ non requiritur scriptura, sed absque scriptis fieri potest: ad approbationem tamen scriptura desideratur. Unde beneficium conferre poterit, ac deinde litteras expediri mandare. Immò secundum jus commune antiquum, valebat collatio etiam Papæ, & Legati sine scriptura. Selva *de Benefic. part.* 3. *quæst.* 22. *ex cap. Institutionibus*, 25. *quæst.* 1. & ex Abbate, Archidiacono, Joanne Andrea, Felino, & aliis apud eum. Azor. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæst.* 5. At ex constitutione Bonifacii Octavi *in Extravag. Injunctæ, de Electione, inter communes*, qui obtinet beneficium à Papa, possessionem illius consequi minimè potest, nisi litteris expeditis: quod subsequentes Pontifices ad omnia beneficia extenderunt; alioquin collatio est irrita, & qui recipiunt, & qui dant possessionem, certas pœnas incurrunt, ut in ea, & notat Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 26. *quæst.* 5. & alii Doctores passim. Hactenus Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 11. *usque ad num.* 320.

Quinta conditio in beneficii pro- 470.
visione servanda, est quod fiat certa, non vaga, & dubia, qualis esset, si sub disjunctione providerem quendam, Petrum verbi gr. aut Joannem: quia ex tali provisione nullus provisus remaneret, eo quòd conferentis voluntas, ex qua determinatio pendet, indeterminata sit, *cap.* 2. *de Electione, in* 6. Ita docet Castrus Palaus *in Summa Morali, part.* 2. *tract.* 13. *disp.* 3. *punct.* 1. *num.* 10. qui addit: Ad idem reducitur si conjunctim duos in eodem beneficio provideres; quia interdictum est unicum jus duobus accommodare, *cap. Tuæ fraternitatis, de Præbendis.*

Utrumque docet Azorius *dicto* 471.
cap. 26. *quæst.* 6. dicens: Sextò quæritur, an si beneficium conferatur disjunctim, aut conjunctim duobus, id quod fit subsistat? Ut si Episcopus dicat, Beneficium confero Titio, vel Caio; vel Titio simul, & Caio? Respondet Glossa *in cap.* 2. *de Electione,*

ne, *in 6.* utrumque jure communi improbari : quoniam *eo capite* electio, vel poſtulatio ſic facta, ut dubia, & incerta reprobatur. Nam ſi primo modo conferatur, voluntas conferentis incerta, & dubia redditur; cum tamen beneficii donatio ex ipſa conferentis voluntate vim habeat : at ſecundo modo conferre, eſt jure Canonico interdictum : quia ſic duo in eadem Eccleſia inſcribi, ſivè ejuſdem beneficii titulum habere jure non poſſunt, *cap. Sicut*, 7. *quæſt.* 1. Hæc P. Azorius, qui tamen addit: Sciendum autem eſt, beneficium cum vacat, poſſe juſta ex cauſa dividi, utpote, ſi diviſi beneficii redditus ſufficiunt, *cap. vacante*, *cap. Significatum*, *& cap. Cum cauſa*, *de Præbendis.* Sunt enim tunc duo beneficia, in quibus duo beneficiarii conſtituuntur. Duo tamen Clerici ad unum, idemque beneficium eligi nequeunt: ita ſcilicet, ut unus dimidiam partem, alter alteram accipiat, vel unus unam quantamcunque alteram : vel ut unus habeat jus in beneficio, alter verò jus ad illud, non in illo, *cap. Tua*, *& cap. Dilectus*, *de Præbendis.* Hæc Azorius, quæ certè ad ſextam conditionem, mox ſubjiciendam, ſpectant.

472. Sexta conditio ſervanda in beneficii proviſione, aſſignatur à Caſtro Palao *d. puncto* 1. *num.* 11. ut fiat illa abſque ulla diminutione, ut expreſſe (ait) habetur *in cap. unico*, *ut Eccleſiaſtica benef. ſine diminut. conferantur.* Quapropter non licet tibi beneficia conferre reſervando fructus vel penſionem alteri, neque uni concedere unam partem beneficii, alteram alteri; neque uni beneficium, alteri jus ad illud : eſt enim hæc proviſio contra Juris ordinem, ut ſuprà *d. cap. unico*, *& ex cap. Tuæ fraternitatis*, 26. *de Præbendis*, colligitur. Azor. 2. *part. lib.* 6. *cap.* 26. *quæſt.* 2. *& quæſt.* 6. Addit Palaus, nemini à Pontifice datum eſſe jus ad beneficium vacaturum concedere, ne occaſio detur captandæ mortis, ut habetur expreſſe (inquit) *cap. Nullæ*, *cap. Relatum*, *cap. Ex tenore*, *de Conceſſione præbendæ*, *cap. Dilectus*, 1. *&* 2. *cap. Tuæ fraternitatis*, *de Præbend.* Azorius 2. *part. Inſtitut. Moral. lib.* 6. *cap.* 26. *quæſt.* 8.

473. Septima conditio eſt, ut non fiat beneficii proviſio pro tempore determinato, ſed neceſſariò in perpetuum concedi debet. Ratiò eſt, quia contra naturam beneficii eſt, *quæ eſt jus perpetuum ad fructus*, ut dictum eſt ſuprà, *quæſt.* 1. *per totam*, *& quæſt.* 2. *n.* 353. Et ita docet Palaus *loco citato*, *n.* 12. & Azorius *ubi proximè*, *quæſt.* 7. ſic enim ſe illic habet: Septimò quæritur, an aliquando beneficium poſſit ad tempus, & non in perpetuum conferri? Reſpondeo, nihil eſſe dubitandum, Romanum Pontificem id poſſe. Gloſſa *in cap.* 2. *de Electione*, communi conſenſu approbata : cæteris verò locorum Ordinariis id non licet facere. Advertunt tamen duo iſti Doctores, quædam eſſe beneficia dicta Manualia, quæ videntur ad tempus concedi, eo quòd auferri queant ad nutum conferentium : cæterùm hæc ipſa beneficia non conferuntur ad certum tempus, ſed ad incertum: conferuntur enim donec ab eis beneficiis is, qui confert, beneficiarios amoverit. Tempus autem incertum pro perpetuo quodammodo habetur; nam is, qui beneficium contulit, licèt nutu ſuo illud poſſit adimere, aliquando tamen beneficiarium, dum vivit, Eccleſiam, ſeu beneficium habere permittit.

Præter conditiones ſupra adnu- 474.
meratas, requiritur neceſſariò ad valorem collationis beneficii, quod illa ſubreptitia non ſit. Ita Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 11. *num.* 321. *ex cap. Cùm adeo*, *de Re judicata.* Ratio eſt, quia ſubreptio ipſo jure vitiat gratiam. Idem Pax *n.* 322. *ex cap. Ad aures*, *cap. Conſtitutus*, *de Reſcriptis*, *cap. Si motu proprio*, *de Præbend. in* 6. *Clement.* 1. *eod. tit.* Garcia *de Benefic. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Menochius *de Arbitrariis Iudicum*, *caſu* 201. *&* 202. Beltram. *ad Papam*, *deciſ.* 150. & Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. Iſta tamen doctrina procedit reſpectu Papæ, & Legati, non verò reſpectu Ordinarii, & illius proviſionum, quæ impugnari non poſſunt prætextu ſubreptionis, ut probat dictus Pax *ex Clement.* 2. & ibi Gloſſa *verbo Quibuſlibet*, *de Officio Ordinarii*, ubi Cardinalis *q.* 17. *n.* 17. Abbas *in cap. Cum noſtris*, *n.* 19. *de Conceſſ. præbend.* Felin. *in cap. Ad aures*, *num.* 15. *& in cap. In noſtra*, *corollar.* 19. *aliàs* 58. Sarnenſ. *in regul. de*

Annali, quæſt. 9. ad finem, & quæſt. 10. verſic. Et quod iſta regula. Menochius *dicto caſu 201. à num. 155.* Navarr. *conſ. 24. num. 1. de Temporibus Ordination. & conſ. 48. num. 3. de ſentent. excommunicat.* Pariſius *de Reſignation. lib. 8. quæſt. 9. num. 75.* Garcia *d. cap. 3. n. 3.* & Gonzalez *ad regul. 8. gloſſa 4. à num. 173.* quos recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *num. 324.*

475. In hoc differunt proviſiones Papæ, & Legati, à proviſionibus Ordinariorum, quia illæ præſumuntur factæ perſonis, & ad illarum inſtantiam, & favorem; ideoque in impetrationibus exprimenda ſunt omnia quæ de jure, aut de Curiæ ſtylo exprimi jubentur, quando illis expreſſis, Papa, vel Legatus non conceſſiſſet, vel difficiliùs conceſſiſſet, etiamſi hujuſmodi qualitates non eſſent à jure expreſſæ, ſecundum Rotam in deciſionibus cumulatis per Beltram. ex qua reticentia, ſeu non expreſſione, ſubreptio provenit; proviſiones verò Ordinariorum, ex motu proprio procedunt, & ad commodum Eccleſiarum, prout dixit Cardinalis ſuprà, quem ſequuntur Doctores citati, & pluries Rota, ut ex Gonzalez *num. 173. citato*, ait Pax. Unde ſubreptio cadere neutiquam poteſt in proviſionibus Ordinariorum, aut obreptio.

476. Quod ſi petas, quidnam ſit obreptio, & quid ſubreptio? Reſpondeo ſubreptionem ſecundum Innocentium *in cap. dilecta, num. 3. de Reſcriptis*, Abbatem *ibidem*, *num. 7.* Felinum *n. 2.* penes Pacem Jordanum *num. 332.* & alios Doctores multos, conſiſtere in eo, quod verum tacendo, vel falſum exprimendo narretur aliquid Principi neceſſariò exprimendum, quando tamen plenè intellexit tenorem precum: Obreptionem verò, quando per verborum involucrum, aut cautam loquutionem, ironicam, ſeu callidam, effugitur plena, & deliberata concedentis intelligentia, & conſcientia. Et ſecundùm alios, apud Menochium *d. caſu 201. num. 9.* ſubreptionem dici, quando veritas tacetur, vel per confuſam, & perplexam narrationem occultatur; obreptionem verò quando falſum narratur. Et denique ſecundùm Jordanum ipſum, poſt Sanchez *de Matrimonio, lib. 8. diſp. 21. num. 2.* & concordantes, ſubreptionem, & obreptionem eſſe ſynonyma, nihilque inter ſe differre quoad omnes effectus. Juxta quod ultimum ſentiendi modum, dicere poſſumus, ſubreptionem, & obreptionem ſemper intervenire, & toties, quoties veritas tacetur, falſum narratur, quando veritas per perplexam, callidam, cautam, & ironicam narrationem, & per verborum involucrum, plena concedentis intelligentia & rei notitia effugitur.

Pax Jordanus *à num. 333.* ſubam- 477.
pliat concluſionem de eo, quod ſubreptio non interveniat quoad Ordinarios, nedum circa beneficiorum proviſionem, ſed nec quoad alias quaſlibet gratias. Ex ſubampliatione plura infert. I. Quod quælibet licentia per ſubreptionem ab Ordinario extorta, valida ſit, quamvis peccet obtinens, ex Garcia *de Beneficiis part. 8. cap. 3. num. 7.* II. Eum, qui ſufficientem patrimonium habet pro Ordinibus, licèt ſubrepſerit Epiſcopo majus exprimendo, prout ipſe requirit Epiſcopus, validè ad Ordines promoveri, ac ſine cenſurarum incurſione. Et idem infert de licentia ab eodem obtenta, ut ab alio ſe promoveri faciat, ex dicto Garcia *num. 8.* contra Ledeſmam *in Summa, de Sacram. Ordin. cap. 7. ſub concluſ. 5.* An autem ſuſpenſionem incurrat, qui cum ficto patrimonio ſacros ſuſcipit Ordines, illam ſcilicet, quæ lata eſt contra eos, qui ſine licentia Epiſcopi, & ejus reverendis initiantur, controverſum eſt. Garcia *num. 9.* pluribus allegatis, partem negativam propugnat. Pro ea fuit Navarrus *conſ. 24. de Temporibus Ordinationum.* Mutata tamen ſententia, pro affirmativa fuit *in Summa, cap. 27. num. 158. verſ. 3.* ſicut etiam Suarez *tom. 5. in 3. part. de Cenſuris, diſp. 31. ſect. 1. num. 36. & 37.* & Proſperus de Auguſtino *in Addit. ad Quarantam in Summa Bullarii, verbo Ordo.* Ita eos refert Pax Jordanus *num. 337.*

Tertiò infert iſte Doctor, abſolu- 478.
tionem excommunicationis ab Ordinario, vel alio inferiore obtentam cum mendacio, & ſub falſa expreſſione cauſæ abſolutionis, verbi gr. ſatisfeciſſe parti læſæ, &c. validam eſſe. Rota *deciſ. 7. de ſentent. excom. in novis*, Franc.

Franc. *in cap. Venerabilibus*, §. *ſanè*, *n.* 2. *de ſent. excom. in* 6. per textum *ibi*, Navarr. *in Summa*, *d. cap.* 27. *num.* 38. Covarruv. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 11. *num.* 14. Ugolin. *de cenſur. tabula* 1. *cap.* 19. §. 4. *num.* 3. Garcia *d. cap.* 3. *num.* 10. Naldus *verbo Abſolutio*, *n.* 11. Philiarc. *de officio Sacerdotis*, *lib.* 3. *cap.* 34. & concordantes. Pro contraria opinione recenſet dictus Pax, Angelum Theologum *verbo Abſolutio* 3. §. 19. Sylveſtrum *verbo eodem*, *num.* 13. *quæſt.* 5. Armillam *num.* 65. Toletum *in Summa*, *lib.* 1. *c.* 14. *verſic.* 11. & alios multos, apud Garciam *num.* 11. Quorum opinionem veram eſſe dicit in abſolutione obtenta ex falſa cauſa excommunicationis: hoc eſt, quando excommunicatus ob unam cauſam, ea non expreſſa, ſed alia, obtinet abſolutionem. Tunc enim redditur invalida abſolutio, & manet ex vera cauſa excommunicatus, quoniam ab excommunicatione vera, nec benè, nec malè fuit abſolutus, ut *in cap. Ex parte*, *de Officio Ordinarii*, & ibi Gloſſa communiter recepta, Innocent. *in princ.* Abbas *num.* 1. *&* 3. & alii. Covarruv. *d. num.* 14. & Garcia *n.* 12. etiamſi Ugolinus *eod. num.* 3. ſentiat contra communem, & malè. Sicut etiam excommunicatus unica cenſura ob plures cauſas, invalidè abſolvitur, ſi in impetratione abſolutionis tacuerit aliquam ex cauſis, ſaltem æquè principalem. Gloſſa, Abbas *num.* 3. & alii *in citato cap. Ex parte*, Angelus *ſuprà*, *num.* 10. Covarr. *d.* §. 11. *n.* 13. *concl.* 1. *& num.* 14. *ad finem.* Garcia *ſuprà*, *num.* 13. Eodem modo ligatus pluribus cenſuris, ob varias culpas, abſolutus ab una, ob certam cauſam, non cenſetur abſolutus à cæteris, ſed abſolutione indiget, etiam pro illis, *d. cap. Cùm pro cauſa*, & *cap. Officii, de ſentent. excomm.* ubi Gloſſa, & Doctores, & *in d. cap. Ex parte*, Ancharan. *in Clement.* 2. *de ſentent. excomm.* Roman. *conſ.* 326. *num.* 7. Armilla *d. verbo Abſolutio*, *num.* 64. Garcia *ſuprà*, *num.* 13. & concordantes. Hæc omnia Pax, qui *num.* 341. ſubjungit: Abſolutio autem impetrata per reſcriptum à Papa, ſive Legato ex falſa cauſa, etiam ipſius abſolutionis, invalida exiſtit, uti ſubreptitia, ex dictis ſuprà, & notat Garcia *eodem loco*, *num.* 15. in quibus terminis intelligi poterit textus *in cap. Ex parte*, *& cap. Officii*, *citatis*, qui loquuntur in Papa.

Quartò infert, collationem factam 479.
ab Ordinario de beneficio ab alio colloratè poſſeſſo, aut quovis modo de facto occupato, de jure tamen vacante, validam eſſe, non obſtante alterius poſſeſſione, ex quo in eo non datur ſubreptio. Menochius *de Arbitrariis*, *d. caſu* 201. *num.* 152. poſt Cald. Hoſtienſem, & Joan. Andream *in cap. Cùm noſtris*, *de conceſſione præbendæ*, Pariſius *de Reſignat. lib.* 8. *quæſt.* 9. *n.* 69. Coſmas *in Pragmat. Sanctione*, *tit. de Pacifica poſſeſſ. ad finem*, *verbo Providentur*, Garcia *part.* 10. *cap.* 1. *n.* 46. *& ſeq.* & videtur tenere Gambarus *de Officio Legati*, *lib.* 3. *n.* 511. *juncto num.* 566. & Gregorius Lopez *in l.* 10. *tit.* 16. *partita* 1. *gloſſa final.* Et generaliter quod non obſtante poſſeſſione facti, ſive intruſione, beneficium conferri queat, dicunt Rota *deciſ.* 9. *de Iurepatronatus in antiquis*, Lapus *allegat.* 16. ubi Mandoſius *addit.* 1. & multi alii apud Garciam *ſuprà*, *num.* 42. Sublimitat Jordanus, quando poſſeſſio eſſet triennalis, & pacifica, cum titulo colorato, declaratione non præcedente; tunc enim opus eſt ante collationem præmittere decretum ſuper declaratione invaliditatis hujuſmodi poſſeſſionis; alioquin præſumitur proviſio ſubreptitia, & invalida, Franciſcus Marcus *deciſ.* 141. *part.* 2. *num.* 1. *&* 10. Garcia *ſuprà*, *num.* 47. & videtur etiam ſentire Lapus *d. allegat.* 16. ibi: *Quia litteræ fuerunt ſubreptitiæ.* In Papa verò, & Legato, quorum proviſio ſubjacet vitio ſubreptionis, ut *ſuprà* dictum eſt, facienda erit mentio de alterius colorata poſſeſſione: alioquin impetratio redditur nulla, propter ſubreptionem, *cap. Cùm noſtris*, ubi Doctores, *de conceſſ. præbend.* Menochius *d. caſu* 201. *num.* 139. Garcia *ſuprà*, *num.* 48. *& ſeqq.* ubi cum aliis ſex limitat modis, cum ſuis declarationibus. Et ſic terminat dictum titulum 11. *de proviſione beneficiorum*, Pax Jordanus.

PARAGRA

PARAGRAPHUS X.

De devolutione juris conferendi beneficia, ab uno ad alios Collatores.

SECTIO I.

480. JUs, & poteſtatem conferendi, & providendi beneficia Eccleſiaſtica devolutione acquiri, certi juris eſt. Devolutio enim eſt, *juris conferendi in alium tranſlatio, ob culpam, & negligentiam primi Collatoris in providendo.* Eſt enim omnibus Collatoribus tempus aſſignatum, & præfixus terminus, infrà quem de beneficiis vacantibus debeant providere, ne diu in ſuſpenſo maneant illa, & ſi ipſi collatores negligentes forent in tantæ obligationis executione, Summus Eccleſiæ Præſul ſtatuit, ut elapſo termino determinato, poteſtas providendi devolvatur ad Superiorem, qui negligentiam ſuppleat inferioris. Quæ diſpoſitio habetur in Jure ipſo Canonico, *cap. Nulla, el 2. de conceſſ. præbend. & cap. Licèt, de ſupplenda neglig. Prælatorum:* & docent Azorius *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 27.* ubi *in principio* plures cumulat Leges, quibus ſimiles devolutiones rerum caducarum firmat, pro exemplo caducitatis, quam patitur facultas providendi de beneficiis, ob dictam collatorum negligentiam: Caſtrus Palaus *poſt regulam Cancellariæ de Veriſimili notitia, tit. de Devolutione,* & Garcia *de benefic. part. 10. cap. 3. à num. 1.*

481. Devolutio iſta gradatim regulariter fieri debet, nempe à Collatore inferiori ad Epiſcopum, ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, ab Archiepiſcopo ad Primatem, ſi illi ſubjectus eſt, & tandem ad Summum Pontificem. Ita Palaus *num. 2.* cum Rebuffo, & Garcia *locis proximè citatis.* Azorius *d. cap. 27. quæſt. 4. & 12.* & apertè colligitur *ex d. cap. Nulla 2. de conceſſ. præbendæ,* & *ex cap. Licèt, de ſupplenda negligent. Prælatorum,* Baunyus *in Praxi beneficior. diſp. 2. quæſt. 8. verſ. Tertius, & ſeqq.*

482. Nonnulla hîc dubia dilucidanda occurrunt. Primum eſt, an per negligentiam Epiſcopi in providendis beneficiis, jus ejus ad Capitulum devolvatur? Videtur reſpondendum, quod ſic, ex *d. cap. Nulla*, expreſsè id decernente, ibi: *Si autem Epiſcopus, ubi ad eum ſpectat, conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur.* Ex *cap. Poſt electionem, el 7. eod. tit.* & *ex cap. Cùm in cunctis, §. Epiſcopus, finali, el 7. de Electione.* Illis tamen non obſtantibus, ſententia negativa tuetur à Caſtro Palao dicente *d. n. 2.* quod ab Epiſcopo ad Capitulum nunquam fit devolutio propria, quia Capitulum non eſt Epiſcopo ſuperius, & devolutio ſemper fit ad ſuperiorem, ut negligentiam inferioris ſuppleat: tametſi jure antiquo propter magnam communicationem Epiſcopi cum Capitulo, & è contra, fieret devolutio, *cap. 7. de conceſſ. præb. cap. Cùm in cunctis, §. fin. de Electione.* At jam conſuetudine introductum eſt, à Capitulo fieri devolutionem ad Epiſcopum, & non è contra. Item ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum, & ab Archiepiſcopo ad Pontificem. Quod ſi Epiſcopus & Capitulum inter ſe proviſionem beneficiorum, quæ ad ipſos inſimul pertinebant, per turnos diviſerunt, & Capitulum negligens fuerit in proviſione, vel ſciens providerit indignum, nequaquam devolutio fit ad Epiſcopum, ſed ad Epiſcopi, & Capituli ſuperiorem, quia in illa proviſione Epiſcopus non eſt Capitulo ſuperior, ſed æqualis; & devolutio nunquam fit ad æqualem, ſed ad ſuperiorem, ut benè notavit Garcia 10. *part. cap. 3. num. 35.*

483. Rurſus, devolutio ſemper fit cum qualitatibus beneficio annexis in prima proviſione, quia eſt prioris proviſionis omiſſæ ſubrogatio, & conſequenter illius conditionem ſubire debet, *argum. l. 1. ff. de ſolution. & l. Si eum, §. injuriarum, ff. Si quis in cautionib.* & tradit Gonzalez *gloſſa 46. num. 33.* Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 27. queſt. 8.* Garcia 10. *part. de benefic. c. 3. n. 42.* Barboſa 3. *part. de Poteſt. Epiſc. allegat. 58. num. 11.*

484. Deinde devolutio, ab uno removet poteſtatem, & alteri confert: removet, inquam, à negligente collatore, & ſuperiori confert. Quapropter facta devolutione ab ordinario collatore ad ſuperiorem, ordinarius collator nullam habet poteſtatem pro illa vice beneficium conferendi, quia ratione ſuæ negligentiæ ea privatus eſt: ſic Gloſſa *in cap. 2. de Conceſſ. præbend.*

bend. Azor. *part. 2. lib. 6. cap. 27. q. 16.* Neque obſtat regulariter, cuilibet datum à jure eſſe, moram purgare, *cap. Potuit, de locato, & l. Si quis poſt tres, ff. Si quis cautionibus*, & *l. Inſulam, ff. de verborum obligation.* Quia hoc intelligendum eſt caſu, quo per legem non impediatur. In præſenti autem impeditur moræ purgatio ab ipſa lege privante negligentem collatorem poteſtate conferendi. Ergo non poteſt moram purgare. Et ita tradit Gloſſa *fin.* plures textus allegans; *in Regul. Mora ſua, 25. de Regulis juris in 6.* & *cap. 3. de Supplenda neglig. Prælator.* Tiraquel. *in l. Si unquam, verbo Revertatur, num. 310.* Azor. *2. part. lib. 6. cap. 27. quæſt. 16.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. 3. part. alleg. 72. num. 169.*

485. Hactenus Caſtrus Palaus. Et in eadem ſententia fuit dictus Stephanus Baunyus *loco citato, ad finem d. q. 8.* dicens: In ſpecie verò Capituli, cum eligendi, confirmandi, providendi jus habet, devolutio fit ad Epiſcopum, propter negligentiam, vel defectum dicti Capituli, ut habetur *in cap. ... de conceſſ. præbend.* Et paucis interjectis, proſequitur in hunc modum. Quod ſi Epiſcopus ſimiliter in his conferendis officio deeſt, fit devolutio ad Metropolitanum, & ab hoc ad Papam, *cap. Cùm ſingula 2. de Præbend. in 6. §. Prohibemus.* Si autem ejus negligentia, aut defectus contingat in beneficiis, quæ ad eum jure proprio pertinent, jus collationis ad Capitulum devolvitur, ut eſt *in cap. Nulla 2. de conceſſ. præbend.* his verbis, *Cum Eccleſiaſticas præbendas, &c.* & recenſita illa Decretali integraliter, ait Baunyus: Quod tamen non eſt hoc tempore in uſu; cum Epiſcopus, tam in his, quæ ad eum jure devoluto pertinent, quàm quæ ſunt ejus propria, Canonicos ad conſilium non adhibeat, ſed ſe ſolùm; aut ſi aliquos è domeſticis ſuis, ac familiaribus, unum dumtaxat, aut duos. Hæc ille.

486. Secundum dubium eſt, an devolutio contingat, non ſolùm ob negligentiam providendi infrà terminum præſcriptum, & aſſignatum, ſed quia inhabilis adhuc termino debito providetur? Reſpondeo quod devolvitur, ſi ſcienter providetur inhabilis. Ratio eſt, quia idem eſt inhabilem providere, ac neminem providere. Immò gravius delinquit inhabilem providendo. Et ita docet Palaus *d. punct. 34. num. 3.* cum Zechio *de Benefic. & penſionib. cap. 5. num. 5.* & Garcia *de benefic. part. 10. cap. 3. à num. 2.* Et id colligit *ex cap. Cùm in cunctis, §. fin.* & *cap. Scriptum, §. Si verò, de Electione, & cap. Si compromiſſarius, eod. tit. lib. 6.* Conſultò dictum eſt, *ſi ſcienter, &c.* quia ſi ignoranter inhabilis providetur, non debet providens, nec pro illa vice, ſua poteſtate privari. Ita Gloſſa *in d. cap.*

Sed quid, ſi Superior ob negligentiam inferioris, jure devoluto, ſcienter, vel ignoranter inhabilem providit? revertiturne proviſio ad inferiorem priorem collatorem, vel transfertur ad alium ſuperiorem? Reſpondet ſub diſtinctione Palaus *n. 7.* aut ſcienter Superior in dicto devolutionis gradu providit indignum, aut ignoranter: ſi ſcienter taliter indignum providit, ut ipſa proviſio nulla ſit ipſo jure, non revertitur proviſio ad inferiorem, ſed ad ſuperiorem alium transfertur; quia inferior emendare non poteſt vitium Superioris. Si autem ignoranter indignum providit, juſtum non eſt, ut privetur poteſtate ad ſe jure devoluto tranſlata: & poterit ipſe denuò providere; ſicut dictum eſt modò de ordinario collatore ignoranter indignum providente. Si tamen, non ipſo jure inhabilem providit, ſed eum, qui poſtea per ſententiam inhabilis factus eſt, & cujus electio, aut proviſio irritatur, exiſtimat Palaus proviſionem ad primum ordinarium reverti collatorem. Ducitur, quia facta proviſione valida, ceſſabit devolutio, & ſi poſtea ob vitium electi irritetur, denuò vacat beneficium, & tanquam denuò vacans provideri debet, ac proinde à primo & inferiore & ordinario collatore.

SECTIO II.

Tertium dubium eſt, an Epiſcopus ſupplere valeat negligentiam Abbatis, vel Præſidentis Monaſterii, ab ejus juriſdictione exempti, in providendo Vicarias, & Beneficia Eccleſiarum Monaſterio jure plenò, 487.

quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam unitarum, in ſenſu in ſuperioribus explicato, maximè *quæſt. 2. num.* 193. 195. *& 196.* Et an jure teneat, & valeat nominatio, deputatio, aut collatio, ſeu proviſio ab Epiſcopo de hujuſmodi Vicariis, & beneficiis facta, prætextu devolutionis ab Abbate, ſeu Præſidente, ad ipſum factæ, propter negligentiam in providendo.

Suppono, duplex eſſe genus Regularium exemptorum ab Epiſcorum juriſdictione: alii enim nullo alio medio Superiore, Summo Pontifici ſubſunt; alii verò medio aliquo Superiore, verbi gratia, Generali Ordinis, ut in noſtra contingit Congregatione Benedictina Hiſpana, de cujus exemptione multa fundamentaliter ſuperiùs diximus, *quæſt. 2. num.* 134. *& ſeqq.*

Suppono ſecundò, Epiſcopos conſiderari poſſe, quà Judices Ordinarios & facultate propria utentes, & quà Delegatos Sedis Apoſtolicæ, & juriſdictione Summi Pontificis in vim delegationis gaudentes.

488. Quibus ſuppoſitis, reſpondeo primò, negligentiam Abbatis, Præſidentis, aut alterius Prælati Monaſterii exempti, ſuppleri non poſſe per Epiſcopum, aut alium Iudicem Ordinarium, quà talem, nec ad eum per hujuſmodi negligentiam devolvi poteſtatem ullam dictorum Prælatorum. Firmant hanc reſponſionem textus *in cap. Grave nimis, el 19. de Officio Iudicis Ordinarii*, ubi Gloſſa *verbo Corrigere*, Abbas *num. 6.* Barboſa *n. 4.* Baunyus *in Praxi beneficior. diſp. 2. q. 8. verſic. Ab Abbate*, textus *in c. licet, in fine, el 3. de Supplenda negligent. Prælator.* ubi Barboſa *num. 1. & 3. & de Poteſt. Epiſcopi, p. 3. allegat. 58. num. 14.* Eraſmus Chokier. *de Iuriſdictione Ordinarii in Exemptos, part. 2. quæſt. 45. num. 63. & part. 4. quæſt. 30. num. 7. & 8. Ego ipſe in Quæſt. Paſtoralibus, quæſt. 2. §. 7. num. 17.* & præ omnibus, pro Congregationibus Caſſinenſi, & Valliſoletana, ſeu Hiſpana noſtra, Eugenius Quartus *in Conſtitutione ſupra tradita, quæſt. 2. n. 193.* & ratio evidens in promptu eſt: quia Epiſcopus & quilibet Ordinarius, aut delegatus Judex, jus dicere in non ſubditos minimè poteſt, ut noti juris eſt: at Epiſcopus, & quilibet Ordinarius, non eſt Exemptorum Judex, ut ex terminis patet, & diffinitione exemptionis, de qua idem Eraſmus *part. 1. q. 1. num. 3.* dicit: Definiri autem hæc exemptio, nec brevius, nec aptius poteſt, quàm *Liberatio à Iuriſdictione Ordinarii.* Dominicus *cap. Si Papa, de Privileg. in 6.* Anton. de Pretis *de Iuriſdictione Epiſcopi, cap. 1. num. 1.* Fumus *in Summa, verbo Exemptio, in princ.* & Angelus *eod. lib.* Decius *conſ. 13. Viſo tenore, num. 7. & conſ. 152.* Mandoſius *de Signatura gratiæ, tit. Exemptiones, in princ.* Flamin. *tract. de Reſignat. beneficior. part. 1. lib. 4. quæſt. 11. num. 13.* Ergo Epiſcopus, quà Ordinarius, jus dicere non poteſt in Prælatos Monaſteriorum exemptorum, ſupplendo eorum negligentias, nec ulla iſtorum poteſtas ad illum devolvi poteſt: Devolutio enim fit ab inferiore ad ſuperiorem, & negligentia à Superiore negligentis ſuppletur: non è contra.

Secundò reſpondeo, Epiſcopum quà delegatum Sedis Apoſtolicæ poſſe ſupplere negligentiam Prælatorum exemptorum, qui intra ſemeſtre beneficia vacantia non providerint. Conſtat expreſſe ex Clementina *Quia Regulares, unica de Supplenda negligent. Prælator.* ita diſponente: *Quia Regulares Prælati, Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut quævis alia beneficia ad eorum diſpoſitionem ſpectantia, cum vacant, interdum committere negligunt, vel conferre intra tempus in Lateranenſi Concilio conſtitutum: Diœceſani locorum, in non exemptis ſua, in exemptis verò Apoſtolica authoritate negligentiam ſuper hoc ſuppleant eorumdem.*

Iſte tamen textus ita intelligi debet, ut procedat quando inter Prælatum Regularem exemptum negligentem in conferendo, aut providendo, & Papam, non mediat Prælatus alter, cui hujuſmodi negligens ſubjiciatur: ſi enim huic concedamus Superiorem infrà Papam, ad illum devolvitur providendi poteſtas, & ad eum ſpectat ſupplere negligentiam, non verò ad Epiſcopum, adhuc quà Papæ delegatum. Pro qua vera intelligentia recenſere operæ pretium duxi plurimorum graviſſimorum, & claſſicorum virorum doctrinas, quæ illam firmant, & primam.

In

In primis produco Panormitanum Abbatem, Eccleſiaſticæ diſciplinæ Coryphæum, *in d. cap. Grave nimis, penult. de Officio Ordinarii, num. 6.* dicentem: Nota primò ex iſta Gloſſa, & tene menti, quod propter negligentiam Prælati immediati Exemptorum, poteſtas non devolvitur ad Ordinarium, ſed ad ſuperiorem illius Prælati exempti. Et ſic ſi Abbas exemptus eſt remiſſus in corrigendo Monachos ſuos, poteſtas non devolvitur ad Epiſcopum, ſed recurrendum eſt ad Papam; & idem in collatione beneficiorum: ſi enim Exemptus eſt negligens in conferendo, non devolvitur poteſtas ad Epiſcopum, ſed ad Papam, ut *in cap. Sicut*, allegato in Gloſſa. Hæc Abbas, quem ſicut Eraſmum, in ſequenti verſiculo pro prima adduco reſponſione.

Eraſmus Chokier *de Iuriſdictione Ordinarii in exemptos, parte 4. q. 30.* inſcripta: *Exemptis negligentibus, ad quem devolvatur collatio?* plures ſtatuit concluſiones. Prima eſt: In exemptis immediatè Papæ ſubjectis, devolutio fit immediatè ad Papam, vel Legatum de Latere, per *cap. Licet, cap. Sicut, de Supplenda neglig. Prælat. &c.* Quia iſta devolutio juxta determinationem Concilii Lateranenſis fit ad immediatum Superiorem: proximus autem Superior Exemptorum eſt Papa, *cap. Nulla, diſt. 94. cap. Authoritate, de Privileg. in 6.* Secunda autem, & tertia, quæ pro Clementinæ præfatæ intelligentia faciunt, ſequentes ſunt.

Secunda: In Exemptis non ſubjectis immediatè Summo Pontifici, ſed cuidam alteri Prælato, fit devolutio ad Prælatum iſtum immediatum. Cardinalis *Clementina 1. quæſt. 3. de Supplenda neglig. Prælat.* Ratio eſt, quia devolutio fit de ſuperiore ad ſuperiorem gradatim, proximus autem immediatus Prælatus hujuſmodi Exemptorum, non eſt Papa, ſed alius inferior Prælatus. Ergo. Doctores ubi Gloſſa *cap. Grave, de Officio Ordinarii*, Marcus Delph. *deciſ. 123. part. 1.* Aufretius *in repetit. Clementinæ 1. quæſt. 10. num. 125. de Offic. Ordinar.* Ideò Prælato inferiore negligente, fit devolutio ad Abbatem, qui ſuperior eſt, penes quem ſunt jura quaſi Epiſcopalia conferendi. Cardinalis *d. Clementina prima, quæſt. 3. de Supplend. neglig. Prælator.*

Tertia: Ab exemptis Regularibus fit devolutio ad Ordinarium, qui Apoſtolica authoritate confert, *cap. Cum ſingula, de Præbendis, in 6. d. Clement. 1.* ubi Cardinalis, & Doctores. Rebuffus *tit. de devolut. n. 32.* Doctores *cap. 2. de Conceſſ. præbendæ.* Idque niſi Prælatus Regularis habeat alium Prælatum, cui immediatè ſubjiciatur: tunc enim ad illum fiet devolutio. Cardinalis *dicta Clementina 1. quæſt. 3.* argum. Gloſſæ *ſuper verbo Alia, in Clementina Attendentes, de Statu Monachorum.* Hactenus Chokier.

Dicta intelligentia *Clementinæ unicæ de Supplenda neglig. Prælatorum*, conſonat diſpoſitioni *dictæ Clement. Attendentes 2. de ſtatu Monachorum*, quæ talis eſt: *Hoc igitur Sacro approbante Concilio, duximus ſtatuendum, ut Singula Monialium Monaſteria per Ordinarios, exempta videlicet, quæ ita Sedi Apoſtolicæ, quod nulli alii ſubjecta noſcuntur, Apoſtolica; non exempta verò, ordinaria authoritate; ac exempta alia, per alios, quibus ſubſunt, annis ſingulis debeant viſitari.* Ita textus Conciliaris: Gloſſæ autem ejus *in verbo Alia*, maximè etiam congruit intelligentia data *Clementinæ Quia Regulares, de Supplenda negligent. Prælator.* Sic enim ait illa: Iſtorum ergo Monaſteriorum exemptorum duæ ſunt ſpecies: aliqua ſunt exempta, quæ non recognoſcunt Superiorem, niſi Papam. Alia ſunt exempta, quia ſunt Ordinum exemptorum, ſicut Monaſteria Ordinis Ciſtercienſis, Camaldulenſis, & ſimilium. Illa ergo non corriget Ordinarius loci, ſed Abbas, vel Prior, cui ſubſunt. Hæc Gloſſa ſatis clarè, & opportunè pro noſtra ſecunda reſponſione. Vide me ipſum *poſt Comment. ad deciſ. 10. num. 12.*

Pro eadem eſt intelligentia Cardin. Zabarella *in d. Clement. unica de Suppl. neglig. Prælat. in quæſt. 3.* quæ talis eſt. Tertiò quæro circa ea quæ dixi *in proxima quæſtione.* Pone quod Prælatus exemptus non ſubeſt Papæ immediatè, ſed alteri, ſicut ſunt Patres Abbates, qui habent Prælatos ſub ſe, *ſuprà de Reſcriptis, Clement. 1.* Nunquid fiat devolutio ad Epiſcopum,

pum, an ad Patrem Abbatem? Dicit Lapus ſequendo præmiſſam opinionem hujus Gloſſæ, de qua *in præcedenti quæſtione*, quod ad Patrem Abbatem, ut nemini fiat injuria. Intelligit itaque textum de Exemptis, qui immediatè ſubſunt Papæ. Ad hoc inducit *Clementinam Si de beneficio*, quam etiam inducit prædicta Gloſſa. Et facit ad hoc illa Clementina, *in verbo Succedentium*. Inducit etiam Lapus *Clementinam Attendentes* 1. *de ſtatu Monachorum*. Pro hoc etiam eſt Clementina in eo, quod dicit, quod in Exemptis ſupplent Diœceſani Apoſtolica authoritate; ſed ex quo Exemptus habet Superiorem citra Papam, de jure communi ſuppletio pertinet ad illum: & ſic fiet devolutio per gradus, *de conceſſione præbendæ, cap.* 3. *de ſupplenda neglig. Prælat. cap. penult. & finali, & per totum*. Non ergo poſſet Diœceſanus ſupplere Apoſtolica authoritate, ex quo ad Papam ſuppletio non pertinet. Quæ ratio magis urget, quàm ſuperiùs inducta. Hactenus Zabarella. Quo certè inducto Doctore præſtantiſſimo, cæteri omnes ſuperſunt. Nonnullos tamen alios graviſſimos opportunè duxi recenſere, ut in tot virorum ore ſtet noſtrum verbum, noſtrum aſſerſertum.

489. Pro eadem etiam eſt Abbas Panormitanus *in eadem Clementina Attendentes*, *num.* 4. in ſequentia prorumpens. Monaſteriorum duæ ſunt ſpecies. Aliqua ſunt ita exempta, quæ non recognoſcunt ſuperiorem niſi Papam. Aliqua ſunt exempta, quia ſunt de Ordine Exemptorum, ſicut Monaſteria Ordinum Ciſtercienſium, Camaldulenſium, & ſimilia. Iſta ultima non viſitat, neque corrigit Ordinarius loci; ſed Abbas, vel Prior, cui ſubſunt: priora verò quæ immediatè ſubſunt Papæ, viſitantur authoritate Apoſtolica per Ordinarium loci, & ſic Ordinarius loci in hoc eſt delegatus Papæ, per illa verba, *authoritate Apoſtolica*. Hoc voluit textus hic, juncta Gloſſa *verbo Alia*, & juncto textu *in cap. Cum aliquibus, de Reſcriptis, lib.* 6. Hactenus Abbas.

490. Barboſa *in eadem Clement. Attendentes*, *num.* 1. pro nobis etiam eſt, dicens: Monialium Monaſteria, quæ nulli ſubſunt, niſi Papæ, Apoſtolica; non exempta verò, Ordinaria authoritate; eodem modo & mulieres, quæ vulgò dicuntur Canonicæ Seculares, ac alia exempta, per alios, quibus ſubſunt, annis ſingulis viſitari debent, &c. Idem Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, allegat.* 58. *n.* 14. ait ſic:

Non poterit igitur Legatus conferre beneficia ad Epiſcopum devoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Epiſcopus confert authoritate Apoſtolica. Ita Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.* 5. *cap.* 3. *num.* 32. quia ab exempto Regulari fit devolutio ad Ordinarium, qui Apoſtoſtolica authoritate conferet, *cap. Cùm ſingula, de Præbendis, in* 6. Rebuffus *tit. de devolutione, num.* 32. Chokier *d. quæſt.* 30. *num.* 8. ubi intelligit, niſi Prælatus Regularis habeat alium Prælatum, cui immediatè ſubjiciatur; tunc enim ad illum fiet devolutio. Cardinal. *in Clement. unica, q.* 3. *de Supplenda neglig. Prælator.* Iſta Barboſa, qui idem docet *in cap. Licèt, el* 3. *de ſupplend. neglig. Prælator.* 491

Lotherius *de Re Beneficiaria, lib.* 2. *quæſt.* 24. *num.* 148. in ſententia quam ſequimur fuit, ibi: Si enim Exempti eſſent ſubjecti Prælato inferiori, tunc fieret devolutio ad eundem Prælatum, & ab eo tandem ad Papam, ut per Cardinalem *in Clement.* 1. *n.* 6. *de Supplenda negligentia Prælatorum*, Eraſmus Chokier. *in tract. de Iuriſdictione Ordinarii, in Exemptos, parte* 4. *quæſt.* 30. *num.* 8. Vide me ipſum poſt Commentaria *in addit. ad deciſ.* 10. §. 2. *pag.* 39. *per totam*, ubi plura & pretioſa recenſui. 492.

Nec procedit dicta Clementina, *Quia Regulares*, in devolutione beneficiorum Parochialium Eccleſiarum unitarum quoad menſam, ſeu jure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, Abbatibus, & Conventibus Monaſteriorum, ad Epiſcopos, tanquam delegatos Sedis Apoſtolicæ, propter Abbatum negligentiam. Expreſſe ex eadem conſtat Clementina, ibi: *Præmiſſa verò de Prioratibus, Eccleſiis, adminiſtrationibus, & beneficiis intelligimus, quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum*: Et ratio eſt, quia hujuſmodi beneficia parochialia nunquam vacant, cum incorporata ſint dignitati Abbatiali, verbi gr. & communitati 493.

munitati ſui Conventus, quæ non moriuntur, quæque conſequenter nunquam vacant: & licèt decedat perſona Abbatis, non remanet ſine capite Conventus, cum acephalus non ſit: devolutio autem contingere neutiquam poteſt, niſi in caſu negligentiæ in providendo de beneficio vacante: quod etiam demonſtrat hæc Clementina in principio, ibi: *Cum vacant.*

SECTIO III.

494. Noſtram concluſionem modò num. præcedenti ſtabilitam, firmat Gloſſa in præſentem Clementinam, verbo *De menſa*, dicens: Illa ergo non intelligerentur vacare, & ſic in illis non habebit locum, quod dicitur de negligentia ſupplenda: ut probatur infrà, *de Exceſſ. Prælat. Frequens, verſ. Quidam etiam.* Hæc Gloſſa. Clementina autem ab ea allegata, ſequentia continet: *Quidam etiam Eccleſias curam animarum habentes, ad menſam Abbatum ſpectantes, quarum fructus quandoque Clericis ſæcularibus tradunt, ſeu condunt ad firmam, Clericis ipſis decedentibus, ſuis conferunt Clericis, quanquam ipſæ propter hoc Eccleſiæ in veritate non vacent.* Hæc textus. Gloſſa autem ejus verbo *Ad menſam*, ſic inquirit, & reſolvit. Sed quæritur, quæ Eccleſia dicatur propriè de menſa Prælatorum, vel Capitulorum, vel ſingularium Dignitatum, vel Præbendarum? Et videtur, quod illæ, quæ ſunt menſis eorum unitæ, in tantùm, quod Rectorem, vel Vicarium perpetuum non habent alium, quàm illum, cui facta eſt annexio: quod probat hæc litera. Hæc Gloſſa, & *in Clementina Abbates*, verbo *Haberent*, *la* 1. *de Reſcriptis*, inquit: Innuit, quod loca, quæ ſunt de menſa, interdum non habent ſpeciales gubernatores: unde licèt illorum fructus Clericis concedantur ad firmam, non vacant per mortem illorum. Ex quibus Juribus, & Gloſſis evidens eſt quod diximus, beneficia Curata Eccleſiarum unitarum ad menſas Abbatum, & Conventuum, nunquam vacare, & ſic negligentiam in eorum proviſione admittere non poſſe Abbates, & Conventus, nec Epiſcopos eorum negligentiam ſupplere, devolutione mediante.

Abbas etiam *in d. Clement. Frequens, num.* 11. in ſequentia prorumpit: Cùm quæritur de beneficiis, ſeu Eccleſiis ad menſam ſpectantibus, dicendum eſt, quod illæ, ſeu illa dicuntur de menſa Prælati, ſeu Collegii, &c. quorum fructus pertinent ad eam Eccleſiam, ſeu Collegium, cui facta eſt annexio, ita quod poteſt illos convertere in proprios uſus: Et idem dicendum de diſpoſitione ipſius Eccleſiæ unitæ, ut illa pertineat ad eam, cui facta eſt unio, in tantum, quod Rectorem, vel perpetuum Vicarium non habeat, præter illum, cui facta eſt annexio: unde poterit pro libito ponere ibidem Vicarium temporalem, & deponere. Unde talis Eccleſia ſic unita, non dicitur unquam vacare, ut probat hîc, *verſ. Quidam etiam Eccleſias*, & *in Clement.* 1. *de Supplenda negligent. Prælatorum.* Hæc Abbas Eccleſiaſticæ diſciplinæ facilè Princeps. 495.

Auguſtinus Barboſa *in Clement. præfata, Quia Regulares, num.* 15. *unica de Supplenda negligent. Prælat.* ad verbum Gloſſæ, *De menſa*, ibi; *Illa ergo non intelligerentur vacare, &c.* ait: Notatur ad hoc, quod beneficia de menſa non dicuntur vacare, ac proinde in illis non datur negligentia in proviſione, ut per Gonzalez *ad regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. §. 6. *num.* 63. Flores de Mena *Variarum lib.* 2. *q.* 10. *num.* 14. 496.

Idem Barboſa *in prædicta Clementina Frequens, unica de Exceſſibus Prælatorum, num.* 3. ad illa verba, *Eccleſiæ in veritate non vacent*, ſequentia profert: Notatur ad hoc, quod beneficia Curata unita menſæ Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, nunquam vacant, ut per Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 13. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 6. §. 6. *num.* 63. & fuit dictum *in Civitatis Caſtelli Parochialis*, 20. *Junii* 1614. *coram D. Dunozetto, impreſſa per Pavin. deciſ.* 646. *num.* 2. *part.* 1. *recentiorum*, & ideò non comprehendi in nominationibus reſolvit Rebuffus *in tract. Nominat. quæſt.* 15. *num.* 31. Hæc in textu Barboſa, & *num.* 4. proſequitur: In Gloſſ. *ad menſam*, ibi; *ſed quæritur quæ Eccleſia dicatur, &c.* Notatur ad hoc, quod ea ſunt de menſa Eccleſiæ, quæ perpetuò unita fuerunt Ec- 497.

cleſiæ, atque ita quæ nunquam alteri ab Eccleſia poſt à ſe quæſitum dominium, conceſſa fuerunt, ut per Menochium *de arbitrariis, caſu* 433. *num.* 2. Præſumuntur autem de menſa Eccleſiæ illa bona, quorum dominium utile, & directum ſpectat ad ipſam, ut per Maſcardum *de Probation. concl.* 203. *num.* 2.

Ipſemet Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, allegat.* 58. eandem doctrinam tradit *num.* 15. *&* 16. quæ quia opportuniùs circa reſponſionem tertiam redibit ſermo, nunc ab ejus recenſione lubens ſuperſedeo.

498. Nec procedit diſpoſitio *Clementinæ Quia Regulares*, reſpectu Vicariarium dictarum Eccleſiarum Regularibus unitarum, quoad ſpiritualia, & ad temporalia, & ad menſam: Ratio, quia hujuſmodi Vicariæ non ſunt beneficia, nec conferuntur in titulum perpetuum beneficii, nec poſſunt impetrari, nec ſunt incompatibiles cum beneficiis aliis veris, nec per iſtorum acquiſitionem vacant illa. Quod omne declaravit Rota *in Sabinenſi Archipresbyteratus*, 27. *Decembris* 1600. *coram Coccino, la* 18. *inter ejus impreſſas, & poſt meas Quæſt. Paſtoral. la* 32. In qua ſic fuit dictum: Prætendit Angelus Jacobellus impedire reſignationem Archipresbyteratus Collis Veteris, ad favorem Jacobi Corſi, ſub prætextu vacationis, ex eo, quod ei immineat cura animarum, & reſignans fuerat antea deputatus à Capitulo Sancti Petri Vicarius amovibilis in alia Eccleſia Curata Sancti Martini perpetuò unita Capitulo, juxta *cap. De multa, de Præbendis.*

499. Sed credo hanc prætenſionem non ſubſiſtere. In iſtis enim Vicariis temporalibus, quæ conſtituuntur in beneficiis unitis, juxta deciſionem Rotæ 2. *ſub num.* 2. *de Exceſſibus Prælatorum, in novis*, Biſignetum *deciſ.* 21. *n.* 3. *de Præbendis*, cum allegatis per Rebuffum *in tit. de Perpetuis Vicariis, n.* 6. & latè per Alphonſum Ojeda *de Incompatibilit. benefic. part.* 1. *cap.* 15. *ſub num.* 8. *& ſeqq.* non habet locum diſpoſitio *d. cap. De multa*, nec ex eis cauſatur incompatibilitas. Gloſſa *in Clement. in Vicariis,* & *in Extravag. Execrabilis, in verbo Temporalis, de Præbend.* Capra *regul.* 90. *num.* 67. *in* 12. *fallentia*, Rebuffus *de diſpenſat. ratione ætatis, in verbo Vel earum perpetuæ Vicariæ.* Ojeda *d. cap. num.* 16.

Diſpoſitio enim *d. cap. De multa,* 500. non procedit in illis Officiis, & Dignitatibus, quæ non ſunt perpetua, nec in titulum perpetui beneficii conferuntur, ut tradunt ibi Doctores communiter. Innocentius *ſub num.* 6. *ad finem*, ibi: *Nunquam etiam reputamus.* Ancharanus *num.* 18. Imola *ſub num.* 34. *verſic. Similiter etiamſi.* Abbas *num.* 23. *verſic. Sed contrarium*, Gambarus *lib.* 5. *de Offic. Legati, in tit. An Legatus poſſit plura beneficia conferre, n.* 23. Capra, qui teſtatur de communi, *d. regula* 90. *n.* 67. Alph. Ojeda *d. cap.* 15. *num.* 52. Puteus *deciſ.* 117. *lib.* 2. & fuit reſolutum *in cauſa Seguntina Theſaurariæ*, 29. *Aprilis* 1596. *coram bon. memoriæ Orano.*

Et conſequenter non poteſt ha- 501. bere locum in illis Vicariis amovibilibus ad nutum conſtituentis, quæ ſunt temporales, & non dantur in titulum perpetui beneficii, nec poſſunt impetrari, cum non ſint tituli beneficiales. Anton. de Butrio *conſ.* 51. *ſub num.* 6. Vitalinus *d. Clement.* 1. *num.* 56. *de Offic. Vicar.* Rebuff. *in tit. de Nominat. quæſt.* 15. *num.* 62. Mandoſius *de Annali, quæſt.* 15. *num.* 1. & tenuit Rota *in Salamantina Vicariæ, ſub die* 15. *Martii* 1596. *coram Illuſtriſſimo Blanchetto.*

Nec refert, quod Eccleſia S. Mar- 502. tini ſit Curata, quia Cura eſt Capituli Sancti Petri, cui fuit unita; non autem Vicarii temporalis, & ad nutum amovibilis, qui non dicitur Curatus, ſed nomine alieno illam exercet ad libitum ſuum, vel illius, qui ſpecialiter illum deputavit. Gloſſa *in dicta Extrav. Execrabilis, in verbo Temporalis.* Rota *d. deciſ.* 2. *de Exceſſibus Prælator.* quæ loquitur in beneficio unito menſæ Capitulari. Biſign. *d. deciſ.* 21. *ſub num.* 2. Cardinal. *in d. Clement.* 1. *ſub num.* 15. *de Offic. Vicarii*, Oldradus *conſ.* 38. *num.* 19. *&* 12. Rebuffus *de diſpenſ. de non reſid. num.* 15.

Hæc omnia S. Rota coram Coc- 503. cino, & coram aliis eadem ſæpè dixiſſe memini. In primis enim, quod Vicariæ Eccleſiarum unitarum ad menſam, ſeu quarum fructus in proprios uſus convertere poſſunt illi, quibus ſunt unitæ, ſint temporales,

&

& amovibiles, dixit 20. Novembris 1598. *coram Penia, tom. 1. la 726.* & *poſt dictas qq. Paſtorales, la 31. n. 2. In Pampilon. Parochialis de Mendavia coram Bevilaqua, 19. Ianvarii 1663. num. 1. la 2. poſt mea commentaria. In eadem coram Ninot, 27. Iunii 1664. la 3. num. 2. coram Ottalora, 11. Martii 1667. num. 23. la 5.* & rurſus *in eadem, coram Albergato, 13. Maii 1669. num. 2. la 6.* & in aliis poſt dicta commentaria, nimirum *in 12. n. 3. in 15. num. 1. in 17. num. 1. 2. 4. & 5. & in 16. num. 3.* Quod hujuſmoi Vicarii non dentur in titulum perpetuum beneficii, dixit 23. *Iunii 1603. coram dicto Coccino, poſt Paſtorales deciſ. 15. num. 2.* Quod ſint Capellani, & ſimplex ſalarium percipiant, *in d. coram Penia.* Quod non exerceant nomine proprio, ſed ſuorum principalium, dixit *in dictis de Mendavia:* & quod ſint amovibiles ad nutum illorum, quibus Eccleſia eſt unita; & quod iſti, non autem illi, ſint verè Curati. Huc ſpectat Deciſio *in Ulyſbonenſi juris conferendi, 2. Decembris 1605. coram Litta, la 7. poſt Paſtorales*, ubi *num. 4.* hæc lego: Accedit, quod ante erectionem hujus Eccleſiæ in Vicariam perpetuam, in hac Eccleſia deputabatur Vicarius amovibilis, & probatur ex confeſſione ipſius Ordinarii in inſtrumento erectionis, *quod eſt ſignum, curam penes Vicarium non reſidere, ſed ſolum exercitium*, ex allegatis *in d. Pampilonenſi (de Stella, 14. Decembris 1598. coram Seraphino, la 1304. & poſt Paſtorales la 13.)* & quia ille, qui præſentatur, non eſt Rector, ſed Vicarius, *quod etiam denotat, non curam, ſed exercitium dumtaxat eſſe penes ipſum*, ut tradit Vitalinus *in d. Clement. 1. num. 7. de Offic. Vicarii.*

504. Addo, quod pro his Eccleſiis, nec Epiſcopi, nec Abbates, quibus illæ ad menſam ſunt unitæ, poſſunt perpetuos deputare Vicarios. Pro prima parte adeſt mihi Flores de Mena *variar. quæſtionum lib. 1. quæſt. 10. art. 3. §. 3.* quem allegavi *in Paſtoralibus, part. 2. quæſt. 2. §. 7. n. 13.* dicentem: Quando beneficium eſt unitum Monaſterio Monachorum, aut Mendicantium, Epiſcopus non poteſt deputare pro ejus ſervitio Vicarium perpetuum, ſed ad nutum amovibilem, ex diſpoſitione dicti proprii Motus (*Ad exequendum Pii V.*) qui limitat dictam diſpoſitionem Conciliarem (Tridentini *ſeſſ. 7. cap. 7.*) Et ſic declaratum eſt in Romana Curia. Hæc ille, qui teſtatur *num. 25.* ſe vidiſſe publicum inſtrumentum, ex Roma miſſum, declarationem S. Congregationis circa hoc continentem. Vide illum *concluſ. 3. & 4. n. 39. & 40.* & Gordonum, qui illum recenſet, & ſequitur *lib. 8. quæſt. 4. cap. 4. §. 5. num. 22. verſic. Exceptiones.* Et quidem hoc idem firmat Rota *in d. coram Penia, num. 3.* ubi dicitur: *Neque Pinto ſuffragabatur erectio perpetuæ Vicariæ, facta per Epiſcopum Portugalenſem anno 1588. cum aſſignatione certi ſalarii, & quadam domo, & prædio. Quoniam reſpondebatur, illam erectionem fuiſſe invalidam, tanquam factam de Eccleſia unita, & Congregationi annexa.* Et quod non poſſit Epiſcopus deputare Vicarios perpetuos pro Eccleſiis unitis Monaſteriis, docent etiam Sanchez *in Decalog. lib. 7. c. 29. num. 191.* & Hieronymus Roderiq. *in compend. qq. Regular. reſolut. 15. n. 31.* citato Emmanuele Roderiq. *in Summa, tom. 3. addit. cap. 32. n. 7. & 8.*

Conſonat Aloyſius Riccius *in Praxi Aurea rerum fori Eccleſiaſtici, ſeu Variar. Reſolution. reſol. 293. ſub n. 5.* per ſequentia verba: Adverte etiam, quod nominatio talium Vicariorum ad nutum amovibilium pertinet ad Prælatum, ſive Prælatam Monaſterii, cui beneficium unitum eſt, *& Epiſcopus ſolum debet admittere, & approbare licentiam adminiſtrandi Sacramenta*, ſi Vicarius idoneus inventus fuerit, quem poteſt examinare: *neque ulla alia requiritur collatio, aut inſtitutio*; & ſic fertur noviſſimè declaratum fuiſſe per S. Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium Interpretum Sacri Concilii Tridentini, ut vidi in publico inſtrumento miſſo Roma, & colligitur ex Abbate, Imola, ut ſuprà, & ex Franco *in d. cap. unico*, & ex textu *in d. Clementina 1. de ſupplenda negligent. Prælator.* & idem erit in Monachis; nam debent approbari, & examinari ab Epiſcopo, niſi Abbas, aut Abbatiſſa habeat juriſdictionem Epiſcopalem, ex ſupradictis, & ita declaratum eſt per dictos Cardinales. Hæc Doctor citatus. Ex 505.

quibus

quibus habemus clarum, Epiſcopos non poſſe ſe intromittere, nec in vim Concilii Trident. in nominatione ſeu deputatione Vicariorum Eccleſiarum Monaſteriis unitarum: tum quia clauſula, *ſolum debet admittere, & approbare, &c.* importat idem quod, *ſolum poteſt, &c.* Barboſa *tract. de Dictionibus, dict. 77. num. 7.* dicens de dictione, *debet:* Nam aliquando exponitur pro *poteſt.* Gloſſa verbo *Debet, in l. Obſervare, §. fin. ff. de Officio Proconſul.* Hippol. *in repetit. l. unicæ, C. de Raptu Virginum, num.* 278. Tum etiam ex clauſula: *Neque ulla alia requiritur collatio, aut inſtitutio.* Quia nominatio Abbatis deſervit pro inſtitutione tituli collatoria; & Epiſcopi approbatio, & licentia adminiſtrandi Sacramenta, pro inſtitutione authorizabili, ut dixit Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia*, maximè *in d. coram Otalora, num.* 22. *& coram Albergato, num.* 2. ibi; *Vicarium ab eo deputatum: & num.* 4. *per totum.*

506. Utrumque firmatur in Conſtitutione, *Vt ea quæ*, Clementis Octavi, edita pro noſtra Congregatione Valliſoletana, die 2. Auguſti 1596. quam authenticam habeo in Bullario ejuſdem Congregationis, *la ultima*, in qua ſic lego: *Ac in Parochialibus Eccleſiis alicui Monaſterio unitis, quibus per ſæculares Sacerdotes, & Miniſtros deſervitur, cum Examen per concurſum minimè inſtituendum ſit, in ipſis unitis Eccleſiis conſtitui oportere Vicarios idoneos, perpetuò, vel ad nutum amovibiles, ab Epiſcopo approbandos, à Præfectis tamen Monaſteriorum nominandos.* Perpetuò ſcilicet, quando Eccleſiæ unitæ ſolùm ſunt quoad temporalia; ad nutum verò, quando quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam, & ad Curam animarum unitæ ſunt, uti bene diſtinguit Flores de Mena *Variarum quæſt.* 10. quem recenſui *in Paſtoralibus, part.* 2. *quæſt.* 2. §. 7. *num.* 12. *&* 13. & Aloyſius Riccius *in d. Praxi Aurea, reſol.* 293. quem ubi proximè etiam, licèt ſummatim, recenſui: qui DD. uno ore dicunt, quod quando beneficia ſunt unita ſolùm in temporalibus, & eorum bona tantùm adminiſtrant Monaſteria & eorum Prælati, & ea in proprios uſus non convertunt, nec ullis aliis juribus ſpiritualibus utuntur, tunc dicti Prælati tenentur deputare Vicarios perpetuos: ſic Mena *in concluſ.* 1. & Riccius *num.* 2. *concl. ſimiliter* 1. Quando verò beneficia ſunt unita in ſpiritualibus, & temporalibus, aut ad menſam, poſſunt in eis deputare Vicarios ad nutum amovibiles. Ita Mena *concl.* 2. & Riccius *concl.* 2. De quo, ſi Author non diſplicet, vide me ipſum *loco citato*, & poſt Commentaria, *in Additionibus ad Sacræ Rotæ deciſiones*, ſignanter *ad* 4. §. 1. *pag.* 11. *& ſeqq.* ubi plura, ſumma diligentia, & ſtudio congeſſi, & cumulavi.

SECTIO IV.

Quod autem nec Abbates, quibus 507.
Eccleſiæ Parochiales unitæ ſunt quoad ſpiritualia, & ad menſam, non poſſint in eis ponere Vicarios perpetuos, dixi in Paſtoralibus, *parte* 1. *q.* 2. *diviſ.* 2. *num.* 23. *& p.* 3. *quæſt.* 17. *n.* 18. ductus authoritate Flores de Mena *Variarum quæſt.* 10. *art.* 2. §. 2. *num.* 13. Aloſiii Riccii *in Praxi Aurea, variar. reſolut.* 293. Gloſſæ *in Clement. Frequens, verbo Ad menſam, de Exceſſib. Prælator.* & colligitur ex deciſione ſuprà reddita, *num.* 501. *&* 502. & in recenſitis de Mendavia, *num.* 503. quia tituli hujuſmodi Eccleſiarum mediante unione ſuppreſſi ſunt, & extincti, ex quo reſultat, quod illarum Vicariæ non poſſint dari in titulum perpetuum beneficii: quod fieret eo ipſo quod darentur Vicariæ ad vitam, & poſſent impetrari, & cauſarent incompatibilitatem, contra diſpoſitionem Extravagantis *Execrabilis, unica de Præbendis*, §. *Quantum autem*, juncto §. *Nos itaque*, & Gloſſam *verbo Ante factam.* Gloſſam *in d. Clement. Frequens, verbo Ad menſam*, recenſui *ſuprà, num.* 494. quæ ex illo textu probat concluſionem noſtram: ex qua habemus, & *ex d. Extravaganti*, non eſſe compatibile, quod Eccleſia ſit unita quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam; & quod Vicarium habeat perpetuum, & inamovibilem. Sed audiamus Riccium loco citato, qui pro nobis ſic, ut ſequitur, loquutus eſt.

Pro parte (inquit) contraria ta- 508.
men facit. Primò textus *in Clement.* 1. *verſic. Quidam, de Exceſſibus Prælator.* ibi, *Ad menſam:* ibi, *Ad firmam*; ubi textus inſinuat, quando beneficia

cia Curata ſunt unita ad menſam Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, ex eo ſcilicet, quia ipſi ſunt veri Rectores, & applicant ſibi, & menſæ ſuæ beneficii fructus, quod eſt unitum in ſpiritualibus, & temporalibus Monaſterio, & menſæ, nunquam vacant, & Prælatus poteſt aliis Clericis beneficia illa concedere, ratione aliqua motus, *non in perpetuum titulum*: & ſic evidentiſſimè patet, quod poſſunt facere eis deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem, & non tenentur, *nec poſſunt eis facere deſerviri per Vicarios perpetuos.* Gloſſa, & Cardinalis, declarantes illam Clementinam. Ergo & ita Monaſterium. Hæc omnia Joan. Aloyſius Riccius.

509. Flores de Mena *variarum libro* 1. *quæſt.* 10. *art.* 2. quæſito, *An Abbatiſſa, & Moniales teneantur ponere Vicarium perpetuum, cum congruæ aſſignatione, aut ſufficiat ponere ad nutum amovibilem?* Propoſita ſententia contraria *à num.* 8. ſic ex propria *num.* 13. reſpondet. Pro contraria tamen parte facit primò *textus in Clementina* 1. *verſic. Quidam, de Exceſſibus Prælatorum*, ibi: *Ad menſam*; & ibi, *Ad firmam*: ubi textus inſinuat, quod quando beneficia Curata ſunt unita ad menſam Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, ex eo ſcilicet, quia ipſi ſunt veri Rectores, & applicant ſibi, & menſæ ſuæ fructus beneficii; quod eſt unitum in ſpiritualibus, & temporalibus Monaſterio, & menſæ Prælati, nunquam vacant; & Prælatus poteſt aliis Clericis fructus locare, aut arrendare *ad firmam*: ita quod ipſi Eccleſiis deſerviant, & ipſi Prælati, mortuis prædictis Clericis, aut aliàs amotis, *non poſſunt beneficia illa concedere in perpetuum titulum aliis Clericis.* Et ſic evidentiſſimè patet, quod poſſunt ea facere deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem, prout ſunt *firmarii*; & non tenentur, *nec poſſunt ea facere deſerviri per Vicarios perpetuos.* Per quam Clementinam ita tenet ibi Gloſſa *verbo Ad menſam*, & Imola, & Cardinalis, illam Clementinam declarantes. Hactenus Flores de Mena, quem ſequutus fuit dictus Joan. Aloyſius Riccius modò recenſitus, quem dubio procul præceſſit. In utroque correxi mendum, quod ut credo, incuriâ Typographi contractum eſt, apponendo in fine utriuſque doctrinæ, pro *illam Clementinam declarantes, illam Gloſſam declarantes.*

Nòſtram doctrinam noviſſimè firmavit S. Tribunal Nunciaturæ Apoſtolicæ, in his Hiſpaniæ noſtræ Regnis, mediante Decreto diffinitivo mox adamuſſim reddendo, quod ſucceſſivè fuit à Supremo Senatu, & Regio Juſtitiæ Conſilio confirmatum, ad quod ſub violentiæ illatæ prætextu, fuit per partem victam ſupplicatum. Confirmatum, inquam, fuit à Regio Senatu Decretum, quatenus per illud declaratum fuit, Illuſtriſſimum Dominum Nuncium vim non inferre in mandato, & decreto relaxato pro excutione debita prioris à ſeipſo lati, & pronunciati, quod tenoris ſequentis eſt, videlicet: 510.

En la Villa de Madrid, à treinta dias del mes de Junio de mil ſeiſcientos y ſetenta y nueve años. Viſtos eſtos autos, y proceſſo, por el Illuſtriſſimo, y Reverendiſſimo Señor Don Sabo Melino, Arçobiſpo de Ceſarea, Nuncio, y Colector General Apoſtolico en eſtos Reynos de Eſpaña, que ſon entre partes, de la una el Fiſcal de la Abadia de San Joan de Burgos de la Orden de San Benito, y de la otra Don Franciſco Ximenez Presbytero, teniente de Cura de la Parochial de San Leſmes extra muros de dicha Ciudad. Dixo, que ſin perjuicio del derecho de todas las partes, en el juicio petitorio, y plenario poſſeſſorio, y en el interin, y haſta tanto, que otra coſa ſe provea, y mande, debia de manutener, y manutenia, y manutuvo, amparava, y amparo al Abad del Monaſterio de San Joan de Burgos, en la poſſeſſion, ſeu quaſi, en que ha eſtado, y eſta, y eſtava al tiempo, y quando ſe movio eſte pleyto, de amover, y quitar, con cauſa, ò ſin ella, a ſu voluntad a los tenientes de Cura, que en la dicha Igleſia Parochial de San Leſmes, ſe nombran por el Abbad del dicho Monaſterio de San Joan de Burgos. Y en la dicha poſſeſſion no ſea moleſtado, inquietado, ni perturbado por perſona alguna: y para ello ſe den, y deſpachen los mandamientos de Manutencion neceſſarios en forma. Y

assi lo mando, y proveyo su Señoria Illustrissima, y lo firmo el Señor Auditor.

Lupus de Lupis Auditor.

511. Hæc in dicto Decreto, quod debitæ executioni commissum, & demandatum invenio, per actualem, & realem amotionem dicti Don Franciſci Ximenez, & alterius ex tribus Vicariis, ſeu Curatis dictæ Parochialis Eccleſiæ Sancti Adelelmi, factam per Domnum Abbatem Sancti Joannis Burgenſis. Et eſt valdè notandum, Abbates Cœnobii Sancti Joannis conſueviſſe nominare, & deputare pro exercitio Curæ animarum dictæ Parochialis, tres Presbyteros, quibus conferunt *titulum, & canonicam inſtitutionem, ad nutum amovibilem:* qualem utique obtinuerant noviſſimè remoti. Fateor quidem ingenuè, me jam diu hac de re conſultum, capere non valuiſſe, quomodo cohæreant in deputatione Vicariorum Eccleſiæ, jure pleno quoad Curam animarum unitæ, *titulus, & inſtitutio canonica, cum qualitate amovibilitatis ad nutum.* Quia licèt cognoverim Inſtitutionem latè, & ſtrictè ſumi, ut in Paſtoralibus, & ſuprà, *quæſt.* 2. *num.* 179. & 190. & utraque canonica dici poſſit, prout ut continet quemcunque modum providendi, ad tradita *d. n.* 190. ex Barboſa, & ex Rota. Strictè, & propriè ſumitur, quando titulus beneficii conceditur: at hîc non conceditur ad tempus & amovibiliter, ſed ad vitam, ſeu in perpetuum, ut *d. num.* 190. Licèt aliquando inſtitutio impropria, tituli collatoria dicatur, ut ibi; hoc tamen non propriè, ſed latè, in quantum conceditur à principali Rectore uſus, & exercitium curæ animarum, & non nomine inſtituti, ſed inſtituentis adimplendum; tamen conceſſio tituli, & canonica inſtitutio, juxta proprium ſignificatum, contrarium important: Unde cùm à propria verborum ſignificatione recedendum non ſit, *l. Non aliter, ff. de legatis* 3. *cap. In noſtra, de Iurejurando, & cap. Propterea, de verborum ſignificat.* Rota *coram Coccino, num.* 28. *la* 27. *poſt mea Commentaria;* quamvis in dictis deputationibus Vicariorum, vulgò Tenientes, ò Curas, Eccleſiæ S. Adelelmi, addatur clauſula, *ad nutum amovibilem*, non occurritur concludenter intelligentiis, & opinionibus Juriſperitorum, & Judicum; quia non omnes, ut credo, in his inſtitutionis diſtinctionibus ſatis inſtructi, & experti reperiuntur: & cùm omnes litigantes jura ſua ita munire debeant, ut in litibus difficiliùs ſuccumbant, ſed victores faciliùs evadant, nec in nomine, ſi poſſibile ſit, cum adverſariis convenire congruit. Quare, ſi non fallor, melior modus deputandi Vicarios pro hac & aliis Eccleſiis ſimiliter unitis, eſt illos ſimpliciter nominare Vicarios, pro tempore ſuæ voluntatis, & ſucceſſorum in dignitate ſua: vel pro tempore ſibi à Jure, vel Conſtitutionibus Apoſtolicis conceſſo: & illos remittere ad Ordinarium, ut illos examinet, approbet, & licentiam, ſeu commiſſionem concedat ad exercendum: hoc enim, & nihil aliud in eos facere poteſt. Rota 11. *Martii* 1667. *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia, coram Otalora, la* 5. *poſt mea Commentaria, num.* 22. & 13. *Maii* 1669. *coram Albergato, la* 6. *ubi proximè, n.* 4. Ex quo fit, quod Illuſtriſſimus Dominus Archiepiſcopus non poſſet concedere Vicariis à Domno Abbate nominatis titulos, tum ob modò dicta, tum quia titulus non deſideratur in eis, qui nomine alieno, & non proprio curam exercent, ut contingit in præſenti caſu Vicariorum S. Adelelmi, qui illam nomine exercent Abbatis, & non ſuo.

Denique reſpondeo ad dubium excitatum *num.* 488. nominationem, deputationem, collationem, inſtitutionem, ſeu proviſionem factam per Epiſcopos, aut alios locorum Ordinarios, de Vicariis, & de beneficiis dictarum Eccleſiarum Monaſteriis exemptis unitarum, eſſe ipſo jure irritam, & nullam, ſi dicta Monaſteria, ultra Prælatos immediatos, & locales aliquem habeant Superiorem medium infrà Papam, etiamſi dicti Prælati negligentes ſint in hujuſmodi proviſione, atque adeo prætextu devolutionis. 512.

Ita ſentit P. Joannes Baptiſta Lezana *in Summa qq. Regular. tom.* 2. *part.* 3. *verbo Cauſa Judicialis Regularium, n.* 15. & 16. in ſequentia prorumpens: Attendendum, quod ſi Ordinarii tent- 513.

tent

tent procedere contrà Regulares exemptos in aliis caſibus eiſdem non permiſſis, in judicio, vel extra, vel contra res Monaſterii, *in quavis cauſa* civili, aut criminali, &c. *proceſſus, ſententia, & inde ſecuta ſunt ipſo jure irrita, & nullum parant præjudicium, nullumque effectum operantur; nec ſententia tranſit in rem judicatam*, nec debet mandari executioni, *cùm nullam habeant juriſdictionem ſic facientes.* Henriquez *lib. 7. de Indulgent. cap. 25. toto num. 5.* Sanchez *ſuprà* (*in opuſc. Moral. tom. 2. lib. 6.*) *d. cap. 9. dub. 1. num. 37.* Quod intelligas etiam in caſu, quo Prælati Regulares negligentes eſſent in ſubditorum correctione, *quia non propterea jus aliquod devolvitur ad Ordinarios, ſed ad Prælatum ſuperiorem, illis Prælatis negligentibus.* Henriquez *ſuprà, num. 4.* Sanchez *ſuprà, n. 26.* Quam doctrinam idem Pater Magiſter tradit *tom. 3. in Mare magnum Servitarum, circa* §. *15. num. 46.* Si ergo Epiſcopus intentans procedere contra Regulares exemptos, vel contra res eorum in aliis caſibus eiſdem non permiſſis, in judicio, vel extra, in quavis cauſa, ita ut factum ab eo irritum ſit, & nullum operetur effectum, & non ſit ei permiſſum ſupplere negligentiam Exempti habentis Superiorem infrà Papam, ex diſpoſitione *Clementinæ unicæ de Supplendâ negligentiâ Prælatorum*, uti vidimus ſuprà, nominationes, deputationes, collationes, inſtitutiones, ſeu proviſiones Vicariarum, & beneficiorum, etiam ſimplicium, Eccleſiarum unitarum Monaſteriis habentibus infrà Papam, ultra Prælatos immediatos, & locales exemptos, alium, vel alios Prælatos medios, irritæ erunt, & nullæ ipſo jure, & nullum proficuum producent effectum, etiam in caſu negligentiæ dictorum Prælatorum: quæ certè doctrina ſpecialem ſibi vendicat locum reſpectu Congregationum noſtrarum S. Juſtinæ, & Valliſoletanæ, in vim Conſtitutionis Eugenii Papæ Quarti, & reſpectu Monaſteriorum, Capellarum, ſeu Eccleſiarum, & earum Capellanorum, *quæſt. 2. n. 134.* redditæ, & munitæ quidem decretis irritantibus, & pœna excommunicationis, per ſequentia inflicta verba: *Quod ſi hujuſmodi Legati, aut Ordinarii, ſeu perſonæ ſupradictæ, contrà prædicta, vel aliquod prædictorum, non ſolùm facere, ſed attentare quoquo modo præſumpſerint, & requiſiti per ipſius Congregationis Prælatos, vel Monachos, ſeu per notificationem præſentis privilegii, ut deſiſtant, id facere neglexerint infrà tres dies à die requiſitionis, ſive notitiæ, ut præfertur, eo caſu, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant; & nihilominus, quod aliter actum, eo ipſo ſit irritum, & inane; & nullius efficaciæ, roboris, aut momenti.*

Paragraphus XI.

De qualitatibus requiſitis, in iis, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinere poſſunt.

QUod Clerici eſſe debeant digni, & idonei, ac nullo impedimento Canonico detenti, ii quibus beneficia Eccleſiaſtica conferri poſſint, aut inſtitui, ſine controverſia eſt, & difficultate in præſenti materia, & tractatu beneficiali: ſed de his qualitatibus opus nobis eſt, ut aliquid, licet breviter, & ſummatim, dicamus. Scire convenit illas ad quindecim reduci, de quibus latè agit Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiariâ, libro 10. tit. 13. & ſeqq. uſque ad 27. incluſivè.* Hujuſmodi illæ ſunt. 1. Clericatus. 2. Diuturnitas in fide. 3. Sexus virilitas. 4. Rationis uſus. 5. Aptitudo ad exercendum ea, quæ per beneficiarium præſtanda ſunt. 6. Legitimitas. 7. Ut promovendi filii non ſint eorum, qui ea beneficia obtinuerunt. 8. Legitima ætas. 9. Ætatis maturitas. 10. Scientia litterarum. 11. Quod non ſit uxoratus. 12. Quod bigamus non ſit. 13. Ut ſit naturalis loci, ubi viget privilegium aut conſuetudo immemorabilis, in Jordani ſententia, ut ſolis naturalibus beneficia conferantur. 14. Præcedenti affinis eſt, quando ſcilicet beneficia certo generi perſonarum ſolum conferri debent. 15. Ut Regularibus Regularia beneficia conferantur, & Sæcularibus ſæcularia. 514

SECTIO I.

De Clericatu, prima qualitate promovendi ad beneficium.

515. PRima, & præcipua qualitas neceſſaria in beneficiario, Clericatus eſt: non enim capax eſt beneficii, qui Clericus non eſt, ſaltem prima Tonſura initiatus, *cap. Cum adeo, de Reſcriptis, cap. Ex litteris, de tranſaction. el 6. cap. 2. de Inſtitutionibus*, Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 13. num. 1.* cum Anchar. *in cap. Beneficium, de Regul. juris, in 6.* Lambertino *de Iurepatron. lib. 1. quæſt. 9. art. 3. num. 3. verſic. Tertiò requiritur.* Selva *de beneficiis, in princ. num. 2.* & Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellariæ, gloſſa 2. ex num. 60. ad finem, & gloſſa 5. num. 9.* Staphileo *de litteris gratiæ, part. 1. verſ. Octava formula Expectativarum, num. 24.* Cevallos *communium contra communes, quæſt. 523.* & cum Sanchez *lib. 7. de Matrim. diſp. 42. num. 14.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 72. num. 73.* cum Perez de Lara *de Anniverſariis, & Capellaniis, lib. 2. cap. 5. à num. 2.* Garcia *de benefic. part. 1. cap. 1. à n. 9.* Reginaldo *in Praxi, lib. 30. tract. 3. num. 147.* Bellon. *de iis quæ fiunt in continenti, cap. 94. lib. 1.* Maſſobrio *in Praxi habendi concurſum, præludio 7. dub. 21. num. 85.* Azorio *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 2. quæſt. 5.*

516. Quod ſi quæras, eſtne laicus ita incapax beneficii, ut nec à Papa illud obtinere queat? Reſpondetur, in beneficio duo reperiri: jus ad functiones ſpirituales, & jus ad percipiendos fructus debitos propter officium ſpirituale. Reſpectu ſpiritualitatis ita incapax eſt laicus, ut illum non poſſit ſummus Pontifex habilitare. Pax Jordanus *d. num. 1.* ex Gonzalez *gloſſa 5. num. 9.* Quoad jus autem fructus dictos percipiendi, poteſt Papa laicum habilitare, & de facto habilitavit, ut tradit Barboſa *allegat. 72. num. 75.* videlicet Marchiones Aſtorgæ Canonicos Legionenſis Eccleſiæ efficiendo, ſicut & Reges illius Regni, pro quibus allegat Fr. Athanaſium de Lobera *in tract. de Eccleſia, & Civitate Legionenſi, folio 212.* Et pro eo, quod Comites Barchinonenſes Canonici etiam ſint Eccleſiæ Barchinonenſis, refert Antonium Olibanum *in Comment. ad uſaticum Alium namque, cap. 13. num. 61.*

Si quæras 2. An rata, & firma ſit 517. adeptio beneficii illius, qui illud hodie conſequitur, ſi cras certò Clericalem Tonſuram ſuſcipiet? Pro parte affirmativa facere videntur plura. 1. Cinctus miles cenſetur, qui confeſtim cingendus eſt miles, *l. Filiusfamilias, ff. de Militari teſtamento.* Ex qua etiam lege, in Regulari militia, pro Religioſo habetur qui de proximo habitum Regularem eſt ſuſcepturus. Item perditum habetur, quod ſtatim perdetur, *l. Si quis eum, ff. Ito empto.* Item datum habetur, quod paratum eſt, & continuò dabitur, *l. Item legato, ff. de legatis 3.* Item conditio dicitur deficere, quam conſtat ſtatim defecturam. *Authentico, Ut exactione inſtante dotis, §. Si deficit conditio.* Ergo qui Clericus ſtatim evadet, pro Clerico nunc habetur; & ideo adeptio beneficii per eum conſequuti, rata eſt, & firma.

Vera tamen ſententia eſt præce- 518. denti oppoſita, quæ ſcilicet negat firmam, ratam, ac validam eſſe adeptionem beneficii per eum qui actualiter Clericus non eſt, licèt continuò Clericali Tonſura veniat initiandus. Ita tenet Azorius *d. cap. 2. quæſt. 5.* nam Titius (inquit) primæ Clericorum Tonſuræ expers eſt, cum beneficium obtinet: & quæ initio non valent, lapſu temporis non convaleſcunt; nam *in cap. Non firmatur, de Regulis Iuris, in 6. & l. Quod ab initio, ff. eod. tit.* quod ab initio vitioſum eſt, non poteſt tractu temporis convaleſcere. Alioquin ſi Titius hodie eſt excommunicationis vinculo obſtrictus, cras certò abſolvendus, tanquam abſolutus haberetur: & electio ejus qui hodie nondum idoneam, & legitimam ætatem attigit, cras ad eam perventurus, eam jam attigiſſe videretur. Certè longè mihi verius apparet, nullam eſſe impetrationem beneficii, Titio nondum hodie prima Clericorum Tonſura prædito. Hæc Azorius. Idem docet Pax Jordanus *d. tit. 13. num. 12. & 13.* cum pluribus DD.

Si quæras tertiò: Qui ab alieno 519. Epiſcopo, ſine conſenſu proprii fuit Clericali Tonſura inſignitus, eritne capax beneficii? Reſpondeo quod non, cum Azorio *d. quæſt. 5.* qui allegat

gat Joan. Cephal. *conſ.*682. *volum.*1. eo quòd vitiosè ſit ordinatus, ut patet *ex cap. Primatus, diſt.*71. *cap. eos qui, cap. Nullus, de Temporibus ordination. in* 6. Quoniam paria ſunt nullam Clericorum Tonſuram habere, & vitioſam, & inutilem habere: & quoties vitiosè cautum eſt, pro non cauto habetur, *l. Quoties, ff. Qui ſatisdare cogantur.* Eandem ſententiam tenet Pax Jordanus *num.*17. dicens, promotos ad primam Tonſuram, vel alios Ordines abſque litteris dimiſſorialibus, remanere ſuſpenſos ab Ordinum executione, & inhabiles ad conſequendum beneficium, vel penſionem, ita ut proviſio illis facta ſit nulla. Allegat, præter Cephalum *conſ.*602. *vol.*1. & Azorium *loco cit. quæſt.*6. Add. *ad conſ.* Navarri 27. *&* 39. *de Temporib. Ordinat.* dicentem, Rotam ſequi hujuſmodi ſententiam inhabilitatis. Et pro eo, quod proviſiones nullæ ſint, refert Ugolinum *de offic. Epiſcopi, cap.* 26. *§.*23. *num.*1. *in fine*, Bonacinam *de Sacram. diſp.* 8. *quæſt. unica, punct.*4. *num.*25. Majolum *de Irregularit. lib.*1. *cap.*10. *num.*1. & Barboſam *alleg.*8. *num.*10.

520. Diſconveniunt tamen Azorius, & Pax Jordanus locis citatis, in hoc, quod Azorius docet, quod qui ita eſt ordinatus, impetrare debet à Summo Pontifice litteras, ut valeat ordinatio. Pax autem cum Doctoribus modò ab eo adductis, concludit ſufficere proprii Epiſcopi ratihabitionem, tam pro exequutione ipſorum Ordinum, quàm pro retentione beneficii, vel penſionis: quia collatio talium Ordinum valet in ſubſtantia, nec ordinatio repetenda eſt, ſed ſola executio deficit, quæ per Ordinarium concedi poterit ſecundùm eos, quidquid ſentiant in contrarium Rebuff. *in Praxi, tit. de Form. dimiſſor. n.*12. *cum ſeqq.* & Azorius *d. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *& loco ſuprà citato.*

SECTIO II.

De diuturnitate in Fide, & de Neophytis.

521. SEcunda qualitas in beneficiario requiſita, eſt diuturnitas in Fide Catholica, per quam neophyti, ſeu noviter converſi excluduntur à ſuſceptione beneficii, & dignitatis Eccleſiaſticæ. Ita Azorius *part.*2. *lib.*6. *c.*2. *quæſt.* 2. Pax Jordan. *tom.*2. *lib.* 10. *tit.* 14. *num.* 1. & alii. Difficultas autem eſt, an hujuſmodi excluſio à jure divino procedat, an verò ab humano Eccleſiaſtico. Pro jure divino ſtare videtur Paulus Apoſtolus 1. *ad Timotheum cap.*3. ubi ait, *Oportet Epiſcopum non eſſe neophytum.* Ergo de jure divino eſt, neophytum ab Ordinibus prohiberi, & proinde à beneficiis, quæ ad Ordines diriguntur, & ordinantur.

Sed quod procedat à Jure Canonico, & non à divino, docent Azorius, & Iordanus, qui eum recenſet, & ſequitur. Azorium reddere libet. Adducto igitur pro ratione dubitandi, prædicto Apoſtoli loco, ſequentia profert: Sciendum eſt, Neophytum dici, quaſi novum germen, & plantam in fide, & religione Chriſtiana. Itaque neophytus habetur, qui ad Chriſti fidem eſt recèns converſus, eo quòd ſit nuper inſitus Chriſto: & quoniam jus divinum, quidam Iuris Pontificii Conſulti, latè vocant quidquid in ſacris Litteris vel præcipitur, vel prohibetur: ideo quidam neophytum ab Ordinibus, & beneficiis jure divino rejectum eſſe cenſent. 522.

Veriùs tamen alii tradiderunt neophytum jure tantum Canonico ad Ordines ineptum eſſe, *cap. Neophytus, diſt.*61. *& cap. Quoniam*, & *cap. Sicut neophytus, diſt.*48. & proindè ad beneficium promoveri non poſſe. Quod ſi Apoſtolus prædicto loco vetat, neophytum Epiſcopum creari, non eſt jure divino, hoc eſt ex Chriſti præcepto; ſed tanquam Eccleſiæ Doctor, & Paſtor, interdixit: & quamvis de Epiſcopo tantùm loquatur, Canones tamen, & Doctores, omnes Clericos comprehendunt. Quo fit, ut Romani Pontificis authoritate neophytus poſſit ab ea lege Apoſtoli ſolvi: non tamen id facilè indulgere ſolet, niſi quando videlicet bona, & magna aliqua ſpes concipitur; cum alii non deſint noſtræ hujus ætatis temporibus aptiores, & magis idonei. At poſt biennium, aut triennium, ſi bonæ, aut probatæ vitæ fuerit, alioqui idoneus, Romani Pontificis indulgentiâ poteſt ad Ordines, & beneficia promoveri, tametſi ejus 523.

parentes fuerint à fide, & religione Chriſtiana alieni. Sic Mandoſius *in Praxi Signaturæ gratiæ, in verbo Diſpenſatio cum neophytis.* Immò ait ibi ſic: Signatura cum neophytis, ſeu Marranis diſpenſat ad omnes Ordines, & beneficia, quando ipſi ſemper vixerunt ut Catholici, licet eorum parentes fuerint combuſti. Argumento *textus in cap. Cum te, in fine, de Reſcriptis:* & de Judæis converſis fundata eſt Eccleſia, *cap. In novo, diſt. 21. cap. Recurrat, 12. quæſt. 4.* Staphileus *ſuper Signat.* Hæc ille. Qui in Chriſtiana religione eſt veteranus miles, poteſt ad Ordines, & beneficia promoveri. Felinus *in cap. Cum ſit, de Iudæis*, Romanus *in ſingulari 416.* Decius *in cap. Cum te, de Reſcriptis.* Itidem Francus, Ripa. Hactenus Azorius, quem in omnibus ſequitur Pax Jordanus *tit. 14. citato.*

524. Barboſa *de Poteſtate Epiſcopi, allegat. 72. num. 80.* etiam ait: Infidelis uti incapax, præſentari non poteſt. Lambertinus *lib. 2. p. 1. q. 7. art. 9.* Vivianus *d. cap. 4.* Nec etiam neophytus, id eſt, qui initio Sanctæ Fidei eſt eruditione plantatus, *cap. 1. 48. diſt. cap. Neophytus, 61. diſt. cap. Si clericatus, 16. quæſt. 1.* Lambertin. *de Iurepatr. part. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 14. num. 7.* & Filliucius *tract. 41. de benefic. cap. 4. num. 3. & 6.* Belletus *diſquiſition. Clerical. part. 1. tit. de diſciplina Clericali, §. 12. à principio*, ubi *num. 8.* dicit, neophytum, poſt factum Clericum, poſſe beneficia obtinere, quod etiam novè ait Anton. Ricciul. *poſt tractatum de Iure perſonarum*, ubi *de Neophytis, cap. 4.*

525. De neophytis ſic ſcripſit Eligius Baſſæus *verbo Irregularitas 2. num. 3.* Defectus Fidei reſpectu illius, qui mox ad Fidem acceſſit, inducit irregularitatem: unde neophyti ſunt irregulares, cujus irregularitatis triplex ratio aſſignari poteſt ſecundum Sayrum *de Cenſuris lib. 6. cap. 13. n. 10.* Navarr. *in cap. Si quando, de Reſcriptis, num. 205.* Toletum *lib. 1. cap. 58.* Reginaldum *lib. 30. n. 43.* Fillicium *tract. 20. n. 240.* Navarrum *in Manuali, cap. 27. num. 205.* Covarruviam *in Clementina Si furioſus, part. 1. §. 2. num. 7. de Homicidio*, & alios. *Prima* eſt, ne elati in ſuperbiam, incidant in laqueum diaboli. *Secunda*, quia alios docere nequeunt, quæ ipſi nondum didicerunt; & miſerum eſt eum Magiſtrum fieri, qui nunquam diſcipulus fuit. *Tertia*, quia aliis ſeſe conformare non valent, qui ſtatum Eccleſiæ regendæ non ſunt experti. Neophytus autem dicitur ille, qui ex lege Iudaica, Muhumetica, vel Ethnica nuper converſus eſt ad fidem Chriſtianam: qui verò ab infantia baptiſmum ſuſcepit, vel ab hinc decem annis, vel eo ampliùs, non dicitur neophytus, quamvis deſcendat ab avo, vel patre neophyto, vel Iudæo, vel Sarraceno. Non enim dicitur nuper ad fidem converſus. Cum neophyto ad Ordines, beneficia, vel Officia publica, diſpenſare poteſt ſolus Summus Pontifex. Ex his infertur, filium Turcæ, ut alterius infidelis, baptizatum ab infantia, ſi fiat Religioſus, poſſe eſſe Prælatum, abſque diſpenſatione, quia talis non eſt neophytus. Bulla autem Pauli IV. id Fratribus Minoribus prohibens, ſecundum Avilam *de Cenſuris, part. 7. diſp. 4. dub. 3.* & poſt illum Sanchez *lib. 2. Moral. cap. 28. n. 3.* abiit in deſuetudinem. Immò ſecundum Sorbum noſtrum *in Compendio privilegior. Mendicantium, verbo Novitius*, fuit derogata per aliam Bullam Pii V. quæ incipit, *Paſtoralis Officii, &c.* anno 1571. ubi conceſſum fuit iiſdem Patribus Minoribus, ut poſſint recipere in Religionem filios infidelium, & ad Prælaturas admittere. Vide Dianam *part. 7. tract. 7. reſolut. 1.*

Hucuſque Eligius Baſſæus. Quocirca occurrit referendum Breve editum à Paulo IV. decimo Kalend. Ianvarii 560. ſub cujus tenore conceſſit noſtræ Congregationi Benedictinæ Hiſpanæ prohibitionem, *ut ex tunc, & in futurum perpetuis temporibus nullus, qui aliquando per Inquiſitionis Officium inquiſitus, aut punitus, ac confeſſus fuiſſet, ſeu eſſet, aut in quarto gradu, vel infra ipſum quartum gradum, ſeu uſque ad illum, de Maurorum, Turcarum, vel Hebræorum genere, ex utroque, vel altero parente originem, & deſcendentiam habuiſſet, ſeu haberet, in aliquo ex Monaſteriis dictæ Congregationis recipi, vel admitti, & qui jam admiſſus, vel receptus, aut profeſſus eſſet, vel de cætero foret in Abbatem, vel Priorem electus, vel ad quamvis aliam dignitatem, adminiſtrationem, vel Officium cujuſvis Monaſterii dicti Ordinis, Prioratus, membri, vel regularis* 526.

ris loci Ordinis præfati eligi, vel aſſumi nullatenus poſſet, nec valeret. Habetur hoc privilegium in Bullario authentico ejuſdem Congregationis, *el 91. fol.77.* quod, Deo volente, non abiit in deſuetudinem, ſed adeo eſt hodie, & fuit in obſervantia, ut nullus, nedum in Monachum, ſed nec in Fratrem laicum in hac Congregatione, & in ejus Monaſteriis admittatur, qui aliquem ex defectibus contentis in dicto Brevi repertus fuerit pati: & in Conſtitutione Congregationis, *cap.* 38. ſtatuitur, ut præcedat admiſſionem exactiſſima informatio, & probatio de puritate ſanguinis admittendi: & inter alios articulos probatorios, iſti teſtibus proponuntur, ut illis præmiſſo juramento reſpondeant: *Si ſaben, que los dichos ſus padres, y abuelos, fueron ſiempre tenidos, y reputados por buenos Chriſtianos viejos, y no deſcendientes de caſa de Moros, ni de Iudios, por linea recta, ni de perſona, que aya ſido caſtigada por herege en el Tribunal de la Inquiſicion, ni en otro.* Ita habetur in articulo 2. In 4. verò: *Si ſaben, ſi alguno de los dichos ſus padres, o abuelos fue penitenciado con penitencia publica, por alguna blasfemia, ò algun otro delicto por el Tribunal de la Inquiſicion, ò aya ſido afrentado con verguença publica, ò otro caſtigo por algun tribunal de Iuſticia Eccleſiaſtica, ò ſeglar.* Et Commiſſario ad has probationes recipiendas deputato, in dicta conſtitutione ſequentem injungit obligationem: *Y à quiera, que el Conſejo* (Monaſterii ſcilicet) *nombrare, mandamos en virtud de Santa obediencia, y ſo pena de excomunion mayor latæ ſententiæ, y de las penas, que incurren los falſarios, que haga la informacion, ò informaciones, que ſe le cometieren, con toda legalidad, y fidelidad, por la inſtruccion, y por el interrogatorio de preguntas, que en eſta conſtitucion ſe le ordena.*

Plura circa præſens argumentum Neophyti, dixi *in comment. ad conſt. 6. à num. 954.*

SECTIO III.

De ſexus virilitate pro beneficii adeptione neceſſaria.

DE tertia hac qualitate agunt Pax Iordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 15.* & Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 2. quæſt. 3.* quorum doctrinæ quia materiam præſentem copiosè declarant, non incongruè hic recenſendæ veniunt. Azorius ergo ſic procedit: Tertiò quæritur, *An hermaphroditus jure divino ab Ordinibus, & Beneficiis excludatur?* Animadvertendum eſt, hermaphroditum eſſe, qui utrumque ſexum habet. At *in l. Quæritur, ff. de Statu hominum*, habetur: *Quæritur, hermaphroditum, cui comparemus? & magis puto ejus ſexus æſtimandum, qui in eo prævalet.* Hæc ibi. Unde fit, ut hermaphroditus tanquam mas, aut tanquam femina cenſeri debeat, prout in eo magis, aut minus ſexus virilis, aut fœminninus dominatur, & prævalet. Quod ſi muliebris ſexus magis in eo vigeat, jure divino ab Ordinibus, & beneficiis prohibetur. Item ſi ſit in utroque ſexu par. At ſi magis in eo ſexus virilis appareat, jure divino non excluditur. Nihilominus tamen Jure Canonico eſt ei Ordinibus, & beneficiis interdictum, ſi tanquam infamis habeatur: nam *in cap. Si teſtes, 4. quæſt. 4. §. Hermaphroditus*, inter eos recenſetur, qui à teſtimonio in publicis actis ferendo, jure communi repelluntur. Item ab Ordinibus, & beneficiis excluditur, ſi aliorum offenſio inde veroſimiliter oritura credatur, quod ad Ordines, & beneficia eligatur. 527.

Aulus Gullius *lib. 9. cap. 4.* refert, ex fœminis aliquando mutari in mares. Libitum eſt, inquit, in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, in temporibus ætatis ſuæ ingenii, dignitatiſque gratia, & authoritate magna præditus, non audiſſe, neque legiſſe, ſed ſcire ſeſe, atque vidiſſe, *libro Naturalis hiſtoriæ ſeptimo, capite quarto* ſcripſit. Verba igitur hæc, quæ infra poſui, ipſius ſunt, ex eo libro ſumpta, quæ profectò faciunt, ut neque reſpuenda, neque ridenda ſit notiſſima illa veterum Poëtarum de Cæneide, & Cæneo 528.

cantilena

cantilena : Ex fœminis, inquit, mutari in mares, non eſt fabuloſum. Invenimus in Annalibus, Q. Licinio Craſſo, & C. Caſſio Longino Coſſ. Caſſam puerum factam ex virgine ſub parentibus, juſſuque Aruſpicum deportatum in inſulam deſertam. Licinius Martianus providit viſum eſſe à ſe Argis Ariſcotem, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam, & virilitatem proveniſſe, uxorem duxiſſe : ejuſdem ſortis & Smyrnæ puerum à ſe viſum. Ipſe in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Coſſitium civem Tiſdritanum : vivebatque cum proderem hæc. Ita Gellius. D. Auguſtinus *lib.* 3. *de Civitate, cap.* 31. ait : *In libris Gentilium legi, fœminas, & gallinas, in homines & maſculinum ſexum fuiſſe converſas.* Ubi Interpretes addit: *Difficile mihi apparet, ex mare fieri fœminam. Contrà, fieri ex fœmina marem, non ita difficile videtur* : tu verò reliqua apud eum lege. Hucuſque P. Azorius.

529. Pax Jordanus ſequentia *dicto tit.* 15. ſcripſit. Tertia qualitas ad obtinenda beneficia, eſt ſexus virilitas; quia mulier cenſetur jure divino incapax Ordinis, & beneficii, ut dictum eſt ſuprà de laicis, & probat in ſpecie Azorius *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *q.* 3. & communis. Nam licèt munera, & officia regendi familiam ſacrarum virginum, aut etiam Clericorum, mulieres valeant habere, prout in Germania, & Belgio reperiuntur mulieres Canonicæ, quæ Clericis etiam ex parte quadam imperant, ut *in cap. Dilecta, de Majoritate, & obedientia, cap. Indemnitatibus, de Electione, in* 6. Sacrum tamen miniſterium, aut gradum, & Ordinem Clericorum, quorum gratiâ beneficia conferuntur, accipere nequaquam poſſunt.

530. Sic etiam, quamvis ratione dignitatis, muneris, & officii, quod aſſequuntur, temporalem juriſdictionem habere queant, cùm poſſint etiam jure hæreditario conſequi Regna, *cap. Cum devotiſſimum*, 12. *quæſt.* 2. *cap. Significaſti, de Reſcriptis*, ac proinde Oratoria, Capellas, & beneficia illis ſubdantur, de quibus poſſunt diſponere, Gloſſa, Abbas, & Doctores *in d. cap. Dilecta, de Majoritate, & obedientia*, & fuit judicatum ſuprà de laïcis : attamen ipſæ per ſe incapaces ſunt jure divino Ordinis, & beneficii Eccleſiaſtici, ut in confeſſo eſt apud omnes, & ſervatur in praxi.

Subamplia etiam in hermaphroditis ; nam ex eadem ratione, eodemque jure ab Ordine, & beneficio repelluntur. Dicitur verò *Hermaphroditus, qui pollet in utroque ſexu.* Unde *in l. Quæritur, ff. de Statu hominum*, ita ſcribitur : *Quæritur, hermaphroditum, cui comparamus? & magis puto ejus ſexus æſtimandum, qui in eo prævalet.* Atque ideo tanquam mas, vel tanquam fœmina cenſendus eſt, prout magis alteruter ſexus prævalet : quod ſi muliebris ſexus prævalet, inter fœminas computandus erit, & jure divino ab Ordinibus, & beneficiis repellendus. Idemque ſi ſit in utroque ſexu par: ſi autem prævaleat virilis ſexus, non excluditur jure divino, ſed Canonico tantùm ab Ordine, & beneficio ; ſi aliorum offenſio inde veriſimiliter oritura credatur, quod ad prædicta aſſumatur, prout etiam repellitur à teſtimonio in teſtamentis, *cap. Si teſtes, §. Hermaphroditus*, 4. *quæſt.* 3. Azorius *d. cap.* 2. *quæſt.* 3. ſecus in judiciis, & in aliis actibus, in quibus fœminæ recipiuntur ad teſtimonium. Angelus *in Summa, verbo Hermaphroditus*, §. 1. qui §. 2. dicit, quod non debet ordinari, quia eſt monſtruoſus, argumento 36. *diſt. cap. Illiteratos, &* 49. *diſt. cap. ult.* Vocatur etiam à doctiſſimo Joſeph Laurentio *in Amaltheâ Onomaſtica*, Androgynus, vir mulier, utriuſque ſexus. 531.

Si tamen ordinaretur ; & ſexus virilis incaleſceret, reciperet characterem, aliàs non, etiamſi æqualiter incaleſceret. Angelus *d.* §. 2. Sylveſter, & Tabiena *eod.* Præpoſitus *in d.* §. *Hermaphroditus*, Cardin. Toletus *in Summa, lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 4. *verſic. unum reſtat :* qui tamen putat, quod ſi prævaleret in ſexu virili, poſſet ordinari, ſicut eunuchus à natura, vel alius habens occultum defectum, non impedientem, vel generantem ſcandalum : fatetur tamen, quod quando vitium eſſet notorium, neuter deberet promoveri, propter ſcandalum, prout ſimpliciter dicit Archidiaconus *in cap. Diaconiſſam*, 1. *quæſt.* 2. Majolus *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 27. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 8. *cit. num.* 24. 532.

Si

533. Si aliqua puella in virum verteretur, irregularis eſſet adhuc, præſertim ſi res eſſet nota; dedeceret enim eum Altaris miniſterio eſſe addictum, qui alioqui muliebri ſexu præditus fuit. Majolus *de irregular. loco citato*, & *cap.* 32. *num.* 14. Andreas Victorellus *ad Summam Toleti, d. cap.* 58. *verſic. Si aliquo*: quod poteſt deſervire pro alia ſubampliatione noſtræ regulæ. Mulieres in viros eſſe converſas, non ex figmentis, ſed in veritate teſtatur Aul. Gellius *Noct. Attic. lib.* 9. *cap.* 4. ex Plinio *lib.* 7. *cap.* 4. Azorius *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *à medio*, exſcribens verba utriuſque: quod item præſtat Victorellus *ſuprà*. Divus etiam Auguſtinus *lib.* 3. *de Civitate*, *cap.* 31. ait: *In libris Gentilium legimus fœminas, & gallinas, in homines, & maſculinum ſexum fuiſſe converſas*: & Interpres addit, *Difficile mihi apparet ex mare fieri fœminam: contrà, fieri ex fœmina marem, non ita difficile videtur*; & quæ ſequuntur: mihi verò è contra, ſi de moribus loquamur, facilius videtur degeneres animos in mulieres converti, quam è contra. Sed non loquimur de his nugis. Omnia prædicta Pax Jordanus.

534. Aliqua prædictis conſona ego ipſe ſcripſi in commentariis ad conſtitutionem ſextam, quæ hic ſummatim recenſere libet eo ordine, quo ibi dicta ſunt. *Primò*, quod hermaphroditus, tanquàm infamis habeatur in Jure, *num.* 302. cum Peyrino *tom.* 2. *de Prælato*, *q.* 2. *cap.* 4. *n.* 22. poſt Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 51. *ſect.* 2. *num.* 1. Avilam *de cenſuris*, *p.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 5. *Secundò*, quod prohibeatur ingredi Religionem, tam virorum, quàm fœminarum, ſive unus, ſive alter ſexus, ſive nullus prævaleat, cum Barthol. à S. Fauſto *in Theſauro*, *lib.* 5. *quæſt.* 220. Peyrino *quæſt.* 3. *num.* 59. Aſcan. Tambur. *tom.* 3. *de jure Abbatum*, *diſp.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 21. & Sà *verbo Religio*, *num.* 31. Lezana *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. dixi *d. num.* 302. *Tertiò*, quod etiam poſt emiſſam profeſſionem expelli poſſint ſine Papæ licentia hermaphroditi, dixi *n.* 305. cum S. Fauſto *quæſt.* 230. ex privilegio Leonis X. quo gaudent noſtri. *Quartò*, quod excludantur ab Ordinibus, & beneficiis, dixi cum Tamburino *d. num.* 21. Peyrino *d. num.* 59. Majolo *de irregularitate*, *lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. Portellio *in Dubiis Regular. verbo Novitii qual. num.* 25. Barth. de Vecchis *in Praxi Novitior. diſp.* 5. *dub.* 1. *à num.* 3. *& diſp.* 13. *n.* 12. Petro Ledeſma *de ſtatu Religioſo in communi*, *cap.* 6. *concl.* 1. *verſic. Otra condicion*, Barth. à S. Fauſto *d. q.* 230. & cum aliis. Ita dixi *loco citato*, *num.* 304. 893. *& duobus ſeqq. Quintò*, dixi *num.* 893. hermaphroditum ineligibilem eſſe ad Prælaturas, & dignitates, de jure quidem divino, ſi non prævaleat virilis ſexus, & etiam ſi iſte prævaleat, de Jure Canonico, cum Peyrino *d. num.* 22. Tamburino *tom.* 1. *de Iure Abbat. diſp.* 5. *quæſt.* 21. *num.* 41. Suarez *ubi ſuprà*, & Avila *de cenſuris*, *part.* 3. *diſp.* 3. *dub.* 5. Dixi etiam *num.* 894. repelli à teſtimonio ferendo in teſtamentis, *ex cap. Si teſtes, & c. Hermaphroditus*, 4. *quæſt.* 3. & Azorio *ubi ſuprà*: ſecus in judiciis & aliis actibus, in quibus fœminæ recipiuntur ad teſtimonium, ex Angelo *verbo Hermaphroditus*, *§.* 1. *Sextò*, dixi *d. num.* 893. *ex l. Quæritur*, *ff. de Statu hominum*, hermaphroditum eſſe, qui utroque pollet ſexu: & ſi inæqualiter, tanquam mas, vel fœmina cenſendus ſit, prout magis alteruter ſexus prævalet. *Septimò* denique *num.* 897. ex Peyrino *d. num.* 22. poſt Alb. Trottum *lib.* 2. *de Perfect. Cler. part.* 1. *requiſ.* 2. *num.* 10. quod ſtandum ſit ipſius hermaphroditi dicto, ſuper ſexu, qui in eo magis vigeat, dixi: in ſententia autem Laurentii Portell *in Dubiis Regular. verbo Profeſſio hermaphroditi*, *in Addit. ad Addit. num.* 1. quod judicium petendum ſit à Medicis, & à matronis honeſtis, & in horum defectu, ab eodem humaphrodito, ſub juramento.

SECTIO IV.

De qualitate uſus rationis ad beneficii conſequutionem neceſſaria.

535. QUarta qualitas ad ritè conſequendum Eccleſiaſticum beneficium eſt rationis uſus, prout requiritur ad legitimam Ordinis ſuſceptionem: non quidem ita neceſſaria eſt de jure divino, ut ſi conferantur, utrumque irritetur, quoad ſubſiſtentiam,

ſtentiam, ut fuit opinio Durandi *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 2. ſed tantùm de jure Eccleſiaſtico, ut D. Thomas, D. Bonaventura, Ricardus, & communis habet ſententia apud Sotum *eadem diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. ita ut etiam Ordo Sacer infanti ante rationis uſum, vel penitus amenti collatus, valeret quidem in ſubſtantia, & imprimeret characterem, quamvis jure divino, & naturali, dum infans eſt, & amens, à functione, & uſu Ordinis arceatur. Ita Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 14. *num.* 1. qui allegat Azorium *Inſtitution. Moralium part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *quæſt.* 4. atteſtantem hanc eſſe conſtantem Theologorum ſententiam, quia nulla ratione cogimur aſſerere, uſum rationis requiri de neceſſitate Sacramenti ad ſuſceptionem Ordinis Sacri, ſed tantùm de neceſſitate præcepti.

536. Collationem autem beneficii infanti, vel amenti, per inferiorem à Papa factam, eſſe ipſo jure nullam, docet Iordanus *num.* 2. quia cùm ſit ætas præſcripta ad beneficia, & cùm ipſa dentur propter officium, ut jam ſæpiùs dictum eſt, non poſſunt inferiores huic Iuris diſpoſitioni contravenire, ut notiſſimum eſt, & ego ipſe in meis lucubrationibus demonſtravi. Immò Pax ex Soto, & Azorio *locis citatis*, ait perpetuò amentes, jure naturali, & divino perpetuò removeri ab exercitio Ordinum, eodemque jure divino, & naturali à beneficiis omnibus Eccleſiaſticis prohiberi: tum ex dicta ratione, quod beneficium propter officium datur, quod illi præſtare non valent: tum etiam, quia qui aſſenſum præſtare non poſſunt, ſuæ proviſioni accommodare non poſſunt. Ex quibus etiam rationibus infans quoque à beneficio excluditur. An verò excluſio iſta à jure proveniat divino, an verò à canonico, non ita firmum exiſtere, ait Pax: putat tamen ipſe, quod à Canonico, & Eccleſiaſtico.

537. Azorius autem ita *in d. quæſt.* 4. procedit. Quartò quæritur, an perpetuò amentes ſint jure divino, & naturali ad beneficia, & Ordines inepti? Durandus *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 2. cenſet characterem Ordinis non imprimi in eo, qui abſque ullo uſu rationis ad Ordines promovetur. Ex quo fieret, ut ſi infans Ordinibus initiaretur, characterem Ordinis non ſuſciperet, ac proinde perpetuò amentes, juxta Durandi ſententiam, ad Ordines, & beneficia jure divino ſunt prorſus inepti. Sotus tamen *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *artic.* 2. communem ſententiam Theologorum, S. Thomæ, S. Bonaventuræ, & Ricardi ſequutus exiſtimat, uſum rationis, præcepto quidem Eccleſiæ ad Ordines majores, ac ſacros requiri, non tamen neceſſitate Sacramenti: hoc eſt, ſi infanti Ordines ſacri conferantur, is characterе Ordinis donabitur, quamvis dum infans eſt, jure divino, & naturali, à functione, & uſu Ordinis arceatur. Certè multò probabilior eſt hæc Soti opinatio, quæ & conſtans omnium Theologorum ſententia videtur: nec enim ulla ratione cogimur aſſerere, uſum rationis neceſſitate Sacramenti requiri.

Ex his manifeſtum eſt, perpetuò 538.
mente captos, ſi ad Ordines promoveantur, ut idem Sotus annotavit, characterem quidem Ordinis ſuſcipere, jure tamen divino, & naturali à functione, & uſu in perpetuum excludi; ac proinde jure quoque divino, & naturali à beneficiis omnibus Eccleſiaſticis prohibentur: tum, quia beneficium, non niſi propter officium confertur: tum etiam, quia electioni, qua quis ad beneficium eligitur, ſuum præſtare debet aſſenſum. Utrum verò infans ſit quoque jure divino, & naturali ad quodlibet beneficium Eccleſiaſticum ineptus, dicam inferiùs: in præſenti loco ſatis eſt dicere, eum ſic electioni conſentire non poſſe, ac propterea ad beneficium eligi nequire. Hactenus P. Azorius.

SECTIO V.

De aptitudine ad exercenda ea, quæ per Beneficiarium præſtanda ſunt, & de corpore vitiatis.

QUinta qualitas deſiderata in ade- 539.
pturo Eccleſiaſticum beneficium, eſt aptitudo ad exercendum ea, quæ per beneficiarium præſtanda ſunt. Exempli gr. ſi clericatui ſit onus ceroferarii annexum, & quis manu careat, aut pedibus, vel ambulare non valeat, & ſic reſpectivè de ſuperioribus Ordinibus, pro quibus,

ex

ex corporis debilitate injuncta opera præſtare non poſſet, procul dubio incapax eſſet beneficii, & collatio illi facta ipſo jure eſſet nulla. Ita Pax Jordan. *tom.*2. *lib.*10. *tit.*17. *num.*1. ex Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *verſic. Rurſus*, ſubdens Doctores *in cap.*1. *de Corpore vitiatis, & in cap.*1. *& toto titulo de Clerico ægrotante.*

540. Et quoad dictam qualitatem, non attenditur ſolùm ipſa debilitas, quæ impotentem quem facit ad exercendum Ordinis, & beneficii munus; ſed etiam notabilis deformitas, quæ ſcandalum, & abominationem generet: non enim minùs per hanc quis irregularis efficitur, quàm per inhabilitatem, & repellitur ab Ordine, ac conſequenter à beneficio, prout colligitur ex multis juribus, ſignanter *in titulis de Clerico ægrotante, & de corpore vitiatis, & diſt.*55. Videatur Antonius de Butrio *in cap. ultimo de Corpore vitiatis*, & Toletus *in Summa, lib.*1. *cap.*58. *num.*2. qui plura congerit exempla ex dictis Canonibus deſumpta.

541. Quod ſi petas, an & quando inhabilitas & deformitas inducant impotentiam, vel ſcandalum, & conſequenter irregularitatem? Reſpondeo ex Innocentio *in cap.*1. *de Corpore vitiatis*, & Iordano *num.*4. *citato*, arbitrio Epiſcopi relinqui, vel potiùs arbitrio Iudicis, cui ex delegatione committitur, ut volunt apud dictum Iordanum Abbas *in d. cap.*1. *de corpore vitiatis*, Toletus *ubi proximè*, *num.* 4. & omnes. Conſultò dictum eſt, relinqui arbitrio Epiſcopi, aut Iudicis: quia neutri data eſt facultas, & poteſtas diſpenſandi cum talibus; ſed arbitrandi circa inhabilitatem, vel deformitatem, an tales ſint, quæ impotentiam, horrorem, aut ſcandalum generent: & ita ſintne, vel non irregulares illi, de quibus agitur. Ita Pax *num.*5. ex Toleto *num.*5. ſubdente, *hoc quidem judicium eſſe Epiſcoporum, deducitur ex d. cap.*1. *de Corpore vitiatis.* Quod ſi Epiſcopus judicet aliquem irregularem eſſe, non poterit ipſe cum illo diſpenſare, ſed ſolus Papa. Pax *num.*6. cum Innocentio *in d. cap.*1. *de corpore vitiatis, & in cap. Cùm æterni, de Re judicata, in* 6. Anchar. *in cap. Significavit, de corpore vitiatis*, Præpoſito, & Archidiac. *in cap. Confidat, diſt.* 50. & Toleto *d. num.*4.

542. Quod ſi iterum petas, eſtne perpetua hujuſmodi irregularitas? Reſpondeo cum Pace Iordano *num.* 7. durationem irregularitatis menſurandam eſſe per durationem defectus, vel deformitatis. Unde ſi iſte, vel iſta ceſſant, ceſſat etiam irregularitas, ita ut nulla egeat diſpenſatione. Exempli gratia, ſi cæcus lumen reciperet, ſi leproſus, aut alio morbo generante ſcandalum, vel horrorem laborans convaleſcat, & liberetur, & ſic de cæteris, tollitur quoque irregularitas, nec alia opus erit diſpenſatione, ſed ſufficit Epiſcopi judicium circa hujuſmodi liberationem. Sic Pax cum Præpoſito *in cap. Ex præmiſſis, num.*9. *diſt.*50. & Toleto *loco citato.*

543. Et ſi tertiò petas, an dicta irregularitas generalis ſit, an verò reſtricta ad aliquas functiones? Reſpondeo cum Iordano *num.* 8. generalem non eſſe, ſed reſtrictam ad terminos ſuos. Ut ſi promotus jam, ex ſuperveniente inhabilitate, prohibeatur celebrare Sacrum, non tamen impeditur aliud Sacramentum miniſtrare, v. gr. Baptiſmum, Pœnitentiam, &c. tunc irregularis non cenſebitur, niſi quatenus debilitas impediat, vel deformitas abominationem generet, & horrorem: & quamvis non promotus promoveri neutiquam poſſit, aut debeat; attamen qui jam eſt promotus, debet permitti miniſtrare, in ſuſceptis, quæ, ut præmittitur, poſſit: & capax etiam eſſe poterit beneficii requirentis officium, quod per ipſum exequi valeat. Sic Pax cum Innocentio, & Abbate, *in cap.* 2. *de Clerico ægrot. miniſtrante*, ubi propterea dicunt, corpore vitiatum, non dici propriè irregularem: & Ananiam *ibi*, appellare irregularem impropriè. Toletum tamen *loco citato*, dicere verè eſſe irregularem, nec ad Ordines poſſe promoveri, quamvis tanta non ſit irregularitas, quanta ea eſt, quæ ex aliis provenit defectibus.

544. Si quartò quæras, an irregularitas procedat ex abſciſſione membri ex propria culpa, etiam in caſu, quando defectus de per ſe ſine culpa ſuccedens irregularitatem non cauſaret? Exemplum ſit in eo, qui ſibi virilia amputavit, aut ſe caſtravit, caſtitatis

etiam zelo, quamvis occultè id fecerit? Reſpondeo irregularem eſſe. Ita Pax *num.*9. *ex cap. Si quis abſciderit*, 55. *diſt. & cap. Significavit, de Corpore vitiatis.* Nec Epiſcopus cum eo diſpenſare poſſet: ſed tantùm, ſi jam promotus ſit, diſpenſare valebit in aliis Sacerdotalibus miniſteriis, præter Altaris miniſterium, ut *in d. cap. Significavit.* Similiter, qui partem digiti ſibi ex ira, vel indignatione præcidit, irregularis eſt. Pax *num.* 10. *ex cap. Qui partem, diſt.* 55. Etiamſi talis digitus exiſtat, cujus defectus, niſi culpa interveniſſet, irregularem non faceret. Allegat Anan. *in cap.* 1. *de Corpore vitiatis*, dicentem appellationem partis, dimidiam cenſeri, quod regulariter procedit in reliquis. In hac tamen materia magis Jordano arridet Toleti placitum *d. cap.* 58. *num.*4. *verſic. Ultima regula, ante medium*, idem judicantis, etiamſi minor pars amputetur: nam & in iſto caſu cenſendus erit irregularis. Sic enim ſentiendum erit, quando membrum eſſet occultum, ut ſi abſcinderet digitum pedis, aut partem, quæ aliàs non faceret irregularem, quando præciſio contingeret ſine culpa. Pax, poſt Toletum, *locis citatis.*

545. Qui tamen ſex habens digitos, ſuperfluum abſcinderet, vel abſcindi faceret, irregularis non judicaretur, dummodò non ex indignatione, & ira, ſed ad deformitatem tollendam id faceret. Ita Jordanus *num.* 11. cum Geminiano, & Præpoſito *in d. cap. Qui partem*, 55. *diſt.* & inſinuat Innocent. *in d. cap. Significavit, de Corpore vitiatis*, & Toletus *ubi ſuprà*, dicens, quod ſicut ſuperflua corporis ex honeſta cauſa licet amputare, citra periculum, nec eſſet irregularis, qui tumores, verrucas, & alia hujuſmodi abſcinderet: ita nec etiam qui ſuperfluum digitum. Gloſſa 1. *in d. cap. Qui partem*, ubi dicit, quod *S. Hieronymus fecit ſibi ſecari dentes, eo quòd longiores eſſent.* Repetit Campan. *rubrica* 11. *cap.*17. *num.*98. citato Tabiena *verbo Corpore vitiati*, ubi adducit Gloſſam, ſed mentio non fit de S. Hieronymo.

546. Si quis verò ex iracundia ſe vulneraret, aut dentem extraheret, irregularis non fieret; quia hoc non eſt membrum, aut membri partem abſcindere. Pax ex Hoſtienſi *in cap.* 1. *de Corpore vitiat.* & Toleto *loco citato*, refert; contrarium tamen tenet, & cum pluribus defendit apud eundem Campanil. *d.cap.*17.*num.*96. *& ſeq.* cui magis ipſe adhæret, quando notorium eſſet evulſionem contigiſſe per impatientiam, & iracundiam. Allegat Innocentium *in cap. Significavit, de corpore vitiatis*, Sylveſtrum *verbo Corp. vit. num.*5. & Borgaſium *de Irregularit. part.*5. *num.*4.

Hujuſmodi autem irregularitas, 547.
quando ex culpa provenit, cenſetur ex delicto contracta, non ex defectu, niſi abſcindatur membrum deformitatem cauſans, ut naſus; vel debilitatem, ut index, aut pollex, ſine quibus celebrari non poteſt: tunc enim duplex irregularitas inſurgeret, altera ex delicto, altera verò ex defectu. Ita Jordanus *num.* 12. ex Toleto *ubi ſuprà.*

Et quamvis Ant. *in cap.*3. *de Corpore* 548.
vitiatis, Ananias *in cap.*1. *ejuſd. tit.* Hoſtienſis, & quidam alii ſuſtineant hujuſmodi irregularitatem ex mutilatione ſui, non contrahi quando abſciſſio eſſet occulta: Veriùs tamen (ait Pax *num.*13.) Cardinalis Toletus *d.loco* arbitratur indiſtinctè, ſive publicum ſit, ſive occultum, irregularitatem oriri, propter qualitatem criminis, quia privat vita partem ſui corporis, & ob id, licet ſit occultum, fit irregularis, tanquam homicida partis ſui ipſius, *ad cap. Si quis abſcidit, cum ſeqq. diſt.* 55. quæ jura indiſtinctè loquuntur, neque conſiderant notorietatem, vel occultationem facti, multumque deteſtantur hujuſmodi delictum, pluſquam ſi committatur in alium: nam abſcindens alteri partem digiti non fit irregularis, ut diximus; ſibi verò abſcindens, ſic: atque ideo, cum hæc irregularitas ſit ex criminis qualitate, incurritur etiam propter crimen occultum, ut pluribus comprobat Toletus.

Si quintò quæras, an barbam tin- 549.
gere inducat irregularitatem? Reſpondet Majolus *de irregularit. lib.*1. *c.*21. *verſic. ult.* quod ſic, ductus exemplo Philippi, Magni Alexandri patris, qui Antipatrum Judicem, hac ſola cauſa, judicandi munere mulctavit, & in ordinem redegit. Veriùs tamen contrarium tenet Pax Iordanus *ſub*

d.

*d.num.*13. cum Campanili *rubrica* 11. *cap.*117. *num.*99. & ita tenendum, tametſi, ut idem Campanil. ait, vituperanda ſit illorum inſcitia, qui credunt hujuſmodi arte naturam deludere, vel homines fallere.

550. Concludit Pax Iordanus præfatum *titulum* 17. *de Corpore vitiatis*, cum verſiculo ſequenti: Quod verò ſcripſimus de præfata irregularitate, extenditur ad alias omnes; quia cum beneficium detur propter officium, ut ſæpè repetitum fuit, irregularis autem ab exercitio munerum Eccleſiaſticorum arcetur, *cap.*3. *& cap. Diverſis fallaciis*, *de Clerico conjugato*; propterea non admittitur ad beneficium conſequendum, qui non valet deſervire. Pleniſſimè Garcia *de Beneficiis*, *part.* 7. *cap.*11. *per totum*, cum ibi citatis, & habetur infrà *ſub tit. de Morum honeſtate*, & alibi; ſignanter *tit. ſequenti de irregularitate ex illegitimitate proveniente.* Item alio titulo de Bigamia.

551. Nonnulla circa prædicta, in meis ſcripſi lucubrationibus, quæ hîc pro corroboratione dictorum, breviter recenſere libet. In primis enim dixi *in Diſquiſit. tom.*1. *tract.* 2. *diſq.*1. *dub.*4. *num.*4. *verſic. Faciunt etiam*, ex Innocentio *in c. Qui partem*, *el* 6. *diſt.*55. *Qui partem cujuſlibet digiti ſibi ipſi volens abſcidit*, *hunc ad Clerum Canones non admittunt.* Pœna enim irregularitatis, hîc ſe mutilanti inflicta, gravis eſt, & gravem ſupponit culpam. Hæc ibi, *& diſq.* 2. *dub.*16. *num.*4. dixi: Cum nemo ſit ſuorum membrorum dominus, uti Paſqualigùs *de Sacrificio*, *quæſt.*545. *num.*5. & Pax Iordanus (*de re Sacra*, *tom.*1. *lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 13.) ex *l. liber homo*, *ff. Ad l. Aquiliam*, & *ex cap. Non eſt Noſtrum*, 23. *quæſt.*5. & cùm nemo ſe vulnerare poſſit, idem Pax *ex l. Omne debitum*, §. *qui ſe vulneraverit*, *ff. ad l. Aquiliam*, *& cap. Si non licet*, 24. *quæſt.*5. & ſi ſe cum mutilatione membri vulneraverit, fiat irregularis, *cap. Qui patem*, *diſt.*55. *In* 2. *tom. diſquiſit. diſq.*1. *dub.* 12. *num.* 69. dixi cum Caſtro Palao *part.* 1. *tract.* 14. *diſp.* 4. *punct.* 5. *num.* 2. irregularem eſſe incapacem beneficii: & *dub.* 7. *ejuſdem diſquiſitionis*, *num.* 108. dixi cum Baſſæo *tom.* 1. *verbo Irregularitas* 11. *num.*13. Lezana *tom.* 2. *part.* 3. *verbo Infamia*, *num.*3. *&* 16. Sanchez *in* 2. *tom. Conſilior. lib.*6. *cap.*3. *dub.*6. *num.*27. Theſauro *in Praxi Eccleſiaſt. part.*1. *num.*6. quod ablata infamia, & qualibet alia cauſa ob quam fuerat inducta irregularitas, ceſſat, & tollitur illa abſque alia diſpenſatione: & quod quando non eſt ſimpliciter lata, & abſolutè, ſed pro aliquo tempore, quo durat aliquis defectus, illo ſublato, ceſſat irregularitas: v.gr. irregularitas proveniens ex defectu ætatis, per adventum tollitur convenientis ætatis: infamiæ irregularitas, tollitur per vitæ emendationem, ſi illa ſit infamia facti: irregularitas ex ignorantia, per ſcientiam illi oppoſitam aufertur. In commentariis etiam dixi *ad Conſtit.* 6. *num.* 848. quod ablata infamia juris, tollitur irregularitas in ea fundata, cum Sanchez *loco citato*, Theſauro *cap.*34. & Bonacina *de Cenſuris*, *diſp.*7. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 6. & *num.* 912. dixi *ex cap.* 2. *de Clerico ægrotante*, celebrare non potentem Miſſam, ob deformitatem, aut defectum alicujus membri, alia officia exequi poſſe. Et *num.* 957. dixi cum Sigiſmundo à Bononia, Tamburino, & aliis irregularitatem, qua laborat neophytus, ceſſare, & ad Ordines promoveri poſſe, abſque diſpenſatione, ſtatim ac per Epiſcopi, aut Prælati juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis, judicium ita moribus, & diſciplina Chriſtiana inſtructus inveniatur, ut veteranus miles Chriſti cenſeri poſſit. Quæ omnia à me ipſo dicta in locis præcitatis, benè conſonant ſuperiùs traditis per Pacem Iordanum.

SECTIO VI.

De legitimitate natalium ad Beneficia & Ordines promovendis neceſſaria.

552. SExta qualitas requiſita in eo, qui beneficium Eccleſiaſticum obtinere valet, eſt legitimitas, qui enim non ſunt legitimè nati, à Jure Canonico repelluntur ab Ordinibus, & beneficiis, *cap. ut filii*, *de Filiis Presbyteror. cap.*1. *&* 2. *eod. tit. in* 6. *cap. Innotuit*, *de Electione*, *cap. Niſi cùm pridem*, §. *Perſonæ verò*, *de Renunciat.* & Trident. Concilium *ſeſſ.*22. *cap.*20. *de Reformat.* ibi, *natalibus*: & *ſeſſ.*23.

cap.5. de Reformat. ibi, *De ipſorum Ordinandorum natalibus* : & *c.7.* ibi, *Ordinandorum genus.* Doctores *in cap.1. & toto titulo de Filiis Presbyterorum, in antiquis, & in 6.* Hoſtienſis *in Summa ejuſdem tit.* Albert. *tract. de vero, & perfecto Cler. lib. 2. cap.1.* Lambertinus *de Iurepatr. 1. part. 2. lib. quæſt...art. 11.* Rebuffus *in Praxi, tit. de Diſpenſat. ex defectu natal.* Coraſius *de Benefic. part. 3. cap. 2.* Azorius *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 2. quæſt. ult. & cap. 3. per totum*, & Garcia *de Benefic. part. 7. de legitimitate, num. 1.* quos omnes recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *tom. 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 18.* qui *num. 2.* immediatè ad ſupradicta, ait dictam prohibitionem fuiſſe de jure divino, quoad Hebræos, *ex Deuteronomii cap. 23.* ibi : *Non ingreditur mancer, hoc eſt, de ſcorto natus, in Eccleſiam Domini.* Quæ diſpoſitio jam ceſſavit, & introducta, poſt Evangelii promulgationem, canonica humana, modò tradita, pro noſtræ Catholicæ & Romanæ Eccleſiæ miniſtris.

553. Illegitimorum ſpecies plurimæ diſtingnuntur à Campanil. *rubrica 11. cap. 13. num. 2. & ſeqq.* ubi de ſingulis agit. Hujuſmodi illi ſunt : *Naturales, Varii, Baſtardi, Spurii*, vulgò *Concepti, Hybridæ, Manzeres, Nothi, Inceſtuoſi, Nefarii, Adulterini, & Sacrilegi.* Jordanus *num. 3.* univerſam iſtorum congeriem redigit cum communi ad quatuor tantùm ſpecies, juxta textum *d. cap. Niſi, §. Perſonæ*, ibi : *Illo diſcretionis adhibito moderamine, ut inter nothos, & manzeres, naturales, & ſpurios diſtinguamus.* Ubi Gloſſa verbo *Manzeres*, ſic declarat, ſequendo hanc quadruplicem diviſionem. *Nothus, de adulterio natus dicitur.* Hæc Gloſſa, ſed illam intelligit Pax *num. 4.* cum Azorio *d. cap. 3. quæſt. 13.* de adulterio reſpectu viri; nam ex muliere conjugata *ſpurius, adulterinus* dicitur. Refert tamen Cardinalem Palleottum *de Nothis, & ſpuriis, cap. 17.* appellantem *nothum*, quem nos *naturalem* dicimus. Refert & Campanil. *d. rubr. 11. cap. 13. num. 16.* ſententiam Palleotti probantem, quamvis non improbantem Gloſſæ placitum, pro quo adducit Butrium *ibi, num. 32.* & alios multos, ſuppreſſis eorum nominibus. Et concludit Pax dicendo : Secundùm quam diſtinctionem, ſub *nothorum* nomine, comprehendutur etiam *adulterini.*

Varii dicuntur ex diverſo ſemine illigitimè procreati. Pax *d. num. 4. in fine*, ex Campanil. *loco citato, num. 11. in fine*, ubi ex Lampridio varium Heliogabalum dictum fuiſſe aſſeverat, eo quòd ex concubina fuiſſet procreatus. 554.

Baſtardi, voce barbara, generaliter appellantur omnes illegitimi, vel ſpecialiter, qui alio nomine naturales vocitantur. Jordanus *ubi proximè*, cum Campanil. *d. num. 11.* & pluribus ab eo allegatis.

Manzer dicitur de ſcorto natus: conſtat *ex præcitato cap. 23. Deuteronomii* : Gloſſa etiam allegata, verbo *Manzeres.* Addit Pax Iordanus *num. 5.* ex Azorio, aut *meretrice*, vel *alia qualibet fœmina ſoluta, pudicitiam ſuam venalem habente*, ſive *quæſtus cauſa corpus proſtituente*, matrimonii omnis experte. Gloſſam tamen ſimpliciter ſequuntur Joan. de Platea *in rubrica Inſtitutionis de Adoptionib. num. 3.* & Campanil. *cap. 13. num. 15.* ſubdens Hebræam eſſe vocem *Manzer*, juri communi incognitam.

Naturalis dicitur, *natus de concubina*, quæ tenetur in domo, loco quaſi uxoris, unica. Ita dicta Gloſſa. Azorius verò *ſuprà : Naturales, videlicet ii, qui gignuntur ex viro matrimonii vinculo ſoluto, & unica concubina domi retenta.* Rota verò apud Pacem Iordanum *num. 6.* ad hunc effectum puræ naturalitatis, & ut quis poſſit verè dici ſimpliciter *naturalis*, & frui beneficiis, quæ jure civili talibus indulgentur, requirit quod retenta ſit domi, in ſchemate concubinæ, quod ſit unica, quod inter eos potuerit eſſe matrimonium, quod ad liberos ſuſcipiendos retineatur, quod ſicut uxor diligatur, & alia hujuſmodi. Ita *in Narnienſi de Capitonibus, Lunæ 19. Januarii 1611. coram Lancellotto*, quæ eſt *deciſ. 282. part. 1. noviſſimarum*, & priùs *in Lodienſi coram Blanchetto, in Interamnenſi coram Sacrato*, & aliis : traditque Cardin. Mantica *de Conjecturis ult. lib. 11. tit. 9. num. 22.* Quæ ſingula requiſita probanda ſunt per aſſerentes, ut inquit dicta deciſio *in Narnienſi, num. 6.* & altero illorum deficiente, non cenſetur quis naturalis, neque admittitur ad

beneficium

beneficium, quod naturalibus, & legitimis, vel naturalibus tantùm conceditur, ut per eundem Cardinalem Manticam *deciſ.* 83. Quæ tamen procedunt de jure civili, & ad effectum prædictum prolis, ut poſſit appellari naturalis, & non ſpuria.

556. Sed de jure canonico concubinatus dicitur, quoties quis conſuetudinem habet cum aliqua muliere inhoneſtam, & frequentem converſationem domi, vel extra, propria, vel ſuorum, aut etiam extranea: quoniam in hoc non attenditur ſola cohabitatio propriæ domus, ſed ſcandalum inde proveniens. Pax *ſub n.* 8. cum Diaz *in Pract. crimin. verbo Concubinarii, cap.* 42. *poſt princ.* & Aloyſ. Riccio *in deciſ. Curiæ Neapolit.* 76. atteſtante ita practicari in Curia Archiep. illius Civitatis, & inter cætera allegat Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reformat. & ſeſſ.* 15. *cap.* 14. *de reformat.* ubi concubinarii vocantur etiam qui non retinent domi mulieres.

557. *Hybridas* appellarunt antiqui animalia ex diverſo ſemine procreata, ut ſues ex fero, & domeſtico procreatos, ſeu canes ex venatico, & gregario natos: ſed horum exemplo ad homines tranſlatum fuit nomen. Unde Plinius *lib.* 1. *cap.* 61. de C. Antonio Ciceronis Collega in Conſulatu, eo quòd ex imparibus natus eſſet parentibus, id ſcripſit, ad cujus exemplum alii ſic geniti nuncupantur. Pax *ſub num.* 8. poſt Campanil. *d. cap.* 13. *num.* 14. Sed hoc, ut notat Jordanus, non minùs de legitimis, quàm de cæteris dici poſſe videtur, ſi matrimonia ex diſparibus conſtent.

558. *Spurius* appellatur à præfata Gloſſa *in d. cap. Niſi*, natus de concubina. Alii (ait Azor. loco cit.) appellantur ſpurii; ſcilicet progeniti ex complexu legibus damnato: damnatus verò complexus dicitur, quotieſcumque fœmina lege aliqua ob concubitum, & congreſſum punitur. Tales igitur ſunt filii nati ex ſtupro, raptu, inceſtu, ſacrilegio, aut fœmina maritum habente. Dicuntur verò *ſpurii*, eo quòd patrem incertum habeant, vel eo quòd revera certum deſignare non valeant. Hæc Azorius, quem, & alios refert Pax Jordanus *n.* 9. *& ſeqq.* ſuper etymologia hujus nominis, & nonnulla alia, quæ licet aliàs ſcitu digna ſint, recenſere omitto, quæ non ita pro meo inſtituto neceſſaria videntur, & ad ea, quæ talia ſunt, me libens verto.

Arcentur igitur ab Ordinibus, & 559.
conſequenter à beneficiis illegitimi, multiplici ex ratione. *Primò*, propter Ordinis dignitatem, & præſtantiam, quæ turpibus, & infamibus committi non debet, *cap. Inter dilectos, de Exceſſibus Prælator. l. Neque famoſis, C. de dignitat. lib.* 12. Propter quam dignitatem divina lex prohibuit ſpurios, manzeres, & ſimiles perſonas intrare Eccleſiam uſque ad decimam generationem, *cap. Innotuit, de Electione, cap. Cum venerabilis, Qui filii ſint legitimi.* Et iſta ratio facit pro Marſilio, contra Menochium, & alios, de quibus Pax *num.* 12. ſermonem fecerat: ſed illos conciliare intendit *num.* 16. ex traditis per Azorium *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *quæſt.* 19. *verſic. Tertia cauſa*, per hæc, quæ ſequuntur verba: *Tertia cauſa eſt eorum, qui nati ſunt probro quodam, & ignominia, ob quam indigni tanto munere judicantur. Nam etſi Magiſtratus ſententia notati non ſint, nec inter infames habiti, ea tamen ferè eſt hominum de ipſis opinio, is conceptus, ut non immeritò macula quapiam aſperſi eſſe videantur. Item quorum origo contemnitur, vita quoque, & doctrina deſpicitur.* Sic ille (continuat Pax) innuens negativam ſententiam procedere de jure, affirmativam verò de facto, & ſecundum hominum opinionem.

Secunda ratio eſt ob deteſtatio- 560.
nem criminis paterni, quod plerumque deteſtatur, & punitur in filiis temporaliter, *cap. vergentes, de Hæreticis, l. Si quis cum militibus, ff. ad legem Iuliam de Adulteriis.* Tantus eſt enim paternus amor in filios, *l. Iſti quidem, ff. quod metus cauſa*, ut moleſtiis, & malis filiorum, magis quàm propriis ſæpiùs affligatur pater. *Nec verò me fugit*, inquit Cicero in quadam epiſtola ad Brutum, *quàm ſit acerbum, parentum ſcelera filiorum pœnis lui, ſed hoc præclarè legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amicitiores parentes reipublicæ redderet.* Et alibi idem Cicero: *Illud videtur eſſe crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna pervenit; ſed id & antiquum eſt, & omnium civitatum.*

Filius

Filius enim cenſetur eadem perſona cum patre, *l. ei verò, de inutilibus ſtipulationibus, & l. fin. C. de impuberum, & aliis ſubſtitutionibus.* Ex quo multas illationes cumulat Felinus *in c. 2. num. 2. de Præſumptionibus.* Hæc Pax Iordanus *d. tit. 18. num. 17.*

561. Tertia ratio, eſt metus incontinentiæ filiorum; ſolent enim filii parentum eſſe imitatores, juxta illud: *Sæpe ſolent filii ſimiles eſſe patri, cap. Si gens, diſt. 56. 1. quæſt. 1. §. Ex hoc.* Cum enim filius cenſeatur una perſona, & eadem cum patre, ut modò dictum eſt numero præcedenti, ſolent filii paternarum virtutum, vel vitiorum imitatores exiſtere, ut plura ſacræ paginæ teſtantur teſtimonia, quæ P. Mendoza *in cap. 1. Regum, annotat. 4. circa litteram, ſect. 4. à n. 30.* recenſet. Unde *in Pſalmo 126.* filii excuſſorum, hoc eſt tribulatorum, ſive juſtorum, (ait Pax *num. 18.*) ſagittæ dicuntur in manu potentis: quia ſicut ſagittæ velocitas tribuitur viribus emittentis, ita filiorum probitas parentum probitati debetur: & è converſo, mali parentum mores in filios transfunduntur, in tantum, ut ferè miraculi loco ſit habendum, ſi patre impiè agente, filii temperent à malo: propterea *Numeror. cap. 26. num. 10.* legitur: *Factum eſt grande miraculum, ut Core pereunte, filii ejus non perirent:* quod in hoc ſenſu capitur à Mendoza *præd. loco, n. 39.* cum Cajetano (quidquid Hebræi de more fabulentur) nimirum, quod miraculum grande fuerit, patris malitiæ filios non fuiſſe participes, ac proinde nec pœnarum.

562. Quarta ratio eſt, quia illegitimi, quaſi maculati, & dehoneſtati parentum incontinentia, ſicut maculatur maritus incontinentia uxoris, *cap. Si cujus uxor, diſt. 34.* non debent ad Clericalem ſtatum admitti, quæ certè ratio cum præcedenti coincidit.

SUBSECTIO I.

Concluſio de incapacitate ad beneficia, propter defectum natalium, multipliciter ampliatur.

563. INcapacitas ad beneficia, & irregulariras ad ea, & ad Ordines, ob defectum natalium, multipliciter ampliatur: & *primò* quidem, ut procedat, quamvis vitium omninò ſit latens, & occultum: eſto Alphonſus à Caſtro *de lege pœnali, lib. 2. cap. ult. concluſ. 3.* contrarium teneat: quia tamen ſine textu, & ſolido fundamento loquitur, attendi ille non debet: Authoribus enim quantumvis magnæ authoritatis ſint, credendum non eſt, ſi ſine lege, aut ratione loquantur, ut dixi *in Diſquiſition. tom. 2. diſq. 1. dub. 14. num. 138.* cum Archidiacono *in cap. Noli timere, 11. quæſt. 3.* erubeſcibile namque eſt, aliquid dicere, & per legem non probare. Paul. Roſellus multis id probat *in Floribus legum, verb. Erubeſcimus*, & Ugolinus *de Cenſuris Pontifici reſervatis, part. 3. cap. 2. verſic. Etiam prætextu, num. 3. ſub §. Contrariam*, ait: Erubeſcimus, cum ſine ratione loquimur, *§. Conſideremus, in Authentico de Triente, & Semiſſe.* Ampliatio igitur noſtra, quam cum Navarro *in Manuali, cap. 27. num. 194.* Anton. *in cap. 1. de Filiis Presbyter.* Angelo *in Sum. verbo Irregularitas, §. 53.* Sylveſtro *verbo Illegitimus, n. 1.* Azorio *part. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 23.* & cum communi Doctorum tenet Pax Jordanus ſequenti *num. 20. tit. 18.* ſine ulla hæſitatione ſequenda eſt.

564. *Secundò* ampliatur ita ut procedat, non ſolùm quando certum eſt aliquem illegitimum eſſe, verùm etiam quando publica eſſet nota reſperſus: quo caſu propter notam hujus defectus, prohibetur ordinari, vel ad altiores Ordines aſcendere, & conſequenter beneficium accipere, vel retinere. Sed tunc indicitur ei purgatio Canonica, *cap. Accedens*, ubi Gloſſ. & Doctores, *de Purgat. Can.* Azorius *d. cap. 3. quæſt. 24.* & Pax Jordanus *n. 21.* qui *num. 22.* ait: Purgatio verò, ut inquit Gloſſa *verbo Purgatione*, fit probando ſe natum ex N. & N. jugalibus; & ſic probato ſe legitimo, conſequenter probat ſe non illegitimum. Unde Gloſſa colligit purgationem dari, non ſolum ſuper crimine, verum etiam ſuper irregulatitate: quod eſt notandum, ait ipſe Pax Jordanus.

565. *Tertiò* ampliatur, ita ut procedat dicta incapacitas, & irregularitas, quando mater diceret proprio filio, nato in figura matrimonii, quod eſt illegitimus, ipſe verò crederet, & fidem præſtaret matri. Tunc enim excludi

excluditur ab Ordine, & beneficio: & peccaret illa ſuſcipiendo, cùm putet ſe illegitimum. Fatuus tamen erit credendo, quia non tenetur ad hoc, ut communiter affirmant omnes, *ex l.1. ff.de Carboniano edicto.* Bartolus, & alii *ibi.* Gloſſa *in l.Si vicinis, C.de Nuptiis, & in l.etiam, ff.de Probationib. & in l.Si Poſthumus, ff.de liberis, & poſthumis.* Abbas *in cap.1. de Filiis Presbytor.* dictus Bart. *in l.Filium, ff.de iis, qui ſunt ſui, vel alieni juris,* Menochius plures allegans, *de Arbitrariis, cent.1. caſu 89. num.27. & ſeqq.* Navarrus *conſ.1. num.5.de Filiis Presbyterorum,* quos omnes textus, Gloſſas, & Doctores recenſet Pax Jordanus *d. tit.18.num.23.* qui in ſequenti rationem ſequentem reddit.

566. Filius enim, ait, præſumitur, qui naſcitur ex alicujus uxore, *d. l. Filium, l.Non epiſtolis, C.de Probat. l.Si vicinis, C. de Nuptiis, cap. Per tuas, de Probat. cap. Tranſmiſſæ, Qui filii ſint legitimi.* Navarrus *loco cit.* magnam appellans *d. l. Filium*, authoritatem legiſlatoris. Menochius *ſuprà, num.19.* dicens hujuſmodi præſumptionem militare, non ſolùm quoad quaſi poſſeſſionem, verùm etiam quoad proprietatem, cum Paleotto *de Nothis, & ſpuriis, cap. 22.* & Pariſio *conſil.10. num.2. & conſ.13. col.1.lib.2.* Quæ quidem multipliciter ampliatur per Menochium *dicto loco*, & per alios, apud quos videre erit, & ſignanter in terminis noſtris, etiamſi mater contrarium aſſereret: tum, quia certa eſſe non poteſt; tum etiam, quia ob varios affectus mentiuntur matres. Ex quo inferunt, ſtultè egiſſe quemdam Regis filium, nimis credulum matri aſſerenti non Regis, ſed militis filium, regno cedendo. Cyn. & Bartolus *in d.l.Filium.* Neviz. *in Sylv. nupt.lib.1. num.50.* Menochius *ſuprà, num. 28.* & alii penes eum. Ita refert Pax Jordanus *num.24.cum duobus ſeqq.* Qui ſtatim, ut ſequitur, ait.

567. Et quamvis Alciatus *de Præſumptionib. regula 3. præſumpt. 31. & Parerg. jur. cap. 12.* approbet cautelam cujuſdam viduæ, quæ dum ageret in extremis, vocatis ad ſe tribus filiis, ait eis, quod unus ex ipſis erat illegitimus, idque parata erat, pro exoneratione propriæ conſcientiæ, patefacere, niſi paciſcerentur adinvicem, ſibique remitterent, prout fecerunt; & hac via ſatisfecerit mater quoad Deum, juxta *caput Officii, de Pœnit.* Attamen Covarruvias *in cap. Peccatum, part.1. §.1. verſic. Nec mihi placet, de Regul. juris, in 6.* & Menochius *d.loco, num.29.* improbant hujuſmodi cautelam reſpectu filiorum, quia nemo tenetur credere matri, juxta prædicta, etiam agenti in extremis. *Non enim omnis moriens præſumitur juſtus, vel Sanctus Ioannes Baptiſta,* ut inquit Baldus *in titulo de Pace Conſtant.* verbo *Vaſſalli,* Grammat. *deciſ.42.num.9.* & *deciſ.56.num.16.* Tum etiam, quia pactum inter fratres initum, ſi quando veritas certioribus conjecturis appareret, non ſuſtineretur, eo quòd juſto metu potiùs quàm libera voluntate conventum cenſetur. Sed reſpectu matris non improbant cautelam. Verùm neque eſt probanda, aut ſequenda, & potius fruſtratoria, & vana judicanda, etiam reſpectu matris. Ita ſentiunt aliqui viventes Theologi. Suppoſito itaque, quod filius credere noluit, prout regulariter non tenetur, opus tamen erit pro ſuſcipiendis Ordinibus, quod ſcrupulos omnes deponat, ne operetur contra conſcientiam, ut admonet Navarrus *d. conſilio primo.* Ita Pax Jordanus.

568. *Quartò*, ampliatur principalis concluſio in expoſitis, quorum parentes ignorantur: nam & hi, quoad hunc effectum Ordinis, & proviſionis ad beneficia, & dignitates, prò irregularibus habentur, & ſine diſpenſatione promoveri non debent. Licèt enim Paleottus *de Nothis, & ſpuriis, c.36.* Menochius *de Arbitrariis, caſu 396.* & Felinus *in cap. Deputati, num.1. de judic.* & nonnulli alii apud Garciam *de benefic. part.7. cap.2. num.7.* putaverint illos legitimos habendos eſſe: verius tamen videtur contrarium, quod ſequitur Pax *num.29.* cum Covarruvia *in Clement. Si furioſus, 1.p. num.9.* Salzedo *ad Bernard. Diaz, in Practica, cap. 14. litt.C, verſic. Sed huic loco.* Hondedeo *conſ.47. num.23. lib.2.* Garcia *ubi proximè, num.8.* plures adducente.

569. Et ratio eſt, quia cum in hac re conjecturis ſit agendum, & frequentiùs exponi ſoleant illegitimi quàm legitimi; ſic in dubio præſumendum eſt, quod

frequentius contingere ſolet. Unde Ugolinus apud Garciam *num.* 9. teſtatur ſe vidiſſe re ipſa per multos annos, quibus animarum curam exercuit, ſolum ex fornicatione, illegitimaque copula genitos exponi. Et quamvis Doctores citati pro contraria nonnulla afferant exempla de legitimorum expoſitione, plura tamen afferri poſſunt de expoſitione illegitimorum: & quia in dubio tutior pars eſt eligenda, ob id ita tenendum, tanquam tutius, & veriſimilius: & admiſſa iſta ſententia, non poterit Epiſcopus diſpenſare cum eis, niſi prout cum aliis illegitimis, ad minores videlicet, & ad ſimplex beneficium. Ita docet Pax Jordanus *num.* 30. qui *num.* 32. refert Garciam *num.* 13. plura ſcitu digniſſima cumulantem, *& ſeqq. uſque ad num.* 28. pro eo, quod tutior pars eligenda ſit. Et *num.* 31. ait Pax, quod prima ſententia propter magnam authoritatem illam aſſerentium ex poſtfacto poſſet amplecti, ut Covarruvias, Salzedo, & alii multi cum Garcia *ubi ſuprà, n.* 11. quando nimirum ſic expoſitus jam promotus ad Ordines, & beneficium reperiretur; non enim deberet propter hoc moleſtari.

570. *Quintò* ampliatur principalis concluſio in filiis Preſbyterorum, & Clericorum, qui multò magis, quàm alii naturales prohibentur ordinari, aut de beneficiis provideri, ut conſtat apertè *ex tit. de Filiis Presbyterorum.* Ita & Pax Jordanus *d. tom. 2. lib.* 10. *tit.* 18. *num.* 33. & latiùs *tit.* 19. *per totum*, & Barboſa *in Collectan. ad d. tit. de Filiis Presbyterorum.*

SUBSECTIO II.

Incapacitas ad beneficia, & irregularitas non habet locum in omnibus, qui non ex legitimo matrimonio procreati ſunt. Redditur prima exceptio regulæ.

571. REgula generalis *in ſect. ſexta, numero* 552. tradita de legitimitate natalium neceſſariâ ad beneficia, & Ordines ſuſcipiendos, exceptiones aliquas patitur, de quibus in præſentiarum agendum occurrit; ſicut ampliationes, de quibus modò in præcedenti egimus ſubſectione. *Prima* limitatio eſt, ut non procedat regula, quando illegitimi per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt: tales enim legitimi efficiuntur quoad omnia, excepto Cardinalatu, juxta Sixti Quinti conſtitutionem, *cap. Tanta, Qui Filii ſint legitimi*, & ibi Gloſſa, Abbas *num.* 4. *&* 7. aliique communiter. Peregrinus *de Fideicomiſ. artic.* 24. *n.* 1. *& per totum.* Cuchus *Inſtitut. major. lib.* 5. *tit.* 11. *n.* 129. *&* 140. *cum ſeq.* Cardinal. Mantica *de Conjecturis ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. Anton. Gabriel *de legit. concl.* 1. Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 18.

572. Et ſufficeret etiam matrimonium putativum, etiam unius ex conjugibus, quando videlicet impedimentum dirimens interceſſiſſet, ignoratum ab ipſis conjugibus, vel ab alterutro ipſorum, *d. cap. Tanta, juncto cap. ex tenore, eod. tit.* Butrius *in d. cap. Tanta, & in cap. Quod nobis, ejuſd. tit.* Caſſadorus *deciſ. unica de Sponſalib.* Gabriel *ſuprà, num.* 4. *&* 6. Garcia *n.* 30. & plures alii apud eos, & Pax Jordanus *num.* 35. qui addit ſufficere matrimonium validum, ſecundum uſum illorum, qui contraxere, etiamſi jure canonico invalidum ſit. Veluti ſi duo infideles contraxiſſent in gradu prohibito, & procreaſſent, ac deinde converterentur ad fidem, proles nata pro legitima haberetur, *cap. De infidelibus, de Conſanguinit. cap. fin Qui filii ſint legitimi, cap. Gaudemus, de Divortiis.* Et eſt indubitata concluſio ubi repugnat ſolum jus commune. Major difficultas eſt, quando reſiſtit jus divinum, veluti quia dimiſſa priore uxore, ſecundam accepiſſet: ſed adhuc favore fidei, & prolis id ſtatuitur. Gloſſa, Joannes Andreas, & alii *in d. c. fin.* Peregrinus *art.* 24. *num.* 63. quamvis Covarruvias *de Sponſalib. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. dibitaverit, ſed prima verior, ait Pax.

573. Immò & filii inceſtuoſi legitimari per ſubſequens matrimonium contractum ex diſpenſatione Summi Pontificis conceſſa cum clauſula apponi ſolita, *Prolem ſuſceptam, ſi qua eſt, & ſuſcipiendam exinde legitimam decernendo, &c.* afferit Jordanus *num.* 36. Tunc enim cenſetur diſpenſatum in radice matrimonii, & ſublatum impedimentum ſanguinis, vel hujuſmodi, ac ſi de Iure Canonico non interceſſiſſet: ſicut enim Papa conſtitutione univerſali decrevit prolem illegitimam

mam per ſubſequens matrimonium legitimari, ut *d. cap. Tanta:* ſic etiam in caſibus particularibus, immò & generaliter, nihil prohibet, quin poſſit jus canonicum extendere, ac prolem etiam inceſtuoſam legitimare. Qua de re, occaſione quorumdam majoratuum Hiſpaniarum, prodierunt multæ deciſiones Rotæ coram Cavalerio, & aliis, in quibus pleniſſimè diſcutitur materia, & firmatur concluſio ſupradicta ex multiformi ratione, atque authoritate, ac reſpondetur contrariis: quas deciſiones exſcribit Garcia *d. cap. 2. à num.* 40. Aliam pulcherrimam deciſionem, *in Hiſpalenſi Illegitimitatis, coram Ubaldo*, habes apud Marcheſanum *de Commiſſ. part. 3. pag.* 355.

574. Quando igitur conſtat per clauſulam prædictam, ſive per alia verba, Papam voluiſſe diſpenſare ſuper radice matrimonii, illud ab initio confirmando, vel retrò legitimando prolem ſuſceptam, tunc filii inde nati, ab initio legitimati cenſentur, & de legitimo matrimonio nati: quoniam in his Papa ſupremam habet poteſtatem, & facere poteſt, quod uſque ab initio matrimonium fuerit legitimum, ut in præfatis deciſionibus, & docet Peregrinus *de Fideicommiſ. art.* 24. præſertim *n.* 80. Ancharan. *conſ.* 409. *col.* 2. per textum *in cap. Quod nobis, Qui filii ſint legitimi*, & per alias rationes, atque authoritates. Tunc enim Papa imprimit qualitatem effectui producto ante eſſe matrimonii, ut dicit Butrius *in d. cap. Tanta*, & prima deciſio coram Iuſto, ex citatis. Ampliſſima enim eſt poteſtas ejus circa matrimonium, & conſequutiva ejus, in iis, quæ à jure humano, & poſitivo procedunt, cujuſmodi ſunt hæc impedimenta. Ferdinand. de Lonet. *in tract. de Matrimonio Regis Angliæ, dubit. 2. in reſponſ. ad primum partis negativæ fundamentum, num. 1. verſic. In his enim, & in reſponſ. ad 6. argumentum*, poſt Abbatem *in cap. Per venerabilem, num. 22. verſic. Aut non tenuit, impediente lege Canonica, Qui filii ſint legitimi*, & dictas deciſiones pleniùs examinantes. Ita Pax Jordanus *loco citato, num.* 37. qui ſtatim *num.* 38. ſequentia docet.

575. Quod ſi tantùm Papa diſpenſaret ſuper matrimonio contrahendo, & prolem ſuſceptam ſimpliciter legitimaret, hujuſmodi legitimatio procederet magis in vim reſcripti, non autem ex radice matrimonii: & ita multùm intereſſet, quoad bona temporalia, in terris Summo Pontifici non ſubjectis; licèt quoad honores, dignitates, Ordines, & beneficia Eccleſiaſtica, ubique operaretur. Baldus *conſil.* 139. *lib.* 3. Peregrinus *d. art.* 24. *num.* 78. & 80. & ſæpiùs legendo in Patavino Gymnaſio, me audiente; concordantque alii Doctores ab ipſo citati, & 2. *deciſio coram Iuſto, in dicta Pampilonenſi illegitimitatis*, quæ dicit ita intelligendos eſſe Doctores *in l. Paulus, ff. de ſtatu hominum*, & alibi, quatenus ſimpliciter dicunt, matrimonium ſubſequutum non legitimare prolem ſpuriam: intelliguntur enim, quando Papa non ſuſtulit impedimentum modo ſuperiùs indicato.

576. Similiter quando Papa diſpenſat tantùm, *ex nunc*, proles ſpuria jam ſuſcepta, non cenſetur legitimata, ſecus ſi *ex tunc*. Abbas *in cap. Per venerabilem, num.* 21. *Qui filii ſint legitimi*. Gozadin. *conſ.* 6. *num.* 64. Cephal. *conſ.* 307. *num.* 53. ubi quod proles ſic legitimata *prout ex tunc*, efficitur legitima, etiam quoad ſuccedendum in feudis Imperialibus. Peregrinus *d. num.* 78. Rota *in deciſionibus ſuprà citatis*, & alii apud eos, quia cenſetur diſpenſaſſe in radice matrimonii in ſecundo caſu, non autem in primo, *deciſ. ſuprà cit.* quia Papa procedendo per amotionem impedimenti à Iure Canonico interpoſiti, nemini facit injuriam, ut ex *d. conſilio* Ancharani 409. *num.* 4. conſiderat deciſio *in d. Pampilonenſi*: quæ etiam adjungit, quod per clauſulam, *Decernendo prolem, &c.* cenſetur decernere *retro*, & non *ex nunc*; quia per diſpenſationem, & matrimonium ſubſequutum tollitur impedimentum à principio, & ſic non intrare in tali caſu conſilium Baldi 129. *num.* 3. *lib.* 3. neque Covarruv. *ſuper* 4. *Decretal. part.* 2. *cap.* 8. §... *n.* 3. de quibus ſupra, quod ſit diſpenſatio per reſcriptum; ſed potiùs aliæ authoritates, quod ſit diſpenſatio in radice matrimonii, juxta ſuperiùs repetita.

577. Ceſſante verò diſpenſatione Apoſtolica, ſi ſuſceptis filiis ſpuriis, in-

ter eos, qui de tali tempore non poterant matrimonialiter ſe conjungere, ac deinde, ſublato impedimento, matrimonium contrahatur, filii ſpurii, ante matrimonium ſuſcepti, minimè fiunt legitimi per matrimonium ſubſequens, etiamſi tales ſpurii exiſtant putativi naturales, quia parentes, vel alteruter ipſorum ignoraverit impedimentum ſpurietatem inducens. Gloſſa 2. *in d. cap. Tanta*, ubi arguit ad partes, & in fine ſuſtinet negativam, quamvis malè à multis adducatur pro contraria. Sequuntur Joannes Andreas, Butrius, & Abbas *n.*8. ubi dicit hanc opinionem veriſſimam, quia danti operam rei illicitæ (prout ſunt hi fornicariè ſe commiſentes) imputantur omnia, quæ eveniunt, quamvis præter cogitatum, *cap. Tua*, *cap. Continebatur*, *de Homicidio*, Peregrinus *d. art.* 24. *num.* 52. dicens ad hoc videri *text. in cap. fin.* §. 1. *de Clandeſtina deſponſatione.* Curtius Junior *conſ.* 27. *num.* 6. *& conſ.* 52. *num.* 5. Sylveſter Aldroband. *in* §. *fin. de Nupt. num.* 21. Fachin. *de Controver. juris*, *lib.* 3. *cap.* 35. Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 33. multos alios referens: & ita docent deciſiones ſuprà indicatæ. Et quamvis contrarium ſentiant Caſſadorus *deciſ.* 1. *tit. de Sponſ.* & alii cumulati per Covarruviam *in* 4. 2. *part. cap.* 8. §. 7. *num.* 17. Anton. Gabriel *in tit. de Legitimat. concl.* 2. Cuchus *Inſtitut. Major. lib.* 5. *tit.* 11. *n.* 139. & multi apud eos; à priori tamen ſententia non eſt recedendum, ex ratione jam dicta, ut inquit Peregrinus *ſuprà*, *num.* 52. & Garcia *d. loco*, *num.* 33. *cum ſequentibus*, & illis citatis Pax Jordanus *num.* 40. *&* 41.

578. Et non obſtat, quod dictum eſt de matrimonio putativo, de quo *n.* 572. *Primò*, quia qui hujuſmodi matrimonio erranter incumbunt, rei licitæ operam præſtant, quod non procedit in fornicationibus; & conſequenter, quidquid evenit contra, vel præter eorum voluntatem, ſibi imputari debet, ut advertit Pax *num.* 42. poſt Peregrinum *loco citato. Secundò* non obſtat *cap. Quod nobis*, *Qui filii ſint legitimi*, citatum per Covarruviam. Quia textus ille loquitur in matrimonio clandeſtino, poſtea per Eccleſiam recepto, quod multùm differt à caſu noſtro, qui de coitu omnino fornicario tractat: in quo quidem coitu damnato, nullo modo conſiderari poteſt Eccleſiæ approbatio, & concurſus. Ita Pax, cum Peregrino *ſuprà*, & cum hac ſententia, ait, concordat Henric. Boic. *in d. cap. Ex tenore*, *col.* 2. Socinus Junior *conſ.* 51. *num.* 40. *lib.* 1. Cephalus *conſ.* 82. *num.* 37. *&* 38. *& conſ.* 390. *num.* 4. Menoch. *conſ.* 15. *col. ult.* & Sylveſter Aldobrand. *d.* §. *fin. num.* 21. *de Nupt.*

Suppoſita ſententia, quod ſpurii, 579.
qui ſimpliciter naturales non ſunt, abſque Apoſtolica diſpenſatione in radice matrimonii, non legitimentur per ſubſequens matrimonium, excitat Pax Jordanus *num.* 42. *d. tit.* 19. gravem hanc difficultatem, an ad dictum effectum legitimationis ſit attendendum tempus conceptionis, an verò nativitatis ejuſmodi baſtardorum? Contingere enim poteſt, quod attento tempore conceptionis, cenſeantur ſpurii; & attento tempore nativitatis, naturales tantum exiſtant, & è contrario; interim enim poteſt adeſſe, vel abeſſe impedimentum matrimonii contrahendi, ſpurietatem cauſans.

Duas ſententias pro illius reſolu- 580.
tione refert, utrimque graviſſimorum DD. authoritate munitas. *Prima* aſſerit, tempus conceptionis eſſe attendendum, vel nativitatis quidem, prout partui magis favorabile exiſtit, argumento *textus in* §. *ſufficit*, *Inſtitut. de Ingenuis, & man. & l. Nuper, C. de Naturalibus libertis, & in Authentico Quibus modis naturales effic. ſui*, §. *Tribus, ſive* §. *Si quis autem*, *prope finem.* Pro ea citat Hoſtienſem, Joan. Andream, Cardinalem, Anton. Ancharan. & Collector. *in d. cap. Tanta*, Anton. Gabrielem *d. tit. de legitimat. concl.* 2. *n.* 10. *& concl.* 4. *num.* 11. Covarruviam communem dicens, *d.* §. 2. *num.* 2. Fachineum *Controverſ. juris lib.* 3. *cap.* 50. Sanchez *de Matrimonio*, *lib.* 8. *diſp.* 7. *num.* 19. & alios plures, apud Garciam *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *n.* 35.

Secunda eſt aſſerentium, inſpicien- 581.
dum eſſe tempus conceptionis, eo quòd agatur de qualitate, & macula contracta ex vitio, & crimine coitus & conceptionis. Hanc probabiliorem judicat Pax *num.* 46. quam fundat *in l. Paulus* 11. *ff. de Statu hominum*, inducendo, & pendendo textum cum Sarmient.

mient. *lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. *à num.* 10. & pro ea recenſet Cyn. & Paulum *in l. Cum ex libera, C. de Suis, & legitimis hæred.* Bartolum, Baldum, Albert. *in d. l. Paulus*, Salicetum *in l. etſi contra, C. de Nuptiis*, & *in l. Filium, C. de Suis, & legitimis hæred.* Majolum *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 14. Sarmient. *loco citato*, & Peregrinum *d. art.* 24. *n.* 50. licèt non ita clarè loquentem; ſed in ſubſtantia ſic voluiſſe videtur, ait: carpendo enim Covarruviam *ſuprà*, quòd reſponderit textum *in d. l. Paulus*, illuc proceſſiſſe, ex eo, quod per novum conſenſum ante partus nativitatem, matrimonium priùs nullìter contractum, renovatum non fuerit, ſubdit: Verum eſt quod Covarruvias vir alioqui diligentiſſimus, non adverterit ad Bartol. *in d. l. Paulus, ff. de Statu hominum*, ubi præcisè opponit de textu *in d. l. Nuper*, & ſolvit, quod *ibi*, coitus concubinarius, jure civili erat licitus; ideo ſpectatur tempus, quod partui utilius ſit: in caſu verò *legis Paulus*, coitus erat omninò illicitus. Sequuntur Bald. & Angelus, & ſic ſolvit Salycet. *in d. l. Filium.* Nec ſatisfacit ſolutio Covarruv. quia Paulus Juriſconſultus ponderat tempus conceptionis. Hactenus Peregrinus: qui cum ſe fundet in coitu damnato (ait Pax) adhæret noſtræ ſententiæ: agitur enim de coitu improbato, ut patet ex jam dictis. Hanc eandem tuetur Garcia *d. cap.* 2. *num.* 36. ubi etiam nonnullos alios adducit pro ea.

582. Addit Jordanus *num.* 47. in Regnis Hiſpaniæ prævalere priorem opinionem, fundatam *in l.* 11. *Tauri, titulo* 8. *lib. recopilationis*, ut advertit Joannes Garcia *de Nobilitate, gloſſa* 20. *n.* 29. & alii Doctores Hiſpani, recenſiti à Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 37. qui *n.* 38. ſequenti, ſententiam contrariam ſequendo, dicit quod lex Tauri procedat, quoad effectus civiles, non quoad alia, ut ibi dictam legem declarat.

583. Illud etiam attendendum in materia diſpenſationis Papalis ait Pax, quod quando intervenit illa poſt copulam in figura matrimonii (quod tamen nullum ſit in eſſentia, propter impedimentum Pontifici narratum in diſpenſatione) tunc ſatis eſt facere mentionem prolis, abſque alio decreto ſuper legitimatione; & Papa diſpenſando, cenſetur prolem ex illo matrimonio ſuſceptam legitimare ab initio, & non nuper; quia approbat matrimonium, & ejus effectum, ac ſi ab initio contractum fuiſſet, nullo exiſtente canonico impedimento, & diſponit in radice matrimonii. Covarruv. *de Sponſalib. 2. part. cap.* 8. *n.* 13. ubi Concord. Anton. de Roſa *in tract. de legitim. lib.* 2. *in princ. num.* 19. Rota *coram Iuſto in d. Pampilonenſi*, 10. *Junii* 1609.

584. Quod ſi diſpenſatio requiratur poſt copulam inceſtuoſam, aut aliàs prohibitam extra figuram matrimonii, tunc non ſufficit ſimplex mentio prolis ad effectum, ut legitimatio trahatur ad radicem, & faciat prolem legitimam, quoad omnia loca, res, bona, &c. ſed requiritur decretum ſpecificum ſuper hujuſmodi legitimatione, cum clauſula ſuperiùs *n.* 573. propoſita, vel per alia verba æquipollentia, quibus conſtet de mente Pontificis diſpenſare volentis in radice, & copulam prædictam uſque à principio purificare, auferendo omnia canonica impedimenta: quoniam & iſta dicitur legitimatio per ſubſequens matrimonium, vigore diſpenſationis, quæ facit ſic legitimatum omninò capacem, quoad omnia. Cephalus *conſ.* 307. *n.* 53. & dicta deciſio *ſuprà citata*. Ex quibus intelliguntur, & concordantur multi Doctores *in d. cap. Tanta, & d. l. Paulus, de Statu hominum*, & aliæ authoritates, quæ ſibi contrariæ videntur. In manu enim Papæ eſt radix, & fundamentum, à quo ſurgit hujuſmodi legitimitatis, & illegitimitatis differentia. Nam ipſe poteſt ubilibet per hujuſmodi viam matrimonium diſpenſare quoad omnia: ex quo habet etiam purum laicum, quoad matrimonium ſibi ſubjectum, *cap.* 1. *& cap. Cauſam, Qui filii ſint legitimi*, dicta *deciſio ſuprà proximè citata*. Quod non contingit in ſimplici diſpenſatione per viam reſcripti, ut ſuperiùs fuit conſideratum: & hæc attende, quia frequenter contingunt in praxi, & ſunt de apicibus juris. Hactenus Pax Jordanus *num.* 50. *& duobus ſeqq.*

585. Subampliatur limitatio prima regulæ generalis, de quibus *num.* 571. ita ut matrimonium ſubſequens operetur

retur prolis legitimationem, quamvis honeſtè contrahi non potuerit, dummodò tamen validè, v. gr. quia mulier eſſet vilis conditionis, meretrix, aut alia ratione infamis, vel è contra maritus. Ita Pax Jordanus *d. lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 53. poſt Cacheran. *deciſ. Pedem.* 154. alios adducentem, & teſtatur in Senatu Sabaudiæ judicatum fuiſſe pro legitimatione prolis, etiam ad effectum ſuccedendi in quibuſcumque bonis: & poſt Peregrinum *in ſæpè citato art.* 24. *num.* 51. dicentem, eſſe veriorem opinionem, utroque jure inſpecto. Nam de jure civili conſtat, filios ex ſerva, vel liberta natos, per matrimonium ſubſequens legitimari, §. *fin. in Authentico de Triente, & ſemiſſe, & §. fin. in Authentico Ut liberi de cætero.* Certum autem eſt, has eſſe viles perſonas. Sic in terminis arguit, & concludit Jaſo *conſ.* 234. *in* 2. & Peregrinus *ſuprà.*

De jure verò Canonico, ait Pax, indubitatum eſt, validum eſſe matrimonium cum hujuſmodi mulierculis vilibus, & infamibus, *cap.* 1. *& per totum, de conjugio ſervorum, cap. Inter opera, de ſponſalibus, & matrimoniis*, cum ſimilibus. Unde ſi matrimonium validum cenſetur, neceſſariò ſequitur, in vim matrimonii prolem quoque legitimari; quia textus *in d. cap. Tanta*, nullam facit diſtinctionem. Et ita conſuluiſſe addit Caſtrenſem *conſ.* 429. *Præſuppoſito, col.* 2. *in* 2. Dec. *conſ.* 155. Alciatum *regula* 2. *de Præſumptione* 5. *n.* 5. Peregrinum *d. num.* 51. plures alios adducentem, prout etiam facit Cacheran. *deciſione citata*, quidquid in contrarium nonnulli diſtinxerint apud eundem Peregrinum *loco citato*, quibus tamen nullo modo adhærendum dicit, & benè. Ita Jordanus.

586. Et rurſus ſubampliatur prima regulæ exceptio, & limitatio, ita ut procedat iſta, quamvis matrimonium in articulo mortis, aut in ſumma ſenectute fuerit contractum, quando jam nulla cognoſcendæ uxoris, & ſuſcipiendæ prolis ſubſiſtat ſpes. Sic enim habet communis opinio Canoniſtarum, Cardinalis, Butrii, Præpoſiti *in d. cap. In tanta*, Abbatis *in cap. Commiſſum, de Sponſalibus*, Peregrini, plurimis citatis, *d. artic.* 24. *num.* 59. Pacis Iordani illos recenſentis, & ſequentis.

An autem ejuſmodi legitimatio per matrimonium in tali ſtatu contractum, operetur etiam ad effectum excludendi ſubſtitutum, vocatum ad bona, in caſu deficientiæ filiorum legitimorum, & naturalium, controverſum valdè eſt. Plures namque ſenſerunt, non operari: illos refert Peregrinus *d. num.* 59. *poſt medium.* Ratio, quia id fieri in fraudem ſubſtituti præſumitur. Alii, quos ibidem recenſet, & ſequitur idem Doctor, alias conjecturas requirunt ad probandam fraudem, præter dictum matrimonium. Alexander *in l. Si quis poſthumus, ff. de liberis, & poſthumis*, Felinus *in cap. in præſentia, num.* 59. Decius *num.* 60. *&* 61. *de Probationib.* Iaſo *in l. Sed eſt quæſitum, num.* 10. *ff. eod. tit. de liberis, & poſthum.* Ripa *in l. Ex facto, §. Si quis rogatus, n.* 48. *ff. Ad Trebellian.* ubi adducit, quod in mortis articulo exiſtens, non præſumitur cogitare malum. Gabriel *conſ.* 23. præſertim quando major pars fortunarum defuncti non eſſet ſuppoſita fideicommiſſo. Menochius *conſil.* 226. *num.* 77. quorum ſententiam veriorem dicit Peregrinus *loco citato*, quia fraus non eſt ſe relevare ab onere fideicommiſſi, *ad l. Cum pater, §. Titio, ff. de legatis* 2. & propriis filiis ſubvenire, & providere, quibus pro natura tenemur, *ad l. Cùm ratio, ff. de Bonis damnatorum*: nec enim panem, quem filiis dare poſſumus, bonum eſt de illorum manibus eripere: nam ordinata charitas incipit à ſeipſo, ad notata *in l. Præſes, C. de Servitutibus, & aqua.* Et ita judicavit Camera Imperialis apud Gail. *obſervat.* 14. *lib.* 2. *num.* 8. Sic etiam ex communi docent Mantica *de conjecturis, lib.* 1. *cap.* 13. & Menochius *de Præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 51. *& lib.* 5. *præſumpt.* 6. Hæc omnia Pax Iordanus *d. tit.* 19. *num.* 55.

Ulteriùs ampliatur exceptio regulæ generalis, ita ut legitimatio per matrimonium ſubſequens rectè procedat quoad omnes effectus, etiam ſine Papæ diſpenſatione, quando de tempore conceptionis, vel etiam partus, ut multis placet, ac de tempore matrimonii nullum extat canonicum impedimentum, etiamſi medio 587.

tempore

tempore interceſſiſſet, verbi gr. ſi ſolutus, poſt ſuſceptos liberos ex amica, uxorem duxiſſet, ac deinde illa mortua, deſponſaret ipſam amicam: tunc enim primò filii ſuſcepti legitimarentur, non ſecùs, ac ſi matrimonium, vel aliud impedimentum non interveniſſet, quia inhabilitas medii temporis non attenditur. Sic Jordanus *num.* 56. *ex l. ſi aliorum, § in extraneis, ff. de Hæredib. inſtituend. l. Bonorum, ff. Rem ratam haberi*, ubi Bartol. Bald. *in l. Cum quis, C. de Naturalibus liberis*, Sylveſter Aldobrand. *in § fin. de Nuptiis, num.* 3. Gabriel *d. concluſ.* 1. *de legitimat. num.* 14. Abbas *in d. cap. Tanta, notab.* 2. & Peregrinus *d. art.* 24. *num.* 6. dicentes eſſe communem Canoniſtarum, & alios multos allegantes.

588. Iterum ampliatur exceptio, ita ut legitimatio per ſubſequens matrimonium operetur, ut conferat habilitatem etiam ad Epiſcopatum. Sic Pax Jordanus *num.* 57. cum Viv. *commun. opinion. tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 1. Menochio *conſ.* 799. *num.* 12. Campanil. *rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 127. Quod tamen non procedit reſpectu promotionis ad Cardinalitiam dignitatem, ex eo quod illam prohibuit Sixtus Quintus 3. Non. Decembris 1585. *Conſtit. Poſtquam verus.* Pax Jordanus *num.* 64. poſt Belletum *Diſquiſit. Clerical. part.* 1. *tit. de Diſciplina Clericor. §.* 2. *num.* 22. Nicolaum de Ubald. Rotæ Auditorem, *in tract. de Succeſſ. part.* 1. *num.* 89. atteſtantem ſibi dictum à Paulo II. ab hujuſmodi labe Cardinalium cœtum eſſe immunem. Et cum Eugenius IV. quendam illegitimum promoviſſet, obiit priuſquam galerum acciperet. Ubald. *loco citato*, Gomez *in Regulam de Triennali poſſeſſ. q.* 2. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *in fine.* Idem Pax.

589. Nonnullæ difficultates occurrunt circa legitimationem ex ſubſequenti matrimonio: & *prima* eſt, an per matrimonium avi, & aviæ, legitimetur nepos ex filio interim prædefuncto? Cuneus, Alber. Baldus, & Paulus *in l. Benignus, ff. de legib.* Carol. Cotta *in ſuis Memor. verbo Legitimati*, Cremenſ. *ſingul.* 32. Hippol. *ſingular.* 121. Gabriel *d. concl.* 1. *num.* 52. Ludovicus Molina *de Primogen. Hiſpan. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. Peregrinus *d. art.* 24. *num.* 61. & concordantes apud eos, negant legitimari. Ratio eorum eſt, quia legitimatio proficiſci debet ab avo ad nepotem, mediante perſona filii, qui cum mortuus ſit, impedit extremorum conjunctionem, *ad leg. Tria prædia ff. de Servitutib. ruſticorum prædiorum, l. Qui libertinus, §. Poſthumus, ff. de Operibus libertorum, l. D. Marco, C. de quæſt.* Item, quia de legitimatione nepotis, nullibi in Jure ſcriptum reperitur. Ergo nec nos dicere debemus, ſicut eſt in adoptione: nam quis non adoptatur in nepotem, niſi ex filio ſuperſtite, & conſentiente, *l. Si is, ff. de Adoptionibus.* Sic Pax Iordanus *n.* 58.

Covarruvias tamen *de Sponſalibus,* 590.
part. 2. *cap.* 8. §. 2. *num.* 19. poſt Socinum, Guiliel. Bened. & Alciatum contrarium defendit per levia fundamenta, quibus ſatisfacit Peregrinus *d. num.* 61. & ideo à priori puto non eſſe recedendum. Ita Pax *num.* 59.

Ex ſupradictis, à contrario ſenſu 591.
colligitur, quod ſi filius, tempore matrimoni eſſet in humanis, nepos legitimaretur. Sed non credo verum, ait Iordanus *num.* 60. quia nullo jure probatur talis legitimitas; nam privilegium matrimonii *ex d. cap. Tanta,* loquitur ſolùm de filiis.

Quod ſi quæratur, an legitimatio 592.
nepotis facta per patrem, extendatur etiam ad avum, ut nepos efficiatur legitimus reſpectu ipſius avi, & quidem in legitimatione per reſcriptum, extant *conſilia* 70. *&* 71. *in* 3. Ruini quod non; cujus rationes militant etiam in legitimatione per ſubſequens matrimonium: ſed verius crederem, ait Iordanus, cum Peregrino *citato num.* 61. *in fine*, favore prolis, & matrimonii, legitimationem procedere etiam reſpectu avi: nam per matrimonium ſubſequens patris, filius efficitur legitimus, ac ſi conceptus fuiſſet in figura matrimonii. Ergo legitimus cenſetur quoad omnes, & quoad omnia, & ſic quoad avum.

Secunda difficultas eſt reſpectu fidei- 593.
commiſſi, feudi, vel alterius rei, ad quam vocarentur filii legitimi, & naturales, nati de legitimo matrimonio, veri, non ficti, juxta caſum, de quo per Theſaurum *deciſ.* 196. Vel quando dictum eſſet, *de legitimo matrimonio procreatis, & non aliter*, ut in caſu, de quo pluries eximii Juriſconſulti conſuluere Paduæ, & Peregrinus

nus patrocinatus eſt, & victoriam reportavit, ut ipſe teſtatur *d. artic. 24. num. 46.* ſive quando aliàs ex diſpoſitione ordinatoris liquidò conſtaret filios ita legitimatos, non eſſe admittendos (prout in Bulla Sixti V. excluduntur à Cardinalatu, ut ſuprà indicavimus) tunc enim proviſio hominis ceſſare facit proviſionem legis, & conſequenter excluditur beneficium *dicti cap. Tanta*, in hac parte. Ita Pax Jordanus *d. tit. 19. num. 62.*

594. *Tertia* difficultas eſt reſpectu matrimonii clandeſtini, quia cùm ſit hodie prohibitum, & nullum per Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformatione*, meritò non poteſt habere vim legitimandæ prolis: quod enim nullum eſt, nullum præſtat effectum. Tridentinum enim *loco citato, §. Qui aliter*, ſic ait: *Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, vel Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit, & hujuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & annullat.* Ex quibus verbis clariſſimis, & apertiſſimis, nullus mihi videtur relictus ambigendi locus (ait Pax Jordanus *num. 63.*) Non ignoro equidem, doctiſſimum Cardinalem Manticam *de Conjecturis, lib. 11. tit. 12. & 13.* & Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſp. 44. per totam*, relatis priùs aliquibus pro ſententia noſtra, tum rationibus ipſorum; deinde *num. 2. uſque ad finem*, loqui pro contraria, cum plurimis aliis, ac mirari tot, tamque graves Authores levibus fundamentis innixos, hoc aſſeruiſſe: præcipuum verò fundamentum conſtituere in correctione legum, quod non ſit ullo modo ſupponenda, niſi ubi clarè probetur; & conſequenter textum *in dicto cap. Tanta*, cum non appareat de correctione ejus, in iſto caſu debere ſubſiſtere. Sed miror ſanè tantum virum, alioqui oculatiſſimum, non advertiſſe ad præfatum textum Concilii, quod cum tollat omnem vim, & rationem matrimonii à clandeſtinis conjunctionibus, meritò quidem prohibet diſpoſitionem *cap. Tanta*, extendi ad caſum iſtum; quia irritando, & annullando matrimonium clandeſtinum, conſequenter tollit legitimationem prolis, & quoſcumque alios effectus, quia *non entis nullæ ſunt qualitates, l. ejus qui, ff. Si certum petatur*, cum vulg. Peregrinus *d. art. 24. num. 65.* relatis pluribus Doctoribus, & ſignanter Mantica *ſuprà*, dicit: *Intellige ante Concilium, poſt Concilium dubito, quia Concilium reddit inhabiles ad aliter contrahendum.* Et inferiùs *num. 74.* relata diſtinctione Doctorum ſecundùm jus antiquum, ſic habet: *Verum per novam reformationem Concilii Tridentini, quæſtiones de matrimoniis clandeſtinis ſublatæ extiterunt; ſiquidem contrahi nequeunt, ac ideo proles inde ſuſcepta, illegitima eſt, uti nata ex matrimonio adverſus Eccleſiæ interdictum contracto, & nulliter: legitimari tamen poterunt, uti naturales, per ſubſequens matrimonium legitimè in facie Eccleſiæ contractum, quando aliud non obſtet impedimentum:* ſic ille, & quidem veriſſimè: atque ita tenendum, quidquid præfati in contrarium ſenſerint. Ita Pax Jordanus *d. tit. 18. num. 63.* cui me libenti animo ſubſcribo.

595. *Quarta* difficultas eſt reſpectu dignitatis Cardinalitiæ: circa quam, quia ſuprà *num. 588.* data eſt reſolutio, ab ulteriori illius diſcuſſione ſuperſedeo.

SUBSECTIO III.

Redditur ſecunda exceptio, limitans regulam generalem de illegitimitate natalium, impediente promotionem ad Ordines, & Beneficia Eccleſiaſtica.

596. INcapacitas illegitimorum, non ſolùm per ſubſequens matrimonium inter parentes contractum tollitur, quoad effectum, de quo in titulo hîc præfixo, ſed etiam per Summi Pontificis gratiam: ipſe enim quoad ſpiritualia & cætera ad forum Eccleſiæ ſpectantia, necnon quoad honores ſæculares ubique terrarum legitimare poteſt; & legitimatio ejus, quoad prædicta, vires ſuas porrigit ubique. In talibus enim pleniſſimam obtinet poteſtatem, & eſt Dominus dominantium, ut inquit Cuman *conſ. 168. Excellentiſſ.* Peregrinus *de Fideicommiſſ. art. 23. num. 4.* facit caput, *Per venerabilem*, ut ibi Canoniſtæ omnes, *Qui filii ſint legitimi.* Baldus *in l. Eam quam, num. 29. C. de Fideicommiſſ.*

miſſ. & communiter alii. Nam quoad hæc, nemini paratur præjudicium, etiamſi agatur de hominibus, & dignitatibus ſæcularibus; & ideo prorogatio potuit fieri per non ſubditum ad Principem non ſuum, prout plenè probavit Iaſo *in l. fin. col. 2. ff. de juriſdict. omnium Iudicum*, & Peregrinus *d. num.* 4. Talibus itaque legitimatis, non ſecus ac aliis legitimis Ordines, & beneficia liberè concedi poſſunt. Ità Pax Iordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 18. *num.* 65. cum Garcia *in ſimili tract. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 46. Navarro *conſ.* 1. *&* 2. *Qui filii ſint legitimi*, & cum plurimis apud illos.

597. Quoad effectus autem temporales, per quos nemini præjudicium paratur, & illius læditur jus, v. gr. ſucceſſionis, unde præjudicium irrogatur filiis, agnatis, cognatis, ſubſtitutis, fiſco Domini temporalis, & hujuſmodi, Papa in terris quidem Eccleſiæ, temporalique dominio ſibi ſubjectis, legitimare, & diſpenſare valet cum ſubditis ſuis, quoad omnes effectus, tam ſpirituales, quàm temporales, *d. cap. Per venerabilem*, ubi omnes notant, *Qui filii ſint legitimi.* Nam in terris ſibi temporaliter ſubjectis, eandem habet poteſtatem, quam Imperator in terris ſuis. Cardinalis *in d. cap. Per Venerabilem, in 4. notabili*, Felinus *in cap. Quæ in Eccleſiarum, num.* 48. *de Conſtitutionib.* plures concordantes citans. Pariſius *conſ.* 16. *num.* 28. *lib.* 4. Peregrinus *d. art.* 23. *num.* 1. in fine, quos recenſet, & ſequitur Pax Iordanus *num.* 66.

598. Cum ſubditis verò non ſuis, idem præſtare valet in terris alienis degentibus; quia exercitium hujus voluntariæ juriſdictionis non circumſcribitur territorio, nec conſideratur locus, ſed perſona, & res, an ſubjectæ ſint legitimanti. Salycet. *in Proœmio Cod.* Baldus *in d. l. Eam quam, num.* 28. Corn. *conſ.* 1. *num.* 18. *in* 3. Peregrinus *ſuprà, num.* 2. ubi concordantes, & poſt eos Pax Iordanus *num.* 67. qui addit: Hæc tamen legitimatio reſpectu bonorum, operabitur ſolùm in terris Papæ ſubjectis, ut mox dicetur.

599. Cum non ſubditis verò, quoad effectus temporales, quibus aliis fit præjudicium, ut ſucceſſionis, & hujuſmodi, Papa non diſpenſat, aut legitimat, niſi tantùm quoad bona exiſtentia in terris ſibi ſubjectis. Pax Iordanus *num.* 68. *ex d. cap. Per venerabilem*, & *ibi* Gloſſ. Innocentio, Ioan. Andr. Ant. Butrio, & aliis, Peregrino *d. art.* 23. *num.* 5. & concordantibus apud eum, contra Hoſtienſem *ibi*, & Cald. *conſil.* 3. *Qui filii ſint legitimi*, & nonnullos alios, quorum opinio (ait) communiter improbatur, excepto caſu, quando legitimatio fieret ad poſtulationem patris non cognoſcentis ſuperiorem, ut *in d. cap. Per venerabilem*, in quo tractatur de Rege Gallorum. Qui tamen advertit, prædicta intelligi debere de legitimatione facta per Papam per reſcriptum extra matrimonium: nam quando diſpenſat ſuper matrimonii radice, procedunt ea, quæ dicta ſunt *ſubſectione* 2. nimirum, quod operetur ad omnes effectus, & ubique locorum, juxta ibi notata.

600. Dicta tamen exceptio ſecunda, regulam generalem limitans, aliquas ſubampliationes admittit. *Prima* eſt, ut Papa legitimans mediante Apoſtolico reſcripto, & ſine diſpenſatione in radice matrimonii, quando legitimatio plenaria exiſtit, & reſtitutiva primis natalibus, & antiquæ naturæ, in pleniſſima forma, cenſeatur habilitare ad omnes dignitates Eccleſiaſticas, etiam Epiſcopalem, quamvis de ipſa non fecerit ſpecificam mentionem, prout ait Iordanus *num.* 69. ex Gloſſa *verbo Promeruit, in cap. Cùm Vvintonienſis, de Electione*, ubi Ancharanus, Butrius, Abbas *in* 2. *colum.* Socinus *in l. Gallus, §. Si ejus, verſic. Tertius caſus, ff. de liberis, & poſthumis*, & ex Peregrino *d. art.* 23. *num.* 8. Secus verò quando Papa proceſſiſſet per viam diſpenſationis, quia niſi ſpecialiter diſpenſet ad Epiſcopalem dignitatem (quod ſibi licere nemo eſt qui ambigat, ut *in d. cap. Cùm Vvintonienſis, & cap. innotuit, eod. tit.*) quamvis diſpenſet ad Eccleſiaſticas dignitates, non tamen cenſetur diſpenſare ad Epiſcopatum, niſi de ipſo fiat ſpecifica mentio. Abbas per illum textum *in cap. Dilectus, juncto cap.* 2. *de conceſſ. præbendæ*, ex mente Goffredi, Hoſtienſis, & Butrii, Peregrin. *loco citato*, & poſt illos Pax *num.* 70. Subdens ex hoc apparere, plurimùm intereſſe inter diſpenſationem,

nem, & legitimationem. Et pro proximè dictis de Episcopo adducit exemplum de Rege, dicens, quod dispensatus ad quamlibet dignitatem, non admittitur ad Regalem, quoniam illa propter suam excellentiam exigit specialem dispensationem. Baldus *in l. Eam quam, num. 43. C. de Fideicommiss.*

601. Quocirca ego ipse dixi in Commentariis *ad Constitutionem 6. n. 819. & 836.* quod dispensatus in Religione ad obtinendam inferiorem dignitatem, dispensatus ad superiorem, seu ad majorem non censetur, nisi de illa fiat in dispensatione expressa mentio, nimirum quod dispensatus ad Prioratum, non censetur dispensatus ad Abbatiam, vel ad Generalatum: & idem est si dispensatio sit generalis, quia clausula generalis, post specialia expressa sequuta, includit consimilia, non autem majora. Peyrinus *de Privileg. tom. 1. ad Constitut. 2. Iulii II. §. 29. num. 99.* cum Sbroz. *de Officio Vicarii, lib. 2. quæst. 115. num. 10.* Quò loci ait dictus Peyrinus: Noto 8. quod dispensatus ad dignitatem inferiorem, putà quod possit esse Corrector, non intelligitur dispensatus circa majorem, putà quod possit esse Provincialis, nisi in dispensatione facta fuerit de præfatis expressa mentio. Ita à Sorbo *in Compendio, verbo Dispensatio, versu Et ideo fratres.* Abbas *in cap. Innotuit, de Electione, num. 4.* Et ratio est, quia ad permissionem minoris dignitatis, non venit permissio majoris, sed bene è contra. Et colligitur *ex d. cap. Innotuit.* Et adverte quod si in dispensatione dicatur, *Dispensamus cum tali, ut possit habere dignitates in Ordine, Correctoratum, Collegatus, Provincialatus, & omnes alias dignitates, quæ in Religione habentur;* non per hoc dispensatus poterit esse Generalis, vel Vicarius Generalis, aut Zelosus: nam clausula illa generalis sequuta post specialia expressa, includit consimilia, non majora. Sbroz. &c. Quare ad essendum Generalem, &c. indigebit nova dispensatione. Hæc Pater Peyrinus. Similia docuit noster Ascanius Tamburinus *de jure Abbatum, tom. 1. disp. 5. quæst. 19. num. 10.*

602. *Secunda* subampliatio est, ita ut procedant prædicta, non solùm in legitimatione, & dispensatione emanata ab ipso Papa, verùm etiam à Commissariis suis, & Palatinis habentibus authoritatem ab ipso: nam pro modo authoritatis eisdem impartitæ, legitimare, & dispensare valent, non ultra. Ita Pax Jordanus *num. 73.* cum Peregrino *d. artic. 23. num. 9. vers. Hæc autem.* Et addit: Idemque censendum erit de Legatis, & quibuscumque aliis potestatem habentibus ab ipso. Et ideo tenor concessionis inspiciendus, & attendendus erit.

603. Imperator verò, aut quicumque Rex, vel Princeps temporalis superiorem in suis Dominiis non recognoscentes, & Comites Palatini, aut alii potestatem habentes ab ipsis, quamvis legitimare possint quoad temporalia pro suis terris, & Dominiis; quoad spiritualia tamen, vel illis annexa, neminem legitimare valent, quoniam in his jurisdictione carent. Glossa 1. *in fin. cap. lege, dist. 10.* Glossa *fin. cap. unico, dist. 101.* Speculator *in tit. de disp. §. Postremò, num. 10.* Bartolus *in Authentico Ex complexu, C. de Incertis nuptiis*, Abbas, post Joan. Andream, & alios, *in d. cap. Per Venerabilem, num. 24. Qui filii sint legitimi*, indubitatum esse dicens. Peregrinus *d. artic. 23. num. 10.* & sic erunt legitimati in foro sæculari, non in Ecclesiastico, ut prædicti, & post eos Pax Jordanus *d. tit. 18. num. 74.* docet.

604. Doctrinam de Principe sæculari traditam, subampliat *primò* Pax *n. 71.* quoad id, quod legitimare non valeat quoad spiritualia, vel illis annexa, ut procedat illa, etiamsi ad hujusmodi Principem legitimantem spectaret beneficiorum collatio. Quia nihilominus ejus legitimatio non sufficeret ad habilitandum illegitimos ad eadem beneficia. Guliel. Bened. *in repetit. cap. Raynuntius, in glossa Uxorem, num. 198.* Peregrinus *d. num. 10. in fine. Secundò* subampliat, non posse legitimare hujusmodi Principem ad effectum successionis ad feuda, vel emphyteuses Ecclesiasticas, ad quæ vocantur legitimi, & naturales: nam per legitimationem Principis sæcularis non fiunt habiles, & capaces ad succedendum naturales. Baldus, Salicetus, Alexander, & Jaso *in l. Generaliter, §. Cum autem, C. de Institutionibus,*

&

& ſubſtitutionibus. Baldus *in d. l. Eam quam, num.* 28. *C. de Fideicommiſſ. & conſ.* 129. *Ad evidentiam, in* 3. Peregrinus, plures alios cumulans, *d. artic.* 23. *num.* 11. idem atteſtans, quamvis feuda, & emphyteuſis hujuſmodi cenſerentur ad inſtar patrimonialium, cum Decio *conſ.* 171. Ruin. *conſ.* 105. *colum.* 4. *verſic. Non obſtat, & conſ.* 109. *num.* 13. *& 28. in* 3. Quod ſi eſſent merè hæreditaria, ſuccederent in ipſis taliter legitimati, ut plenè docet Laderch. de Imola *conſ.* 19. *num.* 10. *& per totum*, quem ſequitur idem Peregrinus *eodem num.* 11. *in fine.* Et ita Pax Jordanus *loco citato, num.* 76. *&* 77.

605. Reſpectu tamen juriſpatronatus, aliter dicendum venit; nam permittitur ſucceſſio ad illud legitimatis à Principe ſæculari: quia prædictum jus, quamvis ſit ſpiritualitati annexum, tranſit tamen cum univerſitate hæreditatis ad quem tranſit ipſa hæreditas, *cap. Significavit, de teſtibus, cap. Cùm ſervum, de jurepatronatus.* Pleniſſimè Lambertinus *de jurepatronatus, lib.* 1. *part.* 2. *princ. art.* 29. Rochus de Curte *cod. tract. verbo Competens, in* 2. *quæſt.* Peregrinus *d. art.* 23. *num.* 11. Pax Jordanus *d. tit.* 18. *n.* 78. Et ego ipſe *in Diſquiſit. tom.* 1. *tract.* 4. *diſq.* 3. *num.* 25: ibi: *Et non acceſſoriè, cum aliis bonis.* Et *num.* 27. cum Abbate *in cap. Ex litteris, num.* 1. *el* 7. *de jurepatr. cap. Illud, num.* 4. *& cap. Cùm ſæculum, eod. tit.* & pleniùs *diſq.* 6. *num.* 12. *&* 13. 14. *&* 15. ubi plura dixi menti tenenda, quæ ſi videris, non te pœnitebit, & etiam *diſq.* 13. *n.* 11. *&* 13. *& diſq.* 14. *num.* 1. 2. *&* 5. ubi quod juſpatronatus transferatur in feudo, & in emphyteuſi.

SUBSECTIO IV.

Tertia, & ultima exceptio, quæ regulam generalem excludentem illegitimum ab Ordinibus, & beneficiis, limitat, proponitur.

606. PRo ſexta qualitate neceſſaria in iis, qui admittendi ſunt ad beneficia Eccleſiaſtica, aſſignavimus legitimitatem natalium, & regulam ſtatuimus generalem *num.* 552. excludentem à conſecutione beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Ordinum, omnes, qui de legitimo matrimonio nati non fuerint. De qua ſexta ſectio inſtituta à nobis fuit. In duabus ſubſectionibus 2. & 3. præcedentibus duas dedimus exceptiones, & limitationes, quæ rigorem illius regulæ temperarent: reſtabat reddere tertiam, hanc denique Lectori meo offero, conſiſtentem in diſpenſatione ſuper hujuſmodi impedimento, ex illegitimitate orto. Quis autem hanc diſpenſationem concedere valeat, habemus deciſum à Bonifacio Octavo *cap. Is qui, el* 1. *de Filiis Presbyterorum, lib.* 6. per hæc, quæ ſequuntur verba.

Is, qui defectum patitur natalium, 607. *ex diſpenſatione Epiſcopi licitè poteſt (ſi aliud canonicum non obſiſtat) ad ſacros Ordines promoveri minores, & obtinere beneficium, cui cura non imminet animarum: dummodo ſit tale, ſuper quo per ipſum Epiſcopum valeat diſpenſari. Ad Ordines quoque majores, vel beneficia curam animarum habentia, ſuper quibus nequit Epiſcopus diſpenſare, ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ, promoveri non poteſt.*

Ille verò, cum quo per Sedem diſpenſatur eandem, ut (præmiſſo non obſtante defectu) valeat ad beneficium, etiamſi curam animarum habeat, promoveri: nequit prætextu diſpenſationis hujuſmodi (quam exorbitantem à jure oportet, veluti odioſam reſtringi) niſi unicum beneficium obtinere.

Prædicta omnia continet textus; 608. Gloſſa autem, quæ ſequuntur ait. Et primò in formatione caſus ſic inquit: Certum eſt, quod in promovendo ad beneficium etiam ſimplex, requiritur quod talis ſit procreatus ex legitimo matrimonio, *cap. Cùm in cunctis, de Electione, in antiquis.* Idem eſt in promovendo ad primam Tonſuram, ita quod illegitimè natus ſine diſpenſatione non poteſt promoveri ad Ordines, etiam ad primam tonſuram, ut dixi. Sed quæritur, utrum ſolus Papa poſſit diſpenſare? Reſpondeo, quod non: immò aliquoties ſufficit diſpenſatio Epiſcopi, ſcilicet quando talis illegitimus vult promoveri ad minores Ordines, vel ſi vult promoveri ad beneficia ſimplicia. Si autem vellet promoveri ad Sacros Ordines, vel ad beneficia ſuſtinentia adminiſtrationem, vel dignitatem, vel perſonatum, vel curata, requiritur diſpenſatio Papæ. Sed quid ſi Papa diſpenſat

cum illegitimè nato, ut poſſit acceptare quodcunque beneficium, etiamſi illi immineret cura animarum? Accidit, quod illegitimo fuit collatum unum beneficium: illud acceptavit, poſtea fuit ei collatum aliud pinguius beneficium: utrum poſſit illud licitè accipere? Dicit Romanus Pontifex, quod non, ſecundùm veriorem intellectum: quia diſpenſatio ſua eſt verificata in primo beneficio obtento, licèt Gloſſa aliter intelligat. Sed Dominicus de Sancto Geminiano, & moderni Doctores in hoc puncto reprehendunt Gloſſam, quia tunc iſtud caput non contineret dubitationem: quia legitimè natus non poteſt obtinere duo beneficia curata, *cap. De multa*, allegato. Ergo multò minùs illegitimè natus. Et hæc ſunt vera, niſi in diſpenſatione fuiſſet dictum quod obtento uno beneficio, poſſet aliud acceptare, & primum dimittere, ut fit quotidie.

609. Et duo notantur ibi: *Primum*, quod ubi plura ſunt impedimenta, per remotionem unius, non ſequitur remotio alterius. Licèt enim tollatur illegitimitas, non per hoc alia impedimenta tolluntur canonica, *cap. Ex tuarum, de uſu Pallii*, & *cap. Paſtoralis, de Privilegiis. Secundum*, quod ſolus Papa diſpenſat cum illegitimo, ut promoveatur ad Sacros Ordines, & ad beneficium curatum, quod ex textu iſto clarè conſtat, ibi: *Ad Ordines quoque.*

610. Quod ſi petas, poteritne Epiſcopus diſpenſare cum illegitimo ad beneficia omnia, quæ curam animarum non habeant? Reſpondet Gloſſa *verbo Beneficium*, poſſe diſpenſare ad omnia beneficia ſimplicia, etiamſi ſint Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis, uti Archidiaconus tenet: non verò ad perſonatum, nec ad dignitatem, etiam ſine cura. Allegat *cap. Permittimus, unicum de ætate, & qualit.* juncta Gloſſa *verbo Canonicum, in 6.* & ex antiquis, *caput Ad hæc, 12. de Filiis Preſbyteror. cap. fin. de Præbend. & cap. 54. de Electione, Dudum, el 2.* Et quidem quod poſſit diſpenſare ad omnia beneficia ſimplicia, patet *ex d. cap. Is qui*, cum indefinitè loquatur, ibi: *Et obtinere beneficium, cui cura animarum non imminet.* Quod poſſit ad Canonicatum, patet ex eo, quod ſit ille ſimplex beneficium, cum non habeat ullum ex conſtitutivis beneficii duplicis, de quibus ego ipſe *in 22. Paſtoralibus, part. 1. quæſt. 2. diviſ. 2. n. 1.* Hujuſmodi illa ſunt: nimirum, *quod habeat juriſdictionem aliquam in Clerum*; vel *adminiſtrationem rerum Eccleſiaſticarum*; vel *præeminentiam aliquam in loco*; ſuprà ſuum ſcilicet gradum antiquitatis. Quod autem non poſſit diſpenſare ad dignitatem, nec ad perſonatum, patet ex eo quod ſint beneficia duplicia, ex dictis *ubi proximè.* Ad duplicia autem diſpenſare non poteſt *ex d. cap. Is qui.*

SECTIO VII.

De filiis Presbyterorum, ineptis ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica.

Septima qualitas pro beneficiis obtinendis cenſetur, ut promovendi ad illa filii non ſint eorum, qui ea ipſa beneficia obtinuerunt. Nam filii à beneficiis paternis ſpecialiter arcentur, etiamſi diſpenſationem ſuper natalibus conſecuti fuerint, & aliàs idonei, habileſque exiſtant, ut advertit Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 19.* poſt Mandoſium *de Signatura gratiæ, tit. de Diſpenſationib. ad beneficia in Eccleſia in qua pater, verſic. Verùm neque*, & Nicolaum Garciam *de Benefic. part. 7. cap. 3. num. 1. & 2.* 611.

Sed pro debita materiæ præſentis explicatione, tria debemus diſtinguere tempora. Primum ſit Decretalium, in quo filii Presbyterorum, etiam legitimi, ſuccedere non poterant immediatè in beneficiis paternis abſque diſpenſatione Papæ, mediatè verò ſic, *cap. Extirpandæ, cap. Dilectus, cap. Ex tranſmiſſa, de Filiis Presbyterorum*, cum aliis. Pax Iordan. *num. 2.* cum Navarro *in cap. Si quando, in Auctario, num. 4. el 4. de Reſcriptis*, Garcia *d. cap. 3. num. 3.* & concordantibus. Nomine autem Preſbyterorum in hac materia, comprehenduntur omnes de Clero, etiam in minoribus conſtituti. Dictus Pax *eod. num. 2.* cum Maiolo *de irregularit. lib. 1. cap. 6. num. 6.* & Garcia *num. 4.* & facit conſtitutio Clement. VII. de qua inferiùs *num. 616.* 612.

Quod ſolus Papa, non autem Legatus ſuper hoc impedimento diſpenſare, 613.

sare possit, advertit Glossa *verbo Tale, in cap. 1. de Filiis Presbyterorum, in 6.* quam post Joannem Andream, Monachum, Dominicum, & Speculatorem, sequuntur Francus *ibi, num. 7.* Rebuffus *in Praxi, tit. Dispensatio super defectu natalium, num. 32.* Mandosius *suprà citatus*, Garcia *d. cap. 3. num. 5.* & illos recensens, & sequens, Pax Jordanus *d. tit. 19. num. 3.* contra Gambarum *de Officio Legati, lib. 7. rubrica 1. quæst. 34. à num. 306.*

614. Filii verò illegitimi, maximè spurii, non tantum prohibebantur succedere in paternis beneficiis, verùm etiam beneficia obtinere in iisdem parentum Ecclesiis, sine Apostolica dispensatione, *cap. Cum decorem*, & *cap. Ad abolendam, tit. de Filiis Presbyterorum:* secus in filiis legitimis, quibus interdictum non erat consequi beneficia in Ecclesiis, in quibus præessent patres illorum, *cap. Ad hæc, eodem tit.* quæ sic concordantur per Glossam 3. *ad finem, in d. cap. Ad abolendam*, & per Glossam *in cap. Apostolica, 8. quæst. 1.* Rebuff. *suprà, à n. 33. ad 39.* Diaz *in Practica crimin. cap. 48. num. 4.* & ibi Ignat. Sylvest. *verbo Beneficium 3. num. 17.* Armilla *eod. verbo, num. 33.* Garcia *d. cap. 3. num. 6.* Campanil. cumulatissimè comprobans, *rubrica 11. cap. 13. num. 70 versic. Cum verò, & seq. num.* Abbas tamen *in d. cap. Ad abolendam*, Mandosius *suprà, versic. Rursus limitanda*, Hojeda *de Incompatibilitate beneficior. part. 1. cap. ult. num. 7.* Gregor. Sayrus *in Thesauro, lib. 2. cap. 10. num. 45.* aliter loquuntur apud Pacem Jordanum in hoc puncto. Sed parum refert, cum jus jam correctum sit, ut videbimus. Unde dictum Felini *in cap. In nostra, concl. 3. de Rescriptis*, & Decii *num. 9.* Cald. *cons. 1. de Filiis Presbyteror.* & Selvæ *de Benefic. part. 3. quæst. 12. num. 115.* quod non sit facienda mentio qualiter in eadem Ecclesia pater obtinet beneficium, intelligi debet de patre legitimo, non de naturali, prout advertit Garcia *loco citato, num. 8.*

615. Quod si filius Sacerdotis illegitimus ex Apostolica dispensatione paternum obtineret beneficium, ac eo mortuo, frater ejus contenderet succedere in eodem, non posset admitti; quia per fratris personam non censetur purgatum vitium successionis inter patrem, & ipsum, à jure, ut diximus, improbatæ: quod multò magis hodie procedit post Clementinam, de qua mox *num. sequenti*, & Tridentinum. Pax Jordanus *num. 6.* post Azorium *Institut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 4. quæst. 21.* & Abbatem *in cap. Ad extirpandas, de Filiis Presbyteror.*

Secundum tempus est Constitutio *Ad canonum Conditores*, la. 6. Bullarii Magni Romani, inter alias Clementis Septimi edita anno 1530. quam exscribit Navarrus *in c. Si quando, de Rescriptis, except. 21. in princ.* & Gigas *de Pensionibus, q. 86.* juxta quam Constitutionem filii Clericorum ex fornicatione nati, nullo unquam tempore, quoquo modo obtinere possunt beneficia, quæ eorum patres in titulum, vel commendam, vel administrationem, sive ut aliis perpetuò unita, aliquando obtinuerunt; & corrigitur primum tempus, ut nec mediatè illa obtinere valeant. Et ita docet Pax Jordanus *d. tit. 19. num. 7.* 616.

Tertium tempus, & novissimum est Sacrum Concilium Tridentinum *sess. 25. de reformat. cap. 15.* in quo sic decernitur. *Ut paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo consecratis, quos maximè puritas, sanctitasque decet, longissimè arceatur, non liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, in Ecclesiis, ubi eorum patres beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcumque, etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Quod si in præsenti pater, & filius in eadem Ecclesia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius suum beneficium resignare, aut cum alio permutare extra Ecclesiam, intra trium mensium spatium; aliàs ipso jure eo privatus existat, & super iis quacumque dispensatio subreptitia censeatur.* Quod certè Decretum mirabile appellat Navarrus *in Auctario ad d. cap. Si quando, de rescript. n. 3.* apud Pacem Jordanum *num. 8.* 617.

In quinque differt hæc Conciliaris dispositio ab ordinationibus præcedentium duorum temporum. *Primò*, quod non solum ratione successionis, prout in jure communi antiquo, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam invaluit Concilii prohi- 618.

bitio. *Secundò*, quod talis memoria longiſſimè arceatur, non ſolum immediatè, prout de dicto jure communi, ſed etiam mediatè, contra Abbatem *in cap. dilectus, notabili 2. de Filiis Presbyteror. Tertiò*, quod non ſolùm prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocumque, etiam diſſimili, dummodò ſint in eadem Eccleſia, contra jus commune, de quo idem Abbas *in cap. Ad abolendam, poſt princip. eod. tit. Quartò*, quod nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Eccleſia, in qua pater obtinet, ſed etiam miniſtrare, contra jus commune, quo patri tantùm miniſtrare prohibetur. Abbas *in cap. Cùm decorem, d. tit. Quintò*, quod nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinuerunt, vel obtinent, habere permittuntur filii. Ita Pax Jordanus *num.* 9. *&* 4. *ſeqq.* ex S. Congregatione, Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 14. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 65. *num.* 2. & Farinacio *deciſion. noviſſim. part.* 4. *ad dictum cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *in princ.* idem Barboſa *in Collectan. ad d. caput* 15. *ſeſſ.* 25.

619. Terminus trium menſium à Concilio præſcriptus filio Clerici ad reſignandum beneficium, quod habet in Eccleſia, in qua pater beneficium obtinet, vel ad illud permutandum, fuit ad ſex menſes, per Bullam Pii Quinti, ut ex declaratione Sacræ Congregationis teſtatur Garcia *loco citato, num.* 76. apud Jordanum *num.* 14.

SUBSECTIO I.

Multipliciter ampliantur diſpoſitiones Clementis Septimi, & Conſilii Tridentini, circa excluſionem illegitimorum à beneficiis obtinendis in Eccleſiis, in quibus parentes beneficiarii ſunt.

620. AMpliatur *primò* utraque diſpoſitio excludens illegitimum ab obtentione beneficii in Eccleſia, in qua pater beneficium obtinet, aut obtinuit, ut procedat etiam reſpectu filiorum illegitimorum, natorum ante patris clericatum. Patet ex clauſula, *Qui non ex legitimo matrimonio nati ſunt:* & ex Sacra Congregatione, ſub his verbis: *Hoc decretum habet locum in filiis naturalibus procreatis tempore, quo parentes nondum erant effecti Clerici.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 65. *num.* 6. cum Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 15. Armendariz *in Addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 2. *tit.* 19. *l.* 1. *de Filiis Presbyteror. num.* 7. Balb. *deciſ.* 29. Sigiſm. à Bononia *de Electione, dub.* 73. *num.* 2. contra Emman. Roderiq. *qq. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 7. & Ludovic. Mirand. *in Manual. Prælat. tom.* 2. *quæſt.* 1. *art.* 1. Barboſam ſequitur Pax Iordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 15. In eadem ſententia fuit, & contra dictos Emman. & Ludovic. idem Barboſa *in Collectan. ad Concil. d. ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *num.* 6.

Quod ſi petas, quid dicendum, 621.
quando beneficiarius, dimiſſo beneficio, & habitu Clericali, poſt aliquot annos filium procreavit, qui Clericus effectus, beneficium obtinuit in paterna Eccleſia? Reſpondet Pax Iordanus *num.* 16. non reperiri ſpecificè deciſum; putat tamen ipſe ex verbis Concilii ſatis dici poſſe comprehenſum; quamvis in facto contrarium fuerit ſervatum (inquit) in hac Eccleſia; ſed vehementer dubito, quod perperam.

Ampliatur *ſecundò*, ut inhabilitas 622.
hujuſmodi baſtardorum ipſo jure reddat invalidam, & nullam collationem illis factam. Ita Pax Iordanus *num.* 17. poſt Navarrum *conſ.* 1. *de Conſtitut. quæſt.* 18. Salzedo *ad Bernard. Diaz, cap.* 48. *lit. D*, Garcia *loco citato, num.* 16. *&* 17. Gratiano *diſceptat. Forenſ. cap.* 397. *num.* 32. qui *num.* 47. præterea dicit, punibilem eum, qui cum defectu ſe promoveri fecit, cum eſſet incapax, prout generaliter notat Bartol. *in l.* 2. *C. ſi ſervus, aut liber*, 10. *lib.* Abbas *in cap. Sciſcitatus, num.* 14. & *cap. fin. num.* 13. *de Procuratorib.* Navarr. *conſ.* 8. *num.* 2. *de Privileg.* & poſt illos Pax *d. num.* 17.

Tertiò ampliatur, ita ut nepos legi- 623.
timus ex filio, ſeu filia illegitimis, non poſſit vivente avo, obtinere penſionem ſuper beneficio, quod avus poſſidet, ut avitæ incontinentiæ memoria arceatur, prout colligitur ex Declaratione S. Congregationis, tenoris ſequentis.

Stante declaratione, quod Concilium non comprehendat nepotem legitimum ex filio ſeu filia illegitimis reſpectu beneficii, quod avus obtinuit, an procedat etiam vivente ipſo avo; adeo, ut nepos ex filia illegitima, ſive illa vivat, ſive non, poſſit

obtine

obtinere penſionem ſuper beneficio, quod avus poſſidet. Congregatio cenſuit negativè, ut arceatur memoria avitæ incontinentiæ; licèt omnes Illuſtriſſimi Domini dixerint, contrariam opinionem eſſe de jure veriorem, ex ſententia Rotæ. Sic illam recenſet ex Garcia *ubi ſuprà, num.*24. Pax Jordanus *dicto tit.*19. *num.*18.

624. *Quartò* ampliatur, ut ſicut filius illegitimus prohibetur conſequi beneficium in eadem Eccleſia, in qua pater beneficium obtinet: ſic etiam pater ipſe naturalis prohibeatur obtinere beneficium in ipſa Eccleſia, in qua filius illegitimus beneficiarius eſt. Ratio hujus eſt, quia cum ſimul, poſt Concilium Trident. beneficia obtinere nequeant in eadem Eccleſia, congruentiùs erit prohibere patrem, ne acquirat de novo, quàm compellere filium ad dimittendum jam quæſitum, & poſſeſſum; cum nulla culpa filio poſſit adſcribi, & agatur de damno vitando: pater verò, qui de novo ingreditur, agat de lucro, & beneficio captando, & conſequenter faciliùs impediendus ſit, ex regula *capitis Quemadmodum, de jurejur.* Ita Pax *num.*19. ex Garcia *loco citato, à num.* 30. & facit alia regula, *Prior in tempore, potior in jure.*

625. Non tamen prohiberi patrem obtinere beneficium in Eccleſia in qua ejus filius habuit idem, vel quodcumque aliud, etiam diſſimile, tradit Barboſa *in Collect. in Concil. d. ſeſſ.*25. *cap.*15. *num.*7. poſt Rebuffum *in Praxi beneficior. tit. de Diſpenſat. ſuper defectu natal. num.*29. Emman. Roderiquez *in Summa, tom.*1. *cap.* 29. *num.*4. *in fine*, Vegam *part.*1. *Summæ, cap.*36. *caſu* 18. Sayrum *in Theſauro, lib.*6. *cap.*10. *num.*44. *& ſeq.* Leſſium *de Iuſtit. lib.*2. *cap.*34. *num.*91. Honor. *ad Decretales, tit. de Filiis Presbyter. in fin.* Quintanadvenas *Eccleſiaſtic. lib.* 2. *num.* 95. Garciam *de Benefic. part.* 7. *cap.* 3. *num.* 28. Campanil. *in Diverſorio Iuris, rubr.* 11. *cap.*13. *n.*7. Cardin. Seraphin. *deciſ.*1442. Armendariz *d. l.*1. *de Filiis Presbyter. num.*4. Sigiſm. à Bononia *de Electione, dub.*75. *n.*3. Sel. *in Selectis Canonicis, cap.*92. *num.* 5. ubi *in una Maceratenſi*, 18. *Novembr.*1628. refert fuiſſe deciſum, patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficium filii ſui illegitimi, Sanchez *in Conſiliis, tom.*1. *lib.*2. *cap.*1. *dub.*19. ex eo, quia hoc non invenitur expreſſe prohibitum; & cùm ſit pœnale, potiùs eſt reſtringendum: tum etiam, quia non militat eadem ratio, nempe quod detur ſucceſſio hæreditaria in beneficiis; cum rarum ſit, ut filii theſaurizent parentibus, & eis beneficia reſignent. Hæc omnia Barboſa.

Quintò ampliatur, ut pater habens 626.
penſionem, cum facultate transferendi, non poſſit illam transferre in filium illegitimum. Pax Jordanus *d. tit.*19. *num.* 20. poſt Mandoſium *de Signatura, tit. de Tranſlatione penſionis, ad finem, in novis*, Pariſium *de Reſignat. benefic. lib.*6. *quæſt.* 2. *n.*112. exſcribens verba Tridentini *d. ſeſſ.*25. *cap.*15. *de reformat.* quibus id probari videtur: nam ſtatuitur, *nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes obtinent, habere.* Sequitur Garcia *d. part.*7. *cap.*3. *num.*77. reprobata contraria ſententia Gigantis *de Penſionibus, quæſt.*86. *à num.*1. Pariſii *d. lib.*6. *quæſt.*44. *num.*22. & Gonzalez *ſuper regul.*8. *gloſſa* 5. §. 5. *n.*22. *&* 23. Barboſa *in collect. ad d. cap.*15. *num.*35. & *allegat.* 65. *num.*27. cum Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*397. *n.*1. *&* 7. Riccio *Collectan. deciſ. num.* 4. *collect.*1367. *in fine, & in deciſ. Neap. deciſ.*186. *num.*1. *&* 7. *part.*4. Aldano *in compendio, Canonic. reſolut. lib.* 5. *tit.*18. *num.*13. ubi refert ſic fuiſſe deciſum *in Zamorenſi,* 9. *Novembr.*1619. *& in alia* 15. *Septembris* 1629.

Verùm quia Pariſius *d. num.*22. non 627.
ſuſtinet ſimpliciter ſententiam affirmativam, ſed tantum quando penſio patris non provenit ex reſignatione beneficii: quod ſi provenit ex dicta cauſa reſignationis, ſentit intrare diſpoſitionem Concilii Tridentini, & prohiberi tranſlationem: ideo credit Pax Jordanus *num.*21. cum hac diſtinctione poſſe concordari dictas opiniones, prout etiam ſuſtinet Gonzalez *ubi proximè, num.* 23. Nam quando reſignavit beneficium cum penſione, intrant ad literam Concilii verba, *ſuprà* reddita: ſecus quando penſionem aliâ viâ conſequutus eſt, quia tunc penſio tranſlata in filium, non poteſt dici ſuper beneficio patris conſtituta, quod ipſe pater habet, aut aliquando habuit. Et ita etiam docet

Azorius

Azorius *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 8. cap. 8. quæſt. 7.* idemque Garcia *ubi ſuprà, num. 24.* Neque huic ſententiæ (addit Jordan.) adverſatur Bulla Pii Quinti, *Quæ ordini Eccleſiaſtico*, quam Azorius *loco* objicit *citato*; illa enim loquitur ſolùm de ſucceſſione bonorum, ut advertit Garcia *ubi proximè*. Et quidem in hac etiam ſententia fuit Barboſa *d. num. 27.* dicens: Poteſt aliquando evenire, ut Antonius obtinens Canonicatum, illum reſignet in favorem Nicolai, reſervata penſione ſuper Parochiali, quam obtinet pater ipſius Nicolai. Hæc reſervatio comprehenditur Decreto *d. cap. 15.* & ſic pater in fraudem conſenſit penſioni. Ita deciſum fuiſſe atteſtantur Garcia *d. cap. 3. num. 8.* Armendariz *d. loco, num. 42.* Hæc Barboſa.

628. Filius verò legitimus non prohibetur habere penſionem ſuper beneficio patris, prout à Sacra Congregatione fuiſſe declaratum teſtatur advertiſſe Garcia *num. 35.* apud Jordanum *num. 22.* Quocirca Barboſa *in d. Collect. ad cap. 15. ſeſſ. 25. num. 33.* ita ait: Filium legitimum non prohiberi habere penſionem ſuper beneficio paterno, referunt deciſum Nicol. Garcia *d. cap. 3. num. 35.* Armendariz *d. l. 1. de Filiis Presbyterorum, num. 9.* ubi *n. 47.* ſubdit, diſpenſandum eſſe cum filio obtinente penſionem in Eccleſia, in qua pater habuit Canonicatum, quem reſignavit. Sell. *in Selectis, cap. 92. num. 5.* ubi ita refert deciſum *ſub die 11. Ianuarii 1601.*

629. Sicut nec filius illegitimus prohibetur obtinere penſionem ſuper beneficiis Eccleſiæ paternæ (ait Pax Jordanus *d. tit. 19. num. 23.*) quia Concilium diſtinguens penſiones à beneficiis, prohibet illas obtinere ſuper beneficio paterno tantùm: & cùm verſemur in odioſis, & exorbitantibus, non debet fieri extenſio de caſu ad caſum. Garcia *ubi ſuprà, num. 39.* cum Quintanadueñas *ibi citato*: & ſic licebit filio illegitimo penſionem obtinere in Eccleſia paterna, ſed non ſuper paterno beneficio. Et hoc ultimum tenet cum pluribus aliis Barboſa *in d. Collect. ad cap. 15. ſeſſ. 25. num. 32.* per hæc, quæ ſequuntur verba: Filios illegitimos habere non poſſe penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt, tradunt Seraphinus *d. deciſ. 1442. num. 15.* Stephan. Gratianus *d. cap. 397. ex num. 24.* Campanilis *d. cap. 13. num. 70.* Aloyſ. Riccius *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſc. Neapolitanæ, deciſ. 186. num. 3. part. 4.* Caſtrus Palaus *d. puncto 2. num. 10.* Ego ipſe, *dict. allegat. 65. num. 26.* Rota *deciſ. 549. n. 4. part. 2. recentiorum*, & fuit dictum *in Melitenſi Penſionis, 14. Maii 1614. coram bonæ memoriæ Buratto*, inter ejus impreſſas *deciſ. 53. num. 3.* ubi Ferentil. *in Annotat. litt. B.* Intellige de reſervatis poſt Concilium, non ante Concilium. Rota *deciſ. 12. num. 2. apud Farinacium part. 2. in poſthumis.* Hactenus Barboſa *dicto num. 32.*

Quod Decretum Concilii non 630.
proceſſerit contra illegitimos, qui ante ipſum Concilium obtinuerunt penſionem ſuper beneficio à patre obtento, tenet Pax Jordanus *ſub d. n. 23.* ex Spino *de Teſtamentis, gloſſa 3. n. 21.* & Garcia *loco cit. num. 45.* atteſtantibus, ſic à S. Congregatione fuiſſe reſponſum. Quod utique veriſſimum, & juridicum valdè judico ex tritiſſimo juris axiomate, *Lex non extenditur ad præterita, ſed trahitur ad futura*; quod plenè exornat Barboſa *de Axiomatib. axiom. 136. num. 22. ex l. leges, C. de legibus, Authentico de Nuptiis, in princ. §. Duo igitur, circa finem, collat. 4. & in §. finali, in Authentico de Hæredibus ab inteſtato, collat. 9. cap. Cognoſcentes, & cap. ultimo, de Conſtitutionib.* & ex quampluribus Doctoribus, tam Theologis, quàm utriuſque Juris peritis, complentibus numerum 30. Neque locum habere Decretum Concilii ſuper penſione legitimè conſtituta pro filio naturali, quamvis poſt ejus aſſignationem beneficium ipſum pervenerit ad patrem naturalem; quia nec verba, nec mens Concilii, videntur incluſiſſe hujuſmodi caſum. Ita Pax Jordanus *num. 24.* poſt Garciam *d. part. 7. cap. 3. num. 47.*

Sextò ampliatur diſpoſitio Decreti 631.
Concilii, ut procedat etiam in beneficio, quod pater de facto, & ſine juſto titulo, ac minus pacificè obtinuit; ſufficiit enim poſſeſſio, ſive bona, ſive mala, ad hoc ut dicatur militare ratio Concilii de arcenda memoria paternæ incontinentiæ à locis ſacris. Sic namque declaravit S. Congregatio ſub his verbis: *Filius Presbyteri illegitimus,*

gitimus non poteſt obtinere beneficium, quod olim pater ſuus abſque legitimo titulo, & minus pacificè aliquandiu poſſedit. Die 4. *Septembris* 1686. Ita Pax Jordanus *n.*25. cum Garcia *loco citato*, *num.*56. *&* 59. inferente *num. ſeq.* quod filius non poterit obtinere beneficium in Eccleſia, in qua ejus pater aliud poſſedit ſine Canonico titulo. Concordat Gratian. *diſceptation. forenſ. cap.* 397. pariter deciſum atteſtans, *num.*30. Concordant etiam Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.*65. *num.*8. Armendariz *in Addit. ad recopilat. legum Navarræ*, *lib.*2. *tit.*19. *l.*1. *de Filiis Presbyteror. num.* 23.

632. Ampliatur *ſeptimò* dictum Decretum Concilii, ut procedat etiam quando pater ſolam ſedem haberet in Choro ratione dignitatis, aut beneficii, quod habet in alia Eccleſia: quia nec tunc filius illegitimus poteſt conſequi beneficium in ea, etiamſi pater nunquam actu ſediſſet in ſede illa. Ita S. Congregatio apud Garciam *d.cap.*3. *num.* 66. *&* 67. Gratianum *d. cap.*397. *num.* 26. atteſtantem de eadem reſolutione, Barboſam *d.alleg.* 65. *num.* 14. cum Armendariz *num.*27. & cum Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 75. *num.*7. *verſic.*7. & Pax Jordanus *d.tit.*19. *num.*27.

633. Ampliatur *octavò*, ut filius naturalis, etiam laicus, canere nequeat uti muſicus ſimplex, ſive aliàs miniſtrare in Eccleſia, in qua pater habuit, vel habet beneficium. Sic Pax Jordan. *num.*28. qui allegat Navarrum *conſ.* 1. *q.teſt.*17. *de Conſtitutionib.*& Garciam *num.*68. exſcribentes plures Declarationes S. Congregationis id reſolventes, vigore dictionis *miniſtrare*, qua utitur Concilii Decretum, eandem rationem eſſe dicentes, ſive miniſtret in Officio, ſive in Beneficio, præſertim cum addatur particula, *quoquo modo*. Campanilis, & Gratianus *inferiùs citandi.*

634. Barboſa etiam *d. allegat.* 65. *n.*20. *&* 21. ſequentia profert. Circa quartam differentiam, notarem filios illegitimos in Eccleſia parentum quoquo modo miniſtrare non poſſe, ut diſponit Concilium *d. cap.* 15. procedere, ut neque Epiſtolam canere, aut Sacriſtæ officio fungi poſſint, aut ut ſimplex cantor muſicæ in eadem Eccleſia canere, prout deciſum referunt Navarrus *conſ.* 1. *quæſt.* 17. *ſub tit. de Conſtitutionibus*, Sayrus *deciſ.* 1. *ſub eod. tit.* quem refert Aloyſ. Riccius *in Collectan. deciſionum*, *collect.* 1367. *verſ. Tu Amplia*, *part.* 4. Garcia *d. cap.* 3. *num.* 68. Armendariz *d. loco*, *num.*29. Stephan. Gratianus *d.cap.*397. *num.*26. *cum ſeqq.* ubi *num.* 28. teſtatur, quod nec etiam Antiphonam in eadem Eccleſia canere poteſt ratione oneris beneficii alteri Eccleſiæ annexi. An verò filius illegitimus laicus, qui in Eccleſia, in qua pater nec beneficium habet, nec penſionem, ſed ut cantor muſicæ tantùm in ea Eccleſia cantat, comprehendatur hujuſmodi prohibitione? Affirmativè deciſum fuiſſe referunt Garcia *d. num.* 68. Armend. *d. loco*, *num.* 28. Aloyſ. Ricc. *d. Neapol. deciſ.*283. *num.*1. *part.*4.

Idem Barboſa *in Collect. in Concilium*, *d. ſeſſ.*25. *cap.*15. *de reformatione*, *num.*16. in eadem ſententia perſiſtens, ſic ait: Filium illegitimum in Eccleſia, in qua pater ejus beneficium aliquod habuit, vel habet, prohiberi, non ſolum Sacrum ſolemniter facere, aut Evangelium, vel Epiſtolam ſolemniter cantare, ſed etiam Miſſam, tanquam externum, & peregrinum privatim celebrare, & Sacriſtam in eadem Eccleſia agere, reſolvunt Navarrus *conſ.* 1. *quæſt.*17. *de conſtit.* Sayrus *in Floribus deciſionum*, *ſub eod. tit. deciſ.* 22. Aloyſ. Ricc. *in Collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1367. *verſic. Tu amplia.* Belletus *Diſquiſit. Clerical. part.*1. *tit. de Diſciplina Clericor.* §.3. *num.*32. Stephan. Gratian. *d.cap.*397. *num.*26. *cum ſeqq.* ubi *num.*28. ſubdit, nec etiam antiphonam in ea canere poſſe, ratione oneris beneficii alterius Eccleſiæ annexi: refero ego ipſe *d.allegat.*65. *num.*20. & addo Iulium Lavorium *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.*16. *num.* 50. Et quod filius illegitimus prohibeatur, etiam devotionis gratiâ, Miſſas celebrare in Eccleſia, in qua ejus pater beneficium obtinet, vel obtinuit, tenet Aldanus *in Compend. Canonicar. Reſolut. lib.*5. *tit.*18. *num.* 3. ubi refert ita deciſum ſub die 22. Ianvarii 1602. & fuiſſe pro hac parte Cardinales S. Marcelli de Camarino, Sanctorum Quatuor, Blanchetus, Mantica, Vicecomes, & Oſutus; & ex altera parte Cardinales de Montelparo, Juſtinianus à Monte, 635.

Paravicinus, & Plattus. Hactenus Barboſa.

636. Prædictus pax Jordanus, *ſuprà n.* 623. dictis, addit *num.* 29. quod quamvis non impediantur ſimul convenire in proceſſionibus pater, & filius illegitimus, quando eſſent beneficiarii diverſarum Eccleſiarum; attamen ſi proceſſionaliter accederent ad Eccleſiam in qua pater obtinet beneficium, filius non poſſet quoquo modo in illa miniſtrare, ut ex S. Congregatione docet Garcia *d. cap.* 3. *num.* 68. necnon Campanil. *d. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 67. *verſ. Et quia in dicto cap.* Steph. Gratian. *d. cap.* 397. *num.* 26. *cum duobus ſeqq.* Barboſa *d. alleg.* 65. *num.* 20. 21. & 22. exprimentes de cantu Epiſtolæ, ſeu Evangelii, aut etiam alicujus antiphonæ, ſeu verſiculorum, quando præſertim fiunt ratione beneficii.

637. *Nonò* ampliatur diſpoſitio Decreti, ut ſic filius illegitimus prohibeatur conſequi beneficium, cujus ratione miniſterium aliquod, vel ſervitium in Eccleſia, in qua pater obtinuit, vel obtinet beneficium, exercere compellitur, quamvis revera beneficium filii non ſit illius Eccleſiæ, vel in illa Eccleſia, in qua pater beneficiatus eſt. Ita Pax Jordanus *d. tit.* 19. *n.* 30. ex Rota *deciſ.* 6. *de Conceſſ. præbend. in novis*, & *deciſ.* 8. *de Præbend. in antiquis*, & ex S. Congregatione *in Leodienſi*, quam exſcribit Garcia *d. cap.* 3. *num.* 69. ſub hoc tenore: *In civitate Leodienſi ſunt plures Collegiatæ Eccleſiæ, quarum Decani, & Canonici vigore ſtatuti accedunt ad certas proceſſiones in certis diebus feſtis anni ad Cathedralem, & inibi canunt unum verſiculum, aut collectam: hoc ſtante fuit pluries dubitatum, an valeat electio facta de filio illegitimo ad Decanatum unius illarum Collegiatarum, cùm prædicta præſtare teneatur in Cathedrali, in qua pater ejus Canonicus fuit. Congregatio ter cenſuit, filium prædictum illegitimum, incapacem eſſe talis Decanatus, quia quoquo modo inſervire dictæ Cathedrali videtur: & licèt Sanctiſſimus mandavit iterum partes audiri; tamen Congregatio ſtetit in deciſis* 31. *Auguſti*, & 3. *Septembris* 1587. Campanilis eaſdem declarationes refert *d. num.* 67. *verſic. Et quia.*

Navarrus *conſ.* 1. *quæſt.* 17. *de Filiis Presbyterorum*, & Ignatius *ad Bern. Diaz loco ſuprà citato*, & *d. litt. A*, in noviſſ. editione, putavere ſub nomine *adminiſtrationis*, contineri ſervitium, ſeu miniſterium, quod quis abſque debito beneficii, officii, ſalarii, ſeu mercedis, ex pura devotione, aut voluntate libera præſtat, verbi gr. celebrando ex devotione, aut alia præſtando; eo quòd negari non poſſit hoc eſſe quoquo modo miniſtrare. Æquius tamen, & humanius (inquit Iordanus *num.* 31.) contrarium ſentiunt Rodriguez *in Summa*, *tom.* 1. *cap.* 47. *num.* 1. & Garcia *d. cap.* 30. *n.* 70. cum quibus videtur concordare conſuetudo, quia hujuſmodi non tam videtur Eccleſiæ miniſtrare, quàm ſuæ devotioni, ac ſaluti conſulere, Deoque inſervire.

Dictam Declarationem S. Con- 638.
gregationis, *in Lodienſi*, ait Pax *n.* 32. intelligendam eſſe in propriis terminis, quando filius per ſeipſum cogitur miniſtrare in Cathedrali, modo præfato: quod ſi beneficium perſonalem reſidentiam minimè requirat, aut aliàs poſſet per ſubſtitutum munera obire, non videtur arcendus filius ab eo, qui non cogitur accedere, aut miniſtrare in beneficio paterno. Garcia *ſuprà*, *num.* 71. Et ſic (addit) videntur accipiendi alii ſuprà relati.

Decimò ampliatur diſpoſitio Con- 639.
ciliaris, ita ut filius cogatur dimittere beneficium in eadem Eccleſia, quamvis pater eſſet paratus dimittere ſuum, & filium tueri in proprio beneficio; quia verba dicti Decreti, *verſic. Quod ſi in præſenti*, ita important: & ſæpiùs reſpondiſſe S. Congregationem teſtatur apud Jordanum *num.* 33. Garcia *ubi ſuprà*, *num.* 75. qui illius refert verba.

Quam decimam ampliationem ſub- 640.
ampliat *primò* Pax *num.* 34. ut procedat illa, etiamſi beneficium filii non poſſet permutari, putà quia patrimoniale: nihilominus enim dimittere tenetur, niſi cum ipſo ab Apoſtolica Sede diſpenſetur, prout diſpenſatum fuiſſe cum quodam Calagurritano, cujus pater non ſerviebat Eccleſiæ, ſed jam diu paralyticus jacebat in lecto, teſtatur apud dictum Jordanum Garcia *n.* 77. ſacræ Congregationis verba recenſens.

Secundò ſub ampliat Jordanus *n.* 35. 641.
licèt

licèt ſuper beneficio filii aliquis regreſſum haberet : quia adhuc oblata illi reſignatione cum honeſta penſione, poterit cum ea alteri reſignare, ſuſpenſo interim regreſſu, ut pluries Sacram reſpondiſſe Congregationem teſtatur Garcia *num.* 80. cujus ibi tenores producit.

642. *Tertiò* ſubampliat, quando pater eſſet coadjutor filii; nam pater cogitur omne jus cedere filio : poſſet tamen ſibi aliquid reſervare fructuum, aut penſionis. Sic ex verbis Sacræ Congregationis admonet Garcia *d. num.* 80. apud Pacem Jordanum *num.* 36. Quod ſi filius ſit coadjutor patris, etiam patre mortuo, tenetur dimittere, ut per eandem Sacram Congregationem, apud Farinacium *Deciſionum noviſſimar. part.* 4. *ad cap.* 15. *ſeſſionis* 25. *Tridentini Concilii, non longè à fine.*

643. Subampliat *quartò*, quando eſſet unum, & idem beneficium patris, & filii, cum alternativa reſidentiæ. Sacra enim Congregatio Epiſcopo Civitatenſi ſic reſpondit : *In eadem Eccleſia beneficia idem eſſent, ſi unum tantum, ſed eſſet in perſona patris, & filii, cum alternativa reſidentiæ : quo caſu fuit decretum, quod pater in totum cederet filio totum jus, quod haberet, reſervata ſibi penſione, & perpetuò abſtineret à ſervitio.* Sic recenſet Garcia *loco citato, num.* 79. apud Pacem Jordanum *num.* 38. qui ſubdit: Certè prima facie videretur cogendus filius dimittere, ratione æquitatis, & quia verba Concilii magis ei favere videntur: cum tamen S. Congregatio ita ſenſerit, non erit inſiſtendum. Quam etiam recenſet Farinacius *d. lib.* 4. *deciſ. noviſſ. ad d. cap.* 15. *verſic. in eadem Eccleſia.*

644. *Undecimò* ampliatur Conciliaris diſpoſitio, ut cenſeatur prohibita reſignatio in favorem filii illegitimi, reſervata penſione reſignanti ſuper beneficio patris de illius conſenſu. Sacra enim Congregatio cenſuit intrare noſtrum Concilii decretum, patremque in fraudem hujus Canonis conſenſiſſe. Ita Iordanus *num.* 39. poſt Garciam *num.* 87. adducentem verba S. Congregationis. Sic etiam prohibetur reſignatio patris ad favorem tertii, reſervata filio illegitimo penſione, quia per Concilium *d. cap.* 15. prohibetur filius habere penſionem ſuper beneficio aliàs à patre poſſeſſo; cum tamen de jure communi liceret. Pax Jordanus *num.* 39. poſt Barboſam *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 65. *num.* 25. & concordantes.

645. *Duodecimò* ampliatur, ut regula de triennali poſſeſſione non tueatur filios illegitimos beneficia poſſidentes contra prohibitionem hujus decreti Sacræ Congregationis, ſub hac verborum ſerie. *Congregatio cenſuit, filio illegitimo, qui ante Concilium habebat beneficium in Eccleſia, in qua pater ſimile, vel diſſimile beneficium obtinebat, & ex decreto Concilii, cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reformatione tenebatur intra tres menſes illud dimittere, non ſuffragari regulam de triennali.* Idemque cenſuit Rota *in Calagurritana Canonicatus,* 1. *Julii* 1594. *coram Pamphilio ſeniore*, recenſita per Garciam *ubi proximè*, *num.* 83. qui *num.* 88. refert dictam declarationem, & præſertim quando agitur contra Superiorem, cui certum eſt, præfatam regulam non obſtare, quominus de juſto titulo, & diſpenſatione docere teneatur. Gratianus *Diſceptationum foren. cap.* 397. *num.* 31. *& ſeqq.* ſignanter *num.* 41. *&* 42. ubi ait, nec longiſſimam poſſeſſionem ſuffragari reſpectu Superioris, quin poſſeſſor teneatur juſtificare ſuam impetrationem. Quoad tertium verò benè ſuffragaretur, ut ibi per eum. Et ita Pax Iordanus *num.* 40.

646. *Tertiodecimò* ampliatur diſpoſitio in Eccleſia paterna, ut mortuo jam patre, prohibeatur ad aliud beneficium aſcendere, ſeu tranſire per optionem, aut aliàs; quia tunc ageret de acquirendo beneficio de novo, non de poſſidendo quod jam obtinuit : & ſic obſtaret Concilium. Sic pluries reſpondiſſe Sacram Congregationem apud Garciam *loco citato*, *num.* 52. & Barboſ. *d. allegat.* 65. *in fine*, ait Pax Iordan. *num.* 41.

647. *Quartodecimò* ampliatur, ita ut nec Epiſcopus expreſsè per diſpenſationem, vel tacitè per tolerantiam poſſit defectum hujuſmodi tollere, ſed neceſſaria ſit omninò Apoſtolica diſpenſatio. Quia cum agatur de Conciliari prohibitione, certum eſt Papâ inferiorem non poſſe derogare, *ap. penult.* ubi Gloſſa *de Filiis Presbyteror.*

teror. & ibi Abb. *num.* 4. Cardin. *in cap. Tua, col.* 2. *circa medium, eod. tit.* Gratian. *loco cit. num.* 33. *&* 34. Barboſa *d. allegat.* 65. *num.* 30. & Pax *num.* 42. Qui addit: Immò nec quæcumque Apoſtolica diſpenſatio ſuffragatur; ſed requiritur ſpecialis ad obtinenda beneficia in Eccleſia, in qua pater, ad *cap.* 3. ubi Gloſſa *Patiaris*, & *cap. Conquerente*, & ibi Gloſſa finalis, *de Filiis Presbyterorum.* Rebuffus *in Praxi, tit. de Diſpenſationibus ſuper defectu natalium, num.* 55. Gratianus *d. cap.* 397. *num.* 35. *& ſeq.* ubi cum eodem Rebuffo *num.* 24. plus dicit, requiri in ſpecie derogationem Conſtitutionis Clementis VII. de qua *ſuprà*, & hodie etiam Concilii Tridentini, ſaltem in genere, propterea non ſufficere diſpenſationem ſuper defectu natalium, pro Presbytero, neque habilitatem ad quæcunque beneficia obtinenda, niſi in ſpecie de hac fieret mentio; quia cum ſemper diſpenſatio reſtringenda ſit ad caſum, de quo loquitur, *cap.* 1. *§. fin. de Filiis Presbyteror. in* 6. una diſpenſatio non tollit omnes defectus: ſed tot requiruntur, quot obſtacula. Geminianus *conſil.* 33. *num.* 8. Caſſador. *deciſ.* 9. *num.* 5. *de Præbendis*, Rota *deciſ.* 233. *quæſt.* 22. *part.* 1. *diverſorum*, Gratianus *ſuprà, num.* 36. *cum ſeqq.* ſubdens *num.* 40. quod generales clauſulæ, & derogationes non operantur, quando talia ſunt impedimenta, quæ difficiliorem ſolent reddere concedentem ad diſpenſandum. Bald. *in l.* 1. *num.* 22. *verſic. Unum ſcias, C. de Furt.* Felin. *in cap. Nonnulli, num.* 21. *verſ. Sup. Concluſio, de Reſcriptis.* Alexander *conſ.* 195. *num.* 10. *in princ.* Menochius *de Arbitrariis, lib.* 3. *centur.* 3. *caſu* 203. *num.* 12. Prædicta repetit Barboſa *d. allegat.* 65. *num.* 9. & pleniùs *num. ult.* & poſt illum Pax Jordanus *dicto lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 43. qui *num.* 44. addit: Quatenus tamen loquuntur de remotione facti, & ſine ordine judiciario, fundantur *in cap. Quoniam, de Filiis Presbyteror.* quod loquitur in caſu manifeſto, & ratione manifeſti ita decernit: propterea opus erit attendere, quod non fiat amotio modo prædicto, niſi fuerit manifeſtum de prædictis; quod ſcilicet pater fuerit beneficiatus in eadem Eccleſia, & filius extra matrimonium procreatus. Ita ille.

Ultimò ampliatur prædicta diſpoſitio Conciliaris, ut nec mediatè poſt longiſſimum temporis ſpatium poſſit filius illegitimus ſuccedere in beneficio patris; in quo allucinatus eſt Barboſa (ait Pax Iordanus *num.* 45.) *d. allegat.* 65. *num.* 19. dum putavit poſt 30. annos illum poſſe aſſequi paternum beneficium; quia per ſpatium tanti temporis, quo fuit poſſeſſum ab extraneo, cenſetur ſublata memoria paternæ incontinentiæ, citato pro ſe Gonzalez *ad* 8. *regul. gloſſa* 5. *num.* 33. Sed, ut ait Pax, allucinatur, quia Gonzalez, & authoritates per eum adductæ, loquuntur de filio legitimo, qui prohibetur ſuccedere immediatè in beneficio paterno, ad evitandam hæreditariam ſucceſſionem in beneficiis: quæ ſucceſſio tollitur per lapſum tanti temporis, immò brevioris; ut ibi: at in illegitimo, præter durationem prohibitionis, concurrit alia, paternæ incontinentiæ; ob quam Concilium perpetuò excludit filium naturalem à paterno beneficio, immò & ab Eccleſia paterna, vel in qua fuit beneficiatus, ut ſuprà dictum eſt, & infrà, in limitatione. Unde excluditur illegitimus hujuſmodi, & incapax redditur ſucceſſionis quorumcunque bonorum, ut plenè cavetur per Pium V. in ſua conſtitutione, incipit, *Quæ ordini Eccleſiaſtico*, 2. *Martii* 1571. exſcripta per Quarantam *in Summa Bullarii, verbo Illegitimi:* quæ Conſtitutio die 5. Martii 1572. per aliam ejuſdem Pontificis conſtitut. *Ad Romanum, &c.* declarata fuit, procedere etiam in quibuſcumque patrimonialibus, tam mobilibus, quàm immobilibus, juribus, & actionibus quibuſcumque. Hæc Pax Iordanus. Et quidem Conſtitutio, *Quæ Ordini Eccleſiaſtico*, habetur apud Bullarium Magnum noſtri Angeli Cherubini *tom.* 2. *la* 117. *pag.* 323. & Conſtitutio *Ad Romanum*, illius declaratoria, & extenſiva, immediatè poſt illam, *pag.* 325. & de utraque agit Ioan. Baptiſta Scortia *epitome* 112. *& epitome* 113. 648.

SUBSEC

SUBSECTIO II.

Diſpoſitio Clementis Septimi, & Concilii Tridentini, in multis caſibus limitatur.

649. PRimò limitatur Decretum Tridentini, quoad filios legitimos Preſbyterorum; nam reſpectu illorum nihil fuit innovatum: unde ſicut ante Concilium poterunt habere beneficium patris, aut in eadem Eccleſia cum patre, Navarrus *in cap. Si quando, de Reſcriptis, in Auctario, num.* 3. Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 5. *num.* 19. Leſſius *de juſtitia & jure, lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 90. Barboſa, pluribus citatis, *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 65. *num.* 16. Cardin. Seraphinus Olivarius *deciſ.* 1442. *n.* 6. ubi concludit, filios legitimos ſecundum terminos Juris communis poſſe obtinere beneficia in Eccleſia paterna, atque etiam beneficium ipſum paternum; mediatè tamen, non immediatè, hoc eſt, ut non ſuccedant ipſi patri ſtatim, ſed aliquo intermedio, ad evitandam hæreditariam ſucceſſionem: plenè Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 5. *num.* 32. cum ibi citatis. Sacra Concilii Congregatio 22. *Decemb.* 1594. cenſuit: *Hujuſmodi filium egere Apoſtolica diſpenſatione ad obtinendum patris beneficium immediatè.* Patrem verò ſine diſpenſatione habere poſſe filii beneficium, quia ceſſat ratio ſucceſſionis prædictæ. Et ita in omnibus tenet Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re Beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 19. *num.* 46.

650. *Secundò* limitantur Conſtitutio Clementis, & Decretum Concilii, & Jus quidem commune, ut in hac parte non comprehendant nepotem legitimum ex filio, ſeu filia illegitimis, reſpectu beneficiorum avi. Pax Jordanus *num.* 47. poſt Navarr. *conſ.* 9. *de Filiis Presbyterorum*, ſignanter *numero* 9. Spinum *de Teſtament. gloſſ.* 3. *à num.* 23. Gregor. Sayrum *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 46. Azorium *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæſt.* 17. Garciam *ſuprà, num.* 21. Rotam apud Navarrum *loco citato*, & S. Congregationem apud Garciam *num.* 22. *&* 23. qui tamen loquuntur (ait Pax) mortuo avo, non illo ſuperſtite. Gratianus *Diſceptat. forenſ. cap.* 397. *num.* 6. ſimpliciter loquens, & à Rota deciſum atteſtans, Campanil. *rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 76. Barboſa plurimos citans *eadem alleg.* 65. *num.* 18. Farinacius *lib.* 4. *deciſion. noviſſimar. ad dictum cap.* 15. *Concilii, verſic. Stante ſupradicta declaratione.*

Contrarium tenent apud eundem Iordanum Rebuffus *in Praxi, tit. de Diſpenſat. ſuper defectu natalium, n.* 27. *& de Pacifico poſſeſſore, num.* 276. *cum ſeqq.* Rojas *de Succeſſione ab inteſtato, cap.* 20. *à num.* 112. Mier. *de Major.* 2. *part. quæſt.* 2. *num.* 25. Ignatius *ad Diaz in Practica Criminali, cap* 48. *litt. A.* Sylveſter etiam *verbo Beneficium* 3. *q.* 6. poſt Hoſtienſem, & Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 91. dicunt nepotem non poſſe ſuccedere in beneficio avi, mortuo patre, ſed tantum illo vivente; quia, ſecundum illos, quando pater vivit, nepos non ſuccedit avo in bonis, & ob id ceſſat imago illa hæreditariæ ſucceſſionis: Si verò pater mortuus ſit, nepos ſuccedit avo, & intrat imago præfata. Sed non eſſe recedendum à priore ſententia, juncta ampliatione 3. de qua *ſuprà, num.* 623. prout ſtrenuè defendit Navarrus *conſ.* 9. *citato*, contraria reſolvens, Garcia *num.* 25. *&* 26. Barboſa, & Campanilis *ſuprà*, & alii apud eos. Ita Pax Jordanus *loco citato, num.* 48. *&* 49.

651. *Tertiò* limitatur diſpoſitio in patre reſpectu filii, quia non prohibetur aſſequi beneficium à filio jam obtentum, ſive mediatè ſuccedat, ſive immediatè, ſive legitimus ſit, ſive illegitimus; quoniam titulus *de Filiis Presbyterorum*, & Concilium Trident. *in dicto cap.* 15. loquuntur de filiis; non è contra de patribus: & cum ſimus in exorbitantibus à jure, & pœnalibus, non eſt facienda extenſio, per jura vulgaria. Gloſſa *in d. cap. Apoſtolica* 8. *quæſt.* 1. Ioannes Andreas, Cardinalis, & Butrius *in cap. Quoniam, de Filiis Presbyteror.* Ancharanus, & Abbas *in cap. Ex tranſmiſſa, eod. tit.* Azorius *ubi proximè, quæſt.* 18. Leſſius *d. num.* 91. Garcia, plures cumulans, *num.* 28. Campanil. *d. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 78. magis communem, & tutiorem appellans, contra Hoſtienſem, & quoſdam alios à ſe citatos. Idem facit Barboſa *d. alleg.* 65. *num.* 17. illos recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *d. tit.* 19. *num.* 50.

652. *Quartò* limitatur in filio illegitimo, cujus pater de tempore Concilii mor-

tuus jam fuerat; non enim cogitur filius dimittere beneficium in Eccleſia, in qua priùs à patre obtentum fuerat beneficium: quia Concilium non reſpicit præterita, ſed futura, ut proprium eſt Legiſlatoris, *cap. 2. de Conſtitutionibus, in 6. l. Leges, C. de legibus, Authentico de Nuptiis, in princ. §. Duo igitur, circa finem, collat. 4. & §. fin. in Authentico de Hæredibus ab inteſtato, collat. 9. cap. Cognoſcentes, & cap. fin. de Conſtitutionib.* eſtque axioma utriuſque Juris, quod pluribus exornat Barboſa *tract. de Axiomatibus, axiom. 136. num. 22.* Et colligitur ex dicti Concilii decreto, *verſic. Quod ſi in præſenti:* ubi filius tantum reſignare compellitur, quando tunc temporis ipſe, & pater beneficium poſſident in eadem Eccleſia: ſecùs igitur, ſi pater ſit defunctus. Sic enim pluries reſpondiſſe Sacram Congregationem apparet ex Garcia *d. cap. 3. n. 42. & 2. ſeqq.* & ita ſentiendum tenet Pax Iordanus *num. 51.* prout etiam docet apud eum Ignatius *ad Diaz, d. cap. 40. litt. A.* Roderiquez, & alii, quamvis Navarrus *in d. cap. Si quando, in Auctario, num. 11. & 12.* ſuſtineat de rigore juris verius eſſe contrarium, quod immò filius cogendus dimittere, ob rationes *ſuprà, num. 618.* recenſitas. Sententiam Garciæ, & aliorum tenet etiam Barboſa *alleg. 65. num. 10.*

653. *Quintò* limitatur diſpoſitio reſpectu penſionis, quam filius illegitimus obtinuiſſet ſuper beneficio patris ante clauſum Concilium. Sacra Congregatio ad Archiepiſcopum Cæſarauguſtanum, his verbis: *Decretum capitis 15. ſeſſ. 25. non obſtat, quin filius Presbyteri, in cujus favorem fuit impoſita penſio ante Concilium Tridentinum ſuper parochiali, quam tunc temporis pater ejus reſignavit, poſſit prædictam penſionem exigere.* Idemque reſpondiſſe Nuncio Apoſtolico Venetiarum teſtatur Garcia *ſuprà, n. 45. & 46.* Concordat Spinus *de Teſtamentis, gloſſa 3. num. 22.* & Pax Iordanus illos referens, *num. 52.*

654. *Sextò* limitatur, ut dictum decretum Concilii non comprehendat caſum, quando pater habuit beneficii titulum, ſed poſſeſſionem neutiquam fuit conſequutus, nec per procuratorem; per ipſam enim cauſatur vitium, & impedimentum in perſona filii. Secus ſi poſſeſſionem, utcumque nullam & invalidam obtinuiſſet, prout dictum eſt ſuprà, *num. 631.* & multoties reſpondit S. Congregatio recenſita per Garciam *d. cap. 3. num. 58. & duobus ſeqq.* quæ tamen loquitur in caſu, quando ſola ſignatura Papæ intervenit, litteris non expeditis: licèt Garcia ſimpliciter loquatur, & ſic videatur includere caſum expeditionis bullarum, ſolamque poſſeſſionem excludere. Ita Pax *num. 53.* qui *num. ſeq.* ſic proſequitur: Quod verò ſufficiat poſſeſſio apprehenſa per procuratorem, reſolvit S. Congregatio apud Campanil. *d. rubr. 11. cap. 13. num. 67.* ubi etiam quod non ſequuta litterarum expeditione, non oriatur impedimentum, ex eadem S. Congregatione ſæpiùs reſpondente: ſubdens, quod Declarationes, quæ permittunt, ſupponunt interitum patris proviſi, ante expeditionem litterarum; & quæ vetant, ſupponunt ceſſionem ab eo factam in gratiam alterius, cujus vigore uſus ſit Apoſtolica proviſione, & ſic ad invicem concordantur.

655. *Septimò* limitatur reſpectu Eccleſiarum unitarum, & filialium, juxta S. Congregationem, ita reſpondentem: *An illegitimus, cujus pater fuit Rector Eccleſiæ matricis, poſſit Eccleſiam filialem obtinere dependentem, ſeu aliàs illi unitam, in qua eadem matrix habet etiam quædam jura parochialia, ſalvo hoc Decreto. Congregatio cenſuit, poſſe: modò unio facta ſit acceſſoriè, & per viam ſubjectionis Eccleſiæ matrici, & pater in ea non miniſtraverit: unitam verò æquè principaliter, ita ut intitulatus in una, cenſeatur in utraque intitulatus, aut ſi in utraque pater miniſtravit, non poſſe.* Cui concordant aliæ reſolutiones relatæ per Garciam ſuprà, *num. 62.* Qui *num. 63.* conſiderat prædicta rectè procedere quoad Eccleſias filiales, quæ ſunt beneficia de per ſe, ac diſtincta à matricibus, ut in terminis *cap. Ad audientiam, 1. de Eccleſiis ædificandis.* Sed ſecùs quando una Eccleſia eſt alteri in aliquo ſubjecta, ſive ab illa dependet tanquam membrum; utraque tamen eſt beneficium de per ſe, & ſeparatum: tunc enim cum ſint beneficia diſtincta, & in diverſis Eccleſiis, non videtur prohibendus filius illegitimus poſſidere Eccleſiam filialem.

Quod

Quod ſi ſint unitæ, major videtur ſubeſſe difficultas; ſed nihilominus concordat in ſubſtantia cum præfata diſtinctione S.Congregationis, prout etiam facit Campan. *d. rubr. 11. c. 13. num. 67. verſic. Cum verò*, Barboſa *allegat. 65. num. 11.* citato Armendariz, Farinac. *lib. 4. deciſion. noviſſimar. deciſ. ad dictum caput 15. ſeſſ. 25. Concilii, verſic. An illegitimus, cujus pater.* Sic & Pax Jordanus *d. tit. 19. num. 53.*

656. *Octavò* limitatur diſpoſitio Conciliaris, ut non prohibeatur filius illegitimus miniſtrare, aut beneficium habere in Eccleſia, in qua pater miniſtravit, & inſervivit tanquam Capellanus, abſque titulo beneficii, vel tanquam Vicarius temporalis, non verò perpetuus, juxta *cap. Conſtitutus*, & ibi Gloſſa *de Filiis Presbyteror.* Nam reſpectu patris, Concilium requirit beneficium, ad effectum inducendæ jam dictæ incapacitatis. S.Congregatio his verbis: *Filius Clerici, ex hoc decreto non prohibetur, quominus tanquam Capellanus amovibilis, deſervire poſſit, atque obtinere beneficium in Eccleſia, in qua ejus pater nunquam fuit intitulatus ad aliquod beneficium Eccleſiaſticum, licèt pro Capellano amovibili inſervierit in eadem Eccleſia.* Garcia *d. cap. 3. num. 72.* Barboſa *in ſæpe citata allegat. 65. num. 5.* ubi tamen ex multis ibi ab eo citatis, contrariam putat in puncto juris veriorem; cum tamen primam ipſe ſequatur *num. 13.* quod item faciunt Farinacius, & Gratianus *loco cit. num. 5.* & alii. Sicut nec prohibentur, ſubſcribens addit Pax Jordanus *num. 57.* pater, & filius celebrare in eadem Eccleſia, cùm non habeant beneficium. S. Congregatio, ſub forma ſequenti verborum: *Ad Epiſcopum N. ſcribatur, ut deſinat moleſtiam exhibere illegitimo Presbytero celebranti Miſſam, ob quoddam legatum, in eadem Eccleſia, in qua pater celebrat, ob devotionem, cum neuter habeat beneficium, & hic caſus non ſit prohibitus à Concilio.* Garcia *num. 73.* Aliam conſimilem reſolutionem adducens, ſequitur Barboſa *ubi proximè, num. 23. & 24.* Et ita refert, & ſequitur Pax *num. 56. & 57.* quò loci, *num. 58. & ſeqq.* excitat, & reſolvit ſequentem quæſtionem, an ſcilicet in Eccleſiis non numeratis, ſed receptivis, vel receptitiis, in quibus non datur certus numerus Capellanorum, & beneficiatorum, ſed pro augmento, vel diminutione proventuum, plures, aut pauciores admittuntur; vel pro libito Epiſcopi, ſeu alterius Superioris jus recipiendi habentis; fit auctio, vel diminutio, & illi ſemel adſcripti, perpetuò manent, an ſcilicet filius Clerici poſſit in eadem hujuſmodi Eccleſia ſimul cum patre deſervire, aut poſt patris obitum eidem Eccleſiæ adſcribi? Et negativam partem tenet: apud quem fundamenta, ſi libet, vide; quæ quia caſus non adeo frequens eſt, conſultò prætereo.

657. *Nonò* limitatur diſpoſitio Concilii, ut non prohibeantur filii illegitimi Clericorum cum patribus ſuis habitare. S. Congregatio apud Farinacium *ad præfatum cap. 15.* Garcia *ubi ſup. num. 74.* Barboſa *allegat. 65. citata, num. 24.* & Armendariz: cujus declarationis verba refert Pax Iordan. *num. 72.* dicens: *Filii illegitimi Clericorum non prohibentur à Concilio Tridentino cum patribus habitare: nec de jure eſt talis prohibitio, quanvis aliqui Epiſcopi, ſeu Ordinarii id prohibeant ſine cauſa.* Et cùm loquantur de filiis, intelligendi ſunt pariter de filiabus; quia maſculinum concipit fœmininum: vulgaria jura, ac per alias congruentias ſatis per ſe notas.

658. Cavendum itaque, ſubdit Pax *num. 73.* ne talibus baſtardis, abſque ſpecifica diſpenſatione Apoſtolica conferantur beneficia, contra Sacros Canones, & ipſum Tridentinum Concilium. Immò cùm Epiſcopus ex officio Paſtorali teneatur Eccleſiam ſuam purgare, *Clementina 1.* cum ibi notatis, *de Officio Ordinarii*, argumento *l. Congruit, ff. de Officio Præſidis*, cum concordantibus; ſi quos hujuſmodi intruſos in ea repererit, aſſignato eis termino competenti ad docendum de Apoſtolica diſpenſatione, ſi fortè illa ſuffulti exiſtant; nihilque docto, quacumque poſſeſſione non obſtante, debet eos amovere, quia nulla data diſpenſatione Apoſtolica, ſunt ipſo jure privati, ex diſpoſitione Concilii: & cum habeant reſiſtentiam Juris, & Concilii, non ita de facili Summus Pontifex diſpenſare ſolet, neque ex

poſſe

poſſeſſione diuturna, etiam longiſſimi temporis, induci poteſt aliqua præſumptio diſpenſationis. Et ubi non ſolet concedi vera diſpenſatio, ceſſat etiam præſumpta, ut benè addit idem Pax *num.* 75. ex Puteo *deciſ.* 139. *&* 257. *num.* 3. *lib.* 3. & ex Gratiano *diſcept. forenſ. cap.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 31. *& ſeqq.* & ob id regula de triennali non ſuffragatur. Nec poſſeſſio incapacem habilitare poteſt, aut ex temporis diuturnitate titulus naſci poteſt, ut non minùs bene ipſe Jordanus *à conſ.* 76. cum Rebuffo *in Praxi, tit. de Pacifica poſſeſſione, limitat.* 4. *num.* 172. vel ſecundum aliam editionem, *num.* 206. ait, ſpecificè loquens de illegitimo; & rationem ſubdens, quia ſcilicet titulum cum habere non poſſit, juvari poſſeſſione minimè valet, quæ non datur ſine titulo, ſine quo quis ſemper in mala perſeverat fide, & conſequenter nunquam præſcribit, *cap. fin. de Præſcription. cap. poſſeſſor, de Regul. Juris in* 6. Gratianus *cap.* 397. *& ſeqq.*

659. Quod verò non docto de diſpenſatione, amovendi ſint de facto, ſicuti de facto incumbunt beneficiis, nec judiciarius ordo ſit obſervandus, probatur *in cap. Quoniam*, ubi Abbas, *de Filiis Presbyterorum*, Innocentius, Cardinalis, Gratianus, & Barboſa; quia cum de facto conſtet, non eſt opus vexare actorem libelli oblatione: & ubi ſubeſt periculum animarum, & publica utilitas, non eſt res in controverſiam judiciariam deducenda, ſed Judex debet ex officio ſupplere. Cardinalis in terminis, *in cap. Conquerente, eod. tit.* Gratianus *loco citato, num.* 46. & poſt illos Jordan. *num.* 77. quò loci addit: Intelligendi tamen ſunt, prout judicavimus ſupra, quando verſamur in facto notorio, prout loquitur textus *in citato cap. Quoniam*, juxta regulam, quod Doctores interpretandi ſunt ſecundum doctrinas, quas adducunt.

SECTIO VIII.

De ætate debita pro beneficiis Eccleſiaſticis acquirendis & obtinendis, & pro Ordinibus & aliis certam requirentibus ætatem.

SUBSECTIO I.

De ætate ad quemlibet Ordinem neceſſaria.

Octava qualitas neceſſaria in promovendis ad Eccleſiaſtica beneficia, legitima ætas cenſetur. Textus enim *in cap. Super inordinata, de Præbendis*, ſic inquit: *Cum autem illi ſint in Eccleſiis idonei reputandi, qui ſervire poſſunt, & volunt in ipſis: conſultationi tuæ reſpondemus, quod pueri, & beneficiati, qui non poſſunt in eadem Eccleſia deſervire, in ea non debent idonei reputari. In cap. Cum in cunctis, de Electione*, ita cavetur: *Cum in cunctis Sacris Ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſteriis ſint ætatis maturitas, gravitas morum, & litterarum ſcientia inquirenda, &c.* In §. *Inferiora, ejuſdem capitis*, de eodem agitur argumento: *in cap.* 1. *de ætate & qualitate, in* 6. *in Clement. Generalem, ejuſd. tit. in Clementina Ne in agro Dominico, de Statu Regular.* & ubique Gloſſæ, & Doctores. Tridentinum *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. *de reformat.* ibi: *Nec aliis in poſterum fiat proviſio, niſi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur: aliter irrita ſit proviſio.* 660.

Quia tamen Tridentinum multa innovavit contra jus antiquum, ideo per ſingulos beneficiorum gradus potiora capita perſtringere libet. Prima igitur Tonſura conferri non poteſt ante ſeptennium expletum. Pax Jordanus *tom.* 1. *de Re Sacra, lib.* 3. *tit.* 6. *de Sacramento Ordinis, num.* 202. *ex c. Nullus*, juncta Gloſſa *verbo Infanti, de Temporibus Ordinat. in* 6. *cap. de His, diſt.* 28. *cap. In ſingulis, diſt.* 77. Campanili *rubr.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. Toleto *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 27. Bonacina *de Sacramentis, diſp.* 8. *quæſt. unica, punct.* 5. *num.* 12. & qui ante dictam ætatem Ordinaret, ipſo jure ſuſpenſus per annum à collatione ejuſdem primæ Tonſuræ tantùm, non aliorum Ordinum, permaneret, *d. cap. Nullus.* Excipitur tantùm in dicto textu, & per Doctores, quando infans ſeptennio minor, eſſet Religionem ingreſſurus; quia tunc permittitur ordinari abſque incurſu dictæ pœnæ. Temporibus autem D. Thomæ, ante *dicti cap. Nullus*, editionem, infantia ſufficiebat, ut notant Tabiena *verbo Ordo* 4. 661.

do 4. & Maiolus *de Irregularit. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 5. *&* 8. apud Iordanum *num.* 203.

662. Reliqui Ordines minores, ſecundùm Bonacinam *loco citato*, & alios quoſdam, ſimiliter poſt ſeptennium conferri poſſunt : Campanil. verò *rubr.* 7. *cap.* 2. apud Pacem *num.* 204. putat requiri annos duodecim pro Oſtiario, Lectore & Exorciſta, & pro Acolyto quatuordecim. Quæ ſententia colligitur ex *d. cap. In ſingulis, diſt.* 77. quam comprobant Toletus ubi ſuprà, Piaſecius *in Praxi, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 22. Hoſtienſis *in Summa de Temporibus Ordinat. n.* 31. & alii plurimi. Quoad Ordines minores jura antiqua *in cap. In ſingulis, cum ſeqq. diſt.* 77. *& cap. Nullus, de Temporib. Ordinat. in* 6. ſervari debere, docet Pax cum Piaſecio *dictis locis*; cum circa ea nihil innovaverit Tridentinum.

663. Ex nova dicti Concilii diſpoſitione, jura antiqua corrigentis, quæ recenſet Hoſtienſis *in Summa, tit. de Temporib. Ordinationum, num.* 51. *§. ſed Præter*, Subdiaconatus conferri debet anno vigeſimoſecundo inchoato; Diaconatus anno vigeſimotertio inchoato; Presbyteratus anno vigemſioquinto inchoato. Sic *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de reformat.* Pro Epiſcopatu requiritur trigeſimum annum completum habere. De quibus Pax Iordanus *num.* 205. qui *num. ſequenti* advertit annos computari debere juxta conſuetum Eccleſiæ morem, 365. dierum, ſive inciderit biſſextus, ſive non; quia de illo non curatur. Allegat Bonacinam *loco citato, num.* 15. Barboſam *allegat.* 16. *num.* 2. Henriquez *in Summa, lib.* 10. *cap.* 19. *§.* 2. & concordantes, contra Fornarium *de Sacris Ordinibus, cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. Et addit ſufficere, quod inchoatio vel unius diei ſit, cum Piaſecio *d. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. Barboſa *d. alleg.* 16. *num.* 1. & pluribus ab eo citatis, & cum communi. Et hæc de ætate pro Ordinibus ſuſcipiendis requiſita. De ætate autem debita pro ſuſcipiendis beneficiis, ſequentia dicenda occurrunt.

SUBSECTIO II.

De ætate requiſita pro ſingulis beneficiis Eccleſiaſticis obtinendis, à ſimplici, & à minimo, uſque ad ſuppremum Summi Pontificatus apicem.

664. PRimò itaque pro ſimplici beneficio, quidquid de jure veteri ſit, de jure novo Concilii Trid. *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reform.* ætas quatuordecim annorum requiritur. Sic enim ibi ſtatutum lego. *Nullus prima Tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus; ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere.* Et ita docet ibi Barboſa *in Collectan. num.* 1. & *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 60. *num.* 73. cum Aſcan. Tambur. *de Iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 7. *num.* 21. Campanile *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 2. Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 8. Azorio *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 7. & cum pluribus aliis Pax Iordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria, lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 4. Sufficere autem; quod annus tertius decimus ſit peractus, & quartus decimus tantùm inchoatus, docent Barboſa *d. collectanea, num.* 2. & *d. alleg.* 60. *num.* 73. cum Henriq. *in Summa, lib.* 10. *cap.* 19. §. 1. Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo Beneficium* 4. Armendariz *in Addit. ad Recopil. legum Navarræ; lib.* 1. *tit.* 10. *l.* 1. *de ætatibus*, Cevallos *commun. contra commun. quæſt.* 523. *num.* 4. *& quæſt.* 593. *num.* 18. Riccio *collectan. Deciſionum, part.* 4. *collect.* 860. *verſic. Limita ſecundò, & in Praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 325. *num.* 3. *verſ. Nihilominus*, Azorio *d. quæſt.* 7. *in fine*, Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſſa* 5. *in princ. n.* 90. Tuſcho *tom.* 3. *litt. E, contl.* 338. *num.* 12. Garcia *d. cap.* 4. *num.* 116. Thom. Valaſc. *Allegat. Iuris tom.* 1. *alleg.* 8. *à num.* 1. Campanil. *d. num.* 2. *in fine*, Novario *in Singularib. Canonicis, concl.* 13. *num.* 4. Selio *in Selectis Canonicis, cap.* 25. *num.* 3. referentibus ſic fuiſſe deciſum, & Selio atteſtante fuiſſe deciſum *in Camplenſi*, 11. *Maii* 1630. Dictis ſe ſubſcribit Pax Iordanus *d. tit.* 20. *num.* 5. *De ætate pro beneficio ſimplici.*

665. Subampliatur *primò*, ut ætas quatuordecim annorum requiratur, non ſolùm in beneficiis liberæ collationis, verùm

verùm etiam ſi per electionem, præſentationem, nominationem, aut aliam quamcunque viam providenda ſint, eo quòd Concilium per verbum illud, *obtinere*, indefinitum, reddit inhabilem perſonam ante dictam ætatem, & ita non reſtringitur, nec attenditur modus proviſionis, ſed qualitas providendi. Pax Jordanus *num.* 6. cum Mandoſio *in tract. de minor. ætat. cap.* 4. *num.* 17. Campan. *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 6. *& rubr.* 11. *cap.* 14. *num.* 16. *verſic. legit utrobique*, & Sacram Congregationem adducente Barboſa *d. alleg.* 60. *num.* 79. *& in Collect. in Concil. ſeſſ.* 23. *c.* 6. *num.* 6. *cit.*

666. Subampliatur *ſecundò*, ut nec Epiſcopus ſuper hoc valeat diſpenſare, quia non diſpenſat ſuper Concilio, niſi in caſibus à jure permiſſis: de jure tamen communi, ſecundùm ſententiam multorum Doctorum, id præſtare poterat ante ipſum Concilium. Azorius *d. part.* 2. *cap.* 5. *lib.* 6. *quæſt.* 9. *verſ. Si quæras.* Riccius *reſolut.* 331. *num.* 2. & Barboſa *Collect. in Conc. ſeſſ.* 23. *c.* 6. *de reform. num.* 8. *& n.* 75. *alleg.* 60. dicentes, Epiſcopum conferendo ante dictam ætatem, peccare mortaliter, & collationem eſſe nullam. Et adducunt verba Declarationis S. Congregationis, quæ etiam referuntur à Garcia *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 13. & à Barboſa *in Collect. ad Concilium, ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *num.* 4. ex Gonzalez *gloſſa* 5. *n.* 51. ſub tenore ſequenti. *Proviſo in anno* 13. *ætatis, de Canonicatu in Eccleſia Collegiata, ubi vigore ſtatuti Eccleſiæ, proviſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem tenentur expectare biennium, obſtat hoc decretum Concilii. S. Congregatio*, 14. *Auguſti* 1586. Ita etiam Pax *num.* 8. qui addit: Ex qua deſumitur ampliatio concluſionis noſtræ, ut locum ſibi vendicet, etiamſi nec poſſeſſio, nec fructus percipiendi ſint à proviſo ante debitam ætatem; quia illa requiritur de tempore collationis tituli, ſecundùm prædicta. Unde non ſufficit, quod poſtea intervenerit, juxta legem *In delictis*, §. *Si detracta*, *ff. de Noxalibus*, in qua dicitur, quod qualitas adjuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi: quod in reliquis etiam attendi ſolet. Sic doctiſſimus ille vir.

667. *De ætate pro Canonicatu, & portione Eccleſiæ Collegiatæ.* *Tertiò* ſubampliatur concluſio, ut quod dicitur de beneficio ſimplici, procedat pariter in Canonicatibus & portionibus Eccleſiarum Collegiatarum, pro quibus eadem requiritur ætas, quæ pro cæteris ſimplicibus beneficiis; quia cum in jure communi, aut Concilio Tridentino nihil reperiatur ſpecificè cautum ſuper ætate hujuſmodi canonicatuum, generalitas ipſius Concilii Tridentini, de qua ſuprà, complectitur etiam iſtos, quia verè ſunt beneficia Eccleſiaſtica ſimplicia. Pax Jordanus *num.* 9. poſt Azorium *loco citato*, *quæſt.* 6. De jure autem communi ſtatuta reperiebatur talis ætas, *cap. Super inordinata*, juncta Gloſſa, *de Præbend.* & Concilium nihil innovando ſuper his, cenſetur dimiſiſſe in ſuis terminis. Galet. *in Margarit. caſuum conſcientiæ, verbo Canonicus*, Naldus *in Summa, eod. verbo*, ubi ſequentem referunt S. Congregationis declarationem: *Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ debet habere illam ætatem, quam requirebant jura antiqua ante Concilium, nempe annorum* 14. *quia nihil in ipſo innovatur, niſi de Canonicis Eccleſiæ Cathedralis.* Barboſa *d. alleg.* 60. *n.* 67. *&* 71. Piaſec. *in Praxi, part.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. & Pax *d. num.* 9. poſt illos, & concordantes apud Barboſam, ubi teſtatur, in facti contingentia collationem Scholaſtriæ Eccleſiæ Collegiatæ cuidam ſcholari 17. annorum, judicatam, fuiſſe canonicam & validam.

668. Hæc tertia ſubampliatio ſubampliatur, ut ſufficiat ætas prædicta pro Canonicatu Collegiatæ, etiamſi eidem perpetuò, & acceſſoriè unita exiſteret Eccleſia parochialis: cenſuit enim S. Congregatio, attendendam eſſe naturam Canonicatus, non autem Parochialis in terminis prædictis; ſecùs tamen ſi æquè principaliter, quia tunc non aſſumit naturam Canonicatus. Ita deciſum teſtantur apud dictum Pacem Jordanum *num.* 10. Henriquez *cap.* 31. *num.* 4. *& ſeqq.* Piaſec. *d. num.* 21. Galet. & Naldus *ubi proximè*, & Barboſa *alleg.* 61. *n.* 71.

669. Hanc tertiam ampliationem ſublimitat Jordanus *num.* 12. cum Campanil. *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 16. & Barboſa *alleg.* 60. *num.* 17. *in fine*, in illis Canonicis, quibus animarum curæ exercitium eſſet annexum; quia cùm actu debeant curam exercere, licèt habitu ſit penes Capitulum, opus erit, quod habeant ætatem

ætatem requiſitam ad hujuſmodi exercitium. Idemque ait *num.* 13. dicendum de illis Canonicatibus, quibus Sacer Ordo eſſet annexus; quia non ſolùm in Cathedralibus, in quibus requiritur Sacer Ordo vigore Concilii *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformatione*; ſed etiam in Collegiatis, quando vigore ſtatuti, fundationis, vel alterius obligationis, exigeretur Sacer Ordo, opus eſſet ætatem habere pro illo ſuſcipiendo, ut docent Campanil. *loco citato*, poſt Flamin. Pariſium *de Reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 11. & Navarrum *conſ.* 8. *de Præbendis*, *num.* 2.

670. Quia tamen proviſus de talibus Canonicatibus, annum habet infra quem recipere teneatur Ordines illis debitos, & competentes, gravis occurrit difficultas, an ſcilicet tempore, quoad Subdiaconalem Canonicatum, verbi gr. aſſumitur, debeat ætatem habere requiſitam ad Subdiaconatus Ordinem, vigeſimum ſcilicet ſecundum inchoatum, ad ſuperius tradita *num.* 693. & idem eſt reſpectivè de proviſo de Canonicatu Diaconali, aut Presbyterali; an verò ſit ſatis, & ſufficiat, quod intra annum, in quo Ordinem Canonicatui competentem ſuſcipere tenetur, ætatem debitam pro hujuſmodi Ordine conſequatur.

671. In qua re duplex adeſt ſententia. Prima, pro qua recenſet Pax Jordanus *d. tit.* 20. *num.* 14. Campanil. *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 26. Leſſium *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 110. & Azorium *d. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 5. *verſic. Verùm*, ibi, *aut certè ea ætas*; ſuſtinet, ſufficere ætatem illam compleri intra annum, in quo Sacrum Ordinem ſuſcipere cogitur. Ipſe tamen Campanil. *loco citato*, *in fine*, ab hac ſententia receſſit, uti addit Pax, propter reſolutionem S. Congregationis mox adducendam. Secunda verò defendit, integram ætatem requiſitam pro Ordine ſuſcipiendo, requiri de tempore proviſionis Canonicatus, ita ut annus conceſſus, intra quem ille ſuſcipi debet, minimè computetur in ætate requiſita pro obtinendo Canonicatu. Hanc propugnat Pax, poſt Henriquez *in Summa*, *lib.* 10. *cap.* 9. §. 1. & 2. expreſsè dicentem, ætatem vigore Concilii conſtitutam pro hujuſmodi beneficiis, ab initio, & in actu impetrationis requiri, non obſtante annali tempore conceſſo ad illorum promotionem.

Et probatur ex Trident. *ſeſſ.* 22. 672.
cap. 4. *de reformat. in fine*, ibi: *Nec aliis in poſterum fiat proviſio, niſi iis, qui jam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcantur: aliter irrita ſit proviſio.* Quæ verba mihi adeo clara videntur (ait Pax) ut nullam patiantur probabilem contrariam dubietatem.

Secundò, ex reſolutione S. Con- 673.
gregationis ejuſdem Concilii Interpretum, quam ſub tenore ſequenti recenſet Jordanus. *Si neque ante Concilium, neque poſt ipſum, ullus Ordo, ſive Diaconalis, ſive Presbyteralis Canonicatui annexus fuerit, & Parochialis Eccleſia legitimè, & perpetuò eidem Canonicatui ſit unita, tanquam Parochiale acceſſorium, attendenda eſt natura Canonicatus, non autem Parochialis: & ita ſufficit, ut is, cui collatio facta eſt, ſit in ætate* 22. *annorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur.* Ita S. Congregatio, cujus decretum manuſcriptum (ait Pax) ſe habere teſtatur Campanil. *loco citato*; & ejus meminere Anaſtaſius Germonius *de indult. Cardinalium*, *cap. Quibus*, *num.* 6. Garcia *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 30. Barboſa *allegat.* 60. *num.* 71. & alii multi. Eandem ſententiam contra Campanil. tuetur Garcia *num.* 19. *& infrà*, pro qua adducit dictum Concilium *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* prout ſequitur ſtatuens.

Neminem etiam deinceps ad digni- 674.
tatem, canonicatum, aut portionem recipiant, niſi qui eo Ordine Sacro, aut ſit inſignitus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit; aut in tali ætate, ut infra tempus à jure, & ab hac S. Synodo ſtatutum initiari valeat. Quæ verba *num.* 23. exponit, hoc eſt, *aut ordinatus, aut in ætate legitima ad talem Ordinem, ut infra annum initiari valeat*, ad textum *in cap.* 2. *Inſtitut. in* 6. & infra tempus jure ſtatutum ad Ordines, quos ipſius Eccleſiæ cura requiret, valeat promoveri, juncto *cap. Licet canon, de Elect. in* 6. *& cap. Cùm in cunctis*, §. *Inferiora*, *eod. tit.* Francus *in d. cap.* 2. *num.* 1. Et ita interpretari videtur Pariſius *de Reſignat. d. lib.* 4. *q.* 9. *num.* 11. *&* 18. & Zerola *in Praxi*,

part. 1. *verbo Canonica*, §. 2. *&* 9. Sic Garcia.

675. Poſt cujus recenſionem, immediatè ſubdit Pax: Cujus ſententiæ eo libentiùs ſubſcribo, quod hac via ſalvatur Concilium à contradictione; nam interpretando ad ſenſum Campanil. utique textus *in d. cap.* 12. *ſeſſ.* 24. corrigeret *cap.* 4. *in fine, ſeſſ.* 22. & ſicut *d cap. Cùm in cunctis*, §. *Inferiora*, & *cap. licèt Canon, de Elect. in* 6. requirunt in promovendo ætatem legitimam, hoc eſt annum 24. exactum, & nihilominus indulgent annum ad ſuſcipiendos Ordines; ita Concilii verba illa, *aut in ætate legitima ad talem Ordinem, &c.* cenſentur requirere tempus exactum ad Ordinem, & beneficium: indulgere verò annum, ut intra eum quandocumque poſſit ordinari. Nec faceſſit, Pariſium *loco citato*, in Subdiaconatu requirere annum 21. & pro Diaconatu 22. quia intelligendus eſt de annis finitis; eo ipſo enim, quod quis exegit annum 21. poteſt ordinari Subdiaconus, qui & poſt annum 22. aptus erit Diaconatui, prout de Sacerdotio in confeſſo eſt apud omnes, exacto anno 24. ſub initio 25. poſſe conferri, & parochialem curam donari, ut Jura, & Doctores citati concludunt. Et præterea idem cenſendum erit de inferioribus Ordinibus, modo prædicto, ut una, & eadem determinatio reſpiciens plura hæc determinabilia, æqualiter ſingula determinet, *ad l. Iam hoc jure, ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione.* Huic interpretationi congruit textus *in cap. ei cui, de Præbendis, in* 6. & deciſio Rotæ *in cauſa Romana Capellaniæ*, 14. *Novembris* 1586. Quare juxta Declarat. S. Congregationis, de qua Garcia *ſuprà*, *num.* 25. textus Concilii *in cap.* 12. *ſeſſ.* 24. declarat *caput* 4. *ſeſſ.* 22. videlicet ut non requiratur Ordo actu ipſo, ut videbatur ſtatui *in cap.* 4. ſed ſufficiat debita ætas, ut recipi poſſit poſtea. Navarrus *conſ.* 8. *num.* 2. *de Præbendis*, Garcia mox citatus, conferunt etiam plures declarationes S. Congregationis ab eodem Garcia *dicto loco* exſcriptæ. Hactenus Pax.

676. *De ætate pro dignitatibus* Subampliatur *quartò* concluſio, ut non ſolùm pro Canonicatibus collegiatarum, verùm etiam pro dignitatibus, & perſonatibus earumdem ſufficiat ætas 14. annorum; quia Tridentinum *cap.* 12. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* requirens 22. annos, loquitur in Cathedralibus, non autem in Collegiatis. Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 15. poſt Zerolam *in Praxi Epſcop. part.* 2. *verbo Beneficia*, §. 1. *verſic. Ad beneficia*, Roderiquez *quæſt. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 11. *art.* 2. exſcribentem declarationem S. Congregationis, Barboſam *alleg.* 60. *num.* 67. & alios apud eos. Contrarium cenſuit Garcia *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 59. 62. *& ſeqq.* adducens pro ſe aliam declarationem S. Congregationis, & dicens alias Declarationes pro contraria citatas, & Doctores ita ſentientes, intelligendos eſſe de Canonicatibus, non autem de Dignitatibus; & quod ſi Concilium *d. cap.* 12. non loquitur de Collegiatis, & ſtandum ſit juri communi, ut contrarii dicunt, tunc opus erit ætas 25. annorum, quæ de jure communi requiritur pro dignitatibus, etiam non curatis, *cap. Cum in cunctis*, §. *Inferiora*, *de Elect. cap.* 1. *de ætate, & qualitate, in* 6. & Doctores; & ſic requireretur major ætas pro dignitatibus non curatis in Collegiatis, quàm in Cathedralibus, ut infra dicetur, quod eſſet abſurdum. Circumſcriptis declarationibus, placeret magis opinio hæc (ait Pax) ſed quia pro conſtanti à præfatis adducitur illa *Burgenſis Scholaſtica*, loquens de Dignitate, non de Canonicatu, & atteſtans canonicam fuiſſe collationem ſcholari in decimoſeptimo anno conſtituto; ideo non erit recedendum à priori. Pro prima tamen dignitate regulariter opus erit 23. annum inchoaſſe, eo quòd annexam ſoleat habere animarum curam in foro interiori, vel in exteriori. Pax Jordanus cum Garcia *ubi ſuprà*, *n.* 69. & cum Barboſa *allegat.* 64.

& perſonatibus Collegiatarum.

677. Limitatur generaliter prima Concluſio de ætate 14. annorum pro ſimplicibus beneficiis, & Collegiatarum Canonicatibus, ut non procedat quando in fundatione ſtatutum ſit, minorem ætatem ſufficere; quia Concilium Trident. non derogavit hujuſmodi diſpoſitionibus. Ita Barboſa *in Collectan. in d. Concilium, ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformat. num.* 7. & *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 60. *num.* 77. cum Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancell. gloſſa* 5. *num.* 9.

*num.*9. Aloyſ. Riccio *in Collectan. deciſ. part.* 4. *collect.* 860. *verſic. Nunc limita, & primò*, Campanil. *in diverſor. Iuris Canonici, rubrica* 7. *cap.* 6. *num.* 2. *in fine.* Maſſobrio *in Praxi habendi concurſum, requiſ.* 7. *dub.* 12. *& requiſit.* 10. *dub.* 11. *num.* 30. Novario *in ſingularib. Canonicis, concluſ.* 13. *num.* 5. & cum Rota *part.* 2. *recentior. deciſ.* 194. Quos, & Rotam *in Granatenſi Capellaniæ*, 12. *Ianuarii* 1607. *coram Lugdunenſi*, & concordantes ſequitur Pax Jord. *d. tit.* 20. *n.* 17. qui ſicut Barboſa *d. n.* 7. dicit ex Gonzalez *loco citato*, ita fuiſſe deciſum à Sacra Congregatione.

678. Addit Barboſa *d. num.* 7. Beneficium fundans, cum declaratione, quod illius Rector debeat eſſe Sacerdos Miſſam celebrans, &c. his tamen demptis, qui forent, aut ſunt de ſua progenie, & ſtirpe, quos eligi poſſe voluit in Rectores dicti beneficii, etiamſi non eſſent niſi in minoribus, & puri Clerici, poteſt præſentare filium ſuum, qui Clericus in aliquo ſaltem ex minoribus Ordinibus conſtitutus, & alioquin idoneus reperiatur, etiamſi decimum ſuæ ætatis annum non exceſſerit, ut refert deciſum Maſſobrius *requiſ.* 7. *dub.* 12. *n.* 4. Hactenus ibi Barboſa, qui *n.* 3. ejuſdem Collectaneæ, in ſequentia prorumpit. Ætatem 14. annorum requiſitam ad obtinendum beneficium Eccleſiaſticum, non requiri in Capellaniis, quæ fundari ſolent maximè in Hiſpania abſque Epiſcopi, aut Superioris auctoritate, in quibus ſuccedunt Clerici de parentela, vel conferuntur à Patrono laicis, refert deciſum Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 5. *num.* 27.

679. *De ætate pro Penſione.* Sed inquiri occurrit, an Penſio beneficium cenſeatur, & ſit? Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 18. ſic ad quæſitum ait: Penſio autem, quoniam etſi concederetur in titulum, non dicitur beneficium Eccleſiaſticum, regulariter loquendo, ſed eſt *jus quoddam temporale ſeparatum, formale, & per ſe diſtinctum à beneficio.* Gig. *de Penſionibus, quæſt.* 28. Creſc. *deciſ.* 14. *de Re judicata.* Cæſar de Graſſis *deciſ.* 3. *num.* 8. *de Præbend.* Rota *deciſ.* 425. *num.* 2. *part.* 1. *diverſor.* Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſſ.* 5. §. 5. *num.* 25. Garcia *de Benefic. part.* 1. *c.* 5. *num.* 3. multos adducens alios concordantes: ideo non comprehenditur in præfato Tridentini Decreto *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformatione*, ut ſit neceſſaria ætas 14. annorum, ſed remanet in antiqua diſpoſitione juris communis, ſecundum quam ſufficiebat ſeptennium. Gigas *de Penſionib. quæſt.* 13. Gonzalez *ubi ſuprà, num.* 26. atteſtans, ita per S. Congregationem fuiſſe reſponſum, & ſic praxim ſervare. Pariſius *de Reſignat. lib.* 6. *cap.* 2. Garcia *de Benefic. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 127. *& ſeq. num. tamen* 129. cum Sà, inclinat requiri eandem ætatem 14. annorum, *ex d. cap.* 6. *Tridentini*, aſſeritque Sacram Congregationem ita reſpondiſſe. Verùm à priori non crederem recedendum (ait Pax Jordan.) quam etiam ſequitur Zecchius ab eo citatus, & Stephan. Gratianus *Diſceptat. forenſ. tom.* 3. *cap.* 397. *num.* 17. Riccius *in Praxi, deciſ.* 430. *in prima, &* 367. *in* 2. & Barboſa *d. allegat.* 60. *num.* 79. Campan. verò *rubr.* 7. *cap.* 26. *num.* 5. *&* 6. & *rubr.* 11. *cap.* 14. *num.* 16. *verſic. de legitima*, ſentit idem, quod Garcia, & fatentur à S. Congregatione ſic reſponſum. Hæc Pax. Priorem etiam ſententiam ſuſtinet dictus Barboſa *in Collect. ad præfat. cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *de Reformat.* cum Riccio *locis modò citatis*, cum Gonzalez *d. gloſſa* 5. §. 5. *num.* 26. cum Gratiano *d. loco*, cum Novario *in ſingular. Canonic. concl.* 13. *à num.* 10. contra Sà *verbo Beneficium, num.* 30. Garciam *d. num.* 129. & Campanil.

680. Quod ſi quæras, an obtinens penſionem teneatur ſub præcepto ad penſum divini Officii majoris perſolvendum? Reſpondeo, ratione penſionis præcisè ad illud non teneri. Ratio eſt, quia ut modò dictum eſt, penſio beneficium non eſt Eccleſiaſticum. Ergo illam obtinens ad Horas Canonicas ratione penſionis præcisè non tenetur: quod conſultò addo, quia ex alio capite contingere poteſt, ut ad illas teneatur, ut ſi ad Ordinem Sacrum ſit promotus, ſi in Religione aliqua profeſſus, vel ad illas perſolvendas ſe voto ſpeciali obſtrinxerit.

681. *Secundò*, quia beneficiarius minorem non habet obligationem ad recitandum, quàm Penſionarius. Sed penſionarius tenetur perſolvere Officium parvum Beatiſſ. Virginis Ma-

riæ, ex præſcripto Pii V. in Bulla *In proximo Lateranenſi*, & quidem extra Chorum, & ſub onere reſtitutionis fructuum penſionis. Gavantus *in Comment. in Rubr. Breviarii, ſect. 9. cap 1. num.* 3. qui *num.* 4. ait, *ab hoc onere eximi, ſi Penſionarii recitent Horas Canonicas majores, ratione Ordinis Sacri, vel beneficii: immò etiamſi ex pietate tantum, quod docent omnes Doctores.* Beneficiarii autem extra Chorum tenentur ad Horas Canonicas majores, & non ad minores Officii B. Virginis, ut utrumque patet ex Bulla ejuſdem Pii V. Breviario Romano præfixa, & tenet Gavantus *num.* 2. Ergo penſio beneficium non eſt, nec penſionarius tenetur ratione penſionis præcisè ad penſum Officii Divini majoris.

682. *Tertiò*, quia concluſionem hanc tenent plures, & graviſſimi Doctores, quorum non paucos recenſet Gabr. Vazquez *Opuſculo de Beneficiis, cap.* 4. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 14. *& ſeqq.* videlicet Navarrum *in Manuali Latino, cap.* 23. *num.* 111. quò loci ait, quod licèt penſiones ſint ſpirituales, tamen non ſunt beneficia propriè: & *in cap. Quando, notab.* 7. *num.* 24. ſenſit penſionarios non teneri ad horas; cum tamen *in Manuali, cap.* 25. *num.* 108. dicat teneri ad dictum Officium parvum B. Virginis. *Secundò* recenſet Cajetanum *Opuſc. Reſponſ. reſp.* 10. dicentem, quod omnis penſio eſt temporalis; & ideò tenetur dicere, quod nullus penſionarius tenetur ad Horas. *Tertiò* Medinam *Codice de Oratione, quæſt.* 7. *de Neceſſitate orandi publica oratione vocaliter*, univerſaliter docentem, quod nullus penſionarius tenetur ad Horas Canonicas. Immò addentem, quod Coadjutor Curati, vel Epiſcopi, non tenetur ad Horas Canonicas; ſatis enim eſt ſi teneantur ad illas hi, quibus coadjuvandis aſſignantur: ſi enim (inquit) illi Horas recitaverint, etiamſi Coadjutores non dicant Horas, neque eas recitent, Eccleſia non caret ſolito Horarum beneficio. Unde colligit, quod Coadjutor non tenetur ad Horas, niſi quando totum beneficii onus in ſe ſuſcipit. Si verò tantùm coadjuvet, tunc etiamſi non recitaverit Horas, nihilominus penſionem, quam recipit ob coadjutoriam, non tenebitur reſtituere.

683. Refert etiam Vazquez *ſub num.* 16. Cordubam *in Quæſtionario, lib.* 1. *q.* 11. *punct.* 3. Sotum *de Iuſt. & Iure, lib.* 10. *quæſt.* 5. *art.* 3. Sandovalem *de Horis, part.* 7. *cap.* 5. aſſerentes, quod illi penſionarii, qui nullum habent titulum Eccleſiaſticum, non tenentur ad Horas, qui ſæculari titulo penſiones recipiunt. Et addit: Quibus conſentire videtur Sylveſter *verbo Horæ, quæſt.* 2. *part.* 1. Armilla *eod. verbo*, §. 2. & Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 5. *art.* 1. *concluſ.* 5. quibus ſe ſubſcribit ipſe Vazquez *num.* 17. Recenſet ſimiliter *n.* 18. Victoriam *in Relectione de Simonia, part.* 1. *num.* 52. 53. *&* 54. & Covarruviam *in Practicis, cap.* 36. *num.* 10. penſionem datam in alimentum Clerici pauperis, etiam illius, qui in beneficio laboravit, eſſe temporali titulo impoſitam, & rationem beneficii non induere, quamvis Adrianus *Quodlib.* 9. *ad* 5. eſſe ſpiritualem aſſeruerit. Et addit Vazquez tam iſtam, quàm quæ dantur in permutatione, aut renunciatione beneficii, quæ imponuntur ad lites dirimendas inter litigantes ſuper beneficio, quando aliter commodiùs non diſſolvitur lis, eſſe temporales, nec rationem beneficii ſortiri. Et refert Joannem Briaret. *quodlibeto* 4. quod habetur *in tomo Quodlibetorum Adriani, in fine*, dicentem *concl.* 2. Et ex penſionibus, quæ habentur ratione permutationis, aut renunciationis, aut alio licito modo, nullus tenetur ad Horas. Exiſtimant enim (ait Vazquez de illo, & de aliis citatis Doctoribus) eſſe titulo ſæculari, & temporali impoſitas penſiones.

684. Denique P. Vazquez, pro ſua ſententia diſtinguit ſic: *Si enim dantur penſiones ob miniſterium ſpirituale, verè ſunt beneficia, & obligant ad Horas, etiamſi penſio ſit aſſignata Coadjutori; quia licèt penſum Horarum ſolvat beneficiarius, nihilominus Coadjutor, quia fructibus potitur jure ſpirituali, eſt etiam verè beneficiarius. Quod ego intelligerem, etiamſi ſit ad nutum Coadjutor amovibilis, quia hoc non tollit rationem veri beneficii.* Ita dictus Magiſter *num.* 17. Et infrà: *omnes enim conveniunt Authores, quod cum datur penſio ob miniſterium Altaris, & officii ſpiritualis, quod eſt beneficium, & ideo tenebitur ad Horas, v. g. ut Coadjutor: aliter enim non ſolent modò penſiones aſſignari in miniſterium Altaris.*

685. Hæc P. Vaſquez: ſed ſalva tanti Doctoris

Doctoris authoritate, & venia, ejus doctrina non mihi in hac parte ſatis benè probatur. Tum quia de intrinſeca beneficii ratione eſt, quod ſit *jus perpetuum percipiendi redditus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis Officii Eccleſiaſtica authoritate conſtituti*, ut vidimus *ſuprà*, *quæſt.* 1. *per totam*, ſignanter *num.* 1. 4. 11. 17. 20. 23. *& quæſt.* 2. *num.* 353. Tum etiam, quia Vicarius amovibilis Eccleſiæ alteri unitæ acceſſoriè, & ſubjectivè, illique incorporatæ, habet exercitium jurium omnium parochialium, quæ miniſteria ſpiritualia ſunt, maximè celebratio Divinorum Officiorum, & Sacrificii Miſſæ, & Sacramentorum adminiſtratio, ut praxis quotidiana convincit: & ob dictum exercitium percipit à Parocho principali, cui Eccleſia eſt unita, certam aſſignatam fructuum beneficii portionem. Rota *coram Card. Seraphino, deciſ.* 1304. *poſt meas qq. Paſtor. la* 13. *coram Bevilaqua, la* 2. *poſt mea commentaria: coram Ninot, la* 3. *coram Otalora, la* 5. *coram Albergato, la* 6. & paſſim in pluribus aliis, poſt meas lucubrationes exſcriptis, in quibus etiam deciditur, beneficium, quod adminiſtrat Vicarius, reſidere penes eum, cui Eccleſia eſt unita, non autem penes ipſum Vicarium, ſed nudum exercitium, cum jure congruæ, ad nutum principalis amovibile. Ergo congrua, quæ illi datur ob miniſterium ſpirituale, beneficium non eſt. Si enim beneficium eſſet, eſſet utique illud parochiale, cui deſervit, & cujus fructuum portionem, ob dictum percipit miniſterium: beneficium itaque, hoc eſt fructus Eccleſiaſtici, datur propter officium, non utique propter qualecumque, ſed propter illud quod exercet beneficiarius.

686. Et non parum illuſtratur, & propugnatur noſtra ſententia ex alia S. Rotæ deciſione, *in una Sabinenſi Archipresbyteratus*, 27. *Decembris* 1600. *coram Coccino, la* 18. *inter ejus impreſſas, & poſt qq. Paſtorales la* 32. ubi agebatur de Vicario quodam amovibili Eccleſiæ alteri perpetuò unitæ: in cujus *num.* 3. poſtquam *n.* 2. dictum fuerat, *caput De multa, de Præbendis*, non procedere in officiis, & dignitatibus, quæ non ſunt perpetua, nec in titulum perpetui beneficii conferuntur, ſic dicitur: *Et conſequenter non poteſt habere locum in iſtis Vicariis amovibilibus ad nutum conſtituentis, quæ ſunt temporales, & non dantur in titulum perpetui beneficii, nec poſſunt impetrari, cùm non ſint tituli beneficiales.* Anton. de Butrio *conſ.* 51. *ſub num.* 6. Vitalin. *d. Clement.* 1. *num.* 56. *de Offic. Vicarii.* Rebuffus *in tit. de Nominat. quæſt.* 15. *num.* 62. Mandoſius *de Annali, q.* 15. *num.* 1. & tenuit Rota *in cauſa Salamantina Vicariæ, ſub die* 15. *Martii* 1596. *coram Illuſtriſſimo Blanchetto.* Et immediatè *num.* 4. proſequitur deciſio, dicens: *Nec refert quod Eccleſia Sancti Martini* (de cujus agebatur Vicario) *ſit curata, quia Cura eſt Capituli Sancti Petri, cui fuit unita; non autem Vicarii temporalis, & ad nutum amovibilis, qui non dicitur Curatus, ſed nomine alieno illam exercet*, ad libitum ſuum, vel illius, qui ſpecialiter illum deputavit. Gloſſa *in d. extravag. Execrabilis, in verbo Temporalis.* Rota *d. deciſ.* 2. *de exceſſib. Prælator. quæ loquitur in beneficio unito menſæ Capitulari.* Biſig. *d. deciſ.* 21. *ſub num.* 2. *de Præbendis.* Cardin. *in d. Clem.* 1. *ſub num.* 15. *de Offic. Vicarii.* Oldradus *conſ.* 38. *num.* 1. 9. *&* 12. Rebuffus *de diſpenſat. de non reſidendo, num.* 15. Hæc, & alia ſatis opportuna ad rem noſtram, in illa deciſione inveniet, qui diligèntèr illam videre voluerit. Non ergo Coadjutor, qui fructibus potitur jure ſpirituali, beneficiarius eſt. Eodem enim jure illis potitur Vicarius, qui vices in omnibus Parochi gerit, & tamen non eſt beneficiarius. Et hæc dicta ſufficiant pro Quæſito incidenter excitato, *num.* 680. occaſione doctrinæ præcedentis numeri traditæ. Redeamus ergo ad argumentum incœptum, *de ætate requiſita pro beneficiis Eccleſiaſticis.*

687. *De ætate pro Canonicatu Eccleſiæ Cathedralis, & pro ejuſdem Portionario.*

Pro ſimplici Canonicatu Eccleſiarum Cathedralium, quoniam juxta S. Concilii Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de Reformat.* præſcriptum, omnes Canonicatus, ac Portiones annexum debent habere Ordinem Presbyteratus, Diaconatus, aut Subdiaconatus, ab Epiſcopo cum Capituli conſilio deſignandum, ac diſtribuendum, prout expedire viderit: Subdiaconatus, non niſi 22. anno incœpto; Diaconatus

tus verò 23. incœpto; Presbyteratus denique 25. pariter inchoato conferendi ſint; ſequitur, regulariter loquendo, quod qui cupiunt obtinere ejuſmodi Canonicatus, aut Portiones, debent habere Ordinem, quem præbenda ipſa requirit, aut ſaltem ætatem requiſitam ad ſe promoveri faciendum, ex ejuſdem Concilii præſcripto *in d. cap.* 12. Unde jam hodie ceſſant contentiones, & diſputationes, quas jus commune admittebat, & ejus diſpoſitio, & attendi ſolùm debet circa hujuſmodi ætatem, quam ex Concilio iſto habemus. Ita Pax Jordanus *tom.*2. *lib.*10. *tit.*20. *n.*19. cum Azorio *part.*2. *lib.*6. *cap.*5. *quæſt.*5. Campanili *rubr.*7. *cap.*6. *num.*26. Garcia *de Beneficiis, part.*7. *cap.* 3. *num.*15. *& ſeqq.* & cum Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 60. *num.* 7. & cum concordantibus apud illos.

688. Quæ certè ætas requiritur, etiamſi præbendarum diviſio non fuerit facta; quia nihilominus per multas S. Congregationis declarationes reſolutum apparet, deſiderari adhuc annum à Concilio præſcriptum pro qualibet illarum reſpectivè. Duas exſcribit Jordanus *num.*20. tenoris ſequentis. Prima eſt: *S. Congregatio cenſuit, obtinentem Canonicatum in Cathedrali Eccleſia, etiam ante factam Ordinum diſtributionem, in ea ſaltem ætate oportere eſſe conſtitutum, ut intra annum ad Subdiaconatum poſſit promoveri.* Secunda: *Si neque ante Concilium Tridentinum, neque poſt ipſum ullus Ordo, ſive Diaconalis, ſive Preſbyteralis Canonicatui annexus fuerit, & parochialis Eccleſia legitimè, & perpetuò eidem Canonicatui unita ſit, tanquam parochiale acceſſorium, attendenda eſt natura canonicatus, non autem Parochialis, & ita ſufficit, ut is, cui collatio facta eſt, ſit in ætate viginti duorum annorum.*

689. Quando itaque (proſequitur Jordanus *num.*21.) præbendæ omnes, prout in hac Eccleſia mea Tragurienſi, eſſent Sacerdotales, opus eſſet impetranti 24. exegiſſe annum, & 25. inchoaſſe, juxta ſuperiùs notata, quia tali tempore intrat legitima ætas pro Sacerdotio. Sunt autem in dicta Eccleſiæ Tragurienſi duodecim præbendæ Canonicales, inter quas Theologalis, & Pœnitentialis, ac tres Dignitates, nimirum Archidiaconus, qui major eſt poſt Epiſcopum; Archipresbyter, cui annexa cura animarum; & Primicerius: ſolus autem Archipresbyter habet redditus; & compatibiles ſunt cum Canonicatibus. Præter hos ſunt 30. Capellani receptitii, & ferè 20. Clerici. Hactenus dictus Pax Jordanus.

690. *De ætate pro dignitatibus, perſonatibus, & Officiis Cathedralium, etiam curam animarum habentibus acceſſoriè annexam.*

Ætas duodecim annorum requiritur, & ſufficit pro dignitatibus, & perſonatibus, ac officiis Eccleſiarum Cathedralium, quibus animarum cura non ſit annexa, aut ex conſuetudine, ſtatuto, vel privilegio aliud non ſit ordinatum. Sic Pax *num.* 22. ex Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Campanil. *cit. rubrica* 7. *cap.*6. *num.*22. *&* 24. Garcia *d.cap.*4. *num.*68. *&* 2. *ſeqq.* Barboſa *d. alleg.* 60. *num.*65. & Galet. *in Margar. verbo Parochus, num.* 6. atteſtante à S. Congregatione reſponſum, idem procedere etiamſi dignitatibus hujuſmodi annexa ſit animarum cura acceſſoriè, non autem principaliter: pro quo (addit) facit, quod ſuprà notatur de Canonicatibus, unitam acceſſoriè hujuſmodi curam habentibus. Quare textus *in cap.* 1. *de ætate, & qualit. in* 6. concedens Epiſcopo facultatem diſpenſandi cum eo, qui viginti eſſet annorum, ut poſſit conſequi hujuſmodi dignitates carentes cura animarum, remanet hodie correctus per Trident. *cap.* 12.

691. Diſcrepant autem Doctores ſuper eo, quod nonnullis videtur, annum vigeſimum ſecundum exactum eſſe oportere, ſic interpretantibus verba Concilii, *ut non ſit minor viginti duobus annis.* Garcia *loco citato, num.*70. referens ita deciſum, Mandoſius *de atat. min. cap.*5. *num.*10. Leſſius *de Iuſtit. & jure, lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 108. Quod verò ſufficiat incœptus, nec requiratur finitus, docet Sà *verbo Beneficium, num.* 31. Zerola *eod. verbo,* §.1. *verſ. Ad dignitates,* Azorius *part.*2. *lib.*6. *cap.*5. *quæſt.* 3. *in fine,* Barboſa *alleg.*60. *n.*65. Seraphinus *deciſ.*500. *in Virdunenſi Canonicatus,* 16. *Februar.*1581. in qua fuit reſolutum, ſufficere, quod proviſus ſit in 22. ætatis anno, vigore Concilii Tridentini. Et cum iſta opinione ſentiendum erit, concludit Pax *num.* 25. qui *num.* 26. in ſequentia prorumpit.

692. Quamvis autem prædicta nomina, dignitates, perſonatus, & officium, juxta communem uſum loquendi, frequen

frequentiſſimè capiantur, tanquam ſynonyma, propriè tamen differunt in eo quod dignitas cenſetur præeminentia cum juriſdictione, & adminiſtratione; perſonatus præeminentia ſine juriſdictione; officium verò miniſterium abſque juriſdictione, & præeminentia. Joan. Coraſ. *in Paraphr. Sacerd. part. 4. cap. 3. num. 6. & 7.* Hojeda *de Incompatibilit. benefic. part. 1. cap. 9. num. 2.* Campanil. *d. rubr. 7. c. 6. num. 25.* Pariſius *de reſignat. lib. 2. q. 1. num. 78. ad 92.* Innocentius, quem alii ſequuntur, *in cap. Cùm acceſſiſſent, de Conſtitutionib.* & *in cap. Quia nonnulli, de judiciis*, Abbas *in cap. de multa, de Præbendis*, & alii.

693. Officium tunc dicitur beneficium Eccleſiaſticum, quando confertur in titulum, & perpetuò. Pax Jordan. *num. 27.* cum Joan. Selva *de beneficiis, part. 5. quæſt. 2. num. 75.* Hojeda *d. part. 1. cap. 8. num. 3.* Pariſ. *d. num. 92.* quo caſu poteſt renunciari, cùm ſit adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum abſque præeminentia, & juriſdictione.

694. *De ætate pro curam animarum habentibus.* Pro dignitatibus verò, perſonatibus, & Officiis curam animarum habentibus, quia Sacerdotio omninò opus eſt, requiritur ætas neceſſaria pro Sacerdotio, nimirum annus vigeſimus quartus exactus, & inchoatio vigeſimiquinti. Ita Pax Jordanus ex Trident. Conc. *ſeſſ. 24. cap. 12. de reform.* dicente: *Nemo igitur deinceps ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promoveatur, niſi qui ſaltem 25. ſuæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur, juxta conſtitutionem Alexandri III. in Lateranenſi Concilio promulgatam, quæ incipit, Cum in cunctis:* cum Campanile *rubr. 7. cap. 6. num. 22.* Galet. *in Margarit. caſuum conſcientiæ, verbo Parochus* 6. Barboſa *allegat. 60. num. 65.* Azorio *part. 2. lib. 6. cap. 5. quæſt. 2.* Navarro *in Manuali, cap. 25. num. 116.* & *de ætate, & qualit. conſ. 4.* Pariſio *de Reſignat. benef. lib. 4. cap. 9. num. 16. & cap. 11. num. 14.* Leſſio *de Iuſt. & jure, lib. 2. cap. 34. num. 107. & 108.* Garcia *de benefic. part. 7. cap. 41.* & paſſim alii atteſtantes fuiſſe ita à Sacra Congregatione deciſum. Quando autem animarum cura ſubeſſe cenſeatur, colligitur ex textu, & Doctoribus *in cap. Dudum, el 1. de Electione*, ex *extravag. Execrabilis, de Præbendis, verſic. Quantum*, & ibi Gloſ. *de Præbendis*, Navarr. *conſ. 4.* & *conſ. 15. de Præbend. num. 2.* Garcia *de Benef. part. 1. cap. ult. à num. 4.* & Pax Jordanus *d. tit. 20. num. 29.*

Pro Abbatia, eadem requiritur viginti quinque annorum ætas. Mandoſius *conſ. 1.* Maiolus *de Irregularit. lib. 1. cap. 30. num. 30.* Coraſ. *loco cit. num. 7.* Hojeda *d. cap. 9. num. 11.* Leſſius *d. num. 107.* Azorius *d. cap. 5. q. 2.* Garcia *part. 1. cap. 4. num. 42.* & communis apud Selvam *de Benef. quæſt. 5. num. 16. caſ. 3.* cui tamen videtur requiri annum trigeſimum, ſicut in Epiſcopo: communem ſequitur Pax Jordanus *num. 30.* 695. *Ætas pro Abbatibus neceſſaria.*

Pro Decanatu, Præpoſitura, Archipresbyteratu, & ſimilibus, de jure annexum habentibus Ordinem Presbyteratus, eadem requiritur viginti quinque annorum ætas. Pax *num. 31.* poſt Azorium *ubi proximè*, & Garciam *loco citato, num. 73.* Quod ſi qua Sacerdotium ex conſuetudine non haberet unitum, curaque careret, ſufficerent viginti duo anni, ut dictum jam eſt de dignitatibus cura carentibus. 696. *De ætate pro Decanatu, Præpoſitura, Archipresbyteratu, & ſimilibus.*

Pro Eccleſiis Parochialibus curam habentibus animarum neceſſaria etiam eſt ætas viginti quatuor annorum peractorum, *cap. Cum in cunctis, §. inferiora, de Electione*, Conc. Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 12. de Reformat.* Azorius *part. 2. libro 6. cap. 5. quæſt. 4.* Flam. Pariſ. *de Reſignat. lib. 4. quæſt. 9. à num. 14.* Garcia *d. cap. 4. n. 41.* Ugolin. *de Officio Epiſc. cap. 50. §. 5. num. 3.* Campanilis *rubr. 7. cap. 6. num. 27.* & Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 60. num. 81.* quos recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *d. tom. 2. lib. 10. tit. 20. num. 33.* qui idem ſtatui ait, *num. 34.* de Vicariis perpetuis earumdem Eccleſiarum parochialium curatarum, *in Clement. 1. de Offic. Vicarii.* Azor. *d. quæſt. 4. verſ. Præterea.* Item in Coadjutore Parochorum, aut Vicariorum perpetuorum eadem requiritur ætas, cùm debeat eſſe Sacerdos. Pax *num. 35.* cum Azorio *verſic. Si quæras.* Et eadem in Commendatario deſideratur, *cap. Nemo, de Electione* 697. *De ætate pro curatis, & Parochialibus.* *Pro Vicario perpetuo.* *Pro Coadjutore.* *Pro commendatario.*

in 6. Jordanus *num.* 36. & Azorius *quæſt.* 5.

698. *Pro Canonico Pœnitentiario.* Pro Canonicatu Pœnitentiario quadraginta anni requiruntur, ex diſpoſitione Concilii Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 8. *de reformat.* qui ſufficiunt inchoati, prout placet Azorio *d. quæſt.* 5. *in fine.* Garcia tamen *d. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 15. contendit illos debere eſſe completos, eo quòd Concilium plurali utatur loquutione *quadraginta annorum*, ex doctrina Gloſſæ *in Clement. Generalem, verbo In* 18. & aliorum à ſe citatorum: & quod attinet ad annos 40. concordat Campanilis *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 26. Gutierrez *Canonicarum lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 40. Idem Garcia *loco cit. num.* 31. *& ſeqq.* atteſtans ita reſponſum à S. Congregatione. Barboſa *allegat.* 55. *n.* 7. & plurimi alii apud eos. Qui præterea ex eodem Concilio, præter hujuſmodi ætatem, requirunt in promovendo gradum Doctoratus, vel Licentiaturæ: concedunt tamen ætatis defectum, prout etiam Doctoratus, aut Licentiaturæ, minimè obſtare quando in Civitate, aut Diœceſi nullus reperiretur ita qualificatus, aliàs tamen idoneus; nec tenetur Epiſcopus illum perquirere extra propriam Diœceſin: ſi tamen perquirere maluerit, tunc opus erit talem aſſumere, qui dictis qualitatibus ſit ornatus. Ita Pax Jordanus *num.* 37. poſt Garciam *loco ſuperiùs citato, n.* 34. Barboſam *d. allegat.* 55. *num.* 8. & Petrum Navarra *de Reſtitutione, lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 197.

699. *De ætate pro Epiſcopatu, Archiepiſcopatu, Primatu, & Patriarchatu.* Ad Epiſcopatum requiritur trigeſimus annus exactus, & quod per ſex menſes priùs in Sacro Ordine ſit conſtitutus. Concil. Tridentinum *ſeſſ.* 7. *cap.* 1. *ſeſſ.* 12. *cap.* 2. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.* Gregorius Papa XIV. *in Conſtitut.* cujus meminit Pax Jordanus *num.* 38. Qui *num.* 39. advertit, ſub nomine Epiſcopi venire etiam Archiepiſcopum, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas: omnes enim eodem jure cenſentur, quoad hoc.

700. *De ætate pro Cardinalatu.* Pro Eminentiſſimis Cardinalibus eadem ætas triginta annorum deſideratur. Patet ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, ibi: *Ea omnia & ſingula, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in Synodo conſtituta ſunt, decernit eadem etiam in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda, quod Sanctiſſimus Rom. Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, aſſumet.* Et paulò inferiùs: *Vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſolicitudinem univerſæ Eccleſiæ, ex muneris ſui officio debet, eam hìc potiſſimùm impendat, ut lectiſſimos tantum ſibi Cardinales aſciſcat, &c.* Et pro ætate 30. annorum ad Cardinalatum, adeſt Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *num.* 40. & penes eum Leonar. Leſſius *de Iuſtitia lib.* 2. *cap.* 34. *dubit.* 24. *num.* 127. Campan. *rubr.* 7. *cap.* 6. *n.* 47. Majolus *de Irregularit. cap.* 30. *num.* 11. & Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.* 6. *cap.* 4. *num.* 78. & alii. Diaconi tamen Cardinales aſſumi poſſunt in ætate 22. an. Bulla Sixti Quinti, incipit, *Poſtquam verus, edita* 3. *Nonas Decembris* 1586. Pax *num.* 41. poſt Campan. *d. num.* 47. Cardinalem Paleotum *de Sac. Conſtitut.* 4. *part. quæſt.* 1. & Garciam *num.* 79.

Alia qualitas præter requiſitas in aſſumendis ad Epiſcopatus, in aſſumendo ad Cardinalatum deſideratur. Nam ad Epiſcopatum aſſumi poteſt legitimatus per ſubſequens. Pax Jordan. *num.* 42. cum Viv. *Communium opinion. tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 4. *num.* 101. Menochio *conſ.* 16. *n.* 5. *&* 17. *& conſ.* 799. *num.* 12. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *p. de Cenſuris, diſp.* 50. *ſect.* 5. *à num.* 10. Bellet. *diſquiſition. Clericalium part.* 1. *tit. Diſcipl. Cler.* §. 2. *num.* 18. Campanil. *in Diverſorio, rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 127. Decio *conſ.* 154. Julio Lavorio *Variar. lucubration. lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 16. *num.* 61. & aliis paſſim à prædictis citatis. At Cardinalis eligi non poteſt ita legitimatus per ſubſequens. Ita expreſsè decrevit Sixtus Quintus *in prædicta Conſtit. Poſtquam verus ille, la* 50. *Bullarii Magni Romani Angeli Cherubini, tom.* 2. *pag.* 565. & docent Belletus *loco citato, num.* 12. Nicol. de Ubald. *tract. de ſucceſſion. part.* 1. *num.* 89. ubi refert ſibi dictum à Paulo II. immunem ab hujuſmodi labe eſſe Cardinalium cœtum; & cum Eugenius IV. quendam illegitimum promoviſſet, obiit priuſquam galerum acciperet, teſtibus eiſdem Ubal. & Gomez *in regul. de triennali poſſeſſione, quæſt.* 2. & Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *in fine*, quos recenſet Pax Jordanus *num.* 43. 701.

Cardi

702. Cardinalatus beneficium eſt ſæculare, lata ſaltem interpretatione ſumptus, ratione tituli adhærentis, ut *in cap. 2. de Clerico non reſidente*, Gonzalez *ad Regul. 8. gloſſa 7. num. 39.* & Pax *num. 44.* Ratione verò officii, ſeu dignitatis, cenſetur pars corporis Papæ, *cap. Si quis, 6. quæſt. 1.* Gonzalez *loco citato*, & plenè *gloſſa 24.* & Vivianus *in Praxi de jurepatr. lib. 1. cap. 1. num. 79.*

703. *De ætate pro Summo Pontifice.* Pro Summo Pontificatu non legitur ætas à ſacris Canonibus præfinita, ut obſervat Pax Jordanus *d. tit. 20. num. 45.* addens, quod cùm ſit Epiſcopus Urbis, & Orbis, & Epiſcopus Epiſcoporum, debeat ſaltem habere ætatem, quæ in quolibet Epiſcopo deſideratur. Et ſenem quidem eſſe eligendum, docet penes eum Joannes Selva *de Beneficiis, quæſt. 5. part. 3. num. 14.* multis juribus, & rationibus innitens, & illa ſignanter, qua uſus eſt D. Hieronymus *contra Iovinianum*, nimirum quod Chriſtus Dominus poſtpoſuit Petro ſeniori, in electione Pontificatus, Joannem juniorem, licèt ſanguine, & dilectione conjunctiſſimum: & repetit Decius *in cap. Tranſlato, in 2. lect. num. 19. de Conſtitutionibus.* Campanil. *d. rubr. 7. cap. 6. num. 60.* Catholic. *in verbo Petrus.* Quod Papatus ſit beneficium ſæculare à Jure Divino inſtitutum, ait Pax.

SUBSECTIO III.

INCIDENS.

De ætate pro aliis, qui Beneficiarii non ſunt, ac pro diverſis officiis, & muneribus requiſita.

704. *De ætate pro Vicario Generali Epiſcopi.* PRo creando in Vicarium Generalem Epiſcopi, cùm Ordinarius ſit, & ſub illius veniat appellatione, ut benè Sbrozius *de Offic. Vicarii, lib. 1. quæſt. 55.* quem recenſet, & ſequitur Pax Iordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 20. num. 55.* Ioan. Aloyſius Riccius *in Praxi aurea rerum fori Eccleſiaſtici, reſolut. 99.* cum pluribus, quos allegat, ætas viginti quinque annorum deſideratur: dictus Pax *ex cap. Cùm in cunctis, §. Inferiora*, ubi Abbas, & Decius *num. 5. de Electione.* Et facit Concil. Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de Reform.* quatenus dictam requirit ætatem pro curam habentibus animarum, quali Vicarius gaudet Generalis. Gloſſa *in Clem. 2. verb. Delegatus*, & ibi Ancharan. *in princ.* Cardinalis Zabarella *num. 22.* Imola *num. 18. de Reſcript.* Gloſſa *in Clem. Auditor, eod. tit.* Abbas *in cap. Quoniam, num. 11. de Offic. deleg.* Staphileus *de Litteris gratiæ, tit. de modo & forma impetrandi beneficia, dignitates, perſonatus, & officia, num. 13.* Anton. de Pret. *in tract. de Juriſdict. Epiſcopi, cap. 6. num. 51.* Milis *in Repert. verb. Dignitas eſt eſſe Vicar. Epiſcopi.* Sbrozius *de Offic. Vicar. lib. 1. quæſt. 35. num. 2. & 3. ſeqq.* & Rebuff. *in Praxi beneficior. tit. de Vicario Epiſcop. cap. 28.* quos refert, & ſequitur Pax Iordanus *d. n. 55.* qui ſubampliat 1. *num. 55.* ut nec Epiſcopus ſuper hac ætate ſui Vicarii valeat diſpenſare, ex Cardinali *in Clement. 1. quæſt. 38. num. 25. de Offic. Vicar.* dicens opinionem contrariam Archidiaconi *in cap. Licèt Canon, de Elect. in 6.* communiter improbari. Abb. *in cap. Cùm in cunctis, cit. §. Inferiora, num. 3. de Elect.* & ibi Decius *num. 8.* Sbroz. *d. quæſt. 35. num. 7.* Secundò ſubampliat, ut in Vicario, ſeu Commiſſario ad Officium Sanctæ Inquiſitionis, opus ſit quadrageſimum attigiſſe annum, juxta diſpoſitionem *Clementinæ 2. in princip. de Hæret.* ubi Gloſſa *verb. Committi*, idem dicit de Vicario Capituli, Sede vacante, ad Inquiſitionem deputato; & quod contravenientes hujuſmodi præcepto, peccent, & puniendi ſint: immò, quod nulla ſit commiſſio, & conſequenter geſta per eum, etiamſi nullitas non opponatur, ex Pavin. *de Poteſt. Capituli Sede vacante, 2. part. princ. quæſt. 10. n. 9.* Sbroz. *d. quæſt. 35. in fin.* Paulo de Leaz. *in d. Clem. 2. verbo Committi*, Cardinali *num. 3.* Ioanne de Imola *num. 5. verſ. juxta hoc quæritur Gloſſa*, & Farinacio *de Hæreticis, quæſt. 186. num. 47.* Quod verò contrafacientes, & delegantes juniores, tanquam Canonum tranſgreſſores puniendi ſint, præter Gloſſam citatam, teſtatur ibi dictus Paulus de Leaz. *eod. verb. Committi*, Cardinalis *num. 3.* Imola *num. 5.* Bonifac. de Vital. *num. 9.* & Farinacius *d. quæſt. num. 44.* dicentes tamen, quod non puniuntur pœna excommunicationis, aut privationis Officii, de quibus in textu illo.

De ætate pro Commiſſario ad Officium S. Inquiſitionis

705. *De ætate pro Inquiſitore contra hæreticam pravitatem.* Inquiſitor contra hæreticam pravitatem deputari neutiquam poteſt, qui quadrageſimum non attigerit annum. Patet *ex Clem. 1. de Hæreticis*, ubi Gloſſa *in caſus figuratione, & in verbo Quadrageſimum*, dicit, mirandum eſſe, quod Inquiſitor debet eſſe ætate major, quàm Epiſcopus, qui tamen Inquiſitor eſt. Dicitque, hoc eſſe de arbitrariis, de quibus rationem non cogimur reddere, ut notaſſe dicit *in cap. Si quando, de reſcriptis*, Ancharan. *in d. Clement. num. 1.* Cardin. *in ſum. num. 1. & 2.* Ioan. de Imola *num. 1. verſ. Nota.* Paulus de Leaz. *in verbo Quadrageſimum.* Bonifac. de Vital. *in Summ. ex num. 10.* Cald. *in tract. de Hæret. rub. 1. num. 3.* Simancas *de Catholicis Inſtitutionibus, rubr. de Inquiſit. Apoſtolic. num. 11.* Decianus *in tract. Crimin. lib. 5. cap. 22. n. 3.* Directorium Inquiſitor. *part. 3. quæſt. 2.* & ibi Pegna *in Addit. Comment. 51. fol. 576.* Azor. *part. 1. lib. 8. cap. 8. q. 4.* & Farinacius *de Hæreſi, q. 186. num. 46.* quos refert, & ſequitur Pax Jordanus *num. 58.* & advertit, quod licèt Gloſſa putaverit eſſe de arbitrariis, quorum rationem reddere non tenemur, aut cogimur, *l. Non omnium, ff. de legib.* Abbas tamen *in d. cap. Cum in cunctis, §. 1. de Elect. in 6.* quem inter alios ſequuntur Pegna, & Azorius *locis citatis*, inquit id ferè contingere, quia promovendi in Epiſcopos, tranſeunt cum magna inquiſitione: nam accipiuntur teſtes, diſcutitur priùs promotio in Conſiſtorio Papæ, cum Sacro Cardinalium Collegio: promotus etiam ad Epiſcopalem dignitatem creditur, & habetur ex omni parte idoneus. Sed Officium Inquiſitionis cum tanta indagatione committi non ſolet, & ideo Canones, & Iura voluerunt, quod ſit ætate major: ſic ille ex prædictis Doctoribus. Et addit *num. 59.* ex Azorio, Simanca, & Farinacio, *locis citatis*, quod in Hiſpaniarum Regnis, ex ſpeciali Summi Pontificis conceſſione, poſſunt inſtitui Inquiſitores in ætate 30. annorum.

706. De Vicariis idem cenſebatur antiquitus, quod ſcilicet ætatem 40. annorum requirerent. Gloſſa, & Joan. Andreas *in d. Clement. 2.* poſtea tamen Clemens Septimus ſpeciali conceſſione, annorum 30. poſſe inſtitui indulſit. Pax Iordanus *num. 60.* ex Directorio Inquiſitor. *part. 3. quæſt. 16.* Peña ibi, *Comment. 65.* & Azorio *d. q. 4.* & quod in delegatis Epiſcopi, aut Capituli, Sede vacante, non requiratur quadragenaria ætas, vult etiam Bonifac de Vital. *in d. Clement. 2. n. 38. & 39.* & fortaſſe Farinacius *de Hæreſi, quæſt. 186. num. 48.* quatenus ultimo loco hanc recenſet opinionem. Aut igitur Clemens VII. ſpecialiter indulſit Apoſtolicis Inquiſitoribus, quod poſſint deputare commiſſarios conſtitutos in anno 30. aut certè, quod dictum eſt *num. 734. in 2. ampliatione*, quod annus 40. deſideretur, cenſebitur correctum per dictam Clementinam relatam per Pegnam *ad Directorium, part. 3. comment. 62. ad quæſt. 13. & in Bullario Litterarum Apoſtolicarum, in fine illius Operis, & in libro privilegiorum Ordinis Prædicatorum, fol. 201. pag. 1.* Verba Clementis, hujuſmodi ſunt: *Decrevimus inſuper, ut veſtros Vicarios, ſive Commiſſarios inſtituere valeatis, viros ſcientia providos, aptos, & idoneos, dummodo ætatis trigeſimum annum attigerint.* Sic recenſentur à Jordano.

707. *De ætate pro Iudicibus Conſervatoribus.* Pro Conſervatoribus, cùm ſint Iudices delegati, *cap. 1.* ubi Gloſſa *Verbo Conſervatores*, Ioan. Andreas, & Ancharanus *de Officio delegati*, & Pax *num. 61.* cum deputari non valeant, niſi Epiſcopi, aut ſuperiores eorum, Abbates, ſeu dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis obtinentes, *cap. finali, eod. tit. & lib.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 106. num. 8.* cum pluribus, quos recenſet: aut ſaltem Canonici Eccleſiarum Cathedralium, ut ex Conſtitutionibus Clementis VIII. & Gregorii XV. docet idem Barboſa *num. 11.* ſequitur illam ætatem eſſe neceſſariam, quæ pro ipſis Dignitatibus, & Canonicatu reſpectivè deſideratur, juxta ſuperiùs dicta.

708. *De ætate pro Iudice tam Ordinario, quàm delegato.* Judex, tam Ordinarius, quàm delegatus, major viginti annis eſſe debet: major autem 18. annis dari poteſt, de partium conſenſu; minor verò 18. etiam de conſenſu ipſarum partium, à ſolo Principe, non ab inferioribus delegari poteſt, *cap. Cùm viceſimum*, ubi Gloſſa, & Doctores, *de Officio delegati*, ſignanter Innocentius, Hoſtienſis, Ioan. Andreas, & Abbas. Idem Hoſtienſis *in Summa, de Officio delegati, §. Cui,*

Cui, ad medium. Campanilis verò *rubric.7.cap.6. ſub num.* 141. videtur requirere, quod non ſit minor 25. annis inchoatis: cui adhærere cenſetur Pax Iordanus *num.*62. cum illius placitum in ultimo referat loco, ad tradita per ipſum Iordanum *ſuprà*, & per me *in Diſquiſitionum tom.2.diſq.6.dub.22. num.*14. *pag.*331. poſt Anton. Naldum *in Sum. verbo Doctor, num.*8.

709. An autem impubes, judex dari poſſit à Principe, controvertunt Doctores *in cap. Cùm viceſimum, modò cit.* Negat Abbas: Felinus & alii plures affirmant penes Pacem Iordanum *num.*61. quos ibi ſequitur, quia contra voluntatem Principis diſputare (inquit ille) ad inſtar ſacrilegii judicatur, 17. *quæſt.*4. §. *Qui autem*, Ioan. Andreas, & alii *in d. cap. Cùm viceſimum.* Et pro hac ſententia allegat Gloſſam ibi, *verbo Ætatem*, adducentem pro ea *l. Quidam conſulebant, ff.de Re judicata.* Limitat Pax *num.*64. in Doctore, qui minor ætate 20. annorum Iudex eſſe poteſt inter Scholares, *ex Authent. Habita, C.Ne filius pro patre.* Bartolo *in l.* 1. §. *Pueritia, ff.de Poſtulando*, Felino *in d.cap. Cùm viceſimum, num.* 10. Arbiter verò, etiam de partium conſenſu, minor annis viginti, nullo modo eſſe poteſt. Pax *num.*65. *ex l.Cùm lege, ff.de Arbitr.* Gloſſa, & Doctoribus omnibus *in d. cap. Cùm viceſimum*, qui rationem reddunt, quare Iudex poſſit dari de partium conſenſu, minor 20. major tamen 18. annis: arbiter verò non item, cum tamen major ſit juriſdictio judicis, & poſſit infamis eſſe arbiter, 3. *quæſt.*7. *cap.Infames,* §.*Tria, &* §.*Cognitores*, & *l. Pedius, ff.de Arbitr.* Iudex autem fieri minimè poſſit, 3. *quæſt.*7. *cap. Infames, cap. Sciſcitatus, de Reſcr.* Duplicemque diverſitatis rationem afferunt. *Prima* eſt, quia juriſdictio datur à Principe, ſive à Magiſtratibus: arbitrium verò à privatis. *Secunda*, quia multa remedia ſunt in judicio, videlicet ſupplicatio, appellatio, & recuſatio, &c. In arbitrio verò ſola pœnæ ſolutio. Ideo ætas major requiritur, ne partes in promptum incidant periculum, propter arbitrorum ignorantiam. Unde arbitri jurare non debent, ne propter ignorantiam in perjurium incidant. *Authent. de Iudicibus*, §. *Quia verò, co-*

De ætate pro Arbitro.

lum.6. Ita Gloſſa ibi, quam cum cæteris ſequitur Pax. In minori enim ætate, minor diſcretio ineſſe præſumitur, ut inquit Gloſſa *in d.cap.Cùm viceſimum, num.* 3. *in fine*, Campanil. *d. rubr.7. cap.6. n.* 142. Subamplianteque concorditer (addit Iordanus *num.* 66.) ita procedere, quamvis pendente compromiſſo fieret annorum viginti; quia nihilominus concludunt, omnia irrita cenſeri, ipſamque ætatem de tempore compromiſſi deſiderari. Speculator *tit. de Arbitr.* §. 2. *verſ. Item minor*, & eſt textus in ſimili, *in cap. Si eo tempore, de Reſcr. in* 6. Felinus *in d.cap.Cùm viceſimum, num.* 3. *in fine*, idem putans in judice.

De ætate pro Advocato.

In Advocato requiritur, quod annum 17. impleverit, 3. *quæſt.*7. *cap. Infames*, §. *Tria*, *l.*1. §. *Initium*, *ff.de Poſtulando*, ubi Bartolus. Baldus *in l.* 1. *C. Qui, & adverſus quos:* qui tamen dicit, quod poteſt eſſe Advocatus in cauſa propria, neque reſtituitur in integrum adverſus omiſſas allegationes. Ioan. Andreas *in d. cap. Cùm viceſimum, num.* 7. Felinus *num.* 10. & Addit. aliique communiter. Major namque deſideratur ætas in Iudice, quàm in Advocato, aut in Procuratore negotiorum, ut patet ad ſenſum, (ait Pax *num.* 67.) & notat poſt Hoſtienſem Ioan. Andreas *ſuprà:* in Iudice enim tractatur de aliorum præjudicio, & de publica honeſtate; in Advocato autem, vel Procuratore, agitur de rei familiaris præjudicio, *l.Cùm mandat. ff. de minorib.* in qua unuſquiſque rei ſuæ eſt moderator & arbiter, *l. In re mandata, C.Mandati.* Advocati verò dicuntur omnes, qui ad Tribunal dicunt, quique cauſis agendis quoquo ſtudio operantur, *l.*1. §. *Advocato, ff.de variis & extraordinariis cognition.* Ioan. Hieronymus Campanilis *rubr.7.cap.6.num.*137. eorumque genus duplex eſt; alii enim publicis, alii privatis negotiis addicti eſſe noſcuntur. Campanilis *loco citato*, ubi plura congruentia ſubjungit, & ſignanter contra eos, qui profligata conſcientia, quaſcumque cauſas, etiam injuſtiſſimas defendunt, de quibus nunquam ſatis malè dici poteſt; eſt enim genus hominum perditiſſimum, & pernicioſiſſimum. Ita Pax Iordanus.

711. *De ætate pro Procuratore.* Procurator ad negotia, poſt annum decimumſeptimum conſtitui poteſt; ad judicia verò, debet eſſe major annis 25. *cap. Qui generaliter, §. fin. de Procuratorib. in 6.* ubi Gloſſa *verbo Decimumſextum.* Joan. Andr. *in Apoſtil.* & alii Canoniſtæ. Speculator *tit. de Advocat. §. 1. num. 16.* & ibi Joan. Andr. *in addit.* & poſt illos Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 20. num. 68.* Et reddit rationem Speculator, poſt Roffredum, quia Procurator obligatur actione mandati, & ipſe etiam condemnatur, *l. Si remunerandi, §. 1. ff. Mandati, l. Liberto, vel amico, ff. de negotiis geſtis.* Unde, quia propter iſta, ſi eſſet minor Procurator, reſtitui poſſet, quod non contingit in Advocato, vel teſte: & ideo hi permittuntur eſſe minoris ætatis. Ita Speculator, quem ſequuta eſt Gloſſa, & Joan. Andreas *in d. cap. Qui generaliter, verſ. 17. de Procuratorib. in 6.* & Pax Iordanus *d. num. 68.* qui *num. ſeq.* ait: De Syndico, & defenſore idem erit judicium, quia in ſubſtantia non differunt à Procuratore.

712. Subampliat *primò* Pax *num. 70.* ut ætas 25. annorum deſideretur in Procuratore ad judicia, etiam pro litibus illorum negotiorum pro quibus datus erat Procurator extra judicium; ad hunc enim effectum emanavit deciſio *d. §. finalis, in cap. Qui generaliter.* Hoſtienſis *in 4. gloſſa, cap. Non injuſta, de Procuratoribus*, putavit contrarium, nimirum quod hujuſmodi Procurator ad negotia, ſit idoneus ad lites ſuper ipſis negotiis, eo quòd mandatum videretur includere omnia neceſſaria ad expeditionem negotiorum commiſſorum: attamen, ut dicitur, talis opinio reprobatur *à dicto textu*, eo quòd non ſolùm requiratur mandatum, ſed ætas neceſſaria ad judicium, ut notat Apoſtilla *ad Gloſſam finalem, in dicto finali §.* Et ita tenet Pax Iordanus *num. 70.* qui *num. ſeq.* ait: Ceſſante verò impedimento ætatis, qui generaliter conſtitutus eſt Procurator ad negotia, agere, & expedire poteſt in judicio, exceptis his caſibus, qui mandatum exigunt ſpeciale: ſic enim hodie definitum eſt *in d. cap. Qui generaliter, de Procuratorib. in 6.* Et ita remanent deciſæ contentiones Magiſtrorum ſuper hoc, de quibus *De ætate requiſita in eis.* Gloſſa *1. ibi. Secundò* ſubampliat, ut minor 25. annis non poſſit Procuratores conſtituere, nec ad lites, nec ad negotia, per ſe, ſed neceſſaria ſit authoritas tutoris, vel curatoris, *l. Neque, l. Non eo minus, C. de Procuratoribus: l. Cum minores, C. Si adverſus rem judicatam, l. Cùm mandato, ff. de Minoribus, l. Qui aliena, §. Quamquam, ff. de Negotiis geſtis.* Speculator *lib. 1. part. 3. tit. de Procuratoribus, §. 2. num. 6.* Hoſtienſis *in Summa ejuſdem tit. §. Qui dare, num. 7.* & concordantes. *qui Procuratorem conſtituere poſſunt.*

Sublimitat Pax Iordanus *num. 73.* cum eiſdem, in caſibus, in quibus minor habetur pro majore. Quia cùm hæc agere valeat per ſe, poterit etiam legitimè Procuratorem conſtituere: verbi gr. pro contrahendo matrimonio mulier duodecim annorum, & vir quatuordecim, pro majoribus habentur, & matrimonium contrahere permittuntur, *cap. ex litteris,* & *cap. Atteſtatione, de Deſponſatione impuberum,* cum concordantibus; ac ſuper matrimonio judicialiter agere, ſic etiam per Procuratorem, *cap. Ex parte, de reſtitutione ſpoliatorum*, & ſic de cæteris caſibus recenſitis per eoſdem Speculatorem, & Hoſtienſem *locis citatis.* Et ita cùm minor poſſit eſſe de Univerſitate, & Collegio, vocemque in eo habere, tanquam unus de Collegio, poterit Syndicum, vel Procuratorem conſtituere ad Judicia, licèt ſuo non poſſit nomine. Baldus poſt Speculatorum, *in tit. de Syndic. ſub principio, verſic. Et non habent vocem.* Gloſſa, & Rayner. *in l. de Pupillo, in princ. C. de Operis novi nunciatione.* Sed *ibi* Dynus, & Bartolus contrà. Quod ſi ante 20. aut 25. annum ab Univerſitate excludatur (ait Pax *num. 74.*) non poterit ante præſtitutum tempus habere vocem, prout idem Speculator docet *ibidem, num. 3.* 713.

Pro Doctoratu, omnem, ſeu quamlibet ſufficere ætatem, docet Pax Iordanus *num. 75.* ex Cardinali *in Proœmio Decretalium*, Felino *in d. cap. Cùm viceſimum, num. 11. de Officio delegati.* Idem tamen Cardinalis *in Clement. 1. de Magiſtris*, & Decius *in cap. Cùm in cunctis, §. inferiora, n. 4. de Electione*, & ante eos Bartolus *in l. 1. §. Pueritiam, ff. de Poſtulando*, requirunt ætatem annorum decem & ſeptem, per *l. 1. §. Pueritiam*, modò recenſitam. Pax autem ait: Prima opi- 714. *De ætate pro Doctore.*

nio

nio verior videtur, ſed uſu non de facili practicabilis, quoad veram, & ſolidam ſufficientiam. Poſſet quidem talis peritia adeſſe, quæ ſufficeret ad inſignia Doctoratus uſurpanda, & ſic ut doctoretur; non verò ut ſit Doctor in effectu, & quoad doctrinam, prout videmus in multis grandioris ætatis, qui doctorati quidem ſunt: ſed ſicut neceſſitas non habet legem, ita nec ipſi doctrinam. Sic ille.

715. *De ætate pro Rectore Scholarium.* Rector Scholarium minor eſſe non poteſt 20. annorum. Bald. *in Authentico Habita, C. Ne filius pro patre;* quia cum debeat eſſe Iudex eorum, & pro judicio requiratur talis ætas, meritò ita procedendum eſt. Pax tamen Iordanus ita *num.*77. ait: Et cum hodie in alma Univerſitate Patavina rarò eligantur Rectores, ſed Syndici, qui ex Senatuſconſulto Sereniſſimi Dominii Veneti habent prærogativas Rectorum, & vocantur Prorectores; ob id crederem tantæ ætatis eos eſſe oportere, ex eadem ratione Baldi. In inſigni autem, & illuſtriſſima Salmanticenſi Univerſitate, frequentiſſimè Rector impubes eligitur.

716. *De ætate in teſtibus requiſita.* Maſculus minor 14. annis, & fœmina duodecim minor, regulariter à dicendo teſtimonio in civilibus cauſis repelluntur, *l.*3. *Lege Iulia, ff. de Teſtibus*, ubi Gloſſa *verbo In reum*, intelligit etiam in criminalibus, & firmat regulam dictam, & ibi Bartolus: alia Gloſſa *in l.Inviti, la* 2. *verbo Sed nec pupillus, ff.eodem tit.* Speculator *in tit. de Teſtibus*, §.1.*num.*35. *verſic. Item excipitur, quod eſt impubes.* Clar. *in §.fin. quæſt.* 24. Monticellus *in Repertorio teſtium, verbo Minor, fol.*50. Maſcard. *de Probationib. lib.*3. *concluſ.*1246. *num.*1. Farinac. & plures apud eum, *de Teſtib. quæſt.*58. *à num.*1. non ſolùm communem dicens, ſed quod neminem viderit contradictorem. Sic illum, & præcedentes recenſet, & ſequitur Pax Iordanus *d. lib.*10. *tit.*20. *num.*78. qui rationes concluſionis reddit, dicens: Cùm enim teſtis debeat eſſe juratus, aliàs nihil valet, *l.Solam, & l.jurisjurandi, C.de Teſtibus*, & *cap. Tuis, eod. tit.* cum ſimilibus; & impubes jurare non poſſit, *l.Qui juraſſe, ff.de jurejurando, l.*4. *ff. de in litem jurando, cap.*1.4. *quæſt.*3. *cap. Parvuli, & cap. Pueri*, 22. *quæſt.*4. ideo non eſt mirum ſi à teſtimonio repellantur pupilli. Præterea, pupillus judicio caret, & quidquid videt, aut audit, ignorat, *l. Cùm prætor*, §. *Non autem, ff.de Iudiciis*, §. *Præterea, Inſtit. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum, l.fin. circa finem, ff.Rem pupilli ſalvam fore, l.*1. *ad finem, C. de Falſis:* ideo ſicut cæcus non judicat de coloribus, nec teſtificatur de re, ita nec pupillus.

In criminalibus autem, teſtis minor viginti annis, regulariter non recipitur: textus à contrario ſenſu, *in l.Teſtimonium, ff. de Teſtib.* Gloſſa *in d.l.Inviti, verbo ſed nec pupillus, verſic. In criminali*, Speculator *in tit. de Teſte*, §.1. *num.*34. *verſic. Nam in criminali*, & *ibi* Ioan. Andreas *litt. B, in fine.* Addit. cum cæteris, larga manu per Farinacium *d. quæſt.*58. *n.*10. & 19. qui *num.*20. plurimos citat, requirentes annum 25. ſed *num.* 21. refellit eos, & inadvertenter loquutos eſſe dicit, contra expreſſam determinationem textus *in l. In teſtimonium, ff. de Teſtibus.* Ita Pax Iordan. *num.*82. 717.

Pro Notariatu, ſive Tabellionatu, pubertas requiritur; impubes enim in Tabellionem, aut Notarium creari non poteſt, *l. Impuberem*, ubi Bartol. *in princ. ff.de Falſ.* Baldus *tract.de Tabellion. quæſt.*15. Gloſſa *in l.*2. *ff. Rem pupilli ſalvam fore*, per *l.Generali, de Tabellionibus, lib.*10. Bertach. *in Repertorio, verbo Notarius, verſic. Notarius debet eſſe pubes:* & *in verbo Pupillus, verſic. Pupillus non poteſt eſſe Notarius*, quos refert, & ſequitur Pax Iordanus *num.*83. qui *num. ſequenti*, ſic concluſionem ampliat: Quod verum eſt, etiam ad ſolum effectum creationis; quia impubes non poteſt creari Notarius, ut exerceat officium factus major. Baldus *in d. tract. quæſt.*16. Bertach. *ſuprà, & in tractatu de Epiſcop. quæſt.*29. ubi plenè poſuit de ætate omnium dignitatum. 718. *De ætate pro Notariis, Scribis, ſeu Tabellionibus.*

Quoad ætatem Abbatiſſarum, & Prioriſſarum Monialium, quidquid *in cap. Indemnitatibus, de Electione in* 6. ſtatutum fuerit, Concilium Trident. *ſeſſ.*25. *cap.*7. *de Regularib. & Monialibus*, ſic ut ſequitur, decrevit: *Abbatiſſa, & Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta appelletur*, eligatur 719. *De ætate pro Abbatiſſis, & Prioriſſis Monialium.*

gatur non minor annis 40. *& quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quod ſi his qualitatibus non reperiatur in eodem Monaſterio, ex alio ejuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur, ex iis, quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur.* Hæc S. Concilium. Completi eſſe debent dicti anni 40. ut ex dicto apparet textu, ibi, *Non minor* 40. *annis* : & obſervat Pax Iordanus *num.* 85. ex Garcia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 71. & pleniùs *n.* 35. Gloſſa *verbo In* 18. *Clement. Generalem, de ætate, & qualit.* & aliis ab eo cumulatis. Sorbus tamen *in Compendio Mendicantium, verbo Abbatiſſa, in margine*, inquit, quod per Concilium ordinatur, *ut non eligatur, niſi quadrageſimum annum attigerit* : ſed verba Concilii non ita ſe habent, ut patet ſuperiùs exemplatis. In cujus Collectan. ſic Barboſa *num.* 8. *Non minor annis quadraginta.* Vide Hieronymum Roderic. (*in Compend. quæſt. Regular.*) *d. reſol.* 2. *num.* 5. Tamburinum (*de Iure Abbatiſſarum*) *d. diſp.* 28. *quæſt.* 2. *num.* 4. Lauret. de Franchis *ubi ſuprà*, (*in Controverſiis Epiſcoporum, & Regular.*) *pag.* 154. *in Reſponſ. ad* 1. Lezanam (*in Summa quæſt. Regular.*) *cap.* 26. *num.* 3. Rotam apud eundem Tamburin. *poſt tom.* 3. *ſui tract. de Iure Abbatum, deciſ.* 17. *num.* 2. Circa quam ætatem non poſſe Epiſcopum diſpenſare, refert deciſum Armendariz *in Additionib. ad Recopilation. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 28. *l.* 7. *de Epiſcopis, num.* 102. & reſolvunt Azorius *Inſtit. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *quæſt.* 9. Nicol. Garcia *d. cap.* 4. *num.* 71. Aloyſ. Ricciùs *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſc. Neapolit. deciſ.* 309. *num.* 9. *part.* 4. Sigiſmond. à Bononia *de Electione, dub.* 62. *num.* 6. Novarius *in Singularibus, concluſ.* 13. *num.* 2. ubi *num.* 3. contra Garciam *citato loco* tenet, quod prædicti quadraginta anni non requiruntur completi. Hactenus Barboſa. Et quod Epiſcopus diſpenſare non valeat, aut Nuncius quidem in dicta ætate, contra hujuſmodi Concilii decretum, docet Pax Iordanus *num.* 86. cum dicto Garcia *eod. num.* 71. & Gavanto *in Manuali Epiſcopor.* verbo *Abbatiſſa, n.* 6 referente poſt Armendariz, ſic fuiſſe deciſum. Et reddit rationem Pax, *Cum ſint inferiores.* Et concludit dicens : *Et non habet difficultatem.* Barboſa *n.* 15. *ad §. Is verò*, obſervat, quod ſi Prælati prudenter judicent, non poſſe canonicè fieri dictam electionem ipſis non intrantibus, ob inquietudinem Monialium, & ſuſpicionem ſubornationis votorum inter ipſas ſubortæ, aut ob alias juſtas cauſas à Superioribus prudenter arbitrandas, *tunc ſolùm licitè poterunt prædicta ingredi Monaſteria, ibique ipſarum Monialium vota audire.* Pro quo ſe remittit ad Emmanuel. *tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 5. Navar. *in cap. Statuimus*, 19. *quæſt.* 3. *num.* 59. Franc. Leon. *part.* 2. *cap.* 1. *n.* 46. Joan. à Cruce *de Statu Religion. lib.* 1. *c.* 5. *dub.* 2. *concluſ.* 3. *notab.* 3. ſeipſum *alleg.* 102. *n.* 46. & alios.

720. *De ætate pro adoptandis.*

Pro adoptione, vel arrogatione facienda, debet quis plena pubertate, hoc eſt 18. annis, adoptandum, vel arrogandum præcedere, §. *Minor majorem, Inſtitutione de Adoptionibus*, & ibi Gloſſa *verbo* 18. *anni.* Sylveſter Aldrobrand. & alii Expoſitores. Pax Jordanus *num.* 89. dicens : Adoptio enim naturam imitatur, & pro monſtro eſſet, quod filius ſenior ſit patre : ob id cautum eſt adoptantem majorem eſſe adoptando 18. annorum. Videtur tamen, quod ſicut anno 14. permittitur contrahere matrimonium, & ſic generare, ita etiam civiliter per adoptionem præſtare poſſet : textus tamen prædictus contrarium reſolvit.

De ætate ad Matrimonium.

721.

Pubertas autem (proſequitur dictus Author) dicitur lanugo, quæ naſcitur circa pudenda; quæ quidem utplurimum mulieribus anno 12. maſculis verò anno 14. ſolet oriri, & ante illud tempus dicuntur impuberes, hoc eſt, ſine pubertate : ex illo tempore præſumuntur, & dicuntur puberes, etiamſi reverà non exiſtant: nam Chriſtiana, imò civilis modeſtia abhorret talium partium pudendarum aſpectum. *Inſtitutione Quibus modis tutela finitur, in principio*, ubi Gloſſa & Doctores. Ita Pax, qui ſubjungit: Hæc verò pubertas regulariter capitur pro dictis annis 12. & 14. reſpectivè, §. 1. *Quibus modis tutela finitur*, dicta Gloſſa 18. *ann.* Quandoque pro anno 15. ut *in Authentico de Tempore non ſolutæ pecuniæ.* Speculator *ſuper dote*,

§ *Generæ*

§. *Generaliter*, *col.* 7. eadem Gloſſa. Aliquando pro anno 17. ut *in §. fin. Qui manum. non poſſ.* & *l.* 1. §. *Puertiam*, *ff. de Poſtulando.* Interdum pro anno 18. ut in hac materia adoptionis, & arrogationis, juxta ſuperiùs dicta: & hæc quidem appellatur plena pubertas, quia 18. anno præſumitur, quod completa ſit, deſinatque creſcere. Hactenus Pax.

712. *De ætate pro Curatoribus, & Tutoribus.* Ad tutelam, vel curam gerendam pupillorum, & minorum requiritur ætas 25. annorum: qui verò majores ſunt 70. poſſunt ſe ab hoc onere excuſare, §. *Item major*, ubi Gloſſa, & Doctores, *Inſtitut. de Tutorib.* §. *fin.* ubi ſimiliter Gloſſa, & Doctores, *de Fiduciaria tutela*, *l. fin. C. de legitima tutela*, & Pax Iordan. *num.* 92. qui *num.* 93. addit: Hæc enim dicitur ætas perfecta, *d.* §. *fin.* ubi Gloſſa inquit, *quod quotieſcumque fit mentio ætatis perfectæ, vel de majore annis, intelligendum eſt de* 25. *completis*, *l. fin. C. de iis, qui veniam ætatis impetraverunt*, & *l. Cùm filio*, §. *fin. ff. de legib.* Gloſſa *verbo Perfectæ*, *in d.* §. *fin.* Doctiſſimus autem Sylv. Aldobrandinus *ibi*, *in Addit.* ſubdit, prædicta quidem eſſe vera in ſe: veriùs tamen dicetur, ætatis appellatione, maximè perfectæ, venire tempus ſecundùm ſubjectam materiam; nam pro matrimoniis, & beneficiis, ætatis perfectæ appellatione venit pubertas, in uno; in alio diverſimodè capitur, ut per Abbatem *in cap. Cùm in cunctis*, *de Electione*, Alexander *in l. Quod ſervitus*, *ff. de condictione ob cauſam.* Sic ille, & faciunt (ait Pax) notata ſuperiùs de ſingulis beneficiis, in quibus apparet, deſiderari quandoque annum trigeſimum exactum, ut in Epiſcopatu, immò & 40. ut in Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem.

713. *De ætate pro Teſtamento, & pro Codicillo.* Ad condendum teſtamentum requiritur pubertas, §. *Præterea*, ubi Gloſſa, & Doctores, *Inſtitutione Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, cum ſimilibus. Neque cogitur adhibere curatorem, *l. Aurelius*, §. *Cùjus, in princ. ff. de Liberatione legata*, ubi Bartolus, & concordantes: ex quo tamen (ait Pax *num.* 95.) tangitur ultima dies 14. vel 12. annorum, ſufficit, favore teſtamenti, *l. Qua ætate*, *ff. eod. tit.* ubi Gloſſa, & Doctores. Quod idem ſervari teſtatur in uſucapione, *l. In uſucapionibus*, *ff. de Uſucapionib.* nimirum pro complemento uſucapionis, ſufficere attigiſſe ultimum diem temporis ad uſucapiendum præſcripti. Secus in præſcriptione, utpote tanquam odioſa, *l. In omnibus*, *ff. de Actionib. & obligationibus.* In illa enim non ſufficit attigiſſe ultimam diem, ſed oportet eſſe completam. Idem etiam ſecus eſt, ubi eſt favor ejus, qui vult prorogare, ut in contractibus à minore celebratis, quia uſque ad integrum 25. annum competit ei beneficium reſtitutionis in integrum: ob id, ultima dies cœpta non habebitur pro completa, *l.* 3. §. *Minorem*, *ff. de Minoribus.* Sed generaliter dici ſolet (ait Pax *num.* 99.) quod in favorabilibus, dies cœpta habetur pro completa; in odioſis ſecus: in mixtis verò attenditur favor, ut in teſtamentis. Gloſſa *in d.* §. *Minorem*, *ff. de Minoribus.* Ioan. de Platea, Sylv. Aldobrandinus, & alii *in d.* §. *Præterea*, *Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.* Quod verò dicitur de teſtamentis, extenditur ad codicillos, & ad reliquas omnes ultimas voluntates: in hoc enim pari paſſu ambulant, ut notiſſimum eſt, & docet Pax Iordanus *num.* 100. poſt Baldum *in d. cap. de in integrum reſtitutione*, & *in l.* 1. *in princ. de Tutelis.* Immò, addit, non reſtituitur minor adverſus teſtamentum, tanquam inconſultè conditum. Bartolus *in l.* 1. §. *Fuit quæſitum*, *ff. ad Trebellianum*, ex eadem ratione, neque contra reliquas ultimas voluntates; & poteſt eſſe ratio, quia cùm habeat viam ordinariam revocandi per ſecundum teſtamentum, non debet ei concedi extraordinaria reſtitutionis; quia remedium ordinarium facit ceſſare extraordinarium, *l. In cauſa*, *ff. de Minorib.* *l. In provinciali*, ubi Bartolus tradit notabilem doctrinam, *ff. de novi operis nunciatione*, cum concordantibus paſſim.

714. *De ætate pro ſepulturam eligere potente.* Ad eligendam ſepulturam neceſſaria eſt pubertas, quoniam ante pubertatem electio non conceditur pupillo, ſed patri, ſi conſuetudo loci ita patiatur: illa verò ceſſante, tumulandi ſunt cum ſuis majoribus, aut in Eccleſia Parochiali. Ita Pax Iordanus *num.* 102. *ex cap. penult. de Sepulturis in* 6.

qui emanavit ad declarationem *cap. De uxore*, §. *fin. eodem titulo in antiquis.* Ego ipſe *in Diſquiſit. tom.* 1. *tract.* 7. *Diſquiſit.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.* ex eodem Pace Iordano, & pluribus aliis Doctoribus, quos ibi allegavi: & concluſionem probavi, nedum authoritatibus, ſed Iuribus, & ratione. Puberes autem, qui ſibi elegerint ſepulturam, nihil (caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus peculiis exceptis) ſine patris voluntate, etiam pro anima ſua, vel ad quodcumque pium opus, relinquere valent. Ita Pax *num.* 103. & ego ipſe *num.* 4. *ex cap. Licet pater, el* 4. *de Sepult. in* 6. expreſsè id decernente. Et utrobique dictum eſt ex Gloſſa ibi, *verbo Pubertatis*, aſſignari pro annis pubertatis mulieris duodecim, & pro viri pubertate quatuordecim: & *verbo Sepulturam*, concedi puberibus electionem illius, quia illa refertur ad tempus, quo ſoluti erunt à patria poteſtate: qua ratione utitur textus, pro concedenda libertate uxori ad talem faciendam electionem, *in d. cap. De uxore*: mors enim (inquit Pax *num.* 104.) omnia ſolvit præter æs alienum.

725. *De ætate neceſſaria ad incurrendam Cenſuram.* Ad incurrendam cenſuram ab homine latam, requiri pubertatem, docet Pax Iordanus *d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 20. *ſub num.* 204. & ad latam in Iure, ſufficere doli capacitatem. Ita ille, qui citat P. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. D. Th. de Cenſuris, diſp.* 5. *ſect.* 1. *à num.* 17. Campanilem *rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 158. poſt Ugolinum, & alios ibi citatos.

726. *De ætate, in qua jejunium obligat.* Ad jejunii obligationem, deſideratur annus 21. finitus. Ita D. Thomas 1. 2. *quæſt.* 147. *art.* 4. *ad* 2. Navarrus *in Manuali, cap.* 21. *poſt num.* 16. Campanilis *ubi proximè, n.* 148. qui de communi teſtatur, & poſt alios docet, tempus de momento ad momentum computari. Illos refert & ſequitur Pax Iordanus. Quò loci ex Campanile & aliis apud eum, ait, quoad non uſum carnium, caſei, & aliorum, quæ à carne ſementinam ducunt originem, uſum rationis, circa ſeptenium advenire ſolitum, ſufficere. Et addit, difficiliùs ſtatui terminum ceſſationis ejuſmodi obligationis jejunandi propter ſenectutem; ſed generaliter loquendo, ante annum ſexageſimum non extingui in aliquo; poſt ipſum verò, imò poſt ſeptuageſimum, in illis tantùm, qui infirmo ſunt corpore. Card. Toletus *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 1. Tabiena, & Campanilis poſt ipſum, *d. loco*, *num.* 151. ubi aliorum varias ſententias cumulat. Verùm, ne de jejunii ceſſatione loquendo, nimis jejunè loqui videamur reſpectu ætatis ultimæ; addamus, quod nonnulli aſſerunt, nullam dari ætatem in qua quis à jejunio excuſetur, ſed habendam eſſe rationem complexionis validæ, corporiſque roboris, & ideo judicio prudentis viri ſtandum. Ita D. Antonin. Paludan. Graffis, Summa Corona, Sylvius, Fagundez, & alii, *locis citatis* à Zacharia Paſqualigo *in Praxi, de Iejunio deciſ.* 256. *num.* 2. Alii dicunt, ſeptuagenariam ætatem eſſe terminum obligationis. Ita Gabriel, Sylveſter, Tabiena, Lopez, & alii. Nonnulli ſexagenarium eximunt. Ita Navarrus, Layman, & multi, utplurimum: ſi autem vires ſatis firmæ ſint, non liberantur. Alii abſolutè docent, ſexagenarios, etiam robuſtos, eſſe liberos à jejunio. Ita Sanchez, & multi alii. Quam ſententiam tanquam probabiliſſimam paſſim amplectuntur moderni: unde non rectè à Fagundez *Præcepto* 4. *Eccleſiæ, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 2. parum tuta vocatur. Diana *part.* 1. *tract.* 9. *verſ.* 20. hanc defendit. Immò poſt annum 55. quidam excuſant à jejunio, teſte Angelo *verbo Iejunium, num.* 15. & Azor. 1. *part. lib.* 7. *cap.* 27. *quæſt.* 4. Hucuſque Pax Iordanus *ſub num.* 104.

727. *De ætate pro Hoſpitalario.* Hiſpitalarius minor viginti annorum eſſe non poteſt, ut docet Pax Iordanus *num.* 105. poſt Firman. *in Repertorio, verbo Minoris tutor, verſic. penult.*

728. *De ætate pro executore Teſtamenti, & ult. vo-volunt.* Executor teſtamenti, & ultimarum voluntatum, debet eſſe major ſeptendecim annorum, licèt minor ſit 25. Pax *ſub dict. num.* 105. cum Campanile *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 145. poſt Covarruviam *in cap. Tua, de Teſtamentis*, & Caldas *ibi cit.*

729. *De ætate Decurionum, & Conſul.* Decurio eſſe, aut in Decurionum collegio vocem habere non poſſe, qui ſeptemdecim annorum major non ſit; & Conſules annorum viginti majores creari debere, docet Iordanus *n.* 106. ex *l. Ad rem, ff. de Muneribus, & honoribus*, Speculatore *de Synod. num.* 3. & ibi Ioan. Andrea *in Addition. ſub litt. K*, Campanile *rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 14.

Dicitur

De ætate pro Conſiliario. Dicitur autem, quod infans poſſit eſſe de Conſilio, & de Prioribus, ait Pax *num.* 107. ex Bartolo *in l.* 1. *C. de Muneribus, & honoribus non continuandis inter patrem & filium, lib.* 10. Firman. *in Repertorio, verb. Infans, poſt princip.*

730. *De ætate pro Rege.* Infans coronari Rex poteſt, uti docet Pax *num.* 110. ex Bartolo *in d. l.* 1. *C. de Munerib. & honorib. non contin. inter patr. & fil. lib.* 10. Firman. *d. verb. Infans, poſt princip.*

731. *De ætate pro Imperatore.* Imperator Romanus eligi non poteſt ante 14. annum, nec deberet eligi ante 25. Pax *d. num.* 110. qui allegat Reſtaur. *tract. de Imperatore, quæſt.* 73. *num.* 1. Campanil. *d. rubr.* 7. *cap.* 6. *num.* 157. dicentes Carolum V. electum fuiſſe in Regem Romanum anno 18. in Imperatorem verò, vigeſimo primo ſuæ ætatis, ac 37. annis feliciter Imperium rexiſſe, & poſtea liberè renunciaſſe. Carolus Magnus, Pipini Regis Francorum filius, ſimiliter in ætate juvenili electus eſt Imperator, teſte Jacobo Alvar. *in tit. Quis dicatur Dux, colum.* 4. *in uſib. feud.* & Campanile *loco cit.* penes Pacem Jordanum *ubi proximè.*

732. *De ætate pro Electoribus Imperii.* Principes Electores Imperii annorum 18. eſſe debent juxta Bullam auream Caroli Quarti, relatam per Reſtaurum *d. tract. quæſt.* 8. *à num.* 22. cujus meminit, eamque declarat Campanilis *ubi ſuprà, num.* 158. ubi refert Pax.

733. *De ætate pro pugnaturo.* Minor octodecim annorum non cogitur ad pugnam, ſed ſibi imputet, ſi ſe poſuit in neceſſitate pugnandi. Jordanus *num.* 109. ex Baldo *in cap.* 1. *col.* 2. *de Pace juramento firmanda.* Firman. *in Repert. verbo Minor convenitur, verſic. Minor octodecim.* Eſt enim regulare, ait Pax, quod non ſubveniatur ei, qui ſe poſuit in neceſſitate.

734. *De ætate pro Equite fiendo.* Infans fieri poteſt miles, Baldus *in l.* 1. *C. de Dignitatibus, lib.* 12. Pro milite hîc non intelligitur privatus, aut ſimplex homunculus, ut advertit idem Pax *num.* 111. ex *rubrica Pontificalis Romani, de Benedictione novi militis, ac de creatione militis regularis*; ſed propriè intelligitur *Eques.*

735. *De ætate pro militare.* Minor octodecim annorum incœptorum, & ſeptendecim completorum compelli non poteſt invitus ad bellum: unde ſtatutum, aut ordinatio alia ad bellum cogens, non obligat dicta ætate minorem, ad gregarium utique militem, & vulgarem. Ita Pax *n.* 111. poſt Romanum *ſingulari* 122. per Gloſſam *in cap. unico, verſic. A* 18. *de Pace juram. firm.* Campanil. *rub.* 7. *cap.* 6. *num.* 147.

736. *De ætate minoribus conceſſa pro reſtitutione in integrum, læſione probata.* Ad contrahendum, regula generalis eſt, contrahentes ætatem 25. annorum completorum habere debere, ut eis beneficium reſtitutionis in integrum non competat, etiamſi de læſione docuerint, *l. Si minorem, C. de in integrum reſtitutione, l. Minoribus, ff. eod. tit. l. Doli, circa finem, ff. de Novi operis nunciatione, l. Ea quæ, C. de Tempore in integrum reſtitutionis,* cum ſimilibus. Sic Pax Jordanus *num.* 112. Quod verò læſionem regulariter minores probare teneantur, habetur *in l. Nam & poſtea, §. Si minoribus, ff. de jurejurando, l. Minoribus, ult. C. de Reſtitutione in integrum, cap. Auditis, eod. tit.* Maſcard. *de Probationib. lib.* 2. *concluſ.* 162. ubi concordantes, qui etiam variis modis ampliat, & limitat, & concordat, ut refert Pax *num.* 113. qui *num. ſeq.* inter cæteras limitationes præfatæ regulæ, concedentis reſtitutionem minori ante 25. annos: Illa, ait, ſolemnis eſt, quando contractus juramento, non vi, aut dolo extorto, roboratus exiſtit; tunc enim, etiamſi omiſſa ſit ſolemnitas ſtatuti; nihilominus propter juramentum firmatur, & reſtitutio ceſſat. Abbas *in cap. Cùm contingat, de jurejurando,* plenè Felinus *in cap.* 2. *num.* 6. ubi Addit. *ſub litt. A,* plures concordantes citat, communemque dicit, contra Butrium, & quoſdam alios *in eod. cap.* 2. *ejuſdem tit.* Et ratio communis ſententiæ fundatur in eo, quod ſi vera eſſet contraria, ſequeretur, quod prohibere juramenta, ſpectaret ad laicorum ſtatuta: quod falſum eſſe, omnes clamant. Et quod de minore dicitur, extenditur etiam ad mulieres; quæ contrahentes contra formam ſtatuti, non poſſunt reſtitutionem petere, quoties intervenit liberum juramentum, ut cum prædictis docet Pax *num.* 116.

737. Plura ego ipſe, huic concluſioni congruentia, firmavi in diſquiſitionibus, *tom.* 1. *tract.* 7. *diſquiſit.* 3. Dixi enim quod obligatio juramento firmata, ſtrictiſſimum vinculum injun-

git ad exequendum promiſſum, illam contrahenti, ex Gloſſa *in cap. Ad noſtram, verbo Repeterent, el 2. & 20. de Iurejurando*, ibi: *Et ſi juraverit ſolvere* (uſuras ſcilicet) *& non repetere*, &c. ex *cap. Debitores, el 6. eod. tit.* ibi: *Debitores ad ſolvendum uſuras, in quibus ſe obligaverant, togi non debent. Si verò de earum ſolutione juraverint, cogendi ſunt Domino reddere juramentum. Et cùm uſuræ ſolutæ fuerint, creditores ad eas reſtituendas ſunt Eccleſiaſtica ſeveritate (ſi neceſſe fuerit) compellendi.* Plura ibi repetita ex Gloſſa in hunc textum, ſatis opportuna ad præſens cumulavi intentum. *Ex cap. Si verò, el 8. eod. tit.* inter alias, hanc adduxi clauſulam: *Duximus tibi reſpondendum, quod non eſt tutum quemlibet contra juramentum ſuum venire, niſi tale ſit, quod ſervatum, vergat in interitum ſalutis æternæ.* Ita textus ille; in epigraphe autem illius, ſic lego: *Si juramentum per metum extortum* (nota hoc benè) *ſervari poteſt, ſine interitu ſalutis æternæ, ſervandum eſt.* Et Gloſſa *in caſus formatione*, hanc generalem regulam tradit: *Iuramentum ſemper eſt ſervandum, dummodo obſervatio ipſius in periculum animæ non vergat.* Quò loci ex communi DD. dixi, juramentum promiſſorium gravi extortum metu, etiamſi injuſtè, obligare, modò de re licita ſit factum, & ex animo ſe obligandi. Quia jure naturæ efficere tenemur, ut verum ſit, quod juravimus, ne Deum falſi faciamus teſtem. Unde addidi: Si mihi viarum graſſatores occurrunt, & pro redimenda propria vita, certam nummorum quantitatem eis cum juramento promitto, illam ſolvere, ſub perjurii crimine teneor, ſi juramenti abſolutionem, ſive relaxationem non obtineo ab eo, qui ipſum juramentum relaxare queat. Produxi pro hac concluſione Baſſæum *verbo Iuramentum 2. num. 5.* cum Layman. *lib. 4. tract. 3 cap. 7. num. 2.* Sylvio *2. 2. quæſt. 89. art. 7. quæſt. 1.* & cum aliis. Buſembaum *in Medulla Theolog. lib. 3. tract. 2. cap. 2. verſ. Obligaris probabiliter*, cum Becano *2. 2. q. 89.* ipſum Beccanum *de Iuſt. & jure, ſub d. quæſt. 89. quæſt. 5. fol. mihi 800.*

738. *De ætate, pro Coadjutorem impetraturis.* Qui ratione ætatis impetrare coadjutoriam intendit, cum futura ſucceſſione, ſi expreſſerit in ſupplicatione, *ſenectutem*, opus habebit probare ſe ſeptuagenarium. Si verò dixerit, *ætatem ingraveſcentem*, verificanda erit ſupplicatio in ſexaginta annis. Quod ſi ætati ingraveſcenti addiderit, *cum aliis infirmitatibus conjuncta*, tunc ſatis erit verificare ætatem quinquagintaquinque annorum; nam infirmitates, labores, & alii exceſſus minuunt ætatem, ut poſt Ioan. Andream, Archidiaconum, Dominicum, & alios *in cap. 1. de Clerico ægrotante, in 6.* Caputaquenſ. *deciſione 124. & 311. part. 1.* & alibi, Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſſa 5. §. 9. num. 84. cum 2. ſeqq.* Tiraquellus *connub. 15. num. 6. 7. & 8.* & poſt eos Pax Iord. *num. 117.* qui *num. ſeq.* Subdit ex Gonzalez *num. 87.* multùm prodeſſe in iis omnibus Iudicis arbitrium, ut cognoſcatur, quis verè dicatur ſenex ad hunc effectum, & ad alios, conſideratis omnibus circunſtantiis. Menochius *de Arbitrariis, caſu 59. num. 3.* Maſcardus *de Probationibus, concl. 1301. Senectuti, num. 8.* & concordantes apud ipſum Gonzalez. Corporis debilitas narrata, ut concedatur coadjutoria, verificari debet, & demonſtrari, quod ſit talis, quæ per ſe corpus aggravet ſine ſpe futuræ proſperitatis. Sic Pax *d. n. 118.* cum Felino *in cap. Quoniam frequenter, n. 6. in fine, ut lite non conteſtata.* Caputaquenſ. *deciſ. 240. part. 1.* & Gonzalez *num. 88.* Similiter infirmitas narrata, probanda erit, & talis eſſe requiritur, quæ perpetuum præſtet impedimentum, licèt cum aliquo quietis intervallo. Pax *loco citato*, poſt Imolam & alios *in cap. fin. num. 9. de Clerico ægrotante*, Caputaquenſ. *d. deciſ. num. 2.* Gonzalez *num. 89.* ſubdentes cum textu *in l. 1. §. Secundum, ff. de ædilitio edicto*, quod levis febricula, aut vetus quartana, vel modicum vulnuſculum, non eſt in conſideratione.

Concludit Pax Jordanus *d. titulum 20. libri 10. tomi 2. à num. 119.* plura tradendo de ætate, varia eruditione plena, à quorum recenſione, quia parum utili pro meo præſenti inſtituto, & minus neceſſaria, conſultò ſuperſedeo; meus tamen Lector illum videat, ſi libuerit, & non pœnitebit. 739.

SECTIO

SECTIO IX.

De gravitate morum, qua præditi eſſe debent ad Eccleſiaſtica aſſumendi beneficia.

740 NOna qualitas deſiderata in promovendis ad beneficia Eccleſiaſtica, eſt morum gravitas, de cujus neceſſitate præter Lateranenſe Concilium, relatum *in cap. Cùm in cunctis, de Elect.* cavetur *in cap. Grave nimis, de Præbendis, in Clement. 1. de Ætate, & qualit.* & Concilio Trident. *ſeſſ. 24. cap. 12. de Reformat.* Et dictat ipſa naturalis ratio, quia miniſtri Dei, & Eccleſiæ, maximè debent virtutibus eſſe ornati, & à vitiis alieni, ut exemplis, monitis, & precibus ſuis, cæteros ad pietatem inſtruant. Et quidem hujus qualitatis potiſſimam habendam eſſe rationem in electionibus, præſentationibus, & collationibus, paſſim conclamant Doctores, ſignanter Rebuffus *in Praxi benefic. tit. de Forma Vicarii, num. 87. & tit. Requiſita ad collation. num. 23. verſic. Idoneus*, Card. Pariſius *conſ. 46. num. 13. in 4.* Flamin. Pariſius *de Reſignat. benefic. lib. 4. q. 11. num. 11.* Barboſa *de Offic. Parochi, cap. 2. num. 3. & ſeq.* Navarr. *in cap. Si quando, de Reſcriptis, except. 11. num. 2. verſic. Nam gravitas, & except. 15. verſic. Octavum eſt.* Leſſius *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. dubit. 23.* poſt Rebuffum Zechius *de Beneficiis, cap. 3. verſ. 2. ſi collatio fiat criminoſa.* Garcia *de Benefic. part. 3. cap. 8. num. 1.* exclamans, parum de illa, ac non niſi pro forma curari: cum tamen ex hujus neglectu, ſæpè Eccleſiarum pernicies emanaverit, ut conqueritur Rebuffus, & poſt eum Leſſius *loco citato.* Sicut enim is, qui improbis eſt moribus, maximè Eccleſiæ obeſt, etiamſi alioquin ſit eruditus: ita valdè probus, etſi aliquid ſcientiæ, vel habilitatis defuerit, plurimùm proderit, ut idem Leſſius ait, & cavetur *in cap. Niſi, de Renunciat.*

741. Quocirca, noſter S. Gregorius I. *lib. 4. Moralium, cap. 30.* dixit: *Non debet hominum ducatum ſuſcipere, qui neſcit homines bene vivendo præire, ne qui ad hoc eligitur, ut aliorum culpas corrigat, quod reſecare debuit, ipſe committat.* Et in Paſtorali idem Sanctus Doctor *part. 2. cap. 4.* plura congeſſit ad intentum, tanto Paſtore univerſalis Eccleſiæ, & in Morali ſcientia primario Doctore, & inter alios Magno, digniſſima. De quo Sanctiſſimo viro libet ultra dicta, ſolum recenſere elogium ab Illuſtriſſimo etiam noſtro Monacho, & Doctore percelebri Toletano Archiepiſcopo Sancto Ildefonſo traditum *tract. de Viris Illuſtribus*, & appoſitum *in principio tomi primi Operum ejuſdem Gregorii Pariſiis editorum, anno* 1640. Ildefonſus igitur ſequentia protulit: *Sanctus Gregorius ita cunctorum meritorum claruit perfectione ſublimis, ut excluſis omnium Virorum Illuſtrium comparationibus, nihil illi ſimile demonſtraret Antiquitas. Vicit enim ſanctitate Antonium; eloquentia Cyprianum; ſapientia Auguſtinum.* Hæc Ildefonſus Toletanus Archipræſul, & Hiſpaniarum Primas

Sacroſancta Tridentina Synodus 742.
ſeſſ. 22. cap. 1. de Reformation., hæc etiam dixit: *Nihil eſt, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum qui ſe divino miniſterio dedicarunt: cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos tanquam in ſpeculum; reliqui oculos conjiciunt; ex iiſque ſumunt, quod imitentur.* Quod multò magis procedit (ait Pax Jordanus *tom. 2. de Re Beneficiaria, lib. 10. tit. 21. num. 5.*) quando præter Clericatum, Eccleſiaſticum obtinent beneficium: tunc enim bonis Eccleſiaſticis, hoc eſt Jeſu Chriſti patrimonio aluntur, *cap. Cum ex eo, de Elect. in 6.* quo quidem alimento criminoſi omnes, tanquam Deo inimici, *cap. fin. de Pœnit. diſt. 2.* cenſentur indigni. S. Thomas *2. 2. quæſt. 63. art. 2.* communiter receptus. Navarrus *d. except. 15. verſic. Omnis*, Barboſa *d. cap. 2. num. 5.* & concordantes.

Sub nomine autem morum gravi- 743.
tatis, ea omnia comprehenduntur, quæ de vita, & honeſtate Clericorum, tum in ſimili titulo, tum alibi traduntur in Jure Canonico, & à Doctoribus, non ſolum quoad virtutes amplectendas, ſed etiam quoad fugienda vitia. Ita ut idem ſit morum gravitas, quod vita irreprehenſibilis, juſta, & honeſta, & ut inquit Pax Iordanus *num. 6.* ex Campanile *rubr. 4. num. 2.* permulta, & quaſi innumerabilia ſunt, quæ deſiderantur, cum à planta pedis uſque ad verti-

cem capitis, non extrinsecè solùm, sed intrinsecè quoque, & quoad animam, compositio, honestas, decor, sanctitasque requirantur, ex quibus magis necessaria præstringit idem Pax *tom.1. de Re Sacra, lib.1. titulis de Irreprehensibilitate, ornatu, pudicitia, modestia, sobrietate, benignitate, hospitalitate, prudentia, justitia, sanctitate, superbia, iracundia, percussione, vinolentia, cupiditate, & litigiositate*, quæ ab ipsis claris, limpidissimis, & puris fontibus hauriri poterunt.

744. Doctrina tradita ampliatur, *primò*, ita ut beneficii collatio criminoso facta, ipso jure nulla sit. Pax Iordanus *d.tom.2. lib.10. tit.21. num.7.* post Felinum *in cap.2. de Rescriptis*, Selvam *de Benefic. part.3. quæst.11. num.57.* Menochium *de Arbitr. casu 201. n.37.* Flam. Paris. *de Resignat. lib.4. quæst.3. à num.1.* Zechium *de Benefic. cap.3. versic. Secundò, si collatio fiat criminoso*, & Nicolaum Garc. *de Benefic. part.7. cap.8. num.3. & seq.* cum ibi pleniſſimè cumulatis. Quia tamen quæstio maxima est, & Doctores diversè, atque adversè adeo in ea loquantur, ut non aliter ad illorum concordiam, & veritatis notitiam perveniri possit, quàm varios distinguendo casus, illos distinguere, & recensere, operæpretium esse, consultò, & libens duxi.

745. *Primò* igitur, quando crimen inhabilem reddit, nostra procedit conclusio, & authoritates illam astruentium, & firmantium, sine controversia aliqua. In hoc omnes convenire videntur. Et hæc erit prima ampliationis restrictio, quam tenet expressè Pax Iordanus *d.tit.21. num.8.*

746. Si verò crimen quem indignum, vel inhabilem non reddat, collatio valida est: irritari tamen debet. Sic Pax *num.9.* cum Menochio, Parisio, & aliis superiùs citatis. Berous *in cap. Super literis, num.72. versic.13. de Rescript.* Bellamera *decis.697. n.5.* Curtio Iuniore *cons.27. colum. ult.* & concordantibus.

747. Quod si quæras, quænam sint crimina inhabiles, vel indignos beneficiis Ecclesiasticis reddentia? Respondeo *primò*, omnia illa esse, quæ irregularitatem inducunt, veluti homicidium, & mutilatio membrorum. Pax Iordanus *num.10.* ex *cap. Cùm in cunctis, §. finali, de Electione*, Abbate, Felino, & aliis *in cap.2. de Rescript.* Aufrerio *decis.207.* Flam. Parisio *d. quæst.3. num.8. & quæst.32. cum seq.* & cum aliis communiter. Cùm enim irregularis inhabilis ad suscipiendos Ordines sit, consequenter inhabilis censetur ad beneficium suscipiendum Ecclesiasticum, Ordinem requirens, & illius exercitium; quia beneficium datur propter Officium, *cap. fin. de rescript. in 6.* consequenter irregularis ad illud inhabilis est, & collatio illi facta, nulla existit, etiamsi agatur de beneficio simplici, *cap. Studeat, 50. dist. & cap.2. de Clerico pugnante in duello.* Inhabilis enim ad unum, inhabilis est ad ei annexum, *cap. Translato, de Constitutionibus*, Glossa *verb. Ut tale beneficium, d.cap. Studeat*, Navarrus *in Manuali, cap.27. num.151.* adjungens, quod ratio, quare non valeat collatio, non est propter criminis gravitatem, aut pravitatem, sed propter irregularitatem: nam irregularis est incapax beneficiorum, ut pleniſſimè cum aliis probat Garcia *de Beneficiis, part.7. cap.11. num.1. & seqq.* Dyn. *in regul.1. num.23. lib.6.* Navarrus *d. cap.27. n.249. aliàs 259.* & omnes.

748. Et quod homicida non possit tuta conscientia beneficium post irregularitatem adeptum retinere, docet Pax *num.11.* post Navarrum *cons.42. de Homicidio*, ubi æquiparat illum furi, & communem sententiam dicit ex Parisio *de Resignat. quæst.3. num.24.* Concedit tamen Jordanus *num.12.* ex Navarro *eò loci*, prædictum beneficium aliquo tempore, ad arbitrium boni viri, retineri posse, tanquam non suum, cum animo illud relinquendi, quam citò commodè, & honestè poterit: quia præceptum de restituendo, obligat quidem semper, sed non ad semper, ut probat D.Th.12. *q.33. art.2.* & Archidiaconus *in cap. Si peccaverit, 2. quæst.1.* cui pariter communis sententia conformatur.

749. Beneficia verò obtenta ante irregularitatem, non amittuntur, nec vacant ipso jure per supervenientem irregularitatem. Ita Steph. Bauny *in Praxi Benefic. disp.7. quæst.6. assert.2.* dicens: *In cap. Humanis, de Homicid. in 6.*

in 6. habetur homicidam, ipſo facto à beneficio depoſitum eſſe, nulla alia requiſita ſententia: & tamen ibidem excipitur declaratio criminis, ut ex his verbis patet, quibus Canon utitur: *Poſtquam iſtud probabilibus conſtiterit argumentis.* Ita etiam Jordanus *num.* 13. cum Innocentio communiter recepto *in cap. Clericis, verſ. Privetur, ne Clerici, vel Monachi, & in cap. Cùm noſtris, de conceſſ. præbendæ.* Felino *in cap. 2. num. 4. de Reſcript.* Navarro *conſ.* 43. *de Homicidio*, Pariſio *d. quæſt. 3. num. 36.* Zechio *loco cit.* & cum aliis de communi teſtantibus.

750. Addit Pax Jordan. *num.* 14. habendum eſſe pro regula in materia irregularitatis, impedimenta illa, quæ ſine diſpenſatione tolli poſſunt, aut ceſſant de facto, non eſſe propriè irregularitatem, ut infamia facti, defectus ætatis, vel tituli, morum, literaturæ, &c. Allegat Garciam *de Benefic. part. 7. cap. 8. num. 65.* qui *num. ſeq.* idem putat, etiamſi infamia procedat ex delicto notorio, & depoſitione digno; nam adhuc non eſt vera irregularitas, ut idem probat *part. 11. cap. 3. num. 13.*

751 *Secundò* reſpondeo, crimina illa, quæ habent annexam excommunicationem majorem, quia excommunicatus ab Eccleſiæ gremio excluſus, incapax eſt, & indignus beneficio, nec ſolùm prohibetur ſuſcipere, verùm etiam ſuſcepto privari debet, & collatio illi facta, eſt ipſo jure nulla, ex eleganti textu *in cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunicato miniſtrante*, Covarruv. poſt Staphileum, *in cap. Alma mater, part. 1. cap. 7. num. 1. de Sentent. excomm. in 6.* de communi atteſtantibus, Pariſio *d. quæſt. 3. n. 44. cum ſeqq.* docente, non poſſe excommunicatum reſignare beneficium, neque permutationem illi concedi, nec poſſe eligi, præſentari, aut provideri. Archidiaconus *in cap. Nulli, diſt. 63.* Bertachinus *de Epiſcopo, part. 1. lib. 2. quæſt. 4. num. 19.* quibus in omnibus ſe ſubſcribit Pax Jordan. concludens: *Communis, & indubitata concluſio eſt.* Et ulteriùs proſequitur, dicens: Neque penſio illi aſſignari. Gigas *de Penſione, quæſt. 14.* Pariſius *num. 48.* Nec revalidatur per ſubſequentem abſolutionem. Idem Pariſius *num. 49.* poſt Archidiaconum *in d. cap. Poſtulaſtis, de Clerico excommunic. miniſtr.* Immò, addit Pax, excommunicatus ſuos beneficii fructus non facit. Rubeus *deciſ. 280. lib. 1.* Pariſ. *n. 52.* & communis.

Præterea clauſula apponi ſolita in 752.
literis Apoſtolicis: *Teque harum ſerie abſolventes, &c.* vel, *cum abſolutione à cenſuris, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*; non operatur ad favorem illius excommunicati, vel ſuſpenſi (ait Pax) qui per annum inſorduerit in excommunicatione; quia tunc obſtat regula Cancellariæ *de inſordeſcentia*, & habetur ſuſpectus de hæreſi. Martha *de Clauſulis, clauſ. 47. part. 1.* poſt Rotam *ibi* citatam. Ricciullus, concordantes cumulans, *de Iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib. 4. cap. 9. num. 3.* Pariſius *d. lib. 4. quæſt. 3. num. 53.* Inſordeſcens enim tanto tempore, cenſetur cenſuras vilipendere, & prædictam hæreſis ſuſpicionem incurrit: propterea, ne detur occaſio vilipendendi ipſas cenſuras, ſtatutum fuit per Sixtum V. generales abſolutiones non ſuffragari modo prædicto inſordeſcentibus. Hæc Pax.

Nec operatur dicta clauſula ad fa- 753.
vorem illorum, qui Papæ ſunt inobedientes, ut probat Boërius *deciſ. 190.* poſt alios *ibi* adductos. Martha *d. clauſula 47. num. 3. in fine*, qui *num. 5.* ponit exceptionem, prout etiam Ricciull. *d. loco:* ita & poſt illos Pax *num. 16.*

Neque prodeſt irregulari ex no- 754.
toria fornicatione, quia Papa nunquam diſpenſare cenſetur ſuper irregularitate, niſi expreſsè id dixerit. Jordanus *num. 17.* cum Martha *loco cit.* & Navarro *in Manuali, cap. 27. num. 25.*

Neque hæreticis prodeſt. Pax Jor- 755.
dan. *num. 18.* ex *cap. Excommunicamus, §. Credentes, de Hæreticis.* Felino *in cap. Ad Apoſtolicæ, col. 1. de Hæretic.* Martha *loco citato*, & Ricciullo, cum aliis.

Neque prodeſt literarum Apoſtoli- 756.
carum falſario. Pax *num. 19.* cum Rebuffo *in Praxi benefic. tit. de Forma novæ proviſ. num. 89. & ſeq.* ac cum Martha, & Ricciullo.

Item nec prodeſt incendiariis, & 757.
violatoribus Eccleſiarum. Pax Jordanus *num. 20.* cum Martha citato.

Neque

758. Neque etiam prodeſt aliis perſonis relatis in regula Cancellariæ citata, *la 65. verbo De inſordeſcentia*, de quibus Martha, & Ricciullus *locis jam citatis.*

759. Item, nec prodeſt clauſula præfata, quando excommunicatio incurritur poſt litterarum impetrationem, & ante illarum executionem: quia clauſula manifeſtè ſe refert ad cenſuras exiſtentes tempore datæ litterarum; non ad futuras.

760. Fuit autem reperta dicta clauſula Sixti Quarti temporibus, ut teſtatur apud Pacem Jordanum *num.* 23. Paulus Burgenſis *de Irregularitate*, §. 6. *de Clerico excommunicato*, *num.* 2. *in fine*, atteſtans vidiſſe in facto, quia tunc temporis Curiam ſequebatur. Ratio autem introducendi fuit ad evitandas nullitates, quæ occaſione cenſurarum in reſcriptis, tam gratiæ, quàm juſtitiæ impetratis oriebantur. Rebuffus *loco citato*, *num.* 1. Boërius *d. deciſ.* 290. Ricciulus *d. cap.* 9. *in princ* Martha *d. num.* 5. & ante illos omnes Staphileus *de litteris gratiæ*, *part.* 4. *de vi Clauſularum*, *clauſula* 1. & poſt illos Pax *num.* 24. qui *num. ſequenti*, ait: Cenſetur verò adeo ſolita apponi in omnibus gratiis, & reſcriptis, ut ſi omittatur, poſſit vel cenſeri pro appoſita, uti ſolita, & conſueta, ad plenè tradita per Barboſam *tract. de Clauſulis in genere*, *num.* 1. cum Felino *in cap. Cum M. num.* 6. *de Conſtitut.* Mandoſio *in Reg.* 17. *Cancellar. quæſt.* 1. *num.* 6. Rebuffo *in Repetit. cap. Nulla*, *col.* 30. *in fine*, *verſic. Tertia eſt mihi*, *de Conceſſ. præbendæ*; vel litteræ reformari, ut poſt alios docet Ricciulus *d. cap.* 9. *n.* 2. prout refert Pax Jordanus *num.* 25.

761. Per dictam clauſulam verò non conceditur à cenſuris abſolutio, ſed ſola ſuſpenſio tantum limitatè ad illum effectum, de quo agitur in litteris gratiæ, prout ſonant verba clauſulæ: *Ad effectum præſentium tantùm conſequendum.* Unde quod alia omnia excommunicatio ſuam vim, & naturam retinet, uti poſt Ricciulum *num.* 4. *& ſeqq.* obſervat Pax Jordanus *num.* 26.

762. Dicta clauſula uti poſſunt Legati, & Nuncii Apoſtolici in proviſionibus ſuis; quandoquidem facultatem habent à Papa conferendi beneficia, & cenſentur ab omnibus cenſuris, etiam Papæ reſervatis ſoluti, quoad hujuſmodi effectum; quia conceſſione talis facultatis videtur tollere voluiſſe quodcumque obſtaculum, & impedimentum, & ſic tacitè communicaſſe poteſtatem ſuſpendendi cenſuras, à quibus aliàs abſolvere nequiviſſent. Ita confutatis contrariis firmat Ricciulus *loco citato*, *n.* 9. *&* 10. & ex eo Pax *num.* 27. Epiſcopi verò in ſuis proviſionibus, virtute clauſulæ præfatæ ſuſpendere non poſſunt cenſuras, niſi in caſibus, in quibus ipſi abſolvere ab illis poſſunt: atque ideo non operabitur clauſula per eos appoſita, quoad cenſuras reſervatas Papæ. Ita Ricciulus *num.* 11. & Pax Jordanus *num.* 28.

763. Quod dicitur de Excommunicatione, quod nimirum impediat aſſequutionem beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum, multis ampliatur modis, & declaratur per Nicolaum Garciam *de Benefic. part.* 7. *cap.* 13. *per totum*, qui etiam *à num.* 9. *uſque ad finem*, luculenter agit de fructibus beneficiorum excommunicati, quando & pro qua parte illos lucretur, vel amittat, & perdat.

764. Procedit pariter clauſula præfata in ſuſpenſione, & interdicto; nam & hæc prohibent acquiſitionem beneficiorum; quia reddunt ſuſpenſum, vel interdictum incapacem illorum, *cap. Cùm dilectus*, *verſ. Quia nobis*, *de Conſuetud.* ubi Gloſſa *verbo Caſſavimus*, & Doctores, *cap. Per inquiſitionem*, *de Electione*, & ibi Gloſſa fin. *in fine.* Abbas *num.* 8. & alii, *cap. Cùm bonæ*, *de ætate*, *& qualit.* & ibi Gloſſa *verbo Suſpenſi*, & *verbo Poſtmodum*, & Abbas *num.* 6. *cap. fin. de Clerico excom. miniſtr.* cum cæteris plenè cumulatis per Nicol. Garciam *d. part.* 7. *cap.* 14. *per totum*, Marta *num.* 5. Cardinal. & Butrius *in cap. Cùm bonæ*, *de ætate*, *& qualit. citato*, Pariſius *d. quæſt.* 3. *num.* 61. quos, & concordantes ſequitur Pax Iordanus *d. lib.* 10. *tit.* 21. *num.* 30.

765. Ex ſecunda reſponſione *ſuprà*, *num.* 751. data, infertur delictum hæreſis, apoſtaſiæ, ſchiſmatis, ſimoniæ, falſificationis litterarum Apoſtolicarum, ſacrilegii, ſortilegii, & cæterorum hujuſmodi, reddere ad beneficia incapacem, tum ex eo, quod annexam habeant cenſuram: tum etiam, quia delicta per ſe reddunt indignum ad illa, prout de hæreticis cavetur *in cap.*

cap. Excommunicamus, & toto tit. de Hæreticis, & tradunt apud Iordanum *ubi ſuprà, num.* 31. Rebuffus *de Pacifica poſſeſſ. num.* 236. & Pariſius *de Reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 14. Idque extenditur ad ipſorum filios. Pax *ibidem*, poſt Hojedam *de Incompatibilitate benefic. part.* 1. *cap. ult. n.* 61. & Pariſium *num.* 15. & communem. Utrumque ego ipſe tenui *tom.* 2. *Diſquiſitionum, diſq.* 1. *dub.* 12. §. 22. *à num.* 64. ex *cap. Quicumque, el* 2. *de Hæretic. lib.* 6. *ex cap.* 15. *eod. tit. & lib. cap. Ut commiſſi*, §. *Privandi, el* 12. *ibidem*, & ex Nicolao III. *in conſtit. Noverit univerſitas veſtra*, §. 21. apud Bullar. Magnum Romanum Angeli Cherub. *tom.* 1. *pag. mihi* 181. poſt Baſſæum *verbo Beneficium* 7. *num.* 3. Machadum *en el Perfecto confeſſor, tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 2. *tract.* 2. *docum.* 5. *num.* 4. Joan. Bapt. Ventrigliam *in Praxi rerum notabil. annot.* 2. §. 3. *num.* 2. Azorium *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. & Th. Delbene *de Parlamentis, dub.* 4. *ſubſect.* 31. *ex collorario* 7. *ſubcollorario* 3. *num.* 8.

766. De apoſtatis docet Pax Iordanus *num.* 32. poſt Felinum *in cap. Sciſcitatus, col.* 2. *de Reſcript.* Baldum *in cap. ult. de Præſumption.* Pariſium *loco cit. num.* 30. Ego ipſe *ubi proximè, dub.* 6. §. 4. *num.* 6. quatenus adſtrui eaſdem omninò pœnas in jure conſtitutas eſſe contra apoſtatas, (à Fide ſcilicet, de his enim ibi, & in præſentiarum loquimur) ac contra hæreticos. Pro qua adduxi concluſione Azorium *d. lib.* 8. *cap.* 21. *quæſt.* 7. poſt Hoſtienſem, & Ioan. Andr. Adduxi etiam Abbatem *in cap. Præterea, n.* 3. *el* 1. *de Apoſtatis*, Lezanam *tom.* 2. *verbo Apoſtaſia, num.* 2. cum Sanchez *tom.* 1. *oper. Moral. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18. & *verbo Bulla Cœnæ, num.* 8. & *verbo Irregularitas, num.* 61. *circa medium*, cum Suarez *de Cenſuris, diſp.* 42. *ſect.* 2. Toleto *in Summa, lib.* 2. *cap.* 69. *num.* 1. & dicto Sanchez *eod. lib. cap.* 25. *n.* 2. Thomam Delbene *ubi ſupra, ſubcorollario* 3. *num.* 10. *pag.* 89. cum Canoniſtis *in cap.* 1. *de Apoſtatis*, Cajetano *in Sum. verbo Apoſtaſia*, Valentia *tom.* 3. *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 1. & Sylveſtrum *verbo Apoſtaſia, num.* 2. cum Innocentio *in cap.* 1. *de Hæreticis.* Et probavi etiam, tum ratione: quia apoſtata à Fide, hæreticus eſt, & ab eo non differt eſſentialiter, ſed ſolùm tanquam magis, & minùs intra eandem infidelitatis ſpeciem, ut eò loci probavi, *à num.* 49. Tum etiam *ex textu in cap.* 13. *de Hæreticis, lib.* 6. Et quod apoſtatæ incapaces ſint beneficiorum, & Officiorum Eccleſiaſticorum, ex eo ſatis apparet, quod excommunicati ſunt per Paulum Quintum *in conſtit. Paſtoralis, la* 63. *dicti Bullarii, tom.* 3. §. 1. Per Gregorium XIII. *conſtit.* 81. *tom.* 2. *pag.* 462. & per Urbanum VIII. *tom.* 4. *pag.* 115. *conſt.* 62. quas recenſui *d. diſquiſit.* 1. *dub.* 12. *num.* 9. & 10.

Quod incapaces etiam ſint bene- 767.
ficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum ſchiſmatici, docet Pax Iordanus *d. tit.* 21. *num.* 33. cum Rebuffo *de Pacif. poſſeſſ. num.* 236. Abbate *in Rubrica de Schiſmat.* Doctoribus *in cap. Ad abolendam, de Hæreticis.* Pariſio *ſuprà, num.* 18. & 19. Ego ipſe *d. diſq.* 1. *dub.* 7. *diviſ.* 3. *num.* 91. *pag.* 54. cum Baſſæo *verbo Schiſma, num.* 5. cum Sanchez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 36. *num.* 18. Lezana *tom.* 2. *verbo Bulla Cœnæ, num.* 9. Palao *part.* 1. *tract.* 6. *diſp.* 4. *punct.* 6. *à num.* 10. Barboſa *in cap. Fraternitati, el* 2. & *fin. de Schiſmat. num.* 4. Rebuffo *in Praxi, tit. de Modis amittendi beneficia, num.* 29. Peña *in Director. Inquiſitor. part.* 2. *quæſt.* 84. *comment.* 73. Ugolino *de irregularit. cap.* 36. §. 3. *num.* 7. Suarez *de cenſur. diſp.* 43. *ſect.* 2. *num.* 7. Sanctarello *tract. de Hæreſi, cap.* 43. *num.* 12. Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 10. §. 1. *à num.* 16. Azorio *part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. *quæſt.* 8. cum Hoſtienſi, Joan. Andrea, Abbate, & Antonio *in cap. Quia diligentia, de Electione.*

Quod ſimoniaci incapaces etiam 768.
ſint beneficiorum, probat Pax Iordanus *num.* 34. ex *cap. Cùm clerici*, & Abbate *ibi, de Pactis, cap. Nobis, & cap. ſeq. de Simonia*, & Pariſio *loco citato, num.* 20.

Item probat Pax *num.* 35. ſacrile- 769.
gum eſſe incapacem, *ex cap. Venerabilem, de Electione*, Abbate, & aliis *in c. Conqueſtus, in fine, de Foro compet.* Pariſio *num.* 25. & Rebuffo *de Pacifico poſſeſſ. num.* 248. pleniùs elucidante, qualiter procedat. Sacrilegium enim, ait Iordanus, inter magna crimina numeratur, *cap. Quod autem*, 16. *quæſt.* 3.

770. Quod ſortilegi etiam ſint incapaces, probat ſimiliter Pax *num.* 36. ex *cap.* 1. *de Sortilegis*, ubi hæreticis comparantur. Rebuffus *d. tract. de Pacifico poſſeſſore*, *num.* 247. & Pariſius *d. q.* 3. *num.* 22.

Item incapacem eſſe falſarium literarum Apoſtolicarum, probat idem Pax *num.* 37. *ex cap. Ad falſariorum, de Crimine falſi.* Quia propter hoc crimen, præter excommunicationem in Bulla Cœnæ latam, clericus deponitur, & degradatur. Clar. *de Com. lib.* 5. §. *ult. quæſt.* 36. *verſic. Scias etiam.* Pariſius *ſuprà*, *num.* 24. *&* 25. qui aliis citatis, de communi teſtatur.

771. Qui crimine læſæ majeſtatis irretiti exiſtunt, incapaces etiam ſunt beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum. Id firmat Pax *mam.* 38. poſt Rebuffum *de Pacifico poſſeſſ. num.* 246. ex *cap. Felicis, de Pœnis, in* 6. ubi Doctores, & poſt Pariſium *d. lib.* 4. *q.* 3. *num.* 29. de communi teſtantem. Tales enim beneficiis deſervire non poſſunt, & propterea infamia notantur.

772. Banniti à beneficiis arcentur, & collatio illis facta, nulla eſt, eo quòd inſervire eis prohibentur, uti notant apud Jordanum *n.* 39. Abbas *in cap.* 2. *de Arbitr. num.* 4. & Rebuffus *tract. citato de Pacifico poſſeſſ. num.* 249. atteſtans ita fuiſſe judicatum in Senatu Tholoſano anno 1539. Pariſ. *dicta q.* 3. *num.* 42.

773. Et generaliter, de cæteris delictis, quibus ſuſpenſio, vel interdictum incurritur, vel ipſo jure, vel per ſententiam Judicis, idem ſtatuendum erit, per ea, quæ ſuprà notantur, & traduntur communiter à Doctoribus, & ſignanter à Garcia *part.* 7. *cap.* 14.

774. *Tertiò* reſpondeo quæſitui *num.* 747. propoſito, indignos, & inhabiles ad beneficia reddere omnia illa crimina, quæ infamiam inducunt, & irrogant: promovendi enim fama, & opinio in nullo vacillare debet, *cap. laici*, 33. *diſtinct.* nullaque infamiæ nota eſſe reſperſus debet, ad *cap. finale, de Furtis*, Abbas *in cap. Super eo, de Electione.* Coraſius *de beneficiis, part.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Garcia *in ſimili tract. part.* 7. *cap.* 8. *de Moribus, & vita, à num.* 2. *pag. mihi* 64. *tom.* 2. poſt Duarenum *de benefic. lib.* 4. *cap.* 1. & Petrum Gregor. *cap.* 47. *num.* 9. Molinam *de Hiſpan. primogen.* qui allegat etiam *l. unicam, C. de Infamibus, lib.* 10. & *l.* 2. *C. de Dignitatibus, lib.* 12. *cap. Inter dilectos, de Exceſſib. Prælator. & cap. Infamibus, de Regulis Iuris, lib.* 6. Pax etiam Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *à num.* 41. cum dicto Molina *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 7. & Pariſio *lib.* 4. *quæſt.* 3. *num.* 4. plures citante, & de communi atteſtante.

Et procedit reſponſio tam reſpectu dignitatis, quàm beneficii reſpectu: in propoſito enim dignitas pro quolibet accipitur beneficio. Garcia *n* 3. Pax Jordanus *num.* 43. per Abbatem & Doctores *in cap. Super eo, citato, num.* 2. *&* 5. *& in cap. Querelam, de Iurejurando*, Lambertinum *de Iurepatr.* 1. *part.* 2. *lib.* 6. *quæſt.* 9. *art.* 6. *num.* 3. Covarruviam *lib.* 3. *Variar. cap.* 3. *num.* 3. *In propoſito*, conſultò dictum eſt; quia aliàs in ſtrictiori ſignificatione haberi ſoleat dignitas, ut alibi videri poteſt. 775.

Procedit etiam tam de infamia juris, quàm facti: qualibet enim laborans, à promotione repellitur. Garcia *num.* 5. cum Candelabro Aureo *in Appendice tractatus, ſeu cap.* 10. *num.* 3. Unde accuſatus, ſeu denunciatus de aliquo crimine, interim pendente accuſatione, ſeu denunciatione, promoveri non debet. Garcia *num.* 6. ex *l. Reus, ff. de Muneribus, l. Reum criminis, C. de Procurat. l. unica, C. de Reis poſtulatis, lib.* 10. *cap. Si de teſtibus, & cap. Omnipotens, de Accuſationibus*, & ibi DD. Abb. Anania, Felino, & aliis. Romano *ſingul.* 438. Selva *de benefic.* 3. *part. quæſt.* 5. *num.* 31. Corraſio *eod. tract. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 9. *&* 10. Duareno *d. cap.* 1. P. de Baiſio *in Directorio Electionum, cap.* 23. 2. *part.* Navarro *conſil.* 6. *&* 7. *de Accuſationib.* Zerola *in Praxi Epiſcopali, part.* 2. *verbo Concurſus*, §. 1. *& verbo Ordo*, §. 1. Ugolino *de Officio Epiſcopi, cap.* 1. §. 1. *num.* 8. Ego ipſe *in Commentariis ad Conſtit.* 6. *num.* 837. *pag.* 224. 776.

Quod tamen procedit, ait Garcia *num.* 7. quando perſona eſt infamata quoad bonos, & graves homines, aliàs accuſatio non impedit promotionem, ut docent Abbas, Felinus, Romanus, Selva, Baiſius, Navarrus, & Zerola *ibi*, cum Hoſtienſe, & Joanne Andrea *in cap. In criminibus, de Accuſationibus*, communiter receptis, 777.

&

& Manuel Rodrig. *in Sum. tom.* 1. *cap.*105. *num.* 2. Ugolinus *d. num.* 8. & Rota *deciſ.*677. *noviſſimar. Farinacii, n.* 3. & quamplurimos alios cumulat Garcia *n.* 8. *& ſeq.* quos conſultò recenſere omitto, ad prolixitatem vitandam.

778. Eſt autem infamia, *Læſæ dignitatis ſtatus legibus, ac moribus reprobatus.* Quæ certè deſcriptio deſumitur ex oppoſito deſcriptionis famæ, quæ talis eſt: *Vt ſit illæſæ dignitatis ſtatus legibus, & moribus approbatus, qui ex delicto noſtro, authoritate legis vel minuitur, vel in totum conſumitur, l. Cognitionum, §. 1. ff. de variis, & extraordinariis cognitionib.* Ita Pax Iordanus *d. tit.* 21. *num.* 44. cum Farinacio *de Teſtibus, quæſt.* 56. *num.* 1. ubi aliam tradit deſcriptionem, nimirum quod *ſit multorum exiſtimatio de vita, & moribus alterius:* quam etiam adducit Leſſius *lib.* 2. *cap.* 11. *in principio.* Utramque infamiæ deſcriptionem ego ipſe tradidi *in Commentariis ad conſtit. Apoſtolicas, ad* 6. *num.*840. *pag.*225. poſt citatos Doctores, & Lezanam *in Sum. Quæſt. Regul. tom.* 2. *verbo Infamia, num.* 1. dicentem, primam ſe tenere ex parte ipſius perſonæ infamis; ſecundam verò, ex parte illorum apud quos quis eſt infamatus.

779. Fama, & honor differunt in hoc, quòd fama conſiſtit in interna opinione virtutis, ſapientiæ, probitatis, & cæterorum hujuſmodi, quæ tanquam bona, & laudabilia tribuunt poſſidenti famam. Honor autem *eſt exhibitio, ſeu teſtificatio excellentiæ alterius,* ex qua oritur ipſa fama: v.g. ſi quis ſit apud me in opinione ſanctitatis, vel alterius virtutis, opinio hæc dicitur *fama:* ſi autem occurrat mihi, caputque illi aperiam, loco cedam, & aliis externis demonſtrationibus oſtendam illi meam hujuſmodi opinionem, talis exhibitio reverentiæ, *honor* dicitur. Ita Pax *d. tit.* 21. *num.* 45. poſt Leſſium *loco citato, n.* 1. *&* 4. concludentem, famam dum procedit ad extrinſeca, dici *laudem*, vel vituperationem; *honorem* verò, eſſe aliquid majus ipſa *fama*, quia includit eam intra ſe: nam ideo exhibetur honos, quia bona habetur opinio, juxta prædicta. Differt autem fama propriè ſumpta, ab opinione, (ait idem Pax *num.*46.) quia fama non poteſt eſſe niſi publica; cum ſit de eo, quod ab omnibus, vel à majori parte ſentitur: opinio verò poteſt quidem & ipſa eſſe talis, ſed paucorum quoque exiſtere poteſt, & non publica. Joan. Andr. *ad Speculator. lib.* 3. *tit. de notoriis criminibus*, §. 3. *verbo Reprobatur.* Differt item fama à rumore, quia rumor eſt particularis aſſertio, ex incerto auctore, & ſola ſuſpicione proveniens. Pax *num.* 47. ex *cap. Oſius, de Electione, cap. Super eo, de eo, qui cognovit conſanguineam uxoris.* Fama autem eſt communis viciniæ: rumor, paucorum. Fama, publicè propalat: rumor verò non item. Pax Jordanus *num.*47. cum Speculatore *d. lib.* 3. *tit.*4. Differt etiam fama ab opinione communi, quia communis opinio facit jus, *l. Barbarius, ff. de Officio Prætoris*, cum vulgaribus, de quibus Speculator: Fama verò non facit jus; ſtatur tamen illi, donec contrarium probetur. Idem Speculator *lib.*3. *tit. de Notoriis criminibus*, §. 5. *num.* 1. & poſt illum Pax *num.*48.

Infamia, alia eſt juris & alia facti. 780. Juris infamia eſt, *quando jus dicit aliquem eſſe infamem*, ut in caſibus enumeratis *in l.* 1. *ff. de his qui notantur infamia, in cap.* 2. §. *Porrò*, 3. *quæſt.*7. *&* 6. *quæſt.*1. *c. Infames.* Jaſo *in l. Cunctos, num.* 44. *C. de Summa Trinitate.* Farinacius *de Teſtibus, quæſt.*56. *à n.*3. Garcia *de benefic. part.*7. *cap.*8. *à n.*10. & Barboſa *de Poteſt. Epiſc. all'eg.*43. *à num.*1. quos recenſet, & ſequitur Pax Iordanus *num.*49. quos ego ipſe ſequutus fui *in d. conſtit.* 6. *num.* 841. & eis addidi Lezanam *tom.*2. *verbo Infamia, num.* 1. cum Sylveſtro *verbo eod. n.*2. & Toleto *in Summa, lib.*1. *cap.*62. *n.*1. Item, quando nova lege, canone, aut ſtatuto nova indiceretur infamia. Ita Pax *n.*5. cum Iaſone *loco citato*, & Farinacio *num.* 4. Ego ipſe *d. num.* 841. cum Brunore à Sole *in compend. Propoſitionum Iuris, verbo Infamis.* Similiter, quando quis per Iudicis ſententiam diffinitivam de aliquo gravi damnatur crimine. Dixi ego *d. loco*, cum Toleto *ubi proximè*, & cum Suarez *tom.*5. *in* 3. *part. diſp.*48. *ſect.*1. *num* 6. Item, quando reus confitetur crimen in judicio. Dixi *ibidem*, cum noſtro Gregor. Sayro *in Theſauro, lib.*7. *cap.*9. *num.*3. Anton. Naldo *verbo*

Infamia, *num.* 1. Bonacina *de Cenſuris*, *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 2. & Barboſa *in cap. Omnes verò*, *el* 2. 6. *quæſt.* 1. pluribus citatis, & *d. allegat.* 43. Caſus quadraginta & unum, in quibus contrahitur, recenſui *num.* 857. *& ſeq.* & plures alios retuli in ſequentibus, uſque ad numerum 959. qui omnes habentur à pag. 229. uſque ad 250.

781. Infamia verò facti dicitur, *quando apud bonos, & graves* viros eſt opinio de crimine alicujus, quod annexam non habet infamiam de jure, ad textum *in l. Non debet*, *ff. de Dolo*, *& l. Honori*, ubi Doctores, *ff. de Obſequiis*, Gloſſa *in d. cap. Infames*, §. *Porrò*, *verbo Infamia*, 3. *quæſt.* 7. Baldus, Imola, & Felinus *num.* 13. *in cap. Teſtimonium*, *de Teſtibus*. Farinacius, plures allegans, *d. quæſt.* 56. *num.* 6. Garcia *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 12. *pag. mihi* 65. Barboſa *d. allegat.* 43. *num.* 10. quos, & concordantes apud eos, ſequitur Pax Iord. *num.* 51. & ego ipſe ſequutus fui *ubi proximè*, & addidi Naldum *loco citato*, Lezanam *part.* 1. *cap.* 27. *num.* 6. & Raggium *de Regimine Regular. centur.* 1. *part.* 3. *dubit.* 6. *num.* 2. Iſta infamia facti, infamatio dicitur à Gloſſa *in cap. Omnes*, 6. *q.* 1. apud Iordanum.

782. Tertia infamiæ ſpecies datur, mixta ſcilicet, ex utraque præcedenti reſultans, quando ſcilicet eſt opinio de crimine, ipſo jure infamiam irrogante: tunc enim erit infamis de jure, & de facto. Ita Pax Jordanus *num.* 52. & ego *dicto num.* 841. *in fine.*

783 Quarta infamiæ ſpecies eſt *Canonica*, quæ ab illis incurritur, qui impœnitentes in peccato mortali perſiſtunt: de qua loquuntur *cap. illi*, *qui illa peccata*, *el* 3. *& cap. Infames*, *el* 16. 6. *quæſt.* 1. ubi Gloſſa *verbo Fures*, ait: *Ex hoc capitulo patet*, *quod omne crimen infamat*, *ſecundùm Canones*. Pax Jordanus *d. tit.* 21. *num.* 69. pluribus citatis, nimirum Abbate *in cap. Teſtimonium*, *n.* 6. *verſ.* 2. *Infamia*, Felino *num.* 11. Imola *num.* 7. Boch. *num.* 16. *de teſtibus*, Farinacio *quæſt.* 16. *de Teſtibus*, *num.* 24. & Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 3. *verſic. ſed quidnam*, ubi ait, quod dixi infamiam incurri à perſiſtentibus in peccato mortali. Addit tamen Farinacium *de Falſitate*, *quæſt.* 160. §. *Infamia*, *num.* 153. docentem, quod taliter infamis non repellitur à dignitate, beneficio, teſtimonio, & cæteris, à quibus arcentur infames de jure civili, eo quòd infamia canonica ſit tantum quædam ſequela, & concomitantia peccati, quæ tollitur, & aboletur cum ipſo peccato, per pœnitentiam.

Infamia juris, alia contrahitur ipſo 784.
facto, hoc eſt illico, & ſtatim ut quis factum patravit, cui de jure infamia annexa eſt, ut in exemplis propoſitis *ad l.* 1. *ff. de His*, *qui notantur infamia*, in parte priori: alia verò contrahitur tantum per ſententiam ſuper tali facto, ut in poſteriori parte ejuſdem legis. Pax Jord. *d. tit.* 21. *num.* 53. cum Farinacio *d. quæſt.* 56. *num.* 6. Barboſa *allegat.* 43. *num.* 13. & cum aliis apud eos. Ego ipſe *ad d. Conſtitut.* 6. *num.* 843. quò loci dixi, Barboſam ibi poſt Iaſonem *in l. Cunctos populos*, *lect.* 2. *num.* 44. *C. de Summa Trinitate*, & poſt Antoninum *in* §. *Ex quibuſdam*, *poſt num.* 9. *Inſtitut. de Temerè litigante*, dicere, quod licet notentur infamia ii, quos lex infamat, eo ipſo, quod aliquid commiſerunt; tamen ut hujuſmodi juris infames patiantur eoſdem illos effectus, quos ipſamet infamia parere ſolet, oportet quod ſint de crimine in judicio confeſſi aut convicti. Allegat *cap. Teſtimonium*, *de Teſtibus*, Farinacium *in Praxi*, *part.* 2. *q.* 56. *num.* 5. *&* 18. Suarez *tom.* 5. *de Cenſuris*, *diſp.* 48. *ſect.* 1. *num.* 8. *&* 9. Greg. Sayrum *eod. tract. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 3. Bonacinam ſimiliter *de Cenſuris*, *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 2. Sigiſm. à Bononia *de Elect. dub.* 86. *num.* 1. *verſic. Ad hanc*, & alios. Vel ſaltem incurruntur, poſtquam fuerit accuſatus, durante accuſatione, & priuſquam ſe innocentem probaverit. Raggius *ſuprà*, Aſcan. Tambur. *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 21. *num.* 6. idem Pax *num.* 54. Barboſa *loco citato*, *ex cap. finali*, *de Teſtibus*. Garcia *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. *tom.* 2. *pag. mihi* 64. Qui id intelligunt, quando accuſatus eſt infamatus apud bonos, & graves viros, aliàs accuſatio promotionem non impedit. [De quo etiam videantur Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 4. Emmanuel Roderiq. *2Q. Regular. tom.* 2. *quæſt.* 51. *artic.* 11. *verſic. Ad primum*, *& quæſt.* 56. *art.* 1. & Molfeſius *in Summa Theolog. Moral. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 30.

Ut quis tamen dicatur infamis in- 785.
famia

famia juris, requiritur ut præcedat ſententia declaratoria de crimine famoſo, quod infamet, *ex l. Furti, ff. de His qui notantur infamia*, Pax Jordan. *n.* 55. qui ait ſic deciſum fuiſſe *in Bononienſi Teſtamenti*, 1. *Junii* 1555. *coram Auguſtino*, relata per Caputaquenſ. *deciſ.* 90. *Infamia, part.* 2. quod etiam dicit Barboſa *d. allegat.* 43. *n.* 14. qui allegat Homobonum *de Examine Eccleſiaſtico, tract.* 12. *cap.* 3. *quæſt.* 7. *ſupp.* 2. & Sigiſm. à Bononia *de Elect. dub.* 86. *num.* 6. quos ego ipſe adduxi *ad conſtit.* 6. *citatam, ſub num.* 843. & ultra eos, Illuminatum Moronum *reſp.* 92. *num.* 12. & Aſcan. Tamburinum *d. num.* 2. Quocirca *in Diſquiſitionum tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 13. *num.* 109. dixi cum pluribus, quos ibi recenſui Doctoribus, pœnam infamiæ juris, quæ ipſo jure inflicta eſt hæreticis, & aliis ibi relatis, ab illis non incurri ante ſententiam criminis declaratoriam. Immò *in d. conſtit. num.* 844. addidi cum Iordano *num.* 56. & cum Barboſa *num.* 16. poſt Lanfrancum *in cap. Quoniam, num.* 72. *de Probationib.* quod dum prætenditur incurſa hæc infamia vigore alicujus ſententiæ, debeat illa actualiter exhiberi, ita ut non ſufficiat teſtibus probari, illam fuiſſe latam. Addo nunc eundem Barboſam *in collectan. ad cap. Infamibus, n.* 5. *el* 87. *de Regulis Iuris, lib.* 6. Unde ex eo quod quis probaretur ductus ad furcam, ut ſuſpenderetur, non diceretur probata ſufficienter infamia, niſi ſententia producatur. Pax, & Barboſa *locis modò citatis*, ex Rota *in d. Bononienſi*. Et Barboſa *num.* 15. *ad finem*, advertit etiam, quod nec damnatus ad pœnam fuſtigationis, & de facto fuſtigatus, ex cauſa tamen non vera, vel non juſta, infamiam incurrit. Allegat Molfeſium *in Sum. Moral. tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 14. id docentem per legem *Ictum fuſtium, ff. de iis, qui notantur infamia.*

786. Unum docet Pax *d. tit.* 21. *num.* 57. notâ dignum, quod quamvis per ſtatutum pœna juris alteretur, delinquens infamiam incurrit in caſibus, in quibus aliàs incurritur; ſecus in ſententia judicis: nam quoties aggravat pœnam juris, præſervat ab infamia reum. Allegat Baldum *ad Specul. lib.* 2. *tit. de Sententiis, part.* 2. *§. ult. verſic. Sed quid ſi ſtatutum, col.* 4. *ad medium*, citata *l. Qui ſepulchra, C. de Sepulchro violato.* Econtra Iudex minuendo pœnam Iuris abſque cauſa, eaque ſaltem generaliter non expreſſa in ſententia, ipſe infamis efficitur. Hoſtienſis *in cap. De cauſis, de Officio Delegati*, per *l. Servos, C. Ad leg. Iuliam de vi publica.* Et refert Romanum *ſingulari* 9. dicentem, quod judex punietur eadem pœna, qua reus deberet puniri, *l. Nulli hæreticorum, C. Ne ſanctum baptiſma iteretur.* Felinus *in cap. Qualiter & quando, de Accuſationib. num.* 44. Petrus Filer. *in Praxi criminali can.* 3. *part. cap.* 33. *num.* 149. & concludit Pax dicens: Hinc fortè Praxis inolevit ponendi in ſententiis verba ſequentia, *Mitius tamen agendo, juſtis ex cauſis animum noſtrum moventibus*: nimirum ad evitandam infamiam ex diminutione pœnæ provenientem. Sed hæc in praxi parum attendi ſolent; væ enim Iudicibus, ſi minuendo pœnam ſine cauſa, reputarentur infames: heu quot eſſent ſine fama! Hæc doctiſſimus Pax Iordanus.

Differunt inter ſe infamia juris, & facti: 787. *Primò*, quia infamia juris occulta eſſe poteſt. Pax Iordanus *n.* 58. cum Felino *in cap. Teſtimonium, n.* 15. *de Teſtibus*, & Barboſa *ubi ſuprà, n.* 18. Nicolaus Garcia *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 17. cum Baldo *in d. cap. Teſtimonium*, Paulo de Caſtro *in l. Improbum fœnus, C. ex quibus cauſis infamia irrogetur, n.* 1. & cum Suarez *tom.* 1. *diſp.* 48. *ſect.* 1. *n.* 13. qui dicunt hanc ſententiam veriorem eſſe contrariâ, quam tenent Alphonſ. à Caſtro *de lege Pœnali, cap. ult.* Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 2. & Henriq. *in Sum. lib.* 14. *cap.* 1. *num.* 3. quorum ſententiam poſſe procedere addit Garcia *num.* 19. de æquitate canonica, aut ſaltem, quod non habeatur in conſideratione talis infamia ex delicto occulto proveniens, *ex cap. Ex tenore, & cap. fin. de temporib. ordinat.* donec delictum ſit detectum per ſententiam, vel aliàs publicum: & quidem hoc verum credo, & conſonum ſuprà dictis *num.* 785. Vide me ipſum *in commentariis ad conſtit.* 6. *num.* 846. *pag.* 227.

Secundò differunt; nam infamia juris, 788. non ſolum impedit promoveri, ſed etiam removere facit promotum, *l. Infamia, C. de Decurionibus, & filiis eorum,*

rum, lib. 10. *l. Iudices, C. de Dignitatibus, lib.* 12. Pax Iordanus *d. tit.* 21. *num.* 59. cum Covarruv. *Practicar. cap.* 19. *concluſ.* 5. Barboſa *allegat.* 43. *num.* 19. Gloſſa, Dyn. & aliis, *in cap. Infamibus* 87. *de Regulis Iuris, in* 6. Nicol. Garcia *d. cap.* 1. *num.* 33. *ex d. l. Infamia*, ibi, *Adimit:* quod verbum eſt præſentis temporis, & importat idem quod, *ipſo jure: & ex l.* 2. §. *Miles, ff. de his, qui notantur infamia.* Romano *ſingulari* 74. *Fuit à me quæſitum.* Abbate *in cap. Querelam, num.* 3. *de Iurejurando*, Additione Dyni *in d. c. Infamibus* 87. *de Regulis juris, verbo Infamia*, Ripa *in cap.* 2. *de Reſcriptis, num.* 18. & Sylveſtro *verbo Infamia, num.* 15. D. Barboſa *in d. cap. Infamibus, num.* 3. quò loci allegat Tiraquellum *de Nobilitate, cap.* 8. *num.* 7. *& cap.* 15. *num.* 30. & Barboſam *in l. Cum Prætor*, §. *ult. num.* 182. *ff. de Iudiciis.* Sanchez *tom.* 1. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 27. Vide me ipſum *in d. Conſtit.* 6. *num.* 847.

789. Infamia verò facti, licèt repellat quem à dignitatibus, & beneficiis habendis, non tamen à quæſitis. Pax Iordanus *ſub d. num.* 59. cum Campanile *rubrica* 18. *cap.* 18. *num.* 5. *in fine*, Garcia *num.* 36. cum Covarruv. *lib.* 2. *Variar. cap.* 8. *num.* 4. Pariſio *conſ.* 88. *n.* 6. Abbate, & aliis *in cap. At ſi Clerici, de Iudiciis*, & Duareno, dicentibus quod licet hæc infamia inhabilitet ad obtinendas dignitates, & beneficia, obtentis tamen non privat: & inhabilitas ad obtinenda, non privat obtentis, ait Garcia *d. num.* 36. ex Gloſſa *in Clement.* 1. *de Pœnis*, *verbo Obtinenda*, quam ſequuntur *ibi* Imola *num.* 18. Bonifacius *num.* 54. Cardinalis §. *Ipſius quæſtionis, num.* 2. Th. Sanch. *n.* 28. Idem ait Barboſa *in d. cap. Infamibus, num.* 4. *el* 87. *de Regul. Iuris, lib.* 6. poſt Henriquez *lib.* 13. *Sum. cap.* 38. § 3. *in medio*, Campanilem *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 18. *cap.* 18. *n.* 5. *in fine, modò citat.* Advertunt tamen Barboſa, Pax *locis citatis*, & Nicolaus Garcia *n.* 137. expreſſiùs, quàm alii, dicens: Id procedit in dignitatibus, & honoribus, citra titulos beneficiales: ſecus verò in beneficialibus, quia non eſt textus hoc dicens. Unde hæc pœna ſpecialis privationis ipſo Jure imponi non debet, ex quo Jure Canonico non cavetur expreſſe, ad Gloſſam *in cap. finali, de Iurepatr.* communiter approbatam (eſto infamis infamiâ juris regulariter veniat privandus.) Ita Abbas *in dicto cap. Querelam, num.* 3. ſequitur Felinus *ibi, num.* 2. *&* 3. & *in cap.* 2. *de Reſcriptis, ſub num.* 3. & Duarenus *ſuprà*, Sylveſter *num.* 5. & Armilla *num.* 4. *d. verbo Infamia*, quamvis Ripa ſit dubius. Et eſt Deciſio Rotæ apud Farinacium 134. *num.* 2. & tradit idem Farinacius *lib.* 5. *qq. criminal. quæſt.* 160. *num.* 157. Hæc Garcia, de quibus vide, ſi placet, me ipſum *d. num.* 847. *ad Conſtit.* 6.

Tertiò differunt, quia infamia ju- 790.
ris per Principem aboleri poteſt: Pax *num.* 60. & Sfortia Oddus *de reſtitut. in integrum, part.* 2. *quæſt.* 92. qui *artic.* 4. tractat de Papa, & Cardinalium Collegio: *art.* 5. de Epiſcopo: *art.* 6. de Inquiſitore contra hæreticam pravitatem: *art.* 8. de Senatu Romano: *artic.* 9. de Duce, Marchione, & cæteris Dominis temporibus. Infamia verò facti tolli ab ipſis non poteſt, eo quòd hominum opinio de bonitate, vel malitia alicujus, non valet ab aliquo etiam ſupremo Principe auferri: ipſe enim Princeps facere nequit, ut homines credant illum eſſe bonum, quem credunt, & volunt habere pro malo. Immò à ſolo Deo infamia facti aboleri poteſt, ut docet Romanus *ſingul.* 460. *Dubitatio eſt magna*, Barboſa *alleg.* 43. *num.* 20. Abbas *in cap. Cùm te, num.* 9. & ibi Felinus *n.* 10. *de Re judicata*, & alii multi apud eundem Sfortiam Oddum *de Reſtitut. in integrum, d. quæſt.* 92. *art.* 4. *num.* 34. & Farinacium *tom.* 1. *de Inquiſit. quæſt.* 6. *num.* 45. *verſic. In propoſito:* qui quidem Sfortia, & Farinacius videntur ſentire, quod Princeps tollere poſſit infamiam quoque facti, ſi hoc ei placeat, & exprimat, ut per Afflictum *in tit. Quæ ſit prima cauſa beneficii amittendi, num.* 99. *gloſſa* 3. & per Aym. *conſ.* 168. *num.* 1. *&* 2. De his ego ipſe egi *ubi ſuprà, num.* 848.

Concordat tamen Pax *n.* 62. utrum- 791.
que placitum inter ſe, ut ſcilicet poſſit Princeps tollere, quoad Iuris effectum, infamiam facti, ſed non quoad hominum opinionem. Et ita voluit (ait) Rota *in Gadicenſi Canonicatus, Lunæ* 2. *Iulii* 1587. *num.* 4. quæ eſt *deciſio* 51. *inter criminales, relatas per Farinacium poſt conſilia ſua:* idemque docere ait Ioan. Harprectum *in* §. *In Summa,*

Summa, num. 141. *Inſtitutione de injuriis.* Hanc concordiam fui ego ipſe ſequutus *ad d. Conſtitut. 6. num.* 849.

792. Tollitur tamen hæc infamia facti, & quidem citra omne dubium, contrario facto: hoc eſt, ſicut hominum oblocutione procedit, ita contrario eorum dicto deletur. Ita Pax *num.* 63. cum Abbate *in d. cap. Cum eo, num.* 9. *de ſentent. & re judicata.* Campanile *d. cap.* 18. *num.* 5. *in fine*, & Barboſa *d. allegat.* 43. *num.* 21. quos, Filliucium, Suarez, Bonacinam, & Sigiſmundum à Bononia *de Electione, dub.* 7. *num.* 7. ſequutus fui *ubi proximè, num.* 852.

793. Tollitur etiam per emendationem criminis, & laudabilem vitam contrariam per triennium: qui enim ab improbè factis tanto tempore abſtinuit, & honeſtis, & rectis operibus ſe exercuerit, priorem infamiam delevit, & bonam recuperavit; quia tunc præſumitur emendatus, & purgatus. Sic Pax *num.* 64. ex *Authentico de Monachis*, §. *Hinc autem nobis*, Corſet. *ſingul.* 226. Romano *ſingul.* 236. Felino *in cap. Cùm deputati, in principio, de Iudiciis*, Maſcardo *de Probationib. concluſ.* 466. *num.* 10. Barboſa *alleg.* 43. *num.* 25. Alciato *de Præſumpt. regula* 20. *part.* 7. & *ex præcitata Rotæ Deciſione in Gadicenſi, num.* 10. Ego ipſe *in d. conſtitut. 6. num.* 853. cum præfatis, additis Tamburino *de jure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 27. *quæſt.* 7. *num.* 11. & Brunore à Sole *in Compendio Propoſitionum juris, verbo Triennalis.* Ratio autem concluſionis eſt, quia emendatus de crimine, cenſetur novus homo, & integer. Jordanus *n.* 65. cum Barbat. *conſ.* 40. *col.* 2. *verſic. Tertiò ſi opponitur, volum.* 3. Maſcardo *concl.* 465. *num.* 7. Non enim in eo deſpici debet, quod fuit; quia jam incipit eſſe, quod non fuit, *cap. Ferrum*, 50. *diſt.* ubi latè Gloſſa, & *cap. Inter, de Purgatione canonica*, & Rota *in d. Gadicenſi, num.* 9. ubi ulteriùs dicit, quod ſi populus poſt hujuſmodi emendationem, & longam laudabilem converſationem adhuc non ceſſaret à mala opinione, & à ſcandalo paſſivo, non eſſet habenda ratio hujus ſcandali, *ad cap. Qui ſcandalizaverit, de Regulis Iuris.* D. Thom. 3. *part. quæſt.* 49. *art.* 2. Clar. *lib.* 5. §. *fin. Practica criminalis, quæſt.* 21. *num.* 1. *in fine*, ubi apud Jordanum *num.* 65. *citato*, ait quod qui per triennium probaverit ſe honeſtè, & laudabiliter vixiſſe, propter malam famam præcedentem, non gravabitur in aliquo, neque cogetur ad aliquam expurgationem: quod eſſe notandum dicit.

Hæc tamen doctrina duas limita- 794.
tiones admittit, ut dixi ubi ſuprà, *num.* 854. *& ſeq.* ut ſolùm procedat in infamia facti, non verò in juris infamia; qui enim crimen admiſit annexam habens infamiam, ſi condemnetur in judicio, aut illud judicialiter confiteatur, ita ut infamiam contrahat, ad tradita *hic num.* 785. quantumcunque in poſterum benè, & laudabiliter vivat, & quidem non ſolùm in triennium, ſed ſemper, nunquam famam recuperabit ſine Judicis authoritate. Pax *num.* 66. poſt Azorium *part.* 3. *lib.* 13. *cap.* 6. *quæſt.* 8. *verſ. Si verò quæras:* qui benè limitant ad condemnationem ritè factam; quia ſi per calumniam, falſis probationibus, aut alia iniqua ſententia ſit condemnatus, non prohibetur, ſaltem quoad juris effectum, propriam recuperare famam, per laudabilem vitæ converſationem, eo quòd non fuerit juſtè, & cum effectu juridicè ſua fama ſpoliatus. Et addit, quod poſſit hoc aſſignari pro quarta differentia inter infamiam juris, & facti.

Secunda limitatio eſt in perjuro, 795.
qui per triennalem vitæ emendationem, & laudabilem ſuam converſationem infamiam per perjurium contractam non abolet, in ſententia Barboſæ *allegat.* 43. *num.* 14. per textum *in cap. Teſtimonium, de Teſtibus.* Viſc. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 133. *verſ. Immò dic.* Maſcard. *de Probation. concl.* 1198. *à n.* 16. & Rebuff. *de Reprobatione teſtium, num.* 399. In ſententia tamen Farinacii *de Falſitate, quæſt.* 160. §. *Infamia, num.* 174. poſt multos alios, quos recenſet penes Pacem Jordanum *n.* 67. bona triennalis converſatio, perjurii abolet infamiam: quæ ſententia vera videtur ipſi Iordano reſpectu infamiæ, ut hæc deleatur per emendationem, & conſequenter obtinere poſſit beneficia; ſecus reſpectu teſtimonii, & fidei habendæ ejus dicto. Hæc ibi Doctor iſte. Numero autem 95. circa

hoc,

hoc, prout ſequitur, ſuam mentem explicat.

796. Sublimita cum eodem Farinacio, & pluribus aliis à ſe citatis *eodem loco, num.* 162. *& ſeqq.* tribus modis ſuperiùs dicta. *Primò*, ut ad incurredam infamiam præfatam requiratur ſententia Judicis declaratoria, ut ibi per eum. Quod etiam docet Leſſius *lib.* 2. *tit. de Iur. dub. ult. c.* 42. *num.* 74. (ſic ille; cum dicere, ut credo, deberet, *lib.* 2. *de Iuſt. & jure, cap.* 42. *dubitat. ult. n.* 74.) poſt Covarr. & alios, dicentes, perjurum non effici irregularem ex hac infamia, niſi ſequuta ſententia Iudicis condemnatoria delicti, aut facti declaratoria: ſine ſententia verò, per ſolam vitæ emendationem, per oblivionem, & ſoli mutationem tollatur. Et iſta poterit eſſe melior concordia opinionum, de quibus *ſuprà, n.* 67. quod infamia perjurii non aboleatur vitæ emendatione, nimirum ut procedat interveniente ſententia prædicta: contraria verò, quod tollatur, habeat locum, ſententia non interveniente. Hactenus Pax *d. num.* 95. qui pro hac reconciliatione opinionum, ut notavi *ſuperiùs ad Conſtitutionem* 6. *num.* 855. *verſic. Ipſe tandem*, ſupponit ex *num. ſuo* 92. ejuſdem Farinacii ſententiam *de Falſitate, quæſt.* 160. *num.* 188. ubi plurimos recenſet de communi teſtantes, & ſuſtinentes, quod non ſit infamis, niſi in caſibus in jure expreſſis, infamiâ ſcilicet juris. Et *à num.* 162. docentis, quod requiratur ſententia Judicis, ut incurratur à perjuro infamia juris. Quod mihi mirum non eſt, cum dixerim *in Diſquiſit. tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 12. §. 2. *à num.* 11. cum pluribus quos allegavi *ibi, dubio* 13. *num.* 109. *pag.* 109. pœnam infamiæ à jure irrogatam hæreticis, credentibus, defenſoribus, fautoribus, & receptatoribus eorum, & apoſtatis à Fide, non incurri ab eis ante ſententiam Iudicis, criminis declaratoriam.

797. Secundò limitat ſententiam ſuam Pax *num.* 69. dicens: Secundò limita, quando contravenerit ſoli juramento, non autem promiſſioni, prout contingit in juramento aſſertorio. Idem Farinacius *num.* 167. ubi concordantes. Tertiò denique limitat *num.* 170. ut tunc demùm juramentum promiſſorium inducat infamiam, quando appoſitum fuit in contractu, & per modum pacti; ſecus his ceſſantibus, verbi gr. ſi quis juraſſet comedere carnes, & ſimilia: nam contraveniendo, non incurreret infamiam. Opus eſt itaque ad hunc effectum, quod violatio juramenti ſit alicui præjudicialis, ut plenè per ipſum Farinacium, & per Seraphinum *de Privilegiis juramenti, privileg.* 174. *num.* 7. & per alios ibi citatos.

Emendatus etiam præſumitur, qui 798.
delictum occultè commiſit, & Sacerdoti confeſſus eſt. Pax *tit.* 21. *num.* 68. cum Maſcardo *de Probation. concl.* 465. *num.* 7. declarando tamen cum eodem *concl.* 600. *num.* 10. dummodò exterior interveniat ſatisfactio; alioquin ſola contritio, & confeſſio, abſque ſatisfactione, ſatis non eſt ad probandum quèm eſſe emendatum. Repetit Barboſa *allegat.* 43. *num.* 23. Idemque procedit (addit) ſine controverſia in infamia canonica. Gloſſa *in cap. illi qui,* 6. *quæſt.* 1. Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 3. *verſic. Canonica.* De qua ſuprà *num.* 783. nonnihil diximus: de qua *in cap. Illi qui,* 6. *quæſt.* 1. ſic habetur: *Illi, qui ea peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus*, Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur, *valdè cavendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntariè venire noluerint, compellendi; quia infamiæ macula ſunt aſperſi, niſi eis Sacerdotali authoritate ſubvenium fuerit. Similiter & illi, de quibus ipſe ait*, Cum hujuſmodi nec cibum ſumere; *quia infamia ſunt notati, antequam Sacerdotali authoritate curentur, & gremio Sanctæ Matris Eccleſiæ redintegrentur.*

Concluſio & doctrina tradita *ſuprà,* 799.
num. 740. de eo quod beneficia conferenda non ſint criminoſis, ampliatur *ſecundò*, ut procedat etiam reſpectu reſignationis coram Summo Pontifice, niſi ipſe particulariter diſpenſaverit; quia ſicut ejuſmodi prohibentur beneficia conſequi ſimpliciter; ſic etiam per reſignationem. Ita Pax Jordanus *num.* 98. cum Pariſio *de Reſignatione, lib.* 4. *quæſt.* 3. *per totam*, cum ibi adductis per eum, duo atteſtantem. *Primò*, quod ex communi Curiæ ſtylo, ſi exprimatur, reſignatarium eſſe criminoſum ex re depoſitione digna, non ſignatur ſupplicatio: ſi autem ſubticeatur, ſolet diſtingui, quod ſi crimen illum reddat indignum, nulla ſit reſigna-

tio:

tio: ſi verò indignum non reddat, ſuſtineatur, ex authoritatibus ab ipſo plenè cumulatis. Quæ autem ſint crimina, quæ reddant indignum, & quæ non, proſequitur *d. quæſt.* & nos ſuperiùs percurrimus.

800. Immò, quamvis Papa ſciat inhabilitatem, & admittat renunciationem ad favorem inhabilium, non præſumitur cum illis diſpenſare, niſi expreſſerit, ut idem Pariſius ait *eodem loco, num.*63. propter regulam Cancellariæ 46. quæ ſic habet: *Item per quamvis ſignaturam in quavis gratia, nullatenus diſpenſatio veniat, niſi dicta gratia totaliter effectum hujuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur:* quod valdè notandum dicit idem Pariſius, eo quòd contrarium communiter volunt Doctores, dicentes Papam, & Principes ſupremos promovendo inhabilem, cenſeri cum eo diſpenſare. Felinus *in cap. Cùm inter, col.*1. & 2. *de exceptionibus*, ubi Decius *num.*14. & 20. Cardinalis Pariſius *num.*9. Gabriel *de Præſumptionibus, concl.*7. & concordantes. Hæc Pax Jordanus *num.*99. & 100. qui *num. ſeq.* ſic proſequitur. Quæ verò diximus de proviſione Papæ, & reſignatione, accipienda ſunt etiam de cæteris collationibus. Lancellottus quidem *de Attentatis*, 2. *part. cap.* 5. *num.* 27. *cum duobus ſeqq.* ex Calderino *conſil.*20. *de Præbend.* docet impetrationem beneficii factam per inquiſitum de aliquo crimine diffamatum, non facta mentione inquiſitionis, invalidam eſſe. Caputaquenſ. *deciſ.*7. & 135. *part.*1. id reſtringit, quando Papa confert motu proprio; ſecus ſi ad partis inſtantiam. Sed Garcia *d. part.*7. *cap.*8. *num.* 13. & *ſeqq.* generaliter ſentit cum Felino, Rota, Bellamera, & Navarro, eſſe invalidam, reſpondendo fundamentis partis contrariæ. Et quatenus idem Felinus *in d. cap.*2. *de Reſcriptis, num.* 5. & *alibi*, & Calderinus *loco citato*, limitant quando proviſio criminoſo, vel infami fit virtute literarum ad beneficia, advertit eſſe intelligendos de literis ad vacatura, non ad vacantia, propter maximam illorum odioſitatem; ſecus in aliis etiam motu proprio emanatis. Similiter quod ait Menochius *de Arbitrariis, d. caſu* 201. *num.* 3. & *ſeq.* crimen, quod reddit indignum, narrandum eſſe Papæ; ſecus ſi non reddat indignum, intelligendum eſſe de crimine, quod reddit inhabilem, non de aliis reddentibus tantùm indignum. Idem Garcia *num.*58. poſt alios concordantes. Hucuſque Pax Iordanus.

SECTIO X.

De literatura, & ſcientia neceſſaria in iis, qui ad beneficia, & ad dignitates Eccleſiaſticas promovendi ſunt.

801. DEcima qualitas, quæ deſideratur in his, qui ad Eccleſiaſtica beneficia ſunt promovendi, eſt ſcientia literarum, *cap. Cùm in cunctis, de Elect. cap. Grave nimis, de Præbend. Clement.*1. *de ætate, & qualit.* Concil. Trident. *ſeſſ.*23. *de Reform. c.*4. 11. 13. & 14. & *ſeſſ.*24. *cap.*18. *de Reformat.* & *alibi.* Doctores in juribus citatis, ſignanter Barboſa *in collectan. in Concilium, ad d. cap.*11. *num.*2. *ad cap.*13. *num.*2. & *ad cap.*18. *num.*59. 117. 118. 126. 129. & ſæpè alibi. Pax Iordanus *tom.*2. *lib.*10. *tit.*22. *num.*1. cum Pariſio *de Reſignat. lib.*4. *quæſt.*4. & *q.*11. Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 4. *à num.*6. Menochio *de Arbitrar. caſu* 425. & omnibus. Nicolaus Garcia *de Benefic. part.*7. *cap.*7. *pag. mihi* 58. *tom.*2. ego ipſe *in commentariis ad Conſtitut. Apoſtolic. conſtit.*6. *num.*960. & *ſeqq.* Et deſideratur literatura in promovendis, quia circa ſpiritualium adminiſtrationem, ad quam collatio tendit beneficiorum, eo quòd dentur propter officium, eſt potiſſimùm neceſſaria, & illiterati etiam ab Ordinibus repelluntur. Garcia *num.*1. *ex cap. Præcipimus*, 4. *diſt. cap. Illiteratos*, 36. *diſt. cap. Pœnitentes*, 35. *diſt.* & *ex cap. finali, de Temporib. ordination. in* 6. De literatura, & ſcientia ad beneficia, & ad Ordines requiſita, videndi etiam veniunt Imola, Cardinalis Zabarella, & Bonifacius *in d. Clement.*1. Albertus Trocius *de vero, & perfecto Clerico, lib.*2. *cap.*33. & *ſeqq.* Selva *de benefic. part.*3. *quæſt.*5. *à num.* 1. Rebuffus *in Praxi benefic. tit. Requiſita ad collationem bonam, à num.* 42. & *tit. de Pacificis poſſeſſoribus, num.*261. *aliàs* 213. Lambertinus *de jurepatr.* 1. *part. lib.*2. *q.*9. *art.*24.

art. 24. Coraſius *de benefic.* 3. *part. cap.* 3. Joan. Nicol. Gimonteus *tit.* 11. *cap.* 7. *à num.* 10. Duarenus *lib.* 4. *cap.* 2. Petrus Gregor. *cap.* 37. *à n.* 3. Quintana Dueñas *lib.* 1. *Eccleſiaſticôn, cap.* 65. *à num.* 12. *uſque ad finem*, Bernard. Diaz *in Pract. criminali, cap.* 21. & ibi Salzedo, Navarr. *in cap. Si quando, de Reſcript. excepti.* 12. *cum ſeqq. uſque ad* 18. *& in Sum. cap.* 27. *num.* 205. Hojeda *de Incompatibilitate benefic.* 1. *part. cap. fin. à num* 28. Menochius *de Arbitrar. lib.* 2. *caſu* 425. Villadiego *de Irregularit. cap.* 15. Ugolinus *eod. tract. cap.* 3. §. 2. Pariſius *de Reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 4. *à n.* 2. *lib.* 5. *àn.* 67. Zerola *in Praxi Epiſcopali*, 1. *part. verbo Ordo*, Sylveſter *verbo Clericus* 2. §. 1. Soto *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 4. Henriq. *in Sum. lib.* 10. *cap.* 16. §. 2. Roderiquez *tom.* 1. *Sum. cap.* 162. *& tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 24. *art.* 7. Candel. Aur. 2. *part. tit. de ſuſpenſione, à num.* 85. Ludovicus Lopez *Inſtruct. conſcientiæ* 2. *tom.* 2. *p. cap.* 24. Petrus Ledeſma *in Sum. de Sacram. Ordinis, cap.* 7. Sayr. *de Cenſuris, lib.* 6. *cap.* 13. *à num.* 4. Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſſa* 4. *à num.* 60. Leſſius *de Iuſt. & jure, lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 24. Azorius 2. *p. lib.* 6. *cap.* 6. & Gabr. Vazq. *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 246. *cap.* 6. quos omnes, & Concilium 4. Mediolanenſe ſub S. Carolo Borromeo, recenſet Garcia *d. cap.* 7. *num.* 3.

802. Litteratura, & ſcientia, juxta ſubjectam materiam capitur, ut bene Pax Jordan. *d. tit.* 22. *num.* 3. cum Menochio *caſu* 425. *à num.* 9. Sed quoad rem noſtram attinet, triplicem diſtinguunt cum Innocentio *in cap. Cùm in cunctis, num.* 1. *de Electione*, Abbate, & aliis communiter. Alia dicitur *Eminens*, per quam quis difficillimas quaſque quæſtiones definire, & explicare novit ex tempore, & ſine librorum revolutione: quod vix in profeſſione legali contingere poſſe, ſcribit Pax poſt Pariſium *de Reſignat. quæſt.* 11. *num.* 24. Unde proverbialiter dicitur: *Bartolus interrogatus de mane, reſpondebat ſero:* ſignificando, quod non reſpondebat ex improviſo, aut ſine librorum adjumento: ideo multò minùs præſtabunt alii, quoniam ipſe eſt pater Legiſtarum, atque magiſter. Verba ſunt omnia Pacis Jordani *num.* 5. & quidem maximè, valdeque notanda; quia ſi pater, & magiſter Legum Civilium ex improviſo reſpondere legalibus quæſtionibus, & ſine librorum revolutione non audebat, & fortaſſis non poterat, ut tantum decebat Doctorem, quid dicemus de Eccleſiaſticis profitentibus ſcientiam ſcientiarum, regimen animarum, quos peritos eſſe convenit in Iure Divino, & Canonico, cujus deciſiones non rarò per nova Decreta & Extravagantes Summorum Pontificum, experientia teſte, alterantur, & mutantur. Unde Peyrinus *de Privileg. tom.* 1. *ad Conſtit.* 2. *Clement. VIII. num.* 3. dixit: *Quæ tamen quia de mente Pontificum, qui in omnibus rationabiliter procedunt, quique ſuas leges moderatè conſiderarunt, ſi ex iis ſperatum, & intentum finem provenire non proſpiciunt*, &c. Illum adduxi *in Diſquiſit. tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 13. *num.* 113. & *in Commentariis ad Conſtitut.* 6. *n.* 780. Faciunt textus *in cap.* 1. *Sciendum, cap.* 2. *Regulæ, & cap.* 3. *Neceſſe eſt*, 29. *diſt.* Et denique, uti dixi *in Quæſtionibus Variis, tit.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 4. lex antiqua, benè, & legitimè per Eccleſiam, vel per Papam contradita, ſolet per novas cauſas, aut circunſtantias, æquè bene, & legitimè abrogari, & alia illi contraria concedi. De hoc egi ſcientiæ gradu *ad Conſtit.* 6. *num.* 966. cum Abbate *in c. Cum in cunctis, de Elect. el* 7. *num.* 4. Raggio *de Regim. Regular. tract.* 3. *dub.* 200. *n.* 3. dicentibus: Eminens ſcientia dicitur illa, per quam quis ſcit difficillimas quæſtiones explicare, & diffinire in promptu, ſine revolutione librorum. Addo dictum Jordanum *tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 44. & Peyrinum *tom.* 2. *de Prælato, quæſt.* 2. *cap.* 2. *num.* 6.

803. Mediocris ſcientia eſt illa, per quam quis ſcit difficiles quæſtiones explicare, cum revolutione librorum. Sic Pax Iordanus *num.* 6. *d. tit.* 22. *libri* 10. *& tit.* 19. *libri* 1. *num.* 45. dicens: Mediocris literatura appellatur, quæ aliquo modo novit examinare negotia, quamvis ad omnia neſciat congruè reſpondere, ſed ex libris veritatem eorum, quæ ſcire tenetur, novit petere, licèt in promptu non habeat omnia, ut eminens. Abbas *d. num.* 4. ita fatur: Mediocris verò dicitur, per quam difficiles quæſtiones decidunt, cum revolutione tamen librorum. Ego ipſe *ſub d. num.* 966. cum dictis Abbate, & Iordano, & cum Raggio *d. num.* 3. & Peyrino *d. num.* 6.

Tertius

804. Tertius ſcientiæ gradus dicitur ſufficiens, de quo dicit Abbas *d. n.* 4. Sufficiens attamen eſt legitimè requiſita ſecundum qualitatem officii, ſeu beneficii. Unde dicitur quis habere ſcientiam ſufficientem, quando ſufficienter poteſt explere ea, quæ neceſſariò incumbunt officio ſuo. Et hæc ſufficientia conſideratur arbitrio boni viri, ſecundum qualitatem loci ubi habet iſte vivere; & converſari, & ſecundùm qualitatem officii ſui. Ita Abbas, & ſimilia dicunt Raggius *d. n.* 3. Peyrinus *num.* 6. Pax Jordan. *d. lib.* 1. *tit.* 19. *num.* 46. cum Innocentio *in cap. Cùm in cunctis, num.* 1. *de Elect.* Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſa* 4. *num.* 60. & *lib.* 10. *d. tit.* 22. *num.* 7. Ego etiam ipſe ubi proximè.

805. Ad informandum tamen arbitrum nonnulla ex Doctoribus operæpretium duxi proponere, circa ſingula beneficia ab inferioribus ad ſupremum Apoſtolatus apicem aſcendendo, prout feci *ſubſect.* 2. *de ætate requiſita pro ſingulis beneficiis:* imò & à prima Tonſura, quam neceſſariò præſupponunt omnia, & ſingula beneficia.

Scientia pro prima Tonſura requiſita.

Ad primam igitur Tonſuram requiritur quod qui ea initiandus eſt, legere, & ſcribere ſciat, juxta Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 4. ubi Barboſa *in Collectan. à num.* 3. in quo plures refert Doctores, & *num.* 4. ait ſufficere, quod characteres formare ſciat, quamvis ſcribere perfectè neſciat: tenet Selius *in Selectis Canonicis, cap.* 5. *num.* 6. atteſtans ita decidiſſe *S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, ſub die* 13. *Octobris* 1593. Et *n.* 5. ait: Quod valeat prima Tonſura inſigniri is, qui in ſua lingua patria, & nativa legere, & ſcribere ſciat, reſolvunt Azorius *d. p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *quæſt.* 2. Campanilis *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 5. *cap.* 2. *n.* 2. quos refero *d. alleg.* 11. & 12. *num.* 5. *in fine*, ex ea ratione, quia in hoc decreto non exprimitur in qua lingua; & ideo de vulgari, ſeu materna videtur intelligendum. Sanchez *d. cap.* 1. (*opuſcul. Moral. lib.* 7.) *dub.* 45. *n.* 11. Diana *Moral. reſol. p.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 2. Ita Barboſa. De hoc tamen dubitari poteſt, ad tradita per Garciam *d. part.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. Et notandum eſt (inquit) primò, quod licèt ad primam Tonſuram ſolùm requiratur, quod quis ſciat legere, & ſcribere, Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *c.* 4. id etiam videtur ſufficere, & requiri ad obtinendam penſionem, ad quam requiritur Tonſura, ita ut poſſit, & ſciat recitare Officium parvum Beatæ Mariæ, ad quod penſionarii tenentur ex Conſtit. Pii Quinti, ut ſuprà dictum eſt 1. *part. cap.* 5. & ita videtur in praxi receptum. Hæc Garcia.

806. *Scientia pro beneficio ſimplici conſideranda.*

Ad beneficium ſimplex requiritur, quod promovendus ſciat legere, conſtruere, & cantare. Ita Gloſſa *in clement.* 1. *de conceſſ. præbendæ, verbo Reputamus*, quam ibi ſequuntur Imola, Cardin. & Abbas *num.* 1. Franchus *in cap. Si pauper, de præbend. lib.* 6. *ſub num.* 2. Gomez *de Expect. num.* 79. Sindon. *de Officio Eccleſiaſtico*, 6. *part. cap.* 16. Henriquez *lib.* 9. *cap.* 31. *ſub* §. 8. Piaſecius *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 20. Rota *deciſ.* 625. *noviſſimar. Farinacii*, Navarrus *de Oratione, Miſcellaneo* 42. *num.* 3. & *in cap. Si quando, de Reſcript. except.* 13. *num.* 13. quos refert Garcia *ubi proximè*. Ipſe tamen *num.* 5. & *ſeqq.* tenet ſufficere quod ſciat Fidei rudimenta, legere, & ſcribere, & quod aliquantulum linguam Latinam intelligat, ut poſſit eſſe aptus ad officium recitandum; ſi tamen beneficium ſervitium aliquod non requirit, nec Ordinem aliquem annexum habet. Sic Garcia cum Hojeda *de Incompatibilit. beneficior. p.* 1. *cap. fin. num.* 39. & Flamin. Pariſio *de Reſignat. lib.* 4. *quæſt. ult. num.* 30. dicente, quod obtinentes beneficia ſimplicia, ſufficit ut ſciant, & poſſint recitare Horas Canonicas, ad quas tenentur. Et cum Gonzalez *d. gloſſa* 4. *num.* 73. dicente, quod ſufficit, ut ſciant, & poſſint recitare Horas Canonicas, ad quas tenentur, necnon conſtruere, & intelligere. Et cum Azorio *d. cap.* 6. *quæſt.* 2. & 3. dicente, quod ſcire debent Latinè legere, & intelligere, ut preces horarias recitare poſſint. Et concludit Garcia: Accedit Genuenſis *in Praxi, cap.* 119. *in Man. Paſtor. cap.* 37. *num.* 3. Hos, & alios dicendi modos circa præſens punctum repetit, & congerit Pax Jordanus *d. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. *à num.* 9. *ad* 16.

807. *Quanta ſcientia*

Sed inquires, quanta ſcientia deſideretur in eo, qui ad habitum, &

neceſſaria ſit in aſſumendo ad habitum & profeſſionem in Religione, & ad Ordines Religioſorum.

profeſſionem admittitur in Religione, cujus beneficiarius ſimplex per profeſſionem efficitur, aut cenſetur.

Reſpondeo tantam, & non aliam, quàm quæ ſufficiens ſit ad hoc, ut ad Sacros Ordines licitè promoveri valeat. De qua ſic ait Barboſa *in Collectan. in Concil. Trident. ſeſſ.* 23. *cap.* 13. *verbo Ac literis, num.* 2. In Religioſis, non requiri tantam litterarum peritiam, quantam in Clericis ſæcularibus, & poſſe Epiſcopos ſacris initiare Monachos ritè legentes, & cantantes, dummodò ſciant, & intelligant neceſſaria, & eſſentialia, quæ communiter ſcire ſolent Sacerdotes celebrantes, tenent Frater Emmanuel *qq. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 24. *art.* 7. Portel. *in Addit. ad Dubia Regular. verbo Ordines Sacri, num.* 1. Villalobos *part.* 1. *Summæ, tract.* 11. *Difficult.* 11. *num.* 5. Hieronym. Roderiquez *d. reſolut.* 106. *num.* 24. *& reſolut.* 52. *num.* 22. Ita Barboſa. Addo Peyrinum *de Privilegiis, tom.* 1. *ad Conſtitut.* 21. Leonis X. *num.* 25. *pag. mihi* 199. dicentem: Et hîc nota unum particulare, quod licet Epiſcopo initiare ſacris, & Sacerdotio Regularem, qui bene legit, & cantat, quamvis minùs ſit litteratus; ſic enim in aliorum ſocietate, & pro officiis Religionis ſit idoneus miniſter. Ita Henriquez *lib.* 10. *cap.* 16. *num.* 2. Navarrus *in cap.* 1. §. *Caveat, num.* 19. *de Pœnit. diſt.* 6. *tom.* 3. Majolus apud Henriq. *in Comment. lit. V. lib.* 1. *de Irregularit. cap.* 31. *num.* 5. *&* 10. Neque obſtat Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 11. quatenus generaliter requirit in ordinandis ſcientiam ſaltem linguæ Latinæ. Nam finis legis, potiùs quàm ipſius verba, attendendus eſt, *cap. Marcion,* 1. *quæſt.* 1. Adde quod Concilium id relinquit Epiſcoporum arbitrio; ait enim: *Minores Ordines iis, qui linguam Latinam intelligant, per temporum interſtitia, niſi aliud Epiſcopo expedire magis videretur, conferantur.* Arbitrium enim illud Epiſcopi, non ſolum eſt ſuper interſtitiis, ita ut, iis non ſervatis, ſi Eccleſiæ utilitas poſtulet, poſſit Ordines conferre; ſed etiam ſuper Grammatica, ita ut neſcienti Grammaticam, ſi alioquin bonæ indolis ſit, & docilis, vel poſſit optimè inſervire Monaſterio, ad quod ordinatur, ſine Grammatica poſſit Ordines quoſcumque conferre. Neque enim ex verbis Concilii colligi poteſt ratio, quare arbitrio Epiſcopi relinquatur potiùs diſpenſatio ſuper interſtitiis, quàm ſuper Grammatica, cum verbum *Conferantur*, ſub quo ſtant illa duo, poſt arbitrium collecetur: atque ita interpretatur Concilium Menochius *lib.* 2. *de Arbitrariis, caſu* 425. *num.* 58. Et videtur dictum Tridentinum favere *ſeſſ.* 14. *cap.* 2. *de Reformat*, ibi: *Nec divina officia peragere.* Hucuſque Laurent. de Peyrinis. Sed illo non obſtante, credo illiteratum, neque ad habitum, & profeſſionem, neque ad Ordines Sacros admitti, & promoveri poſſe, ob ea, quæ ſcripſi *in Comment. ad Conſtitut.* 6. *n.* 366. *cum* 3. *ſeqq. pag.* 119. & ob Abbatis doctrinam *in c. Cum in cunctis, num.* 24. *el* 7. *de Elect.* ibi: Ex prædictis infertur, & ex textu, quod omninò illiterati non debeant ordinari. Et probatur hoc clariùs *in cap. finali de temporib. Ordinat. lib.* 6. Hoc tamen dico ad ſedandos ſcrupulos, & Dominorum Epiſcoporum conſcientias; & repeto quod idem Peyrinus ait *tom. de Prælato, quæſt.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *pag. mihi* 521. videlicet: Dico, quod poſſunt Domini Epiſcopi, abſque ullo ſcrupulo, conformare ſuam conſcientiam cum ſcientia Prælatorum atteſtantiam in ſuis litteris dimiſſoriis de præfata idoneitate, quoad litteraturam. Tum, quia Prælati Regulares ſunt perſonæ graviſſimæ, unde illis credi poteſt, *cap. Nobiliſſimus, diſt.* 97. Tum, quia Tridentinum *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 15. arbitrio Epiſcopi remittit, an fuerit neceſſarium, necne, examinare Sacerdotes pro Confeſſionibus audiendis; & judicare, an ſine examine æſtimari poſſent idonei. Ergo hic eodem modo ex atteſtatione Prælatorum poterunt credere illos eſſe idoneos. Tum, quia poſſunt Epiſcopi ſuper dicta idoneitate diſpenſare, ut dixi *tom.* 1. *noſtrorum privilegiorum, in Conſt.* 26. Leonis X. *num.* 25. Tum quia id conceſſit Caſſinenſibus Julius II. ut refert Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 26. *quæſt.* 9. *n.* 32. Tum, quia ita audio ſervari in univerſa Gallia, & in aliquibus partibus Hiſpaniarum. Ita Miranda *tom.* 1. *Manualis, quæſt.* 39. *art.* 4. *fine*, Portel *in Addit. ad dub. Regul. verbo Ordines ſacri, num.* 1. *fine*, Sorbus *in Compendio, verbo*

verbo Ordines ſacri, p. 2. verſ. Immò non ſolùm, pag. mihi 454. Rodrig. *tom. 1. qq. regul. quæſt. 24. art. 7.* Tambur. *loco cit. tom. 2. diſp. 2. quæſt. 21. num. 6.* Diana *variar. tract. 26. reſol. 29. verſ. Sed prima.* Et adverte etiam, quod ſi ordinandi ſint notoriè litterati, ut quia Lectores publici, vel publicè defenderint concluſiones, non debent ab Epiſcopis examinari, *cap. 2. diſt. 24.* ubi Gloſſa. Navarr. *in cap. Cùm contingat, de Reſcriptis, num. 13.* & Eraſmus Chokier *de juriſdict. in Exemptos, part. 4. q. 4.* Præ omnibus à Peyrino in præmiſſis dictis, facit ad intentum diſpoſitio Eugenii IV. *in Conſtit. Regularem vitam*, edita pridie Kalendas Julii, 1436. quam exſcripſit Tamburinus *de Iure Abbat. tom. 1. poſt diſp. 26. pag.* 437. *& ſeqq.* & habetur *in Bullario authentico noſtræ Hiſpanæ Congregationis Benedictinæ, la 15. fol.* 44. *& ſeqq.* ad favorem Congregationis S. Juſtinæ, & dictæ Hiſpanæ communicatam, & de novo conceſſam per dictum Julium II. *in conſtit. 1. dicti Bullarii.* Dicit enim ibi Eugenius IV. *Inſuper cum dudum Congregationi hujuſmodi, quod Monachi præſentes, & futuri præfatæ Congregationis, præſentati à ſuis Superioribus, ordinari poſſint à quocumque Catholico Epiſcopo, per antè factas noſtras litteras indulſerimus, volentes etiam eandem Congregationem amplioribus favoribus proſequi, quod abſque aliquo examine Monachi hujuſmodi ordinari debeant, de præſentantium integritate confidentes.* Hæc adamuſſim Pontifex Eugenius. Si ergo Papa novum jus condens (hoc enim importat verbum *Volentes*, ut ſæpè oſtendi, ſignanter *ad conſtitut. 6. num. 455. conſt. 10. num. 12. & conſt. 16. num. 86.*) de Prælatorum præſentantium integritate confidit, quantò magis de eadem integritate confidere debeant Domini Epiſcopi ordinaturi, ponderatione alia opus non eſt.

808. *De ſcientia in Canonicis neceſſaria.* De ſcientia in Canonicis deſiderata, quæ ſequuntur docet Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 21. num. 17.* Pro Canonicatibus, cum teneantur dare votum in Capitulo, atque conſilium in rebus agendis, pro quibus neceſſaria eſt prudentia, & induſtria; ideo requiritur ſcientia mediocris, præſertim in Eccleſiis Cathedralibus, in quibus Canonici ſunt de corpore Epiſcopi; nam ipſe caput eſt, Canonici verò membra, *cap. Novit, de his quæ fiunt à Prælato:* eique tenentur adeſſe, ac præbere conſilium, ut per Doctores mox citandos. Ideò *in cap. Inter cætera, §. fin. de Offic. Ordinarii*, ſic ſtatuitur. *Unde præcipimus, tam in Cathedralibus, quàm in aliis conventualibus Eccleſiis, viros idoneos ordinari, quos Epiſcopi poſſint coadjutores, & cooperatores habere, non ſolùm in prædicationis officio, verùm etiam in audiendis confeſſionibus, & pœnitentiis injungendis, ac cæteris, quæ ad ſalutem pertineant animarum. Si quis autem hoc adimplere neglexerit, diſtrictæ ſubjaceat ultioni.* Hæc ibi. In Tridentino pariter *ſeſſ. 24. cap. 12. de Reformat. poſt medium*, ita cavetur: *Hortatur etiam ſancta Synodus, ut in Provinciis, ubi id commodè fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignioribus conferantur tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel Iure Canonico.* Quod quidem ſtatutum, etiamſi hortari tantum, non autem præcipere, ſæpè ſæpiùs declaraverit S. Congregatio apud Garciam *d. cap. 7. à num. 44.* & fatentur Doctores citati, necnon Barboſa *de Offic. Epiſcopi, allegat. 60. num. 58. & 59.* concordantes adducens. Inquit Menochius tamen *dicta concluſ. 425. num. 46.* certè ſi fieri poteſt, iſta cohortatio Tridentini deberet uti præceptum obſervari: cum Canonici ſint, qui ſuo Epiſcopo, ſi quando opus eſt, præbere debent conſilium, ut ſcribit Hoſtienſis *in cap. 2. de Inſtitutionibus*, qui ob id ait, Canonicos eruditos, & litteratos eſſe oportere. Concordat Rota *deciſ. 12. num. 4. de Prebendis*, in antiquis, Gonzalez *d. Gloſſa (4.) num. 69. & 70.* & Garcia *d. num. 44. & ſeqq.* Quorum quidem placitum mihi plurimùm arridet, & placet. Verbum enim *Hortor*, aliquando præceptum importat, ut ego ipſe dixi *in Commentariis ad conſtitutiones Apoſtolicas, conſt. 6. num. 537. pag. 153.* ex Archidiacono *in cap. Revertimini, §. Ut autem, 16. quæſt. 1.* dicente: *Hortor*, id eſt præcipio. Et *in cap. Quorumdam, el 1. de Teſtamentis*, ubi

Gloſſa *verbo Hortamur*, ait: *Hortamur*, id eſt, *Præcipimus*. Quod verum eſſe exiſtimo, quando ſubjecta materia hanc expoſitionem congruenter expoſtulat.

809. *De ſcientia neceſſaria in dignitatibus animarum curam non habentibus.* Ea ſcientia neceſſaria eſt in dignitatibus animarum cura, & juriſdictione carentibus, & non alia, quàm quæ in Canonicatibus ſimplicibus deſideratur. Ita Pax Iordanus *dicto tit. 21. num. 19.* cum Gonzalez *num. 60.* & aliis omnibus. De quorum numero, ut credo, Abbas noſter eſt *in d. cap. Cum in cunctis 7. de Elect. in n. 4.* ibi: Archidiaconi verò, & Præpoſiti debent ſcire Jura, ſecundùm Innocentium; cùm habeant ſecundum illa judicare. Sed hoc (inquit) intelligo ego in Archidiaconis, & Præpoſitis, qui habent juriſdictionem contentioſam. *In illis verò, qui ſolùm habent nudum nomen*, ut Archidiaconus, & Præpoſitus Senenſes, non requirerem talem ſcientiam: quia, ut dixi, ſatis eſt, ut habeant ſufficientem ſcientiam. Et ſufficiens appellatur, ſecundum qualitatem officii, & dignitatis ſuæ. Hæc Abbas.

810. Huc ſpectat quod Garcia *de beneficiis, part. 7. cap. 7. num. 40. tom. 2. pag. mihi 62.* dicit ex Zechio *de Republica Eccleſ. cap. 24. de Canonicis, num. 3. verſ. 2.* Archidiaconos debere eſſe Doctores, ut S. Congregatio reſpondit, ſcilicet ſi habent juriſdictionem contentioſam; & tunc debere eſſe promotos in publico Gymnaſio, aliàs gradus eis non ſuffragari, ex Bulla 63. Pii V. *Prima declaratio* Epiſcopo Legionenſi. *Congregatio cenſuit, Decretum Concilii ſeſſ. 24. cap. 12. verſic. Archidiaconi, intelligi de illis Archidiaconis, qui ea munera exercent, quæ de Iure communi Archidiaconi debent exercere, aliàs enim Archidiaconus non eſt ille Epiſcopi oculus, de quo Concilium ſtatuit.* 19. Decembris 1570. *Secunda* Epiſcopo Abulenſi. *Congregatio cenſuit, eos Archidiaconos, qui verè carent Cura animarum, & omni prorſus juriſdictione, & qui præter primum locum in Choro, & ſtallum in Capitulo, ſunt ſicut cæteri Canonici, & Portionarii, non comprehendi decreto Concilii ſeſſ. 24. cap. 12. verſic. Archidiaconi. Tertia* Declaratio. *Archidiaconi, qui non habent curam animarum, & juriſdictionem, non comprehenduntur in Decreto, ut ſint Doctores, vel Licentiati.* Refert Anaſtaſius Germonius *de Indultis Cardinalium, §. Quibuſvis* Flamin. Pariſius *lib. 4. de Reſignatione, q. 1. n. 9.* & Piaſecius *in Praxi Epiſcopor. part. 2. cap. 5. n. 20. Quarta* Declaratio. *Hoc etiam debet intelligi de illis Archidiaconis, qui revera Archidiaconatus officium exercent, ſecus ſi nomine tantum eſſent Archidiaconi.* Hactenus Garcia *dicto num. 40* De eodem puncto vide, ſi libet, Pacem Jordanum *d. tit. 21. à num. 20. uſque ad 28.* Ex dictis colligo, Archidiaconos, nec curam, nec certam juriſdictionem habentes, æquiparari Canonicis ordinariis, quoad ſcientiam ipſis neceſſariam.

811. *De ſcientia in Archidiaconis d. ſi dera a.* Quoad Archidiaconos autem, qui Curam habent, & juriſdictionem in foro pœnitentiali, & contentioſo, ſeu judiciali, & externo, majorem ſcientiam eſſe neceſſariam, conſtat ex modò dictis; debent enim ſcire jura, juxta quæ jus dicere debent: & juxta Tridentinam diſpoſitionem ſuprà recenſitam, gaudere debent gradu Magiſterii, ſeu Doctoratus, vel Licentiæ in Sacra Theologia, vel in Iure Canonico. Et obſervat Pax Jordanus *tom. 2. tit. 21. num. 20.* ex Navarro *in Manuali, cap. 25. num. 135.* non ſufficere Doctoratum, aut Licentiaturam Juris Civilis, Medicinæ, aut Artium, quod (addit) Curia obſervat; nam Concilium loquitur de Jure Canonico, quia ſecundum illud debet viſitare, & judicare, *cap. 1. de Conſanguinitate, & affinitate.* Gonzalez *dicta gloſſa 4. num. 68.* multos citans. Garcia *eod. cap. 7. num. 37. & 38.* Zechius *de Republica Eccleſiaſt. cap. 24. de Canonicis, num. 3. verſ. 2.* & ſæpiùs reſpondiſſe Sacr. Congregationem teſtantur Garcia & Barboſa *allegat. 60. num. 60.* & *de Canonicis cap. 5. num. 5.* cum ibi citatis, Pariſius *d. lib. 4. de Reſignat. quæſt. 11. num. 27.* multos pariter adducens. Verba Garciæ *d. num. 36.* hujus tenoris ſunt. Tertiò, Archidiaconi (qui oculi dicuntur Epiſcopi, *cap. Ad hæc, de Offic. Archidiaconi*, & ſic ſunt majores poſt Epiſcopum, de jure communi, *cap. Ad hæc, & cap. Mandamus, eod. tit.* Chaſſaneus *in Catalogo gloriæ mundi, 4. part. conſiderat. 39.* Sandoval *de Offic. Eccleſ. 5. part. cap. 3.* debent eſſe in omnibus Eccleſiis, ubi fieri poterit, Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel Jure Canonico,

nonico, ex Decreto Concilii Trident. *ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 12. Verſic. Archidiaconi.* Circa quod Decretum (ſubdit immediatè *num.* 37.) Navarrus *in Manuali, cap. 25. num. 133.* notat, non ſufficere quoad hoc Doctoratum, vel Licentiam Juris Civilis, Medicinæ, vel Artium, quod Curia ſervat, & patet *ex d. Decreto*, ibi: *In Theologia, & in Iure Canonico.* Iſta Garcia.

811. Sed circa hos gradus, & eorum valorem libet reddere doctrinam Pacis Jordani traditam *tom. 1. de Re Sacra, lib. 1. tit. 19. de Doctoratu, n. 66. & duobus ſequent.* quia ad multorum caſuum deciſionem multùm proficuam, neceſſariam, & utilem illam credo. Ut graduatus (ait) quamvis revera non habeat ſcientiam requiſitam pro ipſo gradu Magiſterii, Doctoratus, aut Licentiæ, nihilominus validè conſequatur Epiſcopatum, ſive aliam dignitatem requirentem hujuſmodi graduationem; nam revera graduatus eſt, gaudetque privilegiis graduatorum, licèt indignè ſuſceperit, ut contra Barbatiam tenent Aretinus *in cap. Clerici, de Iudiciis*, & ibi Felinus *num. 2. & 3. & in Rubrica de Majoritate, num. 4.* Ripa *in l. Centurio, num. 17. ff. de Vulgari, & pupillari ſubſtitutione*, Mandoſius *in reg. 16. Cancellariæ, quæſt. 13. num. 4.* contra Gloſſatorem *ibi.* Azorius *Inſtitut. Moral. p. 2. lib. 6. cap. 6. quæſt. 1.* Garcia *de Benefic. part. 7. cap. 7. num. penult.* tractantes generaliter de omnibus beneficiariis. Quod ſi gradus contra ſtatuta, vel conſuetudines Academiæ receptus fuerit, v. gratia probato falſis teſtibus requiſito annorum curriculo, annuali deſcriptione in matriculis, aut forma non ſervata, præſcripta in promotione, & ſimilibus; tali caſu promotio ipſa nulla redditur ipſo jure, atque inanis, abſque alia ſententia, & non ſuffragatur: paria enim ſunt gradum non habere, aut nulliter habere, *ad l. 4. §. Condemnatum, ff. de Re judicata.* Secus verò ſi valida quidem fuerit ipſo jure, per ſententiam tamen irritari queat: tunc enim priuſquam feratur ſententia irritans, ſuſtineretur gradus, & conſequenter Epiſcopatus, vel alia dignitas cum hujuſmodi qualitate impetrata. Sic in terminis Epiſcopatus, diſtinguit Azor *d. quæſt. 1. in fine*; & generaliter de beneficiis, Garcia *infrà, num. ult.* ſubdens in fine, quod in beneficiis gradum non requirentibus, ſi impetrans gradum expreſſerit, ſatis erit gradum de facto verificare; idque pleniùs comprobat *part. 6. cap. 2. num. 203.* Hactenus Pax *loco citato.*

Pro beneficio Curato, & Parochiali, ea ſcientia deſideratur, & neceſſaria eſt ad populum edocendum ea, quæ credere, & obſervare debet, eique Sacramenta miniſtranda. Sic Caſtrus Palaus *in Sum. part. 2. diſp. 4. punct. 6. num. 3. pag. mihi 197.* cum Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellariæ, gloſſa 4. num. 71. & ſeqq.* quos, & communem Doctorum recenſet, & ſequitur Joannes Machado *tom. 2. del Perfecto confeſſor, y Cura de Almas, lib. 4. part. 2. tratado 2. documento 3. n. 2. pag. 86.* dicens: Acerca de la ſuficiencia, que deve tener el que pretende ſer Cura, ſe ha tambien de advertir, que el Santo Concilio Tridenno *ſeſſ. 23. cap. 14. de Reformatione*, diſpone claramente, que ſia tal, que con eſta pueda cumplir con ſu obligacion en predicar à ſus feligreſes, y adminiſtrarles los Sacramentos à arbitrio de ſu Obiſpo, y de los Examinadores Synodales; y juntamente ordena, que ninguno pueda ſer admitido à Cura, ſi no fuere examinado por concurſo. Ita ille. Et ratio eſt, quia ea ſcientia ad quodlibet beneficium requiritur, quæ ad exercendum officium beneficio annexum requiritur; quia beneficium datur propter officium. Eſt enim Regula deſumpta *ex cap. Quia per ambitioſam 15. & fin. de Reſcriptis, in 6.* ibi: *Et officium plerumque (propter quod beneficium Eccleſiaſticum datur) omittitur:* ubi Gloſſa, verbo *datur*, ait: Unde privatus officio, & beneficio privatus intelligitur, cum ſit ejus ſequela, 81. *diſt. Eos*, & *cap. Si quis Sacerdotum, 32. diſt.* Et quod ea ſcientia requiratur, quæ requiritur ad dictum officium exercendum, docent Abbas *in cap. Cùm in cunctis, num. 4. el 7. de Electione*, ibi: *Unde dicitur quis habere ſcientiam ſufficientem, quando ſufficienter explere poteſt ea, quæ neceſſariò incumbunt officio ſuo.* Et infrà: *Is ſufficiens appellatur ſecundum qualitatem officii, & dignitatis ſuæ.* Et infe-

813. *De ſcientia requiſita in aſſumendo ad beneficium parochiale.*

riùs

rius in ſpecie, ibi: *De Presbyteris verò dic, quod debent ſcire Canones pœnitentiales, & illa, quæ habentur in cap. Quæ ipſis*, 38. *diſt.* Caſtrus Palaus *ubi proximè, num.* 1. Pax Jord. *d. tit.* 21. *num.* 16. Garcia *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 11. cum Hojeda *de Incompatibilit. part.* 1. *cap. fin. num.* 38. in quantum dicunt, quod in beneficiis, quæ aliquem Ordinem habent annexum, ea ſcientia requiritur, quæ neceſſaria eſt in Ordine annexo. At beneficium Curatum habet annexum Ordinem Sacerdotalem cum onere Curæ animarum ſuorum Parochianorum, quæ utique eſt ars artium, *cap. Cum ſit ars, el* 14. *de ætate, & qualitate.* Ergo beneficium curatum accipiens, tantam ſcientiam habere debet, quæ requiritur ad ejus officium rectè exercendum. Quæ autem habentur *in dicto cap. Quæ ipſis*, hæc ſunt. *Neceſſaria ad diſcendum, id eſt, Sacramentorum liber, Lectionarius, Antiphonarius, Baptiſterium, Computus, Canones pœnitentiales, Pſalterium, Homiliæ per circulum anni in Dominicis diebus, & ſingulis feſtivitatibus. Ex quibus omnibus ſi unum defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo conſtabit.* Sed eſt maximè notandum, quod non eadem ſcientia ad ſufficientiam Parochi eſt neceſſaria, *ſed conſideranda eſt multùm qualitas loci* (verba Abbatis *in cap. Cum in cunctis, citato num.* 4. reddo.) *Nam in præpoſito hominibus abjectis, & modicæ conditionis, non requiritur tanta ſcientia, ſicut in eo, qui præponitur curæ magnorum virorum.* Quaſi diceret, *tanta non indiget ſcientia Parochus ruralis, & villæ, quanta Parochus Civitatis, in qua nedum ſunt viri altioris conditionis, ſed etiam intricatioribus negotiis addicti.* Et denique adverto, muneri prædicationis Parocho injuncto fieri ſatis mediante doctrinæ officio, eſto ineptus ille ſit ad publicas conciones, juxta ſupra à me tradita, *quæſt.* 2. *num.* 210. *&* 211.

De ſcientia pro Decanatu deſiderata.

814. Quanta eſſe debeat Decani ſcientia, non oſtenditur ex reſponſione data à Sacra Congregatione Archiepiſcopo Hiſpalenſi, quam exſcribit Garcia *de beneficiis, tom.* 2. *part.* 7. *cap.* 4. *num.* 43. ſub iſtorum ſerie verborum. *Nullo Concilii Tridentini decreto ſtatutum eſt, ut qui Decanatum conſequi velit, is neceſſariò ſit Magiſter, ſive Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel Iure Canonico.* Quam etiam refert Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 21. & Joannes Aloyſius Riccius *in Praxi Aurea Rerum Fori Eccleſiaſtici, reſolut.* 238. *n.* 3. *in fine, pag.* 138. & Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 60. *num.* 61. ubi concludit dicens, ideò loci conſuetudinem in hoc eſſe ſervandam, neceſſariò dicendum. Sed Pax dictam reſponſionem ſic interpretatur. Attamen poſſe ſubintelligi de Decanis ſimpliciter, non de illis, qui loco Archidiaconorum, primam dignitatem poſt Epiſcopum, ac temporalem juriſdictionem obtinent. Immò *num.* 22. & Garcia *d. part.* 7. *cap.* 4. *num.* 38. ſentire videntur cum Navarro, Decanos in Hiſpania Magiſtros, Doctores, aut Licentiatos in Theologia, vel Iure Canonico in vim Concilii *d. ſeſſ.* 24. *cap.* 12. eſſe debere. Verba utriuſque Doctoris, Jordani & Garciæ reddo: ſed Navarrus *d. cap.* 25. *num.* 135. inquit, quod per Archidiaconum hoc loco intelligitur ſolum is, de quo loquitur *rubrica de Offic. Archidiaconi*, qualem in Hiſpania neminem vidiſſe ſcit: nam prædicta rubrica ſolum videtur loqui de illo, qui eſt caput Capituli, & primus poſt Pontificem, & tales in Hiſpania in ſæcularibus Eccleſiis vocat *Decanos*, & in Regularibus Priores, & in Gallia, utplurimùm, Præpoſitos: cui alludit *cap. Quamvis, de verborum ſignificat. Quæ ſcientia Navarri* (ait Garcia) *probatur ex eo, quia aliàs Archidiaconus, non dicitur oculus Epiſcopi*, videlicet, niſi in quantum ſit caput Capituli, & primus poſt Pontificem.

De ſcientia pro Scholaſtria neceſſaria.

815. Scholaſtriæ dignitas conferri non poteſt niſi Magiſtro, Doctori, aut Licentiato in Theologia, vel in jure Canonico. Eſt clara Tridentini diſpoſitio *in ſeſſ.* 23. *cap.* 18. ſub hoc tenore: *De cætero verò officia, vel dignitates illæ, quæ Scholaſtriæ dicuntur, non niſi Doctoribus, Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut in Iure Canonico, & aliis perſonis idoneis, qui per ſe ipſos id munus explere poſſint, conferantur, aliàs facta proviſio nulla ſit, & invalida, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.* Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *punct.* 6. *num.* 14. Barboſa *allegat.* 60. *num.* 62. Garcia *part.* 7. *cap.* 4. *n.* 34. *&* 35. Pax Iordanus *d. lib.* 10. *tit.* 21. *num.* 36. Refert Garcia *d. num.* 35. duas S. Congregationis

gregationis declarationes, alteram super hoc, quod non obstet, quod is, qui obtinet Scholastriam, gradum acceperit in Universitate extra Provinciam, aut regionem, in qua Scholastria est, existente; alteram verò, in qua dictum fuit, dictam dispositionem Concilii *sess. 23. cap. 18.* non comprehendere Scholastrias existentes in loco, in quo minimè erigendum est Seminarium.

816. *De scientia pro Pœnitentiaria requisita.* Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis esse debet Magister, Doctor, aut Licentiatus in Theologia, aut in Jure Canonico, sive aliàs, qui aptior pro qualitate loci reperiatur. Garcia *p. 7. cap. 4. num. 49.* Pax Jordan. *d. tit. 22. num. 34.* Barbosa *de Potest. Episc. part. 3. allegat. 60. num. 68. pag. 155.* Castrus Palaus *ubi proximè, num. 17.* D. Barbosa *in collectan. in Concilium, sess. 24. de reformat. cap. 8. num. 16. pag. mihi* 307. multa tradit de Pœnitentiaria scitu digniſſima, ex quibus recensere censui conveniens, quæ *n. 16.* docet, ad verba illa textus, *Qui Magister sit, vel Doctor, &c.* illa enim sunt: Pœnitentiarium deputari debere, qui sit Magister, aut Doctor, seu Licentiatus in Sacra Theologia, vel Jure Canonico, ex hoc decreto colligit Aloysius Riccius *in Praxi fori Ecclesiastici, resol. 497.* Squillante *de Privilegiis Clericorum, cap. 4. num. 69. & 108.* Garcia *de beneficiis, part. 7. cap. 4. num. 32. & cap. 7. num. 49.* ubi *num. 50.* subdit, ad beneficia, seu dignitates requirentia gradum, sufficere eum habere etiam sine scientia competenti, ita ut adeptio, seu impetratio talis beneficii, seu dignitatis in foro Ecclesiæ judiciali, rata, & firma sit: quod etiam tenet Azor. *Institut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 1. q. 1.* Sed ego ipse *dicto tract. de Canonicis, cap. 26. num. 9.* refero sub die 20. Martii 1623. fuisse decisum, Officium Pœnitentiariæ non esse conferendum Doctori, qui dicebatur esse valdè ignarus.

817. *De Gradibus, absque scientia obtentis.* Consultò dictum est, impetrationem beneficii, & dignitatis requirentem gradum, esse in foro Judiciali Ecclesiæ, validam, & ratam, quamvis ille sine scientia sufficienti adeptus sit. Quia aliud est in foro Poli, animæ, & conscientiæ. Pro quo produco eundem Azorium *loco citato*, in sequentia procedentem, videlicet:

Quæstio est generatim à multis agitata, an ii, qui ad gradus Litterarum honorificos promoti sunt, si tamen rudes, & ignari Litterarum fuerint, gaudeant privilegio cæterorum Doctorum? Ripa *in l. Centurio, n. 17. ff. de Vulgari*, ait se respondisse, Doctorem quamvis ignarum, torqueri jure non posse, ne Doctoris dignitas contemnatur. Sic etiam Boërius *de authoritate magna, consil. 93.* Butrius, & Felinus, quos scitat, ac sequitur Mandosius *in Regula 16. Cancellariæ, quæst. 13.* licèt in eadem Regula antiquus Glossæ Author oppositum tradat, ait enim: Leges, & Canones aliquid statuentes de personis, immò etiam de locis, & rebus, intelligi debere de personis alioqui idoneis, habilibus, & aptis, *l. Ut gradatim, ff. de Muneribus, & honoribus, l. 2.* cum Glossa *C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* Sed verior est prima sententia. Respondeo itaque, in foro Ecclesiæ judiciali, eam impetrationem dignitatis ratam esse, & firmam; jure tamen naturali, & divino is, qui impetravit, eam sibi scientiam comparare debet, qua possit suum munus, & officium obire: aut saltem aliquem Vicarium sibi, & adjutorem adsciscere, cujus opera, scientia, & consilio utatur in Ecclesia administranda, alioqui profectò se lethali peccato obstringeret. Nec enim dignitatem deponere jure ullo compellitur. Si etiam quis quærat, an cum quis ad Doctoris, vel Licentiati gradum contra Academiæ statuta, vel consuetudines fuerit promotus, alioqui tamen satis litteratus, & doctus, valeat in eo Episcopalis dignitatis adeptio? v. gr. Doctoris, vel Licentiati gradum Titius obtinuit, falsis, & corruptis testibus probans, se curriculum litterarum absolvisse, vel certos annos in Academia audivisse, vel singulis annis in Scholasticorum numerum relatum fuisse? Respondeo valere, si illa Doctoris, vel Licentiati promotio non fuit ipso jure irrita, & inanis, quamvis judicis sententiâ rescindi potuerit: quoniam licèt ad honorificum Litterarum gradum fuerit contra Academiæ leges, vel consuetudines provectus, promotio tamen valuit. Quod si Acadamiæ le-

gibus ipſa promotio fuerit ante ullam Iudicis ſententiam, vel declarationem, in ipſo foro conſcientiæ infirma, & irrita, adeptio quoque Epiſcopatus inanis eſt. Hactenus Azorius, cujus doctrinam ſequitur Caſtrus Palaus *tom. 2. tract. 13. diſp. 4. punct. 6. num. 19. & 20.* Barboſa *allegat. 55. n. 5. pag. mihi 105.* Garcia *part. 7. cap. 4. num. 50. & 51. pag. 63.*

818. *De ſcientia in Abbate, & Prælato Regulari neceſſaria.* De ſcientia in Abbate regulari deſiderata, refert Panormitanus *in cap. Cum in cunctis, num. 4. el 7. de Electione,* Innocentium dicentem, *quod in Abbate non requiritur magna ſcientia.* Et Archidiaconum *in cap. legi, 16. quæſt. 1. ſufficere ſibi, ut ſciat cantare, & legere.* Collect. autem dicentem *hoc verum, niſi habeat curam animarum. Sed ego* (addit idem Abbas) *non video qualiter poſſet primum dictum ſaltem de jure procedere, cum quilibet Abbas habeat ſaltem curam* (animarum) *fori pœnitentialis.* Addo & ego, quod cum jam poſt exemptionem Abbates habeant etiam Curam fori exterioris, & contentioſi, & juriſdictionem Epiſcopalem, aut quaſi; ex quo enim illi, & eorum ſubditi ſunt exempti ab Epiſcopi, & Parochi juriſdictione, utriuſque poteſtas, in foro interno, & externo, tranſlata eſt in Abbatem, ut alias demonſtravi *in quæſt. Paſtoralibus, part. 3. quæſt. 13. n. 7. & poſt illas, in Diſq. Paſtorali de Iure Prioris annexi, num. 113.* & alibi. Et id etiam firmavi, de quolibet Prælato Regulari. Et ideo eandem reſpectivè habere debent ſcientiam Abbas, & dicti alii Prælati, quam Parochus, & Epiſcopus; pro utroque foro, pœnitentiali, & contentioſo. Abbas etenim exercet curam; & poteſtatem pro utroque foro erga ſuos Monachos, ut dixi *in Commentariis ad Conſtit. 6. num. 986.*

819. *De ſcientia in Epiſcopo requiſita.* De ſcientia Epiſcopo neceſſaria, hæc ait Abbas *in d. cap. Cum in cunctis, eodem num. 4.* videlicet: Epiſcopi verò deberent habere notitiam novi, & veteris Teſtamenti, cum omni petenti teneantur reddere, de Fide, rationem. De quo vide bonum textum 33. *diſt. 1. cap. Quia Epiſcopus, 62. diſt. in cap. 1. & 2.* Item ſecundum Hoſtienſem, debent habere ſcientiam juris Canonici, cum ſecundum illam debeant judicare, præſertim in cauſis matrimonialibus, *ut in cap. 1. de Conſanguinitate, & affinitate.* Caſtrus Palaus *d. diſp. 4. punct. 6. num. 2.* poſtquam *num. 1.* dixerat: Regula eſt, eam ſcientiam ad beneficium requiri, quæ requiritur ad exercendum officium beneficio annexum; quia beneficium datur propter officium, *cap. fin. de reſcriptis, in 6.* ſubdit: Hinc fit, ad Epiſcopatum aſſumptum debere eſſe potentem alios in ſana doctrina cohortari, & eos, qui contradicunt, arguere, juxta illud Pauli *ad Titum 1. & 1. ad Timoth. cap. 3.* & tradit Innocent. III. *in cap. Niſi cum pridem, §. Pro defectu, de Renunciat.* Pax Jordanus plura tradit doctiſſima, circa ſcientiam in Epiſcopo neceſſariam, & ſcitu digniſſima, *tom. 1. de Re Sacra, lib. 1. tit. 19. de Doctoratu,* per totum, ſignanter *à num. 22.* ubi, *& num. 23.* dicit habere ſcientiam utriuſque Teſtamenti, & in ſui ordinatione interrogari, *An ſciat teſtamentum vetus, & novum?* & reſpondere *ſe ſcire.* Et quæritur à Ricardo *quodlibeto 3. q. 23.* Azorio *2. part. lib. 3. quæſt. 5.* Angelo *verbo Epiſcopus, §. penult.* Sylveſtro *eod. verbo, quæſt. 4.* & ab aliis, *An peccet mortaliter, qui ſic reſpondet:* & cenſent quod ſic, quando generaliter ignoraret mandata Dei, Articulos Fidei, virtutes, & vitia, & Sacramenta; quia tunc pernitiosè mentiretur, cum gravi damno animarum, quarum curam ſuſcipit. Si tamen prædicta noverit, atque ea, ſine quorum notitia munere ſuo fungi non poteſt; quamvis ignoret utrumque Teſtamentum (ait Pax) excuſatur à lethali, ſecundum eos; quia conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, ſic interpretatur dictam interrogationem. Addit tamen iſtam non exiſtere in Pontificiali reformato, nec ea uſum fuiſſe in ſua conſecratione, nec in aliis, quibus ipſemet interfuit, ſed iſta tantum: *An utriuſque Teſtamenti eundem Authorem Deum crederem?* Ita Pax.

820. Num. 24. ait debere præterea Epiſcopum Iuris utriuſque notitiam habere, quoniam jus dicere tenetur, *cap. de Perſona, 11. quæſt. 1. Authentico De Sanctiſſimis Epiſcopis, §. Si quis contra, verbo Iudicem, Collect. 9. capite Nulli Sacerdotum, diſt. 38.* Non enim de Matrimoniis, de Uſuris, & ſimilibus judiciis ad ipſum pertinentibus, abſque

que Juris præſertim Canonici peritia, rectè poterit judicare, *cap.1. de conſang. & affinitate*, ubi Doctores. *Canones enim ſunt medulla legum, & praxis Theologiæ, ac Iuris Civilis, ut aptius, ſolidius, facilliuſque intelligat eos.* Etiam Juri Cæſareo navare operam debet, alioquin continget ei, quod Romanus *ſingul. ſuo* 654. notat: *Legiſta ſine capitulis, parum valet: Canoniſta verò abſque legibus, nihil.* Et Baldus *in cap. Cùm cauſam, col.2. de Probationibus*, ait, *quod niſi quis ſciat Canones cum legibus, non poteſt practicam judiciorum cognoſcere.* Concordant Barbatius *in cap. Conqueſtus, col.3. de Foro competenti*; Menochius *de Arbitrariis, caſu* 425. *num.* 27. *cum aliquot ſeqq.* Gonzalez *ſuper Regul.8. gloſſa* 4. *num.*64. Azorius *d.part.2. lib.3. cap.28. quæſt.9. & lib.6. cap.6. quæſt.1.* Pariſius *de Reſignat. lib.5. quæſt.3. num.*94. & cæteri communiter. Et *num.* 25. addit oportere Epiſcopum habere ſæcularium negotiorum, & agibilium peritiam. Adducit noſtrum Gregorium Magnum *in cap. unico, diſt.*39. ibi: *Quia talis hoc tempore in regiminis debet arce conſtitui, qui non ſolum de ſalute animarum, verum etiam de extrinſeca ſubjectorum utilitate, & cautela ſciat eſſe ſolicitus.* Hæc dixit Sanctiſſ. Pontifex caſſando electionem cujuſdam in Epiſcopum Neapolitanum, eo quòd ſimplex eſſet. Allegat Gloſſam, & Gratianum *in Summa ejuſdem diſtinct. & cap. Qui Epiſc.* cum Gloſſa *diſt.*23. Gonzal. *d.gloſſa* 4.*n.*65. & alios. Addo Abbatem *d. cap. Cùm in cunctis, num.*4. *ante finem*, dicentem: Unde ſimplex, & inexpertus non debet promoveri in Epiſcopum: debet enim habere ſapientiam, nedum quoad ſpiritualia, ut in præallegato *cap. Epiſcopus*, ſed etiam quoad temporalia. Si tamen fuerit promotus, non debet dejici propter hanc ſimplicitatem quoad temporalia; ſed debet dari ſibi coadjutor, ut probatur 29. *diſt. cap.* 1. *juncto cap. Quia frater*, 7. *quæſt.* 1. Hæc Abbas noſter Nicolaus Thudeſcus.

821. *De ſcientia in Cardinali requiſita.* Cardinalibus tanta ſcientia neceſſaria eſt, & majori quidem quàm in Epiſcopis deſideratur. Ita Caſtrus Palaus *d.num.*2. ubi poſt verba ſuprà relata *num.*819. *ſub initium, Regula eſt, &c. Hinc fit, &c.* immediatè ſubjungit: Eadem etiam ſcientia, & majori pollere debent aſſumpti ad Cardinalatum, quia Pontifici aſſiſtunt, & conſilium præbere debent pro totius mundi gubernatione, ut benè tradit Menochius *de Arbitrariis, caſu* 426. *à num.*21. Azorius 2.*part. lib.6. cap.6. quæſt.* 10. Leſſius *lib.2. cap.*34. *dub.*24. *num.* 117. & conſtat ex Tridentino *ſeſſ.*24. *cap.* 1. *de reformatione.* Hæc Palaus. Quod tanta ſaltem ſcientia pollere debeant aſſumendi in Cardinalatum, quanta aſſumendi in Epiſcopatum, expreſſit Concilium *loco citato*, dicens: *Ea verò omnia, & ſingula, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo conſtituta ſunt: decernit eadem etiam in creatione S. R. E. Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda.* Ubi Barboſa *in Collectan. num.* 6. allegat Campanil. *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.5. cap.4. num.5. & rubr.7. cap.6. num.*47. Salzed. *ad Bernardum, cap.25. lit. A, in fine.* Franciſc. Leonem *in Theſauro Fori Eccleſ. part.* 1. *cap.2. num.* 12. & ſeipſum *de Iure Eccleſiaſt. lib.6. cap.* 4. *de Cardinalib. S. R. E. verſic. Qui autem, & verſic. De qualitatibus.* Et concludit dicens: Demùm omnia circa ætatem, natalia, *ſcientiam*, vitam, & mores requiſita in eo, qui eſt Cardinalitia dignitate decorandus, ſtatuit Sixtus V. *Conſtit. ſua, incipit Poſtquam verus, ſub dat. tertio Nonas Decembris* 1595. Hæc Barboſa. Habetur dicta conſtitutio *in Bullario Magno Romano Angeli Cherubini, la* 50. *tom.2. pag.*565. Pax Iordanus *lib.*10. *tit.22. num.*37. ſic ait: Pro eminentiſſimo gradu Cardinalitio, eadem doctrina requiritur, prout in Epiſcopis; nam parificantur in cæteris qualitatibus. *Cardinales* (inquit Menochius *d.caſu* 425. *num.*21.) *eminentis, atque excelſæ conditionis, & doctrinæ eſſe debent.* Citat Hieronym. Manfred. *de Cardinalib. cap.* 1. qui *cap.* 14. ſcribit, *Viros benè eruditos eſſe ad hoc ſublime officium aſſumendos.*

822. Azorius *Inſtitut. Moral. part.2. lib.6. cap.6. quæſt.*10. ſic in hoc puncto procedit. Decimò quæritur, quæ, & quanta rerum ſcientia in Cardinalibus requiratur? Reſpondeo, indig-

num esse, ut illiterati ad Cardinalitiam dignitatem eligantur : Nam si Moysi *Exodi* 18. dixit Dominus, *Provide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas.* Quid dicturus sit Deus de Cardinalibus, qui eliguntur ut judicent de causis totius Reipublicæ Christianæ, quis non videat ? Magis odio est illiteratus, ait Innocentius *in cap. Cum nostris, de conceſſ. præbendæ*, quàm homicida. Mundus sine doctrina regi, & gubernari non potest. *C. Ne filius pro patre.* Per sapientiam Reges regnant, Principes imperant, & potentes justa decernunt. *Proverbiorum* 8. Ecclesia plurimùm literatis hominibus indiget, *cap. Cum ex eo, de Electione in 6.* Si cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam cadent. Non est rationi consentaneum, ut is, qui discere debet, alios doceat, & instruat. Cardinales inter causam, & causam Judices sunt, *cap. Per venerabilem*, §. *Rationibus, Qui filii sint legitimi.* In labyrinthum erroris incidit, qui priusquam intelligat, animi sui sententiam explicat, *c. Sciendum, dist.* 29. Temerarium est judicium, quod ei, qui judicat, non illi de quo judicatur, nocumentum affert, *cap. Temerarium*, 11. *quæst.* 3. Non sufficit si Cardinalis literarum rudis, doctrinæ, & sapientiæ expers, in consultationibus ad aliorum suffragia accedat, aliorum sententiæ adhæreat : nam inter suffragia, & sententias aliorum judicare sapienter non potest, & rationum momenta ponderare nequit. Quanta Doctrina requiratur, jure diffinitum non est : id Romani Pontificis judicio relinquitur. Ratio ipsa videtur innuere, Cardinales oportere esse, vel Theologiæ, vel Canonici, vel Civilis Iuris peritos, ut inter causam, & causam discernant prudenter, & judicent. Patres, qui Concilio Basileensi intererant, judicarunt *sess.* 23. Cardinales non esse eligendos, nisi Magistros, vel Doctores, seu Licentiatos, cum rigore examinis, in Jure Divino, vel humano. Sit (inquit) tertia, vel quarta pars de Magistris, vel Licentiatis in Sacra Scriptura. Inter Cardinales autem esse aliqui poterunt admodum perillustres filii, fratres, aut nepotes Regum, seu magnorum Principum; in quibus cum circunspectione, & maturitate morum competens literatura sufficiat. Hucusque doctissimus Pater Joannes Azorius, Moralis Disciplinæ, inter alios, facilè Princeps.

823. *De scientia in assumendo ad Summum Pontificatum desiderata.*

De scientia necessaria in Summos Pontifices creandis, nobis agere restat. De qua in primis, sic noster Nicolaus Tudeschus Catinensis, Siculus Cardinalis, Abbas vulgò dictus, & Pontificiæ Disciplinæ facilè Princeps, & Coryphæus, docet *in cap. Cum in cunctis, num.* 4. *de Electione el* 7. Ad propositam quæstionem est dicendum, quod Papa deberet habere majorem scientiam reliquis, cum sit præpositus curæ totius Christianitatis. Pax Jordanus *d. tit.* 22. *num.* 38. sequentia profert. Pro Summo Pontificatu, quoniam & ipsum beneficium esse constat *ex cap.* 1. *de Maledicis*, ibi : *In depressione officii, & beneficii nostri*; requiritur scientia major reliquis omnibus, cùm sit major cæteris, & curæ totius Christianitatis præpositus. Abbas *in cap. Cùm in cunctis, num.* 4. *de Elect.* latè per Selvam *de Benefic.* 2. *part. quæst.* 5. *à n.* 2. Gonzalez *d. glossa* 4. *num.* 60. *&* 62. Menochius mox citandus. Tamen propter scientiæ defectum non potest deponi. Glossa *verb. Sufficientem, in cap.* 1. *de Renunciat. in* 6. Dominicus *in cap. sedulò, dist.* 38. Felinus *in cap. Si quando, num.* 13. *in fine, de Rescriptis*, dicens id contingere ad evitanda scandala; ipse tamen subsistit, & Dominicus *in cap. Illiteratos, dist.* 36. admonet eligentes, ut scientificum eligant, alioquin electio impugnari hac de causa posset: repetit Menochius *de casu, num.* 19. Sed hodie, cùm electio etiam passiva restricta sit ad Sacrum Cardinalium Collegium, cessat præjudicium talis oppositionis, & in omnem eventum, pro nihilo haberetur. Cæterùm doctus, & litteratus tunc esse dicitur, cum potens est in sana doctrina, ut ait Apostolus *ad Timoth. cap.* 1. cæteros cohortari, & eos, qui contradicunt arguere, inquit Menochius *d. casu* 425. *num.* 18. Hactenus Pax Jordanus.

SECTIO

SECTIO XI.

De qualitate conjugium, & matrimonium excludente.

824. UNdecima qualitas pro providendo, & admittendo ad beneficium Eccleſiaſticum, vel ad dignitatem, eſt ut uxoratus non ſit: conjugatus enim ordinari prohibetur, & conſequenter ad beneficium promoveri, *cap.* 1. 2. 3. 5. & 8. *de Clerico conjugato*, ubi Gloſſa, & Doctores, *cap. unico, verſic. In cæteris, eod. tit. in* 6. Lambertinus *de Jurepatr.* 1. *part.* 2. *lib. quæſt.* 7. *art.* 3. Capra *reg.* 97. *à num.* 27. Hojeda *de Incompatibil. benefic. part.* 1. *cap. fin. num.* 76. & 77. Pariſius *de Reſignat. benefic. lib.* 4. *quæſt.* 2. *à n.* 27. *ad* 29. Sanchez *de Matrimonio, lib.* 7. *diſp.* 42. *num.* 14. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſa* 2. *num.* 60. & *ſeqq.* Leſſius *de Juſt. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 11. Hoſtienſis *in Summa d. tituli, num.* 1. *verſic. Utrum poſſit habere*, Navarrus *conſ.* 1. *de Præbendis*, Menochius *de Arbitrariis, caſu* 201. *n.* 33. quos recenſet, & ſequitur Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 23. *num.* 1. Nicol. Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 7. *cap.* 5. *n.* 1. *pag. mihi* 56. Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *punct.* 8. *num.* 2.

825. Et ratio eſt, quia laicus incapax eſt ſpiritualium, *cap. Si quis deinceps*, 16. *quæſt.* 7. *cap. Cauſam quæ, de Præſcript. cap. Quamvis, de Decimis.* Beneficium autem eſt res ſpiritualis, *cap. Dilecto, de Præbendis*, & ibi Abbas *num.* 16. & *in cap. Majoribus, eodem tit. num.* 1. & 2. *de Procuratorib. in antiq.* Cardinalis *conſ.* 131. *Sanctiſſimus, ad finem.* Hojeda *d. cap. fin. num.* 71. Gonzalez *loco citato*, & omnes communi calculo. Omnia enim, & ſingula beneficia duo in ſe continent, ut in ſuperioribus vidimus: unum ſpiritualitatem, quod eſt præcipuum: aliud temporalitatem, quod eſt acceſſorium, *c. Sanctorum*, §. *Quis, diſt.* 70. *cap. Eos, diſt.* 81. Oldradus *conſ.* 166. *num.* 2. Mandoſius *in Regul. Cancellar.* 22. *quæſt.* 4. *num.* 2. Selva *de Beneficiis, part.* 1. *quæſt.* 1. *num.* 5. *verſic. Quoad tertium*, Gonzalez *d. loco, n.* 62.

826. Deinde uxoratus cogitat, quæ mundi ſunt, & quomodo placeat uxori; & ita diviſus eſt, ut Deo vacare non poſſit: præſertim, cum rerum Eccleſiaſticarum ſubſtantia per tales deperire ſoleat. Pax Jordanus *num.* 4. per *cap. Diverſis fallaciis, de Clerico conjugato.* Item Clericus conjugatus habetur pro mero laico, & neutiquam privilegiis gaudet Clericalibus, *cap. unico, eod. tit. in* 6. niſi tantùm privilegio Canonis, *Si quis ſuadente Diabolo*, 17. *quæſt.* 4. concurrentibus tamen qualitatibus à Tridentino præſcriptis *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. *de reformatione, verſ. in Clericis, & d. cap.* 1. *in* 6. necnon fori privilegio, de quo *eodem loco.* Idem Garcia *loco cit. n.* 6. cum Azevedo *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 1. *recopilat.* Covarruvia *Practicar. cap.* 31. *à num.* 6. & *cap.* 32. Gutierrez *de juram. confirmatorio*, 1. *part. cap.* 17. *à num.* 11. & Sanchez *diſp.* 46. *lib.* 7. Et dicta ita procedunt, ut nec Epiſcopus diſpenſare poſſit, etiam pro ſimplici beneficio, ut contra antiquos benè probat Abbas *in cap. Ioannes, de Clericis conjugatis*, Selva *de Benefic.* 1. *part. quæſt.* 7. *num.* 18. Lambertinus *ſuprà, num.* 8. Gonzalez *loco citato, num.* 60. Capra *d. regula* 97. *num.* 43. Pariſius *d. lib.* 4. *quæſt.* 2. *num.* 29. Sanchez *de Matrim. lib.* 7. *diſp.* 42. *n.* 17. & 2. *ſeqq.* Nicolaus Garcia *d. cap.* 5. *num.* 4. cum Probo *ad Monachum, in cap. Nullus, de Temporibus ordinationum, in* 6. *num.* 14. & 15. & cum Hoſtienſi, & Cardinali *in d. cap. Ioannes*, Roſiniaco *de Beneficiis, cap.* 3. *à num.* 3. Hojeda *de Incompatibilitate*, 1. *part. cap. ult. num.* 77. Flaminio Pariſio *loco citato, num.* 29. & Henriquez *in Summa, lib.* 3. *cap.* 14. §. 1. *in textu, & in Gloſſa, lit. K*, addens: Epiſcopus enim non diſpenſat contra jus, niſi in caſibus à jure expreſſis.

827. Et nedum conjugatus incapax eſt beneficii Eccleſiaſtici, ſed nec Eccleſiaſticarum adminiſtrationum, *c.* 2. *de Clericis conjugatis*, ibi: *Provideas attentius, ne deinceps Clericus conjugatus ad Eccleſiaſtica beneficia, vel Sacros Ordines, aut adminiſtrationes Eccleſiaſticas admittatur.* Et faciunt alia jura diſponentia, quod laicus ſpiritualia, vel Eccleſiaſtica tractare non poſſit negotia, veluti *cap.* 2. *de Iudiciis, cap. Cùm laici, de Rebus Eccleſiæ non alienandis, cap. Contingit, de Arbitris, cap. Eccleſia S. Mariæ, de Conſtit. cap. Bene quidem, diſt.* 96. Pax Jorda-

nus *num.* 8. cum concordantibus. Palaus *d. num.* 2. & Garcia *d. cap.* 5. *num.* 3. cum Cæſare de Graſſis *deciſ.* 91. & 114.

828. Et non ſolum matrimonium impedit recipere beneficia, ſed eo ipſo, quod illud contrahatur, ipſo jure beneficia priùs obtenta, per matrimonium amittuntur, *cap. Quod à te,* cum ibi notatis, *de Clericis conjugatis,* ubi Doctores omnes. Navar. *conſ.* 8. *alias* 3. *eod. tit.* Maſcardus *de Probationibus, concl.* 182. *num.* 3. Gonzalez *ad Regul.* 8. *gloſſa* 14. *num.* 63. *verſic. Item beneficiatus.* Caputaquenſ. *deciſ.* 215. *num.* 1. *part.* 1. Sanchez *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 42. Gutierrez *de Sponſalib. cap.* 97. Cevall. *commun. contra communes, quæſt.* 147. Ricciullus *de Iure perſonarum extra Eccleſiam exiſtentium, lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 3. *& per totum.* Farinacius *de delictis carn. quæſt.* 138. *part.* 3. *n.* 108. quos refert Pax Jordan. *num.* 9. & etiam ſequitur Garcia *d. cap.* 5. *num.* 2. dicens: Addo, ut etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant. Et *part.* 11. *cap.* 8. *à num.* 1. *ex cap. Diverſis fallaciis, de Cleric. conjugatis,* & Gloſſ. & DD. *ibi.* Rota *deciſ.* 1. *eodem tit. in novis, & deciſ.* 21. *de Probationibus in antiq.* Et plures alias allegat deciſiones, & Doctores. An autem ſententia deſideretur ad privationem, dubitari poteſt. Reſpondet Pax *à num.* 10. requiri ſententiam, quoad nudum factum, ſeu de poſſeſſione, ſeu detentione facti; non autem de titulo, proprietate, & jure, quod ipſo facto perditur per hujuſmodi contractum. Quocirca refert, & teſtatur Vincentium Gonzaga, Vincentii Mantuæ Ducis filium Cardinalem, matrimonium contraxiſſe, & miſiſſe procuratorem ad Urbem, ad renunciandum in manibus Papæ Pileum Cardinalitium: Papam verò, qui erat Paulus V. re audita, convocaſſe Congrationem multorum Cardinalium, & de ipſorum voto firmaviſſe concluſionem, quod prædictam dignitatem amiſerit ipſo jure per hujuſmodi contractum, ac propterea, quod renunciationi non eſſet locus. Unde (addit) illico nuncium deſtinavit, qui procuratori ſignificaret, quod Curiam ſub hoc nomine, & ad hunc effectum nullo modo ingredi auderet, prout exequutum fuit; Urbeque non adita, Mantuam regreſſus eſt. Et immediatè ſubdit: Qualiter verò peccet, qui beneficium recipit, animo non retinendi, ſed matrimonium contrahendi, pluribus tractat Sanchez *cod. lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 45.

829. Sub beneficii nomine in præſenti, veniunt reliqua jura ad beneficium, ut acceſſus, ingreſſus, & hujuſmodi. Ita Pax *num.* 15. cum Ricciullo *d. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 4. Gloſſa *verbo Clericales, in cap.* 1. *de clericis conjugatis, in* 6. Claro *§. fin. quæſt.* 73. *num.* 5. *ante finem,* cum Sanchez *diſp.* 42. *num.* 7. *d. libri* 7. & aliis apud eum. Item veniunt penſiones Eccleſiaſticæ, exceptis quibuſdam caſibus, de quibus Ricciullus *d. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* Sanchez plures cumulans, *ubi proximè,* & *Clementinam Gratia, de Reſcriptis,* ad hoc inducens, & pleniùs *diſp.* 44. *per totam,* ubi reſtringit ad ſolas penſiones clericales, & titulares; ſecus quando dantur laicis pro miniſterio, & mercede.

830. Ampliatur concluſio, ita ut poſt contractum matrimonium non poſſit reſignari beneficium ad favorem tertii. Pax *num.* 17. cum Pariſio *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 1. *num.* 28. Sanchez *loco cit. num.* 13. poſt Diaz & alios. Ampliatur ulterius, ut regula de Triennali, conjugato non ſuffragetur, ſicut nec laico, qui in hoc deterioris conditionis ſunt, quàm irregularis, aut excommunicatus; nam hi prædicta regula juvantur contra tertium. Idem Pax *num.* 18. cum Gomez *in regula de triennali, quæſt.* 26. *§. Sed breviter,* Rebuffo *de pacifico poſſeſſore, num.* 187. *in fine,* Sanchez *loco citato, num.* 17. Tertiò ampliatur concluſio de incurſione privationis beneficii propter matrimonium, etiamſi nulliter contractum ſit, & de facto. Pax *num.* 19. cum Riciullo *d. lib.* 7. *cap.* 2. *per totum,* & Farinacio plenè comprobante, *de delict. carn. quæſt.* 38. *part.* 3. *num.* 108. Iſta tamen ampliatio diverſas patitur reſtrictiones, juxta diverſa Authorum in puncto placita. Decianus enim, & alii apud Farinacium volunt, ut ampliatio procedat ſolum in nullitate matrimonii proveniente ex certa contrahentis ſcientia, ſecus eo ignorante. Quæ tamen intelligentia ab eodem refellitur Farinacio, & admittitur ſola exceptio nullitatis ex

defectu

defectu conſenſus, quando nimirum Clericus furore percitus, aut vi coactus matrimonium nulliter contraheret : tunc enim (ait Pax) excuſatur à pœna privationis beneficiorum. Sanchez verò *d.lib. 7. diſp. 42. num. 3.* cum multis aliis defendit, in quacumque nullitate requiri ſententiam privatoriam, nec ipſo jure intrare privationem: quod ſi nullitas proveniat ob impedimenta dirimentia, vel propter omiſſas ſolemnitates, aut aliàs, minimè ſalvatur à pœna prædicta, prout cumulatè probat Ricciullus *d. cap. 2.* qui tamen de Farinacio non meminit: & ideo matrimonium clandeſtinè celebratum, licèt nullum ſit poſt Concilium Tridentinum, privationem nihilominus operatur. Riccius *dicto libro 3. reſol. 36.* Idemque teſtatur de cæteris extrinſecis defectibus. Satis tamen probabilis mihi videtur ſententia Sanchez ſuprà, & plurimorum apud eum, quod in quacumque nullitate debeat intervenire ſententia privatoria, per fundamenta ibi adducta: immò veriſſimam puto, & indubitanter ſequendam in praxi. Vide me ipſum in commentariis *ad conſt. 6. n. 722. & 789.* ubi de declaratoria ſententia.

831. *Quartò* ampliatur concluſio, quæ procedit quamvis matrimonium non fuerit carnali copula conſummatum: & etiamſi uxor ante conſummationem Monaſterium ingrediatur, aut moriatur; quia nihilominus locus privationi beneficii datur. Pax Jordanus *num. 20.* cum Riccio *loco citato*, poſt Abbatem *in cap. 1. de Clericis conjugatis*, quem ſequuntur Dominicus, & Franc. *in addition. ad Capellam Tholoſan. quæſt. 239.* & Maſcardus *d. concluſ. 182. num. 3. & 4.* & Sanchez *d. lib. 7. diſp. 42. num. 5. & 6.* plurimos allegans alios.

Quintò ampliatur, ut ſequuto matrimonio, hujuſmodi beneficia illico poſſint, tanquam vacantia impetrari, & conferri: quia, ut dictum eſt, ipſo jure vacant, & poſſeſſio ad ſolum factum, & detentationem refertur. Pax Jordanus *num. 21.* cum Ancharano *in cap. Quod à te, num. 4. de Clericis conjugatis*, Azorio *lib. 5. c. 8. quæſt. 3.* & Sanchez *num. 11.* Probandum tamen erit matrimonium per aſſerentem, tanquam ſuæ fundamentum intentionis.

Nonnullas tamen patitur limitationes concluſio. *Prima* eſt, ut non procedat illa, quando matrimonium contractum non fuiſſet per verba de præſenti, ſed ſola ſponſalia de futuro, aut tantùm contractus de matrimonio contrahendo. Quia iſta non ſufficiunt, ſed requiritur contractus ipſe Matrimonii per verba de præſenti, alioquin non dicitur quis exercuiſſe actum omninò Clericatui contrarium, & ſic tacitè renuntiaſſe beneficio, illudque pro derelicto habuiſſe: & propterea, qui impetrat beneficium propter hujuſmodi vacationem, tenetur probare contractum per verba de præſenti; alioquin ſuccumbet. Pax Jordan. *num. 22.* per Rotam *deciſ. 1. alias 26. Si impetretur, in noviſſimis, & deciſ. 21. alias 480. de Clericis conjugatis, in antiquis.* Maſcardum *d. concluſ. 182. num. 1.* poſt alios multos, quos ibi allegat. Licet Joan. Andreas *in cap. Ioannes, de Clericis conjugatis*, videatur contrarium ſentire; ſed non benè, quia ſicut primum beneficium non vacat per ſecundum incompatibile, priuſquam poſterioris ſit adepta poſſeſſio; *cap. Commiſſa, de Electione, in 6.* ita in præſenti caſu, prout arguit Sanchez *d. lib. 7. de matrimonio, diſp. 42. in principio*, ubi plenè de hoc puncto agit. 832.

Secunda eſt in Clerico ſacris Ordinibus initiato, quia is non perdit ipſo jure beneficium, prout facit Clericus in minoribus. Et ratio eſt, quia conſtitutus in Sacris, non poteſt etiam expreſsè alium ſtatum eligere, ſed cogitur in propoſito permanere; unde neque tacitè præſumitur mutaſſe ſtatum. Benè verum eſt, quod propter hujuſmodi delictum privari debet per ſententiam. Pax Jordanus *n. 23.* cum Joan. Andrea *in d. cap. Cum Ioannes, num. 23. de Clericis conjugatis*, ubi Anton. Imola, & Florian. Bened. Capra *in cap. 1. ejuſd. tit.* ubi opinionem hanc tutiorem dicit, & uſu ſervandam. Sequitur Decius *conſ. 166.* & ibi Grævat. *in Addit. ſub lit. A*; Maſcard. *d. concl. 182. num. 5.* qui *n. 6.* recenſet Bartolum, Brixienſem, Angelum de Clavaſio, & nonnullos alios contrarium docentes: ſed priorem ſententiam communiorem appellat, amplectitur, & defendit Sanchez 833.

d. lib. 7.

d. lib. 7. diſp. 43. num. 4. multis citatis, & ad hoc adducit textum *in d. cap. 1. de Clericis conjugatis*, ubi cavetur, quod Clericus in minoribus contrahens matrimonium, debeat ſpoliari beneficiis, retenta uxore: conſtituto verò in ſacris jubetur uxorem dimittere, nihil de beneficiis ſtatuendo, atque ita de privatione nihil ſtatuit: quod utique feciſſet, ſi voluiſſet, ſicut fecit in primo caſu de Clerico in minoribus.

834. *Tertia* limitatio eſt quoad diſpenſationem ſuper irregularitate illegitimitatis, vel alteriùs defectus impedientis conſequutionem beneficii; vel etiam habilitatem ad plura beneficia, & ſimilia: hæc enim non perditur per ſubſequens matrimonium, ſed illo diſſoluto, deſervit pro impetratione beneficii, aut plurium quidem beneficiorum, ac ſi matrimonium non interceſſiſſet; quia cum hujuſmodi diſpenſatio non tribuat jus in beneficio, vel ad beneficium, ſed tantum removeat impedimenta, & obſtacula incapacitatis, & inhabilitatis, non perditur per contractum matrimonii, prout beneficium ipſum perditur, aut jus ad illud, vel in illo. Pax Jordanus *num. 24.* cum Monacho *in cap. 1. de Filiis Presbyterorum, in 6. num. 12.* & Sanchez *d. lib. 7. de Matrimonio, diſp. 42. num. 9.* contra Philip. Probum *ad eundem Monachum, in cap. unico, à num. 6. de Clericis conjugatis, in 6.* ubi latiſſimè contrarium defendit per plura fundamenta ab eodem Sanchez repetita, ſed non approbata, & quidem jure merito, (ait Pax:) verior enim, & ſolidior eſt opinio Monachi, & ipſius Sanchez. Semel enim ablatum impedimentum virtute diſpenſationis, non reviviſcit ampliùs per ſubſequens matrimonium, omnino extraneum, & extrinſecum, præſertim cum verſamur in pœnalibus, & odioſis, in quibus ſtricta fit interpretatio, per jura aperta.

835. Quarta limitatio eſt principaliter juxta terminos *capitis 2. de Clericis conjugatis*, ibi: *Ne deinceps Clericus ad Eccleſiaſtica beneficia vel ſacros Ordines aut adminiſtrationes Eccleſiaſticas admittatur, niſi fortè caſtitatem voveret perpetuam, & qui unicam, & virginem habuiſſet uxorem.* Qui quidem textus (ait Pax *num. 25.*) non eſt litteraliter intelligendus de ſolo voto caſtitatis, manente contubernio; quia non præjudicaret uxori, & prohiberet tantum petere, non autem reddere debitum, prout advertit Sanchez *d. diſp. 42. num. 16.* ſed juxta terminos *cap. Cum ſis, & cap. Conjugatus, de Converſione conjugatorum.* Ut ſi uxor ſit ſenex, & non ſuſpecta de incontinentia, voveat caſtitatem; ſi verò juvenis ſit, exigatur etiam ipſius uxoris profeſſio, prout requiritur ad hoc, ut legitimè poſſit vir ad Ordines promoveri, ut diximus *in titulo de Sacris Ordinibus* (qui adeſt *tom. 1. lib. 3. el 6.*) Abbas *in d. cap. 2. num. 3.* Ant. *num. 7.* & alii apud Sanchez *d. num. 16.* Eadem igitur eſt habenda ratio conferendi beneficii, quæ de Sacris Ordinibus dandis hominibus uxoratis. Hactenus doctiſſimus Pax Jordanus.

SECTIO XII.

De carentia bigamiæ ei, qui beneficium obtinere voluerit neceſſaria.

836. DUodecima qualitas, in beneficium Eccleſiaſticum obtinente deſiderata, eſt ut bigamus non ſit. Bigami enim ordinari prohibentur, *c. 1. & 2. diſt. 33. cap. 1. 2. & 3. de Bigamis.* Concil. Tridentinum *ſeſſ 23. cap. 17. de Reformat. in fine*, ibi: *dummodò bigami non ſint.* Nicolaus Gareia *de Benefic. tom. 2. part. 7. cap. 6. num. 1.* cum Lambertino *de Iurepatronatus, 1. part. 2. lib. quæſt. 7. art. 13.* Corraſio *de beneficiis, 3. part. cap. 4. num. 2.* Gregorio Sayro *de Cenſuris, lib. 6. cap. 5. num. 9.* & cum Avila *dicto tract. de Cenſuris, part. 7. diſp. 8. dub. 1.* Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 24. num. 1.* quò loci addit: Et omni privilegio Eccleſiaſtico nudati exiſtunt, *cap. unico, de Bigamis, in 6.* & meritò (inquit) incapaces beneficiorum ſunt cenſendi. Allegat prædictos omnes Doctores. Nec Epiſcopus diſpenſare cum bigamo poteſt, non ſolum ad Sacros Ordines, *cap. 2. de Bigamis*, ubi Gloſſa, Abbas, & Corraſius: ſed nec ad minores, aut primam Tonſuram, aut beneficium etiam ſimplex, ut apparet *ex d. cap. unico*, & Trident. *loco citato*, & cenſuit S. Congregatio ejuſdem Concilii, ſub his verbis à Garcia relatis *num. 5. Epiſcopus authoritate ſua ordinaria, cum ſibi ſubdito vero bigamo, qui aliàs*

aliàs cum duabus virginibus ſucceſſivè legitimum matrimonium contraxit, & conſummavit, & modò defunctæ ſunt, diſpenſare non poteſt, ut primam Tonſuram, & ſimplicia, à ſe, vel ab alio accipiat. Ita cenſuit Congregatio *die* 30. *Januarii* 1589. & Sixtus V. approbavit. Quæ declaratio licèt loquatur de eo, qui cum duabus contraxit, procedit etiam in eo, qui cum unica vidua, ſeu corrupta contraxerit; nam æquiparantur à jure, *d. cap.* 1. *& 3. de Bigamis, & d. cap. unico, junctâ Gloſſa, verbo Bigamos*, & Doctores ibi. Idem Pax *num.* 7.

837. Unde Epiſcopum ordinando etiam minoribus bigamum, ſeu etiam prima Tonſura, mortaliter peccare, docet Garcia *num.* 6. & etiam conferendo ei beneficium, nec valet collatio. Idem Garcia cum Navarro *conſ.* 3. *& 4. de Bigamis*, qui etiam ait, Epiſcopum ordinantem, videri ſuſpenſum ipſo jure à collatione Ordinis, quem contulit bigamo per eundem annum, *ex cap. Eos, & cap. fin. de Temporibus Ordinationum, lib.* 6. & *cap. Nullus pœnitentem*, 55. *diſtinct.* per quod, inquit, poteſt dici etiam ſuſpenſus ipſo jure, uno anno à miſſando. Additio tamen ſuper *d. conſ.* 3. ait referri, Congregationem cenſuiſſe, Epiſcopum non potuiſſe dictas collationes facere, ſed quod non incurrat ob hoc ipſo jure aliquam certam pœnam. Et quidem de dicta pœna ſuſpenſionis à collatione Ordinis, quam contulit bigamo, nullus eſt Canon; nam dictum caput *Eos, & dict. cap. fin.* non loquuntur de ordinatione bigami, & pœnæ non ſunt extendendæ ad alium caſum, *regula Ordin. lib.* 6. cum aliis. Nec dictum *cap. Nullus pœnitentem*, ponit talem pœnam. Et quoad pœnam ſuſpenſionis à miſſando, poteſt intelligi, quod non ſit data ipſo jure, ſed ferenda per ſententiam, ut colligitur ex illis verbis, *Ab ea die, qua ei potuerit hoc approbare*; quæ videntur denotare eam pœnam eſſe imponendam, cum delictum in judicio probabitur. Et quamvis ex nova Conſtitutione Sixti V. contra Clericos malè promotos, à collatione Ordinum, & executione Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſteret, illa eſt jam redacta ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini, per conſtitutionem Clementis Octavi, *Pridie Kalend. Martii* 1595. apud Emman. Roderiq. *in Bullario, fa* 21. *Clementis præfati*, apud Quarantam *in Summa Bullarii, verbo Ordo* 3. *Bulla* 4. & apud plures alios, quos refert idem Garcia *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 70. *pag. mihi* 124.

Pax Jordanus ſubſcribit Garciæ *d.* 838.
tit. 24. dicendo *num.* 9. Epiſcopum ordinantem bigamum, etiam prima Tonſura, vel ei beneficium, etiam ſimplex conferentem, peccare mortaliter, & collationem invalidam exiſtere. Et dicendo *num.* 10. dictum Navarri *conſ.* 3. *de Bigamis*, firmantis Epiſcopum ordinantem incurrere ſuſpenſionem ipſo jure à collatione Ordinum, quos contulerat bigamo, quod etiam dixerat Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 68. *concluſ.* 4. ex ſententia S. Congregationis jam ſuſtineri non poſſe, poſt reductionem Conſtitutionis Sixti V. ad terminos juris communis, & Concilii Tridentini. Et denique *num.* 11. inquit Pax: Excuſandus itaque erit Epiſcopus à ſuſpenſione ordinando ad minores Ordines bigamum, aut illi conferendo beneficium, licèt collatio nulla ſit, tanquam facta irregulari; & ordinatus ſit ipſo jure ſuſpenſus ab exercitio ſuſceptorum Ordinum, quia de tali ſuſpenſione Ordinatoris nullus eſt canon ita ſtatuens.

Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tr.* 13. *diſp.* 4. 839.
punct. 8. poſtquam *num.* 5. recenſuit ſententiam Sanchez *lib.* 7. *de Matrim. diſp.* 86. *n.* 11. Avilæ *de cenſur. part.* 7. *diſput.* 7. *dub.* 4. Sayri *eod. tract. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 11. Bonacinæ *in ſimili tract. diſp.* 7. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *num.* 15. Paul. Comitoli *Reſponſor. Moral. lib.* 1. *quæſt.* 106. *num.* 5. *&* 6. Ludovic. Mirandæ *in Manuali Prælator. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 2. *concluſ.* 2. aſſerentium ex diſpenſatione Epiſcopi poſſe bigamum Ordines minores, & beneficium ſimplex accipere, ex eo *quod nullus* ſit textus, qui hanc deneget Epiſcopo poteſtatem; & quia *in cap. Lector*, 34. *diſt.* datur Lectori bigamo facultas in Lectoratu permanendi ex diſpenſatione, & ſubditur, ut poſſit, ſi neceſſitas urgeat, ad Subdiaconatum promoveri; qui Ordo (inquit) illo tempore inter ſacros Ordines

non erat adſcriptus: & additur, idem eſſe dicendum de bigamo. Alii dictam ſententiam limitant, ut procedat quoad Ordines, & beneficia recepta, ſed non quoad recipienda. Sic Abbas *in cap. Super eo, num.5. de Bigamis*, Navarr. *in Manuali, cap.27.n.197.* Valentia 4. *parte, diſp.7. q.19. punct.3. in 1. ſpecie irregularitatis*, Philiarc. *de Offic. Sacerdotis, tem.1. lib.4. cap.7. in fine.* Emmanuel Roderiq. *tom.1. Summæ, cap.158. concl.5. num.6.* Vivaldus *in Candelabro Aureo, 2. part. ubi de Irregularitate bigamiæ, num.34.* Poſtquam, inquam, Palaus dictam ſententiam, & ejus limitationem propoſuit, ſic ut ſequitur, propriam aperit mentem. Videlicet:

840. Nihilominus verius exiſtimo, non poſſe Epiſcopum, neque in Ordinibus minoribus, neque in beneficio ſimplici cum bigamo vero, & interpretativo diſpenſare. Sic Lambertinus *de Iurepatr.1. part.lib.2. q.7. art.13. num.4.* Lopez *Inſtructor.2. part. cap.20.* Gregor. Lopez *l.5. tit.5. part.1. verbo Dos mugeres, in fine.* Toletus *cap.63.* Garcia *de benefic. tom.2. part.7. cap.6. n.14.* Suarez *tom.5. de Cenſuris, diſp.49. ſect.6. num.4. & 5.* Zevallos *quæſt.559.* Genuenſis *in Praxi, cap.113.* Aug. Barboſa, alios referens, *de Poteſt. Epiſc. part.2. allegat.49. num.21. & 25.* Moveor (ait Palaus) ex textu *in cap. unico de Bigamis, in 6.* ubi bigami omni privilegio Clericali denudantur, neque Epiſcopo committitur diſpenſatio. Sed in lege generali nequit Epiſcopus diſpenſare, niſi ei commiſſum ſit, ut tradunt Doctores *in cap. At ſi Clerici, de Iudiciis.* Ergo nequit in hac bigamia diſpenſare. De inde in Tridentino *ſeſſ.23. cap.17.* permittitur conjugatis Ordines minores exercere, modò non ſint bigami: cui Decreto non videtur poſſe Epiſcopum derogare. Et ſic deciſum eſſe à S. Congregatione, teſtantur Garcia *ſuprà, num.5.* & alii relati à Barboſa *tum loco allegato, tum in Remiſſ. Concilii, dicto cap.17.* Per quæ videtur aliqua ex parte derogatus textus *in cap. Lector, 34. diſt.* Hactenus Ferdinandus Caſtrus Palaus.

841. Garcia autem *d. num.14.* relata, & rejecta *num.13.* ſententia D. Th. *in 4. diſt.27. quæſt.3. art.3.* & aliorum ibi, Turrecrematæ *in cap. Lector 34. diſt. artic.2.* Gomez *de Brev. num.20. & 21.* Covarruviæ *in Clement. Si furioſus, part.1. §.2. num.4.* Navarri *d. num.197.* Hojedæ *de Incompatibilit.1. part. cap.13. n.107.* Salzedi *in Praxi crimin. Bernardi Diaz, cap.16. lit. C.* Ugolini *de Irregularit. cap.56. §.7. num.2. & de Offic. Epiſc. cap.57. §.4. num.1.* Zerolæ *in Praxi Epiſcopali, part.1. verbo Irregularitas, §.17. & part.2. verbo Bigami, §.2.3. & 4.* Sylveſtri *verbo Bigamus, quæſt.7. num.7.* Petri Ledeſma *de Matrimonio, quæſt.66. art.5.* Soti *in 4. diſt.27. quæſt.3. art.3.* Henriq. *in Sum. lib.12. cap.6. §.11. & lib.14. cap.20. §.2.* Vegæ *in Sum. part.1. cap.38. caſu 1. & in Eſpejo de Curas, c.12. n.321. & cap.14. n.38.* & aliorum dicentium poſſe Epiſcopum diſpenſare cum bigamo in minoribus, ſaltem ubi maxima eſſet diſpenſandi cauſa, aut quoad uſum ſuſceptorum, in ſequentia prorumpit. Sed mihi non probatur iſta ſententia, præſertim ſtante Concilio *ubi ſuprà*, ex quo, & *ex dict. cap. unico*, contra quæ non poteſt Epiſcopus tanquam inferior diſpenſare, clarè colligitur, abſolutè Epiſcopum non poſſe diſpenſare in bigamia vera, vel interpretativa, etiam quoad minores, aut uſum ſuſceptorum, & tenent Dominicus *num.5.* Francus *num.4.* & alii, *in d. cap. unico*, Albertus Trocius *de vero, & perfecto Clerico, lib.2. cap.11. num.6.* Villadiego *de Irregularit. cap.6. circa finem, verſic. Circa bigamum.* Lambertin. 1. *part.2. lib. quæſt.7. art.13. num.4.* Greg. Lopez *in l.5. tit.5. partita 1. verbo Dos mugeres, in fine.* Majolus *de Irregularit. lib.1. cap.33. n.14.* Ludov. Lopez *in Inſtruct. conſcientiæ, 2. tom.2. part. cap.22.* Toletus *cap.63.* & Suarez *tom.5. de Cenſuris, diſp.49. ſect.6. num.4. & 5.* Zevallos *quæſt.559.* & noviſſimè Genuenſis *in Praxi, cap.113.* dicens, nec quoad exercitium ſuſceptorum poſſe Epiſcopum diſpenſare ſuper bigamia vera, vel interpretativa, ex Concilio *ſuprà*, & ita fuiſſe reſcriptum à S. Congregatione Concilii Tridentini, ſibi petenti declarationem anno 1606. & refert, & ſequitur Piaſecius *in Praxi Epiſcop. part.1. cap.1. num.60.* Hucuſque Nicolaus Garcia, cujus ſententiam libenter amplector, propter ejus, & aliorum ſupra recenſitorum authoritatem, & propter dictam Sacræ Congregationis declarationem, unde ſententia contraria, quam tenui *in Commentariis*

ad

ad Conſtitut.6. ſect. 18. *pag.* 117. *& ſeq.* & ibi *num.* 564. expreſſi, procedebat de jure communi antiquo, non verò de novo Concilii.

842. Ut meliùs quæ dicta hic ſunt intelligantur, ſciendum eſt nomen *Bigamia* Græcum eſſe, ut *ubi proximè, num.* 354. quod idem importat, quod multiplicatio nuptiarum. Bigamia autem triplex eſt, alia *vera*, alia *interpretativa*, & alia *ſimilitudinaria*. Vera bigamia, & propria eſt, quando quis bis contraxit legitimè & validè, & utrumque matrimonium conſummavit. Garcia *d. cap. 6. num.* 13. ego ipſe *num.* 355. Interpretativa eſt, quando quis contrahit cum una ſola, ſed ab alio jam cognita in matrimonio, aut extra illud: & quando contraxit cum virgine, illam cognovit poſt adulterium ab ea commiſſum: & quando duo contraxit matrimonia, illaque conſummavit, invalida quidem, aut unum validum, & aliud invalidum, uti addit Garcia. Dicitur autem *interpretativa*, quia fictione juris interpretatur, duo contraxiſſe matrimonia. *Similitudinaria* denique eſt, quæ contrahitur ex matrimonio contracto, & conſummato, etiam cum virgine, per aſtrictum Ordine ſacro, aut voto ſolemni caſtitatis in ſuſcepto Ordine, aut in Profeſſione Religioſa emiſſo: quo mediante, cum Chriſto ſimilitudinarium contrahit matrimonium, conſummatum in illo genere, & poſtea ad nuptias carnales accedendo, & matrimonium iſtud conſummando, ſimilitudinaria bigamia contrahitur, ad ſimilitudinem ſcilicet illius, quæ verè, aut interpretativè contrahitur aliquo ex modis jam explicatis.

843. Bigamia interpretativa contrahitur etiam quando quis uxorem ſuam adulteram cognovit, etiam per eum ignorato adulterio. Garcia *num.* 16. *ex cap. Si cujus, cap. Si laici*, 34. *diſt.* quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, ſeu delictum inducta, ſed ob defectum Sacramenti, *cap. Acutius*, 26. *dicto cap. Nuper, cap. Debitum, & cap. finali, de Bigamis.* Et ita tenet communis ſententia, quam ſequuntur Albertus Trocius *d. lib. 2. cap.* 11. *num.* 2. Villadiego *de Irregularit. cap.* 3. *verſic. Dixi etiam quod Bigamus.* Addit. Capellæ Toloſanæ *deciſ.* 235. Navarr. *in Man. cap.* 16. *n.* 27. *& cap.* 27. *num.* 195. Covarr. *d. §.* 2. *n.* 3. Majolus *d. cap.* 35. *num.* 6. Salzedo *d. cap.* 16. *lit. F*, Joan. Gutierrez *Canonicar. quæſt. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 16. Ugolin. *d. cap.* 59. *§.* 2. *num.* 7. Candelabr. Aureum *ſuprà, num.* 5. Ludov. Lopez *tom.* 2. *part.* 2. *cap.* 22. Vega 1. *part. Summæ, cap.* 38. *caſu* 2. *& in Eſpejo de Curas, cap.* 12. *num.* 299. *& cap.* 14. *n.* 37. Carbo *de Legibus, lib.* 8. *diſp.* 3. *cap. ult.* Toletus *lib.* 1. *cap.* 66. & Suarez *d. diſp.* 49. *ſect.* 3. *num.* 15. *& lib.* 9. *diſp.* 32. *num.* 15. *& de Legibus, lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6. Soto, & alii ſtatim citandi, & Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 84. *n.* 15. Zumel 1. 2. *quæſt.* 76. *art.* 4. *diſp.* 3. *&* 4. Quamvis contra hanc communem, & receptam ſententiam, malè teneat Corraſ. *d. cap.* 4. *n.* 4. Sà *verbo Irregularitas ex bigamia, num.* 2. *&* 3. & Petr. Ledeſma *quæſt.* 66. *art.* 3. *ad finem, & in Summa de Matrimonio, c.* 32. 6. *concl. ad finem*, ubi docent, quod qui ex ignorantia invincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel accedit ad propriam uxorem poſt ejuſdem adulterium, non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia iſta bigamia non eſt ullo modo voluntaria. Quod parum refert, cum irregularitas præcipuè ſit inducta ob defectum Sacramenti, ut dictum eſt: & diverſa eſt ratio in irregularitate ex occiſione hominis juſta; nam iſta eſt inducta ob defectum perfectæ lenitatis in ipſo occiſore, & ideo debet eſſe voluntaria, &c. Et quod dicit Cuchus *in Inſtitutionibus Moralib. lib.* 4. *tit.* 2. *num.* 164. quod qui uxoris culpam ignoraſſet, acceptis Ordinibus, ut non recentes adipiſci permitteretur, accipiendum eſt ex diſpenſatione. Hucuſque Garcia.

844. Bigamia ſimilitudinaria in multis differt à vera, & ab interpretativa. *Primò*, quia ortum non habet ex defectu ſignificationis, ſed ex delicto. Expreſsè habetur *in c. Nuper à nobis*, ibi, *Non propter Sacramenti defectum*: ubi Gloſſa *verbo Diſpenſare, el* 4. *de Bigamis non ordinandis*; & *in cap. A nobis, el* 7. *& fin. eod. tit.* ibi: *Non propter Sacramenti defectum, ſed propter affectum intentionis cum opere ſubſecuto*, ubi Gloſſa *verbo viduam.* Baſſæus *tom.* 1. *verbo Bigamia, n.* 2. & ego ipſe *in commentariis ad conſt.* 6. *n.* 356.

845. *Secundò* differt, quia in veritate bigamia dici non poteſt, ſicut illæ dicuntur & ſunt, cum verum matrimonium à Clerico in ſacris, & à Religioſo profeſſo non contrahatur, nec vinculum maritale. Ita *in dictis cap. Nuper, & cap. A nobis*, modò allegatis. Punitur tamen tanquam verus bigamus, propter affectum contrahendi matrimonium, & opus conſummationis ſubſequutum. Conſtat ex eiſdem Juribus, & eorum Gloſſis, docetque Illuminatus Moronus *in centum reſponſis, reſp.* 80. *num.* 12. & ego ipſe *num.* 357.

846. Tertiò differt quoad diſpenſationem irregularitatis, quia ſuper irregularitate bigamiæ veræ, & interpretativæ, etiam ſolus Papa de jure communi diſpenſat quoad Ordines, ut dictum eſt *ſuprà, num.* 865. *&* 866. & docent Baſſæus *ſuprà, num.* 11. & *verbo Irregularitas, num.* 6. cum Sayro *de Cenſuris, lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 2. Gavantus *in Manuali Epiſc. verbo Irregularitas, n.* 22. cum Bonacina *quæſt.* 2. *punct.* 5. *propoſit.* 2. Laurent. de Peyrinis *de Privileg. ad Conſtit.* 2. *Iulii II. num.* 120. Jacob. de Graffis *in deciſionibus Aureis, part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 38. & ego ipſe *n.* 558. Super irregularitate autem ex bigamia ſimilitudinaria proveniente, diſpenſare poſſunt Epiſcopi. Sequitur ex dictis *d. num.* 836. *& ſeq.* & docent expreſſe Baſſæus *verbo Bigamia, n.* 12. cum Sayro *ubi proximè, cap.* 6. *num.* 14. & Diana *part.* 4. *tract.* 2. *reſol.* 62. *&* 63. Gavantus *num.* 25. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 49. *num.* 26. Et ita quidem conceditur eis *in cap. de Diacono, el* 1. *Qui Clerici, vel voventes*, ubi Gloſſa *verbo Diſpenſativè*, ibi: *Et ita Epiſcopi poſſunt etiam diſpenſare cum Clericis conſtitutis in Sacris Ordinibus, ſi contrahant de facto, &c.*

847. Poſſunt etiam diſpenſare ſuper irregularitate ex bigamia ſimilitudinaria Abbates, & alii Prælati Regulares, cum ſuis ſubditis, non ſolùm quoad Ordines minores, ſed etiam quoad majores: & non ſolum ut in ſuſceptis miniſtrent, ſed etiam ut ad non ſuſceptos aſcendant. Ita Peyrinus *num.* 120. *citato*, cum Roderiquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 24. *art.* 1. Llamas 1. *part. Methodi, cap.* 12. *§.* 2. *&* 3. Navarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 197. *in fine*, Zerola *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *verbo Bigami, verſic.* 3. Abbate *in cap. Ex literarum, Qui Clerici, vel voventes, num.* 5. & cum Cruce *de ſtatu Religiosis, lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 17. *columna* 1. Quod etiam colligit *ex d. cap. de Diacono, & ex cap. Ex literarum, el* 2. *d. tit. Qui Clerici, vel voventes*, Joannes Bapt. Lezana *in Summa QQ. Regularium, part.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. dicens: Quod attinet ad diſpenſationem in irregularitatibus, poſſunt Prælati Regularium cum ſibi ſubditis diſpenſare: *Primò* in omnibus, in quibus poſſunt Epiſcopi cum ſibi ſubjectis; & hoc ex jure communi, quia ſcilicet habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Et *tom.* 3. *in Mari magno Prædicatorum, §.* 42. *num.* 129. cum Sigiſm. à Bononia *de Electione, dub.* 71. Bordono *reſol.* 13. *num.* 17. Barboſa *alleg.* 49. *num.* 31. & cum Suarez *tom.* 4. *de Religione, tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 11. De qua certè cauſali, latè ego ipſe, illam fulciendo, egi *tom.* 1. *Quæſt. Paſtoralium, part.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 7. & ibidem *in Diſquiſitione de Jure Prioris annexi, num.* 95. *cum* 2. *ſeqq.* & *num.* 113. *&* 133. & *in tom.* 2. *&* 1. *diſquiſitionum Canonicarum, & Moral. tract.* 1. *diſq.* 3. *n.* 10. & *tom.* 4. *Commentariorum, ad Conſtitut.* 6. *n.* 358. & non ſemel alibi. Et dicta quidem procedunt de jure communi.

848. Et de Jure ſpeciali privilegii Apoſtolici, ampliorem facultatem habent Prælati noſtræ Congregationis Valliſoletanæ, ſeu Benedictinæ Hiſpanæ. Paulus enim Tertius illi conceſſit, ut Prælati ſingulis annis, primo die Lunæ Quadrageſimæ, diſpenſent cum omnibus ſuis ſubditis in omni irregularitate, quavis occaſione, vel cauſa contracta. Cujus Conſtitutio in forma Brevis expedita 12. Maii 1545. habetur authentica in Bullario dictæ Congregationis *la* 90. *fol.* 176. & apud Bullarium. Roderiquez *tom.* 2. *la* 10. In qua Baſſæus *verbo Abbas, num.* 8. Hieronymus Roderiquez *in Compend. QQ. Regular. reſolut.* 16. & Portellius *in Addit. ad Dubia Regularia*, obſervarunt, Papam non limitare ſi ſit delictum occultum, vel publicum; ſi homicidium ſit caſuale, vel voluntarium: neque excipit bigamiam, &c. ſed abſolutè, & in communi ait: *quavis occaſione, aut cauſa contracta.* Cumque conceſſio ſit tam ampla, & generalis, & Papa id poſſit concedere, nec ab ullo ſucceſſore revocatum inveniamus

niamus in ſpeciali, videtur poſſe Religioſos illa uti, ſicut jacet, ſine limitatione; quia cum lex, vel Princeps non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Ita præfati Authores. Quibus addo Chaſſaing. *in Privilegiis, tract.* 4. *cap.* 1. *propoſ.* 6. Aſcan. Tamburin. *tom.* 3. *de Iure Abbat. diſp.* 4. *quæſt.* 12. *num.* 10. 11. Et pro eo, quod Prælati Regulares diſpenſare bene valeant ſuper bigamia vera, & interpretativa, videndi veniunt Avila *de Cenſuris, part.* 7. *diſp.* 8. *dub.* 4. *concl.* 8. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 6. *num.* 11. cum Gloſſa *litt. Z*, quos, & alios recenſet, & ſequitur Diana *part.* 3. *tract. de Dubiis Regular. reſolut.* 45. *in fine.* Duo alia obſervat, & benè Portellius, ex textu ipſo dicti privilegii. *Primum num.* 2. dictam diſpenſationem facere poſſe per ſe ipſos, aut per ſuos delegatos. *Secundum num.* 7. ſolùm illam exequi poſſe in die præfata, feria ſcilicet 2. hebdomæ primæ Quadrageſimæ. *Tertium* addo, obſervatione dignum, clauſulam hanc præfati Brevis: *Decernentes præſentes litteras, nullo unquam tempore, per Nos, aut Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ſeu Sedem prædictam, etiam pro inſtauratione Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, aut Cruciata ſancta, vel expeditione contra Infideles, ſeu quacumque alia, etiam inexcogitabili cauſa, ſuſpendi, revocari, annullari: & ſi ſecus fieri contigerit, toties reintegratas, & in priſtinum ſtatum reſtitutas; & ſuſpenſionem, revocationem, & limitationem hujuſmodi, pro illarum reintegratione, & reſtitutione, ac nova conceſſione; ſemperque à quibuſvis revocationibus exceptas eſſe, & cenſeri, niſi de veſtro, & cujuſlibet veſtrûm nominibus, in illis, aut etiam in ſupplicationibus, etiam motu proprio ſignatis, diſpoſitivè mentio fiat.*

849. Sed dictis obſtare videtur, quod in generali conceſſione non veniant ea, quæ quis in ſpecie non eſſet veriſimiliter conceſſurus. Barboſa *d. allegat.* 49. *num.* 30. *ex cap. In generali, de Regul. Iuris, in* 6. nec reſervata Principi. Idem Barboſa *ex cap. fin. de Offic. Vicarii, in lib. cod.* Rolando *conſ.* 1. *num.* 147. *lib.* 2. Ozaſch. Pedemont. *deciſ.* 29. *n.* 5. Giovagn. *reſp.* 95. *num.* 3. *lib.* 1. Sed in ſpecie facultas diſpenſandi generaliter ſuper irregularitatibus, non extenditur ad bigamiam, & homicidium voluntarium, ut tradunt Navarrus *tit. de Homicidio, conſ.* 38. Vivald. *in Candelabro, de Irregularitate num.* 312. Roderiq. *tom.* 1. *qq. regul. quæſt.* 24. *art.* 15. & *tom.* 2. *quæſt.* 105. *art.* 1. *in fine*, Miranda *in Man. tom.* 2. *quæſt.* 8. *art.* 14. *concl.* 5. Homobonus de Bonis *de Caſibus reſervatis, part.* 1. *cap.* 5. §. *Quinimò obſervandum.* Ergo in dicta Paulina non venit facultas diſpenſandi ſuper irregularitatibus ex bigamia, & homicidio voluntario provenientibus.

Reſpondeo, regulas nobis objectas, ex duplici illo jure intelligi debere quando conceſſio tantùm habet verba generalia ſine expreſſione dictionis univerſalis, quæ ampliet diſpoſitionem, qualis utique appoſita invenitur in dicta Paulina, videlicet: *Quavis occaſione, vel cauſa, &c.* quæ certè talis, & tantæ virtutis eſt, ut illius virtute, quamcumque irregularitatem ex multis deligere libet, uti Paſſeratius vult, verbo *Quilibet, Quivis*, qui pro eodem utrumque uſurpat verbum. Et idem Barboſa *tract. de Dictionibus, dict.* 320. plura de dictione *Quilibet*, pro me pronunciat. *Primò*, quod omnia comprehendat. Allegat Gloſſam *in l. Cum quid, ff. Si certum petatur, verbo Quaſlibet, in l. Omnes, C. de Quadriennii præſcriptione.* Et *in Clement.* 1. *verbo Quavis alia, de Re judicata*, ex Decio, Rebuffo, Menochio, Azevedo, Joan. Franc. de Ponte, Glorit. & Franciſco de Leone. Et quidem Gloſſa *in d. Clement.* in illa textus verba: *Is qui in beneficiali, vel alia quavis cauſa*; ita ait: *Quavis, includit ſpirituales, quaſi ſpirituales, criminales, civiles, & mixtas.* Omnes utique cauſas. 850.

Secundò, pro me dicit Barboſa *d. dict.* 320. quod *Qulibet*, idem quod dictio *Omnis*, operetur. Dictio autem *Omnis*, ipſo Barboſa authore *dictione* 241. inter alia importat, ut comprehendat ea, quæ aliàs non comprehenderentur, & quod nihil excludat. *Tertiò* denique docet dictionem *Quilibet*, idem operari, ac ſi plures diſpoſitiones factæ fuiſſent, & plures dinumerationes. Ac proinde juxta doctrinam à Barboſa *in præced. dictione* 851.

traditam, Paulus Tertius in clauſula, *quavis occaſione, vel cauſa contractis*, omnium irregularitatum diſpenſationem concedit, illarum etiam, quæ aliàs non includerentur: & nullam excludit, & plures virtualiter facit diſpoſitiones, in quarum una concedat diſpenſationem bigamiæ, & in altera diſpenſationem homicidii voluntarii, quæ regulariter concedi non ſolent, nec cenſentur, niſi in conceſſione ipſa exprimantur.

852. Pro coronide hujus præſentis argumenti adverto, bigamiam in nulla ex tribus illius ſpeciebus, de quibus ſupra, contrahi abſque carnis commixtione, ut ex dictis colligitur, & docet Emmanuel Sà *verbo Irregularitas ex bigamia, num.* 1. ex Covarr. *in Clement. Si furioſus, 2. part. §. 2. n. 2.* Commixtio autem hujuſmodi tunc ſolum fit quando vir ſimul, & fœmina in complexu, & coitu ſeminant; non enim ſufficit alterius ſeminatio, ſed utriuſque neceſſaria eſt, ut copula conſummata dicatur, & ſit. Unde in dictis Commentariis *ad Conſtit. 6. num. 64.* dixi ex Hipocrate, Galeno, Abulenſi *Paradox. 1. cap. 486.* Cajetano *2.2. quæſt. 154. art. 12.* Diana *part. 4. tract. 2. reſol. 43. & part. 5. tract. 13. reſol. 45.* quos recenſet Baſſæus *verbo Matrimonium 11. num. 5.* ad generationem requiri concurſum ſeminum viri, & fœminæ, nec ſufficere acceſſum, in quo ſolus ſeminaverit vir. Ex quibus ipſe Baſſæus ait, probabiliter dici poſſe, quod ſi viro ſeminante fœmina non ſeminaverit, idque partibus conſtet, poſſunt Religionem ingredi, & profiteri, & pars relicta in ſæculo aliud matrimonium inire. Et ſtante probabilitate hujus opinionis, qui habuit copulam cum conſanguinea, vel affine uxoris, ſi illa non ſeminavit, non contraxit ullum impedimentum; & ideo poteſt ſine alia diſpenſatione petere debitum. Hæc Baſſæus. Ratio autem dictorum eſt, quia ſolùm per commixtionem ſeminis, fit ex duobus, viro, & fœmina, una caro.

SECTIO XIII.

De Naturalitate pro obtinendis aliquibus beneficiis deſiderata.

TErtia decima qualitas pro aliquibus beneficiis eſt, quod illa obtinere non poſſint, qui naturales non ſint Regni, Epiſcopatus, &c. 853.
Quæ licet non conſonet juri communi, cum juxta illius diſpoſitionem *in cap. Ad decorem, de Inſtitutionibus*, & ibi Gloſſa *verbo Vndecunque*, Abbas *num. 4.* Caſtrus Palaus *tom. 2. tract. 13. diſp. 4. punct. 9. n. 1.* Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 25. num. 3.* cum Lambertino *de Iurepatronatus, part. 1. lib. 2. quæſt. 7. art. 24.* Selva *de Benefic. 3. part. quæſt. 26.* & Rota, Nicolaus Garcia *de Benefic. tom. 2. part. 7. cap. 9. num. 4.* cum Corraſio *3. part. cap. 5. num. 9.* & Doctore Sahagun *in cap. Eam te, num. 27. de Reſcriptis*, beneficia conferri poſſint alienigenis, & extraneis idoneis. Unde Rota *in Valliſoletana præeminentiarum, 24. Novembris 1603. coram Pamphilio*, dixit, *quod de jure quilibet poteſt eligi, & inſtitui, dummodo ſit idoneus, cap. Ad decorem: & propterea ſtatutæ excludentia à beneficiis certum genus perſonarum, dicuntur contra jus.* Butrius *in cap. Cum dilectus, de Conſuetud. à num. 38. in 2. lectione, & ſæpiſſime fuit in Rota reſolutum*, (ſic refertur à Garcia:) in aliquibus tamen Eccleſiis inolevit conſuetudo, ut minimè illa conferantur, niſi ſolum naturalibus, neque conferri quidem valeant. Sed hoc ex diverſis principiis oriri, & procedere contingere poteſt, vel ex Summi Pontificis privilegio, vel ex conſuetudine immemorabili, quæ illud ſupponit, & vim habet privilegii, & tituli, ut pluribus probavi *in Commentariis ad Conſtit. 8. num. 16. 32. 33. & 36.* vel tandem ex legibus Regnorum, ut de Gallia teſtantur apud Pacem Jordanum *d. num. 1.* Guillelm. Bened. *in repetit. cap. Raynutius, verſic. Vxorem nomine, lib. 3. num. 482. de Teſtamentis*, Rebuffus *de Pacificis poſſeſſ. num. 265.* & *in tit. de Reſcrip. mixt. num. 7.* Pariſius *de Reſignatione, lib. 4. quæſt. 7. num. 2.* Teſtatur etiam apud Caſtrum Palaum *d. num. 1.* Coſmas *in Proœmio Pragmaticæ ſanctionis, §. Nam Eccleſiarum*, verbo *Exterorum, ad finem*, & apud Garciam *num. 2.* idem Coſmas *loco citato*,

Joannes

Joannes Selva *d. quæſt.* 26. Corraſius *num.* 12. Carolus de Graſſal. *lib.* 2. *Regalium Franciæ, jure* 8. & dicti Gullielmus Benedictus, & Rebuffus. Et de Regno Caſtellæ teſtantur dictus Pax *cod. num.* 1. poſt Covarruviam *Practicarum cap.* 35. *num.* 5. & Pariſium *loco citato*, per *lib.* 1. *Ordinamenti Hiſpaniæ, tit.* 3. *ll.* 18. 19. & 20. Palaus per *l.* 14. & *alias, tit.* 3. *lib. Recopilationis*, & Garcia per *l.* 18. *cum ſeqq. tit.* 3. *lib.* 1. *Ordinamenti*, & hodie *l.* 14. *cum ſeqq.* ubi Azevedo, Didacus Perez, Covarruvias *d. num.* 5. Hojeda *de Incompatibilitate benefic. cap.* 24. *num.* 115. & 116. Pariſius *d. quæſt.* 7. Sahagun *ubi ſuprà, à num.* 24. Cevallos *lib.* 4. *quæſt.* 1. *ſeu* 897. *àn.* 309. & 417. de quo latè Salzedo *in Practica Bernardi Diaz, cap.* 54. Et de Luſitaniæ Regno teſtatur apud Garciam *d. cap.* 9. *num.* 3. Cabedus *de Patrimonialibus Regiæ Coronæ.* Sed eſt notandum, quod immediatè ſubjungit: Ut *in Seguntina Admiſſionis ad Capitulum*, 5. *Iunii* 1589. *coram Gipſio*, quæ eſt *deciſ.* 24. *noviſſimar. Farinacii*, ubi *num.* 2. quod ſtatutum prohibens Clericos forenſes eſſe de Capitulo, eſt contra jus; ideò non valet, *ad cap. Ad decorem.* Bert. *conſ.* 1. *num.* 2. *lib.* 1. &c. cui conſonat *deciſ.* 528. *earumdem noviſſimarum Farinacii, ſub num.* 4. Hæc Garcia. Conſonat etiam *deciſio in Valliſoletana coram Pamphilio*, ſuperiùs ex eodem Garcia recenſita.

853. Ex quibus habemus, quod ceſſantibus privilegio Apoſtolico, & legitima poſſeſſione immemoriali, beneficia conferri poſſunt clericis undecumque ſint, aliàs tamen idoneis. Quod leges, & ſtatuta excludentia à beneficiis alinigenas, & qui naturales non ſint, non valeant, utpotè contra jus commune Canonicum facta, niſi confirmata ſint per Sedem Apoſtolicam, etiam habemus. Bene tamen verum eſt, quod qui ſunt de loco, aut Diœceſi, cæteris paribus præferri debeant extraneis in collationibus beneficiorum, ſaltem de honeſtate; quia valde honeſtum cenſetur, ut unuſquiſque beneficietur in propria patria (ut ait Pax *num.* 5.) ut illius dulcedine illectus, libentiùs reſideat, inſerviat, beneficii bona cuſtodiat, & alia id genus præſtet. Abbas *in cap. Ad decorem, de Inſtitutionibus, & in cap. Cùm inter, num.* 9. *el* 3. *de Electione.* Sed qui eſt in loco, ſeu Diœceſi beneficii, (verba Garciæ *d. cap.* 9. *num.* 5. reddo) debet, ſi eſt idoneus, aliis extraneis præferri, *l. In Eccleſiis, C. de Epiſcopis, & clericis*, Coſmas *in d. Proœm. verbo Exterorum*, præter quem alios 17. DD. allegat, & Rotam *in una Calagurritana de Lequeitio, 28. Iunii... coram Gipſio*, in qua fuit dictum: *Quod attenta juris communis diſpoſitione, naturalibus, ſeu filiis patrimonialibus, potius quam extraneis, debent beneficia conferri, cap. Nullus, 61. diſt. & licèt loquatur in Epiſcopis, nihilominus ratio textus militat etiam quoad alia beneficia, & eſt valdè honeſtum, & fructuoſum, ut in terminis dicit Abbas in d. cap. Ad decorem, num.* 4. *de Inſtitut.* Hæc refert ex Rota. Et Caſtrus Palaus *d. n.* 1. poſtquam recenſuit leges Regias, de quibus ſuprà, addit: Idemque in aliis pluribus Regnis eſt ſtatutum, & meritò. Quia naturales diligentiùs inſerviunt, & cum majori fructu, & Eccleſias ditant, non ſpoliant; ſecus exteri. Sed eſt valdè notandum, quod immediatè ſubjungit, videlicet: *Ut autem hæ leges, & quælibet alia ſtatuta ſæcularia effectum habeant, debent à Sancta Sede approbari.*

Cæteris etiam paribus, alteri præ- 854.
ferendus eſt (ait Garcia *num.* 6. quem in ſimili *num.* 6. refert, & ſequitur Pax Jordanus,) qui ex gremio Eccleſiæ eſt, *cap. Nullus, & cap. Obitum*, 61. *diſt. cap. Metropolitano*, 63. *diſt. & cap. Ne pro defectu, de Elect.* Cuchus *in Inſtitutionib. Major. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 127. Rota *deciſ.* 413. *num.* 1. *part.* 1. *diverſor.* Soto *de Iuſtitia, & jure, lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 2. *ad* 4. Petrus Navarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 196. Genuenſis *in Manuali Paſtorum, cap.* 38. *num.* 2. & *in Praxi, cap.* 66. *num.* 13. & Ugolinus *de Offic. Epiſc. cap.* 5. §. 12. *num.* 6. Addo ego *Concilium Tertium Lateranenſe*, celebratum ſub Gregorio Magno, anno Domini 601. quod habetur *tom.* 2. *Conciliorum Severini Binii, part.* 2. *pag. mihi* 303. & apud Coriolanum *in Conciliorum Compendio, pag.* 521. In illo ſic ſtatuit Gregorius noſter: *Defuncto Abbate cujuſque Congregationis, non extraneus eligatur, niſi de eadem congregatione,*

tione, quem ſibi propria voluntate concors Fratrum ſocietas eligeret: & qui electus fuerit ſine dolo, vel venalitate aliqua. Quod ſi ipſi inter ſe perſonam invenire nequeant, ſolerter ſibi curent de aliis Monaſteriis ſimiliter ordinandum. Addo etiam D. Th. 2.2. *quæſt.* 63. *art.* 2. *ad* 4. ubi ita ait: *Ad quartum dicendum, quod ille, qui de gremio Eccleſiæ aſſumitur, ut in pluribus conſuevit eſſe utilior quantum ad bonum commune, quia magis diligit Eccleſiam, in qua eſt nutritus. Et propter hoc etiam mandatur Deuteronomii* 17. *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non ſit frater tuus.* Hæc Angelicus Doctor, quem recenſet, & ſequitur Paulus Layman *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 15. *num.* 8. dicens: Jure ſtatutum eſſe, ut ad Prælatiam non eligatur, niſi qui eſt de Eccleſiæ gremio; quia talis magis diligit Eccleſiam in qua eſt nutritus. Huc ſpectat diſpoſitio Conſtitutionis noſtræ Congregationis, *in c.* 8 inſcripto: *Forma de elegir las Abadias en Capitulo, confirmada por ſu Santidad,* ibi: *Los Electores han de eligir a los que ſegun Dios, y el dictamen de ſu Conſciencia mas entendieren convenir para el govierno eſpiritual, y temporal de cada Caſa, de todo el gremio de la Congregacion: pero, cæteris paribus, han de preferir al profeſſo de la Caſa, para ella miſma.* Hæc ibi, *ſub num.* 10.

856. Ex eo autem, quod ex honeſtate beneficia conferenda ſint dignis, & naturalibus, non alienigenis, & extraneis, procedit, quod Papa in dubio præſumatur voluiſſe ita facere, & cuique providere in patria ſua; & & ob id, ſi extraneus, & forenſis beneficium ab eo impetret, non facta mentione de loco ſuæ originis, ſive ſuæ Diœceſis, gratia ſubreptitia redditur, propter præſumptionem jam dictam. Si enim expreſſiſſet, Papa non feciſſet ſibi gratiam in partibus alienis, aut ſaltem non ita de facili, *cap. Bonæ, el* 2. *de Poſtulat. Prælat. circa finem,* ibi: *Nec vellemus ei præferre alienum.* Gloſſa *in cap. Si proponente, de reſcriptis,* & ibi Abbas. Corſetus *in ſingulari, verbo Subreptio.* Felinus *in cap. Sicut talis, de Simonia, col.* 2. dictam Gloſſam appellans ſingularem. Coſmas *in d. Proœmio Pragmat. ſanctionis,* §. *Nam Eccleſiarum, verſ. Extraneum, ad finem.* Selva *de benefic. part.* 3. *quæſt.* 26. Pax Iord. *d. tit.* 25. *num.* 8. Garcia *d. cap.* 9. *n.* 16. cum Corraſio 3. *part. cap.* 5. *num.* 11. Sarnenſi *quæſt.* 1. *de Idiomate,* Spino *de Teſtamentis, gloſſa* 3. *num.* 34. Cabedo *de Patronatib. Coronæ Regiæ, cap.* 29. *num.* 4. cum Doctore Sahagun *in cap. Eam te, num.* 26. *de Reſcriptis* dicente communem, & cum aliis relatis per Rebuffum *de Nominat. quæſt.* 9. *num.* 57. *alias* 48. licèt contra eam teneat ibi Butrius. Et allegat Garcia jura *Bonæ, &c.*

Ad juſtificandam tamen Supplicationem, narratis, ſe eſſe Clericum, verbi gr. Abulenſem, aut Pampilonenſem, &c. ſatis eſt ibi habere originem, vel domicilium: hujuſmodi enim gratia, & beneficii impetratio ſalvabitur à ſubreptionis vitio. Ita Garcia *num.* 19. & Pax Jordanus *num.* 9. ex *cap. cum Nullus, de Temporib. Ordinat.* ubi DD. *& in cap. Statutum,* §. *Cum verò, de Reſcriptis in* 6. & *ex cap. Ad decorem, de Inſtitutionibus.* Adducunt etiam deciſionem Rotæ *la* 76. *alias* 98. *in antiquis*, ut à Garcia, vel *la* 96. *alias la* 628. ut à Pace computatur, quam ſequitur Rebuffus *in repet. cap. Nulla* 2. *de conceſſ. præbendæ*, 3. *qualitate,* quæ ait, quod ſi aliquis eſt oriundus de aliqua Diœceſi, & habet domicilium, vel beneficium in alia Diœceſi, ſi impetrat beneficium dicendo, ſe clericum diœceſis beneficii, & non originis, talis gratia valet, nec eſt ſubreptitia, ad notata per Doctores *in cap. Statutum,* §. *Cum verò, de Reſcript. lib.* 6. *& cap. Cum nullus, de Temporib. Ordinat. eod. lib. & d. cap. Ad decorem, de Inſtitut.* Sic refertur dicta Deciſio à Garcia *num.* 17. 857.

Nec obſtat doctrina Gloſſæ, & Abbatis *in cap. ſi proponente, de Reſcriptis;* quia ut Garcia *num.* 20. & Pax *num.* 10. docent, procedit in caſu, quo alienigena, & forenſis impetret, nihil exprimendo, ſed abſque mentione originis ſuæ, nec diœceſis, ſed ſimpliciter, ut præfertur, impetraret. Nam in dubio Papa providere intendit unicuique in patria ſua. At quando impetrans dicit ſe Clericum talis diœceſis, gratia non videtur ſubreptitia; quia Papa potuit intelligere eſſe illius Diœceſis, vel ratione Originis, vel domicilii, vel beneficii. Quod certè, rectè juris terminis attentis, bene procedit; ſed de Stylo Curiæ difficul- 858.

tate

tate non caret. Quia regulariter quando impetrans dicit ſe Clericum eſſe Abulenſem, Calagurritanum, aut Pampilonenſem, &c. prout dici ſolet in ſupplicationibus, ſignificatur origo; quoniam verba naturaliter ſunt intelligenda, & non accidentaliter. Gloſſa *in l. Sed & reprobari*, §. *Amplius*, *ff. de Excuſationibus à tutela*, verbum *Comancus* explicans, id eſt *de Comanca*. Baldus *in cap. Significante*, *num.* 1. & ibi Felinus *num.* 8. *de Reſcriptis*. Pax Jordanus *d. tit.* 25. *num.* 11. Garcia *d. cap.* 9. *num.* 21. cum Rebuffo *in Praxi*, *in forma ſignaturæ*, verbo *Magalonen.* & *in l.* 2. *ff. de verborum ſignificatione*. Sicut quando dicitur, *talis de Peruſio*, intelligitur naturaliter, ſecundùm eos. Illi enim propriè dicuntur de aliquo loco, qui ratione originis ſunt de illo. Baldus *in l.* 1. §. *Quod autem*, *ff. de Tutoribus datis ab his*, & Gregor. Lopez *in l.* 32. *partita* 3. *verbo Naturali*, *in fine*. Ac proinde, cum in ſupplicatione quis ſe dicit Clericum Abulenſem, in litteris dici ſolet, *oriundus*. Et ſimiliter quando in ſupplicatione dicitur *N. Clericus Abulenſis diœceſis*, intelligitur ſecundùm ſtylum *in diœceſi Abulenſi oriundus*; & ita dicitur in litteris.

859. Et ita jam de ſtylo non videtur procedere dicta deciſio Rotæ 76. *de Reſcriptis*, ac per conſequens nec doctrina numero præcedenti tradita, quod verbum *Oriundus*, ut apparet ex ſtylo (ait Garcia *num.* 25.) accipitur pro *orto*, juxta *l. Aſſumptio*, juncta Gloſſa *ibi*, verbo *Oriundus*, *ff. Ad municipales*, *& de incolis*, & quæ tradit Mandoſius *regula* 16. *quæſt.* 40. *num.* 3. Quamvis aliàs *oriundus* quis dicatur ab *origine*, ſeu *nativitate* propria, vel paterna. Jaſo *in l. Hujuſmodi*, §. *Legatum*, *num.* 18. *ff. de Legatis* 1. Mandoſius *d. quæſt.* 40. Joſeph Gonzalez Flores *variar. qq.* 36. *cap. ex n.* 3. cum aliis. Ita etiam Pax Jordanus *num.* 15. ex eiſdem, & addit: Unde qui alibi natus eſſet, non appellaretur oriundus, licèt pater ejus ibi natus eſſet, ſecundùm ſtylum præfatum, quamvis de jure communi aliud eſſet dicendum. Appellatione autem Abulenſis, Pampilonenſis, &c. veniunt civitates ipſæ, & earum Diœceſes: & verbum *Clericus Abulenſis*, aptum eſt capere utrumque, tam civitatem quàm diœceſim. Sic Garcia *num.* 27. & Jordanus *num.* 16. ex Ferreto *conſ.* 222. *num.* 5. Bart. *in l.* 2. *col. fin. de verbor. ſignificat.* Rota *in Toletana Parochialis*, 10. *Maii* 1596. *coram Arigonio*, quam adducit ipſe Garcia *part.* 9. *c.* 2. *num.* 341. in qua deciſum fuit: *Qui in ſupplicatione expreſſit*, *ſe clericum Cordubenſem*, *cum ſit de Diœceſi*, *non cenſetur falſum expreſſiſſe*, *licèt in litteris fuerit additum* (*de civitate Cordubenſi*) *eo quòd ſupplicatio*, *tanquam matrix*, *attendenda ſit*. Bart. *in l. Sempronius*, *ff. de Legatis* 2. *& in l. Si quis ex argentariis*, *num.* 9. *ff. de Edendo*, cum aliis ab ipſa Deciſione adductis. Et etiam appellatione diœceſis, in propoſito, venit civitas, ait Garcia *d. cap.* 9. *num.* 28. per ea, quæ ipſe dixerat *part.* 1. *cap. fin. num.* 76.

Pax Jordanus *num.* 17. ait ex dicta 860.
deciſione in Toletana, comprobari, longè inter ſe duo iſta differre: *Cordubenſis*, & *de Corduba*; primum enim oriundos complectitur, & natos in civitate, ac in tota diœceſi; ſecundùm verò, ſolùm in civitate natos, eo quòd præpoſitio, *de*, cauſam ſignificet immediatam, nimirum civitatem ipſam; non autem mediatam, hoc eſt territorium, ad plenè traditam per Bartolum *in l. Si finita*, §. *De his*, *ff. de Damno infecto*, & *in l.* 1. §. *Ex incendio*, *ff. de incendio*. Baldus *in l. Poni*, *C. ad l. Aquiliam*. Firman. *in Repertorio*, *litt. D*, *verſic. De præpoſitione*, & concordantes ibi, & Doctores *Rubrica ff. de Rebus creditis*. Quare natus (proſequitur *num.* 38.) in Diœceſi Tragurii, poteſt ſe appellare Tragurienſem, non autem de Tragurio, aut ex Tragurio; nam iſta præpoſitio, *ex*, parificatur cum illa, *de*, quoad hoc, & ſignificant cauſam immediatam quando referuntur ad locum, prout fit in his terminis, aut in ſimilibus. Quæ certè Pacis doctrina Nicolao Garciæ *num.* 29. conſonat dicenti: Et qui narrat ſe clericum Abulæ, debet id verificare, maximè quando ibi impetrat beneficium. Flam. Pariſ. *de reſignat. beneficior. lib.* 10. *quæſt.* 33. *num.* 28. & fuit reſolutum *in una Viennenſi Præſtimonii*, 19. *Novembris* 1594. *coram D. Blanchetto*, in qua fuit dictum, debere verificari per D.

Queſadam, pro juſtificatione ſuæ gratiæ, narrativam literarum, quod erat oriundus in dicta Gienneníi diœceſi. Et idem fuit dictum *in una Ferdonenſi Prioratus*, 4. *Maii* 1594. *coram Domino Penia.*

861. Ad cujus verificationem (addit) non ſufficit habere ibi beneficium, vel domicilium per decem annos, & ultra; nam adhuc non poteſt dici ortus, ſeu oriundus, ſeu Abulenſis propriè: illa enim habitatio ſolùm facit incolam, ſeu domiciliarium, non tamen natum, ſeu oriundum, *l.* 1. *cum ſequentibus*, *C. de Municipibus*, *& originariis*, *& l.* 2. *C. de Incolis*, *lib.* 10. Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.* 24. *partita* 4. verbo *Maguer*, *verſic. Adverte tamen*, Menochius *de Arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 86. Et quamvis poſſit dici naturalis civiliter, & impropriè, *ex d. l.* 2. *partitæ*, Burgos de Paz *in l.* 1. *Tauri*, 1. *part. num.* 372. Avendaño *de Exequendis mandatis*, *lib.* 1. *cap.* 3. *nnm.* 5. & Azevedo *in l.* 19. *tit.* 3. *lib.* 1. *recopilationis*, *num.* 1. ortus tamen, ſeu oriundus, nullo modo dici poteſt, cum non niſi ab origine talis dicatur. Et quando quis diceret, ſe eſſe naturalem Abulæ, ſeu diœceſis Abulenſis, intelligendum erat de naturalitate ratione nativitatis, ſeu originis, ex Greg. Lopez *in l.* 1. *tit.* 20. *partita* 2. verbo *La primera:* nam verba ſunt naturaliter, & propriè, non civiliter intelligenda, *l. fin. C. de His*, *qui veniam ætatis impetraverunt*, & ibi Baldus, Cardinalis Mantica *de Conjecturis*, *lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 15. Gallinius *de Verborum ſignificatione*, *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 8. *& lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 2. Salazar *de uſu*, *& conſuetudine*, *cap.* 1. *nnm.* 57. *&* 62.

862. Ex quibus infert Garcia *num.* 33. ad diſpenſationes matrimoniales, in quibus impetrantes narrant ſe ortos ex tali loco, ut non ſufficiat verificare habitaſſe ibi, & habuiſſe domicilium, etiam ultra decem annos, quamvis contrarium aliquando ſervetur in hoc Epiſcopatu. Nec refert ſi dicatur, quod ſi Papa ſciviſſet, nihilominus conceſſiſſet: quia ut inquit Baldus *in cap. Significante*, *de Reſcriptis*, caſus omiſſus non habetur pro expreſſo, & conceſſio facta in uno caſu, non porrigitur ad alium. Decius *in cap. Super literis*, *eod. tit. num.* 18. *in fine*, quod maximè procedit, quando ambo impetrantes narrant ſe ortos ex uno, & eodem loco. Ita Garcia.

SECTIO XIV.

De beneficiis ſolùm certis perſonis conferendis.

QUalitas iſta quarta decima præcedenti affinis eſt, cenſenda, illorum ſcilicet beneficiorum, quæ certo generi perſonarum tantum conferri debent, veluti quando ex fundatione, inſtitutione, ſtatuto, conſuetudine, aut privilegio, beneficium certis perſonis, aut certo perſonarum generi debetur. Veluti beneficia patrimonialia, quæ ſolis filiis patrimonialibus conferri poſſunt, ſicut naturalibus. Item quando præbendæ alicujus Eccleſiæ, portionariis, ſeu Clericis ejuſdem Eccleſiæ tantum diſtribui poſſunt. Et quando ad Capellanias, vel ad alia beneficia vocantur conſanguinei fundatoris, teſtatoris & hujuſmodi. In iis itaque caſibus, aliis quàm habentibus iſtas qualitates reſpectivè, minimè beneficia illis correſpondentia conferri valent. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 26. *à n.* 1. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 4. *punct.* 9. *num.* 3. poſt Covarruv. *in Regula Peccatum*, 2. *part.* §. 7. *num.* 5. Gutierrez *conſ.* 2. *num.* 3. *& lib.* 2. *Canonicar. qq. cap.* 11. *num.* 37. Zenedum *Collect.* 89. *ad Decretal.* Nicolaus Garcia *de Beneficiis*, *part.* 7. *cap.* 15. *à num.* 1. *tom.* 2. *pag. mihi* 113. 863.

Sectione præcedenti latè fundatum reliquimus, quælibet beneficia Eccleſiaſtica, de Iure communi Canonico licitè, & validè conferri poſſe quibuſlibet Clericis aliàs idoneis, quantumvis alienigenis, & extraneis. Poſſunt tamen fundatores beneficiorum, & Capellaniarum in limine fundationis eorum, de conſenſu Ordinariorum, ut ait Pax *num.* 13. conditionem apponere, ut ſolùm conſanguinei ſui, aut filii patrimoniales, vel naturales loci, aut tandem certum genus perſonarum, illa, & non alii obtinere valeant; & Garcia *num.* 3. tum *ex l. In traditionibus*, *ff. de Pactis*, tum authoritate Felini *in tract. Quando literæ Apoſtolicæ*, *ſub num.* 1. *verſ. Corroborari poteſt*, Rochi *de Iurepatr. verbo Honorificum*, *quæſt.* 18. *ad finem*, Lambertini *eod. tract.* 3. *part. lib.* 2. *q.* 5. *art.* 4. 864.

art.4.num. 8. *&* 11. Covarruviæ *loco cit. part.* 2. §. 7. *num.* 5. Gutierrez *d. num.* 3. *&* 37. Didaci Perez *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordinationum, verſic. Ex quibus infero.* Hojedæ *de Incompatibilit. beneficior. cap.* 23. *num.* 132. *& cap.*24. *num.* 107. Azevedi *l.*14. *tit.*3. *lib.*1. *num.*13. Zenedi *d.collect.*89. Perez de Lara *de Anniverſariis, & Capellaniis, lib.*2.*cap.*2.*à num.*1. & Azorii *Inſtitut. Moral. part.*2. *lib.*6.*cap.*4. *quæſt.*25. Et addit Garcia *num.*2. Et ſic hujuſmodi conditio, & forma in fundatione appoſita, eſt omninò ſervanda in proviſione beneficii, ſecundùm ipſos (Doctores ſcilicet immediatè ab ipſo, & à me modò recenſitos.) Et fuit reſolutum (inquit) *in una Cæſarauguſtana Capellaniæ,*16. *Martii* 1587. *coram Cardinali Seraphino*, quæ habetur *in noviſſimis Farinacii, la* 582. in qua ſic dictum fuit.

865. *Fuit reſolutum, ſententias de partibus eſſe revocandas, cum adjudicent Capellaniam Bartholomæo, contra formam contentam in fundatione juriſpatronatus, in qua fundator voluit, quod præſentaretur unus ex conſanguineis deſcendentibus ex cognatione ſua, cap. Decernimus, 16. quæſt. 6. cap. Illud, in fine, & ibi Abbas, & alii, de Iurepatr. Mohedan. deciſ.* 268.*Puteus deciſ.*11.*&* 12.*de jurepatr. & conditiones in fundatione appoſitæ ſunt ſervandæ. Socinus conſ.*30.*num.*4. *lib.*3. *Rochus de jurepatr. verbo Pro eo, quæſt.*12. *Lambertin. lib.*1. 1.*part. q.*9. *in fine, num.* 109. *& lib.* 2.*part.*3. *q.*5. *art.*5. *in fine. Non obſtat, quod Bernardus obtineret aliud beneficium; quia jam fuit reſolutum per Illuſtriſſimos Cardinales Congregationis Concilii, non facere incompatibilitatem reſpectu adeptionis, ſed reſpectu tantùm retentionis: & ita fuit in aliis cauſis in Rota receptum. Ultra quod iſta incompatibilitas videtur tolli ex forma fundationum. Non obſtat, quod non beneficiatus præferendus ſit beneficiato: quia hoc procedit in electione, ſeu admiſſione, quæ fit ad beneficia, in quibus nulla adeſt certa forma, & conditio in fundatione appoſita; ſecus verò in beneficiis juriſpatronatus, in quibus forma illa ante omnia eſt attendenda; alioqui is, qui non habet qualitates requiſitas in fundatione, & qui non eſt præſentatus, nec etiam præſentari potuit, præferretur iis, quos fundator priùs admitti voluit, quod eſt abſurdiſſimum. Quare apparet manifeſtè, ſententias fuiſſe injuſtas, & ideo revocandas.* Hactenus Eminentiſſimus Seraphinus Olivarius.

Ex quo habemus, quod præſentatio, ſeu proviſio de non habente qualitatem conditionis & formæ appoſitæ in fundatione, ſive illa ſit parèntelæ, conſanguinitatis, patrimonialis, vel quælibet alia, eſt invalida, & nulla, ut cum Cardinali *conſ.*48. tradit Didacus Perez *loco citato, verſic. Quod adeò procedit*, & cum eo Joan. Gutierrez *d. conſ.*2.*num.*3. Azevedus, & Zenedus *ſuprà*, & Aymonius *conſ.*63.*num.* 5. quos recenſet, & ſequitur Garcia *num.*6. Et hanc doctrinam tenet etiam Pax Jordan. *d. tit.*26. *num.* 11. *&* 12. & Caſtrus Palaus *d. punct.*9.*num.*4. Limitant tamen dicti Authores, ita ut illa procedat, contradicente, & opponente aliquo, in cauſa intereſſe habente, v. g. Patrono, vel conſanguineo, aut patrimoniali, &c. & ſibi fieri proviſionem petente; aliàs præſentatio, ſeu proviſio aliter facta ſuſtineretur, ſicut proviſio facta ſpreto patrono. Adducit Garcia *num.* 8. Deciſionem Rotæ *in una Tarratonenſi Sacriſtiæ,*19. *Martii* 1601, *coram Iuſto*, in qua ſic, ut ſequitur, dictum fuit. 866.

867. *Præſuppoſita concordia inter Archiepiſcopum Tarraconenſem, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, & circunſcripta quaſi poſſeſſione Archiepiſcopi conferendi Sacriſtiam, de qua agitur, aliis quàm Canonicis, dubitatum fuit, an collatio facta per Archiepiſcopum Antonio Teres, ſit nulla ex eo, quod non ſit facta Canonico. Et Dominis viſum fuit, eſſe nullam. Dicebant enim, ex præſuppoſitis inferri, Archiepiſcopum habuiſſe poteſtatem conferendi à concordia, & vigore illius contuliſſe Sacriſtiam ſine Capitulo, cujus collatio de jure ſpectat communiter ad utrumque, vel conjunctim, vel ſeparatim, ſecundùm deciſionem Caſſadori* 22. *de Præbendis. Achillis* 4. *eod. tit. & Putei deciſ.*52. *etiam eod. tit. Et ulteriùs, quod hujuſmodi poteſtas ſecundùm concordiam eſt qualificata, ut collatio ſit facienda Canonico, quam Archiepiſcopus alterare non poteſt, conferendo non Canonico; & ideo collationem factam*

Antonio remanere ſine fundamento, & non poſſe ſubſiſtere. Federicus conſ. 69. n. 2. verſic. Item cum in Eccleſia S. Laurentii, Puteus deciſ. 338. lib. 1. Thomas de Thanis deciſ. 59. & eſt Gloſſa communiter recepta in Clement. 1. in verbo In hujuſmodi, de Iurepatr. Abbas diſp. 5. incipit Augerio, ſub num. 6. verſic. Secundò probatur. Felinus in cap. Ex parte, ſub num. 1. col. 4. verſic. Secundò limita, de Conſtitutionib. Henriquez in cap. Dilectus, n. 5. de Conceſſ. præbend. Quæ procedunt etiamſi in concordia partes ulterius non progrediantur ad annullandum actum, ut per Puteum, & alios allegatos. Et tanto magis, quia circunſcripta concordia, ex alia parte collatio hujuſmodi erat invalida, ſtante alternativa acceptata ab Archiepiſcopo, ſecundum deciſionem factam in hac eadem cauſa coram me, nono Iunii Anni præteriti. Quibus ita conſtitutis, his quæ opponebantur, particulariter reſponſum fuit. Primò, non obſtare, quod quando electio, vel collatio eſt facienda de certo genere perſonarum, ſi alteri fiat, qui non ſit ſub illo genere, valeat collatio. Gloſſa fin. circa medium, in cap. Ne prò defectu, de elect. quam opinionem contra Hoſtienſem, ſequitur ibi Cardinalis verſic. Is verò, in ſecunda oppoſitione. Anton. num. 23. cum allegatis per informantes contra Antonium, qui deducunt hanc opinionem eſſe communiter approbatam; ſiquidem id verum eſt ea ratione, quia ibi electio ſpectabat ad Capitulum: quare ſicut Capitulum poterat eligere alium, quàm de gremio, & valuiſſet electio, cap. Cum inter Canonicos, cap. Cum nobis, & ibi Gloſſa, de Elect. non mirum ſi tunc potuit valere collatio per collatorem facta, ad quem fuerat devoluta. Quinimò eadem concluſio nullo modo procedit, quando à collatione appellatur. Ægidius ibi, n. 25. Puteus deciſ. 100. num. 4. lib. 3. & in hoc caſu non eſt dubium tres Canonicos de nullitate collationis dixiſſe, uti non Canonico factæ vigore concordiæ, & appellaſſe à cenſuris, & pœnis fulminatis contra Capitulum pro traditione poſſeſſionis, qui tres poſſunt proſequi litem, etiam cedentibus aliis, ut fuit reſolutum coram Ioanne Cardinali Aldobrandino, in una Calagurritana Medietatis fructuum, 14. Aprilis 1567. & coram Cardinale Plato, in Virdunenſi Electionis Epiſcopi, 17. Maii 1589. & coram me in Syracuſana Creationis canonicatus, 16. Februarii proximè præteriti. Præterquam quod præſuppoſito defectu poteſtatis conferendi jure primævo ordinario, ſed tantum vigore concordiæ, nihil prohibet, quod non poſſit Capitulum quocumque juris remedio proſequi gravamen ſibi illatum, cap. Concertationis, ubi Doctores, de Appellationibus, in 6. præſertim ſtante proteſtatione Capituli, quæ reſervat jus. Pariſius cum allegatis conſil. 87. num. 12. lib. 1. Secundò non obſtat, quod quando collatio facienda eſt certo generi perſonarum, utputa graduatis nominatis Canonicis, vel alio modo qualificatis, id intelligatur ipſis volentibus, & aliquo qualificato petente ſibi fieri collationem, & proſequente, cùm Ordinarius collator non teneatur requirere qualificatos, an velint ſibi fieri collationem Rebuffus ſuper concordatis, tit. de Collat. §. Si quis verò, verbo Ipſo jure nullæ, & in §. ult. verbo Proſequentibus. Plenius in tract. Nominationum, quæſt. 17. num. 34. & ſeq. aliàs ſecundùm parvam impreſſionem, num. 14. cum ſeq. ubi multa opponit in contrarium: ſed num. 37. cum ſeq. aliàs num. 14. verſic. Contrarium tenetur, reſolvit pro hac parte: & quæſt. 18. num. 7. & 10. & loquitur in fortioribus terminis, ubi adeſt decretum expreſſum, quod collatio facta ſit nulla. Additur ſimile de jurepatronatus, de quo per Rebuffum dicto §. fin. nam valet collatio etiam ſpreto patrono, ſi infrà ſex menſes patronus non præſentaverit. Felinus, qui Abbatem, & alios allegat, in cap. Cum ex officio, ſub n. 36. verſic. Ad idem, & ſub num. 38. verſic. Nec per hoc recedo, de Præſcriptionib. ubi dicitur, quod collattio hujuſmodi à principio eſt valida, & quod irritatur patrono præſentante infrà ſex menſes, aliàs perpetuò remanet valida. In caſu autem noſtro, nullus canonicus ſe oppoſuit, nec hodie ſe opponit pro collatione ſibi facienda: ſiquidem reſpondebatur, iſta procedere in conferente proprio jure ſibi ſuffragante, non vigore conſtitutionis alicujus, vel concordiæ, ut in caſu noſtro, ubi concordia non limitat jus priùs competens Archiepiſcopo, ſed concedit vel dimittit poteſtatem, ut ſolus conferat, cum limitatione tamen, & qualificatione conferendi Canonicis, quod percutit radicem, & fundamentum poteſtatis: & hoc videtur conſideraſſe Rebuff. in d. quæſt. 17. n. 40. ubi dicit, tenere collationem, ſublato impedimento, quoad Ordinarium. Et procedit doctrina Gloſſæ in Clement. 1. verbo Inhibentes, poſt medium, de Iurepatr. ubi Zabarella num. 5. Imola num. 7. & 8. Vital. num. 48. & 50. ubi dicitur, quod

cùm

cùm Diœceſanus non recipiat poteſtatem confirmandi ab illa conſtitutione, ſed conſtitutio habenti juriſdictionem det certum modum, valet confirmatio facta contra inhibitionem; ſecus ſi conſtitutio tribueret poteſtatem. Et hæc diſtinctio placuit Dominis in caſu noſtro, quæ non tollitur ea conſideratione, quod concordia nihil aliud diſponat, quàm quod eſt ſtatutum de jure, cap. Cùm ſingula, §. Prohibemus, de Præbend. in 6. nam jure communi poterat fieri collatio Canonicis, poſt annum probationis in dicta Eccleſia profeſſis. Neque prædicta poſſunt. hodie dici mutata, poſtquam Eccleſia regularis redacta eſt ad ſæcularitatem, cum iſta ſint compatibilia. Puteus deciſ. 235. lib. 2. notant DD. in cap. Abbate, de verborum ſignificat. ubi Butrius num. 22. Abbas num. 16. Oldradus conſ. 227. num. 3. Rebuffus ſuper Concordatis, in tit. de Regia nominatione ad Prælaturas facienda, §. fin. cum allegatis. Ex quibus cum nullitas collationis videatur reſultare ex defectu poteſtatis collatoris, quam habet à concordia, concluſum fuit, ut ſuprà, collationem non poſſe ſubſiſtere. Refert, & ſequitur Gonzalez *ad Regul. menſium, gloſſa 56. num. 88. & ſeq.* Hucuſque Garcia *d. cap. 15. num. 8.*

868. Concluſio de non conferendo beneficio alteri, quam habenti qualitatem in limine fundationis appoſitam, ampliatur, ut procedat etiam in reſignationibus ad favorem, quia nec ipſæ fieri permittuntur, niſi hujuſmodi qualificatis. Pax Jordanus *d. tit. 26. num. 14.* cum Hojeda *de Incompatibilit. beneficior. part. 1. cap. ult. num. 86.* Caſſadoro *deciſ. 18. de Præbend.* Mandoſio *reg. 19. de Infirmis reſignantib.* & Pariſio *de Reſign. lib. 4. quæſt. 7. num. 4.*

869. Ampliatur ſecundò, ut ſimiliter procedat in permutationibus beneficiorum: permutatio enim facta cum alio non habente eandem qualitatem reſpectivè, v. g. conſanguinitatis, ſeu parentelæ, naturalis, aut patrimonialis, &c. non valet, ſeu potiùs annullatur, contradicente, aut opponente aliquo ejuſdem qualitatis reſpectivè, ante illius effectuationem, & collationem factam, & petente ſibi conferri, ſeu cum primum ſcivit permutationem factam. Ita Nicol. Garcia *d. tom. 2. part. 7. cap. 15. num. 9.* Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 26. num. 15. pag. 416.*

Sed debet adverti, quod qualitas 870.
dupliciter apponi ſolet perſonis admittendis ad beneficia: aliquando in gratiam ipſarum perſonarum, ut contingit quando deſignantur conſanguinei, & qui ſunt de fundatoris parentela, patrimoniales, naturales, & hujuſmodi: aliquando non apponitur qualitas in gratiam beneficiandorum, ſed intuitu Eccleſiarum, & in ipſarum gratiam, ut meliùs provideatur, & beneficiorum obligationibus fiat ſatis, ut quando deſignantur Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales graduatis in aliqua Univerſitate approbata. Et inter unam & alteram qualitatem hoc eſt diſcrimen tenendum, quod proviſio, & collatio facta perſonæ, quæ non habet qualitatem primi generis, tenet, & valet, ac firma eſt, dum aliquis dictam qualitatem habens non contradicit: ſicut tenet, & valet collatio beneficii juriſpatronatus, facta patrono ſpreto, dum patronus non contradicit: ſecus verò dicendum eſt, de proviſione, & collatione facta perſonæ non habenti qualitatem intentam, non intuitu perſonæ, ſed Eccleſiæ, & beneficii; tunc enim collatio nulla eſt, tametſi nullus alius qualificatus contradicat, & petat ſibi conferri. Sic Garcia *d. cap. 15. num. 10.* qui ad ſecundum genus qualitatis, reducit qualitatem talis ætatis, & talis Ordinis. Et addit, quemlibet etiam non qualificatum eſſe legitimum contradictorem, & poſſe petere declarari collationem nullam; & facere declarationem Rotæ *in Burgenſi Portionis, 20. Junii 1583. coram Card. Lancelloto*, relata per Gratian. *in Addit. ad deciſ. 202. num. 3.* Sic & Pax *dicto tit. 26. num. 17.* & Caſtrus Palaus *dicto punct. 9. num. 4.*

Secundò debet adverti, quod per- 871.
ſona qualificata juxta conditiones beneficii deſignatas, non intuitu Eccleſiæ, vel beneficii, ſed intuitu, & reſpectu perſonarum, ſi petat à patrono præſentari, aut aliàs inſtitui, & non præſentetur, nec obtineat, licèt non ſe proviſioni opponat, quia litigare nolit, aut alia ex cauſa, & conſequenter ſuſtineatur proviſio;

non qualificato facta, videtur quod Patronus teneatur hujuſmodi qualificato petenti ad reſtitutionem damni, & intereſſe, eo quia contra juſtitiam prætermiſerit eum. Ita Garcia *d. cap.* 15. *num.* 11. ex Ledeſma 2. *part. quarti, quæſt.* 18. *art.* 2. *fol.* 256. dicente, quod conferens alteri, quàm civi beneficium patrimoniale, tenetur ad reſtitutionem civibus, ſeu filiis patrimonialibus talis loci; & uni, ſi ſolus eſſet unus civis, ſeu filius patrimonialis: quem ſequitur Joan. Gutierrez *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 39. Hæc Garcia, quam concluſionem tenet Pax Jordanus *d. tit.* 26. *num.* 18. Idem docet Pax Jordan. *num.* 19. de Collatoribus, & Inſtitutoribus, ex dictis Ledeſma, Gutierrez, & Garcia.

872. Tertiò adverti debet, quod quando beneficium conferri debet certo generi perſonarum, ſeu certæ perſonæ, intelligitur data habilitate talis perſonæ, & ſi illa idonea ſit, non aliàs: Garcia *num.* 12. *ex l. Vt gradatim, verſic. Et ſi lege, ff. de Muneribus, & honoribus.* Et quælibet diſpoſitio, quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilitate. Textus, & ibi Bart. *in l.* 2. §. *Prætor, ff. Qui ſatiſdare cogantur*, ubi Jaſo *num.* 4. & Oroſcius, hanc eſſe communem doctrinam ait. Azevedo *in l.* 4. *tit.* 17. *lib.* 4. *recopilat. num.* 8. & ita in propoſito docet Azorius *d. lib.* 6. *cap.* 4. *quæſt.* 25. *verſic. Objicies.* Et ſic *in una Salamantina integræ portionis*, 24. *Aprilis* 1582. *coram Clemente Octavo, fuit per Rotam reſolutum, inhabilem, ut cæcum, non poſſe optare aliud beneficium.* Tradunt Granutius *ad Simonetam, de Reſervationib. quæſt.* 45. *addit.* 1. *ad fin.* & Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſa* 34. *num.* 60. *& à num.* 72. Et *in una Pacenſi Iuris conferendi*, 4. *Maii* 1601. *coram Penia, fuit reſolutum, collationem dimidiæ portionis factam Franciſco Mogardo per Capitulum, contradicente Epiſcopo, fuiſſe nullam: licèt enim conſtitutio, & Bulla Innocentii generaliter diſponat dimidias portiones vacantes, antiquioribus Capellanis conferendas, intelligendum eſt de antiquiori habili, & idoneo; nam quælibet diſpoſitio, quantumvis generalis, recipit interpretationem de habilitate.* Jaſo *d. l.* 2. §. *Prætor ait, num.* 4. *ff. Qui ſatiſdare cogantur.* Surdus *conſ.* 28. *à num.* 8. *lib.* 2. Rebuffus *de Nomination. quæſt.* 21. *n.* 2. *verſic. Tertiò fallit, & quæſt. ult. num.* 12. *Et ſic, antiquiori inhabili omiſſo, collatio fieri debet ſecundo ſequenti habili; quia paria ſunt, non eſſe, & inhabilem eſſe.* Gabriel *conſ.* 5. *num.* 28. *lib.* 2. Rebuffus *d. quæſt.* 21. *num.* 22. *Et de inhabilitate Franciſci conſtabat ex dictis teſtium, & Medicorum relationibus, aſſerentium Franciſcum, præter ætatem ſeptuagintæ annorum, multis, & aliis impedimentis fuiſſe implicatum, cum nec ambulare, nec ſine magno auxilio ſtare, nec niſi miraculosè ſanari poſſet, &c. Notum eſt autem, iſtas inhabilitates reddere inhabilem ad obtinenda beneficia, cap. Hinc etenim*, 49. *diſt. & ad alia optanda, ut fuit deciſum in d. Salamantina integræ portionis*, 1585. 24. *Aprilis, coram Sanctiſſimo*, &c. Unde etiam inhabiles non poterunt ex permiſſione novum beneficium acquirere. Gloſſa *in d. Clement. de Pœnis, verbo Obtinenda*, & ibi Bonifacius *num.* 54. *& ult.* & Cardinalis §. *Ipſius, quæſt.* 3. & Sanchez *lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 33. Quidquid velit (addit Garcia *n.* 14.) Gonzalez *gloſſa* 14. *num.* 55. dicens, quod prohibitus acquirere, non prohibetur permutare, ex Dominico *num.* 3. & Franco *in cap.* 1. *de Exceſſibus Prælator. lib.* 6. & Tiraquel. *de Retract. lignag.* §. 32. *gloſſa* 1. *num.* 28. dicentibus, quod prohibitis novum locum acquirere, non videtur prohibitum antiquum cum alio permutare. Sed id procedit in rebus temporalibus, & materialibus, ſeu profanis, in quibus loquuntur iſti Doctores; nec poteſt applicari beneficiis, ſeu officiis, ad quæ de novo acquirenda ſemper requiritur habilitas. Et ita conſultus reſpondi, non valere permutationem factam inter duos Parochos, quorum unus erat paralyticus, & impeditus celebrare, & adminiſtrare Sacramenta, maximè cum eſſet expedita *in forma Dignum, &c.* Id autem de de optione intelligendum eſt, quando mutatur titulus beneficii, ut in caſu *d. Salamantinæ*, in quo dimidius portionarius volebat integram portionem optare: ſecus ubi non mutatur titulus, ſed optio fit tantum quoad præbendam temporalem, ut noviſſimè *in una Salamantina dimidiæ portionis*, 23. *Januarii* 1606. *coram Marquemontio*, fuit reſolutum.

873. In præſenti materia, quoad deſignatos de cognatione, aut parentela, non

nonnullæ difficultates diſcutiendæ occurrunt. *Prima* eſt, quis ex conſanguineis deſignatus cenſeatur à fundatore, dicente, ut patronus ſemper provideat unum ex conſanguineis ſuis; an ſcilicet patronus ex vi hujus clauſulæ poſſit, quem maluerit ex conſanguineis eligere; an verò propinquiorem eligere teneatur? Primum videtur probabile Garciæ *n.* 16. Paci Jordano *num.* 27. & Caſtro Palao *d. punct.* 9. *ſub num.* 5. per *l. unum ex familia, §. Si Falcidia, ff. de Legatis* 2. Sed communis ſententia tenet, propinquiorem eligere teneri. Ita Garcia *n.* 17. cum Lambertino *de Iurepatr.* 3. *part.* 2. *lib. quæſt.* 5. *art.* 4. *num.* 12. Ludovic. Lopez *Inſtruct. conſcient. tom.* 1. *cap.* 17. *& tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 107. Emman. Roderiq. *in Summ. tom.* 1. *cap.* 197. *num.* 7. *& qq. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 34. *art.* 3. Azevedo *conſ.* 16. *in princ. & à num.* 12. *ad* 19. Joan. Gutierr. *Canonicar. qq. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 38. *& conſ.* 26. *num.* 1. & Perez de Lara *de Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 7. *& in l. Si quis à liberis, §. Etſi impubes, n.* 40. & Peralta *in d. §. Si de Falcidia, num.* 13. Ita & Pax Jordan. *ſub d. num.* 27. & Palaus *d. num.* 5. & probant *ex l. Peto, §. Fratres, & l. cum ita, §. In fideicommiſſo, ff. de Legatis* 2. *ex l. fin. C. de verbor. ſignificat. & ex l.* 1. *C. de Secundis nuptiis*, ibi: *Gradibus ſervatis*, & DD. ibi, & Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri, à num.* 40. & ex eo, quod quando teſtator ſimpliciter aliquid relinquit familiæ, generi, ſeu parentelæ, aut conſanguineis, intelligitur gradatim, ſeu de proximiori, ut per Gloſſam *in d. §. Si de Falcidia, verbo uni*, Anton. Gomez *n.* 41. Peralta 13. Azeved. 19. *ubi ſuprà*, Tiraquel. *de Retract. lignag. §.* 11. *gloſſa* 4. *num.* 2. *& gloſſa* 6. *num.* 7. Mier. *de Majorat.* 1. *p. q.* 72. Mantic. *de conjecturis, lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 15. Craſſ. *de Succeſſ. §. Fideicommiſſum, quæſt.* 16. qui alios referunt, & Corduba *in Summa, q.* 27. Ludovic. Lopez *ſuprà*, & Zevallos *quæſt.* 265. *à num.* 5. *& q.* 905. *à num.* 42.

874. Neque obſtat *l. Unum ex familia, §. Si de Falcidia, ff. de Legatis* 2. in contrarium adducta, quia illa procedit in ſpecie, de qua ibi, quia fuit data electio hæredi, ſeu fideicommiſſario, dicendo quod eligat quem velit ex familia. Unde ſi fundator diceret, quod præſentetur unus de familia, ſeu aliquis conſanguineus, non deberet neceſſariò præſentari proximior, quia electio data videtur. At in noſtro caſu electio non fuit data patrono, ſed ſimpliciter dictum (ut ſupponimus) quod nominetur, & præſentetur conſanguineus. Quæ verba non denotant electionem abſolutam, ſed ſecundùm jus, in quo diſponitur, quod proximior remotiori præferatur: & intelligenda ſunt ſecundùm veriſimiliorem mentem diſponentis, & rationem naturalem, ſecundùm quam magis propinquus cenſetur magis dilectus. Et ita reſpondet Garcia *num.* 18. Pax Jordan. *num.* 28. cum pluribus quos recenſet.

875. Secunda difficultas eſt, an in Capellaniis, ad quas vocantur conſanguinei proximiores, attendatur proximitas reſpectu fundatoris, aut reſpectu ultimi capellani? Reſpondetur intelligi hujuſmodi proximioritatem reſpectu fundatoris, non autem reſpectu ultimi capellani. Ita Garcia *d. cap.* 15. *n.* 20. cum Zevallos *quæſt.* 398. & Perez de Lara *d. lib.* 2. *cap.* 2. *à n.* 7. cum Lambertino apud eum, *d. lib.* 2. 3. *part. quæſt.* 5. *art.* 4. *num.* 12. & Pax Jordanus *num.* 31. qui teſtantur de communi praxi. Ita etiam Caſtrus Palaus *d. punct.* 9. *num.* 6. Quia capellania (inquit) non ſucceſſione hæreditatis, & quaſi majoratus ad hæredes transfertur, ſed ex collatione Ordinarii, ſpectata fundatoris voluntate, quæ ſemper præſumitur eſſe de ſibi propinquiori.

876. Tertia difficultas eſt, an concurrentibus ad capellaniam duobus in eodem gradu conſanguinitatis, uno per lineam maſculinam, & altero per fœmininam, præferendus ſit ex linea maſculina proveniens? Reſpondetur, quod cùm in capellania non agatur de conſervanda agnatione, iſta non eſt cauſa prælationis, *l. Maximum vitium, C. de liberis præteritis, cum aliis*; atque ita idem erit in hoc caſu ac ubi concurrerent duo conſanguinei ejuſdem gradus, ambo per lineam maſculinam, aut fœmininam, attendenda erit præſentatio patroni, vel majoris partis patronorum, & ille, quem præſentaverit, præferendus erit. Garcia *num.* 21. cum Zevallos *quæſt.* 693. *num.* 28. Perez de Lara *d. lib.* 2.

lib. 2. cap. 3. num. 22. poſt Corneum *conſ. 49. num. 9. volum. 3.* Si verò nulla fuerit facta præſentatio, aut unus ſit præſentatus ab una parte patronorum, & alter ab alia æqualiter, tunc præferatur dignior, ſeu qui majoribus juvatur meritis, & qualitatibus; dataque paritate, erit locus gratificationi. Idem Garcia cum Perez de Lara *d. cap. 2 num. 33. & cap. 33.* ubi de cauſis prælationis, & Zevallos *d. quæſt. 693. à num. 28.* Plura ibi agit Garcia, & ea ab impugnationibus tuetur, cui in his expreſſe dictis ſubſcribit Pax Iordanus *d. tit. 26. n. 34.*

877. Quarta difficultas eſt, an computatio graduum ad hunc effectum faciendæ ſit ex præſcripto juris canonici, an ex præſcripto juris civilis? Zevallos *q. 398.* & Parladorus *differentia 120. n. 11.* & nonnulli alii, cenſent, ſecundum Jus Canonicum fieri debere, cum in ea agatur de re canonica, & ſpirituali. Sed iſta ſententia non placet Garciæ *d. cap. 15. n. 25.* nec Paci Iordano *d. tit. 26. num. 35.* qui ſentiunt, quod fieri debeat ſecundum leges civiles: nam quoad ſucceſſiones, & in earum materia ſervanda eſt in utroque foro computatio legalis, non canonica. Gloſſa *in §. Hactenus, Inſtitut. de gradibus*, & *in l. Iuriſconſultus, verbo Item liberi*, ubi Bartol. *§. fin. ff. eod. tit.* Imola *in Rubrica ff. Soluto matrimonio, num. 6.* Alexander *in l. fin. C. unde legitimi, n. 7.* Bart. *conſ. 224. lib. 1.* Baldus, Salicetus, Alexander, Iaſo *num. 2.* & alii *in l. fin. C. de Succeſſorio edicto.* Felinus *in cap. Ex literis, num. 4. de Conſtitutionibus.* Gozadin. *conſ. 19.* Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius, de Teſtamentis, verbo Et uxorem nomine Adelaſiam, num. 85.* Tiraquel. *de Retractu lignag. §. 1. gloſſa 9. num. 23.* Covarrv. *in 4. 2. part. cap. 6. §. 6. num. 8.* Gratianus *diſceptat. forenſ. cap. 77. à n. 1.* Mierez *de Majoratibus, lib. 2. quæſt. 7. num. 1.* Henriq. *in Sum. lib. 12. cap. 19. §. 2.* Ludov. Lopez *Inſtruct. conſcientiæ tom. 2. part. 2. cap. 49. pag. 1137.* & Sanchez *de Matrim. lib. 7. diſp. 50. n. 8.* Et quamvis in beneficiis, & capellaniis non ſuccedatur jure hæreditario, & ſucceſſionis meræ; tamen negari non poteſt, quin ubi conſanguinei vocantur, ſit materia ſucceſſionis, ſaltem aliquo modo, ſeu ad inſtar.

878. Rurſus in quacunque materia, ubi agitur de proximitate, & conſideratione propinquioris, procedit ſine dubio computatio legalis, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ; & ideo in materia retractatus, etiam in foro Eccleſiaſtico, & in terris Eccleſiæ proximitas conſideratur ſecundum computationem legalem, non canonicam. Ita Garcia *num. 26.* cum Cifuentes *in l. 73. Tauri, ad fin.* & Mathienzo *in l. 7. tit. 11. gloſſa 5. n. 7. libro 5. Recopilat.* & cum Azevedo *in l. 12. d. tit. 11. num. 6.* Pax Iordanus *n. 36.* Caſtrus Palaus *d. punct. 9. num. 10.* Et ratio eſt, quia computatio Canonica, eſt propter matrimonia inventa; matrimonia verò non niſi inter duas perſonas contrahi poſſunt, *cap. Ad ſedem, 35. quæſt. 5.* Joan. Andreas *in Arbore conſanguinitatis*, Cuchus *Inſtitutionum majorum lib. 5. tit. 15. n. 23.* Molina *de Iuſt. & jure, tract. 2. diſp. 161.* Covarruvias & alii communiter: at computatio legalis, quæ eſt propter hæreditates, & ſucceſſiones, inventa eſt ad cognoſcendum non ſolùm gradus, ſed etiam proximitatem in concurſu conſanguineorum. Et ita in ſimili de eleemoſyna, & memoria perpetua pro fœminabus conſanguineis pauperibus, tenet Azevedo *conſ. 24. num. 57.* graduum computationem faciendam eſſe attento Jure civili, non Canonico. Et conducit quoad propoſitum de capellaniis, quod adducit Perez de Lara *d. lib. 2. cap. 3. num. 33.* & Alexander Raudenſ. *conſ. 1. num. 95. & 99.* ponente doctrinam Bartoli *conſ. 10. lib. 1.* communiter receptam ad hoc, quod ſi de jure canonico ſint duo in æquali gradu, eo in caſu, quo jus canonicum eſt attendendum, & alter ſit proximior, inſpecto jure civili, is ſit præferendus. Quod ex eo nimirum eſt (ait Garcia *num. 26. in fine*,) quod diximus, quod proximitas attenditur ſecundum computationem civilem, &c.

879. Quinta difficultas, an quando ad Capellaniam, vel ad legatum pium maximè vocantur abſolutè conſanguinei intra certum gradum, v. gr. intra tertium, vel quartum, intelligi debeat ſecundum computationem Canonicam, vel ſecundum civilem? Reſpondet Garcia *numero 27.* quod intelligatur ſecundum canonicam, ex communi ſenſu,

&

& modo loquendi, qui debet attendi. Ita ille cum Mandoſio *in regul. 16. Cancellar. quæſt. 38. à num. 6.* Covarr. *lib. 3. variar. cap. 5. num. 1.* Card. Mantica *de conjecturis, lib. 3. tit. 8. & de Tacitis, & ambiguis conventionib. lib. 2. tit. 8.* Maſcardo *concl. 1129. num. 15.* Joan. Gutierrez *Canonicar. qq. lib. 1. cap. 21. à num. 3. & cap. 32. num. 46.* Gonzalez *ad Regulam 8. gloſſa 13. num. 62. & gloſſa 35. n. 10.* & in propoſito cum Bartolo *conſ. 13. lib. 2.* & Felino *in proœmio Decretalium, num. 6.* Pax Iordanus *d. tit. 26. num. 37.* & Caſtrus Palaus *d. punct. 9. num. 10.* & adducit Garcia Parladorum *differentia 109. §. 3. à num. 15.* tenentem contra Cifuentes, Mathienzum, & Azevedum, quod lex Regia Hiſpaniæ de retractu conſanguineorum uſque ad quartum gradum, intelligitur ſecundùm computationem canonicam; nihilominus tamen in concurſu conſanguineorum, proximitas ſemper conſideranda eſt juxta
880. computationem civilem.

Sexta difficultas eſt, quomodo ſit probanda conſanguinitas, ſeu parentela fundatoris? Reſpondet Garcia *d. cap. 15. num. 28.* poſſe probari per indicia, & conjecturas, & communem reputationem, & famam, nec requiri probationem per gradus diſtinctos, niſi agatur de probanda conſanguinitate reſtricta ad certum gradum, aut detur concurſus alterius, ex Maſcardo *de Probation. concl. 409. cum ſeqq.* & Paciano *in ſimili tract. lib. 2. cap. 2.* poſt alios, & ex Rota *in una Placentina Capellaniæ* (ad quam vocabatur Presbyter de proſapia, & progenie de Platono) *coram Penia, 15. Novembr. 1593.* in qua fuit reſolutum, *Quod ad probandum quem eſſe de genere, progenie, vel proſapia, ſufficiunt indicia, & præſumptiones, ſeu communis reputatio.* Gloſſa *in l. 1.* verbo *Quoties, ff. de Probationib.* & ibi Salicetus *num. 2.* Aretinus *conſ. 37. num. 2. verſic. Venio igitur ad ſecundum: & quod verbum* Proſapia, *nedum deſcendentes, ſed etiam tranſverſales comprehendit, l. Pronunciatio, §. Communi, ff. de verbor. ſignific. cap. Progenie, 35. quæſt. 3.* Caſſador. *de Iurepatr. deciſ. 1.* Pariſius *conſ. 93. n. 33. lib. 2.* Gabriel *conſ. 132. n. 58. lib. 1.* Menochius *de Præſumption. lib. 4. præſumpt. 8. num. 2.* Baldus *conſ. 334. lib. 3. & quemcumque de familia aptum eſt comprehendere.* Mantica *de conject. lib. 8. tit. 8. num. 12.* & Peregrinus *de Fideicommiſſ. art. 43. ex num. 60.* Zevallos *quæſt. 778. num. 49.* Hactenus *ex d. Placentina.* Et *in ead. coram eod. Penia, 10. Ianuarii 1594.* fuit reſolutum, *Quod cum teſtator diſpoſuiſſet, quod Presbyter admittendus ad Capellaniam eſſet de proſapia, & progenie illorum de Platono, ideoque perinde eſſet, ac ſi dixiſſet de familia.* Franchus *in cap. Si pater, num. 110. de Teſtament. in 6. verſ. 5. Quid ſi fiat.* Pariſius *conſ. 51. num. 11. & 93. num. 33. lib. 2. vigore dictorum verborum continebatur nedum familia, & progenies effectiva, ſed etiam contentiva, quales ſunt tranſverſales.* Gabr. *conſ. 132. num. 58. lib. 1.* Mantica *de conjecturis, lib. 8. tit. 12. num. 12. & ſeq.* Beroius *conſ. 6. num. 10. lib. 2. quibus non ſuffragantur*, Corneus *conſ. 317. n. 3. lib. 3.* & Socinus Junior *conſ. 97. num. 68. lib. 2. quia loquuntur, quando verbum* familia, vel progenies, *eſt reſtrictum ad certam aliquam perſonam, ita ut fundatoris tantùm deſcendentes comprehenſi viderentur, &c. Rurſus, quod quando à lege, ſtatuto, vel homine* poſtulatur probatio conſanguinitatis, *aut alterius qualitatis intra certos gradus, tunc non ſufficit probatio in genere, ſed in quacumque materia requiritur probatio ſpecificata per certos gradus.* Anchar. *conſ. 32. n. 7. & 8.* Alexand. *conſ. 32. lib. 1.* Natta *conſ. 388. lib. 2.* Alciatus *regula 1. præſumpt. 8. num. 9. Quando verò non habetur ratio certi gradus vel deſcendentiæ, ſed ſufficit quem eſſe conſanguineum, quamvis nullus gradus diſtinctè probetur*, Anchar. *d. conſ. 52.* Alexand. *82. lib. 1.* Fulgoſ. *184. num. 1. & quod ideo in hoc artic. in quo nulla certi gradus probatio requirebatur, teſtes pro Franciſco Platono inductè in genere, ſatis probant per reputationem, & famam, eum eſſe de familia Platonorum, quam probationem ſufficientem cenſuit Rota in materia conſanguinitatis: quæ cùm ſit difficilis probationis, ſufficiunt in ea probanda, indicia, conjecturæ, & præſumptiones.* Alexander *conſ. 90. num. 12. lib. 6.* Decius *595. num. 1.* Iaſo *114. n. 20. lib. 1.* cum aliis, &c.

881. Præter duas iſtas Sacræ Rotæ deciſiones, recenſet Garcia plures alias *à num.* 29. ad probandam concluſionem, & reſponſionem: unam videlicet *in Burgenſi Capellaniæ de Poza*, 3. *Martii* 1595. *coram Card. Blanchetto:* alteram *in Valentina beneficii de Mercato*, 6. *Martii* 1598. *coram Card. Pamphilio:* tertiam *in Alexandrina Decanatus*, 27. *Martii* 1600. *coram Lancelloto.* Et ad probandam deſcendentiam antiquam, ſufficere ait, *num.* 32. duas enunciativas plurium inſtrumentorum diverſorum Notariorum. Puteus *deciſ.* 58. *lib.* 2. *&c.* Et quod ſufficiat fides libri Baptiſmi, addito adminiculo aliquo, ex *Comitolo in una Aretina Capellaniæ*, 20. *Maii* 1591. Item quod non ſufficiat una enunciativa, ſed requirantur duæ de antiquo emanatæ à diverſis perſonis non ſuſpectis, ad probationem deſcendentiæ antiquæ, *ex Plato in una Sutrina*, 1587. quam ad longum tranſcribit *num.* 34. & *num.* 35. ait, quod parentela, ſeu conſanguinitas antiqua memoriam excedens, ad iſtum effectum, & ubi non agitur ad dirimendum matrimonium, probatur per teſtes de auditu, etiam ſine fama, & adminiculis, & ſine requiſitis *cap. Licèt ex quadam, de teſtibus.* Aretinus *conſ.* 37. Decius 595. Cephalus *conſ.* 137. *num.* 45. *lib.* 1. Greg. Lopez *in l.* 20. *tit.* 6. *Part. gloſſa* 1. Simon de Prætis *de Interpretatione ultimar. volunt. lib.* 5. *Interpretat.* 2. *dubitat.* 4. *num.* 224. Maſcard. *concl.* 419. *à n.* 9. Peregrinus *de Fideicommiſſ. art.* 43. *à num.* 81. Cabedus *deciſ.* 3. *part.* 2. Perez de Lara *de Anniverſariis, & Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 11. *&* 12. & alii. Quicquid velit Farinacius *de Teſtib. quæſt.* 69. *cap.* 2. *&* 3. *à num.* 103. In antiquis enim excedentibus memoriam hominum, teſtes de auditu probant plenè, *l. Si arbiter, ff. de Probationib. l.* 2. *§. idem Labeo, ff. de Aqua pluvia arcenda*, ubi DD. *l.* 29. *tit.* 16. *partita* 3. Felinus *in cap. Veniens, el* 1. *n.* 16. *de Teſtib.* Greg. Lopez *d. gloſſa* 1. Antonius Gabriel, dicens communem, & magis communem, *concl.* 3. *de Teſtib.* Mierez *de Majoratibus*, 4. *part. quæſt.* 20. *à num.* 56. Ioannes Garcia, plures referens, *de Nobilitate, gloſſa* 18. §. 1. Perez de Lara *d. cap.* 4. *à n.* 11. *&* *n.* 141. & plures relati per Farinacium *d. q.* 69. *cap.* 3. *à num.* 125. Et quamvis *d. loco, part.* 9. requirat etiam famam, & multi DD. relati per Gabrielem *ſuprà, n.* 2. & per Hojedam *de Incompatibilitate benefic. cap.* 23. *num.* 14. & Farinacium *ſuprà, num.* 154. Tamen id intelligendum videtur in factis, ſeu rebus, in quibus commodè datur fama, quia ſunt de ſe publica, ſeu patentia, & expoſita ſenſibus, ac judicio hominum, ut in terminis *d. l. Part. de opere, ſeu fabrica patente, & viſibili.* Et ita poſſunt concordari opiniones contrariæ, omiſſa diſtinctione de magno, ſeu gravi, & parvo præjudicio, de qua Aymon. *de Antiquitate temporis*, 1. *p. §. viſo de fama, num.* 3. Maſcardus *de Probat. concluſ.* 104. & Farinac. *ſuprà, num.* 135. *& ſeq.* Nec *d. l.* 29. *Part.* excludit alia facta antiqua, ibi: *Mas en otro pleyto, &c.* ſed non antiqua, quidquid Joannes Garcia dicat *ſuprà, n.* 5. Hactenus Nicolaus Garcia.

882. Septima difficultas eſt, an quando vocantur ad Capellaniam conſanguinei fundatoris, ſeu qui ſunt de ejus parentela, genere ſeu familia, cenſeantur etiam vocati ſpurii, ſeu illegitimi, (ſuppoſito quod aliàs ſint habilitati, ſeu diſpenſati ad beneficia) & deſcendentes ex illis? Hanc quæſtionem latè dilucidat, diſcutit, & tractat Nicol. Garcia *loco citato, à num.* 36. & poſt cum Pax Jordanus *dicto tit.* 26. *à n.* 39. & Caſtrus Palaus *d. punct.* 9. *à num.* 11. Libet recenſere Jordanum, qui compendiosè Garciæ doctrinam tradit. Sic ille procedit: Sextò dubitatur, an nomine propinquorum, & cognationis comprehendantur ſpurii, & illegitimi? In qua quidem quæſtione (ſuppoſita habilitate ad beneficia per diſpenſationem) omiſſis magnis DD. inter ſe altercantibus, videtur amplecti poſſe diſtinctionem ſequentem, nimirum: Quod ſi ſint appoſita in diſpoſitione verba Juris civiliter ſignificantia, veluti de familia, agnatione, cognatione, domo, ſeu caſata, genere, proſapia, ſtirpe, ſanguine, conſanguinitate, & ſimilibus: tunc ſpurii, & naturales non includantur, eo quòd de jure non cenſeantur de familia, domo, ſeu de caſata, & cæteris ſuprà expreſſis, niſi aliud conſtet ex communi uſu loquendi, vel ex aliqua conjectura, & mente, ſeu ratione diſponentis. Bartol. *in l. Pronunciatio,*

§. Familiæ,

§. *Familiæ*, *ff. de Verborum ſignificat.* ubi Baldus, Jaſo, & alii, Peregrinus *de Fideicommiſſ. art.* 22. *à num.* 82. Farinac. *de Accuſation. quæſt.* 13. *præſertim n.* 73. Garcia *d. cap.* 15. *præcipuè n.* 39. 40. *&* 41. & concordantes plurimi ab ipſis adducti: quibus adhæret Deciſio *Tiraſſonenſis Eleemoſynariæ*, 14. *Novembris* 1603. *coram Lancelloto*, relata per Gonzalez *ad* 8. *Regul. gloſſa* 5. *num.* 120. qui *à num.* 109. *ad finem gloſſæ*, de hoc dubio fusè pertractat, licèt in omnibus cum diſtinctione, quam ſequimur, non concordet, prout adnotavit etiam Garcia *d. p.* 7. *cap.* 14. *num. penult.*

883. Secus ſi appoſita fuerint verba naturæ, ſeu naturaliter ſignificantia, veluti conjuncti, cognati, parentes, liberi, deſcendentes, & ſimilia; tunc enim quia ſpurii, & illegitimi, ac deſcendentes ex eis, naturaliter, & verè deſcendunt ex eodem ſanguine, maximè in diſpoſitione hominum, in qua verba naturaliter intelligenda ſunt, niſi aliud appareat, *l. Non aliter*, *ff. de Legatis* 3. *l. fin. C. de His, qui veniamætatis impetrarunt*, niſi ſimus in materia juris, & merè civili, ut ſucceſſionis ab inteſtato, ut *in l. Si ſpurios*, *ff. Unde cognati*, *&* in §. *vulgò quæſitos*, *Inſtitut. de cognat.* aut niſi ſubjecta materia, (quæ in his plurimum attendi debet, Bartolus *in d. l. Pronunciatio*) aliud ſuadeat, v. gr. in ſucceſſione majoratus, Molina *d. lib.* 3. *cap.* 3. *num* 48. *ad finem.* Quapropter in prædicto dubio perpendenda erunt verba diſpoſitionis juxta regulas antedictas, & ſi quidem vocetur ad beneficium Clericus de domo, familia, caſata, genere, agnatione, & ſimilibus, inter quos baſtardi minimè computantur de jure, ut prædicti DD. fuſiùs demonſtrant, non habebunt jus ad beneficium, tanquam non exiſtentes de genere, familia, &c. Si verò diſponatur de Clerico conſanguineo, conjuncto, cognato, propinquo, & ſimilibus, tunc naturales, & illegitimi comprehenduntur; quia & ipſi dicuntur eſſe de eodem ſanguine, cognatione, parentela, & ſimilibus. Bartolus, & alii *ſuprà citati*, Navarrus *conſ.* 4. *de jurepatronat.* Garcia *ſuprà*, *num. præſertim* 46. & concordantes. Sic etiam dos, & legatum pium relictum conſanguineis teſtatoris, poteſt, ac debet dari conſanguineis, & propinquis illegitimis, ſeu venientibus ex linea baſtarda, & ſpuria, non ſecus ac legitimis. Garcia *d. loco cit.* & alii.

Quia verò Doctores nonnulli con- 884.
fundunt nomina civilia, & naturalia, ut facit Navarrus *d. conſ.* 4. Azevedus *conſ.* 24. *num.* 37. *&* 50. & plures alii, ac teſtatores ipſi iiſdem nominibus quandoque promiſcuè utuntur, ob id, præter verba diſpoſitionis, recurrendum erit ad mentem ipſam diſponentis, & pro conjectanda illa, uſus communis loquendi attendendus erit: anne ſubjecta materia, de qua tractatur, ſit proportionabilis, ut in ea ſpurius includatur, aut filius legitimus ex illo deſcendens: v. g. legatum perpetuum, vel ad tempus pro alendis pauperibus Scholaribus in ſtudio, aut pro maritandis virginibus, non debet negari naturalibus. Latè Tiraquel. *in Præfat. tract. de Pia cauſa*, *col.* 7. & de priori exemplo Card. Mantica *de Conjecturis ultimar. voluntat. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 16. *& ſeqq. & tit.* 17. *num.* 10. *&* 11. Pariter attendendum erit, quid obſervatum ſit; nam obſervantia cenſetur interpres voluntatis, *l. Si de interpretatione*, *ff. de legibus*, *cap. Dilectus*, *de conſuetud. d. Deciſio Tiraſſonenſis*, Gonzalez *d. gloſſa* 5. *num.* 124. Necnon, an cæteris paribus, concurrat alius de familia, & genere teſtatoris, qui ſit legitimus, ac legitimi filius; tunc enim hunc eſſe cæteris præferendum, indubitatum dicit Gonzalez *citato loco.*

Quod ſi omnibus maturè perpen- 885.
ſis, adhuc remanet dubium, voluerit-ne fundator includere, aut verò excludere ſpurios, aut legitimos ab eis deſcendentes, capienda erit interpretatio ad illorum favorem: eo quòd de jure communi illegitimi habiles ſunt ad beneficia, & de ſpuriis ſupponimus diſpenſationem: & etiam, quia erga hujuſmodi benè cadit affectio naturalis. Navarr. *d. conſ.* 4. *num.* 2. *de jurepatr.* cum ibi adductis per eum. Et ſic videmus, quod quoad matrimonium impediendum, aut dirimendum, par conſanguinitas, & affinitas illegitimorum eſt, ſicut legitimorum, *cap. Per tuas*, *de Probationib. cap. Diſcretionem*, *de eo*, *qui cognovit conſanguineam*

neam uxoris. Gonzalez *ſuprà, num.* 126. Tum denique, quia in dubio ſemper eſt præſumendum potiùs fieri vocationem ex naturali affectione, quàm ob aliam cauſam. Baldus *in Authentic. ex Teſtamento, num.* 5. *C. de Collation.* Decius *conſ.* 120. *num.* 4. Tiraquel. *in d. Præfat. col.* 4. *verſic. Quod tamen intelligendum, in fine.* Gonzalez *ſuprà, n.* 127. Garcia *d. part.* 7. *cap.* 15. *num. penult.* Hucuſque Pax Jord.

886. Octava difficultas eſt, an beneficia, & Capellanias relicta à fundatore pro ſuis conſanguineis, optare poſſint ejus conſanguinei illegitimi, legitimitati per Principem ſæcularem? Ratio dubitandi eſt, quia legitimatio ſæcularis Principis ſolùm facit legitimum quoad ſucceſſiones, & honores temporales, non quoad beneficia, & alia Eccleſiaſtica jura; ad hujuſmodi enim jura illegitimos diſpenſare ſpectat ad Papam, cujus legitimatio præſtat in Eccleſiaſticis rebus, quicquid præſtaret vera legitimatio naturalis; quia eſt integra natalium reſtitutio quoad ſpiritualia, quale eſt beneficium, ſicut ait Garcia *d. cap.* 15. *num.* 46. ibi: *Et cùm capellania ſit res ſpiritualis, & Eccleſiaſtica, ſufficiet etiam legitimatio Papæ:* & Caſtrus Palaus *d. punct.* 9. *n.* 11. Dicto tamen non obſtante, dicunt duo iſti Authores, ſpurium legitimatum à Principe ſæculari optare poſſe, & conſequi hujuſmodi beneficia, & capellanias. Bene tamen comprehenderentur (ſcilicet in fundatione) ſi eſſent legitimitati (ait Garcia) authoritate Apoſtolica, vel Regia, ex traditis per Tiraquellum *in l. Si unquam, verbo Suſceperit liberos, à num.* 77. *ſeu* 65. Rojas *de ſucceſſ. cap.* 23. Covarr. *in* 4. 2. *p. cap.* 8. §. 8. *num.* 4. *&* §. 10. *n.* 2. Anton. Gomez *in l.* 9. *Tauri, n.* 66. *&* 69. Molina *de Primog. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 44. *& lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 18. Azevedus *in l.* 6. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. num.* 4. & DD. *in l.* 12. *Tauri*, Molina *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 173. *&* 589. Peregrinus *de Fideicomm ſſ. art.* 23. *à num.* 26. Zevallos *q.* 2. *à num.* 1. *l.* 4. *tit.* 11. *partita* 4. & ibi Gregorius. Doctores *in cap. Per venerabilem, Qui filii ſint legitimi.* Hæc Garcia. Palaus præmiſſa ratione dubitandi, ſic difficultatem reſolvit: Nihilominus crede, ſupradicto ſpurio legitimato à ſæculari Principe, beneficium conferri poſſe, & deberi, ſi aliàs habilis ſit ex diſpenſatione ad beneficia obtinenda. Nam eſto ſæcularis Princeps ſolùm legitimare poſſit ad temporalia, & non ad ſpiritualia; at legitimationem in temporalibus concedens, illegitimum facit eſſe de familia, genere, & parentela fundatoris, & conſequenter habilem reddit, ut diſpenſatione accedente, beneficium poſſit obtinere. Ita ille, qui ſequentia addit.

887. Secundò videtur certum, in Hiſpania beneficium relictum pro iis qui ſunt de familia, cognatione, domo, genere, ſtirpe, ſeu parentela, poſſe, & debere dari filiis illegitimis naturalibus. Quia cum hi gaudeant nobilitate parentum, *l.* 1. *tit.* 11. *partita* 7. de eorum genere, cognatione, & familia cenſentur. Garcia *d. part.* 7. *de beneficiis, cap.* 15. *num.* 49. ex Greg. Lopez *in d. l.* & Rojas *de Succeſſ. cap.* 15. Joan. Garcia *de Nobilit. gloſſa* 20. *n.* 36. *& gloſ.* 21. *num.* 33. Azevedo *in l.* 10. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. num.* 31. Cervantes *in d. l. Tauri* 10. *n.* 164. Zevallos *q.* 2. *à num.* 47. *& quæſt.* 203. *à num.* 6. qui alios plures referunt. Molina *de Iuſtitia, tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 165. Adducit Garcia pro eo, quod filii illegitimi naturales, gaudeant nobilitate patris, ſicut gaudent legitimi, Guidonem Papam *deciſ.* 580. *& ibi Addit.* Tiraquellum *de Nobilitate, cap.* 15. *n.* 25. Paleotum *quæſt.* 61. *num.* 68. Villalpandum *in l.* 22. *tit.* 1. *partita* 7. §. 42. *num.* 3. *ad fin.* Rojas *d. cap.* 15. *num.* 22. Mathienzum *in tit.* 1. *l.* 7. *gloſſa* 2. *num.* 126. *& ſeq. lib.* 5. *& gloſſ.* 2. *l.* 7. *tit.* 11. *num.* 5. Menochium *d. Præſumption.* 88. *lib.* 4. *num.* 14. Joan. Gutierrez *Practicar. qq. lib.* 2. *quæſt.* 155. *num.* 2. *& lib.* 3. *quæſt.* 81. *num.* 7. & Flores de Mena *quæſt.* 16. §. 1. *à num.* 9. *&* §. 2. *à num.* 9. Et concludit Garcia dicens: Et ſic naturales, & deſcedentes ex eis veniunt appellatione, & vocatione eorum, qui ſunt de familia, domo, ſeu caſata, genere, agnatione, cognatione, ſtirpe, ſanguine, & parentela, &c. ut tradit etiam Azevedo *d. conſ.* 24. *ex num.* 27. *& num.* 39. dicens, naturales clariſſimè eſſe de domo, caſata, & agnarione patris, ex naturali, & notoria Hiſpaniæ conſuetudine, eos admittente ad inſignia, nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris: & ſic

in

in eleemoſyna, ſeu relicto fœminis conſanguineis, ſeu de genere pauperibus, comprehendi naturales, & præferri legitimis non exiſtentibus in eodem gradu, &c.

888. Nona difficultas eſt, an filius ſpurius ex parte patris, capax ſit beneficii, aut capellaniæ, donationis, aut legati relicti pro fundatoris conſanguineis: & dato, quod ſit capax, dubitatur in quo loco ſit admittendus? Quoad primam difficultatis partem, reſpondet affirmativè Gonzalez *ad Regul.8. gloſſa 5. à num.109.* ex pluribus hinc inde deductis, & ex Rota *in una Hiſpalenſi Illegitimitatis,22.Februar.1574. coram Rubeo, & ex alia Tiraſſonenſi Eleemoſynaria, 14. Novembr.1603. coram Lancellotto.* Illum ſequitur Caſtrus Palaus *d.punct.9. ſub num.12.* tametſi Garcia *d.cap.15.n.53.* contradicat. Quoad ſecundam verò reſpondetur, quod ſi concurrat ſpurius cum legitimo in æquali gradu, nullo modo admitti poteſt. Sic pro indubitato docet Gonzalez *d.gloſſa 5. num.124.* Garcia *d.num.53.* ibi: Item conſiderandum erit.... an cæteris paribus concurrat alius de familia, & genere teſtatoris, qui ſit legitimus, ac filius patris legitimi; nam tunc illum præferendum fore, indubitatum erit, inquit: quod placet, ita ut in pari gradu legitimus ſit præferendus, & præſentandus, cum Azevedo *d. conſ.24. num.36.* Hæc Garcia *d.n.53. circa finem.* Sequitur Palaus *num.13.*

889. Quod ſi petas, quid juris, ſi illegitimus non concurrat in gradu æquali, ſed in proximiori, cum legitimo? Reſpondet Garcia *num.47.* quod ſi in fundatione dicitur, quod præſentetur conſanguineus proximior, qui proximior ex deſcendentibus fuerit, præſentari debeat, ſive ille ſit legitimus, ſive illegitimus, aut ſpurius quidem, legitimo remotiori relicto. Adducit Navarrum *conſ.4. de jurepatr.* & Zevallos *quæſt.762. à num.24.* contra Emman. Roderiq. *in Summa, tom.1. cap.106. num.8. ad finem*, dicentem quod ſi teſtator mandaverit eligi conſanguineum magis propinquum, legitimus debet præferri illegitimo magis propinquo. Ratio Garciæ eſt, nam ſi illegitimus, etiam ſpurius, ſub vocabulo conſanguinei comprehendatur, & ex alia parte ipſe ſit proximior, vocatio conſanguinei proximioris intrat, & verificatur in eo. Caſtrus Palaus *d. punct.9. §. Cæterùm, finali*, ſententiam ſequitur Emmanuelis, & pro ea allegat Joan. Gutierrez *Practicar.qq.lib.2. quæſt.67. num.4. circa finem*, & Peregrinum *de Fideicommiſſ. art.22. n.89.* & rationem hanc, quod legitimus remotior, nobilior ſit quolibet propinquiori illegitimo. Deinde, quia ſi ſtantibus legitimis, poſſet electio eſſe illegitimorum, quia omnes ſunt æquè de familia, poſſet illegitimus concurrens in eodem gradu proximitatis cum legitimo, eligi à patrono. Quia ipſe ſolùm tenetur eligere ex conſanguineis fundatoris, qui proximior fuerit: ponimus autem nullum legitimum proximiorem eſſe illegitimo. Ergo nullus legitimus neceſſariò præeligendus eſt, quia qualitas legitimitatis non conſtituit legitimum proximiorem. Quod ſi dicas conſtituere nobiliori modo propinquiorem, ac proinde præferendum illegitimo, inde convincitur, cuilibet illegitimo etiam propinquiori præferendum eſſe; quia propinquitas proveniens ex legitimatione, quantumvis remota, vincit quamlibet propinquitatem illegitimi. Hæc P. Palaus. Sed ſententia Garciæ magis mihi arridet, ob brevem rationem ab eo datam: & quia, ut ipſe ait Gutierrez, in diverſis loquitur terminis, nempe *legis 27. Tauri*: & Peregrino notam inconſequentiæ inurit. Ad id tamen, quod addit Palaus, quod concurrente illegitimo cum legitimo in eodem gradu proximitatis, poſſet illegitimus præſentari, omiſſo legitimo: reſpondetur *ex n.præcedenti*, non poſſe id fieri; poſſet tamen præſentari proximior illegitimus, legitimo remotiori omiſſo, & ſpreto. Primum quidem, quia indubitatum; ſecundùm verò, quia lex voluntatis teſtatoris, quæ ſervari debet omninò, ad ſuprà *n.889.* tradita, diſpoſuit, ut ſupponitur, quod proximior ex deſcendentibus præſentetur: cum autem illegitimus, ut etiam ſupponitur, proximior ſit, & verè ex teſtatore deſcendens, ille, & non legitimus remotior, præſentandus erit; ſi enim ille iſtum voluiſſet præſentari, cum facilè potuiſſet, expreſſiſſet. Barboſa *axiom. 136. num.5*

& ego ipſe *in Commentar. ad Conſtitut.* 16. *num.* 121. & quod lex non dicit, non eſt ab homine præſumendum. Barboſa *num.* 7. ego ipſe ibidem. Et licèt axiomata iſta procedant in legibus à Principe conditis, locum habent etiam in diſpoſitionibus ultimarum voluntatum, quæ illis æquiparantur. Æquiparatorum enim idem eſt judicium, & in uno diſpoſitum, in alio etiam diſpoſitum eſſe cenſetur. Barboſa *axiom.* 14. *num.* 1. *& axiom.* 73. *num.* 25. & ego ipſe *loco citato*, *num.* 12. *pag.* 371.

SECTIO XV.

De Beneficiis Patrimonialibus.

LIcèt Patrimonialia beneficia, de illis ſint, quæ debeant certis perſonis conferri, & ideo comprehendantur in dictis in Sectione quartadecima, *à num.* 888. ut ibi dictum eſt; quia tamen ad illorum perfectam cognitionem, & rectum uſum, & praxim, aliqua ſint ſpecialia ſcitu digna, illa ſub ſuo titulo ſpeciali tradere libuit, etſi breviter, quia illa pauca ſunt.

890. Et in primis occurrit dicendum, de beneficiis patrimonialibus nullum haberi textum in Jure, ut poſt Mandoſium *in regulam* 19. *Cancellariæ de infirmis reſignantibus*, *quæſt.* 16. & Gonzalez *ad* 8. *regul. menſium*, *gloſſa* 9. §. 1. *num.* 1. obſervavit Pax Jordanus *tom.* 2. *de Re beneficiaria*, *lib.* 10. *tit.* 26. *num.* 3. *pag.* 415. Sed quoniam arguere licet ab etymologia, *cap. Cleros*, *diſt.* 21. *cap. Si cupis*, 17. *quæſt.* 1. *cap. Si puberes*, *de Clandeſtinis deſponſationibus*, *l.* 2. §. *Appellata*, *ff. Si certum petatur*, *l. Tugurium*, *ff. de verborum ſignificat.* cum cæteris apud Everardum *in loco ab etymologia*, & apud Barboſam *eodem loco*, *el* 44. quò loci addit *l.* 1. *ff. de Furtis*, *l.* 1. *de acquirenda poſſeſſ. l.* 1. *de Juſt. & jure*, *l.* 1. *de Teſtamentis*, *l.* 1. *de Novationibus*, *l.* 1. *ff. de Pactis*, *Princip. Inſtitutionis Quibus modis re contrahitur obligatio*, *Princip. Inſtitutionis de Teſtamentis*, Abbatem *conſ.* 82. *Quamquam*, *num.* 2. *verſ.* 2. *lib.* 1. ubi, quod feudum dicitur à fide, & fidelitate, propter etymologiam; Alexandrum *conſ.* 153. *Viſo themate*, *num.* 3. *verſic. Hoc etiam patet*, *lib.* 7. ubi ait, quod valet argumentum ab alluſione, ſeu etymologia vocabuli, quando non contradicit propriæ ſignificationi. Addit & quamplures alios Doctores, ad exornandum axioma, quod ab etymologia, & alluſione vocabuli, validum, & multum frequens eſt argumentum in Jure. Immò addit, quod in omnibus ferè Iuris articulis, non ſolùm Canonici Iuris Doctores, verum etiam ipſi Pontifices, & priſci illi Iureconſulti, qui veram Iuriſprudentiam coluerunt, nominis etymologiam magni faciunt, & ab illa omnes, & ſingulos ſuos tractatus oxordiuntur, ut in Iuribus ſuprà citatis, & per integrum tractatum proſequitur Iſidorus relatus *in cap. Forus*, *de Verborum ſignificat.* Tum quia inter alios argumentorum locos, hunc ab etymologia ponit Ariſtoteles, Cicero, Quintilianus, & poſt eos reliqui omnes Philoſophiæ Profeſſores; & *Veriloquium*, etymologiam appellavit Cicero in Topicis, Agricola Dialecticæ inventionis *lib.* 1. *cap.* 23. Fonſeca *lib.* 5. *Inſtitut. Dialecticæ*, *cap.* 2. Hæc & alia ad intentum Barboſa: ſubjiciamus ob id, ait Pax Jordanus *num.* 4. aliqua de beneficiis patrimonialibus.

Dicuntur itaque patrimonialia, eo 891.
quòd à patrimonio, & hæreditate paterna proveniant (ait *n.* 5.) ſecundùm Staphileum *de litteris gratiæ*, verbo *Forma expectativarum*, *num.* 3. & Milis *in ſuo Repertorio*, verbo *Beneficium patrimoniale*, *num.* 13. Sed hujuſmodi etymologia, tanquam minùs quadrans propoſito, non recipitur à Gonzalez *d.* §. 1. *num.* 7. *verſic. Iſta tamen.* Mandoſius *in regul.* 19. *de infirm. reſign. q.* 15. *num.* 17. putat inde patrimonialia nuncupari, quòd ab aliquibus data fuerint ordinandis pro titulo patrimonii. Sed nec iſta recipitur ab eodem Gonzalez *ibidem*, *num.* 8. Vera itaque denominatio, (ait Pax *num.* 7.) inde ſumitur, quod patrimonialia dicantur à patria, eo quòd conferenda tantummodò ſint natis, vel oriundis illius patriæ, in qua talia beneficia conſiſtunt, prout ſuprà diximus de naturalitate. Mandoſius *dicto loco*, Hojeda *de Incompatibilitate beneficior. part.* 1. *cap.* 24. *num.* 86. Gonzalez *ſuprà*, *n.* 10. qui etiam *num.* 11. arbitratur præterea poſſe denominari beneficium patrimoniale à patre, ex quo ille, cui conferendum eſt, patris originem

ſequi

ſequi debet, *l. Aſſumptio, §. Filius civitatem ex qua pater, ff. Ad municipales, l. Filios, C. de Muneribus, & origin. lib.* 10.

892. Patris verò nomine includitur etiam mater, necnon avus, & avia paterna, & materna. Pax *num.* 9. cum Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *quæſt.* 25. *verſic. Quæres, an ſatis:* qui *verſ. ſeq.* ait beneficia Epiſcopatus Burgenſis, Palentini, Calagurritani, & Legionenſis, eſſe patrimonialia, quia ſolis conferuntur oriundis ex præfatis locis. Patrimonialia beneficia igitur, quoad hunc effectum, non differunt à præcedentibus naturalitatem requirentibus. Unde pro ſynonymis ponuntur à Garcia *d. part.* 7. *cap.* 15. *n.* 2. ab aliis verò ponuntur ut ſeparata, ſaltem ut ſpecies à genere, quod magis placet, quia v. gr. in Hiſpania, præter naturalitatem, multæ Diœceſes habent beneficia patrimonialia, ut ſuprà, *num. præcedenti.* Et ideo in talibus erit neceſſaria qualitas prædicta, alioquin collatio, filiis patrimonialibus contradicentibus, irritanda erit, ſive, ut quibuſdam placet, irrita declaranda regulariter. Idemque dicendum erit de reliquis exemplis in principio propoſitis, ac de ſimilibus, prout Doctores ibi citati fatentur, & ut de proviſione facta ſine præſentatione patroni habitum fuit *in tit. de Iurepatronatus.* Hactenus Pax Jordan. *d. tit.* 26. *uſque ad num.* 12.

893. Pater Azorius duobus ſaltem in locis agit de Beneficiis patrimonialibus *in parte* 2. *ſuarum Inſtitutionum Moralium:* primò, *in lib.* 3. *cap.* 9. *quæſt.* 4. 5. *&* 6. quas, uti apud eum jacent, operæpretium duxi recenſere. Quartò (inquit) quæritur, quænam dicantur beneficia patrimonialia? Ratio quæſtionis eſt, quoniam nec patrimonium eſt beneficium, nec ullum beneficium patrimonii rationem, & naturam habet: quo pacto igitur beneficium dicitur patrimoniale? Reſpondeo, alicubi, ut in Hiſpania, in diœceſi Palentina, Calagurritana, & Burgenſi, ſunt quædam beneficia, quæ patrimonialia vocantur, ob id nimirum, quod nequeant conferri niſi Clericis ex patria, loco, vel parochia oriundis; *nam earum Eccleſiarum ſtatutis, legitima authoritate approbatis*, cautum eſt, ne dentur, niſi Clericis, qui vel ibi nati ſunt, vel quorum pater, aut mater, vel avia, vel avus paternus, aut maternus ibi ortus fuerit. Appellantur ergo patrimonialia, quia Clericis ejuſdem loci, vel patriæ, non aliis conferuntur. Quare cùm vacat patrimoniale hoc beneficium, intra certum tempus autoritate Epiſcopi præſcriptum ſeſe offerunt, ut examinentur: & qui poſt examen dignior cæteris judicatur, eum Epiſcopus inſtituit, & collocat in beneficio: hoc eſt, ei beneficium confert, cujus deinde poſſeſſionem nanciſcitur.

894. Quintò quæritur, an beneficium patrimoniale ſit ſimplex? Reſpondeo diſtinguendo: quando nullam curam animarum, juriſdictionemve habet, ſimplex eſt beneficium. Ex quo fit, ut quamvis jure communi is, qui illud habet, ſecundùm probabiliorem multorum ſententiam, reſidere in ſua Eccleſia debeat; conſuetudine tamen à reſidendi lege, & præcepto ſit immunis, & liber.

895. Sextò quæritur, an quis duo beneficia patrimonialia, quæ ſimplicia ſunt, habere ſimul queat? Reſpondeo, certi juris eſſe in eadem Eccleſia habere non poſſe, niſi Romani Pontificis indulgentia, & authoritate. Deinde in diverſis Eccleſiis, poſt Concilium Tridentinum, authoritate Epiſcopi, duo hujuſmodi beneficia uni conferri non poſſunt, etiamſi fuerint ſimplicia, ſi unum eorum ad vitam Clerici honeſtè ſuſtentandam ſufficiat. Si verò illud minimè ſufficiat, poteſt Epiſcopus alterum eidem Clerico conferre, dummodò (inquit Concilium *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *de reformatione*) perſonalem reſidentiam non requirat. Hucuſque Azorius *in d. cap.* 9. *libri* 3.

896. Secundò agens de beneficiis patrimonialibus *eadem parte* 2. *lib.* 6. *c.* 4. à Pace Jordano ſuprà citato *ſub q.* 25. in ſequentia procedit: Quæres an ſatis ſit, ſi hujuſmodi leges, & conſuetudines, & ſtatuta, quibus cautum eſt, ne beneficia concedantur, niſi Clericis ex certo genere hominum aſſumptis, laicorum authoritate approbentur? Reſpondeo, minimè; quia laici de beneficiorum cauſis nihil decernere queunt: *quare neceſſe eſt, ut Romani Pontificis privilegio, aut conſenſu*

ſenſu approbentur, aut ipſius Canonici Juris authoritate confirmentur.

Ex his etiam perſpicitur, quæ in Hiſpania patrimonialia vocantur, qualia ſunt in Epiſcopatu Burgenſi, Palentino, Calagurritano, Legionenſi, dari non poſſe, niſi Clericis ab eadem patria, vel loco oriundis, hoc eſt, qui vel ibi nati ſunt, vel quorum pater, & mater, avia, vel avus maternus, vel paternus ibi ortus fuerit: cæteri enim Clerici talium beneficiorum competes non ſunt. Iſta Doctiſſimus Azorius.

897. Ex dictis apparet, & liquet, quàm bene, & terminis Juris Canonici, & Doctorum illius, & Theologiæ Profeſſorum, ego ipſe conſonus, *in Quæſt. Paſtoralibus, part. 4. quæſt. 1. ſect. 3. concluſ. 2. num. 14. pag.* 188. ſequentia ſcripſerim de beneficiis Eccleſiæ Parochialis Sancti Joannis de Mendavia, hujus Pampilonenſis diœceſis. Videlicet: Nec obſtat Dicere, Domnum Abbatem & Præſidentem conferre beneficia de Mendavia filiis patrimonialibus illius villæ, & ad illius præſentationem. Non, inquam, obſtat. *Primò*, quia quicquid de objectis ſit, illa non tollunt, quod Domnus Abbas, & Præſidens veri Parochi ſint dictæ Eccleſiæ, & quod uti tales, illa beneficia conferant; alii enim ejuſdem diœceſis Parochi patrimonialibus, & ad præſentationem conferunt, vel inſtituunt beneficia ſuarum Eccleſiarum. *Secundò*, quia nego ſuppoſitum. Patrimoniale enim beneficium, uti docet Vivianus *in Praxi de Iurepatr. part. 1. lib. 1. cap. 1. num.* 103. eſt *quod ex authoritate Apoſtolica, vel Statutis Synodalibus, Apoſtolica authoritate confirmatis, vel ex immemorabili conſuetudine, neceſſariò confertur natis, incolis, vel originariis alicujus patriæ, civitatis, oppidi, vel Parochiæ; ita ut filii naturales, & patrimoniales provideri debeant de beneficio, & non alii forenſes*, ex Caſſadoro *deciſ.* 8. *de Præbendis, num.* 1. Covarruv. *Practicar. qq. cap.* 36. *num.* 3. Hojeda *de Incompatibilit. benefic. part.* 1. *cap.* 24. *n.* 86. Naturales autem de Mendavia nec habent conceſſionem Apoſtolicam, aut ſtatuta Synodalia, Apoſtolicâ authoritate confirmata, nec immemorabilem conſuetudinem, cùm uti diximus *ſect.* 1. *num.* 1. *&* 2. conſtet Patronatum, & præſentationes dictæ Eccleſiæ donatas fuiſſe Domino Regi Carolo ab ipſis vicinis de Mendavia; & à Rege ipſo, Monaſterio de Hyrache, anno 1407. Ergo non ſunt patrimonialia beneficia de Mendavia. Hæc ad intentum loco citato dixi.

Et quidem terminis Juris conſonus, 898.
cùm jure communi attento, nullatenus ullus ex Clero, aliàs inhabilis, & idoneus, quamvis alienigena, & extraneus, ab aliquo Eccleſiaſtico beneficio arceatur, & excludatur, *cap. Ad decorem, de Inſtitutionibus.* Et conſonus etiam Doctoribus utriuſque Iuris peritis, & Theologis, ac etiam Sacræ Rotæ Deciſionibus, ut vidimus ſuperiùs *num.* 853. *&* 854. Data autem dicta Iuris diſpoſitione, à nemine præter Papam, poteſt introduci neceſſitas conferendi beneficia indigenis, & incolis, & alienigenas & exteros ab illis excludendi: quia quod alicui de jure competit communi, ſine ſpeciali, & expreſſa Summi Pontificis venia, & cum derogatione juris communis, nequit ab eo auferri, uti prolixè probavi *tomo* 2. *Diſquiſitionum, diſquiſit.* 6. *dub.* 3. *num.* 32. tum ex ipſo jure, *in cap. Inſtitutionis*, 25. *q.* 2. & extra *in cap. Super his, de Majoritate, & obedientia:* tum etiam ex quampluribus magni nominis Doctoribus, Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & Theologiæ ſacræ profeſſoribus, quos brevitati conſulens lubens recenſere omitto, & prætereo, ad illum locum Lectorem meum remittendo. Et in puncto neceſſitatis, aut juris conferendi beneficia patrimonialibus, ſeu naturalibus, in ſpecie, ſi in limine fundationis beneficii fundator de conſenſu Ordinarii appoſuit conditionem, ut illud obtinere non valeat, qui non fuerit patrimonialis, naturalis loci, conſanguineus ipſiuſmet fundatoris, &c. ſuſtinetur, & inducit neceſſitatem obſervandi eam, ex traditis ab Aſcanio Tamburino *de Iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 10. *num.* 7. *pag.* 64. & Barboſa *de Poteſt. Epiſcop. part.* 1. *tit.* 2. *de Epiſcopali munere, gloſſa* 17. *num.* 28. poſt Rotam *in una Romana Iuriſpatronatus*, 31. *Maii* 1613. *coram Sacrato*, & poſt Lambertinum *de Iurepatron. lib.* 1. *part.* 1. *artic.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 25. quos recenſui *in diſquiſition. tom.* 1. *tract.* 5. *diſq.* 8. *num.* 31. quò loci *n.* 4. dixi, dictam procedere doctrinam,

nam, quando non apponitur conditio à jure reprobata, qualis certè non eſt, de qua in præſenti, ſed approbata, uti vidimus ſuperius, *n.*853. Quocirca Barboſa *in cap. Cùm dilectus, verſ. Ad petitionem, et* 8. *de conſuetudine*, ita ait: Notatur ad hoc, quod poteſt Patronus in fundatione beneficii ſibi reſervare penſionem, vel aliud onus imponere, videlicet quod præſentandus debeat eſſe Sacerdos, vel conſanguineus, ſi reperiatur. Rebuffus *de Pacificis poſſeſſor. num.*111. Perez *l.* 1. *verſ. Ex quibus in foro, tit.*6. *lib.*1. *Ordinat. pag.*147. Et poteſt apponere quaſcumque conditiones, etiamſi ſint contra jus, niſi ſint naturâ impoſſibiles, aut aliàs à jure improbatæ, ut reſolvit Lambertin. *de Iurepatr. lib.*1. *part.*1. *quæſt.*9. *num.*52. & tenuit Rota *in una Romana juriſpatronatus*, 31. (*Maii* 1613.) *coram Illuſtriſſimo Sacrato.*

SECTIO XVI.

De beneficiis ſæcularibus, & Regularibus.

899. QUintadecima qualitas requiſita in beneficiorum collatione, ſeu proviſione qualibet, eſt ut ſæcularia perſonis ſæcularibus, & regularia regularibus perſonis conferantur. Sæcularia autem omnia beneficia cenſentur, niſi regularia probentur: qualia certè probantur, cùm ex fundatione, tum ex quadragenaria poſſeſſione, & præſcriptione; tum tandem quando ex privilegio Regularibus addicta, ut benè Pax Jordanus *tom.*2. *lib.*10. *tit.* 27. *num.*1. *ex cap. Cùm de beneficio, de Præbendis, in* 6. *Clement. unica, de Supplendâ negligentia Prælator.* Zerola *in Praxi, part.*2. *verbo Beneficium*, Garcia, & aliis paſſim. Privilegium autem hujuſmodi nedum Summus Pontifex, ſed etiam Epiſcopi, & Reges noſtræ Hiſpaniæ concedere valent, ex gratia eis facta per Urbanum Secundum Petro Aragoniæ, & Navarræ Regi, anno 1095. quam exſcripſi *in* 22. *Paſtoralibus, part.*4. *quæſt.*9. *num.*4. cujus meminit Rota *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 14. *Decembris* 1598. *coram Cardinali Seraphino, la* 1304. *num.*1. *ad finem, & in eadem*, 28. *Februarii* 1600. *coram Card. Pamphilio, num.*2.

las 13. & 14. *poſt dictas Paſtorales.*

Indecorum verò ſit (dicit Pax *n.*2.) 900. & rationi contrarium, homines diſpari profeſſionis, vel habitus Eccleſiis præficere, aut in eadem Eccleſia ſociari, *cap. In nova*, 16. *quæſt.*7. *Clement.*1. *de Electione*, cum concordantibus. Nam cohærere, & conjungi non poſſunt, quibus & ſtudia, & vota diverſa ſunt. Unde *Deuteronomii cap.* 22. *prohibetur arare in bove, & aſino*, ideſt, homines diverſæ profeſſionis in uno officio aſſociare, *d. cap. In nova*, & Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.*10. ibi: *Ne veſtem lino, lanaque contextam induant.* Benè verum eſt, quod apud Deum non eſt barbarus, & Scytha; & omnes Eccleſiaſtici, ſub vexillo militant Crucis ſanctæ: ſicut in exercitu militum, quamvis varia ſint inſignia, unus tamen eſt finis, una voluntas, unica obedientia ſupremi Ducis. Proptereaque cautum eſt, beneficia ſæcularia ſæcularibus, regularia regularibus eſſe conferenda. Alioqui collatio facta aliter ſine Apoſtolica diſpoſitione, erit nulla, utpote juri communi contraria. Bellam. *deciſ.*17. *Collatio, & deciſ.*714. Rota *deciſ.*28. *de Præbend. in novis, & deciſ.*5. *de Iurepatr. eodem*, Caſſadorus *deciſ.* 4. *de Præbend.* Felinus *in cap. In noſtram, num.*41. *de Reſcript.* Pariſius *de reſignat. lib.*4. *quæſt.*5. *num.* 2. communem dicens. Faciunt pro concluſione *cap. Nullus, de Elect. in* 6. *cap. Cùm ſingula, de Præbend. eod. lib.* & *cap. Cùm de beneficio, ibidem.* Concilium etiam Trident. *ſeſſ.*14. *cap.*10. *de Reformat. & ſeſſ.*25. *c.*21. *de Regularibus*, & latè utrobique Barboſa *in Collectaneis*, pluribus allegatis de more Doctoribus, quibus addo Pacem Jordanum *num.* 3. Garciam *de benefic. part.*7. *cap.*10. *num.*1. 2. & 3.

Nec Beneficia regularia unius Re- 901. ligionis, alterius Religionis alumnis conferri poſſunt. Ita Tridentinum diſpoſuit *d. ſeſſ.*14. *cap.*10. ibi: *Religioſis tantùm illius Ordinis... & non aliis... conferantur.* Ubi Barboſa *n.* 8. cum Rebuffo *in Praxi Benefic. tit. de Diſpenſat. cum Regulari, num.*2. & *ſeq.* Navarro *comment.*4. *de Regular. n.*23. *in princ.* Roderiq. *tom.*1. *qq. Regular. quæſt.*34. *art.*8. Hieronymo *in illarum compend. reſol.*15. *num.*4. Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 8. *num.* 96.

cum ſeqq. & Sanchez *in Decalog. lib.7. cap.29.* ubi *num.* 30. ſubdit, nec Pontificem ſolitum eſſe concedere Regularibus gratiam aſſequendi beneficium alterius Ordinis, niſi transferendo illos ad illud Monaſterium, ad cujus collationem beneficium aſſequuntur: *& num.*31. hinc colligi, non eſſe duobus Religioſis integrum, ſi diverſarum Religionum ſint, cum ſuorum licentia Superiorum beneficia regularia permutare, quia neuter beneficii alterius capax eſt: & citat Bellenc. *de Permutat. benefic. part.*2.*q.*11. *num.*2. Concluſionem principalem tenet etiam Pax *loco cit. num.* 25. Immò nec beneficium unius Monaſterii, poſſe dari Religioſo alterius Monaſterii ejuſdem Ordinis, reſolvit Barboſa *in d. cap.* 10. *num.* 9. poſt Rebuffum *ubi proximè, à num.* 2. Navarrum *d. num.* 23. *in princ.* Roderiquez *d.art.*8. Hieronymum *d. reſol.* 15. *num.*50. per *cap. Cum ſingula*, §. *Prohibemus*, *de Præbendis*, *lib.6.* ubi id graviter interdicitur, idque acceptans ipſo jure fit inhabilis, & ineligibilis; & poſt Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 29.

902. Non poſſe beneficia Regularia novitiis conferri, expreſſe diſpoſuit Tridentinum *d. cap.* 10. niſi habitum omninò ſuſcipiant, & profeſſionem emittere teneantur. Ubi Barboſa *n.*10. ait: Ergo beneficium regulare dari poteſt his, qui habitum nondum ſuſcepere, modò illum ſuſcipere, & profeſſionem emitere teneantur. Rota *in Carpentoractenſi Prioratus*, 19. *Aprilis* 1619. *coram bonæ memoriæ Buratto*, inter ejus impreſſas *deciſ.* 390. Hæc Barboſa. Et paſſim quidem videmus, Prioratum inſignis, & perilluſtris Regii Monaſterii S. Mariæ de Ronceſvalles, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini, ſæcularibus perſonis conferri, qui habitu illorum Canonicorum ſuſcepto, profeſſionem emittunt, non completo probationis anno, ex Summi Pontificis diſpenſatione. Et ita docet Garcia *d. cap.* 10. *num.*8. ex eodem Concilii loco, & ex Gonzalez *gloſſa* 8. *à num.*7. quamvis *num.*4. dixerit, non poſſe conferri beneficia regularia, niſi regularibus expreſſe profeſſis, non autem novitiis, *ex cap. Nullus*, *de Elect. in 6. Clement.*1. *de ſupplenda neglig. Prælator. & ex Clement.* 1. §. *Sanè* 2. *de Statu Monachor.* Paulo Lapo, & Dominico *num.6. verſ. In eadem Gloſſa*, ibi: *Nullus*, & Francho *num.*1. *circa finem*, *in cap. Beneficium*, *de Regul. Iuris*, *in* 6. Azor. *lib.*12. *c.*3. *quæſt.* 1. Novitiis tamen conferri poſſunt ſæcularia beneficia, & valida erit collatio, ſeu Electio de eis facta, cùm poſſint ei conſentire, & ad ſæculum liberè redire, cùm veri Religioſi non ſiut, quamvis contrà teneat dicta Gloſſa, dicens quod conſtituto in probatione non poterit conferri beneficium, quod per Regulares poſſideri non poſſit, &c. quam ſequuntur ibi Lapus, Ancharanus, & Dominicus *ubi ſupra.* Sed contra eam tenet Garcia *num.6.* poſt Franchum *d. num.* 1. *verſic. In eadem gloſſa*, ibi, *poſſideri*; cum eodem dicens ſatis videri, quod licèt id fieri non debeat, ut dicit Gloſſa, ſi tamen eidem conferantur, vel ad id eligatur, tenebit electio, vel collatio, &c. qui tamen (Franchus ſcilicet) ait Garcia, malè ait, quod conſentiendo, & beneficium acceptando, videtur ipſi Religioni renunciare, ſicut è converſo; nam non eſt incompatibile beneficium cum novitiatu, & probatione. Idem tenet Azor *ſuprà.* Unde in S. Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.*13. *&* 15. *de Reformat.* prohibetur beneficia regularia ſæcularibus uniri. Hæc Nicolaus Garcia docet.

Quoad hunc effectum ſæcularitatis, & regularitatis beneficiorum, non attenditur à quo conferenda illa ſint, ſed per quos regenda ſint; quia ſi regantur per ſæculares clericos, ſæcularia cenſebuntur, etiamſi præſentatio, inſtitutio, aut Collatio ad regulares ſpectaret, & è contra. Pax Jordanus *d. tit.*27. *num.* 5. ex Rota *d. deciſ.* 46. *num.* 1. *de Reſcript. in antiquis*, *& deciſ.* 12. *num.* 1. *eod. tit. in antiquiorib.* Gonzalez *gloſſ.* 8. *num.*38. & diximus *quæſt.*2. *num.* 6. Conſtito autem de ſæcularitate aut regularitate beneficii, ad mutandum illum ſtatum per perſcriptionem, requiruntur quadraginta anni, quod reſpectu regularium caret omni controverſia, uti vidimus *d. quæſt.* 2. *num.*7.8.9. *&* 221. & ait Pax *num.*6. per textum *in cap. Si de beneficio*, *de Præbend. in* 6. juncta Gloſſa *verb. Legitima*, & ibi DD. communiter, Staphilæus *de litteris gratiæ*, *in* 8. *forma expectativarum*, *num.* 40. Rebuffus *in* 903.

Praxi

Praxi, tit. Quotuplex ſit beneficium, num. 5.

904. Verùm quia idem Staphilæus *in* 8. *forma, num.* 5.. Gomez *de Expectativis, num.* 106. & nonnulli alii arbitrantur ad præſcribendam ſæcularitatem contra regulares ſufficere decennium, ob favorem reditus ad jus commune, ſecundùm quod omnia beneficia præſumuntur ſæcularia; multi verò differentiam nullam admittunt circa talem præſcriptionem: propterea ad conciliandas opiniones, & pro pleniori notitia, diſtinguit Pax caſus ſequentes, *ex deciſ.* 2. *de Probation. in novis*, per Gonzalez *gloſſ.* 7. *n.* 23. Primus eſt, quando ſtamus in dubio, an beneficium ſæculare, aut regulare cenſeatur: & tunc attenditur ultimus ſtatus illius, hoc eſt, an vacaverit per obitum perſonæ ſæcularis, an regularis. Geminianus, Francus, & alii *in d. cap. Cùm de beneficio.* Felinus *in cap. Eam te, num. fin. ad medium, de reſcriptis.* Gonzalez *ubi proximè*, Maſcardus *de Probation. concl.* 172. *num.* 8. & Barboſa *allegat.* 54. *num.* 169. pluribus allegatis, & diximus *ſuprà, c.* 2. *num.* 8.

905. Secundus caſus eſt, quando ſtatus regularitatis per integram quadragenariam non extitit completus, ſed per decem, 20. aut plures annos, infrà 40. ſervatus: iſto caſu ad tollendum è medio hujuſmodi ſtatum non completum, ſufficit decennalis præſcriptio, propter aſſiſtentiam juris communis, *d. deciſ.* 2. *ſub num.* 1. *verſ. Et hoc verum, &c.* & ſæpiùs inferiùs. Francus poſt Geminianum *num.* 8. & alios *in d. cap. Cùm de beneficio*, Felinus *in cap. In noſtra, num.* 43. *de reſcript.* Gonzalez *ſuprà, num.* 2. Et in his terminis procedit doctrina Staphilei, de qua *ſuprà, num. præcedenti.*

906. Tertius caſus eſt, quando ſtatus regularitatis fuit completus per integram quadragenariam, aut aliàs conſtat de jure perfecto, & radicato ad favorem Regularium: & iſto caſu neceſſaria eſt præſcriptio quadragenaria contraria, ad mutandum ſtatum, & reducendum ad ſæcularitatem, ut *in eadem deciſ.* 2. *ſub num.* 1. *verſic. Et hoc verum, &c.* & ſæpiùs *inferiùs*, Francus *num.* 5. Geminianus *d. num.* 8. Felinus *in d. cap. In noſtra, num.* 43. Gonzalez *loco citato, num.* 25. & 26. qui hoc modo conciliat *d. deciſ.* 2. *cum deciſ.* 6. *aliàs* 460. *de conſuetudine in novis*, quæ ita reſolvit in materia optionis, & videtur conformis *prædictæ deciſ.* 2. non autem contraria, ut putavit Maſcardus *de Probationib. concl.* 172. *numero præſertim* 14. qui allucinatus fuit in conciliandis jam dictis Deciſionibus, prout illum carpit Gonzalez *dicto loco.* Et quod iſto caſu requiratur integra præſcriptio quadragenaria, judicavit pluries Rota, prout Deciſiones citat Garcia *d. part.* 7. *cap.* 10. *num.* 35. (quas paulò inferiùs recenſebo, *num.* 909.) Quin immò nec quadragenaria ſufficeret, ſed opus eſſet immemoriali, ſtante privilegio, vel diſpoſitione Papæ, cum decreto irritanti, ſeu prohibitione. Archidiaconus, Joan. Andreas, Dominicus, Francus, & alii *in d. cap. Cùm de beneficio.* Creſcent. *deciſ.* 4. *num.* 6. *de Privilegiis*, & alii citati per Garciam *ſuprà, num.* 36. & *part.* 5. *num.* 176.

907. Quartus denique caſus poteſt conſiderari, quando ſtatus regularitatis non ſit mutatus, quia præſcriptio completa minimè extitit; adſit tamen quaſi poſſeſſio ſtatus ſæcularitatis, currens ad præſcriptionem: nam tunc ſtante ſola quàſi poſſeſſione conferendi ſæcularibus, ſufficit ut teneat collatio, quando agitur inter tertios proviſos, non autem inter collatores. Geminianus poſt Lapum, & alios *in cap. Cùm de beneficio*, citato, *num.* 4. *in fine, & num.* 10. *ad medium*, Francus *num.* 5. *ante finem, verſ. Si verò.* Rota *in Ferrarienſi Prioratus, coram Penia*, 24. *Martii* 1608. Gonzalez *loco citato, num.* 27. *verſic. Quartus etiam caſus*, & pleniſſimè *gloſſa* 45. §. 2. *per totum.*

908. Neque obſtat *d. cap. Cùm de beneficio*, requirens præſcriptionem completam; quia hoc procedit ratione illius verbi, *conſueto*, poſiti in gratia impetrantis, quod ex natura ſua denotat dominium, & proprietatem, & requirit completam conſuetudinem. Geminianus *ibi, num.* 1. *& num.* 4. *verſic. Quod ſi ſcribatur.* Francus *num.* 4. *verſic. Si verò probus, num.* 1. Conferunt tradita per Creſcent. *deciſ.* 1. *de Præbendis*, & per Gabrielem *concluſ.* 1. *tit. de locato:* nos autem loquimur in terminis diverſis, ac inter ſolos proviſos,

viſos, & de ſola continuatione quaſi poſſeſſionis. Ita ut ratione dicti verbi, *conſueto*, non ſufficeret in caſu *dicti cap. Cum de beneficio*, conſtare de prima fundatione beneficii ſæcularis, niſi etiam appareat de gubernatione tanquam de ſæculari, cùm forma reſcripti ſervanda eſſet, *cap. Cui de non Sacerdotali, de Præbend. in 6.* Geminianus *num.10. verſ. Sed pone.* Franchus *num.9. verſic. Quando verò, eodem cap. Cum de beneficio.* Gonzalez *citato loco.* Præterea pro ejuſdem verbi verificatione unicus actus, & unica collatio non ſufficeret, quia non dicitur conſueviſſe commendari, vel regi à Clericis ſæcularibus, ſi unica vice rectum ſit, ſed requiruntur plures collationes. Creſc. *d. deciſ. 1. de Præbendis*, Mandoſius, & alii apud Garciam *ſuprà*, *num.* 37. aliud aſſerens de verbo, *Solito*; nam ad illius verificationem, unicam ſufficere putat, cum Rota in pluribus Deciſionibus ibi citatis. Petrus de Lara *de Aniverſariis*, *lib. 1. cap. 12. à num. 34.* plures citans. Roch. *in rubric. de Conſuetudine*, *à num. 31.* Ex quo patet differentia inter conſuetum, & ſolitum; quia primum binos ad minus requirit actus; ſecundum verò unico extat contentus. Hucuſque Pax Jordanus *à num. 9. ad 15.*

909. Deciſiones Sacræ Rotæ, quas Garcia citat *d. cap. 10. num. 35.* ad firmandum, quod quando conſtat de anteriori ſtatu, requiratur poſſeſſio quadraginta annorum, ad mutationem illius, ſequentes ſunt: *In una Tridentina Prioratus, 17. Novembris 1594. coram Orano. In Salamantina Vicariæ, 25. Martii 1506. coram Blanchetto. In Bracharenſi Monaſterii, 19. Decembris 1598. coram Pamphilio*, in qua dictum eſt: *Quod ut recedatur ab anteriori ſtatu regularitatis beneficii, neceſſarium eſt, quod oſtendatur poſterior ſtatus ſacularitatis, qui ſit legitimè præſcriptus per poſſeſſionem quadragenariam, ſublatis proviſionibus Apoſtolicis, & earum temporibus, quæ non mutant ſtatum.* Achilles *deciſ. ult. de Iurepatr. niſi appareat eſſe factas animo mutandi ſtatum, &c.* Et *in Oſtunenſi Capellaniæ*, *17. Ianvarii 1598. coram Seraphino.* Et *in Ferrarienſi Prioratus, 1. Decembr. 1608. & 25. Maii 1609. coram Peña*, ubi fuit dictum: *& in eadem*, *8. Martii 1680. coram eodem, fuit reſolùtum*, &c. Et *in Capuana Rectoriæ*, *12. Iunii 1609. coram eodem, fuit reſolutum*, *&c. R. beneficii ſtatus.* Et quod quando non conſtat de priori ſtatu, ex quo non agitur de mutatione ſtatus, alteri datur ultimus, & quaſi poſſeſſio etiam ex proviſionibus Apoſtolicis, fuit reſolutum *in cauſa Terdonenſi Prioratus*, *5. Maii 1595. coram Orano*, ut *in deciſ. ſeq. 155.* Sequitur Genuenſis *d.c. 121. circa finem*, *&c.* Hæc Garcia *d.num. 35.* qui *num. 36.* proſequitur, dicens: Nec ſufficiet quadragenaria, ſtante privilegio Apoſtolico cum decreto irritanti, ſeu prohibitione. Archidiaconus, Joannes Andreas, Donatus *in num. 6.* Franchus, & alii *in d. cap. Cùm de beneficio.* Creſcentius *deciſ. 4. de Privilegiis, n. 6.* Joſephus Aldrete *in Allegationib. pro Regularium exemptione*, *2. part. cap. 3. num. 8.* & alii citati *ſuprà*, *5. part. cap. 4. num. 176.* Sed tunc opus eſſet immemorabili, ut *ibi num. 180.* & *num. 37. dicti cap. 20.* exponit clauſulas, *commendari conſuevit*; & *ſolita eſt*: dicendo cum Creſcentio *deciſ. 1. de Præbendis*, & Mandoſio *tit. de Proviſionibus*, *verſic. Præceptoria*, quod prima non verificatur in uno actu, quia verbum *Conſuevit*, requirit plures actus; ſecus verò ſecunda, quia verbum *Solita*, verificatur in unico actu, & unicus ſufficiet, ut dictum fuit *in una Tiraſſonenſi juris præſentandi*, *16. Octobris 1592. coram Blanchetto*, & *in Salamantina Parochialis*, *5. Iulii 1593. coram Arigonio*, Perez de Lara *de Anniverſariis*, *lib. 1. cap. 12. à num. 43.* qui alios allegat, Rochus *in Rubrica de Conſuetudinibus, à num. 31.*

SUBSECTIO I.

Recenſentur caſus in quibus ampliatur concluſio Sectionis, quod Beneficia Sæcularia à ſecularibus, & Regularia, &c.

910. AMpliatur primò concluſio, ut præſentatio patroni de perſona regulari ad beneficium ſæculare, ſit ipſo jure nulla, & invalida, & conſequenter etiam inſtitutio, illius vigore facta. Pax Jordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 27. num. 16.* ex *deciſ. 5. de Iurepatr. & deciſ. 28. de Præbendis, in novis.* Navarro *conſ. 11. num. 6. de Statu Monachor.* Panormitano & Campanili *rubr. 13. cap. 7. num. 14. verſic. Non ſolùm.*

ſolùm. Firman. *in Repertorio, verbo Patronus laicus non poteſt.* Eadem ratione idem erit dicendum, ſi ad beneficium regulare præſentaretur Clericus ſæcularis; quia contrariorum (inquit) eadem eſt diſciplina.

911. Secundò ampliatur, ut impetratio etiam à Papa facta per Regularem, de beneficio ſæculari, non facta mentione ſæcularitatis, aut econtrà de beneficio regulari per ſæcularem, ſubreptitia ſit, & invalida. Idem pax Jordan. *num.* 17. ubi allegat Felinum *in cap. In noſtra, num.* 41. *de Reſcriptis.* Caſſadorum *deciſ.* 4. *à num.* 1. *de Præbendis.* Selva *de beneficiis, part.* 3. *q.* 11. *num.* 122. & Gonzalez *gloſſa* 7. *num.* 5. loquentes de Clerico ſæculari impetrante beneficium regulare, *cap. Cùm de Beneficio, de Præbendis in* 6. Ægid. Bellam. *deciſ.* 171. Felinum *loco cit. num.* 44. Menochium *de Arbitrariis, lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 201. *num.* 86. *&* 87. Gonzalez *ſuprà.* Et procedit ampliatio etiamſi hujuſmodi collatio fieret à Papa motu proprio, ſine diſpenſatione. Idem Pax, & Caputaquenſ. *deciſ.* 185. *part.* 1. Zechius *de beneficiis, capite* 3. *poſt princip. verſic. Beneficium regulare.* Quod ſi Papa diſpenſaverit, dubitari non debet de validitate, ob pleniſſimam illius poteſtatem.

912. Tertiò ampliatur concluſio, ut beneficia regularia dari non poſſint Novitiis, ſed opus ſit dari expreſsè profeſſis, jure communi attento. Pax Jordanus *num.* 18. *ex cap. Nullus, de Elect. in* 6. *Clementina* 1. §. *Sanè, de Statu Monach.* ubi Dominicus *num.* 6. Paulus, Lapus, Francus, & alii ſcribentes. Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.* 7. *cap.* 10. *num.* 4. *ex d. Clement.* & Doctoribus citatis, & *ex Clement.* 1. *de Suppl. neglig. Prælator. cap. Nullus, de Elect. in* 6. Franco *n.* 1. *circa finem, in cap. Beneficium, de Regul. jur. eod. lib.* quidquid (addit) ſentiat Gloſſa ibi, verbo *Conferendum*, Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *alleg.* 57. *num.* 171. *pag. mihi* 133. Beneficia autem ſæcularia novitiis conferri poſſunt, & collatio, ſeu electio ſuſtinetur, quia acceptare poſſunt, & conſentire, ac poſſunt ad ſæculum redire, cum adhuc veri Religioſi non ſint. Pax Jordanus loco citato, cum Francho *in d. cap. Beneficium, num.* 1. *verſ. In eadem Gloſſa*, & Garcia *d. num.* 4. eſto contrarium velit Gloſſa ibi. Sed illa intelligi poteſt ſecundùm quandam decentiam, non verò de præciſa inhabilitate novitii: quia certum eſt illum poſſe ad ſæculum redire, & Religionem deſerere.

Sed pro majori intelligentia prio- 913.
ris partis ampliationis, advertit Pax *num.* 19. Beneficia regularia, eſſe in duplici differentia, quoad collationis effectum: alia, quæ curam habent, & adminiſtrationem annexam: alia, quæ utraque carent. Ad prioris generis beneficia, ſive Abbatiæ ſint, ſive Prioratus, aut alterius cujuſcumque nominis, nullus eligi, præſentari, inſtitui, providerive poſſe docet, qui priùs in tali Religione profeſſus non fuerit, *cap. Nullus, de Elect. in* 6. *cap. Officii, cap. Cùm in Magiſtrum, de Elect. Clement.* 1. *eod. tit. Clement.* 1. §. *Ad Prioratus, de Regularibus.* Puteus *deciſ.* 161. *Fuit reſolutum, lib.* 2. Gonzal. *gloſſa* 8. *num.* 78. Garcia etiam hæc jura, & DD. allegavit *d. cap.* 10. *n.* 11. Concilium Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *de Reformat.* & S. Congregat. Eminentiſſ. Cardinalium illius Interpretum. Ad reliqua verò ſecundi generis beneficia curam, & adminiſtrationem non habentia, poſſe promoveri etiam ſæculares clericos habitum ſuſcepturos, & profeſſionem ſolemnem emiſſuros, docet Pax ex clara diſpoſitione Concilii *ubi proximè*, cui ſæpiùs adhæſiſſe dicta S. Congregationem, teſtantur Collectores *eo loco*, & ſequuntur Gonzalez *ubi proximè*, & Garcia *d. cap.* 10. *à num.* 8. *ad* 16. Et ſimiliter teſtantur, quod Ordinarius poſſit hujuſmodi beneficia, adminiſtratione carentia, etiam conferre clericis ſæcularibus, cum dicta obligatione aſſumendi habitum, & emittendi profeſſionem: & ſic eandem Congregationem ex ipſis Concilii verbis reſpondiſſe, teſtantur Gonzalez *loco citato, num.* 78. ipſam exſcribens declarationem, & Garcia *d. cap.* 10. *num.* 10. qui ſic illam tradit, editam 12. Decembris, 1585. ex dicto Gonzalez *num.* 78. deſumptam.

Præter Papam ordinarii Collatores 914.
poſſunt conferre regularia (beneficia) *in titulum Regularibus profeſſis provideri conſueta, etiam ſæcularibus, qui illius Ordinis habitum omninò ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur,*

quia hoc loquitur generaliter, & intelligit de Ordinariis; nam quando vult intelligere de Papa, illum nominat, ut cap. 21. ſeſſ. 25. de Regularibus: & quia loquitur per dictionem, vel, *& ſic videtur hîc æquiparare hos duos caſus. Abbatiæ verò, & beneficia adminiſtrationem habentia, non niſi profeſſis, juxta Canones, per Ordinarios conferri poſſunt.* Eandem declarationem recenſet ibidem Garcia ex Piaſecio *in Praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 23.* ſub verbis ſeqq. parum differentibus. *An præter Papam poſſint ordinarii collatores regularia beneficia in titulum regularibus profeſſis provideri conſueta, conferre etiam ſæcularibus, qui illius Ordinis habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur? Sacra Congregatio, die 12. Decembris, anno 1585. cenſuit, juxta hoc caput poſſe etiam ordinarios collatores portiones monachales, regularibus provideri conſuetas, conferre nedum ejus Ordinis profeſſoribus, ſed etiam ſæcularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere omninò teneantur. Abbatias tamen, & beneficia adminiſtrationem habentia, non niſi profeſſis, juxta Canones, per Ordinarios conferri poſſe.* Et ſtatim *num. 11.* addit quod ſequitur.

915. Et pro ultima parte hujus Declarationis videtur facere *d. capitulum 21. ſeſſ. 25. de Regularibus, verſic. Quæ verò in poſterum vacabunt, non niſi Regularibus ſpectatæ virtutis, & ſanctitatis conferantur.* Quæ tamen verba, licèt ſecundum Rotam ſint præceptiva, non conſultiva, juxta doctrinam Socini junioris *conſil. 144. num. 19. volum. 3.* Sacra verò Congregatio Concilii cenſuit eſſe conſultiva, cum deſcendant ab illo verbo, *Confidit*, poſito in verſiculo præcedente, ut per Flaminium Pariſium *de Reſignat. lib. 4. quæſt. 5. num. 3.* & per Gratianum *diſceptation. forenſ. cap. 125. n. 12.* Sed iſta declaratio ait, quod illa verba ſint conſultiva reſpectu Papæ, de quo ibi Concilium loquitur, & ſic non eſt contraria præcedenti declarationi, quæ fundatur *in cap. Cum ad noſtram, cap. Officii, cap. Cum in Magiſtrum, de Elect. cap. 1. Nullus, eod. in 6. & Clement. 1. eod. tit. cap. Cùm ſingula, §. Prohibemus, de Præbend. in 6. Clement. 1. de Suppl. neglig. Prælat. & Clem. 1. §. Sanè, de ſtatu Monachor.* Puteus *deciſ. 261. lib. 2.* & poſt hæc Gonzalez *gloſ. 8. ex num. 78.*

Sed nota cum Pax Jordano *d. tit. 27. num. 22.* quod ordinarius Collator, conferendo dicta beneficia non profeſſis, neutiquam apponere poſſit clauſulam, *Ex nunc, prout ex tunc, & poſtquam*, in ſolis Apoſtolicis proviſionibus apponi conſuetam; ſed proviſiones purè, ac ſimpliciter eſſe faciendas ad formam Concilii, *d. cap. 10.* nimirum, quod habitum omnino ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur. Et Garcia *n. 15.* recenſet Sacræ Congregationis declarationem, eadem continentem. Uterque Doctor refert Gonzalez *d. gloſſa 8. à num. 87.* defendentem, *hujuſmodi proviſum, ante annum integrum profeſſionem emittere poſſe.* Sed rejicitur illius ſententia ex Concilio *ſeſſ. 25. cap. 15. de Regularibus*; quia cum Concilium ſimpliciter profeſſionem requirat, nihil ulterius addendo, cenſetur ſe conformare ſuæ diſpoſitioni in tali materia profeſſionis, ne videatur ſe tacitè corrigere in hac parte. 916.

Secundò notat, prædicta procedere de proviſione in titulum: nam quoad commendam talium beneficiorum adminiſtrationem non habentium, certum eſt, illam fieri poſſe ſimplicibus Clericis ſæcularibus, abſque habitus mutatione, & abſque profeſſione Religionis. At per ſolum Papam fieri poſſunt commendæ perpetuæ, ad commendatarii ſcilicet vitam; ab Epiſcopo autem ſolum per ſex menſes. Ità Pax *num. 24.* Ego autem adverto, in hoc puncto non venire ſub nomine Ordinariorum, Epiſcopos, aut alios locorum Superiores, in Clericos, & populum juriſdictionem contentioſam exercentes; ſed ordinarios collatores prædictorum beneficiorum Regularium, quicunque illi ſint. Quod colligo, tum ex Declarationibus Sacræ Congregationis redditis *num. 914.* ibi, *Ordinarii collatoris:* tum ſimul ex praxi, ex qua habemus, Epiſcopos, & locorum Ordinarios, nullo modo ſe intromittere in proviſione beneficiorum, quæ Regularibus conferri conſueverunt, dummodo ſaltem illi exempti ſint ab Epiſcoporum juriſdictione. 917.

Quartò ampliatur principalis concluſio, ut beneficia regularia, non 918.

ſolum

ſolùm prohibeantur Clericis conferri ſæcularibus, ſed etiam Religioſis diverſi Ordinis, & Religionis, ex rationibus ſuperiùs adductis, quod non conveniat homines diſparis profeſſionis, vel habitus ſimul in eiſdem Monaſteriis aſſociari, per jura ibi recenſita; malè enim conveniunt, & conſonant cithara cum pſalterio, *cap. Diverſis fallaciis, de Clcric. conjugat.* & diverſitas profeſſionis, & habitus, diſſenſiones, & ſcandala cauſare ſolet, *cap. Quod Deo*, 34. *quæſt.* 5. *cap. Quidam*, §. *Cùm autem, de Apoſtatis*. Similiſque ſimilem quærit, *Eccleſiaſt. cap.* 13. *cap. Novi, diſt.* 13. Et pares cum paribus facillimè congregantur, *cap. Tranſmiſſam, de Electione*. Et malè veniunt inæquales ad aratra juvenci. Baldus *in cap. Cùm cauſam, num.* 2. *de Electione*. Gonzalez, alia cumulans ad idem, *gloſſa* 8. *à num.* 96. *ad* 108. Unde Gloſſa *in d. cap. In nova*, verbo *Nec habitu*, 16. *quæſt.* 7. ait, quod Monachus effectus Epiſcopus, ſeu Canonicus regularis, ſi ex diverſitate veſtium ſcandalum generetur, poteſt ſe aliis conformare in ſuperiori habitu. Petrus Baſius *de Electione*, *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 3. Gonzalez *num.* 107. Et ſola nominis ſimilitudo mutuam quandam affectionem, & amicitiam gignere ſolet, *l. Cùm filius* 76. §. *Pater cum puella*, ibi: *Peto, cum morieris, Sempronio nepoti meo, plus tribuas, in honorem nominis mei. ff. de Legatis* 2. ubi Accurſius, *nominis*, inquit, quòd teſtator ille eodem Sempronii nomine vocabatur, *l. hoc jure*, §. *finali, de Donationib. l. Facta*, §. *In danda, ff. Ad Trebellian.* Gonzalez *ubi ſuprà, num.* 105. Et hæc omnia Pax Jordanus *loco citato, à num.* 25. *ad* 30. qui *num. ſeq.* proſequitur, dicens: Ideo Rebuffus *in tract. de Privileg. Scholarium, privileg.* 12. *num.* 5. *in fine*, poſt Imolam, & Barbat. *in d. Clement.* 1. *per textum* ibi, dicit, quod Artiſta, vel Medicus, non congruit cum Legiſta, quia ſtudiorum, & artium diſſimilitudo generat odium, *cap. Laicos, & cap. Laicis*, 2. *quæſt.* 7. Tiraquel. *in l.* 5. *Connubiali, num.* 28. ubi *à num.* 20. *uſque ad finem*, multa cumulat hujus farinæ, & *num.* 26. inquit, quod mater plus amat filiam fœminam, quam maſculum. Repetit Gonzalez *ſuprà, num.* 106. Hoc tamen de matre, verum minimè crediderim, niſi quoad aliqua, & ſignanter ad tradendum ei, & genero ejus marito, quæcumque furtim ſurripere poteſt, utcumque domus, & filii inde ſupra modum graventur. Univerſaliter, autem, & in cæteris magis diligunt maſculos, quam fœminas, ſaltem amore appretiativo. Sed matribus ipſis me remitto, tanquam peritis in arte. Hactenus Pax.

Ampliatur quintò, ut beneficia regularia, Monachis ejuſdem Monaſterii ſolita conferri, nullatenus donari, ſub pœna privationis juris conferendi, aliis Monachis ejuſdem Ordinis, & diverſi Monaſterii poſſint, *c. Cùm ſingula*, 32. §. *Prohibemus*, & *ibi* Scribentes, *de Præbend. lib.* 6. Rebuffus *in Praxi beneficior. tit. de Diſpenſat. cum Regular. à num.* 1. ſubdens, quod nullus inferior Papâ, poterit ſuper hoc diſpenſare. Gonzalez *in Regul.* 8. *Cancellar. à num.* 108. Pax Jordanus *n.* 32. 919.

Sextò ampliatur, ut Religioſi, exceptis Epiſcopatibus, & Parochialibus, adeo incapaces ſint ſæcularium beneficiorum, præſertim in titulum, utpotè rerum temporalium, quod neque ex diſpenſatione Apoſtolica obtinere illa poſſe, ſuſtineat Corraſius *de Benefic. part.* 3. *c.* 5. *n.* 15. Sed quoad poteſtatem de diſpenſando, contrarium propugnat Nicolaus Garcia *cap.* 10. *citato, à num.* 38. *uſque ad* 100. *& fin.* explicando ante omnia, ipſum Corraſium non negare, poſſe Regularem ex diſpenſatione Papæ obtinere in titulum beneficia ſæcularia, ſed eſſe incapacem, adhuc diſpenſante Papa, fructuum, & rerum temporalium, quæ obveniunt beneficiario, *ex cap. Cùm ad Monaſterium, in fin. de Statu Monachor.* ibi: *Quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò eſt annexa regulæ Monachorum, ut contra eam nec Summus Pontifex poſſit licentiam indulgere.* Qua explicatione facta, reſolvit Garcia *num.* 42. verius eſſe, ex diſpenſatione Papæ Religioſum eſſe capacem temporalium rerum, non ſolùm quoad adminiſtrationem, & diſpenſationem, in quo (inquit) non eſt difficultas, ſed etiam quoad dominium, & proprietatem. Et probat *à num.* 43. cum Innoc. *in d. cap. Cùm ad Monaſterium*, Abbate ibi, *num.* 21. dicente,

cente, ferè omnes Canoniſtas ſequi. Felino *in cap. Si quando, num.* 15. *de reſcriptis*, affirmante eſſe communiorem. Tiraquello *de Pœnis, in Præfatione, num.*46. Menochio *de Præſumpt. lib.*2. *præſ.*10. *num.*33. Gregor. Lopez *in l.*2. *tit.*7. *part.* 1. *gloſſ.* 3. ubi Humada. Gratian. *reg.* 320. *num.* 3. Anton. Gomez *in l.*40. *Tauri, n.*66. Joan. Ramirez *de Confirmat. Ordinis D. Iacobi, cap.*4. *num.* 25. Covarr. *in cap.* 2. *de Teſtam. à n.*19. Navar. *in Manual. cap.*12. *num.*75. & *conſ.*3. *num.*6. *de His, quæ ſi, & conſ.* 37. *&* 38. *de Voto*, Didaco de Zuniga *de Voto, quæſt.*6. *à num.*104. Et ex Theologis, cum Durando, Richardo, Paludano, Majore, & aliis *in* 4. *diſt.*38. Henrico *quodlib.*5. *quæſt.*28. D. Antonino *in Summa,* 2. *part. tit.*11. *cap.* 2. §. 9. *&* 3. *part. tit.* 22. *cap.*7. *caſu* 12. Angelo verbo *Votum* 4. *quæſt.*5. Roſel. verbo *Papa, num.*4. Caiet. 2.2. *quæſt.*88. *art.* 11. *&* *in Opuſculis, tom.*1. *tract.*17. Corduba *lib.* 1. *qq. quæſt.* 24. Michaële de Medina *de Sacrorum hominum continentia, lib.* 5. *ex cap.*7. & præcipuè *ex cap.*21. dicente communem Theologorum, & Juriſperitorum ſententiam. Angles *in Florib. Theologicar. qq. in materia de Voto, art.*8. *diffic.*2. Candelabro aureo *de Matrim. num.* 143. *aliàs* 3. *impedim. num.*20. Cecho *de Sacrament. cap.* 16. *de Matrim. propoſit.*9. citante Petrum Soto *lect.*5. Leone *in Theſauro fori Eccleſ. cap.*23. *num.*52. *& cap.*26. *à num.*15. Jacobo de Graffis *deciſion. Aurear. lib.*2. *cap.* 31. *num.*22. *&* 23. Henriq. *in Sum. lib.*11. *cap.*8. §. 1. *& lib.*12. *cap.* 5. §. 3. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *quæſt.*6. *punct.*7. Mota *de Confirmat. Ordinis S. Iacobi, lib.* 2. *cap.* 1. §. 12. *à num.*7. *& cap.* 2. §. 7. *ex num.*7. Azorio *Inſtitut. Moral. part.*1. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.*1. 2. *&* 3. Roderiq. *tom.*3. *qq. Regul. quæſt.*1. *art.*8. Sanchez *de Matrim. lib.*8. *diſp.* 8. Ribardeneyra *tract. de ratione Inſtituti Societatis Ieſu, cap.* 15. 17. *&* 18. Vaſqquez 1.2. *tom.*2. *diſp.*16. *num.*102. Leſſio *de Iuſt. & Iure, lib.*2. *cap.*40. *dub.* 14. Rebello *de Obligationib. Iuſt. part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.*4. *num.* 8. Baſilio Legionenſi 1. *de impedim.*1. 2. §. 3. & cum pluribus aliis apud eos: qui omnes firmant, Papam poſſe ex cauſa diſpenſare in voto ſolemni Religionis, quorum ſententia comprobata eſt facto aliquorum Summorum Pontificum, qui juxta eam diſpenſarunt, ut Authores citati referunt, & Cenedo *collectan.* 124. *ad Decretales, num.* 5. Cantarell. *in decem Decalogi præcepta, lib.*1. *cap.*31. & Pax Jordanus *d. tit.*27. *num.*33. Et ratio eſt, nam ſicut in voto ſimplici, & juramento promiſſorio, quorum obligatio eſt de jure divino, diſpenſare poteſt Papa, ita & in voto ſolemni, cujus etiam obligatio, quamvis ſit de jure divino, procedit, & pendet ex actu humano. Sic Garcia *uſque ad num.* 46. qui in ſeqq. elegantia, & eruditione pleniſſima, plura de voto, tam ſimplici, quàm ſolemni pertractat, objectiones opponit, & dexteritate magna ſolvit. Ex omnibus ab eo dictis, operæ pretium duxi recenſere, quæ in concluſione dictæ decertationis tradit Doctor iſte, *n.*87. *& ſeqq.* Hujuſmodi illa ſunt.

Cum igitur, ut ad noſtrum propoſitum redeamus, voto paupertatis, & caſtitatis etiam ſolemni, non tam repugnet dominium quàm uſus; & ſola Eccleſiæ conſtitutione Monachus ſit incapax dominii, ſicut & ad matrimonium inhabilis, rectè poterit Papa illum facere habilem, & capacem dominii, etiam manentem Monachum, modò quoad uſum religioſam paupertatem ſervet, ut *in dicta Conſtit. Gregorii XIII. (ſuper Inſtitut. Societatis Ieſu, de anno* 1584.) Quamvis id non ſoleat facere, ſed concedere adminiſtrationem, & diſpenſationem rerum, qualem habent beneficiarii Regulares fructuum ſuorum beneficiorum. Navarr. *quæſt.*1. *de Redditibus, monito* 8. *ſeu* 10. Et ideo Monachus factus Epiſcopus, non habet bonorum, ſeu fructuum dominium, & proprietatem, ſed adminiſtrationem, & diſpenſationem. D. Th. 2.2. *quæſt.* 88. *art.* 11. *ad* 4. *& quæſt.* 185. *art.*8 Navarr. *d. quæſt.*1. *monito* 9. *&* 10. *ſeu* 11. *&* 13. Sarmiento *de Redditib.* 1. *part. defenſion. n.*11. *&* 13. Aragon. 2.2. *quæſt.* 88. *art.* 11. *ad* 3. Molina *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 140. *ad fin.* Valentia *d. tom.*3. *diſp.* 10. *quæſt.*3. *punct.* 8. Petrus Ledeſma *in Summa, d.*2. *part. tract.*10. *cap.*8. 2. *part. ad* 4. Leſſius *d. lib.*2. *cap.*4. *num.* 29. *& cap.* 40. *num.* 113. & communis, contra Sotum *lib.*7. *de Iuſt. quæſt.*4. *art.*2. *ad finem*, & *lib.*10. *quæſt.*5. *art.*7. (quem in hac parte ſequitur Medina *d. lib.* 5. *cap.*26.) ut per Henriquez 920.

riquez *lib.* 12. *cap.*3. §.5. *in textu, & gloſſa, lit. H,* quamvis Ribadeneyra *ſuprà, cap.*18. ait, quod Papa in effectu diſpenſat cum Religioſo Epiſcopo, ut ſit dominus, & habeat proprietatem reddituum: & contra Navarrum *d. monito* 9. *num.* 3. *& comment.*2. *de Regularib. num.* 17. exiſtimo, quod cùm Papa diſpenſat cum Monacho, ut matrimonium contrahat, illo contracto, conſequenter etiam manet relaxatum votum paupertatis, & obedientiæ, ex quo deſinit eſſe jam religioſus, & illa vota ſunt annexa ſtatui Religionis, ut ait Manuel Rodriguez *d.tom.*3. *quæſt.*29. *art.* 6. licèt Leſſius *d.cap.*40. *num.*112. teneat non ceſſare tunc votum paupertatis, eſſe tamen juſtam cauſam, ut ei relaxetur.

921. Non obſtat ſupradictis textus *in d. cap. Cùm ad Monaſterium, in fine:* quia omiſſa interpretatione Ferdinandi de Mendoza *de confirmando Concilio Illiber. lib.*2. *cap.* 3. quod ibi Summus Pontifex intelligitur pro Epiſcopo, quam refert Mora *d. lib.*2. *cap.* 2. §. 7. *num.* 10. & impugnat Gabriel Vazquez *d. diſp.* 165. *num.* 104. quem etiam vide 3. *p.*3. *tom. diſp.*236. *cap.*9. *à num.*102. Reſpondetur *primò*, cum Innocentio *ibi, num.*4. licentiam intelligi voluntariam, & ſine cauſa, ex Laurentio Valla *Elegantiar. lib.* 4. *cap.* 17. Quæ interpretatio confirmatur ex verbo *indulgere*, quod in malam partem ſumi videtur. Medina *d. lib.*5. *n.*53. Moneta *d.* §.7. *n.*7. quamvis aliàs verbum *licentia*, intelligatur de licentia juſta, & ratione regulata, ut per Bartolum *in l. Aliud, ff. de Alimentis legatis, & in Extravag. Ad reprimend.* verbo *Videbitur.* Jaſon. *in l. Si ſic, num.*19. *ff. de Legatis* 2. Menochium *de Arbitrariis, cap.*148. *num.*25. (& per me ipſum *in Diſquiſit. tom.*2. *diſq.*6. *dub.*17. *à num.* 1. *pag.*320. quò loci dixi, legitimam, & veram licentiam, ex juſta cauſa concedi poſſe, & deberi à Prælato, & omninò liberè, & non ad preces importunas, &c.)

922. *Secundò*, juxta ſupradicta reſpondetur, quod Regulæ, id eſt ſtatui Monachali, eſt annexa abdicatio proprietatis, id eſt, votum, quo quis ſe abdicet ab uſu bonorum, non quo ſe abdicet à dominio; ſicut & cuſtodia caſtitatis, id eſt votum, quo ſe abdicet ab uſu conjugii, non quo ſe abdicet à vinculo, & dominio conjugii, ut ait Azor (*part.* 1. *lib.* 12.) *d. cap.* 6. *quæſt.* 3. *verſ. Porrò.* Et contra id non poteſt Papa diſpenſare cum Monacho manente Monacho, cùm illa vota, ſimul cum voto obedientiæ, ſint de eſſentia Religionis, juxta inſtitutionem divinam, ut per D. Thomam 2. 2. *quæſt.* 184. Hieronymum Platum *lib.* 1. *de Bono ſtatus Religioſi*, Valentiam *d. tom.* 3. *diſp.* 10. *quæſt.* 4. *punct.* 2. Azorium *lib.* 12. (*part.* 1.) *cap.* 23. Leſſium *d. lib.*2. *cap.*41. *à num.* 4. & alios *ſuprà.* Et ita, quod vult ille textus, eſt quod *in ſenſu compoſito*, id eſt, cum Monacho manente Monacho, non poſſit Papa diſpenſare in votis caſtitatis, & paupertatis, quia ſunt de eſſentia Religionis: non tamen negat, quin poſſit cum eo diſpenſare *in ſenſu diviſo*; id eſt, faciendo de Monacho non Monachum, & extrahendo eum à Religione, ut explicant Doctores communiter ſuprà citati, *num.*43. (& hîc, *num.*945. *verſ. Et probat*,) & Leſſius *d. lib.*2. *cap.*4. *num.*22. *& cap.*41. *num.*7. & noviſſimè Fr. Baſilius, dicens communem *cap.*2. §. 1. Alias etiam explicationes adducit Michael de Medina *d. lib.* 5. *cap.* 53. & aliam ponit Joan. Ramirez *de Confirmatione Ordinis D. Iacobi, cap.*5. *num.*11.

923. Quamvis P. Ledeſma, *d. cap.*8. dicat, quod eſt res puerorum interpretari illum textum in ſenſu compoſito, ut Cajetanus interpretatur: quia in iſto ſenſu, non eſt dubium aliquod, nec eſt differentia inter votum ſimplex, & ſolemne; ſiquidem eſt certum, quod Papa non poteſt diſpenſare in voto ſimplici caſtitatis, loquendo in ſenſu compoſito, dum durabit tale votum.

924. Sed certè Ledeſma non rectè percepit dictam interpretationem: nam hîc non accipitur ſenſus compoſitus reſpectu ipſius voti, ſed reſpectu Monachatus, ſeu Religionis. Unde falſum apparet, quod ait Innocentius *in d. cap. Cùm ad Monaſterium, num.*1. & Hoſtienſis ibi, quod abdicatio proprietatis, & cuſtodia Caſtitatis, ſunt annexa Ordini à jure poſitivo; quia Monachus nihil aliud eſt, quàm ſolitarius, triſtis, *cap. Placuit*, 16. *q.* 1. Quicquid ergo ultra additum eſt, de

jure positivo est. Et sic Papam posse dispensare cum Monacho, quod habeat proprium, vel conjugem. Sequuntur Archidiaconus *in cap. Solet*, 32. *quæst.* 2. & Rosella *d. verbo Papa*, *num.* 4. dicentes, quod Monachus habeat proprium, non esse contra substantiam Monachatus, sed contra constitutionem Ecclesiæ. Quæ doctrina planè convincitur ex dictis: nec enim est curandum de etymologia vocabuli, sed de substantia rei, licèt quod attinet ad proprium, sit vera, in sensu explicato *suprà*, *num.* 62. & 87. & 92. (& hic, *num.* 920. *in principio*, ibi: *Non tam repugnet dominium, quàm usus, &c.* & *num.* 922.)

925. Et ita professio facta cum conditione, pacto, seu modo de retinendo, seu habendo proprio, non valet, sed vitiatur ex tali additione, utpote contra substantiam illius, *argum. cap. fin. de Conditionibus appositis*, & *l. Per servum*, §. 1. *ff. de usu, & habitatione*, ubi id tenet Glossa, Abbas *in d. cap. fin. n.* 70. & *in cap. fin. Qui Clerici, vel voventes*, *in* 6. Decius *in Authent. Ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, *n.* 22. Covarr. *in* 4. 2. *part. cap.* 3. §. 1. *num.* 18. Salzedo *ad Bernardum Diaz, regula* 521. Gratianus *regula* 320. *num.* 2. Menchaca *lib.* 3. *de Successionum. creat.* §. 21. *n.* 177. Spino *de Testament. glossa* 12. *num.* 12. Zevallos *quæst.* 85. qui alios citant, & dicunt communem, & Ludovic. Lopez *Instruct. conscientiæ*, 2. *tom.* 2. *p. cap.* 42. *circa finem*, & Lessius *de Iust. & jure*, *lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 63. Joan. Ramirez *de Confirmat. Ordinis D. Iacobi*, *cap.* 11. *à num.* 18. Medrano *de Consensu connub. cap.* 16. *num.* 9. & facit *decisio* 313. *noviss. Farinacii.*

926. Licèt contrà teneant Glossæ *in d. Authent. & in cap. Solet*, 32. *quæst.* 2. quas sequuntur Imola, Felinus *n.* 75. & Ripa *n.* 82. *in cap. Cum M. Ferrar. de Constitutionibus*, & Jaso, qui quinque opiniones refert *in d. Authent. Ingressi, ex num.* 30. Bernardus Diaz *d. regula* 521. Gregor. Lopez *in l.* 2. *tit.* 7. *part.* 1. *glossa* 2. ubi Humada. Nec obstat textus *in d. cap. fin. Qui Clerici vel voventes*; quia intelligitur de retentione, seu reservatione bonorum ad usum profitentis in domo propria pro suis necessitatibus, tanquam obedientiarii, & ex voluntate Prælati, ut in dubio videtur, juxta naturam actus, & ut potiùs valeat, quàm pereat. Glossa *ibi*, verbo *Vt in domo propria*, & Abbas *num.* 5. & 6. Navarr. *Comment.* 2. *de Regularibus*, *super cap. Non dicatis*, 12. *quæst.* 1. *num.* 4. aliàs 46. Covarr. Salzedo, Gratian. Ludovic. Lopez, & Ramirez *suprà*, de quo latiùs nos alias in quadam repetitione *d. cap. fin. de Conditionib. appositis*, ubi interpretamur legem *Cum precario*, *ff. de Precario*, & legem *Vbi ita donatur*, *ff. de Mortis causa donation.* cum aliis. Hucusque Nicol. Garcia. Plura ego ipse dilucidavi, & dixi *in disquisit. tom.* 2. *disq.* 6. circa præsens argumentum, ad quem locum me, & Lectores remitto.

SUBSECTIO II.

Referuntur limitationes, quas patitur conclusio principalis Sectionis.

927. PRima limitatio, quam regula generalis in sectione tradita patitur de eo, quod beneficia sæcularia non possint Regulari conferri, est ut illa non procedat respectu Episcopalis dignitatis, quia de ipsa Religiosus minimè prohibetur provideri, *cap.* 1. 18. *quæst.* 1. *cap. Quorumdam*, *cap. Si Religiosus*, *cap. Nullus*, *de Elect. in* 6. *Clement.* 1. *eod. tit.* Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 27. *num.* 34. post Corrasium *de Beneficiis*, *part.* 3. *cap.* 5. *num.* 14. allegantem Abbatem, & alios, & post Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancellariæ*, *glossa* 7. §. 10. *num.* 30. alia ad probationem deducentem. Nam & Episcopus ipse Religiosus appellatur *in cap. Ex multa, de Voto*, atque in altiori professionis gradu seu statu quàm sit Religiosus, dicitur.

928. Quod verò Episcopatus beneficium sit sæculare, probatur *ex cap. Felicis*, §. *Quod si quis*, *de Pœnis in* 6. & *in cap. Cleros*, §. *Episcopus*, *distinct.* 21. & alibi sæpè est dictum, cum additione, etiam quod ejus institutio sit de jure divino: de quo Barbosa *de Potest. Episcopi*, *part.* 1. *tit.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. & *seqq.* & Pax Jordanus *tom.* 1. *de Re Sacra*, *prælud.* 3. & ubi proximè, *num.* 35. Nomine autem Episcopi, Patriarchæ, Primates, & Archiepiscopi continentur, ut superiùs dictum reliquimus, & ait ipse Pax utrobique: & ideo addit *num.* 36. Religiosos capaces esse istarum omnium

hium dignitatum, quæ pariter ſæcularia beneficia cenſentur. De Patriarchatu conſtat *ex cap. Antiqua, de Privilegiis, cap. Sancta Romana, de Electione, inter extravagantes communes.* De Primatibus *ex cap.1. diſt.99. & per totam.* Et de Archiepiſcopatu *ex cap. Nulli, ead. diſt.99. c.1. diſt.101. & ex d.cap. Cleros, diſt.21.*

929. Secunda limitatio eſt reſpectu Eccleſiarum Parochialium, ad quas, attento jure communi, promoveri poſſunt Regulares, *in cap. Quod Dei timorem*, ubi latè Gloſſa verbo *Eccleſiarum parochialium, de ſtatu monachorum, cap. In Parochia, cap. Cùm pro utilitate, c. Doctos, cap. Monachos, 16. quæſt.1.* Nicol. Garcia *de Benefic. tom.2. part.7. cap.10. num. 17. & ſeqq.* cum Abbate *in d. cap. Quod Dei timorem*, dicente eſſe communem, Dominico *in cap. Beneficium, de Regularibus, in 6. num.6. verſ. In eadem Gloſſa*, ibi, *Nullus:* Franco *ibid. num. 1. circa fin.* Coſma *in Pragmatica Sanctione, tit. de Collatione, §. Illi verò, verb. Religioſi*, Rocho de Curte *de Iurepatr. verſo Honorificum, num. 23.* Selva *de Benefic. part.3. quæſt.7.* dicente etiam eſſe communem. Corraſio *eod. tract. part.1. cap.5. num.7. & part.3. cap.5. num.14.* Quintanadueñas *lib. 1. Eccleſiaſticôn, cap.4. num.16.* Tuſcho *lit. B, concl.66. num.4.* Sylveſtro *verbo Religio 7. q.3. & 4.* Roderiq. *tom.1. qq. Regular. q.34. art.4.* Leſſio *de Iuſt. lib.2. cap.34. num.6.* Qui tamen, præter Abbatem, Corraſium, Tuſchum, & Sylveſtrum, (addit Garcia) non videntur requirere, quod ſit aptus Concionator, ſed abſolutè tenent, Monachum poſſe de Iure communi ad Parochialem ſæcularem promoveri: & eſt Gloſſa *in d. Clement.1. de Suppl. Neglig. Prælat. verbo Sæcularibus*, & Lambertinus *de Iupatron. 1.p. 2. lib. q.7. art.19.* ait expreſsè Monachum poſſe abſque diſpenſatione præfici Parochiali, etiamſi non ſit aptus Concionator, ſeu Prædicator, dummodò non reperiretur Clericus ſæcularis ita bonus, & idoneus: nam tunc inquit ibi, *art. 22. ſeq. num. 2.* non debere præfici Religioſum, & eſt lex *25. tit.7. part.7.* & ibi Gregorius. Hactenus Garcia.

930. Dictis addo Pacem Jordanum *loco citato, tit.27. num.41.* qui *num.42.* ait dictam opinionem fuiſſe canonizatam tanquam veriorem, per Rotam *deciſ.28. de Præbendis, & deciſ.5. de jurepatr.* quod nimirum Epiſcopus, in caſu neceſſitatis, vel utilitatis diſpenſare poſſit cum regularibus, illoſque parochialibus Eccleſiis præficere. Attamen (proſequitur Pax) quia Stylus Romanæ Curiæ, & Decretum S. Congregationis Concilii contrarium habent, quod nimirum ſine diſpenſatione Apoſtolica nullus regularis promovendus ſit ad Parochiales, ob id à limitatione recedendum erit, & à proviſione cavendum. Campanilis *rubrica 12. cap.7. num.14. verſ. Nec ſolùm*, Rebuff. *in Praxi, tit. de Diſpenſation. cum Regularib. num. 5. 13. & 40.* Gonzalez *gloſſa 7. num.53.* Barboſa *in Summa Bullar.* verbo *Regulares, verſic. Regulares ſunt incapaces.* Nicol. Garcia *num. 20.* à prima etiam recedit ſententia, & ſecundæ adhæret, & pro ea allegat Rotam *deciſ. 5. de jurepatr. & 28. de Præbend. in novis*, Bellameram *deciſ.713. & 750.* Felinum *in cap. In noſtra, de reſcriptis, col.40.* Bertachin. *in repertorio*, verbo *Patronus*, Rebuffum *de Pacificis poſſeſſoribus, num. 311. aliàs 209.* Gomezium *de Gratiis expectat. num.70.* Covarr. *in cap. 2. de Teſtamentis, n.3.* Navarr. *conſ. 10. de Regularibus, & conſ.11. de Statu Monachor. num.6.* Zevallum *quæſt. 28.* & Gratianum *diſceptationum forenſium cap. 123. à num.10. & 22.*

931. Ducitur Garcia primò *ex cap. Monachi, de ſtatu Monachor.* ubi id, quod antea videbatur permiſſum *in cap. Parochia, 16. quæſt.1. & multis aliis capitulis ejuſdem cauſæ, & quæſtionis*, jam prohibetur. Ex quo etiam videtur, Epiſcopum non poſſe in hoc diſpenſare, ut videtur ſentire Mandoſius *tit. de Diſpenſatione Monach. in princ.* & Gomezius *ſuprà*, cùm non poſſit diſpenſare contra Canones, & Concilia, Dueñas *regula 248.* Hojeda *de Incompatibilit. cap.11. num.4. & cap.12. num.13.* Dictum autem *cap. Monachi*, deſumptum eſt ex Concilio Lateranenſi, ſub Alexandro III. Quamvis Rota, Bellamera, & Felinus *ubi proximè*, & Caputaquenſ. *deciſ.85. part.1.* contrarium videantur tenere, & ſequuntur Staphileus *de variis modis vacationis, modo 6. n.5.* & Covarr. *d.n.3.* ac Gonzalez *gloſſa 7. num.52.*

932. Secundò (inquit) videtur probari dicta ſententia *ex d. cap. Quod Dei timorem*, ubi ſolis Canonicis regularibus permittit Innocentius III. obtinere beneficia curata ſæcularia, de quibus non eſt dubium ea obtinere poſſe. Caputaquenſ. *d. deciſ.* 83. Guido Bonus *deciſ.* 96. *in manuſcriptis.* Mandoſius *d. tit. de Proviſion. verſic. Regularem*, & Navarr. *conſ.* 11. *&* 12. *de Statu Monachor.* niſi eſſet tranſlatus de uno Ordine ad alium, ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 11. & noviſſimè Gratian. *d. cap.* 123. *à n.* 22. Nec eſt neceſſaria diſpenſatio Epiſcopi, Guido Bonus *d. deciſ.* 96. & fuit reſolutum *in una Papienſi Iuriſpatr.* 8. *Martii* 1598. *coram Seraphino.* Gratian. *ſuprà.* Quidquid dicat Flamin. Pariſius *d. lib.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 5. & Caputaquenſ. *ibi*, quem citat, loquitur reſpectu Monachi. Quod intelligitur, dummodò non remaneat intra clauſtra. Sic Faſtol. *dub.* 65. Lambertinus *d. quæſt.* 7. *art.* 21. Quamvis Rebuffus *d. tit. de diſpenſat. cum Regulari, num.* 40. dicat, Canonicum regularem non poſſe regulariter Parochialem obtinere, ſed ſolùm ubi præficiatur causâ prædicationis, aut ſi fuerit diſpenſatus, aut in ſubſidium, aliis deficientibus ſæcularibus. Prædicta Garcia.

933. Quibus addo, ex Pace Jordano *ubi ſuprà, num.* 24. quod Mandoſius teſtetur *in Praxi ſignaturæ, tit. de diſpenſatione Monachorum pro obtinendis beneficiis*, quod licèt daretur olim diſpenſatio Monachis ad unum beneficium Curatum, contra *caput Monachi, de ſtatu Monachorum*; hodie tamen non admittitur, neque diſpenſatur, prout etiam ſtatutum fuit per Paulum IV. *in Conſtit. Poſtquam, la* 28. quæ quamvis revocata fuerit per Pium IV. *Conſtit. Sedis Apoſtolicæ, la* 8. praxis tamen Curiæ ſemper admittit, quod abſque Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, Regulares talia beneficia obtinere non valeant. Et regula Cancellariæ 42. generaliter prohibet, nedum in titulum, ſed etiam in commendam hujuſmodi beneficia Regularibus concedi, & ita erit, ait, tenendum, adjuncta præſertim Declaratione Sacræ Congregationis, lata tempore Gregorii XIII. Gonzalez tamen *in* 2. *editione ſui doctiſſimi tractatus prædicti*, mutata ſententia, ſuſtinet limitationem reſpectu Canonicorum regularium, & pluribus non contemnendis fundamentis innititur; quam, ut dixi, noviſſimè tuetur Vivianus *in tract. Iuriſpatr. loco citato* (*in Appendice* ſcilicet *ad cap.* 2. *lib.* 6.)

Sed præmiſſis non obſtantibus, 934.
ſtamus in traditis à me ipſo in Quæſtionibus Paſtoralibus, *parte* 4. *q.* 1. *ſect.* 4. *à num.* 34. *pag.* 210. *& ſeqq.* & in doctrina, quam à ſapientiſſimis didici Magiſtris Aſcanio Tamburino *de Iure Abbatum, tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 8. *pag.* 182. *& ſeqq.* à Vincentio Parentio, utriuſque Juris peritiſſimo, penes ipſum Tamburinum *pag.* 184. recenſito à Joanne Baptiſta Lezana *tom.* 4. *Conſultorum, conſult.* 41. *pag. mihi* 244. *& ſeqq.* & Ferdinando Caſtro Palao *in Summa Moralis Theologiæ, parte* 2. *tract.* 13. *de Beneficiis, diſp. unica, punct.* 3. §. 1. *pag. mihi* 147. *& ſeqq.* allegantibus pro ſe ipſis, & pro nobis, Doctores Theologos, & Canoniſtas, de quibus ſupra fit mentio, & plures alios: & dico, Religioſos capaces eſſe ut præfici poſſint Eccleſiis parochialibus ſæcularibus, exiſtente maximè neceſſitate, aut utilitate ex parte animarum parochianorum, ita ut nedum Papæ non indigeant diſpenſatione, ſed nec Epiſcopi Diœceſani, ſed ſola ejus approbatione, & Prælati regularis proprii conſenſu, & venia. Aſſertionem aliqualiter probabo veram, referendo aliqua ex traditis à Doctoribus præfatis.

In primis regula, Beneficia ſæcu- 935.
laria ſæcularibus conferenda, non procedit in Eccleſiis Curatis, & Parochialibus, quæ poſſunt conferri Monachis concionatoribus, per textum & Gloſſam verbo *Eum, in cap. In Parochia*, 16. *q.* 1. *c. Quod Dei timorem*, & Gloſſa ibi, verbo *Regimen, de ſtatu Monachor.* ubi Joannes Andreas *n.* 14. Hoſtienſ. *num.* 6. Abbas *num.* 7. Cardinalis *n.* 5. *quæſt.* 2. Federicus *conſ.* 129. Sanch. *in præcept. Decalogi, lib.* 7. *c.* 29. *num.* 35. Bertachinus *tract. de Epiſc. lib.* 2. *in princ. quæſt.* 39. *num.* 72. Angelus verbo *Monachus, num.* 3. Armilla *n.* 5. Roſella *num.* 4. Tabiena *num.* 4. *q.* 3. & quamplures alii à Tamburino citati *num.* 6. ultra recenſitos *ſuprà, num.* 929.

num. 929. *& ſeqq.* Unde verificatur, eſſe communiſſimam ſententiam.

936. Secundò, quod attento jure communi, nulla indigeant diſpenſatione Monachi, ut Eccleſiæ Curatæ præficiantur, demonſtratur *in d. c. In Parochia*, ubi Papa Gelaſius jubet Monachum ad parochiam præſentatum admitti ab Epiſcopo, nulla facta diſpenſationis mentione. Et ita obſervat Aſcanius *num.* 5. Lezana *num.* 8. Caſtrus Palaus *num.* 14. quam ſic incipit. Cæterum probabilius exiſtimo, nullam requiri Epiſcopi diſpenſationem. Sic Gregorius Lopez *l.* 25. *tit.* 7. *part.* 1. verbo *Eccleſias*, Covarr. *c.* 2. *de Teſtament. num.* 3 Navarr. *libro* 2. *Conſilior. in* 2. *edit. tit. de Statu Monachor. conſ.* 12. *per totum.* Lambert. *de Iurepatron. lib.* 2. *p.* 2. *quæſt.* 7. *art.* 19. *à num.* 13. *ad finem.* Sanchez innumeros referens *lib.* 7. *in Decalog. c.* 29. *n.* 35. & Vincent. Parentius in conſilio ab Aſcanio tranſcripto, ſequentia docet, *pag.* 187. *verſic. Hactenus*, poſt recenſionem *cap. Quod Dei timorem*, videlicet.

937. Hactenus Innocentius III. Author illius textus, & omnes Doctores, tum ibidem, tum alibi, ut *inferiùs* patebit, hoc idem affirma vere. Sed dubitarunt aliqui, an iſta promotio de Canonico regulari ad regimen animarum jure communi, an aliqua prævia diſpenſatione fieri debeat. Et jure communi etiam fieri poſſe contendimus: quod ſic probatur. Nam ibi Romanus Pontifex arguit, quod Monachi per antiquos Canones poſſint ad regimen Eccleſiarum Parochialium in Presbyteros ordinari. Ponderant Abbas, & alii Doctores *ibidem*, verbum *poſſunt*, quod jus commune importat. Facit text. *in c. Faciat*, ubi Gloſſ. 23. *quæſt.* 2. *& in l. Nepos, ad finem, ff. de verbor. ſignificat.* notat Innocent. *in c. Paſtoralis, de Cauſa poſſeſſ. & propriet.* Idem tenet Archid. *in c.* 1. *per illum text.* 5. *diſtinct.* Nam Romanus Pontifex præficiens Monachum regimini animarum, uſus fuit hoc verbo, *concedimus*: ubi inquit Archidiaconus, hoc verbum juris conceſſionem, non diſpenſationem importare. Joan. Andr. *in d. c. Quod Dei timorem*, quem *ibidem* ſequuntur Anchar. Abbas, Put. & alii, inquit, quod Monachus cum licentia ſui Superioris poteſt præfici per Epiſcopum Eccleſiæ Parochiali, etiam ſæculari; & non eſt opus, quod Epiſcopus utatur verbo diſpenſationis, *per text. in c.* 2. 58. *diſt. & c. Quædam*, 24. *diſt.* & idem eſſe in Canonicis Regularibus, affirmat *per text. in d. c. Quod Dei timorem*, & *in c. Per tuas, de Not.* & ſubdit *ibidem* Joan. Andr. quod Abbas cogitur conſentire, ubi Epiſcopus idoneos Clericos non adinveniat. Gloſſa *in d. c. Quod Dei timorem*, dicit, Canonicos Regulares poſſe præfici animarum regimini, utilitatis gratiâ, & jure communi, abſque diſpenſatione. Brand. Dugnanus *in cap. Quod Dei timorem*, inquit: *Monachi poſſunt aſſumi ad regimen animarum: & multò fortius Canonici Regulares.* Hoc idem tenuit Hoſtienſis *in Summa, eod. tit.* §. 3. & 4. ubi inquit, faciliùs Canonicos Regulares poſſe præfici Eccleſiæ ſæculari curatæ.

Idem affirmat textus *in cap. In pa-* 938.
ræcia, & *in cap. Presbyteros*, 16. *quæſt.* 1. *& in cap. Priſcis*, ubi Archidiac. 55. *diſt.* Abbas *in c. Non eſt, de Not.* & *in c.* 2. *de Statu Monachor. & in c. fin. de Capellis Monach.* cum aliis paulò antè citatis pro Monachis. Idem affirmat Gloſſa *in Clement.* 1. *de Elect.* ubi latè Imola *col.* 2. *verſ.* 2. *hoc procedat, & col.* 5. *in gloſſa*, in verbo *Monaſteriis, & col.* 11. *ſuper Gloſſa*, in verbo *Sæcularis.* Hoc idem *ibi* Abbas affirmat, & Barbat. *colum. antepenult. & penult.* Idem Barbat. *in Clement. Etſi principali, col.* 7. *de Reſcript.* Et infinitæ authoritates poſſunt accumulari, quæ brevitatis gratiâ omittuntur. Solum in medium afferam eos, qui hanc eſſe communem opinionem affirmavere. Nam hanc eſſe communem opinionem dixere Abbas *in d. c. Quod Dei, quæſt.* 70. & Did. *in c.* 2. *n.* 3. *de Teſtamentis.* Ex his, tum rationibus, tùm authoritatibus, reſoluta præpoſita dubia remanent. Hactenus Doctor Vincentius Parentius.

Tertiò, quia quod de Canoni- 939.
cis Regularibus ſancitum eſt, ſancitum eſſe de Monachis cenſendum eſt, quia valet de uno ad aliud argumentum; & è converſo, quod de Monachis determinatum eſt, de Canonicis Regularibus ſancitum eſſe intelligendum eſt. Dictus Paren-

tius *conſ. citato, verſ. Primò opponi,* & *verſic. Primæ igitur*, ex *d.cap. Quod Dei timorem*, & Gloſſa & DD. *ibi, de ſtatu Monachorum.* Gloſſa *in cap. Cùm illorum, de ſententia excomm.* Imola *in Clement. Diſpendioſam, col. 2. de Iudiciis.* Barbatia *in Clem. 1. col. 9. de Elect.* Paulus Lancellottus *in Inſtitutionibus Canonicis, lib. 1. tit. 30. §. 1.* Auguſtinus Barboſa *tract. de Appellativa verbor. utriuſque juris ſignificatione, Appellat. 104. verbo Monachus, num. 5.* ubi ita fatur: Monachorum appellatione, in pœnalibus, & exorbitantibus, non veniunt Canonici Regulares: ita Panormitanus *in d.cap. Quod Dei timorem, num. 2.* D. Thom. *2.2. quæſt. 189. art. 8. ad 2.* Campanilis *in Diverſorio Iuris Canonici, rubrica 12. cap. 1. num. 3.* Navarr. *comment. 3. de Regularibus, num. 40.* Iſidorus Moſcon. *de Majeſtate militantis Eccleſiæ, lib. 1. p. 4. cap. 1. de Regularibus, pag. 515.* ubi etiam, quod ſub nomine Monachorum in materia odioſa non veniunt Mendicantes, nec alii Regulares. Hæc Barboſa. Ergo veniunt in favorabilibus, tam dicti Canonici, quàm Mendicantes, ſecundùm eum, & ab eo citatos, quale eſt hoc de quo agimus, ut poſſint aſſumi ad curam animarum Eccleſiarum ſæcularium, & in aliis, quæ ipſis proportionabilia ſint, ad tradita per ipſum *ibidem, num. 4.* ex Felino *in cap. De Monialibus, de ſentent. excom.* Fulgoſio *conſ. 121.* Fuſco *de viſitat. lib. 2. cap. 18. num. 62.* Menochio *de Arbitrariis, caſu 421. num. ult.* & Flores de Mena *lib. 1. variar. quæſt. 10. num. 25.* Valet enim argumentum à contrario ſenſu. Axioma juris eſt, quod exornat dictus Barboſa *axiomate 27.* pluribus ex juribus civilibus, & canonicis, & Doctoribus. Sed ſic eſt, quod Canonici Regulares poſſunt hodie aſſumi in Parochos, & curatos Eccleſiarum ſæcularium, ex diſpoſitione, nedum Juris antiqui, *in d. cap. Quod Dei timorem, de ſtatu Monachorum*, ubi Gloſſa, & Doctores citati; ſed ex jure novo Tridentini *ſeſſ. 14. cap. 11.* prohibente Canonicum Regularem ad alium Ordinem tranſlatum, ad ſæculare beneficium, etiam curatum aſſumi: nam tacitè videtur innuere, non tranſlatum aſſumi poſſe (ait Tamburinus *d. quæſt. 8. num. 11.* cum Gabriele Pennotto *lib. 2. Hiſtor. tripart. Canonicor. Regularium, cap. 72.*) quo fundamento ita tenuit Rota *in una Papienſi juriſpatronatus, die 6. Martii 1598. coram Cardinali Seraph.* quam refert Gabriel Pennotus *loco cit. num. 5.* pluribus rationibus hanc aſſertionem probans, quam tenent Gonzalez, Vivianus, & Jordanus relati ſuperiùs, *num. 932.* in fine. Et confirmatur ex Declaratione S. Congregationis de anno 1602. ſub hoc tenore, relata à Pennotto, & Aſcanio *d. num. 11. Congregatio Concilii cenſuit, decretis ejuſdem Concilii Canonicum Regularem non prohiberi obtinere beneficia curata ſæcularia, niſi fuerint ex his tranſlatis, de quibus habetur in dicto decreto, cap. 11. ſeſſ. 14.* Ergo idem dici debet, adhuc hodie, de Monachis, non ſolùm in vim juris antiqui, ſed etiam novi Concilii, & Declarationis ſuæ Congregationis.

Tertia limitatio eſt, ut in defectum 940.
Clericorum, beneficia ſæcularia Religioſis, & è converſo beneficia regularia ſæcularibus Clericis dari queant, quia tunc neceſſitas non habet legem, *cap. Si quis propter, de Furtis,* & probat text. *in cap. Inter quatuor, §. Sed ſingulares, de Religioſis domibus, & in cap. Abbate, in fine, de verborum ſignificat.* Rebuffus *in concordatis, rubr. de collationib. §. volumus, verſ. Conformitatem, & in tract. de Nomination. quæſt. 5. num. 13. verſic. Fallit niſi*, poſt Abbat. *in cap. Relatum, num. 5. Ne Clerici, vel Monachi*, dicens quod ſi Monaſterium non habet Monachos idoneos, ſed incorrigibiles, & alii idonei non reperiantur, poſſunt apponi Clerici ſæculares, *l. Ut gradatim, §. Quoties penuria, ff. de Muneribus*, Garcia *tom. 2. de benefic. parte 7. cap. 10. num. 16.* ex Regula *Quod non eſt licitum 4. de Regul. juris in 6.* Rebuffo *in Praxi, tit. de Diſpenſ. cum Regular. num. 40.* & Corraſio *1. part. cap. 5. num. 7. & part. 3. c. 3. num. 13.* Pax Jordanus *d. tit. 27. num. 46.* cum Gonzalez *Gloſſa 8. num. 43.* Barboſa *allegat. 57. num. 172.* Praſecio poſt Staphileum *in Praxi Epiſcopali, parte 2. cap. 5. verſ. Similiter & Regulares.* Allegat etiam *Clement. 1.* & *ibi* Gloſſam verbo *Sæcularis, de Elect.* quæ tunc ait requiri aſſenſum ſui Superioris.

Immò

941. Immò in tali caſu, quamvis beneficium regulariter non conferatur in invitum, *cap. Invito, de Regulis juris in 6.* plenè Gonzalez *gloſſa* 58. poterit quis invitus compelli ad acceptandum beneficium, ſicut *ſuprà* de Ordinibus diximus (ait Pax *num.* 47.) propter neceſſitatem compelli Chriſtianos ad ſe clericandum, & docet Hojeda *de incompatibilitate benefic. part.2. cap.9. num.*15. & Gonzalez *ſuprà, num.*45. Unde fit, quod ſi Clericus Regularis provideatur ab Epiſcopo de beneficio ſæculari, & ſpolietur, quamvis non appareat de tali neceſſitate, & ſit habilis; tamen reſpectu tituli conceditur illi poſſeſſorium recuperandæ, quia ſi per tales Regulares præſcribi poſſunt hujuſmodi beneficia, conſequenter etiam poſſideri (cùm ſine poſſeſſione non currat præſcriptio) ac fructus ſuos facere. Rota *deciſ.9. de reſt. ſpoliator. in antiq.* Felin. *in cap. In noſtra, de reſcriptis, à n.*24. Gonzalez *ſuprà, num.*48. *&* 49. Pax etiam *n.*49. Generaliter verò, quando propter neceſſitatem, & penuriam legis rigor flectatur, cumulatè tradit Hojeda *d. cap.* 9. Felinus *in cap.*1. *num.*49. *&* 59. *de Conſtitutionib.* Tiraquel. *de Retract. lignag.* §.26. *gloſſa* 1. *à num.* 16. *ad* 29. Menochius *de Arbitrar. centur.* 2. *caſu* 182. *per totum.* Pax Jordanus *num.*49.

942. Quarta limitatio concluſionis principalis eſt quoad Equites Capellanos, *vulgò Freiles*, Ordinum Militarium S. Stephani Papæ, & Martyris, S. Jacobi de Spatha, Calatravæ, Alcantaræ, & ſimilium, de quibus Garcia *part.*1. *cap.*4. *num.*24. & Pax Iordanus reddunt declarationem S. Congregationis, ſub die 10. Novembris 1609. ſub hoc editam tenore: *Congregatio Concilii cenſuit Milites Regularis militiæ S. Iacobi de Spatha, aliorumque hujuſmodi, non emittentes omnia tria vota ſubſtantialia, videlicet Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, non eſſe incapaces ſæcularium, & ſimplicium, ſeu curatorum, neque etiam penſionum.* Hactenus S. Congregatio apud Pacem Iordanum *pag.* 423. *num.* 50. & apud Garciam *pag.* 11. Ejuſdem Declarationis meminit Barboſa *alleg.* 57. *num.* 174. qui *num. præced.* ait ex Viviano *de Iurepatr. part.* 2. *lib.*6. *cap.*2. *num.*5. dictos S. Stephani Equites, *ex libro Statutorum ſui Ordinis, fol.* 26. poſſe præſentari ad Eccleſias ſæculares.

ARTICULUS V.

Demodo acquirendi beneficium media Permutatione.

DIſcuſſis jam & dilucidatis qualitatibus, quibus pollere debent perſonæ, quibus conferre liceat beneficia Eccleſiaſtica, redeamus ad proſequutionem modorum, quibus illa conſequi, & obtineri poſſint, & valeant: Quintus in ordine eſt, qui exequitur unius beneficii permutatione cum altero ab alio beneficiario poſſeſſo. De hoc agere in præſenti articulo aggredimur, quem in quatuor Paragraphos dividere libet. In *Primo* agam de quidditate Permutationis, & ex qua cauſa fieri debeat. In *Secundo* de beneficiis, quæ permutari poſſunt. In *Tertio* de his, qui ea permutare, & ex cujus authoritate & venia. In *Quarto* denique de conditionibus in permutatione ſervandis. Ad rem igitur deveniendo ſit

PARAGRAPHUS I.

Quid ſit beneficii permutatio, & quâ ex cauſa facienda ſit.

943. PErmutatio, quoad præſens attinet, *eſt reciproca quædam reſignatio, quæ ad invicem inter permutantes fit, legitimi Superioris authoritate, cap. unico, de rerum permutatione, in 6. & Clement.* 1. *eodem tit.* Baſſæus *in Floribus Theologiæ Moralis*, verbo *Beneficium* 11. *num.*7. Caſtr. Palaus *in Sum. tom.* 2. *tract.*13. *de Benefic. diſp.* 6. *punct.* 3. §.1. *num.* 1. Ego ipſe *in Paſtoralibus, part.* 1. *quæſt.* 3. §. 5. *num.*1. & omnes. Quapropter, permutatio non niſi inter duos fieri poteſt, quorum unus ſuum beneficium alteri cedit, ut ſibi alius viciſſim ſuum cedat. Azorius *Inſtitution. Moralium part.* 1. *lib.*7. *cap.*30. *quæſt.* 6. dicens: An ſit permutatio, Ego beneficium meum reſigno, ut tu habeas, & tuum nepoti meo conferatur? Minimè, quia permutatio non niſi inter duos eſſe poteſt: item quia non dimitto rem meam, ut habeam tuam, ſed eſt alius contractus quidam innominatus, Facio, ut facias; ſive, Do ut des, qui

qui cùm Jure Canonico reprobatus ſit, eo quòd omnis pactio, & conventio prohibentur in ſpiritualibus, *cap. ult. de Pactis*; ideo ſimoniacus eſt talis contractus & coram Ordinariis locorum fieri nequit. Federicus *n.* 69. (*quæſt.* 29.) Ubald. *num.* 90. Hæc Azorius. Palaus autem ſequentia profert: Nam triangularis, vel quadrangularis permutatio omninò prohibentur, quia non ſunt verè permutationes, ſed potiùs reſignationes conditionales, quales ſunt, ſi meum beneficium tibi cedam, ut tu cedas beneficium tuum meo nepoti. Gonzalez *gloſſa* 14. *num.* 58. Garcia 1. *p. de benefic. cap.* 4. *num.* 21. Permutatio ergo continet & reciprocam duorum beneficiorum collationem, & mutuam illorum collationem. Nam reſignans ex cauſa permutationis, ſub ea conditione reſignat, ut beneficium reſignatario detur, & reſignatarii beneficium ſibi viciſſim conferatur. Quapropter admittens reſignationem ex cauſa permutationis, eo ipſo obligatur beneficia reſignata compermutati conferre. Iſta Palaus *d. num.* 1. Et quod non valeat permutatio facta pro tertio, infert Garcia *d. num.* 21. poſt Dominicum, Gambarum, Federicum, Bonifacium, Peruſium, Joan. Nicol. Delphinum, Navarr. Zechium, Leſſium, & Suarez *locis ab eo ibi citatis.* Et quod fieri debeat inter duos, & non triangularis, vel quadrangularis, firmat idem Garcia *n.* 22. ex Achill. *deciſ.* 298. Caputaquenſi *dec.* 325. *p.* 2. Gonzalez *d. num.* 58. Leſſio *de Iuſt. lib.* 2. *c.* 35. *num.* 88. Suarez, & Boërio.

944. Dubium hîc occurrit, an admiſſio reſignationis iſtorum beneficiorum, ſit tacita illorum collatio? Partem affirmativam tenuit Gonzalez *gloſſa* 14. *num.* 44. *& gloſſa* 15. §. 2. *n.* 57. concludens, de rigore Juris aliam collationem neceſſariam non eſſe, fieri tamen de facto, ut ſecuriùs permutatio expediatur. Pro quo ſic fundat Palaus *num.* 2. Quia permutatio, eſt ceſſio beneficii unius in alterum, ſub ea conditione, ut alteri conferatur, & ipſe tibi ſuum beneficium cedat. Ergo quouſque hæ conditiones perficiantur, ceſſio non tenet. Ergo non eſt locus admiſſioni ceſſionis, niſi ſimul admittantur conditiones illius; illis verò admiſſis, jam ſunt collata beneficia. Ergo admiſſio reſignationis ex cauſa permutationis, eſt tacita beneficii collatio. Et quidem dictæ ſententiæ favere videtur Federicus *quæſt.* 27. dicens apud Garciam *d. p.* 11. *c.* 4. *num.* 86. quod ſi præſentibus permutare volentibus, & petentibus renunciationem admitti, & collationem hinc inde fieri, Epiſcopus dicat, *Placet nobis, & permittimus*; quod licèt de ſubtilitate juris poſſit ſuſtineri iſta brevi locutione verborum, videri illos renunciaſſe, & Epiſcopum acceptaſſe, & contuliſſe, *ad l. Iam hoc de jure, ff. de vulgari:* tamen tutius, & ſecurius eſt, ut etiam conſulit Hoſtienſis *in cap. Ex ore, de his, quæ fiunt à Prælato*, quod fiat expreſſa renunciatio, *ex d. Clement.* 1. & quod ſic ſervat conſuetudo. Sequuntur Petr. de Peruſio 4. *p. quæſt.* 2. *n.* 45. *aliàs* 71. *&* 72. Gimon. *in Enchirid. benefic. tit.* 5. *de Permutat. benefic. cap.* 5. *num.* 17. & Joan. Nicol. Delphinus *lib.* 2. *de Iurepatr. num.* 155. Federico conſonat Bellamera 3. *p. quæſt.* 2. relato Garcia *num.* 88. cenſens, de veritate juris, per tale breve verborum compendium fieri permutationem, quoad renunciationes, & collationes, *argum. cap. Beneficium, de Regulis jur. in* 6. & quæ notat Innocentius *in d. cap. Ex ore, gloſſ.* 1. qui tamen fatetur cum Hoſtienſi, & Federico, quod ad tollendas difficultates, quæ contrarietate opinionum occurrere poſſunt, conſultius eſt ante factum, quod omnia expreſſe fiant.

Partem verò negativam tenent 945.
Garcia *num.* 85. *& ſeqq.* cum Bonifacio *in d. Clement.* 1. *num.* 17. Petro de Peruſio 4. *p. num.* 42. *aliàs* 65. & Leſſio *d. lib. & cap. & num.* 197. & Alexandro de Sintilla, à Bellamera *ubi proximè* relato, & Caſtrus Palaus *loco citato.* Ratio eſt, quia beneficia compermutantibus dari non poſſunt quouſque vacent. Ergo priùs illa vacant per reſignationem, quàm conferantur. Poteſt ergo reſignatio admitti, quin beneficia reſignata conferantur. Non tamen admitti poteſt reſignatio, quin ſimul admittatur conditio collationis illorum beneficiorum compermutantibus faciendæ, ſed non factæ. Neque amplius probat ratio contraria.

Hinc

Hinc fit, longo intervallo temporis, poſt admiſſam reſignationem beneficiorum ex cauſa permutationis, fieri poſſe illorum collationem: immò ſæpè priùs uni ex permutantibus, & poſtmodùm alteri. Palaus *n.3.* cum Azorio *lib. 7. cap. 29. quæſt. 28.* allegante Federicum *quæſt. 11.* Ubaldum *tract. de Permutat. beneficiorum, num.70.* & Rebuffum *in Praxi benefic. part. 3. tit. de Permutat. num. 36.* Et frequenter contingit, quod Papa admittat reſignationem ex cauſa permutationis, & uni ex permutantibus, quia Romæ adeſt, beneficium confert; alteri autem mandatum de conferendo in partibus, concedit in forma *Dignum:* in quo caſu evidenter apparet, admiſſionem non eſſe beneficiorum, quæ permutantur, collationem.

946. Cauſa autem ob quam permutatio fieri poteſt, unica eſt, nempe neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ. Nam cùm permutatio beneficiorum jure ſit prohibita, *cap. Minoribus, de Præbend. cap. Quæſitum, de rerum permutat.* præſtat, ne hæc prohibitio relaxetur, niſi juſta, & legitima cauſa interveniente, quæ nulla alia videtur eſſe, niſi ea, quæ cedat in Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem. Ita docet Garcia *p. 11. cap. 4. num. 45. ex d.cap. Quæſitum, verſic. Si autem Epiſcopus*, Ancharano, Bellamera, Staphileo, Aymonio, Probo, & Gimon. in præcedenti numero, eorum locis citatis, Boërio *deciſ. 205. num.7.* Flaminio Pariſ. *lib. 1. quæſt. 5. num. 24.* Zerola *in Praxi Epiſcop. p. 1.* verbo *Renunciatio, ſeu permutatio, §. 3. 5. dub.* & D. Thom. *in 4. diſt. 25. quæſt. 3. art. 3.* dicente, quod permutatio debet fieri pro cauſa ſpirituali, putà, ut meliùs Deo ſerviatur, ſeu ut tali loco poſſit quis Deo meliùs ſervire; aliàs, ſi pro aliquo terreno commodo utriuſque, vel alterius, fiat permutatio, eſt ſimoniaca. Sequitur Sylveſter *verbo Permutatio 2. num. 3.* & Joan. Bapt. Corraſius *in Reſponſ. caſuum conſcient. quæſt. 42.* & Ugolinus *Tabula 1. de Simonia, cap. 27. §. 1. num. 6.* qui ait, quod Simonia committitur, vel certè peccatur, ubi non ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, & idcirco, ut meliùs Deo ſerviatur, permutatio fit, ut debet; ſed ob terre-

num commodum, nullo habito reſpectu ad divinum cultum, &c. Quare qui beneficium permutat cum alio, ob id, quod ubi aliud beneficium eſt, venationibus, & piſcationibus operam dare poteſt, planè hic peccabit, ex quo ob has cauſas permutatio permiſſa non eſt: ſecus autem ſi permutatio fiat, ut Dei cultus magis augeatur, & liberiùs, ac tutiùs Deo inſerviatur. Et §. 3. *num. 6. verſ. 6.* ait ſimoniam ceſſare, ubi ob utilitatem, neceſſitatemque Eccleſiæ permutatio fit, & ſecundùm formam traditam à Pio V. *in conſtit. 58.* & Cechius *ſupra (cap. 10. num. 2.)* & Azorius *d. lib. 7. cap. 30. quæſt. 4.* & eſt declaratio S. Congreg. Concilii, ſuprà adducta.

Proſequitur Garcia *num. 46.* di- 947.
cens: Sed quod ſufficiat expedientia, ſeu utilitas perſonarum, tenet Gloſſa 2. *per textum ibi, in cap. Cùm univerſarum, de Rerum permutat.* & *ibi* Abb. *num. 7.* & *in d. cap. Quæſitum, num. 6.* P. de Peruſio *d. tract. de Permut. benefic. 3. p. quæſt. 2. & ult. p. num. 54. aliàs 88.* Cardinal. *in d. Clement. 1. n. 12.* Francus *in d. cap. 1. num. 6.* Lambertin. *de Iurepatr. 8. p. 2. lib. quæſt. 6. art. 6. num. 39.* (qui etiam *num. ſeq.* malè ait, permutationem poſſe fieri per Ordinarium ex ſui libito;)nam expedientia, ac utilitas perſonarum redundat in augmentum cultus divini, & ut meliùs, ac promptiùs ſerviatur Deo. Unde Sylveſt. *ſuprà, num. 12.* ait requiri, quod permutatio fiat ex cauſa ſpirituali, & talem cauſam eſſe ſecundùm S. Thom. ut meliùs ſerviatur Deo: quod etiam innuitur *in d. cap. Quæſitum*; & timorem inimicorum, ſecundùm Joan. Andr. & generaliter credere, ita eſſe de omni cauſa, quæ non reſolvitur in pecuniam, vel aliquid menſurabile pecuniâ: cum quo Ugolinus *d. §. 1. num. 6. in fine*, ait quod ſimoniam non committit, qui ob inimicitias, ob peſtilentem aërem, & hujuſmodi cauſas beneficium permutat. Et Gambarus *in d. cap. 1. de Rerum permut. in 6. num. 9.* ait, poſſe etiam fieri permutationem, attenta utilitate perſonarum, modò non reſultet Eccleſiæ damnum, ſed utilitas, ſecundùm Anchar. *in d. Clem. 1.* Anton. *in d. c. Quæſitum*, & Calderinum *in conſ. 1. hoc tit.* ubi dixit, quod licèt permutatio poſſit fieri pro utilitate

perſonarum, tamen ſemper debet eſſe Eccleſiæ utilitas, ſaltem conſecutiva, ut juſtitiæ innitatur: idem ait Azor. *d. quæſt.* 4. & ita eſt accipiendum, quod tradit Bellamera *6. p. quæſt.* 2. & Gimon. *d. tit.* 5. *c.* 9. *num.* 4. Quamvis ad hoc ut Superior teneatur admittere permutationem, requiratur cauſa neceſſitatis, vel magnæ, & evidentis utilitatis Eccleſiæ, juxta dicta *ult. p. c.* 2. *num.* 110. Hæc, & alia Garcia.

948. Sed audiamus Caſtrum Palaum, qui poſtquam *num.* 4. dixerat unicam eſſe cauſam juſtam permutationis beneficiorum, neceſſitatem nempe, vel utilitatem Eccleſiæ, ſubjungit: Adverto tamen vitare inimicitias, aëris intemperiem, aliaque corporalia damna compermutantium, ad utilitatem Eccleſiæ reduci. Quia illis vitatis, meliùs Deo ſerviri poteſt. Sic Azor. 2. *p. Inſtit. lib.* 7. *c.* 30. *quæſt.* 4. Garcia 11. *p. c.* 4. *num.* 47. Adde, utilitatem unius ex compermutantibus in Eccleſiæ utilitatem redundantem, præſtare ſufficientem cauſam permutationis, dummodò ex parte alterius permutantis damnoſa Eccleſiæ permutatio non ſit. Quia abſolutè illa permutatio in utilitatem Eccleſiæ cedit. Garcia *n.* 49. Hinc fit (addit *n.* 5.) quod ſi permutatio coram Ordinario facienda eſt, obligatos eſſe permutantes allegare cauſam legitimam permutationis, & Ordinarium illam examinare. Aliàs diſpenſatio nulla erit, utpote in lege Superioris facta abſque cauſæ cognitione. Quod à fortiori procedit, ſtante Conſtitutione Pii V. 58. *verſ. Ad hæc*, ubi Ordinariis conceditur admittere poſſe permutationes, quæ Canonicis ſanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittantur; & ſi ſecus factum fuerit, irritum eſſe decernitur. At nullæ aliæ permutationes Canonicis ſanctionibus ſunt permiſſæ, niſi eæ, quæ cedunt in neceſſitatem, aut utilitatem Eccleſiæ. Ergo aliæ ſunt omninò irritæ, & inanes. Garc. *d. p.* 11. *c.* 4. *n.* 44. Quod adeo verum eſt, ut etiam Superiori atteſtanti adeſſe cauſam ad permutationem faciendam, fides adhibenda non ſit, niſi cauſæ cognitionem præmiſerit. Sic ex Decio, Alciato, & aliis docet Garcia *loco allegato, à n.* 34.

Paragraphus II.

Quæ beneficia permutari poſſint, declaratur.

949. Generalis regula eſt, omnia beneficia permutari poſſe, quia eorum permutatio neceſſaria eſſe poteſt, & utilis Eccleſiæ, ut appareat ex toto titulo de Rerum permutatione, & tradit Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.* 4. *num.* 11. cum Corraſio *de beneficiis*, etiam 1. *part. cap.* 9. *num.* 1. & Suarez *de Relig. tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 1. Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 2. *num.* 1. & omnes communiter. Quæ certè regula multas ampliationes admittit. Prima eſt, ut locum habeat in beneficiis commendatis. Quæ ampliatio, quoad commendata in perpetuum, ferè ab omnibus admittitur, ut permutari poſſint; quia Commendatarius perpetuus, beneficiarius eſt, & titulato æquiparatur, ut ſuprà diximus *quæſt.* 1. *num.* 3. 20. *& ſeqq.* & commendatio perpetua loco tituli ſuccedit. Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *q.* 11. cum Federico *quæſt.* 15. Ubaldo *q.* 3. Lapo, & Ægidio *p.* 3. *quæſt.* 4. docet, beneficia perpetuò commendata, commutari poſſe, quia habentur perinde, ac ſi collata eſſent: & in hoc ferè omnes conſentiunt. Hæc ille, quem ſequitur Palaus *num.* 2. Difficultas autem eſt, an beneficia commendata ad tempus, permutari etiam poſſint. Ratio dubitandi eſt, quia iſti commendatarii nihil habent, quod unus in alterum tranſferat, cum nec titulum, nec jus in beneficio habeat. Pro parte affirmativa recenſentur ab Azorio *d. quæſt.* 11. dicti Federicus, Ubaldus, Lapus, & Ægidius, licèt non omninò aſſertoriè illam firment; inquiunt enim, *fortaſſis poſſunt permutari.* Abſolutè illam tenet ipſe Azorius, cum Imola *in c.* 2. *de Rerum permutat. in* 6. Abbate *in cap. Cùm olim, eod. tit.* addente, poſſe commendari authoritate illius qui commendavit, & non alterius. Et hac lege illum ipſe ſequitur Azorius. Nec impedit (addit) ſi ad tempus ſit commendatum: quoniam fundus, qui eſt perpetuus, permutari poteſt cum ſervo, qui perpetuus non eſt. Item pingue, & opulentum beneficium

neficium cum beneficio tenui permutatur. Sic concludunt Petrus Ubaldus, Peruſinus, & Andreas Gambarus *de permut. benefic. p. 2. n. 88.* Affirmat etiam Caſtr. Palaus *d. num. 2. in fine*, poſſe commutari beneficia ad tempus commendata, de Commendantis authoritate: & priùs Garcia *d. c. 4. num. 12.* cum Corraſio *loco cit. & c. 6. ejuſdem 1. p. num. 7.* Bellamera *part. 3. quæſt. 4.* Peruſio *1. p. quæſt. 3. num. 6. aliàs 9.* Gambaro *in c. 1. de rerum permut. num. 87. & 88. & de offic. Legati, lib. 4. rubr. de Poteſtate Legati in commendando beneficia, num. 112. & ſeq.* Selva *de benefic. 3. p. quæſt. 33. num. 2.* Probo *ad Monachum, in c. Nemo, de Elect. in 6. num. 33.* Gimon. *tit. 5. c. 6. ex num. 1.* Cucho *Inſtit. major. lib. 3. tit. 6. num. 20.* Flam. Pariſio *lib. 2. q. 17.* & cum Card. Mantica *de Tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 25. tit. 9. à num. 26.*

950. Secundò extenditur regula, ut procedat etiam in beneficiis manualibus, quæ licèt perpetua non ſint, ſed amovibilia ad nutum Superioris, ex illius tamen venia, & authoritate, in alios transferri poſſunt. Ita Azorius *p. 2. lib. 7. c. 29. quæſt. 9.* cum Federico *quæſt. 16.* Bellamera *p. 3. q. 5. & 6.* Petro Ubald. *q. 5. n. 11.* & Gambaro *p. 2. q. 89.* Limitat tamen dummodò manuale cum manuali permutetur. Ita & Caſtr. Palaus *num. 3.* cum Rebuffo *in Praxi benefic. tit. de Permutat. n. 49.* & Gonzalez *ad regul. 8.* Et ratio eſt, quia in beneficiis manualibus nihil eſt, quod permutationem impediat: nam qui ea obtinent, antequam priventur, jus habent in beneficiis, & poſſunt ea in perpetuum retinere, ſi non priventur.

951. Tertiò ampliatur, ut locum habeat, & procedat etiam in beneficiis juriſpatronatus, quæ permutari poſſunt abſque Patroni conſenſu, ita ut permutatio teneat, dum ille non contradicit; illo verò contradicente rejicienda eſt, & reſcindenda, niſi facta eſſet in magnam Eccleſiæ utilitatem. Ita Azorius *p. 2. lib. 7. cap. 29. q. 6. verſ. Hinc etiam*, cum Panormit. *in cap. Quæſitum, de Rerum permutat.* Federico de Senis *tract. de permut. beneficiorum, quæſt. 24.* & Rebuffo *in Praxi beneficiorum, tit. de Permutat.* & cum Petro de Ubaldis *in ſimili tr. quæſt. 7. num. 60.* Idem Azorius *d. cap. 29. q. 32.* inquit, quod in permutatione beneficiorum requiri debet conſenſus eorum, quorum intereſt; quia in actibus, qui alteri nocere poſſunt, jure communi ejus requiritur conſenſus, cujus ea res intereſt, *l. Nam ut ait, ff. de Adoptionib. l. in concedendo, ff. de aqua pluvia arcenda, cap. Cùm inter quatuor, de Majoritate, & obedientia.* Hinc perſpicitur (addit) Epiſcopum beneficia permutare non poſſe invitis, vel judicibus iis, ad quos conferendi jus pertinet. Duo itidem Præpoſiti per electionem creati nequeunt permutare abſque electorum conſenſu. Ad hæc, beneficia jurepatronatus affecta, permutari nequeunt citra patroni conſenſum: nec unita, abſque ejuſdem aſſenſu, cujus intereſt unio: nec manualia, quæ Religioſi habent, citra ſui Prælati arbitrium, & poteſtatem. Sed num valet permutatio, iis, quorum intereſt, præteritis, & poſthabitis? Sunt qui dicant, irritam eſſe ipſo jure. Veriùs tamen ſenſit Federicus, ab omnibus receptus, non eſſe reſciſſam ipſo jure, ſed reſcindendam, id petentibus iis, qui poſthabiti fuerunt. Atque hinc eſt, ut eorum conſenſus, quorum intereſt, poſſit ante, & poſt permutationem accedere, teſte Federico: debent tamen ii, ad quos pertinet, conſentire, aut diſſentire intra id tempus, quod eſt lege præſcriptum. Quod ſi permutatio fuerit Eccleſiæ neceſſaria, vel utilis, conſenſum patronus præbere debet, ad quem is præbendum compelli poteſt Epiſcopi auctoritate. Quod ſi facere recuſet, poterit Epiſcopus permutare, cùm id vel magna aliqua Eccleſiæ utilitas, vel neceſſitas poſtulat. Omnia hæc Doctiſſimus P. Azorius.

952. Ita etiam Garcia *p. 11. cap. 3. n. 19.* dicens: Permutatio verò facta abſque conſenſu patroni, non ſolùm laici (ſed etiam Eccleſiaſtici, ſi facta eſt coram Ordinario) non eſt nulla ipſo jure, ſed venit annullanda, patrono intra tempus datum ad præſentandum contradicente, niſi facta ſit in magnam Eccleſiæ utilitatem. Allegat Rotæ Deciſiones, & quamplures Doctores, numerum 28. excedentes, qui *num. 20.* pro nullitate allegat Bellameram *deciſ. 87. & 179. de Permutat. bene-*

benefic. part. 4. quæſt. 2. & 3. Petr. de Peruſio *part. 3. num. 35. & 36.* Gambarum, Paul. de Citadinis, & Zevallos. Garciam ſequitur Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 69. num. 20.* quò loci ait: Requiritur enim in permutatione conſenſus illorum, ad quos collatio, electio, ſeu præſentatio pertinet, quia ipſorum intereſt, quamvis Epiſcopus totum debeat expedire. Gloſſa verbo *Collationem, in d. cap. 1.* (*de Rerum permutat. in 6.*) Gloſſa etiam *in Clement. 1.* &c.

953. Sequitur & Palaus *d. diſp. 6. punct. 3. §. 2. num. 4.* ubi ait: Quapropter volens permutare ſuum beneficium juriſpatronatus, tenetur conſenſum patroni priùs habere, quod ſi illum non habet, citet patronum per edictum, ſignato termino, ut intra illum conſentiat, vel diſſentiat. Quod ſi peremptoriè vocatus non comparuerit intra terminum præfixum, nec probaverit legitimè impeditum eſſe, non eſt ampliùs audiendus, quamvis quadrimeſtre tranſactum non eſt. Aug. Barboſa *ſuprà, num. 21.* At ſi comparuerit, ſignato termino, & contradixerit, permutatio effectum habere non poteſt. Neque opus eſt patrono contradictionis legitimam cauſam probare: quoties enim à contraria parte non probatur irrationabiliter contradicere, deturbari à ſuo jure non poteſt. Sic relato Covarr. *Practic. cap. 36.* tradit Garcia *11. p. de Benefic. cap. 3. num. 21. & 27.* Quamvis Staphileus *de litteris grat. tit. de modo, & forma impetrat. §. de Juriſpatr. permutat. num. 3.* Zerola *in Praxi Epiſcop. 1. p.* verbo *Juriſpatronatus, §. 6.* Rebuffus *in Praxi, tit. de rerum permutatione, n. 22.* Leſſius *lib. 2. cap. 34. num. 198.* affirment ex ſtylo, uſuque communi, in permutationibus beneficiorum non requiri conſenſum patroni, ſed ſufficere, quod ad conſentiendum vocetur: ſed admittendum non eſt, niſi cum probatur, permutationem in magnam Eccleſiæ utilitatem cedere, & patronum nullam contradictionis legitimam cauſam habere, aliàs inutilis eſſet requiſitio, ſi ejus conſenſus neceſſarius non eſſet, ut bene Azorius *d. c. 29. quæſt. 6. & 32.* Hactenus P. Palaus.

954. Quartò ampliatur ad beneficia reſervata; ratione enim reſervationis impediri non poteſt permutatio, ſi fiat ex conſenſu reſervantis. Debet tamen reſervationis mentionem facere, aliàs nulla erit permutatio, utpote non declarata beneficii qualitate, quæ ſi exprimeretur, fortè non permitteretur permutatio. Ita Azorius *p. 2. lib. 7. c. 29. quæſt. 10.* ut refert Palaus *num. 5.* ſed, ni fallor, in his terminis permutationis contrarium ille docet. Sic enim ibi quærit, & reſolvit. Decimò quæritur: An beneficia reſervata ſummo Pontifici, auctoritate Ordinariorum, vel Legatorum Pontificiorum, licitè permutentur? Reſpondeo, minimè; cum enim beneficia permutantur, conferri debent permutantibus, *cap. 1. de Rerum permutatione, in 6.* & *Clement. 1. eod. tit.* At beneficium Romano Pontifici reſervatum, Ordinarius loci, vel Legatus Pontificis conferre non poteſt. Sic Federic. *quæſt. 3. & 4.* Ægidius *p. 3. quæſt. 1. & p. 9. q. 2. & 3.* Gambarus *p. 2. quæſt. 36. & ſeqq.* Ubald. *eodem*, Rebuffus *in Praxi benefic. p. 1.* (fortè *tit. 1.*) *in forma ſignaturæ*, verbo *Specialiter, num. 11. & 12.* Sic Azorius, qui iterum inquirit, an valeant reſignationes beneficiorum reſervatorum factæ coram Ordinario, aut Legato, causâ permutationis? Et reſolvit, quod valeant reſignationes, ſed quod permutatio compleri debet authoritate Papæ, facta ei relatione reſervationis: aliàs collationes, etiamſi ab eo fiant, irritæ erunt, & nullæ, ob ſubreptionis vitium.

955. Quintò extendunt aliqui ad beneficia litigioſa. Sic innuit Rebuffus *in Praxi, 2. p. tit. de Permutat. n. 33.* eo quòd ex permutatione beneficii litigioſi nullum Eccleſiæ detrimentum proveniat, dummodo is in quem eſt beneficium tranſlatum, potentior non ſit. Sed hæc extenſio admittenda non eſt; quia durante lite beneficia conferri non poſſunt, *cap. 1. & 2. ut lite pendente, in 6.* Azorius *d. cap. 29. quæſt. 5.* ſic ibi procedit: Quintò quæritur, an litigioſum beneficium lite pendente permutari queat? Reſpondeo, minimè: quod ſi fiat permutatio, nihil valet, quoniam res litigioſa, quandiu lis pendet, nequit alienari, nec pignori dari. Rota *deciſ. 6.*

ciſ. 6. Si lite pendente, in novis, & deciſ. 400. in antiquis, Rebuffus *in Praxi benefic. part. 2. tit. de Permutat. num. 33.* Ego tamen, inquit, vidi contrarium ſervari in judicio, quoniam liberum eſt litiganti permutare ſuum beneficium cum beneficio alterius: ita ut eum ſubroget in ſuum locum, dummodo id faciat abſque fraude, & ſubrogatus potentior non ſit. Primum eſt verum, & ita ſentiendum. Hactenus Azorius. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 69. num. 9.* eandem ſententiam tenet, dicens: Et licet beneficium litigioſum, ſuper quo pendet lis, non poſſet reſignari, nec permutari. Lancellott. *de Attentatis, lib. 2. cap. 3. num. 254.* Puteus *deciſ. 354. lib. 3.* Flamin. *lib. 2. quæſt. 3. à num. 1.* Azor *d. cap. 29. quæſt. 5.* nec ab Epiſcopo conferri. Seraphin. Rotæ Romanæ *deciſ. 945.* hoc non procedit quoties lis eſſet ſuper privatione beneficii; nam hoc caſu, hujuſmodi lis non facit beneficium litigioſum, ut fuit reſolutum *in una Hiſpalenſi Attentatorum, coram Domino Aquenſi, 16. Novemb. 1553.* ut referunt Puteus *deciſ. 66. lib. 2.* Flamin. *d. quæſt. 3. n. 56.* ubi *num. 57.* declarat, niſi lis eſſet ſuper privatione, & ut adjudicetur alicui beneficium, quia hoc caſu dicitur illud litigioſum, & per conſequens reſignari non poterit. Sic Barboſa. Tenet etiam Palaus *loco citato, num. 6.*

659. Sextò ampliatur ad beneficia nondum poſſeſſa, modò tamen jus in illis habeas, quia jam habes jus, & titulum, quem potes in alterum tranſferre. Garcia *d. cap. 4. num. 15.* cum Franco *in d. cap. 1. de Rerum permut. num. 16.* & ibi Gambara *num. 86.* Petro de Peruſio *1. p. num. 1.* Probo ad Monachum *in cap. licèt Epiſcopus, de præbend. in 6. num. 6.* Corraſio *de benefic. 1. p. c. 9.* & Cardin. Mantica *de Tacitis, & ambiguis conventionib. lib. 25. tit. 9. num. 2. & 9.* Intelligit tamen Garcia *num. 16.* permutationem ſolùm fieri poſſe de beneficiis propriis, *ex d. c. 1.* & *ibi* Dominico *ex num. 5.* Franco *num. 1. & 15.* Bonifacio *in d. Clement. 1. ex num. 70.* Federico *q. 13.* Bellamera *2. part. quæſt. 1.* Peruſio *d. num. 1. & 2.* Felino *in c. Ad audientiam 2. de Reſcript. num. 11.* Corraſio *d. c. 9. num. 2.* Gimon. *in Enchirid. beneficior. tit. 5. de Permutat. benefic. c. 2. n. 5. & cap. 5. num. 1.* Roſin. *de benefic. c. 35.* Navarro *in Manuali, c. 23. num. 100. verſ. 3. Quod,* & *conſ. 43. de Simonia, n. 2.* Ugolino alios recenſente, *de Simonia, tabula 1. c. 27. num. 5.* Cechio *de benefic. & penſionibus, cap. 2. num. 2.* & Cardinali Mantica *d. lib. 25. tit. 9. à num. 2.* Et quod fieri poſſit permutatio de nondum poſſeſſis, ait Palaus *d. punct. 3. §. 2. num. 7.* Barboſa recenſendus *num. 959.*

Ex quo infert Garcia, fieri non 957.
poſſe permutationem de jure ad rem. Allegat Nicol. Delphin. *de Iurepatr. lib. 2. quæſt. 2. num. 156.* Pariſium *lib. 2. quæſt. 21. & 23.* Zerolam *part. 2. verbo Renunciatio, §. 1.* Cechium *d. num. 2. verſ. 9.* Azorium *d. cap. 29. quæſt. 22.* & Raphaëlem de la Torre *tom. 2. de Religione, quæſt. 100. art. 5. diſp. 7.* quamvis Gambara *in rubr. de Rerum permutat. in 6. num. 8.* & *in cap. 1. num. 42.* contrarium poſſe ſuſtineri doceat; ſed ejus opinio communiter reprobatur, ſecundùm Pariſium *d. quæſt. 23. n. 15.* relatum à Garcia: & quamvis has permutationes non eſſe irritas, ſi Ordinarius illas admittat, putet Leſſius *de Iuſt. & jure, lib. 2. cap. 34. num. 199.* & in manibus Prælati fieri poſſe, ſi aliàs habentes talia jura, haberent facultatem transferendi in alios, concludat Suarez *d. lib. 4. cap. 31. num. 19.*

Secundò infert, quod ſi unus ex 958.
permutantibus non habet jus in beneficio, non valet permutatio. Allegat Dominicum *in d. cap. 1. de rerum permutat. num. 6.* Francum *num. 17.* Federicum *quæſt. 10.* Bellameram *1. part. quæſt. 9. & 10. p. quæſt. 2.* P. de Peruſio *1. p. num. 3.* Coſm. *in Pragmat. Sanctione, tit. de Collation. §. Item inſuper,* verbo *Diſponere, circa finem.* Gimon. *d. tit. 5. cap. 5. num. 2.* Cechium *ſuprà, verſ. 6. & 8.* Leſſium *d. c. 34. num. 195.* Azorium *d. cap. 29. quæſt. 19.* & alios, quamvis Gambarus *d. cap. 1. ex n. 58.* teneat valere collationem ex parte ejus, qui ſuum beneficium bene obtentum reſignavit, niſi antea jus fuerit quæſitum alteri in hoc, per permutationem factam cum beneficio ficto, quod non habet compermutans, ſed falsò illud nominat. Leſſius *ſuprà, num. 200.* Azor *cap. 30. quæſt. ult. & cap. 29. quæſt. 16.* & Suarez *de Religione, tract. 3. lib. 4. cap. 35. num. 19. & 20.*

95

9. Tertiò infert, quod ſi duo litigarent ſuper aliquo beneficio, etiam ab uno ex illis poſſeſſo, non poſſet coram Ordinario ex cauſa concordiæ fieri permutatio illius cum alio beneficio; beneficia enim eſſe debent permutantium pacificè, nec coram Ordinario poteſt in his fieri concordia, ad tradita per ſeipſum *1.p. cap.5. à n.350.* quicquid dicat Torre *tom. 2. de Relig. quæſt.100. art.5. diſp.12. dicto* 3. Non reticeam tamen Barboſam *allegat.69. num.18.* dicentem, ante apprehenſam poſſeſſionem poſſe permutari, litteris tamen expeditis, ex Anton. de Burgos *in cap. Cæterùm, num.151. de reſcript.* Gemin. *conſ.127. in fine*, Petr. Gregor. *Syntagm. Iuris lib.17. cap.17. num.16.* & Pariſ. *lib.2. quæſt.26.*

Quartò infert, non valere permutationem pro tertio. Allegat *num.21.* Dominicum *in d.cap.1. de Rerum permut. num.* 5. Gambarum *num.* 56. Federicum *quæſt.40. ad fin.* Bonifac. *in Clement. 1. eod. tit. num.43.* P. de Peruſio *ult. p. num.56.* Joan. Nicol. Delphinam *de Iurepatr. lib.2. quæſt.19. num.162.* Navarr. *conſ.43. de Simonia, num.3.* Cechium *num.2. verſic.11.* Leſſium *lib.2. cap.35. num.87.* Azorium *d.cap.30. quæſt.6.* & Suarez *ubi proximè, num.18.*

960. Pro ſex ampliationibus ſupra redditis, advertere duxi illas omnes procedere eſto unum, beneficium permutetur pro pluribus, (niſi aliàs ea plura eſſes impeditus habere) quia unum beneficium pluribus poteſt æquivalere. Ita Azorius *d.cap.29. quæſt.12.* cum Joan. Andrea, Calderino, & Abbate *in cap. Cùm venerabilis, de Exceptionib.* Federico *quæſt.12.* Gambaro *num.73.* Ægidio *part.3. q.9.* quandocumque (ait) ea plura ſimul haberi queunt, aut ſaltem Ordinarii facultate, apud quem beneficia permutantur, concedi poteſt, ut ſimul ea quis habeat. Secus verò quando habet quis plura incompatibilia, ut vocant, ex diſpenſatione Papæ, quia illa diſpenſatio non tranſit de perſona in perſonam, *cap. Sanè, de Privileg.* unde neceſſaria eſt Romani Pontificis authoritas, ſine qua ſimul plura haberi nequeunt. Andreas Gambarus *num.75.* Hæc Azor. Sequitur Garcia *d.cap.4. num.14.* cum Dominico *in d.c.1. num.8.* Bonifac. *in d. Clement. 1. à num.76.* Bellamera *3.p. quæſt.9.* Peruſio *1.p. quæſt.1. num.4. aliàs* 5. Rebuffo *tit. de Permutat. n.40.* Corraſio *cap.9. num.1.* Gimon. *d.c.6. num.17. & 18.* Delphina *d. lib.2. q.20. num.164.* Navarro *conſ.43. de Simonia, num.3.* Cechio *d.c.2. num.2.* & Mantica *ſuprà, num.65.* Sequitur etiam Caſtrus Palaus *d. diſp.6. punct.3. §.2. num.6.*

Duo hic dubia occurrunt diſcutienda pro præſenti materia permutationis beneficiorum, quorum reſolutio valdè neceſſaria: unde ſit

Dubium I.

Utrum beneficia unita permutari poſſint.

961. PLura de hoc puncto docuerunt Azorius *part.2. lib.7. cap.29. quæſt.7.* Garcia *de Benefic. part.11. cap.4. n.23. & ſeqq.* & Caſtrus Palaus *parte 2. tract.13. diſp.6. punct.3. §.2. à num.9. ad 14.* & ex dictis ab eis diſtinguendum venit, an unio habuerit effectum completum, vel non? Si primum, clarum eſt permutari non poſſe, niſi permutato eo, cui eſt unitum. Ratio eſt, quia illi eſt acceſſorium, & acceſſorium naturam ſequitur ſui principalis: & quia mediante unione, extinctus eſt, & ſuppreſſus titulus illius, & deſinit eſſe beneficium, & fit prædium illius, cui fuit unitum. Rota *in Vlyſbonenſi Concurſus, 1. Iunii de anno 1615. coram Remboldo, num.2. la 9. poſt qq. Paſtorales. In alia Civitatis Caſtelli Vnionis, 16. Martii 1615. coram Manzanedo, num.3. ibidem la 10. & in alia Seguntina dimidiæ annatæ, 7. Maii 1607. coram eodem, num.5. la 11. & in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, 19. Ianvarii 1663. coram Bevilaqua, num.1. la 1. poſt mea Commentaria, & in eadem 11. Martii 1667. coram Otalora, num.20. la 5. & 13. Martii 1669. coram Albergato in eadem cauſa, num.2. la 6.* & ſæpè alibi, & ſignanter 23. *Martii 1667. coram Cerro, num.8. ibidem la* 17. Dixi *in Paſtoralibus, p.2. quæſt.5. num.1. & 2. quæſt.6. num.2. & 20. p.4. quæſt.1. ſect.1. num.5. & ſect.4. num.1.* Et docet Palaus *ſub num.9.* poſt Gonzalez *ſuper Regulam 8. Cancellar. gloſſa 5. §.7. num.11.14. & 22.*

Azorius

962. Azorius *d.quæſt.*7. ſic inquirit. An beneficia unita permutari queant? Finge duo beneficia eſſe unita Cœnobio Monachorum. Quæritur, an Clerici eorum Rectores poſſint ea permutare? Reſpondeo cum opinione communi, quam habent Federicus *de Permutat.quæſt.*33. Ubaldus *num.*15. Ægidius *p.*3 *quæſt.*3. Gambara *p.*2. *num.*83. non poſſe, quia unionis effectum permutatio impediret: ſic enim beneficium permutatum tranſiret ad alium, videlicet ad alterum ex permutantibus; cum tamen ſit unitum Monaſterio: quod unioni noceret. Quod ſi unitum ſit beneficium alteri beneficio, nequit permutare is, qui illud obtinet, quoniam eo ipſo, quo eſt unitum, non cenſetur beneficium per ſe, ſed membrum ejus, cui eſt unitum. Federicus *quæſt.*33. Ubaldus, Ægidius, Gambarus *locis ſuprà citatis*, Rebuffus *in Praxi beneficior. p.*1. *tit. de unionis revocatione*, *n.*18. Denique ſtatim ut vacat beneficium unitum, acquiritur ei, cui eſt unitum, ratione unionis, ſicut in proprietario conſolidatur dominium plenum rei, mortuo uſufructuario. Hæc Azorius.

963 Garcia autem *part.*11. *cap.*4. *n.*23. in ſequentia prorumpit. Secundò intellige, ita demùm beneficia poſſe permutari, ſi cui unita non ſint: nam beneficia unita permutari non poſſunt, ut docet Corraſius *d.cap.*9. (*de Benefic. p.*1.) *num.*1. Quod poteſt intelligi dupliciter. Primò, de beneficiis unitis, poſtquam unio ſortita eſt effectum; nam cùm per unionem extinguatur titulus, & nomen beneficii, & non dicatur ampliùs beneficium, nec cenſeatur beneficium ſeparatum, ſed ſub titulo beneficii, cui facta eſt unio, ſit confuſum, & ideò non poſſit renuntiari. Ferretus *conſ.* 225. *num.*9. nec poſſit per ſe impetrari, etiam à Romano Pontifice, niſi narrata unione, &c. Hojeda *de Incompatibilitate beneficiorum*, 2.*p. c.*3. *num.*42. non valet de tali permutatio. Sarnenſ. *in regula de infirmis*, *q.*15. & Bellamera 3.*p.quæſt.*7. *ad finem*, dicens, quod de ſuppreſſo eſt indubitatum permutari non poſſe, quia illud, quod non eſt, permutari non poteſt, niſi ſuppreſſio veniſſet poſt renunciationes, & tradit Gonzalez *gloſſa* 5. §.7. *num.*11.14. & 22: Azor *d.cap.*29. *quæſt.*7. Mantica *ſuprà* (*de tacitis*, & *ambiguis conventionib. lib.*25. *tit.*9.) *num.*11.

Sed an beneficium unitum, v. gr. Capitulo, poſſit permutari cum alio Petri, ut hoc uniatur Capitulo, & illud conferatur Petro? Bonifac. *in d. Clement.*1. (*de rerum permutat.*) *ad finem*, tenet quod ſic, ſed id fit diſſoluta prima unione ex cauſa utilitatis, ſeu neceſſitatis Eccleſiæ. Et etiam beneficia unita videntur poſſe permutari inter ſe, *ad cap. Cùm venerabilis, de Exceptionibus*, & Corraſius *d.c.*9. *num.*1. ibi: *Sive proprietatis jure.*

Secundò poteſt intelligi de bene- 964
ficiis unitis antequam unio ſortiatur effectum, & de his loquitur Corraſius *ibi*, ut patet ex deciſione Rotæ, quam allegat, 160. *in antiquis*, quæ aliàs eſt 3. *de Rerum permutat.* & dicit, quod beneficium unitum non poteſt permutari per eum, qui illud tenet, antequam unio ſortiatur effectum. Idem ait *deciſ.*1. *eo tit. in antiquioribus*, & Francus *in d. cap.*1. *n.*4. Oldradus *conſ.*257. *à num.*20. Pavinus *de Officio*, & *poteſt. Capituli Sede vacante*, 3. *quæſt.*2.*p. num.*18. Staphileus *de litteris gratiæ*, *tit. de vi*, & *effectu clauſularum*, *in clauſula Motu proprio*, §.6. *num.*6. Bellamera *d.tract.de Permutat. benefic.* 3.*p. quæſt.*7. dicens, in hoc omnes concordare, & ipſum cum eis, dummodo unio ſit juridicè facta, ita quod de jure teneat, quia ſi de jure non valeret, propter aliquem defectum, tunc non impediret permutationem, *Regula Non præſtat, lib.*6. & dummodò unio ipſa tota permutationem, & renunciationes, ſeu renunciationem factam ex cauſa permutationis præcedat. Et Petr. de Peruſio *eo tract.* 1.*p. quæſt.*6. *à num.* 10. *aliàs* 15. Caccialupus *de unione*, *art.*8. *quæſt.*13. & Gambarus *in d.cap.*1.*n.*81. Rebuff. *in Praxi*, *reg. de Vnione*, *gloſſa* 11.*num.*8. & *de Vnionis revocatione*, *num.* 32. & 33. & *tit. de Vicariis perpetuis*, *num.*18. Gimon. *d.tit.*5. *cap.*6. *num.*9. Hojeda *d. cap.*3. *num.*9. *verſ. Sed utrum practicabilia.* Rota *C. de unione*, *num.*14. Zerola *in Praxi Epiſcopali*, 1.*p.verbo Vnio*, §.71. & 3.*dub.* & 2.*p.eo verbo*, §.14. Azor *d.quæſt.*7. & eſt communis opinio, ut per Flam. Pariſ. *lib.*2. *de Reſignat. quæſt.*9. *n.*2. qui alios refert, & idem in reſignationc

tione in favorem, ut per Flamin. *ibi*, cum communi, & Azor. *d. lib. 7. c. 15. quæſt. 8.* & facit decretum Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 5. ad finem, & ſeſſ. 23. c. 18. verſ. Nec per reſignationem, & ſeſ. 24. c. 15. ad fin. de Reformat.*

965. Quod non ſolùm procedit coram Ordinario, ſed etiam coram Papa: nam effectus unionis non tollitur per proviſionem Papæ ſubſequentem, quia aliàs ſequeretur, quod unio poſſet eſſe inutilis per frequentes & plures permutationes, ſeu proviſiones, quod non eſt de mente Papæ. Rota *d. deciſ. 3. de rerum permutatione, in antiq.* Staphileus *d. num. 6.* Bellamera *ſuprà, & 3. p. q. 9. num. 11.* Caccialup. *art. 9. quæſt. 5.* Rebuffus *d. tit. de Vnionis revocatione, num. 32.* Practic. Rotæ *num. 15. verſic. Vnio per proviſionem*, & Zerola *ſuprà*, & Azor. *d. q. 8.* & Rota *in Agrigentina beneficii S. Antonii, 12. Novembr. 1601. coram D. meo Corduba, adducta 6. p. c. 2. num. 130.* niſi ſint factæ motu proprio. Zerola *d. §. 7. 1. dub.* juxta dicta *ult. p. c. 2. n. 92.* contra Staphileum *d. num. 6.* & Selva *de Benefic. 3. p. quæſt. 11. num. 26. 14. qualit.*

966. Hoc tamen non procedit, quoties permutatio, ſeu reſignatio in favorem facta eſſet coram Papa cum narrativa unionis; nam tunc videtur ſuſpendi unio pro illa vice, etiamſi non ſit derogatum regulæ de jure quæſito. Puteus *deciſ. 337. lib. 1.* Flamin. Pariſius *ſuprà, num. 8.* Cechius *d. c. 2. num. 3. verſ. Si verò beneficium*; & poſt hæc Gonzalez *gloſſa 5. §. 7. à n. 137.* & videtur tenere Azor. *d. quæſt. 8.* Hactenus Garcia, cui in aliis, & in puncto iſto, adhæret Palaus, maximè in hoc, quod *num. 14.* inquirit, dicens: Sed quid ſi de facto, nulla facta mentione unionis, hæc beneficia unita tentares permutare, ſeu reſignare? Et quidem ſi reſignatio eſſet ſimplex, clarum eſt unionem intrare, nec te poſſe ad beneficium redire. Tum quia, facta illa abſoluta dimiſſione, ſubintravit unio. Flam. Pariſ. *lib. 2. quæſt. 9. à num. 22.* Garcia *11. p. c. 4. num. 34.* At ſi reſignatio eſt in favorem, ſeu ex cauſa permutationis, communiter Doctores diſtinguunt. Vel ſciens unionem reſignaſti, vel illam ignorans. Si ſciens reſignaſti, affirmant ſubintrare unionem, nec tibi eſſe reditum ad beneficium; quia ob illam iniquam reſignationem beneficium vacavit. Scire namque debebas, te non poſſe in alterum beneficium transferre: Si ergo, hac ſcientia non obſtante reſignaſti, tenebit reſignatio ea parte, qua te beneficio privat. Quia hanc privationem, illa reſignatione convinceris voluiſſe. Facta autem illa privatione, & beneficii dimiſſione, nihil eſt, quod unionis effectum impediat. Verùm ſi ignorans unionem reſignaſſes, cum tunc non convincaris beneficium voluiſſe dimittere, niſi ſub ea conditione, quod alteri conferretur, & hæc conditio impleri non poſſit ob unionem, non eſt cur beneficio priveris, aut cur unioni locus detur. Flam. *lib. 2. quæſt. 8. à num. 20.* Garcia *11. p. cap. 4. num. 36.* Iſta Palaus.

967. Hoc, pro complemento dictorum, ſcire oportet, illa procedere non de unione æquè principali, ſed de acceſſoria, & per modum ſubjectionis, & incorporationis facta, ut manifeſtè ex dictis apparet, & latiùs demonſtravi *in qq. Paſtoralibus, part. 2. quæſt. 6. de Effectibus unionis*, & inferiùs de illis iterum redibit ſermo: & facilè convincitur ex eo, quod agitur de unione extinctiva tituli, & nominis beneficii uniti, quod media unione deſinit eſſe beneficium, & veluti prædium illius redditur, cui unitur; nihil autem horum verificatur in unione æquè principali, quia unione jam facta, remanet beneficium æquè principaliter unitum, cum omnibus ad ſui naturam, titulum, qualitates, privilegia, & nomen pertinentibus, & illis omnibus gaudet poſt unionem, ſicut ante illam gaudebat.

Dubium II.

Vtrum beneficia expectata valeant permutari?

968. Difficultatis propoſitæ ſenſus eſt, an qui præſentatus eſt ad beneficium, vel eſt electus ad illud, vel habet à Summo Pontifice mandatum de providendo in primo beneficio vacaturo, poſſit cum ſimili alio jure, vel cum beneficio permutari? Partem affirmativam tenet Caſtrus Palaus *part. 2. Summæ, tract. 13. diſp. 6. punct. 3. §. 2. num. 15.* dummodò adſit

legitima

legitima Superioris authoritas ; ſicut enim beneficia per reciprocam reſignationem transferuntur , cur non jura ad beneficia transferri ſimiliter poterunt , ſi legitimus Superior conſenſerit.

969. Negativam tamen ſententiam tenet Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 29. quæſt. 22. & 23.* In prima enim quærit, an beneficium permutari queat cum jure aliquo ſpirituali , quod beneficium non ſit ? Minimè. Unde nequit permutari cum penſione Eccleſiaſtica, quam alius habet: necnon jure decimarum , ſepulturæ , patronatus , *aut cum jure ; quod quis habet ad beneficium , non in beneficio : ut ſi quis litteras Apoſtolicas habeat , quarum authoritate aliquod beneficium expectat , vel ad aliquod habet regreſſum , acceſſum , vel ingreſſum.* Ac proinde multò minùs poteſt beneficium permutari cum patrimonio , cujus ratione alius eſt ad ſacros Ordines promotus , aut cum hoſpitali domo , quæ beneficium non eſt. Sic habet in his omnibus communis opinio. Hæc Doctiſſimus Azorius *in quæſt. 22.* in ſequenti verò ſic ſe habet , ut ſequitur.

970. Vigeſimo tertiò quæritur , an Clerici beneficia expectantes , ratione Apoſtolicarum literarum , licitè ſua jura , quæ habent ad beneficia vacatura , invicem permutent ? Reſpondeo cum Abbate *in cap. Cùm olim , de rerum permutatione , num. 4.* minimè, quia hujuſmodi jura , perſonis tantùm , quibus ſunt conceſſa , conveniunt , & ob id in alios non cadunt , nequeuntque ad alios privata authoritate tranſire , ut colligitur *ex cap. Cui de non Sacerdotali , de Præbendis in 6. ad finem.* Hæc Azorius , cujus ſententia mihi plus , quàm Caſtri Palai, pro nunc arridet placitum.

Dvbivm III.

Utrum beneficium verum , & reale, commutari queat cum beneficio ficto?

971. PRo intelligentia tituli iſtius difficultatis , pono caſum , quod quis habeat certum beneficium , quod intendat , optetque transferre in alium clericum beneficio carentem ; & ut faciliùs hujuſmodi perficiat tranſlationem , fingit aliud beneficium habere , & cum beneficio illo ficto ſuum reale , & verum permutat. Quæritur ergo , an teneat tranſlatio iſta beneficii realis , titulo permutationis , pro ficto intenta ? Reſpondet Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 3. §. 2. num. 16.* non tenere , ſed irritam illam eſſe , & nullam. Ratio eſt , quia permutatio generatim ſumpta , eſt certæ rei ad alteram mutua præſtatio, *l. 1. ff. de rerum permutatione.* Sed beneficium fictum, beneficium non eſt. Ergo capax permutationis non eſt. Ergo tranſlatio illa , reſignatio eſt in favorem , tametſi facta fuerit ſub titulo permutationis. Adducit Palaus Leſſium *de juſt. & jure lib. 2. cap. 35. num. 200.* & Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 4. de Simonia, c. 30. num. 19.*

Nec obſtat ſic permutanti nullam 972
fieri injuriam , cum ipſe ſciens alium beneficio carere , cedat beneficio , quod obtinere poterat : ob quam rationem Rebuffus *in Praxi beneficior. 3. part. tit. de Permutatione , num. 14.* ſentit hanc permutationem fieri poſſe. Non, inquam, obſtat ; quia ut benè Palaus , facta permutatione rei ad rem , poteſt unus ex permutantibus rei ſibi transferendæ cedere. At ſi de facto nulla eſt res , quæ transferatur, non celebrabit permutationem , ſed donationem. Non igitur permutatio eſſe poteſt beneficii realis ad beneficium fictum. Addit Palaus , & non minùs benè, Superiorem in hac parte non conſentire : ipſe enim reſignationi conſentit ex cauſa permutationis, quia ſic credit celebrari. Ergo non conſentit reſignationi in favorem, quæ re ipſa celebratur. Ergo illa reſignatio nulla eſt. Quod à fortiori procedit, ſi coram Ordinario fiat , ut conſtat ex conſtitutione Pii Quarti incipiente , *Ad cujus aures :* ubi has permutationes fictas , irritas eſſe declarat.

Paragraphus III.

Cujus authoritate beneficia ſint permutanda , & qui ea valeant permutare.

973. SUpponimus , beneficia propriâ ex authoritate permutari non poſſe à beneficiariis , quia id cavetur , & prohibetur ſtrictè in variis Canonici juris Canonibus, *in cap. Quæſitum , & cap. penult. de Rerum permutatione,*

& tradunt *ibi* Doctores: & *in cap. 1. eod. tit. in 6.* & *Clement. 1. eod.* etiam *tit.* & Caſtrus Palaus *part. 2. Summæ Moralis, tract. 13. diſp. 6. punct. 3. §. 3. num. 1.* & meritò hæc prohibitio, & cautio facta eſt, ob multa. *Primò*, ne Clerici avaritiæ, idolorum ſervituti, inſerviant. *Secundò*, ne de beneficiis ſacris, ſeu ſpiritualibus rebus, tanquam de profanis diſponant. *Tertiò*, ne Eccleſiæ damnum inferant, illi miniſtros deſignando ineptos, aut minùs utiles.

974. Et adeo eſt prohibita permutatio beneficiorum ex propria authoritate, ut ſic permutans, ſimoniam committat, & qui quodvis jus ſpirituale beneficia concernens permutaverit authoritate privata contra Eccleſiæ prohibitionem, *in cap. Cum olim, cap. Quæſitum, de rerum permutatione, cap. Majoribus, de præbend. & cap. ult. de Pactis.* Communis eſt Doctorum ſententia, quam tenet Palaus *ubi proximè, & part. 3. diſp. 3. de Simonia, punct. 15. num. 3.* & pro ea ſignanter allegat Rebuffum *in Praxi benefic. tit. de Permutat. n. 52.* Ugolinum *tabula 1. cap. 27.* Redoanum *tit. de Simonia, part. 3. cap. 3. & 13.* Suarez *tom. 1. de Religione, lib. 4. cap. 31. n. 8.* Valentiam *diſp. 6. quæſt. 26. punct. 3. verſ. An videtur.* Quibus addo Garciam *p. 11. c. 4. num. 57.* cum Abbate *in d. c. Quæſitum, num. 3.* Decio *conſ. 141. num. 1.* Navarro *in Man. c. 23. verſ. 3. quod*, Mandoſio *de Signatura gratiæ, tit. de Permutat. ad finem*, dicente, quod quælibet permutatio facta præter formam Juris, ſimoniaca eſt. Toleto *in Sum. lib. 5. c. 91.* Cechio *de benef. c. 2.* Leſſio *n. 100.* mox citando, Suarez *ubi ſuprà, c. 31. & 32.* Torre *tom. 2. quæſt. 100. art. 5. diſp. 7.* Addo & Azorium *p. 2. lib. 7. c. 29. quæſt. 3.* qui *verſ. Alii tamen*, aſſentit dicentibus eſſe ſimoniam de jure divino prohibitam, *Mathæi 16. Quod gratis, &c.* quia hæc permutatio non eſt contractus gratuitus. At (addit) ſi fit authoritate Superioris, non eſt ſimoniaca, quia Superior eam gratis facit, & nihil recipit. Sic Azor. Eſt igitur ſimoniaca ſi fiat authoritate privata. Eſto contrà teneant Gloſſa, & Innocentius *in cap. Quæſitum*, citatum, *de rerum permutat.* dicentes, præbendas ejuſdem Eccleſiæ, & ejuſdem rationis poſſe permutari privatim: ſed Hoſtienſis, Panormitanus & alii *ibi*, & Doctores ſupra citati non admittunt exceptionem: & meritò (ait Palaus *d. num. 3.*) quia jus non admittit, cùm prohibitio ſit generalis. Quod (addit ille) à fortiori procedit in caſu, quo permutatio fieret in manibus Superioris, & permutantes inter ſe convenirent de danda penſione ei, qui pinguius beneficium in alium reſignavit, aut permutavit. Allegat Valentiam *quæſt. 16. punct. 3. verſic. Tertio modo, pag. 1659.* Emmanuel. Roderiq. *in Sum. tom. 2. cap. 95. num. 6.* & Aragonum, penes eum, *quæſt. 100. art. 4. verſic. Eſt aliud dubium, concluſ. 3. pag. 1121.*

975. Ex qua concluſione infert Palaus, ſic permutantes nulliter permutare, & beneficium retinere non poſſe. Sic *d. punct. 15. num. 4.* cum Leſſio *de Juſt. lib. 2. cap. 35. dub. 17. num. 100.* & aliis multis, quos recenſet, & ſequitur Garcia *de benefic. p. 11. cap. 4. num. 56.* nimirum Petr. de Peruſio *2. p. n. 30. aliàs 51.* Decium *conſ. 210. n. 3.* Probum, ad Monachum, *in c. 2. de renunciat. in 6. num. 22.* Corraſium *de benefic. c. 9. num. 2. & 3.* Gimon. *in Enchirid. benefic. tit. 5. de Rerum permutat. cap. 2. num. 13.* Navarr. *conſ. 42. num. 1. de Simonia*, Ugolinum *de ſimonia, cap. 27. §. 2.* Leſſium *lib. 2. cap. 34. n. 196. & cap. 35. num. 100.* Azorium *d. lib. 7. cap. 29. q. 3. 4. & 18. & part. 3. lib. 12. cap. 12.* Suarez *d. lib. 4. cap. 32.* & Raphaëlem de la Torre *tom. 2. de Religione, quæſt. 100. art. 5. diſp. 8.* & alios, quid dicunt, id procedere non ſolum in beneficiis diverſarum Eccleſiarum, ſed etiam in præbendis ejuſdem Eccleſiæ. Mantica *de Tacitis, & ambiguis conventionibus, lib. 25. tit. 9. num. 65.* Hactenus Nicol. Garcia.

976. Quod ſi petas, eritne ſimonia privatim agere, & tractare partes de permutatione, ante conſenſum Superioris, etiam ſub onere penſionis, & ſe viciſſim obligare, ſub ea conditione, *Si Superior conſenſerit?* vel *Sub beneplacito Superioris?* Reſpondeo, ſimoniam non eſſe, nec illicitum, per ſe loquendo. Ratio eſt, quia nullibi invenitur mutuus conſenſus, & hæc obligatio prohibita. Nam *in cap. Quæſitum*, & aliis relatis, ſolum prohibetur permutatio ſine Superioris conſenſu. At obligatio iſta non eſt

permutatio

permutatio, ſed via ad illam: nec eſt pactio abſoluta de permutatione, ſed conditionata, quæ effectum non habet, quouſque Superior conſentiat. Ita docent Garcia *d. num.* 56. Caſtrus Palaus *d. punct.* 15. *num.* 2. cum Federico Senenſi *tract. de Permut. benefic. quæſt.* 38. *num.* 64. *&* 65. Cardinali *in d. cap. Quæſitum, quæſt.* 39. *num.* 23. Suarez *d. lib.* 4. *de Simonia, cap.* 3. *à num.* 7. Flamin. Pariſio *lib. de reſignat. benefic. quæſt.* 2. *à num.* 80. Valentia 2. 2. *diſp.* 6. *q.* 15. *punct.* 3. *verſic.* 4. *pag.* 1661. & cum Leſſio *d. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 15. *num.* 92. Ita etiam Azor *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 18. cum Gloſſa, Joanne Andrea, & Abbate *in d. cap. Quæſitum*, & Sylveſtro *verbo Permutatio* 2. *q.* 5. addente, poſſe permutationem concludere ſub expreſſa conditione, *Si Superiori placuerit:* quia talis, inquit, concluſio non eſt concluſio, cùm differatur uſque ad Superioris conſenſum: immò, inquit, ſi talis conditio non exprimeretur verbis, eſſet tamen in mente eorum, qui de permutatione tractant, non eſſet ſimonia coram Eccleſia, & in judicio forenſi, & humano. Quare ſi aliqua promiſſio, pactio, vel conventio in ipſa permutatione beneficiorum abſolutè & ſimpliciter intervenerit, ejus fieri mentio coram Romano Pontifice debet; quæ niſi fiat, ſimoniæ crimen contrahitur.

977. Quod autem commutatio beneficiorum, ex Superioris licentia, & authoritate facta, licita ſit, conſtat *ex cap. Inter, de Præbendis, cap. Quæſitum, cap. Cùm univerſorum, cap. Cùm olim, cap. Ad quæſtiones, de rerum permutatione, & cap. unico, eod. tit. in* 6. *& ex Clement.* 1. *d. tit.* Sed quis ſit hujuſmodi Superior, qui aſſentire permutationi valeat, ſub dubio eſt, an ſcilicet alter, quàm Epiſcopus, de quo habetur *in d. cap. Quæſitum, de permutat. & in c. Admonet* 4. *de renunciatione*, ubi requiri aſſenſum Epiſcopi affirmatur. Nomine autem Epiſcopi venit, qui habet juriſdictionem Epiſcopalem, etiamſi Epiſcopalem non habeat dignitatem, ut eſt Capitulum, Sede Epiſcopali vacante: ita Palaus *part.* 3. *diſp.* 3. *de Simonia, punct.* 15. *num.* 5. cum Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 32. *num.* 11. poſt Gloſſam *in d. Clement.* 1. *verbo Concedatur*, & Cardin. Zabarellam *quæſt.* 12. & Rotam *deciſ.* 5. *&* 6. *de Rerum permut. in novis.*

Hæc tamen doctrina limitatur ab 978.
eodem Palao *d. part.* 2. *diſp.* 5. §. 3. *n.* 5. *punct.* 3. ut procedat, ſi collatio beneficiorum permutandorum ad Capitulum pertineat. At ſi ſolius Epiſcopi electio, præſentatio, ſeu collatio ſit, nequaquam Capitulum poterit reſignationes ex cauſa permutationis admittere. Quia non poteſt admittere, niſi admittendo conditionem, ut compermutantibus conferantur; quod ſibi datum non eſt. Si tamen ad Epiſcopum, & Capitulum prædicta pertinerent, iſtud poterit, Sede vacante, aſſenſum præſtare, & ut Epiſcopus authorizare, cùm poſſit Capitulum in dicto caſu conferre, eligere, vel præſentare, *cap. unic. Ne Sede vacante, in* 6. Et ita firmat Garcia *d. cap.* 4. *num.* 75. ex dicta Gloſſa *in Clement.* 1. *verſ. Conferantur*, Card. *ibi, num.* 17. Rota *d. deciſ.* 6. *num.* 2. Felino *in cap. Cùm olim, de Majorit. & obed. num.* 3. *verſ. Ad* 3. Probo *in rubr. de Rerum permutat. in* 6. *num.* 4. Gambaro *in d. cap.* 1. *num.* 114. Corraſio *de Benefic.* 1. *part. cap.* 9. *à num.* 6. Puteo *deciſ.* 329. *lib.* 2. Cucho *Inſtit. Major. lib.* 2. *tit.* 9. *num.* 39. Cechio *de Benefic. cap.* 12. *num.* 2. *ſub verſ. Quinto loco.* Proſpero de Auguſt. *in Addit. ad Sum. Bullarii Quarantæ, verb. Capitulum Sede vacante, ſub num.* 1. *quæſt.* 9. *limitat.* 4. Sed adverte, quod ſi Epiſcopus admiſit reſignationem ex cauſa permutationis, de beneficiis ad ejus collationem tantùm ſpectantibus, & antequam conferret illa, decederet, poteſt Capitulum, Sede vacante, ſeu ejus Vicarius, illa compermutantibus conferre. Ita Garcia *num.* 81. ex Millis *in Repertorio, verbo Capitulum, vacante Sede*; & Palaus *d. diſp.* 5. *part.* 3. §. 3. *num.* 5. Et ratio eſt, quia admiſſa beneficiorum reſignatione, eorum collatio eſt neceſſaria, *cap. unic. de Rerum permut. in* 6. *& Clement.* 1. *eod. tit.* Sed Capitulum Epiſcopo ſuccedit in his, quæ ſunt neceſſitatis, & obligationis, uti iidem dicunt Authores. Ergo ſuccedit in facultate conferendi beneficia, quorum reſignationes cauſa permutationis, ab Epiſcopo, qui deceſſit, jam fuerant admiſſæ.

Eandem authoritatem admittendi 979.
reſig

reſignationes beneficiorum ex cauſa permutationis, & illa conferendi, habent Prælati Epiſcopo Superiores, Papa ſcilicet, Patriarcha, vel Primas, & Archiepiſcopus, & etiam alii Ordinarii Collatores. Azorius *d. part. 1. lib. 7. c. 29. q. 4.* dicens: Quartò quæritur, cujus Superioris authoritate permutentur beneficia? Reſpondeo ex his, quæ tradunt Innocentius *in cap. Quæſitum, de rerum permutat.* & Gloſſa *Clement. 1. eodem tit.* permutari, vel Romani Pontificis, vel Ordinarii authoritate. Ordinarii autem appellatione intelligitur Epiſcopus, & eo ſuperior: omnis item Prælatus, qui jus habet conferendi, & à beneficio quoque Clericos amovendi, ſunt Abbates, & alii Prælati Epiſcopis inferiores, qui Epiſcopalem juriſdictionem conſuetudine, vel privilegio habent, & nulli ſunt Epiſcopo proximè ſubjecti. Sic Panormit. *in cap. Quæſitum, de rerum permut. num. 4.* & *in cap. Ex injuncto, de Hæreticis.* Hæc Azorius.

980. Difficultas autem eſt de Prælato non habente juriſdictionem Epiſcopalem, pertinente tamen ad ſe ipſum collatione beneficiorum, an inquam ejus approbatio, & aſſenſus ſufficiat ad permutationem illorum faciendam, abſque omni alio Papæ, vel Epiſcopi? Reſpondet Palaus *d. diſp. 3. de Simonia, punct. 15. num. 6.* quod ſi hujuſmodi Prælatus habeat præſcriptam conſuetudinem approbandi permutationes, nemini eſt dubium, ſufficere; cùm ratione conſuetudinis jus acquirat, ut ex Rebuffo, & Gloſſa notavit Suarez *ſuprà* (*de Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 32. num. 11.*) & Leſſius *lib. 2. cap. 34. dub. 36. num. 196.* Si verò non habeat hanc conſuetudinem, eſto ad ipſum pertineat collatio, ſeu inſtitutio beneficiorum, non ſufficit ad permutationes approbandas. Ita Suarez *num. 14.* dicens eſſe communem ſententiam, & in praxi ſequendam. Nihilominus tamen ſufficere hujuſmodi approbationem, neque requiri conſenſum Epiſcopi (ait Palaus) tenet expreſſe Angelus verbo *Permutatio, num. 5.* Sylveſter verbo *Permutatio 2. quæſt. 2.* Sotus (*de Juſtitia, & Jure*) *lib. 9. quæſt. 5. art. 2.* (*verſic. Ejuſdem autem Simoniæ exemplum*, ibi: *Niſi ſolus Pontifex, & Epiſcopus, aut Prælati, quorum eſt Sacerdotia conferre,*) & *q. 7. art. 2.* (*concl. 1.* ibi: *Nam cùm nemo poſſit præbendam dimittere, niſi in manibus Prælati, cujus eſt conferre, neque authoritate privata alteri conferre:*) & ut probabile defendit Suarez *ſuprà*, & verè eſt, & videtur probari *ex cap. unico de rerum permutat. in 6.* ubi approbatio, & conſenſus requiritur in permutatione beneficiorum, quæ ipſe conferre poteſt, non in aliis; dicitur enim ibi, *Qui ſecundum formam juris ſua beneficia in eadem diœceſi ad tuam collationem ſpectantia permutare volentes, liberè, & ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignant.* Ergo quæ ad collationem Epiſcopi non pertinent, non debent in manibus Epiſcopi reſignari. Ratio verò eſt, quia conſenſus Epiſcopi in permutationibus ideo ſpectatur, quia ſine illo nec renunciatio beneficii, nec alterius obtentio fieri poteſt. Cum ergo poſſit abſolutè beneficium reſignari, aliudque de novo obtineri ſine Epiſcopi conſenſu, quando ad illum collatio, ſeu inſtitutio non ſpectat, non eſt cur diamus eſſe neceſſarium ejus conſenſum. Et tandem, quia ille Prælatus, ad quem collatio beneficiorum ſpectat, habet in hac parte juriſdictionem Epiſcopalem; ſiquidem beneficiorum collatio propria eſt Epiſcopi, *cap. Omnes Eccleſiæ, 19. quæſt. 7.* Ergo, quoad tales actus, rectè comprehendi poteſt ſub nomine Epiſcopi. Coram iis ergo, qui poſſunt beneficiorum permutationes approbare, poteſt fieri permutatio in ſingulis menſibus. Ita Federicus Senenſis *in tract. de Permutat. beneficior. num. 30. cum ſeq.* Cotta *deciſ. 1. num. 7. & per totam, de rerum permutat. in novis*, Rebuffus *in Praxi, tit. de permutat. benefic. num. 36.* Fuſchus *in tract. de Viſitationibus, cap. 38. num. 32.* Hieronym. Gonzalez cum aliis, *ſuper regulam 8. Cancellariæ, gloſſa 14. num. 33.* Hucuſque Palaus.

981. Difficultas etiam de Vicario Generali Epiſcopi eſt, an approbare poſſit reſignationes beneficiorum, cauſa permutationis factas? Ratio dubitandi eſt, quia ſine ſpeciali mandato conferre non poteſt beneficia: cum autem non poſſit conſenſum permutationi beneficiorum præſtare, qui illa conferre non poſſit; ideo

ideo videtur Vicarium non poſſe approbare beneficiorum permutationes, & eorum reſignationes. Et quidem ita eſt, ſi non habet ſpeciale mandatum, conferre beneficia non poſſe, per textum *in cap. Quæſitum, de Rerum permut.* id docent Rebuffus *in Praxi, tit. de Vicario, num.*104. Azorius *part.*1. *lib.*7. *cap.* 29. *ſub quæſt.*4. *verſic. Dubitatur*, cum communi, teſte Federico *tract. de Permutat. benefic. q.*26. Petro de Ubaldis *eod. tract. q.*4. & Ægidio *quæſt.* 3. Nicolaus Garcia *de Benefic. part.*11. *cap.*4. *num.*74. cum Bellamera *part.*1. *quæſt.*3. Gambara *in cap.*1. *de Rerum permut. num.*116. Gimon. *in Enchirid. benefic. tit.*5. *cap.*2. *n.*17. *& ſeq.* Roffin. *de Benefic. cap.*10. *num.*8. *& cap.*31. *num.*5. & Cechio *de Benefic. & penſionib. cap.*10. *num.*2. & Palaus *part.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct.*3. *§.*3. *num.*3.

982. Sed dato ſpeciali mandato ad admittendas reſignationes cauſa permutationis, dubitatur, an dictus Vicarius conferre valeat dicta beneficia, quorum reſignationes approbavit? Rebuffus *ubi proximè, & num.*106. & Sbroz. *lib.*2. *quæſt.*71. *num.*9. quos recenſet, & ſequitur Barboſa *allegat.*54. *num.*68. negant, eo quòd, ut dictum eſt, in beneficiorum collatione requiritur ſpeciale mandatum: & eo quòd reſignatio beneficii, quid diſtinctum ſit à beneficii collatione. Contrarium tamen verius exiſtimat Palaus *loco cit. num.* 4. nam licèt ſint diſtincta, ſunt tamen omnino connexa: cum enim beneficium reſignas ex cauſa permutationis, ea conditione reſignas, ut compermutanti concedatur. Superior igitur admittens hanc reſignationem, eo ipſo admittit conditionem: quomodo ergo illam admittere poteſt, ſi poteſtatem non habet ea conferendi, vel ſaltem obligandi collatorem ut conferat? Ita Palaus. Et certè ratione dictæ connexionis, & obligationis ortæ ex acceptatione reſignationis, cenſetur conceſſum ſpeciale mandatum ad conferendum, conceſſo ſpeciali mandato ad admittendas reſignationes. Uno enim conceſſo, omnia ad illud neceſſaria, & utilia conceduntur. Axioma Juris eſt, *ex l.*2. *ff. de juriſd. omnium judic. l. Ad rem mobilem, §. Qui procuratorem, ff. de Procuratorib. l.*1. *§.*1. *ff. Si uſusfructus petatur, l.*3. *§. Qui jubet, ff. de ſervit. ruſticorum prædiorum, l.*1. *ff. Pro ſocio, l.*1. *§. fin. ff. de Offic. ejus cui mandata eſt juriſdictio, l. tribus, & ibi* Gloſſa 2. *ff. de legat.*3. *§. Minorem, Inſtitut. de Actionib. cap. Præterea, de offic. delegati.* Quod axioma latè, pluribus allegatis Doctoribus, exornat Barboſa *axiomate* 156. & ego ipſe *tom.*4. *Commentariorum ad conſtit.*1. *num.*26. ubi, quod in unius actus conceſſione omnia ea veniunt, quæ faciliorem, & commodiorem executionem actui præſtant. Baldus *in l.*2. *verſ. Tu dic pleniùs, ante num.*1. *ff. de juriſdict. omnium judic. citata*, ubi Curtius Junior *à num.*2. Alciatus *num.*1. Decius *num.*6. Joan. Bolog. *à num.* 18. Menochius *conſil.*14. *n.*8. ex eodem Baldo, per textum ibi, *in cap. ult. num.*4. *de dolo & contum.* ubi docet, quod habens mandatum ad neceſſaria, videtur etiam illud habere ad utilia.

Ultima difficultas hîc occurrens eſt, 983.
quis Prælatus debeat aſſenſum permutationi beneficiorum præſtare, ſi unum eorum in una diœceſi ſit, & alterum in alia? Reſpondeo utriuſquo Ordinarii approbationem, & conſenſum requiri. Ita Azorius *p.* 2. *lib.*7. *cap.* 29. *quæſt.* 8. qui dicit eſſe communem opinionem, & *cap.* 3. *quæſt.* 1. quò loci idem ait, quod Gloſſa *verb. Collationem, in cap. unico de Rerum permutat. in* 6. licèt illius mentionem non faciat. Gloſſa igitur, quam Garcia *p.*11. *cap.*4. *num.* 66. ait eſſe communiter approbatam, & ſequutam à Bellamera *tract. de Permutat. part.*1. *quæſt.*5. *& part.* 5. *quæſt.* 3. à P. Peruſio 2. *part. ſub ult. quæſt. n.*27. *aliàs* 50. *& p.*4. *quæſt.*1. *num.*43. Gambaro *in d. cap.* 1. *de Rerum permutat. num.*133. *& ſeq.* Rebuffo *in Praxi, tit. de Permutat. num.* 36. *& de nova proviſione, num.*34. Gimon. *d. tit.* 5. *cap.*2. *num.*21. *& cap.*8. *à num.* 2. & Roffin. *de Benefic. cap.* 34. *ad finem.* Gloſſa, inquam, ſic ait: *Quid, ſi pertinent ad collationem ſui, & alterius, vel ſint illæ in diverſis Diœceſibus?* Et dato reſponſo ad primum, ad ſecundum ita reſpondet: *In ſecundo caſu fiet* (reſignatio ſcilicet) *in manibus utriuſque libera reſignatio: vel quilibet in manibus ſui Epiſcopi: vel alter alteri committet: quod melius videtur.* Palaus etiam *part.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6.

punct. 3. §. 3. *num.* 7. ſentit utrumque Prælatum aſſenſum præſtare debere. Et quod præfati DD. dicunt de beneficiis in diœceſibus diverſis exiſtentibus, dico ego de beneficiis, quorum collatio ad diverſos Prælatos, intra eandem etiam diœceſim pertineat, cùm eadem in utroque caſu ratio vigeat. Hactenus egimus de Prælatis, qui valeant permutationibus beneficiorum aſſenſum præbere: dicamus jam aliquid de illis, qui permutare ea poſſint, & qui permutare non valeant.

984. In primis nemo permutare poteſt beneficium, quod ſuum non eſt; ſolum enim permutatio fieri poteſt de beneficiis propriis, *cap.* 1. *de rerum permutat.* ubi Dominicus *ex n.* 5. Francus *n.* 1. *&* 15. & alii. Bonifac. *in Clement.* 1. *cod. tit. ex num.* 70. Federicus *tract. de rerum permutat. quæſt.* 15. Bellamera *in ſimili tract. p.* 2. *quæſt.* 1. Petr. de Peruſio *part.* 1. *num.* 1. *&* 2. Felinus *in cap. Ad audientiam* 2. *de reſcript. num.* 11. Corraſius *de benefic. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 2. Gimon. *in Enchirid. beneficior. tit.* 5. *cap.* 2. *num.* 5. *& cap.* 5. *n.* 1. Roffin. *de benefic. cap.* 35. Navarr. *in Manual. cap.* 23. *num.* 100. *verſic.* 3. *quod, & conſ.* 43. *de Simonia, num.* 2. Ugolinus *de Simonia, tabula* 1. *cap.* 27. §. 1. *num.* 5. Cechius *Inſtit. major. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. Card. Mantica *de Tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 25. *tit.* 9. *à num.* 2. quos recenſet, & ſequitur Garcia *p.* 11. *cap.* 4. *num.* 16. & Palaus *p.* 3. *diſp.* 3. *punct.* 15. *num.* 18.

985. Neque qui ſolùm habet jus ad beneficium, illud permutare poteſt. Nicol. Delphinas *de Iurepatr. lib.* 2. *quæſt.* 21. *num.* 156. Flamin. Pariſius *lib.* 2. *quæſt.* 21. *&* 23. Zerola *in Praxi Epiſc. part.* 2. verbo *Renunciatio*, §. 1. Cechius *ubi proximè*, Raphaël de la Torre *tom.* 2. *de Relig. quæſt.* 100. *art.* 5. *diſp.* 7. Quos ſequitur Garcia *num.* 17. quò loci addit, Gambarum *in rubr. de rerum permutat. in* 6. *n.* 8. & *in d. cap.* 1. *num.* 42. docere contrarium ſuſtineri poſſe, ſed ejus opinionem communiter reprobari, ſecundum Pariſium *d. quæſt.* 23. *num.* 15. Similiter addit, Leſſium *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 199. putare has permutationes irritas non eſſe, ſi Prælatus illas admittat: item addit, Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 31. *num.* 19. concludere, poſſe has permutationes fieri in Prælati manibus, ſi aliàs habentes talia jura, habeant facultatem ea transferendi in alios. Sed quod hæc jura permutari non poſſint, præter ſuprà allegatos Doctores, ſuſtinet Azorius *d. cap.* 29. *quæſt.* 22. & Caſtrus Palaus *d. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 3. *n.* 8. *&* 3. *p. punct.* 15. *citato, num.* 9. Idem Azorius *cad. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *quæſt.* 8.

Qui beneficium habet, non poteſt 986.
illud permutare coram Ordinario, pro penſione, nec coram eo poteſt permutari penſio pro penſione, tametſi compermutantes poteſtatem habeant illas in alios transferendi. Ratio eſt, quia Ordinariis ſolum permittitur, & conceditur, ut aſſenſum permutationibus beneficiorum præſtare valeant; non autem penſionibus, quæ propriè beneficia non ſunt. Ita Azorius *part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *quæſt.* 8. cum Gigas *de Penſionibus, q.* 33. Cardinali, Imola, Felino, & communi. Garcia *d. cap.* 4. *num.* 18. cum Suarez *d. lib.* 4. *cap.* 33. Torre *loco cit. diſp.* 9. & Ugolino *de Offic. Epiſc. cap.* 50. §. 10. *num.* 4. Et Palaus *d. n.* 8.

Permutare non poſſunt coram Or- 987.
dinario, qui beneficia inæqualia habent, compenſando inæqualitatem fructuum, & proventuum, pecunia, vel penſione, abſque ſimoniæ labe: bene tamen coram Papa. Primum patet, quia Ordinarius minimè poteſt ſeparare jus fructuum à titulo beneficii; Papa verò bene poteſt unum ab alio ſeparare: ex quo provenit, poſſe Papam concedere habenti jus fructuum, ut ratione illius aliquid recipiat, vel in pecunia, vel in penſione; è contra verò Ordinarius, quia non valet fructus à titulo ſpirituali ſeparare: unde titulo tranſlato, jus ad fructus neceſſariò transfertur. Si ergo pro hoc jure conſentiret Ordinarius pretium exigi, & eſſet injuſtum, & ſimoniacum. Sic Palaus *part.* 3. *diſp.* 3. *de Simonia, punct.* 16. *n.* 1. cum Gloſſa *in cap. Cum pridem, de Pactis.* Leſſio *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 17. *num.* 104. §. *Ad hoc*, & cum Suarez *tom.* 1. *de Religion. lib.* 4. *cap.* 34. *à n.* 10.

Neque obſtat *cap. Ad quæſtiones, de* 988.
Rerum permutat. ubi Papa approbavit commutationem factam unius Eccleſiæ parochialis, & illius poſſeſſionis, cum alia Eccleſia, & illius poſſeſſionibus

nibus, compenſata inæqualitate poſſeſſionum; ſic tamen ut illi contractus nequaquam ſibi invicem miſceantur. Nam, ut ait Garcia cum Suarez, poſſeſſiones illæ Eccleſiarum merè temporales erant, & ſub dominio temporali Eccleſiarum ipſarum. Quapropter permutatio illarum prohibita non erat, imò potiùs conceſſa, ut notat Gloſſa. Ergo poterat in hac permutatione compenſari inæqualitas poſſeſſionum, data certa pecuniæ quantitate. In permutatione verò beneficii, & fructuum, qui ei ſunt annexi ratione tituli ſpiritualis, quales ſunt decimæ, primitiæ, & oblationes, non poteſt inæqualitas horum fructuum compenſari pecuniâ, ex conſenſu Ordinarii: nec de hoc caſu loquitur *d. Decretalis Ad quæſtiones.*

989. Difficultas autem eſt, an ex conſenſu Ordinarii poſſit per impoſitionem penſionis compenſari inæqualitas fructuum ſpiritualium, nempe decimarum, primitiarum, & oblationum? Exempli gratiâ eſt permutatio de beneficio tenui cum pingui facienda, poteritne ex Ordinarii conſenſu, beneficio pinguiori aliqua penſio imponi, & ſic permutatio concludi? Duplex eſt in hoc caſu ſententia. Affirmativam fovent apud Palaum, Gigas *de Penſionibus*, *quæſt.* 6. referens Oldradum, Felinum, Antonium Butrium, Innocentium, Imolam, Ancharanum, Decium, & Caccialupum. Zerola *in Praxi Epiſc. 2. p. verbo Penſio*, *num.* 1. cum Paulo Romano *tract. de Penſionib. cap.* 15. *num.* 10. *& cap.* 1. §. *Redeundo*, *num.* 5. Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ*, *gloſſa* 5. *num.* 27. quatenus docent, quod Ordinarius, juſta cauſa intercedente, penſionem imponere valeat. Sed in tali permutatione, ob inæqualitatem fructuum compenſandam, juſta intervenit cauſa, ut dicit Leſſius *de juſt. lib.* 2. *c.* 34. *dub.* 38. *num.* 205. *verſic. Tertiò.* Ergo authoritate Ordinarii fieri poteſt hæc permutatio, penſione impoſita. Et ita in propriis terminis docent (ait Palaus) Navarrus *conſ.* 43. *de Simonia*, *num.* 4. Joan. Nicol. Delphinas *de jurepatr. lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 161. & Gonzalez, aliis citatis *ſuprà*, *&* §. 14. *num.* 38.

990. Negativa verò ſententia communior eſt, & in praxi magis recepta, authoritate ſcilicet Ordinarii in permutatione beneficiorum penſionem imponi non poſſe ſuper beneficium pingue. Illam ſequitur Palaus *part.* 3. *diſp.* 3. *punct.* 16. *num.* 3. cum Suar. *d. lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 16. Valent. *diſp.* 6. *quæſt.* 16. *punct.* 3. *in fine*, Roderiquez *in Sum. tom.* 2. *cap.* 65. *num.* 6. Aragono 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 4. *verſ. Eſt aliud*, *pag.* 1122. Ita etiam tenet Garcia *de benefic. part.* 1. *cap.* 5. *à num.* 340. ubi dicto *in num. præcedenti*, quod ex juſtis, & rationabilibus cauſis, quæ evidentem Eccleſiæ utilitatem importent, poſſit Epiſcopus penſionem imponere, quæ tranſeat ad ſucceſſores pro vita penſionarii, Felin. *in cap. Ad audientiam* 2. *num.* 2. Gigas *quæſt.* 6. & Cuchus *Inſtitut. major. lib.* 2. *tit.* 8. §. *Ante omnia*, ſequentia immediatè ſubjungit.

Advertendum eſt autem, quod inferiores Papâ non poſſunt imponere penſiones, ubi intervenit aliqua conventio inter partes. De ea *d. cap. Niſi eſſent* (*de Præbendis*,) ibi: *Non quidem ex pactione partium.* Rebuffus *de pacificis poſſeſſorib. num.* 122. *aliàs* 105. & *in d. repetitione* §. *Qui verò*, 6. *notabili*, *circa materiam penſionis.* Cuchus *d. tit.* 8. §. *Illa quoque*, & *ibi additio.* Redoanus *de Simonia*, 2. *p. c.* 14. *in fine*, *& cap.* 22. & Camillus Cautius *d. tract.* (*de Penſione Epiſcopali*,) *n.* 5. Et ſi coram eis non poteſt fieri reſignatio, ſeu ceſſio, reſervata penſione, ſicut nec in favorem, ſecundum allegatos, & Corraſium (*de Benefic.*) 1. *p. cap.* 8. *num.* 13. Boërium *deciſ.* 2. *num.* 45. qui dicit, quod ad ſolum Papam ſpectat admittere reſignationem cum penſione, & Gambarum *ſuprà*, *num.* 163. *&* 618. Petrum Gregorium *de Benefic. cap.* 29. *num.* 1. Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 7. *q.* 13. *num.* 17. *& lib.* 8. *quæſt.* 7. *ex n.* 11. Ugolinum *de ſimonia*, *tabula* 1. *de ſimon. gratiæ*, *cap.* 28. §. 3. *num.* 1. *&* 2. *& cap.* 3. §. 4. *num.* 5. *& de Offic. Epiſc. cap.* 14. §. 3. *verſic.* 2. *& cap.* 50. §. 18. *num.* 1. 5. *&* 6. Leonem (*in Theſauro fori Eccleſ.*) *d. cap.* 22. *num.* 29. Coſm. Philiarchum *de Officio Sacerdotis*, 2. *part. cap.* 65. *caſu* 2. Zechium *d. cap.* 11. *num.* 5. Leſſium *lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 91. & Suarez (*tom.* 1. *de Religione*) *d. lib.* 4. *cap.* 35. *n.* 21. quidquid ſentiat Gigas *conſ.* 155. 991.

ſeu

ſeu *reſponſo* 44. *de Penſionibus.* Et quanvis contrarium videatur velle Rebuffus *in Praxi, tit. de reſignatione conditionali, num.* 12. *&* 13. quem ſequitur Leſſius *ibi*, niſi intelligatur de Legato habente ſpecialem facultatem recipiendi reſignationes cum penſione, de qua Flam. Pariſius *d. quæſt.* 13. *n.* 14. & habetur in facultatibus Cardinalis Aldobrandini, ad Regnum Poloniæ Legati, poſtea Sanctiſſimi Clementis Octavi, *in Conſtitut.* 35. & Sixti V. & ita intelligit Suarez *d. cap.* 35. *num.* 21. exiſtimans id, quod ait Rebuffus, Legatum Papæ poſſe hanc penſionem imponere, pendere ex facto, & commiſſione illi facta: nam quod jure ordinario hoc habeat, ſibi non conſtat.

992. Quin immò, non ſolùm ab ipſis partibus, ſed nec à compromiſſariis conventio de penſione reſervanda initium habere debet, ſed à Superioris authoritate, ut fuit reſolutum *in una Calagurritana penſionis, 29. Maii 1595. coram D. Penia*, ut in deciſione ſequenti, pro qua facit *cap.* 2. *de Arbitris.*

Orta lite anno 1581. *inter Ioannem Baptiſtam Baſave, & Ioannem de Ayo, & Thomam de Calleiam ſuper dimidia portione vacante in Eccleſia Parochiali oppidi de Victoria, ad eam dirimendam in quoſdam arbitros compromiſerunt, qui paulò poſt de licentia Ordinarii, & ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ pronunciarunt, quod ſi Ioanni de Ayo à Proviſore Calagurritano dicta portio adjudicaretur, ille loco annuæ penſionis octo tritici fanecas Ioanni Baptiſtæ quolibet anno perſolvere teneretur: Cæterum quia licet Proviſor Ioanni de Ayo portionem adjudicaſſet, ille penſionem prædictam ſolvere recuſavit: Dubitavi an fuiſſet validè reſervata, ita ut Ioannes teneretur ad illius ſolutionem, vel conſtituere procuratorem ad conſentiendum illius reſervationi, vel lis, & cauſa reſtituenda foret in priſtinum ſtatum. Et ſolo Ioanne Baptiſta, qui ſibi penſionem deberi prætendebat, informante: Rota cenſuit penſionem non fuiſſe validè reſervatam, quia non fuit conſtituta ab Epiſcopo, nec de ejus conſenſu ex cauſa rationabili, ſicut requiritur in caſibus in quibus poſſunt Epiſcopi penſionem validè reſervare, ut fuit deciſum in illa Milevitana Canonicatus, 6. Martii proximè præteriti, coram D. Millino*, ad Felinum *in cap. Ad audientiam* 2. *num.* 2. *& ſeq. de Reſcript.* & Gigam *de Penſionib. quæſt.* 6. *num.* 2. *quare ut amicabilis compoſitio valeat, & partes à vitio ſimoniæ excuſentur, conventio de penſione reſervanda, à Superioris authoritate, non ab ipſis partibus, vel à compromiſſariis initium habere debet*, Anania *in cap. Audivimus, n.* 3. *de Colluſione detegenda. Rurſus cum Arbitri ſub conditione Apoſtolici beneplaciti reſervaverint, nec fuit valida reſervatio, nec Ioannes Ayo ad penſionis ſolutionem tenebatur ante adimpletam conditionem: nam conditio non purificata nihil ponit in eſſe, l. ejus qui in Provincia, ff. ſi certum petatur, ex l. Thais, §. Stichus, ff. de Fideicommiſſariis libertatibus.* Ruinus *conſ.* 181. *num.* 2. *lib.* 1. *Et ex hoc dicebant aliqui ex Dominis, ceſſare difficultatem, & ut non foret neceſſarium diſputare, an Ordinarius ex bono pacis uni conferendo beneficium, poſſit penſionem alteri reſervare. Quantum ad ſecundum, negativè etiam reſponſum fuit, videlicet non teneri Ioannem de Ayo conſtituere procuratorem ad conſentiendum reſervationi penſionis: tum, quia re adhuc integra, potuit pœnitere.* Creſcentius *deciſ.* 5. *de Procuratoribus: tum etiam, quia in compromiſſo non ſe obligaverat ad petendam confirmationem, vel conſtituendum procuratorem ad conſentiendum penſioni, quam compromiſſarii excogitaverant; unde conſtringebatur vigore juramenti.* Capella Toloſana *deciſ.* 261. *Quoad tertium, Rota affirmativè reſpondit, Ioannem de Baſave ad priſtinum ſtatum redire, & de Iuribus ſuis experiri poſſe, cùm non aliter concordiæ viſus fuerit conſenſiſſe, niſi ſibi fuiſſet penſio validè reſervata: qua deficiente, defuit ejus conſenſus, & ceſſio litis non videtur aliter facta.*

Ex quibus convincitur (proſequitur Garcia *n.* 144.) primò, dictum Navarri *conſ.* 43. *de Simonia, n.* 4. quod in permutatione beneficiorum potuit penſio imponi ab Ordinario ad coæquandos fructus uniuſcujuſque beneficii permutati, in caſu illius conſilii, in quo intervenit pactio de ea inter partes, quod etiam tenet Joan. Nicol. Delphinas *de Iurepatr. lib.* 2. *quæſt.* 18. *num.* 161. & videntur tenere Cajetanus 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 4. & Valentia 3. *tom.* 2. 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 16. *punct.* 3. & Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 205. *verſ.* 3. 993.

&

& cap.35. num.101. & ſeq. (ubi tamen videtur requirere authoritatem Papæ) & noviſſimè tenet Leo *d.cap.22. num.27.* & Piaſecius *in Praxi Epiſc. part. 2. cap. 5. n.25.* cujus contrarium tenet Ugolinus *ſuprà, cap.27. §.1.n.3.* Philiarchus *d.cap.3.* Corradus *in Reſponſ. Caſuum conſcientiæ, quæſt.42. in Additione, pag.88.* & Zechius *d.c.11. num.5. & cap.10.n.2. verſ.11.* & Ludovic.Carbo *de reſtitut. quæſt.60.d.17.* qui ait, quod in permutatione, quando beneficia eſſent imparia, liceret per penſionis ſolutionem conſtituere æqualitatem : verùm, cùm permutatio fit authoritate Ordinarii, non poteſt conſtitui penſio, aut reſervatio fructuum, ſine authoritate Papæ, ut habet ſtylus Curiæ, &c. & videtur tenere Azor. *2.part.lib. 7.cap.29. q.15.* & noviſſimè tenet Suarez *d. tract. de Relig. lib.4. cap.34. num.16.*

994. Nec pro Navarro facit textus, in quo fundatur, *in cap. Adquæſtiones, de Rerum permutat.* quem rectè explicant Covarr. *lib. 1. variarum, cap. 5. num.9.* poſt Adrianum *quodlib.9.ad 5.* & Corradus *ſuprà*, & Suarez *d.n.16.* Nec favent Navarro Anchar.*conſ.279.* & Felinus *in cap. Quia veriſimile, num. 1. de Præſumptionib.* Ex quibus malè etiam ait ipſe Navarrus *in Man. cap.23.num.100.verſic.3.* quod in permutatione beneficiorum inæqualium poteſt authoritate Superioris refundi pecunia ad illa æquanda : quod tenet Joan. Nicolaus Cajetanus, & Valentia *ubi proximè*, & Leſſius, ſed contrarium tenet Corradus *ibi.* Quia expreſsè loquuntur, ceſſante pacto, & quando ex officio Epiſcopi imponitur penſio. Gigas *quæſt.6. num.2.* & Gonzalez *gloſſa 14. num. 38.* latè Suarez *d.cap.34.*

995. Secundò convincitur, quod ait Ugolinus *ſuprà, cap. 29. §. 3. num. 2.* poſſe Judicem pro bono pacis penſionem imponere, & conventionem probare, etiamſi partes inter ſe conveniſſent, modò is apud quem remanet beneficium, jus haberet in eo : & quod & ait Leo *d.cap.22.n.28.* poſſe Epiſcopum penſionem reſervare, pro bono pacis, ad extingendam litem, &c. & quod ait Suarez *d.lib.4.cap.51. num.20.* poſſe Epiſcopum ad petitionem partium, & earum conventione præcedente, approbare concordiam, ſeu tranſactionem ſuper beneficio litigioſo, cum onere penſionis ſpiritualis, id eſt, quæ datur Clerico, ut Clerico, &c. & ſequitur Torre *d. quæſt.100. art.5. diſp.12.*

Et quod Rota *deciſ.519. part.1. di-* 996.
verſorum, ait, poſſe Ordinarium ex cauſa litis, & ceſſionis penſionem imponere, accipiendum eſt juxta doctrinam Abbatis *in cap. Cùm pridem, de Pactis, num. 8.* cum aliis per Gigantem *quæſt. 6.* quam allegat quando id faceret ex officio, uti compromiſſarius, & non ex conventione partium, ut *in d. cap. Niſi eſſent :* & ita etiam colligitur ex deciſione *in eadem cauſa facta, ult. Februarii* 1578. ibi allegata, & poſita per Farinacium *deciſ. 13.* ubi dicitur, quod concordia fuit tractata per Epiſcopum, coram quo lis agebatur, ad quam acceptandam pars dedit mandatum, &c. & ita etiam accipiendus erit Gonzalez *gloſſa 5. num.27.*

Unde etiam infertur, doctrinam 997.
Collectarii, quem refert, & ſequitur Hieronymus Paulus *in Practica Cancellariæ, verſic. Super beneficio poteſt tranſigi*, & Sarnenſ. *in Regula de Annali, quæſt. 2.* Pechius *in Regula Beneficium, in 6. num. 28. ad principium*, & Redoanus *de Simonia, 2. p. 2.cap. num.14. & cap.3. num. 23.* ſcilicet, in beneficialibus licitè aliquid dare ratione expenſarum, ut à litè recedatur, & pro concordia, non eſſe ſimoniacum, non eſſe veram, *cap. Cùm pridem, de Pactis.* Gloſſa *in cap. Super hoc, de renunciatione, verbo Pecuniæ*, Abbas *in d. cap. Niſi eſſent, num. 5.* Coſmas *in Pragmatica ſanctione, tit. de Annatis, §. 1. verbo Litterarum*, Mohedanus *deciſ. ult. de Simonia, aliàs 332.* Philiarc. *part.2.lib.6.cap.11. circa finem.* Summa Corona 3. *part. tract. de Simonia, num. 34.* Corradus *ſuprà, quæſt.43.* Petr. Ledeſma *2.part. Sum. tract. 12. circa 28. concluſionem, pag.1359.* etiamſi fiat authoritate Superioris, ſi præcedit pactio, ſeu conventio inter partes, ex dictis, & Rebuff. *in Praxi, tit. de Permutat. n.47.* & tenet Petr. Gregorius *de Benefic. cap.41.num.2.* & Zerola *in Praxi Epiſcopali, 1. p. verbo Simonia, dub. 1. 2. & 3.* & facit *d. cap. Cùm pridem*, & ſentit Suarez *d.cap.51. num.19. & 21.* & Torre *d. diſp. 12.* & ſolùm poſſet

procedere ubi Judex, in quem fortè partes liberè compromittunt, aut cujus ordinationi, & compoſitioni partes præſtant aſſenſum, ex officio id provideret. Abbas *in d. c. Cum pridem, num.* 8. & *in c.* 3. *de Tranſactionibus, num.* 5. *&* 6. & *in d. c. Niſi eſſent, num.* 8. *&* 9. Coſmas, & Philiarch. *ſuprà*, & Suarez, & Torre, & Ugolinus *d. c.* 29. §. 1. *num.* 2. Quamvis poſtea ibi dicat idem, ſi partes inter ſe convenirent, & deinceps Judex conventionem probaret, ut ſentit Navarrus *conſ.* 46. *de Simonia*, modò is apud quem remanet beneficium, jus haberet in eo, *ut ſuprà, num.* 348. & quamvis etiam Torre *ibi* dicat, quod ſi conventio inter litigantes antecedit, debet à Prælato reprobari, & habet ſpeciem ſimoniæ, *ex d. cap. Cum pridem:* at verò ſi ipſe Prælatus judicaverit talem pactionem convenire, poterit ſuo conſenſu firmare: nam ſi conventio eſt illicita, & habens ſpeciem ſimoniæ, non poteſt à Prælato firmari, ſeu approbari. Facit deciſio *in cauſa Calagurritana integræ portionis*, 8. *Octobris* 1574. *coram Illuſtriſſimo Seraphino*, in qua fuit reſolutum, *Simoniam puram effici, cùm non obſtante reſervatione beneplaciti Papæ, deventum eſt ad executionem conventionis.* Mohedanus *deciſ.* 167. Cotta 238. Rota 673. *lib.* 3. *p.* 3. *diverſor. Nec etiam poſſe tranſigi reſpectu boni pacis, cùm agitur de jure acquirendo, non autem de acquiſito.* Quamvis Rota *in Lucenſi Sarzanenſi Confidentiæ*, 9. *Junii* 1600. *coram Illuſtriſſimo Pamphilio*, apud Farinacium *deciſ.* 135. *num.* 4. *&* 5. dicat cum Sarnenſi & Ugolino *ſuprà*, non induci ſimoniam ex ſolutione pecuniæ pro ceſſione litis, & non jurium ratione expenſarum, & ut ſe à vexatione redimeret, maximè cum tranſactio fuit facta in præſentia Epiſcopi ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quatenus opus ſit.

998. Tertiò convincitur, quod noviſſimè ait Azor 3. *p. lib.* 1. *c.* 8. quod quanvis ſimoniacum ſit, ſi litigantes inter ſe conveniant, ut unus eorum liti cedens, dimittat beneficium, aliqua penſione, ſive pecunia recepta; non tamen eſt ſimonia, quando compoſitio fit aliquo dato, & accepto authoritate Superioris, vel arbitri, in quem compromiſſum ſit, qui ob bonum pacis litem dirimunt, ita ut unus alteri aliquid det, *ex d. c. Niſi eſſent:* quod etiam tenet Torre *d. quæſt.* 100. *art.* 5. *diſput.* 12. Nam licet id poſſit procedere, quando authoritate Superioris ea compoſitio fit, juxta dicta; ſecus quando authoritate arbitri, ut in dictis deciſionibus.

Probabile tamen videtur, poſſe 999.
Epiſcopum, ſeu Legatum, clerico ægrotante conſentiente, ut alius ſubſtituatur ei in totum, etiam aſſignata ſibi penſione pro alimentis, quoad vixerit, hoc facere, ſi ægritudo eſt perpetua, ut videtur tenere Abbas *in cap. Tua nos, de Clerico ægrotante*, quam ſequitur Gambarus *d. lib.* 6. *num.* 156. *& lib.* 5. *rubrica de Coadjutoribus, n.* 16. quia iſta penſio non procedit ex pactione inter ſubſtitutum, & ægrotum, ſed ex diſpoſitione juris, & Superioris: & facit quod dicemus *infrà*, 11. *p. c.* 3. *n.* 160. Non tamen videtur poſſe talem reſignare in manibus inferioris Papâ, cum reſervatione penſionis pro alimentis, ex *ſuprà* dictis: quamvis Ferretus *conſ.* 375. *ex n.* 7. poſſe dicat, & videtur tenere Leſſius *d. lib.* 2. *c.* 34. *num.* 205. Hucuſque Nicol. Garcia *p.* 1. *cap.* 5. *à num.* 340. *ad num.* 355. & in ſex ſeqq. & ultimis, diſcutit, an Epiſcopus valeat penſionem imponere ſuper beneficio juriſpatronatus, patrono non vocato, & non conſentiente.

Paragraphus IV.

De Conditionibus ſervandis in permutationibus beneficiorum.

QUod ſervari debeant conditiones 1000.
requiſitæ pro reſignationibus, ait Caſtr. Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 4. *num.* 1. clarum eſt, quia permutatio propriè eſt reſignatio: & quidem ex dictis in præcedentibus §§. apparet, in permutatione utrumque compermutantem ſuum reſignare beneficium. Dubitatur autem, an illa conditio, quæ in reſignationibus coram Papa expoſtulatur, nempe quod fiat mentio obtentorum beneficiorum, requiratur etiam in permutationibus illorum?

Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 27. ſic illam excitat, & reſolvit: An qui beneficium coram Papa, vel Legato Apoſto

Apoſtolico reſignat causâ permutationis, facere mentionem debeat aliorum beneficiorum, quæ poſſidet, & conditionum eorundem? Idem eſt ac quærere: An in permutatione, quæ fit coram Papa vel Legato à latere, exprimenda ſint alia quoque beneficia, quæ permutantes obtinent, & de conditionibus eorum beneficiorum, quæ permutant, ſit mentio facienda? Federicus *quæſt.* 18. vult ratam eſſe permutationem, nulla facta mentione aliorum beneficiorum. Sed Auditores Rotæ *deciſ.* 593. *in antiquis*, negant ullius eſſe momenti permutationem hujuſmodi: quod videtur colligi *ex cap. Cùm in illis, de Præbendis*, idque tutius eſſe annotavit Rebuffus *in Praxi benefic. part.* 3. *tit. de Permutat.* 36. Sciendum eſt, hanc quæſtionem non ſolùm à Federico eſſe tractatam, ſed etiam à Petro Ubaldo *tract. de Permutat. benefic. à n.* 21. *uſque ad num.* 27. Ægidio *eod. tract. part.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 10. 11. 12. & 13. & Petro Andr. Gambaro *part.* 2. *n.* 138. & omnes conſentiunt communi opinione eſſe receptum in permutatione, quæ fit coram Romano Pontifice, precibus permutantium, non motu proprio, aut quæ fit coram Legato à latere, non oportere fieri mentionem jure communi, ſicut nec facienda eſt, cum fit permutatio coram Ordinariis locorum. Id probant, quia ſolùm Canones, & jura ſtatuerunt, ut fiat mentio in impetrationibus beneficiorum, & diſpenſationibus, quòd nimirum hæc duo ſint odioſa, & ambitionem continere videantur: at permutatio non eſt odioſa, ea quæ fit ob utilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiarum.

Cæterùm, teſte Ægidio, Curia Romana ſervat oppoſitum, & ipſemet Federicus tandem ſubjicit hæc verba: *Hanc opinionem veram exiſtimo, ſalvo ſtylo Curiæ.* Quare hac in parte, quidquid Doctores ſentiant, uſum Romanæ Curiæ ſervare, & ſequi debemus. Qui quidem Curiæ ſtylus rationibus non parvi momenti videtur inniti: nam clericus, qui eſt ad unum beneficium idoneus, non eo ipſo eſt ad alterum: & qui dignus eſt uno beneficio, non ob id duobus eſt dignus, cum quibus unum ſæpè mutatur: & qui meretur tenue beneficium, non eo ipſo pingue mereri videtur. Et Gambarus ait, fieri mentionem debere, ſi beneficiorum conditiones ſint notabiles, ut ſi beneficia ſint jurepatronatus affecta, aut ſint Eccleſiæ, quæ permutantur Collegiatæ, vel Cathedrales, vel ſimiles. Hactenus Pater Azorius.

Et quidem Palaus *d.* §. 4. *num.* 2. pro prioris ſententiæ parte addit, quod permutatio non eſt propria beneficii acquiſitio, cum non addatur beneficium beneficio; ſed eſt novi beneficii in locum prioris ſubrogatio. Ergo in hac permutatione mentio obtentorum beneficiorum non erit facienda. Deinde, in permutatione collatio gratioſa non eſt, ſed obligatoria. Sed ſolùm in collatione gratioſa eſt mentio obtentorum facienda. Ergo non in permutatione. Et confirmat, quia ea de cauſa cùm es electus, aut præſentatus ad beneficium à Papa conferendum, non teneris de obtentis mentionem facere, quia collatio eſt tibi debita. Rota *deciſ.* 300. *part.* 1. *diverſorum.* Garcia mox citandus. Cùm ergo in permutatione hoc debitum inveniatur, nullatenus obtentorum mentio erit neceſſariò facienda. Pro ſecunda parte, de Curiæ ſtylo, teſtantur etiam Bellamera *tract. de Permutat.* 3. *part. quæſt.* 2. *num.* 10. Rebuff. *in Praxi, tit. de Permut.* 34. & 35. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 4. *à num.* 89. & alii. 1001.

Quod autem, non ex ſolo Curiæ ſtylo, ſed etiam ex rigore juris, mentio obtentorum beneficiorum fieri debeat in acquiſitione alterius, media permutatione, tenet noviſſimè Palaus *d.* §. 4. *num.* 3. dicens: Quia verè, & propriè in permutatione beneficium impetratur; tametſi ex titulo permutationis: & quia fortè, qui dignus, & idoneus eſt ad unum beneficium, non eſt ad aliud, vel ad plura, ſi cum pluribus permutatur. Neque abſolutè collatio beneficii debita eſt compermutantibus, niſi ſuppoſita reſignationis admiſſione, quam conferens non ſemper tenetur admittere. Secus verò eſt in inſtitutione ob præſentationem: quia inſtitutio abſolutè eſt debita, eo quòd inſtituentis conſenſus ad præſentationem non requiratur.

Tenet etiam Garcia à *d. num.* 89. in ſequentia prorumpens: Advertendumque 1002.

dumque (inquit) eſt, quod cum coram Papa fit permutatio, debent permutantes de aliis beneficiis obtentis mentionem facere. Rota *deciſ.* 5. *de reſcriptis*, & 12. *de Præbend. in antiquis*, *aliàs* 393. quæ ait ita obſervare Sacrum Palatium. Et ad idem eſt deciſio Rotæ 15. *de rerum permutatione*, *in antiquis*, *alias* 722. quæ ait ita tenere Rotam: ſequuntur Bellamera 3. *p. quæſt.* 2. *ex num.* 10. dicens Curiam id ſervare. Felinus *in d. cap. In noſtra*, *de reſcriptis*, *num.* 16. Rebuffus *d. tit. de permutat. num.* 34. & 35. Corraſius *d. cap.* 9. *num.* 8. Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 27.

1004. Et ſimiliter erit facienda mentio de qualitatibus beneficii, aliàs de Jure, vel ſtylo exprimendis. Lapus *in d. cap.* 1. *de rerum permutat. in* 6. & ibi Gambarus *num.* 138. & *ſeq.* & Azor. Et idem erit in permutatione facta coram Legato, *ex cap. fin. de Officio Legati in* 6. & *Clement.* 2. *de Officio Ordinarii*, ut ſentit Rota *d. deciſ.* 15. ibi: *Si ſint in manibus alicujus*, *non Ordinarii*: & tenent Bellamera, & Azor *ſuprà*. Quamvis Federicus *quæſt.* 18. & *conſ.* 70. indiſtinctè teneat, in permutatione non eſſe neceſſarium facere mentionem de obtentis, nec de qualitatibus beneficii, etiam coram Papa, & Legato, ſalvo ſtylo Curiæ; quia hîc non eſt impetratio, nec collatio ſimpliciter facta, ſed ob cauſam permutationis; & non additur beneficium beneficio, ſed unum in locum alterius ſubrogatur. Sequuntur Francus *in d. cap.* 1. *num.* 13. Gimon. *d. tit.* 5. *cap.* 13. *ad finem*, Joan. Nicol. Delphinas *d. lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 159. & quod permutatio fit propter utilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiarum, Petr. de Peruſio 4. *part. q.* 4. *ex num.* 48. *aliàs* 79.

Cui rationi reſpondetur, eſſe impetrationem, & collationem novi tituli, licèt ex cauſa permutationis: quod ſatis eſt.

Nec obſtat alia ratio, ex qua Federicum ſequuntur Dominicus *in d. cap.* 1. *num.* 25. & Villadiego *de Legato*, *quæſt.* 9. 1. *p. num.* 31. & Gambarus *de Offic. Legati*, *lib.* 3. *num.* 39. quod in permutatione collatio non eſt gratioſa, libera, & voluntaria, ſed neceſſaria, &c. Nam reſpondetur, quod licèt admiſſa renunciatione ex cauſa permutationis, collatio ſit neceſſaria & debita compermutantibus, tamen admiſſio non eſt neceſſaria.

Ex qua tamen ratione Dominicus 1005.
obiter videbatur inferre, non eſſe neceſſariam mentionem obtentorum in proviſione de Parochiali, quæ à Papa fit ei, qui in concurſu eſt electus ab Ordinario, & ſignificavit in tempore, juxta Conſtitutionem Pii V. Nam ex Concilio *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformatione*, ibi: *Atque illi*, *& non alteri*; eſt illi debita collatio. Sicut etiam in inſtitutione præſentati facta à Papa, non eſt neceſſaria mentio obtentorum, non ſolùm ex eo, quod præſentatus nil petit, ſed patronus, cum præſentat, ut tenuit Rota *deciſ.* 350. *part.* 1. *diverſorum*; ſed etiam quia inſtitutio eſt debita præſentato, &c. Nihilominus tamen in proviſione parochialium praxis, conſuetudo, & ſtylus videtur habere contrarium.

In permutatione verò facta coram Ordinario, non eſt opus facere mentionem de obtentis, ſicut nec in alia proviſione ab eo facta, *d. Clement.* 2. Ita Rota *d. deciſ.* 15. Lapus, & Felinus *ſuprà*, Corraſius *d. cap.* 9. *num.* 8. & Menochius *de Arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 201. *num.* 150.

Tandem, quia Superioris autho- 1006.
ritas, & præſentia fraudis ſuſpicionem tollit, nec delictum præſumendum eſt, ita permutationem, non in fraudem, ſed ex honeſta affectione proceſſiſſe credendum eſt. Francus *in cap.* 1. *citato*, *num.* 12. Rota *deciſ.* 8. *n.* 4. *de Procuratoribus*, *in antiquis*. Petr. de Peruſio 1. *p. q. ult. num.* 18. *alias* 31. Decius *conſ.* 210. *num.* 5. Corraſius *d. cap.* 9. *num.* 10. & Menochius *de Præſumption. lib.* 6. *præſumpt.* 78. *num.* 4. Niſi in contrarium urgeant conjecturæ, ut per Abbatem *in cap. Quia veriſimile*, *de Præſumptionibus*, & *ibi* Felinus *n.* 1. & *Repertorium Felini* verbo *Permutans beneficium tenue*. Francus *in d. cap.* 1. *num.* 12. & Doctores *in cap.* 2. *de renunciatione in* 6. & *ibi* Probus *ad Monachum*, Bellamera *d. tract. de Permutat. beneficior.* 2. *p. quæſt.* 2. Gambarus *in d. cap.* 1. 4. *notab. ex num.* 18. Decius *d. conſ.* 210. *num.* 5. Selva *de benefic.* 3. *p. quæſt.* 18. *num.* 2. Rebuff. *in Praxi*, *tit. de permut. à num.* 42. Corraſius *d. n.* 10. Joan. Nicol. Delphinas *d. lib.* 2. *n.* 138. Julius Clarus *lib.* 5. *receptarum ſententiarum*,

tiarum, §. *fin. quæſt.* 75. *num.* 7. Maſcardus *de probationib. concluſ.* 178. & 1175. Menochius *de Præſumpt. præſ.* 78. Flam. Pariſ. *de Reſignat. benefic. lib.* 12. *q.* 5. *num.* 10. & *lib.* 15. *quæſt.* 4. *à n.* 5. *ad* 15. Azor. *d. cap.* 29. *quæſt.* 15. & 30. & Mantica *de Tacitis, & ambiguis conventionibus, lib.* 25. *tit.* 10.

1007. Circa quod ego adverto, (concludit Garcia *dicto cap.* 4.) conjecturas iſtas, quas adducunt Doctores citati, militare reſpectu expectantium, quando erant expectativæ, ut rectè advertit Menochius *ſuprà*, *num.* 2. ubi ait, quod quando facta eſt renunciatio, vel permutatio beneficii authoritate Superioris, & de nullius præjudicio agitur, quippe nullus adeſt expectans primum vacaturum, renunciatio, vel permutatio non præſumitur fraude facta. Nunc autem cum non adſint expectantes, expectativæ enim ſunt ſublatæ à S. Concilio Tridentino *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 19. iſtæ conjecturæ fraudis permutationum videntur ceſſare.

ARTICULUS VI.

De modo acquirendi beneficium per reſignationem in favorem.

DE reſignatione, & de modo acquirendi beneficium, mediante illa, in quæſtionibus egi Paſtoralibus, *part.* 1. *quæſt.* 3. §. 6. *pag.* 57. & *ſeqq.* ſed breviùs, quàm in præſentiarum, quia ibi temporis anguſtia ſic exigebat. Nunc aliquanto fuſiùs rem iſtam diſcutiam, & dilucidabo, articulum in ſex paragraphos dividendo. *In primo* agam de explicatione, & diviſione Reſignationis. *In ſecundo*, quæ beneficia, & coram quo Superiore reſignari poſſint. *In tertio*, qui poſſint beneficia reſignare. *In quarto*, an per procuratorem poſſit reſignatio fieri. *In quinto*, de conditionibus requiſitis ad reſignationem. *In ſexto*, de publicatione reſignationis.

PARAGRAPHUS I.

Quid, & quotuplex ſit Reſignatio: & quibus ex cauſis fieri valeat.

1008. REſignatio in ſtricta, & propria ſignificatione definitur per hoc, quod ſit *Libera beneficii dimiſſio, facta cum cauſa coram legitimo Superiore.* Ita Ægidius Baſſæus *verbo Beneficium* 2. *num.* 8. Coincidit cum hac diffinitione, illa quam tradit Azorius *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 1. ex Cardinali *in rubrica de renunciat. in* 6. & Rebuffo *in Praxi beneficior. part.* 3. *tit. de reſignat.* videlicet: *Eſt voluntaria beneficii dimiſſio, ſive repudiatio, coram Ordinario legitimè facta.* Ita ille, ex qua infert, ut cum quis beneficium dimittit, id eo ipſo vacet, & impetrari, & conferri alteri queat. Ut enim qui privilegio, lite, actione, & quovis jure alio cedit, eo ipſo id repudiat, ita ut eo amplius uti non poſſit: ita qui beneficium dimittit, eo ita ſe abdicat, ut id ejus eſſe deſinat, & propterea alteri conferri poſſit.

Reſignatio, ſeu renunciatio bene- 1009.
ficii duplex eſt, tacita, & expreſſa. Rebuffus *ubi proximè*, quem recenſet, & ſequitur Azorius *d. cap.* 18. *q.* 2. Caſtrus Palaus *in Summa Theolog. Moral. part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 1. *num.* 2. Baſſæus *d. num.* 8. ego ipſe *in qq. Paſtoralib. lib.* 1. *quæſt.* 3. §. 6. *num.* 1. Tacita eſt, quæ jure ipſo facta cenſetur, abſque ullis expreſſis, ſed ſola ipſius juris conſtitutione, & quæ per conſequentiam actus contrarii retentioni colligitur, ut cum beneficiarius etiam minoribus tantùm Ordinibus initiatus, uxorem ducit, Religionem ſolemni more profitetur, aut miles factus, arma capit, & in bello pugnat; aut Parochialem Eccleſiam, ejuſque poſſeſſionem jam nactus, intra annum Sacerdos non fit; aut Epiſcopus electus, confirmatus, & conſecratus; ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur; aut qui obtinens beneficium, cui cura animarum ineſt, aut dignitas, aut perſonatus, alterum ſimile beneficium, ejuſque poſſeſſionem conſequitur; aut ſi beneficium in certa Eccleſia habens, alterum, ſive ſimile, ſive diſſimile, obtinet in eadem Eccleſia. Ita Azorius in omnibus recenſitis exemplum adducens: Palaus referens caſus matrimonii, & Religionis profeſſæ, ac etiam militiæ ſæcularis: de quo nihil aliud dicendum occurrit (ait) niſi quod illa aſſumpta beneficia ipſo jure vacent, tanquam aſſumpto ſtatu incompatibili. Sic Gloſſa *in cap. ult. de Clericis non reſidentibus, verbo Redierint.* Flamin.

*de Reſignat. lib.*1. *quæſt.*1. *n.*22. Gonzalez *Gloſſa* 15. *num.*54. Julius Clarus *Pract. cap. fin. quæſt.*73. *num.*6. Barboſa *allegat.*57. *num.*216.

1010. Renunciatio, ſeu reſignatio expreſſa eſt, ſi verbis expreſſis beneficium reponatur proprium, ſponte, & legitimè coram Ordinario. Baſſæus *d. num.* 8. Palaus *d. num.* 2. & penes eos Rebuffus *tit. de reſignatione*, Flamin. Pariſius *lib.*1. *de reſignat. q.*1. Leonard. Leſſius *de Iuſtitia lib.*2. *cap.*34. *dub.*35. *num.*189. ego ipſe *ubi ſuprà, n.*2. Azorius *d. cap.*18. *quæſt.*2. *ex cap.*1. *de renunciat. in* 6. & *Clement.* 1. *eod. tit.*

1011. Rurſus dividitur renunciatio, ſeu reſignatio expreſſa in ſimplicem, ſeu puram, & conditionatam. Ita Doctores citati. Simplex, ſeu pura eſt reſignatio, ſi nulla adjecta conditione beneficium deponatur. E contra conditionalis, ſi aliqua adjecta conditione dimittatur. Hæc autem reſignatio conditionalis multiplex eſſe poteſt. *Primò* ſi ea conditione fiat, ut beneficium determinatæ perſonæ, v. gr. Petro, conferatur. Et hæc, ſimplex reſignatio in favorem, appellatur. *Secundò*, ſi fiat ea conditione, ut regredi poſſit ad beneficium reſignans. *Tertiò*, ſi demiſſio fiat beneficii ea lege, & conditione, ut reſignanti fructus ex toto, vel ex parte reddantur, vel ei aliqua penſio ſolvatur ex beneficio reſignato. *Quartò*, ſi ea conditione reſignatio fiat beneficii, ut alter aliud ſimile, aut diſſimile beneficium, in reſignantis favorem reſignet: quæ reſignatio, permutatio dicitur, quia unum beneficium cum altero permutatur, mutuò duobus compermutantibus ad invicem ſuum proprium beneficium, in alterius favorem reſignantibus: in qua quidem duplex intervenit reſignatio conditionalis, de qua *in præcedenti articulo* 5. per multos egimus Paragraphos.

1012. Quod ſi quæras, quibus de cauſis reſignatio, ſeu renunciatio licitè fiat beneficiorum in Eccleſia? Reſpondeo cum Azorio *d. cap.*18. *quæſt.*4. Palao *d.* §. 1. *num.*4. poſt Joan. Andr. Abbatem, & alios, *in cap. Niſi cùm pridem, de renunciatione*, per illum textum, ſex iſtas numerari. I. Conſcientiam criminis. II. Debilitatem coporis. III. Defectum ſcientiæ. IV. Malitiam plebis. V. Grave ſcandalum. VI. Irregularitatem Has uterque recenſet Author, quibus Palaus ipſe ſeptimam addit, nempe aëris intemperiem, quæ reduci benè poteſt ad ſecundam, de corporis debilitate. Addit etiam capitales inimicitias, quæ ad quartam, de plebis malitia, poteſt pariter reduci. Addit & gravem aliorum offenſam, quæ pertinet ad quintam, de ſcandalo gravi. Et tandem addit aliquam cenſuram, à qua reſignans facilè, ſeu commodè liberari non valeat, quam cum ſexta, de irregularitate, conjungit. Quocirca Azorius ſubdit: Renunciat quis beneficio, vel ob conſcientiam alicujus criminis, quo tenetur, vel ob imperitiam, & ignorantiam literarum, vel ob infirmam corporis valetudinem, vel ob morbum, ut ſi lepra laboret, vel ſi cæcus, ſurdus, vel mutus factus ſit Parochus, vel Epiſcopus, vel ob malitiam plebis, vel ob gravem aliorum offenſionem, vel ob irregularitatem contractam, à qua liberari commodè, & facilè non poteſt. Admitti quoque reſignatio beneficii ſolet ob ſenium Clerici, ob aëris intemperiem, ob potentiorum hominum violentiam vel tyrannidem, ob capitales inimicitias, ob ingreſſum in Religionem futurum, ob nuptias quoque contrahendas. Et olim beneficiis Clerici cedebant ob aliquam ex prædictis cauſis. Poſtea verò admitti cœperunt aliæ in beneficiis dimittendis: videlicet, ob Clerici lapſum in crimen, vel in cenſuram aliquam Eccleſiaſticam, vel irregularitatem. Tandem admiſſæ etiam ſunt dictæ cauſæ minùs juſtæ, & minoris ponderis: velut cum quis multo tempore in Eccleſia ſervivit. Deinde, ut beneficium dimiſſum concedatur alteri, cujus cauſa Clericus beneficium dimittit.

Quibus autem de cauſis extra Curiam Romanam admitti poſſint reſignationes beneficiorum ab Ordinariis locorum, & ab aliis illorum collatoribus, præſcripſit Sanctiſſimus Papa Pius Quintus in Conſtitut. ſua, *Quanta Eccleſiæ, la* 58. *apud Angelum Cherubinum in Bullario Magno Romano, tomo* 2. *pag.*252. cum decreto irritante, cujus tenor iſte eſt. 1003.

Quanta Eccleſiæ Dei: & infrà.

§. II. *Nunc*

§. II. *Nunc autem intendentes, institutum hoc nostrum, quo Sanctuarium Domini cupimus illibatum, auctore Domino prosequi, ac simul, quantum in nobis est, cavere ne resignationes ipsæ dehinc pro cujusque arbitrio, nullisque, vel certè levibus causis passim, & temerè admittantur: Prohibitionem, & alia prædicta, ac cætera omnia nostris super his litteris contenta, eatenus relaxamus, ut posthac.*

§. III. *Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum dumtaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarii, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxii, censuriisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, aut beneficio inservire; seu qui unum, aliud, vel plura beneficia obtinuerunt, vel quos ad aliud contigerit promoveri, Religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur: denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione felicis recordationis Innocentii Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt, vel non audent in loco beneficii residere securi. Sed nec horum ullus sacro Ordini mancipatus, nisi Religionem ingressurus valeat ullo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc, beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonicis sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur.*

§. IV. *Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes Electores, præsentatores, & patroni, tam Ecclesiastici, quàm laici, quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in hujusmodi beneficiis, & officiis successores, ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de illis assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscunque intercedat.*

§. V. *Cæterùm præcipimus, ac interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores, de beneficiis, & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut admittentium consanguineis, affinibus, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant providere: quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quoquam temerè attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus, non habere.*

§. VI. *Qui verò contra fecerint, ut in eo quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere: & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis pœnis volumus subjacere. Et nihilominus eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis, quoad personas, quo, verò ad Capitula, & Conventus, à Divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus: quibus etiam nullus alius, quàm ipse Romanus Pontifex, sive absolutionis, sive relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertire. Prohibitione, & litteris nostris prædictis, nihilominus in cæteris omnibus perpetuò valituris. Non obstantibus, &c.*

Edita fuit hæc constitutio Kalendis Aprilis 1568. & sui Pontificatus anno tertio, quæ etiam habetur apud Quarantam *in Summa Bullarii, verbo Beneficiorum resignatio, pag. mihi* 112. & apud Azorium *d. cap.* 18. *quæst.* 5. & de ea agunt Palaus *d. §. 1. à num.* 5. Joannes Bapt. Scortia *in Selectas Summorum Pontificum Constitutiones, Epitome* 101. *& Theorematibus* 248. *& 3. seqq.* Barbosa *allegat.* 69. *à num.* 28. ubi illam transcribit, Parisius *de Resignatione benefic. part.* 1. *lib.* 5. *quæst.* 6. ubi latissimè illam declarat. Ugolinus *de Potest. Episc. cap.* 50. §. 18. *n.* 6. Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 269. quò loci *num.* 270. ita ait: Quæ tamen constitutio non videtur benè servari in Hispania, ubi prætenditur, eam non esse receptam, sed esse ab ea supplicatum, saltem quoad illud de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis, affinibus, aut familiaribus Collatorum, vel resignantium: & audivi ita fuisse per Concilium Regium scriptum Episcopis. Ita ille *pag. mihi* 287. quem Palaus refert *num.* 7. & Pax Jordanus recenset 1014

recenſet ad unguem *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 35. de beneficiorum reſignatione, num. 19.* & ego ipſe ex eo retuli Garciæ dictum *in Paſtoralibus, part. 1. quæſt. 2. §. 6. num. 4.* & Barboſa *allegat. 69. num. 48.* Sed operæ pretium eſt nunc reddere ipſum Garciam immediatè *num. 271.* in ſequentia prorumpentem.

1015. Et cum *in una Hipporegienſi canonicatus, 24. Maii 1584. coram D. Orano*, prætenderetur dictam Conſtitutionem non habere locum in civitate, & diœceſi Hipporregienſi, nec ibi eſſe receptam : Domini firmarunt habere locum in dicta civitate, & diœceſi, quia publicata Romæ, & Papa voluit omnes, & ſingulos perinde afficere, & obligare, ac ſi illis fuiſſet ſingulariter intimata, & præſumi eſſe in uſu, quandiu non fuit probatum contrarium. Creſcentius *deciſ. 79.* Rolandus *conſ. 90. n. 54. lib. 1.*

Et ſimilibus prolatis à Pace Jordano *num. 20.* illis addit : Sed quod uſu, & ſtylo Romanæ Curiæ, ſecundum communem, & veriorem ſententiam habeatur pro uſu recepta, pleniſſimè Pariſius *lib. 11. quæſt. 9. per totam*, ubi arguit ad partes, & cumulat Deciſiones, & DD. concordantes.

1016. An autem ſupplicatio interpoſita à lege, & conſtitutione generali, ſuſpendat interim ejus executionem, donec ſecunda juſſio ſuperveniat (addit Garcia *num. 272.*) vide Manuel. Rodriguez *qq. Regular. 1. tom. quæſt. 6. art. 7.* Gabriel. Vazquez 1.2. *tom. 2. diſp. 156. n. 43.* Lorcam *ead. 1.2. diſp. 20. de Legibus*, & Suarez *de Legibus, lib. 4. cap. 16. n. 8. & lib. 5. cap. 33. n. 9.* qui rectè oſtendunt non ſuſpendere, licèt contrarium teneat P. Franciſcus de Soſa, Generalis ſui Ordinis S. Franciſci, Epiſcopuſque Canarienſis, & nunc Conſilii Inquiſitionis, *ſuper Conſtitutione Clementis Octavi de largitione munerum Regularibus interdicta, §. 12. n. 109. & 112.* & alii *circa Conſtitutionem Pii Quinti de Cenſibus*, & Salas *de legibus, diſp. 13. ſect. 1. num. 6. & ſect. 4.* qui tamen inferiùs *diſp. 16. ſect. 11. num. 48.* tenet non ſuſpendere. Hactenus Garcia. De quo puncto Ego ipſe egi *in Variis, tit. 1. q. 2. à num. 5.* Vide etiam me ipſum *in tract. de Appellationibus, part. 2. num. 281. & 282.*

Pro majori dilucidatione Pianæ Conſtitutionis præfatæ, affertur à Quaranta *pag. 115.* Declaratio Sacræ Congregationis Concilii, de qua fidem facit, authenticam ſe habuiſſe, & teſtatur, ad requiſitionem Archiepiſcopi Salernitani datam per Eminentiſſimum Cardinalem Mathæium, ſub iſto tenore, videlicet : *Nos Hieronymus, tituli Sancti Pancratii S.R.E. Presbyter Cardinalis Mathæius, fidem facimus, & atteſtamur, in libris S. Congregationis Concilii, qui apud nos aſſervantur, adnotatum eſſe, quod felicis recordationis Gregorius XIII. declaravit, beneficia juriſpatronatus non comprehendi in §. Cæterùm, contento in conſtitutione Sanctæ memoriæ Pii V. relaxante prohibitionem de non admittendis reſignationibus : quo §. prohibetur Epiſcopis, beneficia in eorum manibus reſignata, eorum, aut reſignantium affinibus, conſanguineis, vel familiaribus conferre.* 1017.

Hieronymus Cardinalis Mathæius.

Locus Sigilli.

Hujus Declarationis memoriam fecit Pax Jordanus ex eodem Quarantia *d. tit. num. 6.* quò loci etiam exſcribit declarationem S. Congregationis *in Viterbienſi, 18. Martii 1628.* quam ex Sellio *in Selectis Canonicis, cap. 43. num. 2.* refert Barboſa *in Summa Apoſtolicarum deciſionum, Collectan. 650. verbo Reſignans, Reſignatio, num. 6.* ſub his verbis : *Reſignans beneficium de Iurepatronatus, qui eſt Patronus ejuſdem beneficii, poteſt præſentare, quem vult ad dictum beneficium, & Ordinarius inſtituere, non obſtante diſpoſitione Conſtitutionis Pii V. de non admittendis reſignationibus per Ordinarium*, §. Caveant autem. 1018.

Idem Barboſa *verbo Beneficium patronatum, collectan. 66. num. 2.* ſic refert ex Paulo Piaſecio *in Praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 22.* Nicolao Garcia *de Benefic. part. 11. cap. 3. §. 3. num. 268.* Maſſobrio *in Praxi habendi concurſum, requiſ. 7. dub. 24.* primò dictam declarationem Gregorii XIII. *Beneficium juriſpatronatus non comprehendi*, in §. Cæterùm, *conſtitutionis Pii V. quo prohibetur Epiſcopis beneficia in eorum manibus reſignata, eorum, aut reſignantium affinibus, conſanguineis, vel familiaribus conferri.* Qua ſtante declaratione ſuperfluum, & ſupervacaneum reor, 1019.

recur

recurrere ad ſupplicationem factam pro Hiſpania, de qua ſuperiùs *n.* 1014. cum ſecuriùs in obſervantia Pianæ ſuſtineri in hac parte valeat, quàm ſi verè ſupplicatum fuerit coram Sanctiſſimo Pio Quinto, maximè reſponſo favorabili ſupplicæ non conſecuto, de quo nemo, quem viderim, docet, ut par erat.

1020. Cauſas ex quibus Ordinarii poſſunt admittere reſignationes ſimplices, recenſere libet prout traduntur à Doctoribus claſſicis, quorum aliquos, & quot ſufficiant, allegabo.

Prima eſt, quando beneficiarius reſignare volens, ſenex eſt. Proſperus de Auguſtino *in Addit. ad Quarantam ſuper dictam conſtitut. Pianam, Quanta Eccleſiæ, verb. Beneficiorum reſignationes, pag.* 155. Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 18. *quæſt.* 5. Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 1. *num.* 6. Barboſa *allegat.* 69. *num.* 31. Joan. Bapt. Scortia *theoremate* 250. Quando autem quis ſenex dicatur, dicti, & alii communiter DD. id remittunt judicis arbitrio, conſiderata qualitate complexionis perſonæ.

Secunda eſt infirmitas volentis reſignare. Proſperus, Azorius, Palaus, Scortia locis citatis, & Barboſa *n.* 33. qui Iudicis arbitrio etiam relinquunt de infirmitate judicium facere.

Tertia eſt, cùm beneficiarius eſt corpore impeditus, velut cùm lepra, paralyſi, morbo gallico, vel comitiali, ſcabioſo, herculeo, apoplectico, lunatico laborat, ſi habeat manus tremulas, & chiragram continuam. Proſper. Azorius, Scortia, Palaus locis citatis, Barboſa *num.* 35.

Quarta eſt, ſi beneficiarius eſt corpore vitiatus, v. g. cæcus, claudus, mutus, ſurdus, aut aliquo membro abſciſſo, contracto, vel deformato, & gibboſus. Proſper. Azorius, Scortia, Palaus locis citatis, & Barboſa *n.* 36.

Quinta cauſa eſt, ſi beneficiarius eſt crimini obnoxius, in caſibus quibus ob crimen commiſſum venit beneficio privandus, videlicet homicida, ſimoniacus, adulter, ſodomita, concubinarius, perjurus, maledicus in Deum, vel Sanctos, blaſphemus, ſuſtinens excommunicationem per annum. Proſper. Azorius, Scortia, & Palaus ubi ſuprà, & Barboſa *n.* 37.

Sexta eſt, ſi beneficiatus cenſuris Eccleſiaſticis fuerit ligatus, & irretitus. Proſper. Azorius, Scortia, Palaus, & Barboſa *num.* 39. & intelligitur, quando abſolutionem facilè obtinere non poteſt.

Septima eſt, quando beneficiarius non poteſt Eccleſiæ, aut beneficio, vel non debet inſervire. Prioris exempla ſunt, ſi ſit bannitus, relegatus, dæmoniacus, mutus, illiteratus; aut alia quavis irregularitate indiſpenſabili affectus. Secundæ partis exempla ſunt, ſi turpiter, & ſcandalosè vivat Proſper. Palaus, Scortia, Azorius locis de quibus ſuprà. Barboſa *num.* 40.

Octava eſt, quando beneficiarius unum, aliud, aut plura habet beneficia, quod prohibet Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 17. quando unum eſt ſufficiens ad congruam ſuſtentationem. Proſper. Azorius, Palaus, Scortia locis citatis, & Barboſa *num.* 41.

Nona cauſa eſt, cum neceſſitate aliqua contingit, beneficiarium ad aliud beneficium promoveri. Proſper. Azorius, Palaus, & Barboſa *num.* 42. Quod maximè procedit quando novum beneficium incompatibile eſt cum primo, in caſu quo reſignatio non tam fit ex voluntate, quàm ex neceſſitate.

Decima cauſa eſt, quando beneficiatus vellet Religionem ingredi, Proſperus Azorius, Palaus, Scortia, & Barboſa *num.* 43.

Undecima eſt, quando matrimonium contrahere vult. Proſper. Azorius, Palaus, & Scortia, & Barboſa locis citatis.

Duodecima eſt, quando beneficiarius nequit, aut non audet in loco beneficii reſidere propter capitales inimicitias. Proſper. Azorius, Scortia, Palaus, Barboſa *num.* 44.

Tertiadecima cauſa conſtat ex aliis, de quibus Innocentius III. *in cap. Niſi cum pridem, de Renunciat.* ob quas conſtituit Epiſcopum Eccleſiam ſuam poſſe dimittere. Patet ex prædicta Piana, §. 3. & ait Azorius, & Scortia. Quæ autem in Decretali illa, quæ decima eſt dicti tituli, continentur, hæc ad literam ſunt: *Conſcientia criminis, debilitas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis, grave ſcandalum, irregularitaſque perſonæ.*

1021. Hæ ſunt cauſæ, ob quas licet Epiſcopis, & aliis Collatoribus ordinariis beneficiorum, eorum reſignationes ſimplices admittere: ſed advertere debent, ceſſare hanc facultatem reſpectu beneficiarii in ſacris conſtituti ordinibus, qui dimiſſo beneficio, non habet aliunde, quo congruè ſuſtentari valeat, & vivere, ut apparet ex prædicta Pii V. conſtitutione, §. 3. *in fine*, & notant Proſper de Auguſtino *paulò ante finem Additionum ad d. Quarantam*, verbo *Beneficiorum reſignatio, verſic. Attamen ut re-renunciatio, pag.* 122. Azorius *d. cap.* 18. *quæſt.* 5. *ante verſic. Quæres, qua pœna.* Scortia *d. theorem.* 250. *verſic. Adjicit tamen.* Palaus *d.* §. 1. *num.* 7. & Barboſa *allegat.* 69. *num.* 47.

Paragraphus II.

Quæ beneficia, & coram quo Superiore reſignari poſſint.

1022. SUperioris authoritatem eſſe ad beneficii reſignationem præcisè, & omninò neceſſariam, ſive ſimplex ſit, & pura reſignatio, ſive conditionata, manifeſtum eſt *ex cap. Admonet, el* 4. *de Renunciatione*, ubi Barboſa *in Collectaneis*, pro hac concluſione allegat Abbatem antiquum, Zabarellam, Collect. Bellameram, Joan. Andream, Ananiam, Hoſtienſem, Innocentium, Butrium, Frechilam, Vivianum, Alagonam, Ximen. Covarr. Navarr. Rebuff. Menochium, Cardoſum, Cabedum, Card. Tuſch. Fuſcum, Flaminium Pariſ. Azorium, Hieron. Gonzalez, Franc. Leon. Nicol. Garcia, quorum loca recenſere conſultò omitto, quia non adeo eorum recenſio pro nunc eſt neceſſaria. Addo tamen Caſtrum Palaum *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 2. *num.* 1. ubi præter *d. cap. Admonet*, allegat etiam *cap. Dilecti, el* 14. *& finale, ejuſdem tit. de Renunciat.* Et rationem harum Decretalium reddit, dicens: Ne beneficia Eccleſiaſtica reputentur bona patrimonialia, de quibus liberè beneficiatus poſſet diſponere, & ne debito miniſtro jam acquiſito privetur Eccleſia. Quod ſi aliquis (addit) abſque authoritate Superioris beneficio renunciet, renunciatio non tenet, nec beneficium vacat, etiam quoad reſignantem; ſed poteſt beneficium adminiſtrare, quouſque in pœnam delicti commiſſi beneficio privetur à Superiore, ut verè privari poteſt. Aqua doctrina excipit renunciationem juris acquiſiti ad beneficium præſentatione, nominatione, aut electione, immò & collatione nondum acceptata; cui certè juri propria ex authoritate cedere benè poteſt. Quia beneficio non cedit, ſed juri ad illud: quod prohibitum non eſt, ſicut beneficio cedere. Idem excipit, & dicit Palaus de ceſſione juris litigioſi beneficii.

Reſignationem conditionatam beneficii coram nullo alio Superiore, quàm Summo Pontifice fieri poſſe, certum etiam eſt, ut omnes Doctores tradunt, excepta reſignatione cauſa permutationis, quam coram Ordinario Collatore fieri poſſe conſtat ex dictis *art.* 5. §. 3. *ſignanter num.* 980. Alius enim quàm Papa admittere non poteſt reſignationem conditionatam, alioquin ſimoniæ crimen intervenit. Palaus *num.* 2. Stephanus Bauny in nova beneficiorum Praxi, *diſp.* 9. *quæſt.* 25. *concl.* 2. ubi ait: Non poſſe alium à Romano Pontifice beneficii reſignationem, cum clauſula, *nec aliàs, nec aliter*, factam confirmare, authoritatemque ei, ac jus tribuere: quia cum ſit hæc de ſimoniaca impietate ſuſpecta, non eſt cuipiam facilè ea tribuenda poteſtas, ſibi ut licere exiſtimet, in ejus committendæ periculum ſalutem ſuam imprudenter vocare, ac temerè. 1023.

Reſignationem ſimplicem poſſe admittere ſolùm Epiſcopos, & alios Collatores, qui juriſdictionem habent contentioſam, & poteſtatem etiam ad deponendum, & privandum à beneficio; non autem qui iſta carent, eſto gaudeant conferendi facultate, docent Nicol. Garcia *de benefic. part.* 11. *cap.* 3. §. 1. *num.* 251. cum Gloſſa *in Clementina unic. de renunciat.* Staphileo *de litteris gratiæ, tit. de variis modis vacationis,* §. *Reſignationis modus, num.* 13. Corraſio *part.* 1. *cap.* 8. *num.* 13. Flaminio *de reſignat. lib.* 7. *q.* 10. *& q.* 15. *&* 16. Zechio *de benefic. cap.* 13. *num.* 2. Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *quæſt.* 4. cum Abbate *in cap. Quæſitum, de renunciat. n.* 4. *& in cap. Cum ex injuncto, de Hæreticis*, Steph. Bauny *loco citato, pag.* 309. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat.* 69. 1024.

allegat. 69. num. 4. Castrus Palaus *p. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 2. §. 2. num. 2.* Hujus sententiæ fundamentum est, quia renunciatio beneficii, est quædam beneficii depositio. Ergo debet fieri coram eo, qui potestatem habeat deponendi à beneficio. Unde si ad Episcopo inferiorem beneficii collatio competat, qui tamen removere non possit à beneficio beneficiarium, coram illo resignatio fieri non poterit.

1025. Sed pro contraria sententia, non exigente in admittente resignationem simplicium beneficiorum, facultatem ad deponendum jurisdictionaliter & contentiosè, produco Constitutionem Pii V. *suprà, num.* 1013. recensitam, in qua loquens de hac resignationis materia, indistinctè loquitur de Episcopo, & de aliis beneficiorum collatoribus, *in §.* 1. ibi: *Collatores verò aliàs, &c.* & *in §.* 3. ibi: *Episcopi, & alii facultatem habentes, &c.* & rursus *in §.* 4. *Caveant autem Episcopi, & alii prædicti.* Et iterum *in §.* 5. ibi: *Præcipimus, atque interdicimus, ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores, &c.* Cùm ergo lex de Collatoribus habentibus jurisdictionem ad destituendum contentiosè, non distinguat; sed absolutè loquatur de conferre valentibus, nos distinguere non debemus, *l. Præses, ff. de Officio Præsidis*, Bartolus *in l. De pretio, ff. de Publiciana*, Lezana *tom. 2. verbo Leges, num.* 35. & alii, quos allegavi *in Commentariis ad constit. 6. num.* 102. & alibi: quod axioma pluribus exornat Barbosa *axiomate* 136. *n.* 4. Et si aliud Sanctus Pontifex voluisset, expressisset. Idem Barbosa *ibidem, num.* 5. pluribus juribus, & Doctoribus adductis. Et quod lex non dicit, non est ab homine præsumendum, idem *num. septimo*; & ego ipse *ad constit. 16. num.* 121. ex *l. Dissentientis, C. de Repudiis, cap. Illa, Ne Sede vacante*, & Surdo *cons.* 219. *num.* 21.

1026. Produco secundò Erasmum Chokier *de Iurisdictione Ordinarii in Exemptos, part.* 4. *q.* 67. in qua sic procedit. Utrùm coram Abbatibus possit fieri resignatio beneficiorum.

In hac quæstione laudo Flaminium Parisium *de resignat. benefic. part.* 1. *lib.* 7. *quæst.* 15. *per totam*, qui in hæc propè verba resolvit, distinguendum esse inter Abbates non exemptos, & exemptos, quòd Abbates, qui exempti non sunt, placuit non licere coram eis facere resignationes, aut beneficiorum permutationes; quippe quod istis actibus jus interponendæ authoritatis non habeant. Collect. quem sequitur Bellamera *de Permutat. benefic. 1. p. q.* 9. Cardinalis *Clement.* 1. *num.* 18. *de Renunciat.* Tum, quòd hæc authoritas propriè sit juris Episcopalis. Ioan. Andr. Ioan. Monachus, Geminianus, Franchus *in c.* 1. *de Rerum permut. in* 6. Flamin. *d. lib.* 7. *q.* 14. *num.* 16. 17. *&* 18.

Tum quòd à facultate instituendi non liceat arguere ad destituendi authoritatem. Flamin. *d. quæst.* 14. *n.* 15. *& seq.* adeò ut licèt Abbates instituere possint in Ecclesiis sibi pleno jure subjectis, instituti tamen non administrant, nisi priùs habita licentia Diœcesani, cui subjecti sunt. Durandus *de modo Congregandi Concilium generale, rubrica* 4. *num.* 55. *& rubr.* 23. *num.* 1. *&* 3. Cardinalis *d. num.* 18.

Quo verò ad Abbates exemptos, 1027.
qui jus conferendi habent, ii authoritatem habent resignationes, & permutationes admittendi. Abbas *cap. Quæsitum, de Rerum permutat. num.* 4. Franchus *c.* 1. *num.* 8. *eod. tit. in* 6. Estque communis opinio, teste Flaminio *d. quæst.* 15. *num.* 3.

Ratio est, quia Abbates exempti habent Ecclesias sibi pleno jure subjectas, ideoque jus Episcopale, seu jurisdictionem quasi Episcopalem. Innocent. *cap.* 2. *versic. de Abbatibus, de Translat. cap. Abbates, in fin. de Privileg. in* 6. Glossa *Clement.* 1. *verbo Proprii, de Rebus Ecclesiæ non alienandis.* Scripsi *suprà, eod. lib. quæst.* 20. In jurisdictione enim Abbatia, & Episcopatus æquiparantur, *cap. Ne pro defectu, §. Statuimus*, ubi Glossa *in verbo Regularis, in cap. Dilectus filius*, ubi Glossa *ult. in fine, de Concessione prædendæ*, Mandosius *Regula Cancellar.* 26. *quæst.* 3. *num.* 8. *cap.* 1. *cap. In singulis, de Statu Monachor.* Aretinus *cons.* 63. *num.* 4. Flamin. *d. quæst.* 15. *n.* 6. *& lib.* 2. *quæst.* 1. *num.* 66. Dicitur enim Abbatia caput omnium Ecclesiarum regularium, & omnium Monasteriorum potestas ab ea dependere, *cap. Nullam potestatem*, 18. *quæst.* 2. *cap.*

Cùm ad Monaſterium, de ſtatu Monachorum. Joan. Selva *de Beneficiis, p. 1. quæſt. 2. num. 49.* Flamin. *d. quæſt. 15. num. 7.* Confirmatur: qui poſſunt deſtituere, poſſunt recipere reſignationes. Flamin. *d. quæſt. 14.* Abbates autem exempti poſſunt deſtituere. Pariſius *conſ. 22. num. 14. volum. 4.* Gigas *de crimine læſæ Majeſt. quæſt. 19. num. 9.* Ergo, quippe quod habent jus viſitandi, ex quo oritur, & deſcendit poteſtas puniendi, caſtigandi, privandi, deſtituendi. Federicus de Senis *d. quæſt. 15. num. 18. & ſeq.*

Accedit, quod Abbates verè dicuntur Prælati, & Ordinarii Monachorum, *cap. Nullus Monachus, cap. Nullam poteſtatem, 18. q. 2. cap. Quantò,* & ibi Innocentius, & Doctores, *de Officio Ordinarii*, in quos majorem, & pleniorem dicuntur habere poteſtatem, quàm Epiſcopus habet in Clericos ſuæ diœceſis. Abbas *cap. Ad noſtram, n. 2. cap. Reprehenſibilis*, & utrobique Francus, *de Appellationib.* Felin. *cap. Super litteris, num. 10. de Reſcriptis*, Mandoſius *Regula Cancell. 24. quæſt. 2. num. 4. in fine.*

Inſuper, ejuſmodi Abbates habent Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas, quod importat viſitationem, correctionem, inſtitutionem, deſtitutionem. Pariſius *d. conſ. 22. num. 14. volum. 4. & conſ. 35. num. 9. eod. libro.* Dixi latè *ſuprà, lib. 1. quæſt. 9. num. 6. & ſeq.* Hinc ipſi poſſunt præſtare authoritatem alienationi rerum Eccleſiaſticarum. Abbas *d. cap. Quæſitum, num. 4.* Gloſſa *d. Clement. 1.* in verbo *Proprii*, Redoanus *de Alienat. rerum Eccleſiaſticarum, rubrica 26. num. 8. & rubr. 30. cap. 1. num. 64.* Dixi *ſuprà, eod. libro, quæſt. 1. & ſeq.*

Quo verò ad Abbates, renunciare debent in manibus Superioris, non verò in manibus ſubditorum. Abbas *cap. ult. notabili 2. de Renunciat.* ubi Butrius *num. 3.* Flaminius *d. q. 15. in fine.*

1028. Hucuſque Chokier *in dicta q. 67. & in quæſt. 68. ſequenti*, ſic inquirit, & reſolvit, videlicet:

Quid ſi Eccleſia in temporalibus recognoſcat Abbatem, in ſpiritualibus verò Epiſcopum, coram utro eorum erit expedienda reſignatio?

Reſpondeo, coram Epiſcopo. Innocent. *in cap. ult. in fine, de Renunciat.* Cardinalis *Clement. unica, num. 17. de Renunciat.* Abbas *d. cap. ult. n. 3. verſ. Quæro de Presbytero.* Flaminius *de Reſignat. beneficior. part. 1. lib. 7. quæſt. 15. num. 18.* Ratio eſt, quia reſignationes expediri debent coram Superiore Eccleſiaſtico habente ſpiritualia. Fuſcus *tract. de Viſitatione, lib. 2. cap. 28. num. 12.* Roffiniacus *tract. de benefic. cap. 14. num. 41.* Flaminius *d. quæſt. 15. num. 18.* quorum ſemper potiſſima eſt ratio, & velut magis digna, attrahunt ad ſe minus digna, *cap. Si quis objecerit, 1. quæſt. 3. cap. Quanto, de Judiciis, l. Cùm quæritis, ff. de Statu hominum.*

Ex doctrina tradita à Chokier in 1029.
reſolutione duarum iſtarum quæſtionum, Abbates Benedictinos Congregationis Hiſpanæ, Caſſinenſis, & ſimilium, habentium Eccleſias Parochiales annexas, incorporatas, & unitas acceſſoriè, & ad menſam ſuam, & Conventuum ſuorum, apertè ſequitur, habere facultatem, & poteſtatem ad acceptandas reſignationes beneficiorum ſuarum dictarum Eccleſiarum, tam ſimplices, quàm cauſa permutationis factas. Ratio eſt, quia hujuſmodi Abbates ſunt exempti omninò ab Epiſcoporum juriſdictione, qua exemptione gaudent, & potiuntur dictæ Eccleſiæ, ut illis, & earum Capellanis conceſſit Eugenius Quartus in Conſtitutione ſuprà reddita, *q. 2. n. 134. 135. 227. 228. 231. & 232.* & omnia illarum jura, tam ſpiritualia quàm temporalia, ſunt Abbatum, & Conventuum ſuorum, & in illis habent juriſdictionem, *n. 183. 184. 185. 227.* & illis carent Epiſcopi, gaudentes tantum in aliquibus earum jure quartæ Epiſcopalis, & in omnibus illis jure delegato viſitandi, & non ordinario; & jure examinandi, & approbandi eos, qui in dictis Eccleſiis curam animarum nomine Abbatum fuerint executuri; dummodò illi juriſdictionem non habeant contentioſam etiam in Parochianos, & populum; quia tunc ad eos, & non ad Epiſcopos ſpectat facultas examinandi, & approbandi hujuſmodi Vicarios. Habent ergo Abbates præfati inſtituere, & deſtituere beneficiarios in dictis Eccleſiis, ut hîc docet Chokier *verſic. Ratio eſt*, ibi: *Confirmatur, &c.* & *verſic. Inſuper.* Ac per conſequens authoritatem

tatem habent admittendi reſignationes, & permutationes. Idem Eraſmus *verſic. Quo verò:* & ibi, *Confirmatur;* & ego ipſe *d. quæſt.2. num.235.& 239.* dixi de inſtitutione, & deſtitutione, *& num.198.*

Eraſmo Chokier conſonat Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, part.3. alleg.69. pag.185.* ubi poſtquam *num. 1.* dixerat: Coram Epiſcopo, vel alio Superiore Ordinario libera, & ſimplex beneficiorum reſignatio jure communi fieri poteſt, ut probant textus *in cap. Admonet, de Renunciatione,* ibi: *Abſque aſſenſu tuo intrare audeant, detinere, dimittere, aut te inconſulto, &c.* & *in cap. 1. de Rerum permutatione, lib.6.* ibi: *Liberè, ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignet:* & *in Clementina Multorum, de Pœnis;* adductis pluribus Doctoribus, ſic *num.2. & ſeqq.* ait. Intellige de Superiore Eccleſiaſtico habente ſpiritualia. Fuſcus *(de Viſitat. lib. 2.) d. cap.28. num.12.* Ruffinus *tract. de benefic. cap.14. num.41.* Flaminius *(de Reſignat. lib.7.) d. quæſt.15. num.18.* Chokier *de Iuriſdict. Ordinarii in exempt. part.4. quæſt.68. in princ.* Et de omni alio Prælato, qui jus habet conferendi, inſtituendi, & à beneficio quoque Clericos amovendi, cujuſmodi ſunt Abbates, & alii Prælati Epiſcopis inferiores, qui Epiſcopalem juriſdictionem conſuetudine, vel privilegio habent, & nulli ſunt Epiſcopo immediatè ſubjecti. Panormit. *in cap. Quæſitum, num.4. de Rerum permutat.* Flamin. *d. quæſt.14. à num.19. & quæſt.15.* Azor *(part.2. lib.7. cap.29.) d. quæſt.4.* Chokier *de Iuriſd. in exemptos, part.4. quæſt.67. & quæſt.68.* cum Flamin. *d. quæſt. 15. num.18.* reſolvit, quod ſi Eccleſia in temporalibus recognoſcat Abbatem, in ſpiritualibus verò Epiſcopum, coram Epiſcopo erit reſignatio expedienda.

1030. Produco etiam Caſtrum Palaum, & alios, quos *ſuprà, num.980.* recenſui, eos maximè, qui ſentiunt, habentes conſuetudinem admittendi reſignationes ſimplices, & puras beneficiorum, benè, & licitè coram eis permutari poſſe. Unde Abbates, & Præſidentes hujus Regii Monaſterii Hyrachenſis benè poterunt authoritatem præſtare, & aſſenſum permutationi beneficiorum, quorum collatio ad eos pertinet, & ſpectat. Habent enim conſuetudinem reſignationes liberas, & ſimplices admittendi beneficiorum, ut illa aliis conferant; ſine conditione tamen, & aſſignatione perſonæ, ad ſuprà tradita, *num. 1011.* De quampluribus teſtor reſignationibus factis coram Abbatibus, de beneficiis Parochialis Eccleſiæ loci de Mendavia, ut ex ipſis reſignationum inſtrumentis publicis, in Archivio dicti Monaſterii aſſervatis conſtat, factis per D. Didacum Martinez Taza, 30. Decembris 1593. per D. Ioſephum de Urbina, 28. Decembris 1616. per D. Franciſcum Michaëlem, 22. Aprilis 1638. per D. Petrum de Liñan, & Sada, 14. Iunii dicti anni 1638. per D. Petrum Martinez, 11. Iulii 1641. per D. Bonifacium de Morentin, 14. Martii 1642. per D. Hiacynthum de Arando, 13. Decembris 1645. & per D. Michaelem de Avalos. Et de beneficiis Parochialis Eccleſiæ S. Martini de Arbeyza, conſtat reſignaſſe D. Ioannem Lopez de Arcaya, anno 1624. & D. Ioannem de Chavarri, anno 1629. & 1. die Iulii 1622. D. Franciſcum Martinez, & D. Martinum de Ollacariſqueta, 16. die Februarii anni 1531. Et de beneficio Parochialis Eccleſiæ loci de Cubielqui, reſignationem fecit Petrus Ibannez, anno 1568. Ad quas omnes reſignationes ſubſequutæ ſunt Collationes, & proviſiones, quas Domini Abbates, & Præſidentes dicti Monaſterii fecerunt, ut ex dictis apparet publicis inſtrumentis.

Et quidem quod dicti Abbates, & 1031.
Præſidentes, deponere, & removere poſſint pro libito ſuo, & arbitrio, Vicarios dictæ Eccleſiæ de Mendavia, dixit Rota 19. *Ianvarii 1663. coram Bevilaqua, deciſ.2. poſt mea Commentaria, num.1. in fine: coram Ninot, 27. Iunii 1664. num.1. deciſ.3. coram Ottalora, 11. Maii 1667. deciſ. 5. n.1. 22. & 23. & coram Albergato, 13. Maii 1669. deciſ. 6. num.2.* & in tribus ſententiis diffinitivis, contentis in literis executorialibus in eadem cauſa relaxatis. Idem dixit, & pronunciavit de Vicario Eccleſiæ Sancti Ioannis Civitatis Stellæ, *coram Albergato, 28. Martii 1659.* Habetur ejus deciſio *la 9. poſt dicta commentaria,* & ſententia ſub executorialibus in

dicto Hyrachenſi Archivio aſſervatis, & ſæpè executioni traditis, per amotionem Vicariorum, etiam ſine cauſa. Idem fit à tempore immemorabili circa Vicarios loci de Ugar: quam poſſeſſionem manutenuit Illuſtriſſimus Nuncius Apoſtolicus 11. *die Novembris* 1633. cujus decretum executivum habetur in meis Paſtoralibus, *part.* 4. *quæſt.* 7. *ſect.* 1. *num.* 6. Ab immemoriali etiam tempore deponunt pro libito Vicarios Eccleſiæ loci de Lete, in qua etiam manutentionem obtinuit Monaſterii per Decretum Illuſtriſſimi Nuncii Apoſtolici.

De dictis nemo mirari debet, cum Eccleſiæ unitæ ad menſam Monaſteriorum, Regulares ſint, ut de Parochiali præfata Stellæ, dixit Rota 14. *Decembris* 1648. *coram Ottobono*, *n.* 5. & 26. *Maii* 1653. *num.* 24. *deciſ.* 19. & 20. *poſt dictas Paſtorales*: & de Parochiali Mendaviæ, dixit *coram Bevilaqua*, *num.* 4. & *coram Ottalora*, *n.* 13. *la* 2. & 5. *poſt Commentaria*, de quo ego ipſe *in diſq. tom.* 1. *tract.* 1. *diſq.* 3. *dub.* 1. *num.* 30.

1032. Coram Vicario Generali Epiſcopi fieri non poteſt reſignatio beneficii, niſi ei ab Epiſcopo expreſſe concedatur, quia non habet poteſtatem amovendi à beneficio Clericum, *cap.* 2. *de Offic. Vicarii*, *in* 6. Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 255. cum Staphileo *loco citato*, §. *Reſignationis modus*, *num.* 19. Pavino *de Offic. & poteſt. Capituli Sede vacante*, 2. *p. quæſt.* 10. Rebuffo *in Forma vicariatus*, *n.* 106. Cucho *in inſtitutionibus majorib. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 82. Flam. Pariſ. *d. lib.* 7. *quæſt.* 24. Sbrozio *de Vicario Epiſcopi*, *lib.* 2. *quæſt.* 130. Zerola *in Praxi Epiſcopali*, 1. *p. verbo Renunciatio*, §. 4. Zechlo *d. c.* 13. *num.* 2. *Vicarius*, *verſic. Quoque*, & cum Calderino *conſ.* 3. *de Renunciat.* Sequitur Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 2. *num.* 3. Barboſa *allegat.* 54. *num.* 66. per textum *in cap. Quæſitum*, *de Rerum permutat.* cum Ugolino *de Poteſt. Epiſcopi*, §. 7. *cap.* 4. *num.* 2. Mantica *deciſ.* 260. *num.* 7. & aliis. Joan. Aloyſius Riccius *in Praxi aurea*, & *quotidiana*, *reſol.* 471. *pag. mihi* 303. cum Franco *in cap. unico*, *n.* 9. *de Rerum permutat.* Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *quæſt.* 4. *verſic. dubitatur*, cum communi, teſte Federico. Quod adeo verum eſt, ut eſto ei ſit facultas conferendi conceſſa, non cenſeatur facta conceſſio reſignationes admittendi, aut è contra, quia ſunt diverſa. Garcia *num.* 263. Barboſa *n.* 67. & Palaus *d. num.* 3.

Sed coram Capitulo Sede vacante 1033.
fieri poteſt beneficiorum reſignatio. Garcia *d. cap.* 3. *num.* 250. cum Abbate *in cap. Cùm olim*, *de majoritate*, & *obedientia*, & Felino ibi, *num.* 4. & ex Rota *deciſ.* 6. *de Rerum permut. in novis.* Pavino *de Offic. & poteſt. Capit. Sede vacante*, *p.* 2. *quæſt.* 2. *à num.* 11. Corraſio 1. *part. cap.* 8. *num.* 17. Cucho *dicto lib.* 2. *tit.* 9. *à num.* 40. Flam. Pariſ. *d. lib.* 7. *quæſt.* 23. *num.* 20. & Sbrozio *d. lib.* 2. *quæſt.* 71. *num.* 12. Caſtrus Palaus *d.* §. 2. *num.* 4. Ratio eſt, quia Capitulum vice Epiſcopi fungitur, & ſuccedit in ejus juriſdictione ordinaria, exceptis caſibus in jure expreſſis. Cum autem admiſſio reſignationis pertineat ad ordinariam Epiſcopi juriſdictionem, & non inveniatur in jure expreſsè excepta Capitulo Sede vacante, ad illud pertinebit. Hæc de his, qui beneficiorum reſignationes admittere poſſunt, dicta ſufficiant: de Beneficiis verò, quæ reſignari poſſunt, aliquid dicamus.

Breviter dico, reſignari poſſe co- 1034.
ram ſuprà numeratis, omnia beneficia, ſive reſervata ſint, ſive non, dummodò reſignationes puræ ſint, & ſimplices. Quia licèt Ordinarii Collatores beneficia reſervata providere non poſſint, reſignationes tamen eorum optimè admittere poſſunt. Quia nullibi eſt prohibitum: & conceſſum cenſetur, quod non eſt expreſsè prohibitum, *cap. Nuper*, *el* 29. *de ſentent. excomm.* ubi Gloſſa verbo *Non retinuit*, ex *l. Nec non*, §. *Quod eis*, *ff. Ex quibus cauſis majores*, *&c.* Gloſſa etiam *in cap. Conſuluiſti*, verbo *Superſtitioſa*, *el* 20. 2. *quæſt.* 4. ubi ait: Omnia conceſſa intelliguntur de jure communi, niſi prohibita in certis caſibus inveniantur, ut innuitur *cap. lex decima*, & extra *de ſent. excommun. cap. Nuper*, & *ff. de legibus*, *l. Quæſitum*, *C. de Teſt. l. Sanctimus.* De quo axiomate ego ipſe *tom.* 1. *diſquiſitionum*, *tract.* 1. *diſq.* 4. *n.* 2. & in aliis meis lucubrationibus. Et ſicut poſſunt Ordinarii clericos delinquentes à beneficiis reſervatis amovere, ita poſſunt eorum beneficiorum reſignationes admittere. Ita

Caſtr.

Caſtr. Palaus *d.§.2. num.* 5. cum Flam. Pariſio *de Reſignat. lib.7. quæſt.14.n.6.* Auguſtinus Barboſa *allegat. 69. n.23.* dicens: Quintò amplia, ut beneficia reſervata poſſint reſignari coram Epiſcopis, qui poterunt reſignationes dictorum beneficiorum recipere, non autem illa conferre. Allegat eundem Pariſium, & Maſſobrium *in Praxi habendi concurſum, requiſit.7.dub.39. num.22.* non admiſſa diſtinctione, & ante illos Azorius *part.2.lib.7.cap.29. quæſt.10.verſic. Quæres.*

1035. Item beneficia juriſpatronatus poſſunt, etiam inconſulto Patrono, reſignari coram Ordinariis, non tamen provideri, quia in reſignatione pura patrono non præjudicatur, benè tamen in collatione. Azorius *part. 2. lib.7. cap.25. quæſt.4.* ita ait: Quæres, an reſignatio beneficii, inſcio, & inconſulto patrono facta, ipſo jure ſit irrita, & inanis, an verò ſolùm reſcindenda? Reſpondeo cum communi opinione, adhuc valere; reſcindendam tamen, ſi patronus contradixerit: nam ea conditione valuit reſignatio, cum primùm facta eſt. Porrò neceſſarius eſt patroni conſenſus, ſive laicus ille ſit, ſive Clericus, ut docet communis opinio, teſte Lambertino *lib.3.quæſt.5.principali, art.1. num.2.* Satis verò eſt, ſi poſtea patroni conſenſus acceſſerit: tunc enim reſignatio convaleſcit. Quæres (proſequitur Azorius) an patronus contradicendi poteſtatem habeat poſt elapſum tempus, intra quod Clericum nominandi, & offerendi jus habet? Reſpondeo, minimè: nam ſi intra illud tempus non contradicit, videtur tacitè reſignationem ratam habere. Cardinalis *Clement. 1. de Supplenda negligent. Prælator.* & Felinus *in cap. Cùm Bertholdus, num. 14. de ſentent. & re judicata.* Rogabis etiam, an cùm reſignans, neglecto patrono, ſe jure, quod habebat in beneficio, abdicaverit, ſi obierit, dicatur beneficium per obitum vacaſſe? Reſpondeo minimè, quandocunque beneficium dimittit alterius gratiâ, & favore: quoniam reſignatio facta eſſe cum conditione cenſetur, ut beneficium ad reſignatarium tranſeat: quod quia, contradicente patrono, reſignatario non acquiritur, penes reſignantem jus permanet. Secus verò eſt, ſi beneficium ſimpliciter ſine conſenſu patroni Clericus dimittat: tunc enim jus amittit in beneficio, quamvis conferri alteri nequeat citra patroni conſenſum. Hactenus Azorius, quem ſequitur Palaus *loco citato*, in hoc, quod beneficia, quæ ſubſunt juripatronatus, poſſunt reſignari ſimpliciter ſine Patroni conſenſu, non verò conferri.

Beneficio litigioſo cedere poteſt 1036.
quilibet ex litigantibus gratiâ, & favore ſui collitigantis, quia hac ceſſione litem extinguit. Non tamen poteſt illud in alium transferre, donare, aut aliquo modo cedere, juxta textum *in cap. 2. Ne lite pendente, in 6.* Ita Azorius *part.2. lib.7.cap.25. quæſt.4.* ubi inquiſito, an beneficium litigioſum, lite pendente, per reſignationem dimitti queat? ait: Reſpondeo, minimè: alioqui reſignatio eſt irrita, & inanis. Sic etiam alienatio rei litigioſæ lite pendente fieri non poteſt: quod ſi fiat, nullius eſt momenti. Unde nec donari, nec pignori dari, nec hypothecæ ſubjici jure poteſt. Eadem de cauſa, nec patronus, dum lis pendet de jurepatronatus, nominare, & offerre Clericum poteſt. At ſi alter litigantium beneficio cedat gratiâ, & favore alterius, valet actio, quia ea litem extinguit. Ex quo efficitur, ut Ordinarius loci, apud quem aliquis litigioſum beneficium dimittit, conferre nequeat, niſi lite finita, & extincta, vel per longum tempus neglecta, eo quòd licèt Jure Canonico conſtitutum certum tempus non ſit ad lites, & controverſias finiendas, *c.penultimo, de judiciis*; ſi tamen longo tempore fuerit à lite ceſſatum, lis finita cenſetur, tanquam derelicta. Unde judicatum eſt aliquando, litem eſſe finitam, quia per trigintaſeptem annos fuerit neglecta: immò aliam etiam, à qua intermiſſio facta fuerat per viginti quinque annos; & aliam item per decem & octo annos intermiſſam. Quæres, an qui ante litem beneficium dimittit, poſſeſſionem adire poſſit poſt litem ipſi intentatam? Reſpondeo, poſſe quando lis conteſtata non eſt de poſſeſſione, ſed tantùm de jure, ac titulo beneficii.

Ex his perſpicitur, reſignationem 1037.
beneficii, nulla facta mentione litis, nullius eſſe momenti. Item lite pendente,

dente, Principi ſupplicari non poteſt, ut reſcriptum ab eo impetretur ad beneficium litigioſum obtinendum, niſi litis mentio fiat. Similiter etiam beneficium litigioſum nequit impetrari, nulla facta litis mentione; ſicut nec etiam uniri, & conjungi. Rogabis, an ſi Romanus Pontifex motu proprio litigioſum conferat beneficium, nulla facta litis mentione, valeat conceſſio? Reſpondeo, minimè: quoniam Romanus Pontifex, ſi litem noſſet, beneficium non conferret. Sed quid dicendum, cum Titius, v. gr. litem movit de beneficio, quod poſſidet, & deinde mota lite, beneficium dimiſit gratiâ alterius? Reſpondeo irritam eſſe reſignationem, quoniam per eam minimè lis extinguitur. Quando verò duo inter ſe de beneficio litigant, lis penitus extinguitur per obitum utriuſque, ita ut beneficium liberè conferri cuicumque alteri queat. *Clementina 1. ut lite pendente.* Dubium præterea, apud quem dimitti queat beneficium lite pendente, facta tamen illius mentione? Reſpondeo, quando quis lite & cauſa cedit, id non ſolum coram Pontifice Romano, ſed etiam coram Ordinario loci fieri poteſt. Item coram loci Ordinario beneficium poteſt ſimpliciter dimittere, non causâ alterius; dummodò tamen illud beneficium non conferat alteri, niſi finita lite, & extincta. Ita ut lite coram Ordinario loci pendente, ſi alter litigantium è vita deceſſerit, nequeat ipſe Ordinarius alteri conferre beneficium. Hinc fit, ut quandocunque aliquis, lite pendente, beneficium coram Ordinario loci dimiſerit alterius gratiâ, & favore, irritum ſit, & inane quod fecit. Hactenus Azorius.

1038. Beneficium, ad cujus titulum quis ordinatus eſt, reſignari non poteſt, ſi aliunde reſignans non habet unde ſuſtentari poſſit, ita ut nulla ſit reſignatio, hac qualitate non expreſſa. Ita ex Concilio Trident. *ſeſſ. 21. cap. 2. de Reformat.* Caſtrus Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 2. §. 2. num. 6.* Garcia *de benefic. part. 2. cap. 5. num. 193.* ubi hanc recenſet S. Congregationis Declarationem, de anno 1588. videlicet: *Fuit dubitatum, an pro forma traditum eſſet, ut reſignans teneatur facere mentionem, ſe ad titulum illius fuiſſe promotum, adeo quod per æquipollens adimpleri non poſſit. Et fuit reſolutum, pro forma traditum eſſe à Concilio, ſtante clauſula annullativa, & quod Concilium negativè loquitur.* Jaſo *in l. Quod ſit nominatim, 1. de liberis, & poſthumis.* Felinus *in cap. Cum dilecta, de reſcriptis:* quo ſtante, per æquipollens non poteſt adimpleri. Flamin. Pariſ. *d. lib. 2. quæſt. 6. num. 39. & lib. 5. q. ult. n. 175.* Ugolinus *de Offic. Epiſc. cap. 26. §. 8. n. 4.* & ita ſi de hoc facta non fuerit mentio, nullam eſſe reſignationem, fuit reſolutum per Rotam *in una Salamantina, coram D. Orano, de menſe Maii ejuſdem anni 1588. & in una Hiſpalenſi coram Illuſtriſſimo Plato, 37. Iulii ejuſdem anni.* Flam. Pariſ. *d. num. 39. & d. num. 175.* & idem fuit reſolutum *in una Aretina Plebis, 4. Decembris 1600. coram D. meo Millino, ſuprà adducta 1. p. cap. 4. num. 438.* nec ſufficit expreſſio, quod reſignanti remanebat unde viveret: & poſt tradit Gonzalez *d. gloſſa 5. §. 10. num. 35.* dicens idem reſolutum *in Mutinenſi Canonicatus*, de qua *infrà, n. m. 218.* & ſequitur Piaſecius *in Praxi Epiſcop. part. 1. cap... num. 44.* Hæc Garcia, *num. 193. & 194.*

Idem Nicolaus Garcia *d. cap. 5. num. 212.* inquirit, an valeat renunciatio beneficii ad cujus titulum quis ſacris fuit ordinatus, facta cum penſione ſufficienti ad congruam ſuſtentationem; non tamen facta mentione, quod ad illius titulum fuit promotus. Et recenſitis Navarro *conſ. 9. de Renunciatione*, Flaminio Pariſio *d. lib. 2. quæſt. 6. num. 41.* Roderiquez *in Sum. tom. 2. cap. 15. num. 12.* & Azorio *d. part. 2. lib. 7. cap. 25. quæſt. 6.* aſſerentibus valere renunciationem, ſaltem in foro conſcientiæ, ex propria ſententia, *num. 214.* ſic reſolvit: Verius tamen eſt, non valere, quia ut dictum eſt *ſuprà, num. 193.* id traditum eſt pro forma, & indiſtinctè annullatur reſignatio aliter facta. Et ita tenet Sacra Congregatio Concili, ut in ſequenti declaratione, ſuper dictum caput. *Præſuppoſita ſupplicatione reſignationis Parochialis, de qua agitur, à D. Gaſpare in favorem D. Ioannis de Miron, cum reſervatione penſionis 180. ducatorum, prædicto D. Gaſpari ſolvendæ, & quod in eadem ſupplicatione dictus D. Gaſpar* 1039.

Gaſpar narravit, quod per quinquennium dictam Parochialem poſſederat, an in caſu de quo agitur, intret Concilium Tridentinum, hoc capite. Congregatio cenſuit, Concilium intrare. Et refert additio Navarr. *d. conſ.* 4. dicens advertendum referri, Sacram Congregationem cenſuiſſe ejuſmodi renunciationem eſſe nullam, ex quo non fuit expreſſum, reſignantem vel ad illius titulum promotum: quæ expreſſio pro forma requiritur. Sequitur Ugolinus *de Offic. Epiſcopi, cap.* 14. §. 3. *&* *cap.* 16. §. 8. *num.* 4. Et quod talis reſignatio ſit nulla, etiam in foro conſcientiæ, expreſsè tenet, dicens longè probabilius, Petrus Ledeſma (*de Sacramento Ordinis*) *d. c.* 7. *poſt* 10. *concluſionem.* Iſta Garcia.

1040. Qui *num.* 217. inquirit, an etiam id procedat in permutatione beneficii, ita ut nulla ſit, non facta mentione, quod ad titulum illius beneficii fuit Sacris ordinatus. Et reſpondet procedere, niſi permutatio ſit æquivalens. Et inter alia, quæ ad probationem adducit, Deciſio eſt Rotæ *coram Coccino, in Conchenſi Archipresbyteratus,* 27. *Novembris* 1606. inter ejus impreſſas *la* 317. *pag. mihi* 453. ubi *num.* 1. ſic habetur: *D. Amoraga, qui obtinuerat ſe ſubrogari in juribus Oſorii, etiam quoad ſpolium, jus illius deducebat in nullitate permutationis, ex quo in ea non fecit mentionem, quod fuerat ordinatus ad titulum Archipresbyteratus, de quo agitur, juxta deciſionem Concilii Tridentini, ſeſſ.* 21. *cap. de reformatione, quod licèt loquatur de reſignatione, tamen Sacra Congregatio cenſuit habere locum etiam in permutatione. Cujus ſententiam ſequuta fuit Rota in cauſa Mutinenſi Canonicatus,* 19. *Novembr.* 1602. *coram bonæ memoriæ D. Litta.* Hæc Coccinus in principio Deciſionis, & in ejus fine, quæ ſequuntur: *Et denique, ſi præfata omnia tollerentur, adhuc D. Amoraga non poſſet obtinere, quia ut declaravit Congregatio Illuſtriſſimorum Interpretum Concilii, in hac cauſa prædictum decretum Concilii non habet locum, quando permutans aſſequutus eſt vigore permutationis pacificam poſſeſſionem alterius beneficii ad ſui congruam ſuſtentationem ſufficientis.* Refert etiam Garcia declarationem S. Congregationis, datam 18. Julii 1602. de eo, quod Decretum Concilii habeat locum in permutatione.

Quod ſi quæras, qui ob delictum venit beneficio privandus, poteritne ille purè, & ſimpliciter reſignare illud, antequam illo privetur? Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6. *punct.* 2. §. 2. *num.* 8. ait ferè omnes firmare, poſſe, cum Gloſſa *in cap.* 2. *Ut lite pendente, in* 6. ut videre eſt, ait, apud Joan. Gutierrez *Canonicar. qq. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 29. Covarruviam *in Clement. Si furioſus, de Homicidio,* 2. *p. relect.* §. 3. *num.* 7. Flamin. Pariſium *lib.* 3. *de Reſignat. quæſt.* 16. & Garciam *part.* 11. *cap.* 3. *à num.* 62. Et rationem adducit, quia nemini præjudicium cauſat, cùm beneficium providendum remittit; immò ei gratum haberi poteſt, quod privationem futuram præveniat. Quapropter ſi quis accuſatus ſit de homicidio, perjurio, aut alio crimine, ob quod beneficio privandus eſſet, poſſet ante privationem, ipſo facto, beneficio cedere: quia non cedit beneficio litigioſo, ſed beneficio ritè, & pacificè poſſeſſo cedit, ex timore privationis futuræ ob commiſſum crimen. Ità Palaus ex prædictis Doctoribus. Et addit ex ipſis, & aliis apud eos, poſſe etiam in dicto caſu beneficium in favorem alterius reſignare, ex hac efficaci ratione, quia regulariter cuilibet licet proprium reſignare beneficium in favorem. Sed ob delictum commiſſum hac facultate non reperitur privatus, cùm non reperiatur ipſo beneficio privatus. Ergo liberè, licitè, & validè poterit accuſatus ante actualem beneficii privationem, illud in gratiam, & favorem, & non ſolùm purè reſignare. Neque obſtat dicere, ex hac reſignatione præjudicium Ordinario ſequi, eo quòd impediatur à libera illius proviſione. Non inquam obſtat: quia hoc præjudicium eſt per accidens, & non attendendum: quia qui jure ſuo utitur, nemini facit injuriam, juxta tritum, & vulgare juris axioma, quod variis juribus, & Doctorum authoritatibus exornatum habes penes Barboſam *axiom.* 135. *n.* 8. & penes me ipſum *in commentariis ad conſtit.* 6. *num.* 405. & fortè alibi. Neque ad valorem hujus reſignationis requiritur expreſſio criminis, quo

ligatus reſignans eſt. Quia nullibi ſimilis cavetur expreſſio. Ita Palaus *n.* 9. quamvis alii contrarium teneant, ſed abſque firmo (ait) fundamento. Ita & Garcia, dicens *part.* 11. *cap.* 3. *n.* 120. Octavò ampliatur, ut poſſit renunciare etiam in favorem, & renunciatio valeat, etiam non facta mentione de crimine, nec de accuſatione, ſeu inquiſitione, aut proceſſu, nec de privatione, ut eſt de mente Ferrarii, Felini, Sarnenſis, Covarruviæ, Lancelloti, Salcedi, & aliorum ſupra citatorum, & probat *d. deciſ.* 5. *de Re judicata, in antiquis*, & Rebuffus *conſ.* 82. quamvis idem Rebuffus *d. tit. de modis amittendi beneficia, n.* 52. & Flamin. Pariſ. *num.* 23. *&* 24. & Joannes Gutierrez *num.* 32. *&* 38. & Proſper de Auguſtino *ubi ſuprà*, & Farinacius *num.* 76. 77. *&* 84. contrarium teneant. Et rationi à Palao tactæ addit: quod non omnia tacita, quæ expreſſa movere poſſent Papam ad denegandam gratiam, vitiant, ſed ea ſolùm, quæ de jure, vel ſtylo ſunt exprimenda, ſeu de quibus reperitur expreſſum, vel eſt in jure cautum, quod eis expreſſis, Papa gratiam non conceſſiſſet. Rota *deciſ.* 32. *de reſcriptis, in novis.*

1042. Ampliatur dicta doctrina, ut procedat, & vera ſit, etiamſi quis beneficium illud impetret in eventum privationis. Quia hujuſmodi impetratio non impedit, quin criminoſus uti poſſit ſuo jure, & poteſtate: ſiquidem impetrans ipſe jus habet ad beneficium, non abſolutè, ſed ſub conditione, quod ille, qui privandus venit, de facto privetur: qui tamen impedire benè poteſt poſitionem hujus conditionis, beneficium ante condemnationem privationis reſignando. Neque obinde dici poteſt, reſignantem tollere ab impetrante jus quæſitum, cum non ſit illi quæſitum, niſi in eventum conditionis. Sic Garcia *d. cap.* 3. *num.* 72. qui addit: Nec poſt renunciationem poteſt procedi ad privationem. Sarnenſ. *in regula de non tollendo jure quæſito, quæſt.* 42. Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 26. *n. ult.* & poſt plures alios, allegat Rotam *deciſ.* 14. *ut lite pendente, in novis.* Sic etiam Palaus *ubi proximè*, *n.* 10. cum Gutierrez *d. cap.* 5. *num.* 59.

1043. Ampliationem iſtam plures limitant DD. quos recenſet, & ſequitur Gutierrez *d. lib.* 2. *Canonicar. qq. cap.* 5. *à num.* 41. penes Palaum *num.* 11. caſu, quo ſciret renuntians impetrationem ab alio factam: nam tunc fraudulenter procederet, præcipuè ſi non reſignaret in favorem alicujus, ſed abſolutè; quia convincetur reſignare ad impediendam alterius impetrationem, unde in illius præjudicium reſignatio valere non debet. Pro quo facit textus *in cap. Si te,* 2. *& finali, de Renunciatione, in* 6. ubi habens tenuem præbendam, & credens pinguem brevi vacaturam, ſciens tertium alium obtinuiſſe à Papa indultum pro prima vacatura, ſuam reſignavit, ut in ea ille tertius provideretur, ipſe verò reſignans pinguiorem brevi vacaturam obtineret. Et Papa reſpondit, quod conſtito de prædicta fraude reſignantis, expectans Apoſtolicus, omiſſa præbenda ſic reſignata, provideatur in præbenda ſecundò vacatura, & reſignans careat præbenda habita, & ambita. Ergo reſignans animo, & intentione impediendi impetrationem alterius, fraudem committit. Ergo jus alterius non impedit.

Hæc tamen limitatio probanda 1044.
non eſt, ait Palaus; non enim dici poteſt, fraudem committere, ſuo jure utens, ut licèt ex animo perverſo renunciationem faceret, ſolùm in animo adeſſet malitia, ſed non effectu. Neque caſus *dicti cap.* 2. urget. Nam conceſſio expectativæ ibi facta fuit pro præbenda primò vacatura, rebus ordinario curſu ſuccedentibus, non pro præbenda ex induſtria, & ex malitia vacante; ac proinde poſita malitioſa, & fraudulenta vacatione, non ponitur conditio requiſita, ut habens gratiam expectativæ teneatur illa uti: ac proinde renunciatio fraudulenta, eſto valida ſit, non præjudicet expectanti. Secusverò eſt in præſenti caſu, ubi renuncians renunciat beneficio, quod timet ob delictum renuncianti eſſe auferendum. Nam eſto noceat impetranti illud, in eventum privationis; quia impedit, ut purgetur conditio, ſub qua ei conceſſum eſt: non tamen ex hoc nocumento, quod per accidens ſequitur, impediri poteſt quis jure, quod habet renunciandi. Et ita tenet

Palaus

Palaus cum Covarruvia *in Clement. Si furioſus, de Homicidio, 2. part.* §. 3. *n.* 7. Plaza *de Delictis, cap.* 11. *num.* 10. & Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *n.* 83. cum eiſdem, & cum Salcedo, Ludovico Lopez, Emmanuele Rodriquez, Molina, Gambaro, & aliis, ubi etiam ait: Quartò ampliatur, ut poſſit renunciare, ſive ſimpliciter, ſive in favorem alterius, etiam poſt ſcientiam impetrationis factæ à tertio, de ejus beneficio in eventum privationis, vel poſt impetrationis præſentationem; quia qui renunciat, ſuo jure utitur, & ideo nullam fraudem committit, quippe, qui ſibi conſulturus, vel conſanguineo, aut amico, renunciet; non ut noceat impetranti, niſi ex aliquibus conjecturis, aliàs fraus appareat, ut *in cap. de Renunciatione, in 6.* Ita Covarruvias, &c. Hæc Garcia.

1045. Secundò ampliatur dicta doctrina ad renunciationem ex cauſa permutationis; ſiquidem delictum non impedit, quin beneficium reſignandum, & permutandum, reſignantis ſit, & permutantis. Nec valet dicere, impedire delictum commiſſum, quod noviter beneficium acquirat, quia illum infamem conſtituit, & irregularem, & conſequenter reſignationem impedire ex cauſa permutationis, quia hæc conſiſtit in depoſitione proprii beneficii, & acquiſitione alterius. Non, inquam, valet: quia non quodlibet crimen, ob quod quis privandus beneficio venit, illum infamem reddit, & irregularem, ac proinde nec incapacem beneficii acquirendi. Sed gratis conceſſo, quod noviter beneficium non acquirat, non inde ſequitur reſignationem ex cauſa permutationis non valere: quia qui tecum, qui ob crimen privandus venis, beneficium permutat, non eſt in culpa, quominus tibi beneficium transferatur; ac proinde tibi imputari debet, quod beneficium de novo non acquiras. Ergo reſignatio ſubſiſtere debet. Et ita tenet Garcia *d. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 67. dicens: Secundò ampliatur, ut talis accuſatus, pendente lite, poſſit permutare, ut docet Gloſſator *d. regula de annali*, & cum eo Sarnenſ. *d. q.* 7. & 42. Æneas de Falcon. *de reſerv. perſonali, effectu* 47. *n.* 12. Petr. Gregor. *d. cap.* 26. *num.* 15. & *d. cap.* 33. *num.* 3. Flamin. Pariſ. dicens communem, *ſuprà, num.* 10. cum Navarro *conſ... de Accuſationibus*, apud quem id non invenio, & ſequitur Salcedo *ſuprà*, in ultima editione anni 1594. Tenet etiam Palaus *loco citato, num.* 12. Pro contraria ſententia recenſet Garcia graves aliquos DD. ſed propriam veriorem exiſtimat, niſi fortè obſtet reſignanti infamia orta ex accuſatione apud bonos viros, ne poſſit ad aliud beneficium promoveri, & ſic permutare, *ex cap. Omnipotens, de Accuſationib.* ubi Abbas, Felinus, & alii ſuprà relati, *part.* 7. *cap.* 8. *num.* 6. & 7. qui docent, quod ſi accuſatus non eſt infamatus apud bonos, & graves homines, accuſatio non impedit promotionem, aut niſi ob delictum eſſet de jure inhabilis ad beneficia obtinenda. Gloſſa *in Clement.* 1. *de pœnis, verbo Obtinenda*, & ibi Cardinalis §. *Ipſius, num.* 4. Anchar. *num.* 10. Bonifac. *n.* 54. & 108. *&c.*

Quod ſi iterum quæras, qui commiſit crimen, ob quod ipſo jure beneficio privatus exiſtit, poteritne illud reſignare, & permutare ante ſententiam criminis declaratoriam? Palaus *tom.* 1. *tract.* 4. *de Fide, diſput.* 4. *punct.* 5. *num.* 5. docet requiri ſententiam criminis declaratoriam, ut hæreticus ſe teneatur beneficiis, ſicut & aliis bonis ſpoliare, ut ſatis colligitur *ex cap. Cùm ſecundùm*, & tradit Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *c.* 27. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 189. *art.* 69. & *in fragment. verbo Clericus, num.* 80. Suarez *de Fide, diſp.* 21. *ſect.* 5. *in fine*, & Azor *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 8. *quæſt.* 3. Et addit Palaus, non ſolùm requiri ſententiam criminis declaratoriam, ſed etiam executionem factam per judicem. Farinac. *num.* 79. *in fin.* Sanchez *num.* 8. Azor. *quæſt.* 4. Covarruv. 4. *Decretal.* 2. *part. cap.* 6. §. 8. *num.* 8. Licèt quod à die commiſſi criminis debeat ſe beneficio abdicare, teneant alii, quos ibi recenſet, eo quòd careat titulo. Et concludit negando, carere abſolutè titulo, ſed ſub conditione, ſi ſententia ſuccedat. Et rurſus *num.* 6. ait: Nam quoties in pœnam alicujus delicti privatur quis beneficio, non privatur titulo illius perfectè ante ſententiam, ſed imperfectè, & ſub conditione, *ſi ſententia accedat.* Ubi inter effectus privationis ipſo jure, tertium aſſignat per hæc 1046.

verba : Tertius non poteſt beneficium in favorem alicujus reſignare, quia non eſt perfectè ſuum, ſed Sedi Apoſtolicæ reſervatum. Neque reſignatarius ex vi talis reſignationis jus in beneficium irrevocabiliter acquirit. Sic Pegna 3. *p. quæſt.* 113. *comment.* 162. *verſic. Huc quoque.* Salzedo *cap.* 114. *paulò poſt princ.* Advertit tamen Sanchez *num.* 9. & Azorius *d.p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 8. (ait Palaus) quod ſi de facto reſignationem beneficii hæreticus facit (& idem erit de alio quolibet, ipſo jure beneficio privato,) aut cum alio permutet, reſignationem, & permutationem tenere, quouſſententia declaratoria delicti ſuccedat. Ratio eſt, quia hæreticus non amittit beneficii poſſeſſionem, etiamſi titulum, & proprietatem perdat. Quod videtur ſufficere, ut beneficium de facto transferat, neque is, in quem tale beneficium tranſlatum eſt, teneatur dimittere quouſque ſententia declaratoria criminis ſuccedat. At ſi verum eſſet, hæreticum carere titulo, nulla ratione id ſuſtineri poſſet; quia beneficii poſſeſſio non poteſt in alium transferri, non tranſlato titulo. Si igitur titulus hæreſis crimine amiſſus eſt, quomodo poſſeſſio beneficii transferri poteſt? Unum autem eſt omninò certum, ſuppoſito quod hæreticus privatus ſit ipſo jure beneficiis, videlicet facta declaratione delicti, reſcindi permutationem, & reſignationem beneficii, & auferri beneficium ab eo, cui via permutationis, aut ſimplicis reſignationis collatum fuit; quia ſententia illa declaratoria habet effectum ſuſpendendi omnes actus, qui ſubſequuti fuerunt à die commiſſi criminis. Reſciſſa autem tali permutatione, aut renunciatione, aufertur à reſignatario beneficium collatum, ipſeque reſignatarius, ſi loco beneficii ab hæretico accepti, aliud illi contulit, poteſt ad ſuum priſtinum beneficium redire vel propria authoritata, vel ſaltem nova adveniente collatione, quia permutatio non habuit effectum. Sic Sanchez, cum Flaminio *ſuprà*, *num.* 9. Hactenus Palaus *part.* 1. *loco citato*, in terminis privationis beneficii ipſo jure, ob crimen hæreſis; in terminis verò ſimilis privationis ob alia crimina, ſic *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 2. *num.* 13. ſequentia dicit.

Major difficultas eſt de beneficiis, quibus ipſo jure privatus es ob delictum; an, inquam, hæc ante ſententiam declaratoriam criminis poſſis reſignare, & permutare? Sed huic difficultati *tract.* 4. *de Fide, diſp.* 4. *punct.* 5. ſatisfecimus. Ibi enim diximus, attenta communi ſententia, nec reſignari in favorem, nec permutari poſſe, *quia ſunt Sedi Apoſtolicæ reſervata:* ſed conceſſo quod reſignari poſſint, aut permutari, eo quòd ante ſententiam declaratoriam criminis non videaris titulo, neque dominio beneficiorum privari; facta tamen declaratione, reſignatio, & permutatio facta reſcinditur, & nulla redditur, ac ſi à puncto commiſſi delicti nulla fuiſſet declarata. Sic ultra relatos ibi, tenet Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 35. *n.* 190. Advertit tamen Garcia 11. *part. de benefic. cap.* 3. *num.* 117. horum beneficiorum reſignationem validam eſſe, ſi fiat in favorem, ex clauſulis generalibus apponi ſolitis, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo vacet, dummodo alteri non ſit jus quæſitum in tali beneficio.* Nam verum eſt, vacare beneficium ex reſignatione, vel alio modo, ſcilicet privatione; neminique eſſe jus quæſitum. Hucuſque Palaus. Sed Garcia in loco ab eo citato, de hoc non agit: conſonat tamen quod ait *eadem parte* 11. *cap.* 1. *num.* 33. per hæc verba: Unde reſignatarius, ſeu ceſſionarius, virtute clauſulæ, *ſeu alio quovis modo*, poteſt capere beneficium tunc vacans per obitum alterius, *quamvis reſignans, ſeu cedens nullum jus in eo haberet.* Puteus *deciſ.* 25. *lib.* 3. Mohedan. *deciſ.* 5. *de Præbendis, aliàs* 107. Rota *deciſ.* 266. *lib.* 2. *&* 305. *&* 341. *lib.* 3. *parte* 1. *diverſorum.* Mandoſius *de Signatura, tit. de reſignat. verſic. Non addita autem illa,* & Flamin. Pariſius (*lib.* 8. *de reſignat. quæſt.* 7.) *num.* 64. *& à num.* 120. Genuenſis (*in Praxi, cap.* 120.) *ampliat.* 3. allegans *d. deciſionem Virdunenſ. Canonicatus* (15. *Martii* 1596. *coram Pamphilio*) & fuit reſolutum *in una Pacenſi Canonicatus*, 27. *Februarii* 1559. *coram D. Chiſanenſi.* Hæc Garcia, poſtquam *num.* 32. dixerat: Unde dicta clauſula, *ſive alio quovis modo*, capit etiam vacationem per privationem (quod magis

1047.

magis accedit ad noſtrum intentum.) Mohedan. *deciſ. ſecunda de ſequeſtr. poſſeſſ. aliàs* 333. Flamin. Pariſ. *ſuprà, num.* 146. & fuit reſolutum *in una Burgenſi Canonicatus*, 27. *Iunii* 1586. *coram D. Gipſio*, in qua fuit tentum, proviſionem Aloyſii ſuſtineri vi dictæ clauſulæ generalis, quamvis conſtaret ſimoniam realem inter Antonium, & Georgium commiſſam fuiſſe, ut per Flaminium *ibi*. Hîc operæpretium advertere ego duxi, non omnia beneficia, quæ ipſo jure vacant ob crimina admiſſa, reſervata eſſe Apoſtolicæ Sedi, ſed quæ vacant ob hæreſis crimen. Iſta enim reſervaverunt, uti dixi *tom.* 2. *Diſquiſition. diſq.* 1. *dub.* 12. *num.* 63. *pag.* 79. Pius V. *in Bulla* 29. apud Angelum Cherubinum *in Bullario Magno Romano*, *tom.* 2. *pag.* 212. & Gregorius XIII. *in Bulla* 66. *pag.* 446. Quæ verò ipſo jure vacant ob alia crimina, illorum proviſio ad illos pertinet, ad quos pertineret, ſi naturaliter vacarent tunc temporis, & in inſtanti, quo ſententia criminis declaratoria pronunciatur: quia verè tunc vacant, & non eſt ratio, quæ Collatores, etiam inferiores, prohibeat ſua ordinaria providendi poteſtate, & facultate uti. Quod conſultò adverto, ne quis exiſtimet, Palaum regulam ſuprà tradere generalem.

Paragraphus III.

Qui poſſint beneficia reſignare, ſeu renunciare?

1048. Generalis regula eſt, omnibus licere beneficia ſua reſignare, cauſa interveniente juſta, niſi ſpecialiter prohibeantur, quia cuilibet conceſſum eſt, ſuo ſponte, & liberè cedere juri. Quapropter ſolùm in præſentiarum examinandum reſtat, quibus à Jure reſignatio prohibeatur, ut inde appareat, quibus illa licita ſit, & conceſſa.

Primò reſignare prohibetur Clerico in ſacris conſtituto, ſi non habet aliunde, ex quo, ſpectata ejus qualitate, decenter ſuſtentetur, tametſi ad titulum beneficii illius ordinatus non fuerit. Habetur expreſsè conſtitutum à Pio V. *conſtitut.* 58. incipit, *Quanta Eccleſiæ Dei*. Et licèt illa ſocùm de reſignatione coram Ordinario loquatur, habet tamen locum in reſignatione in Curia, ubi nulla admittitur reſignatio, niſi cum clauſula, quod reſignans habeat unde commodè vivere poſſit. Quod qua ratione intelligendum ſit, prudentis relinquitur arbitrio, qualitate reſignantis ſpectata, & attenta. Ita in dicta Conſtitutione Paulina, edita Kalendis Aprilis 1568. *Sed nec horum ullus ſacro Ordini mancipatus, niſi Religionem ingreſſurus, valeat ullo modo beneficium, vel officium Eccleſiaſticum reſignare, niſi aliunde ei ſit, quo in vita poſſit commodè ſuſtentari.* Et in Concilio Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 2. *de reformat.* ſic diſpoſitum fuerat: *Statuit S. Synodus, ne quis deinceps Clericus ſæcularis, quamvis aliàs ſit idoneus moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoveatur, niſi priùs legitimè conſtet, eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſtè ſufficiat, pacificè poſſidere. Id verò beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum ſit promotus: neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtito, quod aliunde vivere commodè poſſit: & aliter facta reſignatio, nulla ſit.* Concluſionem tenent Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 7. Nicolaus Garcia *de Benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 198. *& ſeqq.* & allegat Flamin. *de Reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 3. *& libro* 5. *quæſt. ultima, num.* 76. & Rotam *in una Lucana*, 5. *Decembris* 1586. *coram Orano*. Barboſa *in d. cap.* 2. *Concilii collectanea, num.* 26. & *de poteſt. Epiſc. tom.* 2. *allegat.* 19. *num.* 40. cum Aloyſio Riccio *in Deciſionibus Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ*, *deciſ.* 272. *in fine*, & Caſtrus Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 3. *num.* 1.

Secundò prohibetur reſignare, permutare, aut quovis modo cedere beneficio, niſi poſt reſignationem, ceſſionem, ſeu depoſitionem à jure approbatam viginti diebus ſupervixerit. Sic ex regula Cancellariæ *de infirmis beneficia reſignantibus*, habemus: *Item voluit Sanctiſſ. D. N. Papa, quod ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignaverit aliquod beneficium, ſive ſimpliciter, ſive causâ permutationis, ſive aliàs dimiſerit, aut illius commendæ ceſſerit, ſeu ipſius beneficii unionis diſſolutioni conſenſerit, etiam vigore ſupplicationis, cum eſſet ſanus, ſignatæ,* 1049.

& poſtea infrà viginti dies à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium quavis authoritate conferatur per reſignationem ſic factam, collatio hujuſmodi nulla ſit, ipſumque beneficium nihilominus per obitum cenſeatur vacare. Hactenus regula, quam latè explicat Rebuffus *in Praxi beneficiali, tit. de reſignat. ratione perſonæ, parte* 3. Flamin. Pariſius *lib.* 12. Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 28. *per totum.* Hanc regulam Bonifacius Octavus ſtatuit, & poſtea ejus ſucceſſores, ne fraudibus locus detur, & ne beneficia, quaſi temporalia bona, propinquis relinquantur & conſanguineis: ante Bonifacium enim præfatum, liberum cuique erat beneficia quovis tempore reſignare, cedere, aut permutare, uti Palaus ait *num.* 2.

1050. Circa quam regulam aliqua adnotare oportet. *Primum*, quod etſi de infirmo reſignante loquatur, ex praxi tamen, & ſtylo recepto procedit etiam in quolibet ſano reſignante beneficium: quod certè indicant verba illa multis ab hinc annis regulæ addita: *Etiam vigore ſupplicationis, dum eſſet ſanus, ſignatæ.* Ita ex Flaminio Pariſio *lib.* 12. *quæſt.* 6. *num.* 7. Azorius *d. cap.* 28. *quæſt.* 3. & poſt eos Palaus *num.* 4.

1051. *Secundum*, quod hæc regula quemcumque reſignantem, quantumvis exemptum comprehendat, etiamſi ſit Epiſcopus, Archiepiſcopus, & Cardinalis. Ratio eſt, quia regula ſigno utitur univerſali, ibi: *Si quis in infirmitate conſtitutus.* Ita Azorius *quæſt.* 2. cum Gomezio *quæſt.* 3. Rebuffo *in eadem Regula, gloſſa* 1. *num.* 4. Flaminio *quæſt.* 4. *num.* 6. & Rota, ſignanter *coram Puteo, deciſ.* 33. *lib.* 3. Ita & Palaus *num.* 5.

1052. *Tertium*, quod regula ſe extendat ad quamlibet reſignationem, ceſſionem, ſeu depoſitionem beneficii. Patet ex illius verbis, ibi: *Reſignaverit, ſive ſimpliciter, ſive ex cauſa permutationis, ſive aliàs dimiſerit.* Sic Azorius *quæſt.* 4. *verſic. dubitabit aliquis*, Palaus *num.* 6. cum Rebuffo *gloſſa* 4. *num.* 5. Mandoſio *in hac regula, q.* 13. Gomez *regula de infirmis, q.* 19. *per totam*, quamvis Gonzalez *gloſſa* 14. *n.* 57. cenſeat contrarium, ex æquitate, & benignitate, approbandum eſſe.

Quartum, habere locum regulam, 1053
eſto reſignatio, ceſſio, ſeu depoſitio beneficii fiat coram Ordinario, vel Legato Pontificis; quia regula non limitavit ad reſignationes in Curia. Et ratio finalis, ob quam conſtituta eſt, æquè in reſignatione coram Ordinario, ac in Curia procedit. Ita Palaus *num.* 7. Azorius *d. quæſt.* 4. cum Gomezio *quæſt.* 10. poſt Caſſadorum *deciſ.* 33. affirmante, bis in Auditorio Rotæ ſic fuiſſe judicatum, hanc regulam locum habere etiam in hujuſmodi reſignationibus beneficiorum.

Quintum, quod comprehendat quæ- 1054.
cumque beneficia cujuſcumque qualitatis, ſive reſervata ſint, ſive non, eſto juriſpatronatus ſint. Colligitur ex illis verbis ipſius regulæ: *Si quis aliquod beneficium.* Ita Azorius *quæſt.* 6. & Palaus *num.* 8.

Sextum, quod comprehendat quam- 1055.
libet reſignationem, etiam per procuratorem factam: quia qui per procuratorem reſignat, verè ipſe reſignat. Azorius *d. cap.* 28. *quæſt.* 5. *verſic. Idem eſt*, cum Rebuffo *in d. regula, gloſſa* 10. *num.* 2. Palaus *d.* §. 3. *num.* 9. cum Flaminio Pariſio *de reſignat. lib.* 12. *quæſt.* 5. *num.* 36.

Septimum advertendum, viginti 1056.
dies, quibus juxta regulam reſignans ſupervivere debet, à die, quo reſignationi à Superiore approbatæ reſignans ipſe conſenſum præſtitit, computandos eſſe, ita ut ipſe reſignationis dies, & obitus dies, debeant ad numerum viginti complendum computari, v. gr. reſignaſti prima Januarii, hora octava: deceſſiſti die vigeſimo primo, eadem hora, reſignatio tenet. Quia enumeratis diebus reſignationis, & obitus, viginti dies poſt factam reſignationem ſupervixiſti. Quod autem dies reſignationis, & obitus dies, debeant in numero viginti computari, docent Mandoſius *quæſt.* 18. *num.* 3. Flaminius *d. lib.* 12. *quæſt.* 8. *num.* 14. quos recenſent, & ſequuntur Azorius *d. cap.* 28. *quæſt.* 7. & Palaus *d.* §. 2. *num.* 11. & ante illos tenuit Gloſſa dictæ regulæ, & ita in Rota bis fuiſſe per Auditores firmatum, ex Flaminio refert Azorius. Nec valet dicere cum Gomezio *quæſt.* 37. *num.* 2. *ex l. Eum qui,* §. *Planè, ff. de verborum obligat.* diem termini non computari in termino.

In

In dicta enim lege habetur, quod cum quis Kalendis Ianvarii promiſit alicui ſe ſoluturum ad certum aliquem diem, ea dies obligationis, in quam incidunt Kalendæ Ianvarii, minimè cenſetur. Gloſſa *in l. ult. §. 1. C. de jure deliberandi.* Non inquam valet, quia uti docent Azorius, & Palaus, id verum habet in odioſis, quod dies termini non computetur in termino; ſecus verò in favorabilibus: ſi enim intra viginti dies obligaris ſolvere, dies obligationis, & dies ſolutionis non computantur: quia tunc non intereſt ut computentur. At in noſtro præſenti caſu reſignantis intereſt, ut dies reſignationis, & dies obitus computentur in illo termino viginti dierum, & ut dies, quo præſtat aſſenſum, in termino computetur, ut citiùs finiatur.

1057. Sed gravior eſt difficultas, an hi dies reſignationis, & obitus naturaliter computari debeant, ita ut incepti pro completis habeantur, an verò de momento ad momentum. Nam ſi incepti pro completis habentur, ſi beneficium quis reſignavit primo die Ianvarii, v.gr. hora octava ante meridiem, & mortuus fuit vigeſimo die menſis, ante dictam 8. horam, reſignatio ſubſiſtet: quia abſolutè dies viginti ſupervixit. Quod autem dies inceptus pro completo haberi debeat, probat lex *Qua ætate, ff. de Teſtamentis*, ubi teſtamenti facti favore, decernitur, eum diem, quo teſtatori impletur ætas ad teſtandum, ſufficere eſſe inceptum: & ita tradit Gloſſa *in l. Inceptum, §. Minorem, verbo Momentum, propè finem, ff. de Minoribus*, ubi Bartolus *num.* 2. & Baldus *in fine.*

Sed tenendum eſt omninò, non eſſe computandum diem inceptum pro completo. Quia quoties à lege fit computatio per dies, ſumitur dies de momento ad momentum, ita ut ſi in primo die Ianvarii hora octava ante meridiem beneficium quis reſignavit, decedere debeat vigeſimo primo menſis illius, hora octava ante meridiem, ut ſubſiſtat reſignatio: aliàs ſi ante diem illum vigeſimum primum, & octavam decedat horam, non tenebit reſignatio, ſed vacabit per obitum beneficium, & non per reſignationem. Sic Azorius *d. quæſt. 7. verſic. Roget quiſpiam*, dicens: Roget quis, an dies, quo reſignans moritur, inceptus pro completo habeatur? Ratio dubitandi eſt, quia in his, quæ ſunt favoris, & gratiæ, dies inchoatus cenſetur completus. Gloſſa *in l. 3. §. Minorem, verbo Momentum, ff. de Minoribus*, ut in teſtamento, libertate, uſucapione. Reſpondeo, diem alterum, quo reſignans beneficium decedit, inchoatum tantùm, pro completo non haberi, & ita judicatum eſſe in Rota ab Auditoribus, refert Flaminius *quæſt. citata, num.* 23. Sed quomodo dies illi accipiendi ſunt, an ut naturales ſunt viginti quatuor horarum, an verò ut civiles, duodecim horarum tantummodò? Nam ſtatuta, quibus certus dierum numerus præfigitur, ſolent dies accipere poſteriori modo. Gomezius *in regula, quæſt.* 38. teſtatur uſu eſſe receptum, ut dies in hac regula priori modo finiatur: nec diſſentit Rebuffus *gloſſa* 9. Joannes Selva *in tract. de Beneficiis, part.* 3. *quæſt.* 46. Hæc Azorius, quem, Antonium Gomez *in l.* 70. *Tauri, num.* 25. & Thomam Sanchez *de Matrimonio, lib.* 2. *diſp.* 24. *num.* 16. & 22. ſequitur Palaus *part.* 2. *d. diſp.* 6. *punct.* 2. §. 3. *num.* 11. & addit: Probatque *lex* 3. §. *Minorem, ff. de Minoribus.*

Quod ſi petas, an beneficium, quod 1058.
vacat per obitum reſignantis intra 20. dies à die reſignationis, reſervatum ſemper ſit Summo Pontifici? Reſpondet Azorius *d. cap.* 28. *quæſt.* 9. reſervatum eſſe Papæ, quando reſignat in Curia in alicujus favorem, & gratiam, ex Flaminio *de Reſignatione, lib.* 12. *quæſt.* 9. *num.* 4. quia eo ipſo, quod moritur reſignans in Curia Romana, beneficium in Curia vacat. At beneficia in Curia vacantia, Papæ ſunt reſervata, *cap.* 2. *de Præbendis, in* 6. At verò quando ſimplex reſignatio facta fuit coram Ordinario, aut Legato Papæ, extra Romanam Curiam, beneficium ſic vacans non eſſe Papæ reſervatum, ſed poſſe ab Ordinario conferri. Ita ille cum Gomezio *q.* 33. *num.* 2. & 3. Rebuffo *in Regula iſta, gloſſa* 14. *n.* 5. & Flaminio *d. quæſt.* 9. *num.* 12. quamvis aliqui ſenſerint eſſe etiam reſervata Pontifici.

Tertiò videtur prohibitum minori 1059.
viginti quinque annis reſignare beneficium abſque tutoris authoritate,

ex

ex eo quod hæc reſignatio eſt quædam alienatio, quæ minori eſt interdicta ſine authoritate tutoris. Dicendum tamen eſt, beneficiarium minorem 25. annis, & majorem 14. poſſe propria authoritate reſignare beneficia, ſicut & ea poteſt accipere. Quia in cauſis ſpiritualibus, & ab eis dependentibus, minor 25. annis habetur pro majore, *cap. Si annum, de Iudiciis, lib.6.* Gloſſa communiter recepta *in cap. Ex parte*, verbo *Quamvis minor, de Reſtitut. ſpoliator.* Flamin. Pariſius *lib. 3. quæſt. 7.* quos recenſet, & ſequitur Palaus *d. §. 3. num. 12.*

1060. An autem reſignanti concedatur reſtitutio, ſub controverſia eſt, de qua latè Covarruv. *in Variis, lib. 1. cap. 5. per totum*, firmatque *à num. 3.* dari minori reſtitutionem in integrum, non ſolùm quando res eſt integra, id eſt, quando beneficium non eſt collatum alteri, ſed etiam quando alteri eſt collatum. Et ratio eſt, quia minori generaliter eſt conceſſum beneficium reſtitutionis, quando gravem paſſus fuit læſionem. Sed nullibi reperitur excepta iſta beneficii reſignati cum gravi læſione reſtitutio. Ergo iſta competit minori, qui beneficium reſignavit in caſu gravis læſionis.

Nec obeſt, quod minor in ſpiritualibus procedat ut major, quominus ſi læſus ibi fuerit, reſtitutio ei non concedatur. Non inquam obeſt, quia agere poteſt uti major in judicio poſſeſſorio; & tamen, ſi in eo lædatur, habet reſtitutionis axilium, ut ex pluribus Doctoribus aſſerit Covarruvias *ubi proximè, num. 8.*

Sed ſententia Azorii *p. 2. lib. 7. cap. 19. quæſt. 9. verſic. Quæres*, Caſtri Palai *loco citato, num. 13.* firmantis, nullam competere reſtitutionem minori reſignanti beneficium, vera videtur. Quia vel reſignavit ex cauſis à jure expreſſis, & approbatis, vel non. Si primum, ut quia habebat duo beneficia, quorum quodlibet ſufficiebat ad ſe congruè, & competenter ſuſtentandum; vel reſignavit in favorem conſanguinei, aut amici, vel cum reſervatione penſionis reſignavit; vel quia matrimonium contrahere volebat, aut Religionem ingredi, reſtitui non poteſt. Ratio eſt, quia in his caſibus ille læſionem allegare non poteſt, cum juſtiſſima fuerit reſignatio, & beneficium reſtitutionis minori ſolùm conceditur, ſi læſus fuerit, *l. Nam omnia, C. de Minorib. & l. Minorib. C. de reſtitutione in integrum.* Si ſecundum, ſi abſque ulla ſcilicet juſta cauſa reſignationem fecit, reſignatio nec tenet, nec admittitur. Quomodo ergo beneficium reſtitutionis implorare poteſt, cum reſtitutio locum non habeat, niſi ubi dominium fuerit tranſlatum?

1061. Quartò interdici videtur reſignatio Religioſo novitio, niſi ſervatis conditionibus à Concilio Trident. ſtatutis, *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regularibus*, ubi quamlibet renunciationem, aut obligationem ante profeſſionem factam, etiam cum juramento, & in favorem cauſæ piæ, annullat, niſi fiat intra duos menſes proximos profeſſioni, & cum licentia Epiſcopi, ſeu ejus Vicarii, & de facto profeſſio ſubſequatur. Quod decretum habere locum in renunciatione beneficiorum, defendit Majolus *lib. 3. de Irregularit. cap. 6. poſt num. 1.* Flamin. Pariſ. *de Reſignat. lib. 3. quæſt. 13. à n. 14.* Azorius *2. part. lib. 7. cap. 19. quæſt. 6. verſic. Cæterùm*, & Thom. Sanchez *lib. 7. in Decalog. cap. ... num. 19.* apud Palaum *d. §. 3. num. 14.* Ducuntur, quia eadem prorſus ratio militat in renunciatione beneficiorum, ac in renunciatione bonorum temporalium. Sed renunciatio bonorum temporalium facta à novitio invalida eſt, non ſervatis ſupradictis conditionibus. Ergo & beneficiorum reſignatio, illis non ſervatis, invalida erit. Deinde Concilium generaliter loquitur, ibi: *Nulla quoque renunciatio, aut obligatio, &c.* Ergo comprehendit beneficiorum renunciationem. Conſequentia urgere videtur, quia *verba generalia generaliter ſunt intelligenda*, vulgare Juris axioma eſt, quod pluribus exornat Barboſa *axiom. 222. num. 36.*

1062. His tamen non obſtantibus, probabiliorem cenſeo ſententiam, quam firmant Nicol. Garcia *de Beneficiis, part. 11. cap. 9. de Vacatione per ingreſſum Religionis, à num. 12.* Barboſa *de Poteſtate Epiſc. part. 3. allegat. 99. num. 19. in fine*, poſt recenſionem pro contraria Azorii, Vegæ, Ludovici Mirandæ, Sanchez, Suarez, Vechii, Venero, Majoli, Barth. à S. Fauſto, Molfeſii,

Molfeſii, Zavallos, Mar. Ánto n. & Flaminii; & quam etiam firmat Palaus *num.* 15. Ratio autem eſt, quia à jure antiquo recedendum non eſt, niſi ex jure novo expreſſo. Sed jus antiquum Novitio concedebat beneficiorum reſignationem, *cap. Beneficium, de Regularibus, lib.*6. ibi: *Niſi ad id Novitii accedat conſenſus*, & *cap. Ex tranſmiſſa, de Renunciat.* Ergo ab hoc jure recedendum non eſt, niſi novum adſit expreſſum. Sed novum jus Tridentini non exprimit beneficiorum reſignationem, immò potius clarè innuit, de ſola renunciatione bonorum loqui temporalium: loquitur enim de reſignatione, quæ fieri poteſt in favorem cauſæ piæ, ibi: *Etiam in favorem cauſæ piæ.* Ergo non loquitur de renunciatione beneficiorum, quæ non renunciantur in cauſæ piæ favorem.

1063. Dubium autem grave hîc occurrit, quid dicendum, ſi Novitius non habeat aliunde, ex quo commodè vivere poſſit, maximè ſi ad titulum beneficii ad Ordinem fuit promotus? Roderiquez *in Summa, tom.*2. *cap.*7. *n.*3. relatus à Barboſa, & Palao, ſentit hujus beneficii reſignationem admitti non poſſe, etiam ſervata ſolemnitate ſtatuta à Concilio *d. cap.*16. eo, quòd *in cap.* 2. *de Reform. ſeſſ.* 21. expreſsè prohibetur hæc reſignatio. Et Flaminius Pariſ. *lib.*3. *de Reſignat. quæſt* 13. *num.* 9. dicit admittendam non eſſe, niſi habita profeſſionis certitudine, qualis eſſet, ſi jam proximus eſſet ad profitendum, & à Monachis admiſſus, ita ut moraliter loquendo profeſſio inevitabiliter ſequatur. Sed Thom. Sanchez abſolutè docet, ſervatis conditionibus *cap.*16. *ſeſſ.*25. *de Regularibus*, fieri poſſe hanc renunciationem, mentione facta, quod ad illius titulum fuerit ordinatus: quia tacitam habet conditionem, ut profeſſio ſequatur, illaque non ſequuta, reddatur Novitio, etiamſi alteri fuerit collatum.

1064. Caſtrus verò Palaus *num.* 17. dicit primò, ante ſuſceptionem habitus non poſſe beneficium reſignare, ſi ad titulum illius fuit ordinatus, vel non habeat ex quo vivere poſſit. Quia hujuſmodi reſignatio à Tridentino prohibetur *ſeſſ.* 21. *de reformat. cap.* 2. Sic pro certo ſupponit Barboſa *d. al-*

*legat.*99. *num.*20. dicens: Renunciationem verò beneficii Eccleſiaſtici, cujus titulo quiſpiam eſt ordinatus, ante ſuſceptionem habitus eſſe omninò invalidam, non eſſe dubium, non ex deciſione Conciliaris conſtitutionis dicto loco, ſed ex alio capite, ex prohibitione ſcilicet Concilii Tridentini *ſeſſ.*11. *de reformat. cap.*2. & idem (addit) procedit in renunciatione patrimonii, cujus titulo quiſpiam ordinatus eſt, niſi ſimul habeat, de quibus à Religione egreſſus ſe ſuſtentare, & vivere poſſit. Uterque allegat Doctor Ludov. Mirandam *in Manuali Prælator. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 5. cui addit Barboſa Thomam Sanchez *in Decalog. lib.*7. *cap.*5. *num.*40. & 41. & Barth. de Vechis *in Praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis, diſput.* 8. Et ita etiam docet Garcia *part.*11. *cap.*9. *num.*23.

Si dicas cum Fuſco *de Viſitat. lib.*2. 1065.
*cap.*28. *num.*18. & Flam. Pariſio *lib.*5. *quæſt. ult. num.* 166. *& ſeq.* quod Ordinarius poteſt admittere reſignationes beneficiorum illius, qui Religionem ingredi vult, ſi ſtatim ingrediatur; ſed eo ingreſſo, ſtatim non poteſt conferre illa beneficia, ſed debet expectare per annum, intra quem poteſt exire, & quod priùs non dicitur vacare beneficium, &c. Reſpondebo cum Garcia *num.*24. quod ſi daremus, ut dicti DD. volunt, quod illa verba, *Religionem ingreſſuri*, intelligerentur de habitus ſuſceptione, & quod ſic Ordinarius poſſet admittere renunciationem illius, qui vult habitum Religionis ſuſcipere, ſi ſtatim id exequatur: dicendum etiam eſſet, poſſe ſtatim illud beneficium conferre; nam per renunciationem legitimè admiſſam, ſtatim vacat beneficium, & poteſt conferri, ut ſuprà dictum eſt (ait Garcia) *c.*3. Et ita juxta dictam Conſtitutionem Pii V. & non juxta mentem Concilii *d. cap.*16. procedet quod ait Emanuel Rodrig. *d. quæſt.*37. *art.*2. *tom.*1. *qq. Regular.* quod renunciatio beneficii non poſſit fieri per Novitium, niſi paulò ante profeſſionem, quando ſcilicet dictus Novitius jam ad ipſam profeſſionem accingitur, & eſt receptus ad profeſſionem à fratribus, & omnia ſunt parata, ita ut, moraliter loquendo, profeſſio indubitan-

ter fieri debeat, &c. Videtur tamen quod in casibus aliàs permissis poterit Ordinarius admittere resignationem Novitii, seu Religionem ingressuri, etiamsi statim non profiteatur, seu Religionem ingrediatur, non obstante dicta Constit. Pii V. quia id, quod dicit, quod statim id exequatur, &c. est quando resignat ex causa ingressus Religionis, &c.

1066. Secundò dicit Palaus, *num.* 18. Novitium professioni proximum, optimè posse resignare absolutè coram Ordinario, & in alterius favorem, & gratiam, coram Papa, esto ad titulum beneficii fuerit ad sacrum Ordinem promotus, & quamvis aliàs non habeat, ex quo sustentari valeat, facta illius qualitatis mentione. Ducitur ex praxi harum resignationum, recepta communiter. Et addit, durum esse privare Novitium resignandi potestate, & cogere, ut permittat, professione sequuta, beneficium vacare. Neque inde fit, Novitium, si aliquo casu contingnti professionem non emittat, esse beneficio privandum. Quia resignatio non habet effectum, quousque professionem emittat; sicuti renunciatio contracturi matrimonium facta coram Ordinario, ob hanc causam effectum non habet, quousque de facto matrimonium contrahatur: ac proinde Ordinarius, nec providere beneficium potest, nec ejus provisio, si fiat, valebit, quia non purgatur conditio imbibita ex juris dispositione in renunciatione: & consequenter nunquam beneficium vacabit.

1067. Ex qua certè doctrina sequitur primò, me olim benè in Commentariis dixisse, *ad constit.* 6. *n.* 775. quod si electus ad dignitatem ante confirmationem, alteri sua beneficia contulerit, quæ ipse prius habebat, annullata electione, potest beneficia prædicta alteri collata recuperare. Pro quo dicto allegavi Aug. Barbosam *in Collectan. ad cap. Qualiter, num.* 2. *el* 17. *de Electione*, adducentem Compostellanum *ibi*, *num.* 1. Joan. Andr. *num.* 18. *circa finem*, Ananiam *num.* 2. Panormitanum *num.* 7. relatos per Rendinam *in Promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *cap.* 36. Secundò sequitur, non minùs bene dixisse, *ad eandem constit. 6. num.* 1168. *versic. Quartò sequitur*, D. Michaëlem de Avalos, qui renunciavit dimidio beneficio, quod possidebat per multos ab illinc annos in Ecclesia loci de Mendavia, ut per domnum Abbatem Hyrachensis Cœnobii, Patronum, Rectorem proprium, & Collatorem Ordinarium ejusdem Ecclesiæ, ei conferretur, juxta tunc vigentem praxim, integrum beneficium in eadem Ecclesia vacans per obitum D. Michaëlis de Goni, liberè posse ad pristinum dimidium reverti, & illud reassumere, eo quòd ex parte Capituli illius Ecclesiæ, & incolarum dicti loci, sit ei impedimentum appositum, ne apprehenderet integri beneficii possessionem; & non posse ab aliquo impediri super hujusmodi reassumptione. Quod tunc pluribus firmavi Doctorum authoritatibus, & rationibus.

1068. Pro coronide istius Paragraphi discutere libet, supposito, quod per ingressum Religionis ante professionem non vacent beneficia Novitii non resignata, uti docet Garcia *d. cap.* 9. *num.* 27. & ego ipse *ubi proximè*, *num.* 226. *pag.* 95. an interim Novitius lucretur fructus suorum beneficiorum. Et affirmativè respondet Garcia *num.* 28. dicens, quod in beneficiis habentibus fructus, in absentia Novitius illos lucrabitur in terminis, nec debet eis privari, sive postea exeat, sivè profiteatur, cum sit absens ex causa *cap. Relatum, de Clericis non Residentibus*, & lege permittente, & sic non mereatur pœnam, *l. Gracchus, C. ad l. Juliam de Adulter.* Ita Archidiaconus, & Francus *num.* 2. *& 6. in cap. Beneficium, de Regularibus, in* 6. Sylvester *verb. Religio* 2. *q.* 8. Emman. Rodrig. *d. q.* 37. & Azorius *part.* 1. *libro* 12. *cap.* 3. *quæst.* 1. ibi: Quæres deinde, cùm Novitius beneficium, utpote Canonicatum, in probatione retineat, an jus habeat eligendi? Respondeo, habere; quia inter fructus beneficii computatur jus eligendi. Ego autem ubi proximè, pro supposito adduxi Laurent. de Peyrinis *tom.* 2. *de Prælato, quæst.* 3. *cap.* 1. §. 2. *n.* 48. dicentem, quod beneficia Religionem ingredientium infra annum probationis, non sunt alicui conferenda, sed interim eis est inserviendum per alios, assignata eisdem congrua portione (quod etiam ait Garcia, addito:

dito: *Si ſervitium requirit, aſſignata ſibi congrua de ipſius proventibus portione.*) Adduxi etiam *dictum cap. Beneficium, el 4. de Regularib. lib. 6.* & ibi Gloſſam, & Barboſam, qui *n. 4.* recenſet Barthol. de Vecchis *in Praxi obſervandæ in admittendis ad Religionis ſtatum Novitiis, diſp. 8. dub. 7. num. 4. verſic. Immò*, & alios penes ipſum, ac Thomam Sanchez *tom. 2. in Decalog. lib. 7. cap. 4. num. 6.* aſſerentes, idem eſſe dicendum, etiamſi novitiatus pluribus duret annis.

Paragraphus IV.

An fieri poſſit per procuratorem Reſignatio? Plura traduntur, ex quibus appareat, an validè, an verò invalidè procurator mandatum exequatur?

1069. CErtum eſt, & conſtans, beneficia reſignari poſſe ab exiſtentibus extra Romanam Curiam per procuratorem: generale enim eſt, quemlibet per alium facere poſſe, quidquid poteſt per ſeipſum, niſi expreſsè ſibi prohibeatur, *l. Labeo, ff. de Uſucapionibus.* Omnia enim conceſſa intelliguntur, niſi in certis caſibus prohibita inveniantur, juxta tritum, & vulgare juris axioma *cap. Nuper, §. In ſecundo*, ubi Gloſſa verbo *Non retinuit, el 29. de ſentent. Excommunic.* Gloſſ. *in cap. Conſuluiſti, el 20. 2. quæſt. 4. verbo Superſtitioſa*, & *in cap. Excommunicamus, verbo Apoſtolicæ, el 1. & 13. de Hæreticis*, Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 33. num. 16.* Noctinot. *in Summa Dianæ, verb. Miſſam applicare.* Ego ipſe *in diſquiſit. tom. 2. diſq. 9. num. 11.* Sed nulli prohibitum eſt reſignare per procuratorem, niſi Romæ commoranti. Ergo in omnibus aliis caſibus conceſſum eſt reſignare per procuratorem. Ita in ſpecie Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 28. quæſt. 5. verſic. Idem eſt judicandum*, ibi: Quæras inſuper, an qui per procuratorem beneficium dimittit, &c. Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 2. §. 4. num. 1.* cum Rebuffo *in Praxi beneficiali, part. 3. tit. de Procurator. ad reſignandum conſtitutis, num. 1.* ex omnium ſententia. Exiſtenti autem in Curia Romana prohibitum eſt per alium reſignare, *in Regula 44. Cancellariæ*, ibi: *Apoſtolicæ litteræ nullatenus expediantur, niſi reſignans, vel cedens, ſi præſens in Romana Curia fuerit perſonaliter, alioquin per procuratorem ſuum, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni hujuſmodi in eadem Cancellaria expreſsè conſenſerit, & juraverit, ut moris eſt.* Ita refertur à Quaranta *in Summa Bullarii, verbo Regulæ Cancellariæ, pag. 554.* & Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 22. q. 8.*

Laicus conſtitui poteſt procurator 1070.
ad reſignandum pro Beneficiario, quia non proprio nomine, ſed alieno reſignat. Ita Palaus *num. 2.* cum Gloſſa, Cardinali, & aliis *in Clement. verbo Procuratorem, de Renunciat.* Rebuffo *in Praxi, tit. de Procuratore ad reſignandum conſtituto.* Et addit, Monachum in procuratorem poſſe conſtitui, ſi Superior conſentiat: qui tamen (ait) conſentire non debet, niſi in Conventus utilitatem reſignatio cedat: quia *in cap. Monachi, 2. 16. q. 1.* cavetur Eccleſiaſtica negotia Monachos tractare non poſſe, niſi Monaſterio utile ſit, & Abbas præcipiat. Gloſſa *in d. Clement.* Rebuffus *n. 17.* & Palaus, qui addit ex dicta Gloſſa poſſe plures ſimul procuratores conſtitui, aut ſingulos in ſolidum, prout libuerit deſignanti. Si tamen plures ſimul deſignentur, unus ſine alio cedere nequit; non tamen eſt neceſſarium ut ſimul conſenſum præbeant, quia ſufficit ſi unus poſt alium, quia nullibi contrarium cavetur: ſi autem plures in ſolidum conſtituantur, quilibet cedere poterit. Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 22. quæſt. 4.* omnia iſta firmat.

Quod ſi petas: Dato, quod plures 1071.
ſimul, & non in ſolidum ſint conſtituti procuratores, & eorum unus in vita principalis reſignationi conſentiat, & illo vita functo, aſſenſum præbeat alter, eritne valida reſignatio? Reſpondet apud Azorium *ſub d. quæſt. 4. verſic. Sed dubitatur*, Sarnenſis *lib. 1. deciſ. 144.* Auditores in Rota definiſſe quod ſic: poſſe utique, & ſufficere, quod procurator poſt mortem domini conſenſerit.

Quod ſi iterum quæras, poteritne 1072.
idem conſtitui procurator à duobus compermutantibus beneficia ſua? Reſpondeo cum Azorio *d. c. 22. quæſt. 5.* poſſe. Inquirit enim, an unus, & idem poſſit procurator conſtitui, ut nomine Titii beneficium dimittat,

& nomine Caii reſignatarii, in cujus gratiam Titius beneficium deponit, conſenſum præſtet in penſione, vel reſervatione fructuum, qui Titio beneficium reſignanti reſervantur? Et difficultati ſatisfacit ſic: Reſpondeo poſſe, ut probat Flaminius *lib. 9. de Reſignatione, q. 23. n. 8.* quia unus, & idem poteſt eſſe procurator duorum: & item in permutatione duorum beneficiorum vices duorum agere; & hujuſmodi procurator conſtitutus à reſignatario ad conſentiendum penſioni, poteſt conſentire poſt ceſſionem factam à reſignante, & ante illam, ſed ſub conditione, ſi cedat reſignans. Ita Azorius. Illum ſequitur Palaus *d. num. 2.* dicens: Idem procurator poteſt à duobus compermutantibus eligi, quia nulla apparet contradictio, quod utriuſque perſonam repræſentet, & utriuſque nomine beneficia dimittat, & recipiat. Addit tamen, nunquam eligi poſſe procuratorem ad recipiendum beneficium, & illud dimittendum: quia ante adeptionem beneficii, illud dimitti non poteſt. Ergo nec poteſt concedi poteſtas dimittendi.

1073. Si tertiò inquiras, quæ in mandato ad permutandum, vel reſignandum beneficium deſiderentur? Reſpondeo I. requiri ut illud conficiatur per ſcripturam publicam. Ita Azorius *dicto cap. 22. quæſt. 6.* poſt Rebuffum *in Praxi benefic. tit. de Procurator. ad reſignat. num. 6. part. 3.* Palaus *d. §. 4. num. 3.* Unde non ſufficit, ſi mandatum datum ſit per epiſtolam, vel litteras privatas miſſas. II. Requiri ſpeciale mandatum, ita ut in eo exprimatur facultas, qua nomine reſignantis beneficio cedat, vel nomine reſignatarii reſignationem acceptet, & beneficium. Azorius *verſic. Sed quot*, cum Rebuffo *loco citato*, Palaus *d. num. 3.* qui addunt, non ſufficere ullum generale mandatum, eſto ſit conceſſum cum libera, & generali adminiſtratione, & ampliſſima poteſtate, ex Hoſtienſi *in Summa, tit. de renunciatione, num. 7.* Cardinali *in Clement. 1. de renunciat. num. 7.* & ex communi ſententia. Ratio autem eſt, quia renunciatio eſt quædam donatio, ſed habens liberam, & ampliſſimam poteſtatem adminiſtrandi, donare non poteſt, *l. contra Iuris, §. Si filius, ff. de Pactis, & l. Procurator cui, ff. de Procuratorib. & cap. 2. eod. tit. in 6.* Ex dictis perſpicitur (addit Azorius) non ſufficere ſi procurator ſit factus per literas de mandato ante jam tradito, ſed nondum ad ipſum perlato: non enim poteſt beneficium reſignare, niſi priùs mandatum acceperit: debet autem accipere, vel per nuncium, vel per epiſtolam à dominio miſſam. Rebuffus *loco citato, num. 24.* Nec valet dicere. Procurator generalis cum libera, & ampliſſima poteſtate, & procurator ſpecialis æquiparantur, *l. Procurator cum libera, ff. de Procuratoribus.* Non inquam valet, ob tot jura in contrarium adducta, & ob communem ſententiam DD. juxta illa opinantium. III. Reſpondeo requiri, ut ſcriptura mandati per Notarium, aut ſcribam publicum confecta, obſignetur ſigno publico Judicis Ordinarii, vel communitatis, & poſtea à dante mandatum recognita, ſubſcribatur ab eo, & à Notario ipſo. Ita ex Rebuffo *loco citato, à num. 8.* & ex Pariſio *lib. 9. de Reſignatione, quæſt. 7.* Azorius & Palaus *ubi proximè.*

1074. In caſu, quo quis alteri mandatum dederit, ut nomine ipſius apud Papam, vel Ordinarium beneficio in gratiam cujuſdam alterius cedat, & mandato accepto, cedit abſolutè coram Ordinario, & non in gratiam, eritne valida hujuſmodi renunciatio? Pro parte negativa ſtare videtur, quod procurator mandati formam non ſervaverit, quæ fuit, ut in gratiam cederet; ceſſit autem abſolutè, & ſimpliciter: quæ certè ceſſio ſpecie differt à mandato. Quo tamen non obſtante reſpondeo, validam eſſe talem reſignationem. Quia in hoc potiùs habetur ratio ejus, quod procurator geſſit benè, quàm ejus, quod dominus, non rectè, ſed malè mandavit: nam reſignatio in gratiam coram Ordinario mandata, ſimoniaca cenſetur, juxta Caſſadorum *deciſ. 20. de Simonia.* Et ita reſpondet Azorius *d. cap. 22. quæſt. 6. verſic. Sed quid dicendum*, cum Rebuffo *conſ. 85. & 87.* & Flamin. Pariſio *conſ. 15. num. 13. & 14.* Ex quo infert Azorius, quod ſi Ordinarius poſtea beneficium contulerit illi in cujus gratiam dominus voluit reſignari, valeat collatio; quia facta

facta fuit in vim ſimplicis reſignationis coram eo factæ, & non in vim reſignationis in gratiam, à mandante intentæ.

1075. Quod ſi petas, poteſtne aliquis conſtituere procuratorem ad admittendum, & dimittendum beneficium, in eodem ſcilicet mandati actu? Reſpondet Azorius *d. cap. 22. quæſt. 7.* cum Rebuffo *loco cit. num. 16.* & Bellamera *de permutat. beneficior. part. 8. quæſt. 2. num. 17.* quod non: quia nemo poteſt nec reſignare, nec conſtituere procuratorem ad reſignandum beneficium, quod non habet, & obtinet actu. Immò, quia nullus jure poteſt recipere beneficium, habens in animo id dimittere. Non enim illi datur beneficium, ut illud dimittat. Ac propterea (addit Azorins) jure ab eo, cui beneficium confertur, jusjurandum exigitur, quo jurat ſe illud non accipere animo, & voluntate illud deponendi.

1076. Item ſi quæras, intra quantum temporis ſpatium procurator ab accepto mandato debeat præſtare conſenſum in beneficii reſignatione? Reſpondebit Azorius *d. cap. 22. quæſt. 9.* quod poſtquam ſemel ſupplicatio ſignata eſt, debet procurator præſtare conſenſum ante ſex menſes, ita ut poſſit intra ſex menſes reſignatio publicè denunciari, juxta Gregorii XIII. formulam, traditam in Conſtitutione de publicandis reſignationibus. Si verò ſignata non eſt ſupplica, quia non fuit porrecta, admitti ſolet mandatum, multo tempore anteà datum. Allegat Gigam *conſil. 11. num. 6.* & Caſſadorum *de Renunciatione, deciſ. 1. num. 2.* quia voluntas durare videtur quouſque ab ipſo revocetur, quamvis Paulus Caſtrenſis *conſ. 12.* ſentire videatur, lapſu quadriennii finiri mandatum, & in Francia de reſignando beneficio data, poſt annum elapſum non admittuntur. At ut teſtatur Flaminius *lib. 9. de Reſignat. quæſt. 13.* communis opinio eſt, ut poſt quadriennium poſſit præſtari conſenſus. Ita Azorius. Illum ſequitur Palaus *d. §. 4. num. 4.* quò loci ſic ait: Procurator verò conſtitutus, non habet à jure tempus determinatum ad præſtandum conſenſum reſignationi, ſed interim dum à mandante non revocatur, conſenſum præſtare poterit. Flamin. *d. lib. 9. quæſt. 13.* quamvis non deſint, qui dicant, poſt quadriennium finiri mandatum, & in Francia poſt annum non admitti. Provinciarum ergo conſuetudo ſpectanda eſt. Unum tamen ut certum eſt, ſi ſupplicatio ſignata ſit, debere procuratorem ante ſex menſes conſenſum præſtare, ut ſic poſſint liberè expediri, & juxta Conſtitutionem Gregorii XIII. de publicandis reſignationibus, publicari.

Quærit Azorius *d. cap. 22. quæſt. 10.* 1077. an reſignatio beneficii per procuratorem facta, trahatur ad diem, quo mandatum de beneficio reſignando datum eſt, ita ut ab eo die beneficium vacaſſe dicatur? Et reſpondet, ab eo die trahi: quia eo ipſo, quod Titius Caio mandavit, ut ipſius nomine beneficio cederet, videtur pro derelicto beneficium habere, licèt procurator nondum ceſſerit: & proinde renunciatio poſtea per procuratorem facta, & per Superiorem admiſſa, trahitur ad diem, quo Titius Caio mandavit. Quo fit, ut ſi Titius in menſe Auguſto Caium procuratorem conſtituit, & idem Titius menſe Septembri penes Ordinarium loci beneficio ceſſit, & menſe Octobri, vi mandati Caius procurator beneficium reſignavit, valeat reſignatio per procuratorem facta, licèt poſterior; quia retrotrahitur ad diem, quo Titius tradito mandato, Caium conſtituit procuratorem. Ita Azorius, qui allegat Flaminium *d. lib. 9. quæſt. 15. à num. 1.*

Hæc tamen doctrina non admittitur 1078. à Palao *loco citato, num. 5.* & ni fallor, meritò: nam beneficium non vacat cùm procurator conſtituitur, ut dictum eſt ſuprà. Ergo cenſeri non poteſt relinqui beneficium tempore, quo mandatum conceditur ad cedendum illi. Si ergo præcisè, & omninò neceſſaria eſt Superioris authoritas, ut teneat, & valida ſit quælibet reſignatio, ſive conditionata, ſive pura, quo pacto pro derelicto haberi debeat beneficium, & pro vacante à tempore conceſſionis mandati ad illi cedendum, capere non valeo. Deinde (ait Palaus) retrotractio non admittitur in reliquis à procuratore geſtis. Ergo nec in reſignatione beneficii eſt admittenda, cùm non habeat in jure aliquod ſpeciale fundamen-

tum. Adverſus dictam illationem Palaus ſic infert, & benè quidem: Titium conſtituentem Caium procuratorem menſe Auguſti, & menſe Septembris eundem Titium beneficium reſignantem, valere ejus reſignationem; cùm menſe Octobris Cajus reſignat, nullam eſſe illius reſignationem. Tum, quia reſignationem Titii caſſavit ejus mandatum. Tum quia facta Titii reſignatione, quæ valida fuit, cùm ex conſtituto procuratore non impediatur reſignare, non habet Caius quid reſignet.

1079. Deinde conſenſus à procuratore præſtitus, mandatum non debet, immò nec poteſt excedere: quia non proprio, ſed alieno operatur nomine, & per mandatum ei tota communicatur agendi poteſtas, ut omnes tenent Doctores, & probat Palaus *n.6.* ex textu *in cap. Cùm dilecti, de Reſcriptis, in cap. Cùm olim, de Officio Iudicis delegati, & in l. diligenter, ff. mandati.* Unde fit, procuratorem conſtitutum ad reſignandum in favorem Petri, reſignare non poſſe in Pauli favorem; neque conſtitutum ad reſignandum cum penſionis reſervatione, poſſe abſolutè reſignare, vel reſignare reſervatis fructibus, quia formam non ſervat mandati. Et idem ſi conſtitutus ad reſignandum coram Ordinario, coram Papa reſignet, aut è contra. Sic Palaus cum Flaminio Pariſio *dicto lib. 9. quæſt. 17. per totam.* Azorius *d. cap. 22. quæſt. 12.* diſtinguit, dicens: Aut conſtituitur procurator ad reſignandum beneficium coram Ordinario, aut coram Papa. Si primum, tunc conſtitui non poteſt ad reſignandum in favorem, & gratiam alterius, ſed abſolutè, & ſimpliciter (quaſi diceret, ſi in gratiam conſtitutus ſit, non tenetur formam mandati ſervare; quia tunc reſignatio pro ſimoniaca habetur, Caſſadorus *deciſ. 2. de Simonia.*) Si ſecundum, poteſt procurator conſtitui ad reſignandum certo modo, & conditione in reſignatione ſervanda: quam ſi procurator prætermiſerit, reſignatio irrita eſt, & inanis; quoniam procurator mandati fines tranſire non poteſt, *l. diligenter, ff. mandati, cap. Cùm dilecti, in fine, de Reſcriptis, & cap. Cùm olim, de Officio Iudic. delegati.* Hæc Azorius. Et hoc ſecundum diſtinctionis membrum ita verum exiſtimat Palaus *num.* 8. ut ſi dominus mandet purè, & ſimpliciter reſignare, ſi procurator reſignet etiam coram Papa, reſervata penſione, vel fructibus, reſignatio non valeat. Quia mandatum ad reſignationem conditionalem datum non fuit, ſed ad puram, & ſimplicem. Nec poſſe dici mandatarium mandatum excedentem, utiliter mandantis negotium gerere, cum non ex voluntate mandantis procedat. Contrarium tamen hujus, ſatis probabiliter docet Azorius *d. q. 12. verſic. Ex dictis apparet*, ibi: Si mandatum ſi procuratori, ut ſimpliciter beneficium reſignet coram Papa, & reſignaverit reſervata domino penſione, vel regreſſu, vel fructibus, reſignatio ſubſiſtit, quia procurator in ea meliorem fecit domini conditionem.

Plura alia docet P. Azorius ſub illa 1080.
duodecima quæſtione, *verſic. Ex quo efficitur.* Et I. quod ſi procurator conſtitutus ad reſignandum coram Papa in gratiam Petri, reſignet in favorem alterius, nulla ſit, & inſubſiſtens reſignatio. II. Quod ſi conſtitutus ad reſignandum coram Papa cum reſervatione omnium fructuum, reſignet nullis reſervatis fructibus, reſignatio nullius momenti eſt. III. Quod ſi ſit conſtitutus ad reſignandum, ut præfertur, cum fructuum omnium reſervatione, & Papa nolit concedere reſervationem omnium, & procurator reſignet, dimidia fructuum reſervata, licèt aliqui apud Flaminium *d. lib. 9. quæſt. 17. num. 20.* ſentiant, nullam eſſe reſignationem, ob non ſervatam formam mandati, probabiliùs alios ſenſiſſe reſignationem ſubſiſtere, quia cum Papa poſſit hujuſmodi conditionem de reſervatione omnium fructuum excludere, ut paſſim excludit, procurator utiliter negotium ſui domini geſſiſſe videtur, curando ut ſaltem dimidia pars fructuum reſervaretur. Quod ſi nullam adhibuit diligentiam, ut omnes fructus reſervarentur, reſignatio inanis eſt, & irrita, quia mandati fines tranſilivit. IV. Quod ſi procurator conſtitutus ad reſignandum coram Papa, cum reſervatione certæ penſionis, abſque ea conditione reſignavit, reſignatio non valet. Quintò, ſi in mandato expreſ-

ſum

ſum fuit, ut procurator reſignet, *reſervata penſione propter labores*, debet eam cauſam procurator exprimere. VI. Quod ſi in mandato fuerit conſtitutum, ut reſignet, reſervata penſione libera, & exempta, non valet reſignatio, etiamſi reſervata fuerit penſio, non tamen libera, & exempta; & dominus jus habet agendi contra reſignatarium, ut ſupplicatio corrigatur, & reformetur, eo quòd non fuerit ſervata mandati conditio. VII. Si in mandato ſolùm fuerit expreſſum, ut reſervaretur penſio, & deinde ſupplicatio ſignata fuerit cum clauſula de exemptione penſionis, & poſtea conſenſum præſtiterit procurator abſque clauſula de exemptione penſionis, & literæ Papæ fuerint abſque iſta clauſula expeditæ, valet reſignatio; quia literæ, & conſenſus cum mandato conſentiunt. Et ut Regula Cancellariæ habet, judicandum eſt non ex ſupplicationes, ſed ex literarum expeditarum formula: & ſi Princeps concedit quid ampliùs, quàm in ſupplici libello oblato petitum fuerit, conceſſio continet tacitam conditionem, ſi partes illo uti velint, ut colligitur ex lege *Si quis in conſcribendo, C. de Pactis.* VIII. Si in mandato exprimatur, ut reſervetur penſio, ſi fuerit clauſula appoſita, *etiam literis minimè expeditis ſolvenda, etiam per ſucceſſorem*; & fuit beneficium reſignatum, reſervata quidem penſione, ſed abſque illa clauſula, reſignatio nullius momenti videtur eſſe. Flaminius *de reſignat. q.* 171 *num.* 53. *lib.* 9. quia mandati conditio prætermiſſa eſt. Volunt tamen aliqui apud eundem Flaminium ibidem, reſignationem valere, quia Curiæ uſus illam clauſulam non admittit, ſi in mandato contineatur, ut ſi beneficium reſignetur, reſervata penſione *in fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & diſtributionibus quotidianis, quæ acquiri ſolent ab his, qui reſident, & divinis officiis interſunt*, reſignatio ſubſiſtit, ſi reſervata ſit penſio cum prædicta clauſula, omiſſis illis verbis: *quæ acquiri ſolent ab his, qui reſident.* Nam hæc verba cum jure communi pugnant, & proinde continent id, quod jure fieri non poteſt. Flamin. *loco cit. num.* 56. IX. Si in mandato contineatur ut beneficium reſignetur, reſervatâ penſione, nequit procurator reſignare reſervatis fructibus. Pariſius *conſ.* 143. *num.* 31. *volum.* 4. Burſattus *conſ.* 395. *num.* 12. *vol.* 4. quia ſi mandatum ad relata non refertur, mandati exemptio locum non habet, *l. Inſtrumento, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.* X. Conſtitui poteſt procurator ad beneficium reſignandum in gratiam N. modo, & forma, & conditione, quæ procuratori videbuntur; & beneficio cedendum reſervata cuicumque alteri penſione, quam voluerit. Et ſi procurator tunc reſignet, reſervata penſione, non N. ſed ei, qui ipſum procuratorem conſtituit, reſignatio valet: quia procurator meliorem fecit domini conditionem. Pariſius *de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 17. *n.* 78. Sed ſi quæras (quod eſt XI. quod Azorius docet) an tunc licitè procurator beneficium dimittat, reſervata tertio, licèt non nominato, penſione, cum facultate eam transferendi, vel cum reſervatione regreſſus, ſi penſio non ſolvatur? Quidam reſpondent, teſte Flaminio *ubi proximè, num.* 80. reſignationem valere, quia conſtitutus eſt procurator ad reſignandum modo, forma, & conditione, quæ ei videbantur. Aliis oppoſitum probabilius videtur (ait ipſe Azorius) quia in mandato nominatus non eſt is, cui eſt penſio reſervata. Burſattus *conſ.* 395. *vol.* 4. Flaminius *loco citato.* XII. Quando etiam quis conſtituitur procurator ad beneficium reſignandum in gratiam perſonæ nominandæ per ipſum procuratorem, nominare poteſt quem voluerit. Burſat. *conſ.* 380. & 395. *num.* 24. *vol.* 4. XIII. In quo caſu non poteſt ſeipſum procurator nominare, ſecundum communem ſententiam. Burſatus *conſ.* 394. *n.* 24. *vol.* 4. quia cui eſt data facultas eligendi, vel nominandi, non poteſt ſeipſum eligere, vel nominare, *l. Si mandavero* 2. §. *Si tibi centum, ff. Mandati*; & data poteſtate vendendi pignus, cui voluerit, non poteſt ſibi vendere; & tradita alicui pecunia, ut det, cui ipſi placuerit, nequit eam dare ſibi: neque procurator à patrono conſtitutus, poteſt ipſum patronum nominare, & offerre: quamvis executor nominatus ad diſtribuendum aliqua inter pauperes, poſſit ſibi etiam dare tanquam pauperi. XIV. Procurator

electus

electus ad beneficium reſignandum cum reſervatione regreſſus, acceſſus, vel ingreſſus, vel cum reſervatione, quam vocant Coadjutoriæ ; & reſignat beneficium ſine ulla reſervatione, non valeat reſignatio, ſi nullam in ea re diligentiam poſuit procurator, valet tamen, ſi diligentiam poſuit: quia per ipſum non ſtetit. XV. docet non valere reſignationem factam coram Ordinario, ſi procurator conſtitutus eſt ad reſignandum coram Papa, ex Rebuffo *in Praxi benefic. tit. de Procuratorib. ad reſignandum conſtitutis, num.* 21. & è converſo, ſi conſtituatur ad reſignandum coram Ordinario, reſignationem non valere, ſi coram Papa reſignet. Flamin. *d. lib. 9. quæſt.* 17. *num.* 156. XVI. Procurator ſimpliciter conſtitutus ad reſignandum coram Papa, ſi reſignet reſervata domino penſione, vel regreſſu, vel fructibus, ſubſiſtit reſignatio, quia procurator meliorem in ea domini fecit conditionem. XVII. Habens mandatum ad reſignandum, reſervata penſione, cum facultate conferendi illam, ſi reſignavit abſque dicta facultate transferendi penſionem, nulla eſt reſignatio, quia procurator mandati fines exceſſit. Flamin. *d. quæſt.* 17. *num.* 34. Hæc omnia P. Joan. Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *ſub quæſt.* 12.

Palaus *d. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 4. *num.* 7. quoad tertium dictum Azorii diſſentit, & aſſentit Flaminio *dicto num.* 20. Diſſentit etiam dicto 16. *num.* 8. quia mandatum conditionale datum non fuit, & dici non poteſt, quod mandatarius mandatum excedens, utiliter mandantis gerat negotium, cum non procedat ex mandantis voluntate.

1081. Quod ſi quæras, an mandatum de beneficio reſignando traditum, morte mandantis finiatur ? Reſpondebo finiri. Ita Azorius *loco citato, quæſt.* 13. dicens eſſe ſententiam Gloſſæ communiter receptæ *in Clement.* 1. *verſic. Quomodolibet, de Renunciatione:* idque colligi ex *Clement. ult. de Procuratorib.* ubi dicitur, *Procuratorem à Prælato, Rectore, vel alio quolibet pro Eccleſia ſua, vel pro beneficio conſtitutum, per mortem conſtituentis revocari cenſemus.* Ita & Caſtrus Palaus *ubi proxime, num.* 9. qui rationem reddit: quia cum non agat nomine proprio, ſed alieno, eo ceſſante, ceſſat. Et limitationem menti tenendam tradit dicens : Quod intelligendum venit, dummodo res ſit integra. Nam ſi per procuratorem cœpta ſit, ad effectum illam perducere poterit, *ex l. Nam & Servius, ff. de Negotiis geſtis.* Ex quo infert, quod ſi reſignator pro reſignatione ſupplicavit, & ſuplicatio fuit à Pontifice ſignata, & à Datario recognita, vivo reſignante, poſſe eo mortuo conſenſum in Cancellaria, vel Camera Apoſtolica præſtare, ut literæ expediantur, & poſſeſſio capi poſſit. Quia ante mortem reſignantis fuit gratia facta, & jus reſignatario quæſitum, & ille conſenſus poſtea ſuccedens, retrotrahitur ad diem admiſſæ ſupplicationis. Ita Palaus poſt Azorium *d. quæſt.* 13. *verſic. Quæres, An mors*, dicens ſæpè id fuiſſe in Rota definitum, & hanc ſententiam fuiſſe approbatam per Conſtitutiones Alexandri VI. & Leonis X. relatas à Flaminio Pariſio *de Reſignat. tom.* 2. *lib.* 9. *quæſt.* 24. *num.* 14. & addit, hinc fieri, ut talis procurator poſt mortem reſignantis cogi poſſit ad præſtandum expreſſim conſenſum in Cancellaria, vel Camera Apoſtolica, ut litteræ in gratiam reſignatarii expediri queant. Si tamen (addit) dominus beneficii ſupplicationem porrexerit, & poſtea procuratorem conſtituerit ad conſentiendum in reſignationem, non poteſt hujuſmodi procurator, poſt mortem illius, conſenſum præſtare; quia quod ad procuratorem ſpectat, res eſt integra, cum nihil adhuc agere cœperit, ac ideo mandatum obitu mandantis hac in parte finitur. Eadem ratio eſt (iterum addit,) quoties procurator vigore tantùm literarum, non mandati, porrexerit ſupplicationem, eamque ſignandam curaverit: hic enim poſt mortem reſignantis nequit præſtare conſenſum. Et denique, addit Azorius, Authore item Sarnenſi *de Infirmis reſignantibus, quæſt.* 11. juxta Alexandrum VI. *in d. ſua Conſtit.* nequit procurator poſt annum elapſum ab obitu reſignantis, præſtare conſenſum.

Si primò petas, an ceſſet mandatum per mortem mandantis, etiam à procuratore ignoratam ? Reſpon- 1082.

det

det Azorius *d. quæſt.* 13. quod ſic: quia morte omnes obligationes, & vincula ſolvuntur. Barbat. *conſil.* 49. *lib.* 4. ex *Authentico de Nuptiis*, §. *deinceps*, 2. *in Summa*, *ff. de Re judicata*, *l. Neratius*, *ff. de Regulis Iuris.* Sequitur Barboſa *ubi infrà*, *num.* 12.

1083. Si petas ſecundò, an procurator conſtitutus ad beneficium reſignandum, non ſimpliciter, ſed cum conditione, v. gr. cum reſervatione fructuum, regreſſus, vel penſionis, poſſit poſt mortem reſignantis præſtare conſenſum? Quidam teſte Flaminio *d. quæſt.* 24. *num.* 41. relato ab Azorio *d. quæſt.* 13. *verſic. Quæres*, *an procurator*, ſenſerunt non eſſe idem juris de tali procuratore, quod eſt de procuratore dato ad ſimpliciter reſignandum. Sed alii probabiliùs, ut refert ex Flaminio Azorius, dicunt idem juris eſſe, quotieſcumque poſt ſupplicationem porrectam à procuratore, & ſignatam à Pontifice, & recognitam à Datario, reſignans obierit. Quod ſi procurator vivo reſignante, mandato uſus non fuerit, ita ut nihil inceperit, poſt illius obitum nequibit præſtare conſenſum; quia mandatum cum mandante exſpiravit. Palaus *d.* §. 4. *num.* 9. ex *Clement. ult. de Procurator.* & Gloſſ. *in Clement.* 1. *de Renunciat.* Quod intelligendum venit (addit) dummodo res ſit integra; &c. *ut ſuprà*, *num.* 1111. Sequitur Barboſa *ubi infrà*, *num.* 12.

1084. Si tertiò petas, an revocari valeat procurator ad reſignandum conſtitutus? Reſpondeo affirmativè cum Azorio *d. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *quæſt.* 14. ex *Clement.* 1. *de Renunciat.* & cum Palao *d.* §. 4. *num.* 10. Uterque autem Author ait, dupliciter poſſe mandantem revocare mandatum, tacitè ſcilicet, & expreſsè. Tacitè quidem, quando alium conſtituit procuratorem; per ejus enim conſtitutionem cenſetur prior revocatus; priore tamen non reſervato, uti deciſum apparet *in cap. Non injuſtè*, *de Procuratoribus.* Ut autem tacitè, vel expreſsè cenſeatur revocatus procurator, revocatio debet illi denunciari. Barboſa *in cap. unico de renunciatione*, *in Clementinis*, *num.* 11. cum Sanchez *de Matrimon. lib.* 2. *diſp.* 11. *num.* 6. Azorius, & Palaus *locis citatis:* vel ſaltem publicari coram eo Superiore, apud quem reſignatio facienda eſt, quia hæc publicatio æquivalet perſonali denunciationi, ut *in d. Clement.* 1. *de Renunciat.* & Gloſſa *ibi.* Unde ſi procuratorem ad reſignandum in Curia conſtituiſti, & velis coram Superiore, apud quem reſignatio facienda eſt, revocationem publicare, teneris revocationem denunciare in Cancellaria, & Camera Apoſtolica, quia utroque loco literæ Apoſtolicæ poſt reſignationem expediuntur. Sic Palaus *n.* 11. cum Flamin. *d. lib.* 9. *quæſt.* 26. *per totam.* Azorius *d. quæſt.* 14. dicens: Porrò oſtendi revocatio debet in Cancellaria, & Camera Apoſtolica, ita ut poſtea procurator conſenſum præſtare non poſſit. Nec opus eſt, ut ipſi procuratori denunciatio fiat: nam ſatis eſt, ſi coram Notariis Cancellariæ, & Cameræ Apoſtolicæ denuncietur. Flamin. *de Reſignat. lib.* 9. *q.* 26. *num.* 1. nam ſufficit, ſi revocatio veniat ad notitiam Superioris: debet tamen utroque in loco denunciari, quia cum literæ Pontificiæ, vel per Cameram, vel per Cancellariam dentur, denunciatio fieri debet in utroque loco. Rebuff. *conſ.* 90. *num.* 13. & dicit eſſe communem ſententiam Flaminius *d. quæſt.* 26. *num.* 8. Advertit tamen Azorius, locum non habere revocationem procuratoris, poſtquam iſte conſenſum expreſſum præſtiterit vel in Camera, vel in Cancellaria Apoſtolica, ex Flamin. *d. lib.* 9. *q.* 25. *num.* 4. eo enim conſenſu omninò abſolvitur reſignatio: ante verò revocari poteſt procurator, etiam poſt ſupplicationem porrectam, & ſignatam, ita ut dominus beneficii poſſit aliam ſupplicationem porrigere, & ſignandam curare, ac poſtea in ea conſenſum præſtare.

Sed quid ſi beneficiarius literas 1085.
tranſmittat, quibus mandet, ne procurator de reſignatione aliquid agat, niſi denuò admoneatur; & nihilominus beneficium reſignat, vel in reſignatione conſenſum præſtat: eritne valida talis reſignatio? Negativè reſpondet Azorius *d. quæſt.* 14. *verſic. Sed quid*, cum Flamin. *d. lib.* 9. *quæſt.* 28. quos ſequitur Palaus *ubi ſuprà*, *n.* 11. Quia licèt per hujuſmodi literas miſſivas non ſit revocatus procurator, ſuſpenditur ejus mandatum, & finitur prior domini voluntas. Et hoc

ſufficit : continet enim vim revocationis. Et locum habet, etiamſi literæ fuerint ad procuratorem perlatæ poſt porrectam ab eo ſupplicationem, & poſt à Papa ſignatam, & à Datario recognitam. Nihil enim amplius procurator agere valet : nequit enim præſtare conſenſum in Cancellaria, aut Camera Apoſtolica. Ita Doctores præfati.

1086. Advertit tamen Palaus *eod. num.* 11. quod ſi malitiosè à procuratore, vel à à Superiore impediatur reſignans, quominus revocatio poſſit ei denunciari, procurator revocatus cenſetur, ac ſi ipſi revocatio intimata fuiſſet. Textus eſt *in Clement.* 1. *de Renunciat. in fine*, ubi Gloſſa verbo *Eorum alterum*, addit hoc verum eſſe, eſto uni eorum intimari revocatio poſſit. Quod (ait Palaus) textui non videtur conforme. Inquit enim textus: *Teneat ceſſio facta per eum, antequam ad ipſius, vel illius, (in cujus manibus ceſſio fuerat facienda) notitiam revocatio hujuſmodi ſit deducta. Niſi forte per ipſos, aut alios malitiosè factum fuerit, quominus ad eos, vel eorum alterum ante ceſſionem potuerit revocatio perveniſſe.* Ex quo textu infert Palaus : Ergo ſi non ita fuiſti impeditus, quin potuiſſes alteri eorum, ſcilicet procuratori, vel Superiori revocationem denunciare, ceſſio facta tenebit, & revocatio non habebit effectum. Huc ſpectat quod docet Barboſa *in d. cap. Cùm illuſio, unico, de Renunciatione, num.* 8. dicens: Notatur ad hoc, quod reſignatio facta per procuratorem revocatum, non autem intimatum, minimè valet, quoties per malitiam illius, aut Superioris, in cujus manibus renunciatio erat facienda, non potuit fieri intimatio ante ceſſionem, ut per Joan. Selvam *de Benefic. p.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 2. *verſic. Et præmiſſa*, Flamin. *d. lib.* 9. *quæſt.* 25. *num.* 39. *&* 53.

1087. Quod ſi quæras, ubinam beneficia vacare dicantur, quæ permutantur, aut reſignantur per procuratores, an in loco, quo mandatum ad permutandum, vel reſignandum conceditur, an verò in loco, quo permutatio, vel reſignatio fit ? Joan. Imola *in cap. ultimo, de Rerum permutat. in* 6. ſentit apud Azorium *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 22. *quæſt.* 15. & apud Palaum *d.* §. 4. *num.* 12. vacare in loco ubi domini, qui mandatum dederunt commorantur. Unde ſi in Curia Romana commorantur, in ea vacant beneficia, licèt extra Curiam permutentur, aut reſignentur per procuratores. Et probare videtur, quia beneficium ibi vacare videtur, ubi eſt is, qui jus habet in eo : nam is dicitur ſua Eccleſia viduari. Alii verò tenent vacare in loco ubi procuratores permutant, vel reſignant. Ita Archidiaconus *cap.* 2. *de Præbend. in* 6. Joan. Andreas *in Clement. ut lite pendente, & Clement. In pleriſque, de Electione*, quem ſequitur Ægidius *de Permutat. benefic. part.* 8. *quæſt.* 3. *num.* 10. & communiter alii, teſte Flamin. *de Reſignat. lib.* 9. *quæſt.* 14. Et hanc ſequuntur Azorius *ubi proximè, cap.* 19. *d. lib.* 7. *quæſt.* 1. & Palaus, citato Gonzalez *in regul.* 8. *Cancellar. gloſſa* 13. *in princ. & gloſſa* 15. §. 2. *num.* 11. Et ratio eſt, nam cùm per permutationem, & reſignationem formaliter vacet beneficium, ibi vacare cenſendum eſt, ubi permutatio, aut reſignatio perficitur : mandatum verò ad permutandum, vel reſignandum, non eſt permutatio, aut reſignatio, nec vacatio ; ſed eſt cauſa permutationis, reſignationis, & vacationis. Non ergo loco mandati, ſed loco reſignationis, aut permutationis tribuenda eſt. Neque eſt tribuenda loco ubi beneficiarius exiſtit, quia eò loci non eſt forma vacationis, ſcilicet permutatio, aut reſignatio ; ac proindeibi non poteſt eſſe vacatio. Neque obeſt, ibi dominum carere beneficio, quia caret per dimiſſionem, & vacationem alibi factam. Concludit Azorius *d. quæſt.* 15. dicendo : Secus verò eſt, cum amicus, vel alius meum beneficium reſignaſſet, permutaſſetve, & ego id poſtea ratum habuiſſem : tunc enim vacat beneficium in loco ubi ego reſignationem ratam habeo. Sic Joannes Andreas. Et ſic P. Azorius.

Paragraphus V.

De Conditionibus ad reſignationem requiſitis.

DUplex conditio ad licitam, & validam reſignationem beneficii Eccleſiaſtici deſideratur : una, ut libera illa ſit, hoc eſt abſque metu,

&

& fraude; altera, ut purè fiat, hoc eſt abſque ſimoniæ labe. De utraque quod ad præſens inſtitutum ſufficiat, dicere intendo, in duplici ſectione ſequenti.

SECTIO I.

Reſignatio beneficii Eccleſiaſtici libera eſſe debet, & non fraude, metuve, aut dolo extorta.

DE materia hujus ſectionis plenè agunt Azorius *part.2.lib.7.c.26. per totum*, Nicol. Garcia *de Beneficiis, part.11. cap.3. §.2. num.143. & ſequenti*, & Caſtr. Palaus *part.2.Summæ, tract.13. diſp.6. punct.2.§.5. per totum*, ex quibus placuit mutuare, & tradere ſequentes concluſiones.

1088. *Prima concluſio.* Reſignatio voluntaria, & libera debet eſſe. Azorius *d. cap.26. quæſt.1.* ex Hoſtienſi *in Summa, tit. de Renunciatione*, §. *Qualiter*, & cæteris DD. *in cap.2. & 3. & cap. Ad audientiam, de his quæ vi, metu, metuſve cauſa fiunt.* Garcia *d. num.143.* & Palaus *d.§.5. num.2.* Et procedit concluſio, ſive dolus, fraus, & metus inferatur à laicis, ſive à Clericis. Hoſtienſis *in cap.3. de His, quæ vi.* Item, ſive inferatur à Cardinalibus, Epiſcopis, Vicariis, & aliis Ordinariis, quorum eſt beneficia conferre. *Clement. Multorum, de Pœnis.* Sive ab Imperatore, Rege, aliove Principe. Antonius *in cap. Quod in dubiis, num.3. de Reſcriptis.* Sive à parentibus, vel cognatis, *cap.Sciant, de Electione, in 6.* Et etiamſi jurejurando fiat renunciatio: ſive quis jurando promiſerit, ſe beneficium dimiſſurum, vel dimiſſum non repetiturum. Antonius *in d. cap. Ad audientiam*, & *in cap. Accepta, de Reſtit. ſpoliat.* Azorius præfatas omnes ampliationes addit, ſub *dicta quæſt.1.* qui objicit, quod habetur *in cap. Ad aures, eod. tit.* videlicet: *Tuæ igitur diſcretioni præſentibus innoteſcat, quod renunciatio facta à terrore laicorum, niſi fortè juramento, vel fide interpoſita ſit confirmata, non impedit quominus is, qui renunciaverit Eccleſiæ, ad cujus regimen erat electus, præficiatur eidem.* Et reſpondet, reſignationem beneficii, factam metu, quamvis jurejurando firmatam, jure quidem damnari, ſed neceſſarium eſſe, ut is, qui juravit, à jurisjurandi religione, Superioris authoritate ſolvatur, ſi beneficium reſignatum repetat: nam niſi ab eo vinculo abſolvatur, nihil poterit agere, petere, vel ad ſuum beneficium metu dimiſſum redire. Innocentius *in d. cap. Ad audientiam*, quoniam jusjurandum ſervandum eſt, quoties abſque animi interitu ſervari poteſt. Pari ratione, qui metu cogente, procuratorem conſtituit ad beneficium dimittendum, quicquid agit planè improbatur à jure. Hoſtienſis, & Panormitanus *in eod. cap. Abbas.* Nec neceſſaria eſt hujuſmodi procuratoris revocatio: ſufficit enim, ſi cùm metu factum eſt, reſcindatur. Item ceſſio litis metu facta, non valet. Ita deciſio Rotæ, teſte Flaminio *de Reſignatione, lib.13. quæſt.1. num.50.*

Porrò dicta locum habent, ſi metus talis ſit, ut cadat in conſtantem virum. Nam non qualiſcunque metus facta diſſolvit, ſed is dumtaxat, qui juſtus eſt, *l. Metum; ff. Quod metus cauſa, & l.vani timoris, ff. de Regul. juris*, & *cap.ult. de Appellationibus.* Metus autem illatus non creditur, niſi incuſſus fuiſſe probetur: & ad eum pertinet probare metum interceſſiſſe, qui in judicio dicit metu reſignatum eſſe beneficium. Ita conſtans omnium opinio, ut teſtatur Flamin. *ubi proximè, num.74.* apud Azorium *d. quæſt.1.* Et (ait) major fides habetur duobus teſtibus affirmantibus Caium per metum beneficium dimiſiſſe, quàm mille dicentibus, id eum ſua ſponte feciſſe: quia illi teſtimonium reddunt de minis, tormentis, & ſimilibus, quæ ſenſu corporis percipiuntur; hi verò de voluntate, quæ ſoli Deo nota eſt. Innocentius, & Abbas *in d.cap. Ad aures.* Item metus ex conjecturis deprehenditur, quæ judicis relinquuntur arbitrio, *cap.1.de His, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, & Gloſſa *in l.Interpoſitas, verbo Cruciatum, C. de Tranſaction.* Metus juſtus cenſetur, habita ratione perſonæ: nam in meticuloſis hominibus, in ſenibus, & literatis viris, minor metus ſufficeret. Ita Azorius in quæſtionis primæ fine. 1089.

Secunda concluſio: Reſignatio per metum extorta, & facta, non eſt ipſo jure inanis, & irrita, ac reſciſſa, 1090.

ſed Judicis authoritate reſcindenda & irritanda. Ita poſt Gloſſam, Abbatem, Butrium, Imolam, Cardinalem, & alios, quos allegat Flamin. *d. lib.* 13. *quæſt.* 2. *num.* 8. Azorius *d. cap.* 26. *quæſt.* 2. & Palaus *d.* §. 5. *num.* 4. poſt præfatos, & Navarrum *in cap. Accepta, de Reſtitut. ſpoliator. oppoſit.* 5. *in ſolutione, à num.* 7. & Nicolaus Garcia *d. num.* 143. dicens: Ut renunciatio conſiſtat, & firma ſit, oportet eam liberam eſſe, & ſpontaneam, non metu factam, aut per dolum, vel fraudem extortam, licèt donec reſcindatur, mero jure teneat, *cap. Super hoc, cap. penult. de renunciat. cap. Abbas, cap. Ad aures, & cap. Ad audientiam, de his quæ vi*, ut per Corraſium *de Benefic. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 10. *&* 11. Fundamentum hujus concluſionis eſt, quia ea, quæ ex metu fiunt, mero jure valent, ut modò dixit Garcia, & multis allegatis probat Palaus *part.* 1. *Sum. tract.* 2. *diſp.* 1. *punct.* 9. *An metus gravis irritet contractus, vel veniant irritandi*, quò loci, *d. p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 2. §. 5. *n.* 4. ait, quod nullus ſit textus, qui reſignationem beneficii metu factam, declaret eſſe ipſo jure nullam, quod pleniùs conſtabit ex ſolutione fundamentorum contrariæ ſententiæ. Immò *in d. cap. Abbas*, dicitur debere in irritum revocari reſignationem ex metu factam. Ergo illa valida erat, reſcindenda tamen implorato Judicis officio, vel actione quod metûs cauſa. Azorius *d. quæſt.* 2. cum Calderino *conſ.* 1. *de Renunciat.* & Palaus *d. num.* 4.

1091. Pro contraria ſententia accenſentur etiam plures graviſſimi DD. Hoſtienſis, Antonius, Henricus Boic. Bonifacius de Vitalinis, & Staphileus, apud Flaminium *d. lib.* 13. *quæſt.* 2. *num.* 1. Fundamenta pro illa adducta, hæc ſunt. I. Quia *in d. cap. Ad aures*, dicitur: *Non impedit quominus is, qui renunciavit Eccleſiæ, ad cujus regimen priùs erat electus, præficiatur eidem.* II. Quia *in Clement. Multorum, de Pœnis*, dicit Papa: *Sanè reſignationes beneficiorum modo ſupradicto extortas (licèt à reſignantium ipſorum Prælatis receptæ, aut ratæ habitæ fuerint) nullius omninò decernimus eſſe firmitatis.* III. Nam electio per metum facta, nullius eſt momenti, *cap. ubi periculum*, §. *Caterùm, de Elect. in* 6. & Gloſſa *in cap. Bonæ*, 1. *eod. tit. & lib.* Innocent. *in cap. Quod ſicut, eod. tit.* IV. Quia matrimonium metu contractum, irritum eſt ipſo jure, ex communi opinione, teſte Covarruvia *de Sponſal. part.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 1.

1092. Ad quæ omnia fundamenta reſpondet Azorius, jura illa non ſtatuere ſimpliciter ejuſmodi reſignationem metu extortam eſſe irritam, ſed diſſolvendam; & ideo dicunt eam nullius eſſe momenti: quoniam, quod ad effectum attinet, talis cenſetur, ac ſi irrita eſſet: & is, qui per metum reſignavit, agere poteſt coram Judice Eccleſiaſtico, vel jure poſſeſſorio impetrandi, vel jure poſſeſſorio redintegrandi, ut ait Rebuffus *de Reſignat. metu facta, num.* 5. *&* 6. Eſt autem reſignatio hujuſmodi violenta reſcindenda, implorato Judicis officio, vel intentata actione, *quod metus cauſa*. Calderinus *conſ.* 1. *de Renunciat.* Addit tamen Azorius *in fine verſic. Secundò quæritur:* Si autem fuerit captus à domino ſæculari, & detentus in cuſtodia renunciet beneficio, renunciatio ejuſmodi ipſo jure eſt nulla, *ex d. Clement. Multorum*, §. *Sanè, de Pœnis.*

1093. Palaus reſpondet contrariæ ſententiæ fundamentis, *num.* 3. & primò, valorem reſignationis meticuloſæ non impedire, quin reſignans reſtitui poſſit; quia eſto careat titulo, & poſſeſſione beneficii; caret tamen illo ob reſignationem coactam, ad cujus reſciſſionem, propter injuriam ſibi illatam, jus habet: reſignatione verò reſciſſa, reſtituitur ad beneficium. Sed an in hac reſtitutione novà indigeat collatione, controverſum eſt. Diſtinguit Azorius *d. q.* 2. *verſic. Verùm quærat:* aut poſt renunciationem collatum fuit alteri beneficium reſignatum, vel non. Si primum, requiritur nova collatio; ſecus verò, ſi non fuerit alteri collatum. Ita ille poſt Abbatem *in cap. Si verò, de Jurejurando, num.* 1. nam ſatis eſt ſi per actionem, *Quod metus cauſa*, in priſtinum jus reſtituatur: ac proinde per metum reſignantibus datur regreſſus. Dices, Jus extinctum non reviviſcit: at per reſignationem violenter factam, jus eſt extinctum: Ergo neceſſe eſt, ut de integro conferatur. Reſpondet Azorius, ſatis eſſe reſtitutio

restitutionem in pristinum jus, nisi beneficium fuerit alteri collatum. Ita definierunt Auditores Rotæ *decis.* 1. & 3. *de Rerum permutat. in novis*, & *decis.* 1. *de Filiis Presbyteror.* Rebuffus *tract. de Pacificis possessoribus*, *n.* 179. 181. 328. Unde fit (prosequitur Azorius) ut antequam restituatur authoritate Judicis in pristinum jus, resignans nequeat, tutâ conscientiâ, beneficium habere, neque ex eo fructus percipere, ut ex Navarri sententia ostendit Flamin. *de Resignat. lib.* 13. *quæst.* 2. *num.* 29. propterea quod jam titulum amisit per resignationem, teste Innocentio *in cap. Quod in dubiis, de Renunciat.* Nec potest ratione, & jure beneficii per metum dimissi, ad Ordines promoveri: nec cogitur Divini Officii pensum persolvere. Flamin. ex Navarri sententia loco citato, cum ei solùm adsit jus, quo debeat in beneficium restitui: non tamen ei jus est in beneficio, donec per judicem in illud restituatur: uti nec electo ante confirmationem: nec nominato, & oblato à patrono, ante institutionem.

1094. Huc spectat, quod cum D. Michael de Abolos Beneficiarius Ecclesiæ S. Joannis oppidi de Mendavia, dictum beneficium dimisisset in manus Domini Abbatis Cœnobii Hyrachensis, & dictæ Ecclesiæ, ut aliud in eadem obtineret Ecclesia, quo non possesso, ob ingentem contradictionem illi factam, contradictioni cedit, & liti, ea lege, ut ei pristinum dimissum restitueretur Beneficium, quæ restitutio, & redintegratio facta est per sententiam latam 7. die Martii 1670. per Ordinarium confirmantem, ad dicti D. Michaëlis instantiam, concordiam ab eo cum suis adversariis initam, super regressu ad prius beneficium dimissum, & super cessione juris, quod ad secundum habere prætendebat: quæ certè sententia approbata fuit, & laudata ab ipso D. Michaële, & à Judice, Juratis, & Gubernatoribus dicti loci, contradictoribus, & postea usque ad obitum suum priori beneficio gavisus fuit, & illius fructibus, & proventibus.

1095. Ad textus allegatos *num.* 1090. pro dicta contraria sententia, respondet Palaus *sub d. num.* 5. *paragraphi* 5. *versic. Hinc solvuntur*, admittendo resignationem meticulosam robore firmitatis carere debere, ut dicitur *in cap. Ad audientiam*; sed negat inde inferri, non esse validam; sed solùm inferri, non esse validam perpetuò, & irrevocabiliter, cum veniat rescindenda. Qua de causa *in cap. Ad aures*, dicitur sic resignantem posse beneficio resignato præfici: non itaque propria authoritate, sed officio Judicis, & rescissione resignationis priùs factæ. Textus verò *in Clement. Multorum*, (inquit) loquitur de speciali casu, in quo non solùm resignanti fit injuria in resignationis coactione, sed etiam fit injuria Ecclesiastico statui, eo quòd in carcere à potestate laica detineatur. Non ergo mirum est, quòd talis resignatio statuatur nulla: immò ex hujusmodi textu non leve argumentum sumitur ad probandum reliquas resignationes meticulosas, validas esse; siquidem in aliis textibus non utitur verbis ita nullitatem declarantibus; nullibi enim dicitur; *Nullius omninò decernimus esse firmitatis:* universalis enim negativa omnem firmitatem excludit. Item verbum *decernimus*, denotat novum jus induci, juxta Glossam *in cap. Eos, de sententia excommunicationis, in 6.* & *Clement. fin. de ætate*, & *qualit.* & *Clement.* 1. *de causa possessionis*, & *proprietat.* & *Clement.* 2. *de Appellat.* & *Clement. Per literas, de Præbendis*, & *Clement.* 2. *de Rebus Eccles. non alienand.*

Ad tertium fundamentum respondet Palaus, concedendo electionem meticulosam esse ipso jure nullam, quia ita expressè in supradicto textu cavetur; sed negat inde inferri, renunciationem meticulosam etiam nullam esse. Quia nec sunt contraria, nec est eadem ratio; cùm electio jus publicum respiciat, renunciatio verò jus privatum. Simile item de matrimonio, & ingressu Religionis non urget, eo quòd sunt status perpetui, & indissolubiles: non autem acceptio, vel renunciatio beneficii. Ita ille.

Tertia conclusio: Qui jus habet ad beneficium, & non in illo, jus quod ad illud habet, resignare potest simpliciter, non autem in gratiam alterius: non verò potest resignare jus in illo (fraus enim committeretur.) Conclusionem tenet Azorius *d. p.* 2. 1096.

lib. 7. cap. 25. quæſt. 11. ex Innocentio *in cap. Quod in dubiis, de Renunciat.* & Abbate *ibi*, & Archidiacono *in capite deliberatione, de Officio Legati, el 4. lib. 6.* Ratio utriuſque eſt, quia quiſque jure quod habet, ſolùm cedere poteſt. Sed qui jus habet ad beneficium, habet jus ad rem (quale habent electus, nondum confirmatus; nominatus, & præſentatus à Patrono, nondum inſtitutus) non autem habet jus in re. Ergo, fraude, & dolo ceſſante, illud cedere poteſt, non iſtud. Similiter, qui literas Papæ ad aliquod impetravit beneficium, poteſt illo jure cedere ſimpliciter. Qui tamen redeundi, adeundi, vel ingrediendi in beneficium jus habet, tale jus in gratiam alterius cedere non poteſt; quia non cedit, niſi ut detur alteri vel beneficium, vel jus, quod ipſe habet: at neutrum poteſt in alterum transferre. Ita Azorius.

1097. *Quarta concluſio.* Reſignatio ex dolo, vel fraude facta, jure damnatur. Azorius *d. p. 2. lib. 7. cap. 26. quæſt. 3.* ex communi ſententia, quam Flamin. habet, *de Reſignat. lib. 13. quæſt. 3. n. 1.* Dolum enim, & fraudem Jura & leges condemnant: præſertim, quia voluntas deeſt quando aliquid facimus dolo, & fraude decepti.

1098. *Quinta concluſio.* Reſignatio beneficii facta ex dolo, & fraude, ipſo jure inanis eſt, irrita, & nulla. Azorius *d. c. 26. quæſt. 4.* ex Gloſſa *in cap. Suggeſtum*, verbo *Decipiat*, 7. *quæſt. 1.* & *in cap. Cùm dilectus, de iis, quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, communiter recepta. Sequitur Palaus *d. p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 2. §. 5. num. 8.* Nec obſtat *text. in cap. Redintegranda, 3. quæſt. 1.* & alii à Gloſſa *ibi* relati, ubi dolus, & violentia æquiparantur: quia æquiparantur quoad redintegrationem, ita ut omnia ſic dimiſſa redintegrari debeant; ſed diverſo modo: nam ea, quæ dimiſſa ſunt ex metu, redintegrantur quoad jus, & poſſeſſionem, quia jus, & poſſeſſio amiſſa eſt; at quæ dimiſſa ſunt ex dolo, ſolùm redintegrantur de facto, non de Jure; quia ſolum de facto, non de Jure dimiſſa ſunt.

1099. Quod ſi petas, quomodo probetur aliquid dolo, vel fraude eſſe factum? Reſpondet Azorius *d. quæſt. 4.* conjecturis probari, & ſufficere, etiamſi leviores ſint. Ita ille ex omnibus Juris Canonici Doctoribus, teſte Flaminio *de Reſignat. lib. 13. q. 4.* Nam cum dolus in animo conſiſtat, difficilè probari poteſt, *l. Dolum, C. de Dolo.*

Quod ſi iterum petas, quibus 1100.
conjecturis reſignatio beneficii fraudulenta cenſeatur, & probetur? Reſpondet idem Azorius *quæſt. 5.* Primùm neceſſe eſſe, ut reſignatio cedat in utilitatem authoris doli, & fraudis. Felinus *in cap. 3. num. 2. de Præſumptionib.* Deinde conjecturæ fraudis multæ ſunt, quas omnes ex Rebuffo recenſet Flamin. *ubi proximè, num. 16.* videlicet quando is beneficium deponit multo labore, & impenſis quæſitum, & ex cujus fructibus commodè ſuſtentabatur, & facilè. Item, quando minæ præceſſerunt. Deinde, quando clam eſt beneficium dimiſſum. Denique, quando id perſuadet perſonarum conditio attentè inſpecta.

Sexta concluſio. Reſignatio benefi- 1101.
cii per vim facta eoſdem patitur defectus, quos patitur facta ex dolo, fraude, & metu: & quæ de iſta dicta ſunt, locum habent in illa. Azorius *quæſt. 6. ex cap. ſollicitè, de Reſtit. ſpoliatorum.* Et hujuſmodi violentia etiam ex conjecturis, & indiciis probatur. Et ſimiliter, ſi teſtes dixerint ſe vidiſſe Titium, v.g. armis violentiam inferentem, aut comminantem: & is, cui eſt illata vis, in judicio agere poteſt actione ſpolii, quod nimirum fuerit ſuo beneficio ſpoliatus. Non tamen eſt violentia, quâ quis beneficio cedit, eo quòd ab Epiſcopo nimium vexetur. Sic Azorius teſtatur habere opinionem communem.

Septima concluſio. Reſignatio be- 1102.
neficii, quo quis eſt ſpoliatus, à jure damnatur, eſtque reſcindenda, ob præſumptionem coactionis; & ſpoliato datur reſtitutio in integrum. Azorius *d. cap. 26. quæſt. 7.* Palaus *d. §. 5. num. 6.* & omnes, ex textu expreſſo *in cap. Sollicitè, de Reſtit. Spoliator.* & *ibi* Gloſſa, & DD. Petens tamen reſtitutionem probare debet, tum ſpoliationem violentam, tum tempore ſpoliationis jus ſaltem coloratum in beneficio habere. Aliàs poterit repelli. Sed concluſio aliquas ſuſtinet limitationes. *Prima*, ſi coram judice idoneo,

neo, ex cujus præſentia ceſſare violentia poteſt, reſignationem ſpoliatus faceret. Quia tunc reſtitui non debet, eo quòd ceſſet præſumptio, reſignationem natam eſſe ex priori voluntate, qua fuit ſpoliatus. Sic Azorius *d. quæſt.* 7. & Palaus *d.* §. 5. *num.* 7. ex Abbate *in d. cap. Sollicitè, num.* 10. & Flaminio, aliis relatis, *d. lib.* 13. *quæſt.* 5. *num.* 22. Limitatio *ſecunda* eſt, ſi reſignatio poſt ſpoliationem brevi tempore contingat. Nam ſi poſt annum facta eſt, ceſſat præſumptio violentiæ continuatæ, Azorius, & Palaus *locis cit.* poſt Flaminium *num.* 41. *Tertia* limitatio eſt, ne reſignatio fiat per procuratorem ſponte electum ante ſpoliationem. Quia ex electione ſpontanea procuratoris, ceſſat præſumptio quæ ex ſpoliatione naſcitur. Azorius cum Abbate *in d. cap. Sollicitè.* Quia antequam ſpoliaretur, procuratorem ſponte delegerat: unde quamvis ſecuta ſpoliatione reſignaverit procurator, tota tamen reſignatio voluntaria cenſetur, eo quòd trahitur ad diem traditi mandati. Item, cùm eligitur procurator ad reſignandum, videtur reſignans habere beneficium pro derelicto: quemadmodum ſtatim ut quis procuratorem conſtituit ad hæreditatem adeundam, videtur eam adire, *l. Paulus per procuratorem, ff. de Acquirenda hæreditate.* Ita Azorius, & Palaus.

1103. Quod ſi petas, an valeat reſignatio facta per ſpoliatum, ſi certò conſtiterit, abſque ulla vi, & metu eum ſuo ceſſiſſe beneficio? Affirmativè reſpondet Azorius *d. quæſt.* 7. poſt Abbatem *in d. cap. Sollicitè*, quamvis teſte Flaminio *d. lib.* 13. *q...* *num.* 32. contrarium ſit ſemel in Rota judicatum; quia ſemper videtur facta ob cauſam, quæ præceſſerat. At quotieſcunque dubitatur, ceſſeritne ſponte, necne; in judicio, & tuta etiam conſcienia, creditur invitus ceſſiſſe. Ita idem Azorius.

1104. Si iterum petas; quid dicendum, ſi ſpoliatus poſt longum temporis intervallum reſignet, nihil de ſpoliatione conqueſtus? Communis eſt opinio, teſte Flaminio *ubi ſuprà, n.* 41. (ait Azorius *d. q.* 7.) ratam illam eſſe, & firmam; quia veriſimiliter creditur ratum habere quod factum eſt: nemo enim putatur jactare rem ſuam.

Quid autem, ſi quis ſpoliatus ſuo ſit beneficio, poteritne illud reſignare in gratiam alterius, qui non illum ſpoliavit, & contra ſpoliantem agere actione ſpolii? Reſpondet Azorius *in ſæpè citata quæſt.* 7. ex Flaminio *n.* 35. in Rota judicatum fuiſſe, eum poſſe agere, & beneficium ei eſſe reſtituendum.

Si iterum petas, quæ probare debeat beneficio ſpoliatus, cùm petit reſtitui? Reſpondet Azorius *d. q.* 7. cum Innocentio *in cap. Ex parte, de reſtitut. ſpoliator.* onus illi incumbere probandi, ſe poſſediſſe cùm ſpoliatus eſt, & habuiſſe etiam titulum apparentem, quem Juriſconſulti coloratum appellant: quem habuiſſe probabit, ſi oſtenderit ſe accepiſſe ab eo, qui conferre potuit, aut ſi exhibuerit aditionem clavium, aut ſupplicationem etiam ſolam ſignatam, aut literas, quibus beneficium eſt conſecutum, aut diuturnam poſſeſſionem, aut propriam confeſſionem ejus, qui ipſum beneficio ſpoliavit. Unde non reſtituitur in beneficium, qui illius titulum habere non potuit, uti laicus, aut matrimonio conjunctus, excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, irregularis, & alii hujus farinæ homines. Neque reſtituitur in beneficio, qui ſua ſponte illud reſignavit. 1105.

Et ſi quæras, an ſpoliatus cedere queat actione ſpolii? Reſpondet Azorius *d. quæſt.* 7. poſſe. Id non probat. Et fortè, quia quilibet juri ſuo renunciare poteſt, juxta tritum juris axioma, quod comprobat, & exornat Barboſa *axiomate* 131. *num.* 13. ex pluribus Iuribus, & DD. 1106.

Et denique, ſi petas, an præter dictas conditiones, ex parte reſignantis alia conditio ex ſtylo Curiæ inducta ſit pro reſignatione beneficii reſidentiam expoſtulantis? Et maximè procedit quæſitum, ſi reſignatio fiat in favorem, vel ſub penſionis reſervatione, nempe ut reſignans ſaltem triennio beneficium poſſideat. Reſpondet Palaus *loco citato, num.* 9. quod teneatur reſignator declarare tempus à quo beneficium habuit. Nam ſi breve eſt, non admittitur ejus reſignatio. Ita ille ex Flaminio *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 21. Et priùs Nicolaus Garcia *de Beneficiis, part.* 11. *cap.* 3. §. 1. *num.* 45. *pag. mihi* 262. 1107.

dicens:

dicens: Hodie tamen in Curia non admittuntur abſolutè, & indiſtinctè reſignationes parochialium, & aliorum beneficiorum perſonalem reſidentiam requirentium, præſertim cum penſione; nam quoties reſignatur parochialis, vel aliud beneficium reſidentiam requirens, Dataria vult, quod exprimatur, per quantum tempus illud poſſedit reſignans, ſeu à quo tempore illud obtinet: & ſi tempus eſt breve, reſignatio rejicitur, ut per Flamin. *de Reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 21. Et idem eſt (addit *num. ſeq.*) in permutationibus hujuſmodi beneficiorum, cum aliis non requirentibus ſimilem reſidentiam. Qui ſtylus Datariæ incepit à tempore Gregorii XIV. in quo fuit datus iſte ordo, & hodie, ut videmus, regulariter requiritur, quod illud poſſederit per quinque annos, vel circiter, aut ſaltem tres, quamvis antea requirerentur ſeptem, vel ſex anni. Hactenus Garcia. Et nota, prædicta procedere in beneficiis reſidentiam depoſcentibus, & non in aliis illam non requirentibus. Unde obtento beneficio ſimplici, reſidentiam non petenti, per D. Ioannem Ruyz del Sotillo, in Eccleſia Parochiali de Luquin, menſe Septembris de anno proximè præterito 1679. & reſignato ad favorem D. Ioannis de Ripa, menſe Februarii præſentis anni 1680. Bullæ reſignationis, & penſionis reſervatæ, obtentæ jam ſunt Stellæ, die 2. Maii ejuſdem anni, nulla facta mentione in mandatis pro reſignatione, & conſenſu, de tempore, quo illud reſignans poſſederit. Quod teſtor, quia præſens fui illarum confectioni.

SECTIO II.

De ſimonia, quæ committi, & contrahi poteſt in beneficiorum reſignatione?

1109. IN hac ſectione per concluſiones procedere libet, ſicut in præcedenti proceſſi. Sit igitur *Prima concluſio.* Reſignatio, in qua ſimonia intervenit, ipſo jure nulla eſt, nullamque vim habet, & robur. Sic Azorius *part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 27. *quæſt.* 1. ex Innocentio *in cap. Cùm univerſorum, de Rerum permutat.* Archidiacono *in cap. Ordinationes*, 1. *quæſt.* 1. & fortiùs ex Extravaganti Martini V. in Conc. Conſtantienſi edita, incipit *Multæ*, ibi: *Volentes, collationes, & proviſiones per ſimoniam factas, eſſe nullas, & proviſos ipſo jure, & facto fore excommunicatos.* Et ex Extravag. Pauli II. *Cùm deteſtabile, de ſimonia*, inter communes, ibi: *Electiones, poſtulationes, confirmationes, proviſiones, ſeu quaſvis alias diſpoſitiones, quas ſimoniaca contigerit labe pollui, viribus omninò carere volumus. Et in Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, Perſonatibus, Officiis Eccleſiaſticis, & quibuſvis beneficiis, aut aliquo eorum cuiquam jus nullatenus acquiratur: nec inde aliquis faciat fructus ſuos, ſed ad illorum omnium, quæ percepit, reſtitutionem, ſub animæ ſuæ periculo, ſit adſtrictus.* Idem, & eiſdem penè verbis ſtatutum eſt in Concilio Conſtantienſi, & additur: *Statuentes inſuper, quod dantes, & recipientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiamſi Pontificali, vel Cardinalatus præfulgeant dignitate.* Item in Concilio Lateranenſi, ſub Leone X. *in Conſtit. Superna, la* 13. renovantur omnes pœnæ, ſive per Summos Pontifices, ſive per Concilia in ſimoniacos conſtitutæ. Et Pius V. *in Conſtit. Cum primùm, la* 5. *tom.* 2. *Bullarii Magni Romani Angeli Cherubini, pag.* 178. ita §. 8. ſtatuit: *Et ut ſimoniacæ pravitates, & labes prorſus aboleantur, Conſtitutiones anteceſſorum noſtrorum contra ſimoniacos editas, & præſertim Pauli II. inviolabiliter obſervari mandamus, & delinquentes, tam in Sacrorum Ordinum receptione, quàm in beneficiorum aſſecutione, ſtatutis etiam inferiùs pœnis noſtra voluntate affici volumus. Quicumque igitur deteſtabile crimen ſimoniacæ pravitatis commiſiſſe convictus fuerit in conſequendis Ordinibus, eo ipſo ſit ab illorum executione per decennium, ſine ſpe diſpenſationis, ſuſpenſus, & per annum carceribus mancipetur. Qui dignitates Eccleſiaſticas ſimoniacè acquiſiverit, illis ſit ipſo jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quaſcumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Eccleſiaſticum ſimoniacè adeptus fuerit, illis ſimiliter ſit ipſo jure privatus, & ad fructuum omnium, quos perceperit, reſtitutionem teneatur, & perpetuò ſit inhabilis ad ea, & quæcumque alia beneficia Eccleſiaſtica aſſequenda. Si quis autem tale crimen pluries commiſiſſe convictus fuerit, præter ſupradictas pœnas etiam corporaliter puniatur, & ab Ordi-*

nibus

nibus Eccleſiaſticis degradatus, à fidelium conſortio ejiciatur. Hactenus Pius V. Hinc apparet, ait Azorius *d. quæſt.* 1. *in fine*, beneficium per ſimoniam adeptum, poſſe à quocumque alio impetrari, quia ipſo jure vacat. Abbas *in cap. Cùm univerſorum, n.* 5. *de Rerum permutatione.* Sic Doctor ille. Quoad punctum excommunicationis, ego ipſe dixi *in commentar. ad conſt.* 6. *num.* 589. *&* 625. ineuntes pacta ſimoniaca, illam incurrere Papæ reſervatam, & irregularitatem, ſi ante abſolutionem celebrent.

1010. Plura ego dixi de ſimonia in lucubrationibus meis, ſignanter *in Diſquiſit. tom.* 1. *tract.* 4. *diſq.* 4. 13. *&* 24. *& tom.* 2. *diſq.* 1. *dub.* 12. *&* 13. *diſq.* 6. *dub.* 18. *diſq.* 14. *dub.* 2. 8. *& in commentariis*, ſæpè ſæpiùs, *ad conſtit. ſextam*, ubi *num.* 1150. *pag.* 295. quoad materiam præſentis concluſionis, ſequentia dixi: Simoniacus eligi non poteſt in Prælatum. Tamburinus (*de jure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 5. *quæſt.* 21.) *num.* 4. ex *cap. Si alicujus, de Elect. el* 59. ubi Gloſſa *in format. caſus, verbo Ratum non habente*, & verbo *Illa vice:* ubi etiam Abbas *num.* 2. dicens: Nota primò, quod *electio ſimoniacè facta*, etiam ignorante electo, *eſt nulla.* Barboſa *num.* 2. ubi ait: Notatur ad hoc, quod *ſimonia committitur in electione, ſeu reſignatione*, per dationem conſanguineorum, electo, vel reſignatario ignorante; *ita ut ſit privatus ipſo jure*, & teneatur cedere beneficio, ubi primùm ſciverit, *fructuſque etiam bona fide non conſumptos reddere.* Allegat Sarnenſem *de triennali, quæſt.* 12. *col.* 4. *& ult.* Majolum *de irregularit. lib.* 5. *cap.* 45. *num.* 4. Covarruviam *in Regula Peccatum, p.* 2. §. 8. *num.* 6. *verſic. Sic qui*, Flaminium *de Reſignat. lib.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 37. & Garciam *de Beneficiis, part.* 8. *cap.* 1. *num.* 8. *&* 9.

1011. *Secunda concluſio.* Reſignatio, quæ non fit abſolutè, & ſimpliciter, ſed aliquâ conditione, pacto, vel modo, ſimoniaca cenſetur. Ita Azorius *d. c.* 27. *quæſt.* 2. ex Gloſſa, Hoſtienſi, Abbate *in cap. Ex parte, de Offic. judicis delegati*, & ex conſtanti omnium ſententia: ita ut quandocunque beneficium reſignatur, ut pecunia, vel aliquid aliud pecuniâ æſtimabile, pro reſignatione detur, ſimonia committatur.

Tertia concluſio. Reſignatio facta coram Ordinario, gratia, & favore alicujus, & non aliter, nec alio modo, ſimoniaca eſt. Ita Azorius *d. c.* 27. *quæſt.* 3. cum Gloſſa *in d. cap. Ex parte* 1. *de Offic. Iud. deleg.* quam communis DD. ſententia ſequitur, ſignanter Archidiaconus, & Præpoſitus *in c. Ordinationes, & cap. Quicumque*, 1. *quæſt.* 1. Felinus *in cap. Ad audientiam, de Reſcriptis*, Abbas *in cap. Cùm univerſorum, de Rerum permutat.* Caſſadorus *deciſ.* 1. *de Renunciatione, & deciſ.* 2. *de Simonia*, Rebuffus *in Praxi benefic. part.* 3. *tit. de Pura Reſignat.* Sylveſter *verbo Renunciatio, quæſt.* 7. Tabiena *eod. verbo, num.* 4. Navarrus *in Manuali, cap.* 23. *num.* 107. Caſtr. Palaus *in Summa, part.* 3. *diſp.* 3. *de Simonia, punct.* 3. *per totum, ſignanter num.* 7. Garcia *d. part.* 8. *cap.* 2. *num.* 48. & ego ipſe, pluribus allegatis, *ad d. conſtitut.* 6. *à num.* 583. *pag.* 165. Et ratio eſt, quia ut conſtat *ex cap. Quàm pio*, 1. *quæſt.* 2. *& cap. Pactiones, de Pactis*, Canones, & jura omnem conditionem in beneficiis conſequendis condemnant. Quia tamen hæc conditio ſolùm Jure humano Canonico damnatur, reſignatio, quæ ſub illa fit coram Papa, ſæpè ab eo admittitur. Et advertit Azorius *d. q.* 3. *in fine*, quod dato mandato ad reſignandum ſimpliciter coram Ordinario, ſi facta reſignatione procurator petat ut conferatur beneficium alicui determinato, nullum eſt ſimoniæ crimen, quia tale mandatum conditione, pacto caret, & modo. Contrà communem prædictam ſententiam tenuit Covarruvias *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 4. *&* 5. eo quòd nihil pecuniâ æſtimabile pro reſignatione promittitur, datur, vel accipitur. Sic & Sotus *de juſt. lib.* 9. *q.* 7. *art.* 2. *concl.* 2. Sed communis, ut ait Azorius, magis veritati favet, quod ex dictis patet: & ideo, tam ex hoc capite, quàm ex eo, quòd in rebus moralibus, maximè tanti momenti, non eſt facilè à communi ſententia Doctorum in praxi recedendum, ut dixi *in Diſquiſit. tom.* 2. *diſq.* 14. *dub.* 16. *num.* 14. & *in Commentariis ad conſtit.* 6. *num.* 623. cum Leſſio *de juſt. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 24. illam libenti animo amplector, omni formidine poſtpoſita. 1012.

Quarta concluſio. Si beneficium reſignetur, 1013.

ſignetur ea conditione, ut reſignatarius, vel alius reſignet aliud beneficium gratia ipſius reſignantis, vel alterius, v. gr. nepotis, amicive ſui, vel cujuſlibet alterius, ſimonia committitur. Azorius *d. cap. 27. quæſt. 4.* cum Innocentio, Joan. Andrea, & aliis productis à Bonifacio *in Clement. 1. num. 43. de Rerum permutat.* & inter omnes convenire ait. Additque: Simoniacus eſt, qui reſignat beneficium eo pacto, ut reſignatarius, vel alius ipſi ſuffragium ferat in electione, præſentatione, vel adeptione alterius beneficii, vel officii. Unde ſimoniam etiam admittit reſignans beneficium favore alterius, ut ipſe illum moneat, & certiorem faciat de aliquo beneficio in ipſorum provincia vacante. Simoniaca quoque eſt reſignatio, quando quis reſignat beneficium, pollicitus antè ſe id facturum, ſi fuerit à reſignatario, vel alio ipſius nomine admonitus de alio beneficio vacante, aut ſi aliud beneficium fuerit adeptus opera reſignatarii. Similiter ſi quis reſignet ita ut retineat ſibi beneficium, dum vivit, vel fructus, vel aliquam certam penſionem, ſimoniam admittit. Sicut etiam ille qui ea reſignat conditione, ut ſi beneficium fuerit penſione gravatum, eam ipſe ſolvat, non eſt à ſimonia liber. Navarr. *conſ. 4. tit. de Simonia.*

1114. Omnia prædicta Azorius, quibus conſonant à me ipſo dicta *ad d. Conſtit. 6. num. 575.* videlicet vitio laborare ſimoniæ, jure humano, & divino prohibitæ electionem, in qua pro ſuffragio ſuffragium promittitur, & etiam res ſpiritualis. Item quod *num. 576.* firmavi, nimirum ſimoniam eſſe de jure divino, pactionem in permutatione beneficiorum, & ſuffragiorum, prout obligationem includit. Similem ſimoniam contrahi dixi *n. 581.* per omnem pactionem circa ſuffragiorum permutationem. Et *n. 587.* dixi ſimoniam committere, qui beneficium renunciat in alicujus favorem, ut ille, vel alius aliud in alterius renunciet favorem: & qui renunciat beneficium, ut alius ſibi aliud ab aliquo impetret collatore.

1115. *Quinta concluſio.* Reſignatio beneficii coram Ordinario facta cum conditione, quæ beneficio ineſt, ſimoniaca non eſt, ſed licita. Azorius *d. cap. 27. quæſt. 5.* cum communi DD. ſententia. Et colligitur *ex cap. Significaſti, de Electione.* Conditio enim jure annexa beneficio, tuta conſcientia in pactum deducitur; ut ſi ego beneficium ea lege reſignem, ut in Eccleſia commoreris, & reſideas, vel ut bis, aut ter in hebdomada rem Divinam & Sacram facias, hoc onus beneficio eſt impoſitum. Unde fit, ut nulla ſimonia ſit, ſi beneficium reſignem, ut illud alteri conferatur: hoc enim jure ineſt beneficio. Secus verò ſi reſignem ut huic, vel illi, quem nomino, concedatur. Hanc doctrinam ſequutus ſui in Commentariis *ad Conſtitutionem 6. num. 583. & 584.* ubi dixi, quod quando id, quod de Jure ineſt, paciſcitur in electionibus Canonicis, ſimonia non committitur, dummodò tamen in nullo alterentur, quæ de Jure inſunt: quod exemplis illuſtravi. Illam tenet Palaus *p. 3. diſp. 3. de Simonia, punct. 3. num. 5. verſ. Dicendum*, dicendo cum Abbate *in c. ſignificaſti, de Elect. in 6.* Gloſſa *in c. Ad audientiam, de reſcript.* Ugolino *de Simon. tab. 1. cap. 11. num. 4.* & Garcia *de benefic. p. 8. c. 2. num. 22. & 28.* quod ſi alicui conferatur beneficium incompatibile omninò cum eo, quod habet, & petatur, ut relinquat prius, ſimonia non eſt. Ratio eſt, quia hæc conditio de jure ineſt, neque ab illo petitur, quod ipſe præſtare non teneatur. Hæc, & alia Palaus, quem omninò vide.

1116. Quod ſi quæras: Reſignat quis ſimpliciter beneficium coram Ordinario, ſed ea intentione, & voluntate, ut nepoti, aut conſanguineo ſuo conferatur: eritne ſimonia hujuſmodi reſignatio? Reſpondet quod ſic Hoſtienſis *in cap. Ex parte, de Officio Iudic. deleg.* apud Azorium *d. q. 5.* Sed negat ipſe cum Gloſſa *in cap. Ordinationibus, verbo Pretium, 1. quæſt. 1.* & *cap. Ex parte 1. de Offic. Iudic. delegati.* Cardinalis Alexandrinus, & Archidiaconus *in d. cap. Ordinationes*, & Navarrus *in Manuali, cap. 23. num. 107. & conſ. 11. & 38. de Simonia*, apud eundem Azorium, qui addit: Et hæc opinio verior eſt, quia in tali reſignatione nulla eſt conditio expreſſa, vel tacita, ut meo nepoti, conſanguineo, amico, vel alteri concedatur.

Quod

1117. Quod ſi iterum quæras, an in hac reſignatione ſit ſimonia ſaltem mente concepta? Reſpondet Azorius *d. q.* 5. dicens: Negat communis opinio, eam eſſe, quando ea conditio non eſt animo retenta, ut propter illam meum beneficium reſignem, licèt cuipiam velim, ut meo nepoti, conſanguineo, vel amico conferatur. Et proinde is, qui dedit mandatum, ut procurator ſimpliciter reſignet beneficium, ea clauſula appoſita, ut ipſe, vel alius poſt reſignationem admiſſam, loci Ordinarium precetur, ut conferat ei beneficium, cui ipſe reſignans volebat, nullum admittit ſimoniæ crimen, ut teſte Caſſadoro *deciſ.* 2. *de Simonia*, eſt in Rota judicatum. Ita Azorius. (Videatur quod ex eodem dixi *concluſ.* 3.) Neque adverſantur Conſtitutiones Pii IV. & Pii V. damnantes reſignationes factas ex confidentia. Quia eam ii condemnant Pontifices confidentiam, quæ in pactum expreſſum, vel occultum deducitur, non autem ſola mente retentam. Azorius *d. quæſt.* 5. *verſic. Neque*, cum Navarro *conſ.* 48. *num.* 3. *de Simonia.*

1118. *Sexta concluſio.* Reſignans beneficium in gratiam alterius, cum conditione, ut reſignatarius ſolvat expenſas, quas ipſe reſignans fecerat in illius conſecutione, ſimoniam committit. Ita Azorius *d. cap.* 27. *quæſt.* 6. ex communi opinione: & colligitur *ex cap. Cùm primum, de Pactis*, & teſtatur Gloſſa *in cap. Super hoc, verbo Pecuniæ, de Renunciat.*

1119. *Septima concluſio.* Si quis reſignat beneficium abſolutè, & ſimpliciter, in gratiam tamen alicujus, & antequam literæ Apoſtolicæ expediantur, mutuam petit à reſignatario pecuniam, & illam recipit, vel ut debitam ipſi remittat petit, ſive ante ſupplicationem Papæ oblatam, ſive poſt eam oblatam, & ſignatam, & ante expreſſum conſenſum datum in Camera Apoſtolica, vel Cancellaria, ſimoniam non committit. Azorius *d. quæſt.* 6. cum Navarro *conſ.* 50. & 52. *de Simonia.* Quia in hac reſignatione nihil conditionis eſt adjectum de pecunia mutuata per reſignatarium danda; ſed eam dat vel ob amicitiam, vel ob grati animi ſignificationem reſignanti declarandam. Conſonant quæ ego ipſe dixi *ad d. conſtit.* 6. *num.* 581. videlicet eum, qui collatori beneficii, dignitatis, officii, aut ſuffragii ita ſervit, aut ſuffragatur, ut ei non ſerviret, aut ſuffragaretur, niſi beneficium, dignitatem, officium, aut ſuffragium ab eo ſperaret, non tanquam obſequii pretium, ſed ex gratitudine, ſimoniam non committere: nec qui beneficium, &c. confert, ad ſe ab obligatione antidorali exonerandum, ſimoniacum eſſe.

Quod ſi petas, an ſimonia committatur, ſi reſignatarius ſolvat omnes expenſas factas in conficiendis, expediendiſque litteris Apoſtolicis, ita ut ſolvat etiam eas, quæ à reſignante ſolvendæ erant, ob penſionem ſibi reſervatam? Navarrus *conſ.* 5. *de Simonia*, apud Azorium *d. quæſt.* 6. reſpondet, hujuſmodi reſignationem ſimoniacam eſſe. Ipſemet Azorius ait: Hoc tamen locum habet quando reſignatarius eas ſolvit impenſas, ut alter beneficium reſignaret ob ejus gratiam, & favorem, videlicet ex pacto expreſſo, vel tacito, ut eas ſolveret. Sed mihi plus arridet Garciæ ſententia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 148. prædicta limitantis, ita *ut id licitè fiat, ſi requiratur, & petatur beneplacitum Papæ*, ad Rebuffum *tit. de Nova proviſione, num.* 35. & Cottam *deciſ.* 338. *in Miſcellaneis manuſcriptis.* Et quod pacta (addit) *quod unus permutans ſolvat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas ad utrumque permutantium pertinentes, & ſimilia, ſimoniaca ſunt, niſi Pontifici declarentur, & ipſe conſentiat*, docet Suarez de Religione, *tract.* 3. *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 19. Quam certè ſententiam practicatam noviſſimè video in reſignatione beneficii Eccleſiæ de Luquin, de qua ſuprà, *n.* 1108. *in fine*; reſignans enim, & reſignatarius pactum expreſſum inierunt de eo quod reſignatarius expenſas omnes ſolveret pro expeditione Bullarum ad utrumque pertinentium, tam pro reſignatione beneficii, quàm pro penſione reſignanti à reſignatario ſolvenda; addita tamen in mandatis Romam tranſmiſſis, clauſula *Sub beneplacito Sedis Apoſtolicæ*, qua Sanctitati ſuæ propoſita, & declarata, conſenſum ſuum præſtitit ſupplicationi, & Bullas expediri mandavit, & ut ubi proximè dixi, receptæ jam ſunt 1120.

partibus. Vide verba Suarez *infrà, num.* 1131.

1131. Dictis addo, ſolere paciſci in ſimilibus reſignationibus, ut reſignatarius expenſas ſuppleat Bullarum ad utrumque pertinentium, ea tamen conditione, ut ex penſione ab ipſo reſignanti ſolvenda, retineat quantitatem expenſarum, quam ſupplevit in expeditione Bullæ penſionis, ad reſignantem pertinentem. Ita ait Garcia *d. cap.* 3. *num.* 147. per hæc verba: Stylus ſatis vulgaris eſt, quod reſignatarius expendat in expeditione pro reſignante; retinet autem id in primo termino ſolutionis penſionis, & quod ita practicatur abſque ſcrupulo, ſequitur Azor 2. *part. lib.* 7. *cap.* 27. *quæſt.* 7. Sic ille, ſed Azorius, non *in citata quæſt.* 7. ſed in fine ſextæ, ſequentia profert. Quid verò, etiamſi reſignatarius cum reſignante convenit, ut ipſe ſolus omnes ſolveret impenſas, & poſtea ex penſione, ad quam ſolvendam reſignanti ſe obligat, retineat ſibi quod impendit nomine reſignantis, hoc eſt pro ipſo reſignante. Dico eſſe uſu, & conſuetudine Curiæ Romanæ receptum, quo reſignatarius in expeditione literarum pro reſignante ſolvit, poſtea verò retinet id, quod impendit pro illo, quo primum tempore incipit ſolvere penſionem reſignanti, quam ſibi reſervarat. Hæc Azorius.

1132. *Octava concluſio.* Reſignatio beneficii litigioſi, ea conditione, ut evicta lite, reſignatarius certæ penſionis aſſignationi conſentiat, ſapit ſimoniacam pravitatem, ob conditionem implicitam. Ita Navarrus *conſilio* 11. *num.* 1. *de Simonia*, relatus ab Azorio *cap.* 27. *quæſt.* 7.

1133. *Nona concluſio.* Si in reſignatione apponitur conditio, ut reſignatarius reparet Eccleſiam, in qua eſt beneficium conſtitutum, ſive ut emat inſtrumenta muſica, libros Chorales, Miſſalia, Ornamenta, aut quid ſimile, in utilitatem, & decus ipſius Eccleſiæ, ſimonia committitur, ſi hujuſmodi onus non eſt beneficio impoſitum. Docet Azorius *d. quæſt.* 7. *ex cap. Cùm pridem, de Pactis.* Secus eſt, ſi tale onus beneficio eſt injunctum. Idem Azorius *ead. q. ex cap. Significaſti, de Electione*, & ex ſuprà, *num.* 1145. traditis.

Decima concluſio. Renuncians literis Papæ, quibus beneficium expectabat aliquod, eo pacto, ut recipiat pecuniam, vel penſionem, ſimoniam committit. Docet Azorius *d. cap.* 27. *quæſt.* 8. ex Innocentio, Hoſtienſi, Butrio, Abbate, Imola *in cap. Ad audientiam, de Reſcriptis, el* 2. & ex communi opinione. Et licèt Gloſſa ibi teneat, in tali reſignatione non committi ſimoniam, eo ducta fundamento, quia Papa in textu illo ita ait: *Ad audientiam noſtram pervenit, quod quidam Clerici, obtentis à Sede Apoſtolica literis ſuper proviſione ſua in aliquibus Eccleſiis ſibi ſubjectis, recipientes ab eis annuas penſiones, ſeu alia beneficia, ab eorum impetratione deſiſtant, renunciantes juri literarum.* Sed Papa ibi, hoc ut ſimoniacum non damnat, quod & ipſa ratio perſuadere videtur, quia tales literæ non dant jus in beneficio, ſed jus ad beneficium; unde fit, ut quis abſque Superioris authoritate, tuta conſcientia literis Papæ ſimpliciter renunciet, ut colligitur *ex cap. Veniens, & cap. Sanè, de Renunciat.* cum tamen beneficium ſine Superioris aſſenſu nequeat ſimpliciter reſignari, *ex cap. Quod in dubiis, eod. tit. de Renunciatione.* Noſtra concluſio vera eſt, & Gloſſam prædictam communiter rejiciunt Doctores, & meritò, ut Azorius ait poſt Sylveſtrum verbo *Renunciatio, q.* 1. *verſic.* 3. 1134.

Fundamentum eſt, nam quamvis Papæ literæ jus non dent in beneficio, bene tamen conferunt jus ad beneficium, quod certè jus eſt ſpirituale, vel ſpirituali annexum, ſicut præſentatio patroni ad beneficium, dat jus ad illud, & non in illo. Si tamen præſentatio ad beneficium à patrono fiat mediante pecunia, aut re alia pretio æſtimabili, ſimoniaca abſque dubio ullo erit, uti Becan. *de Iuſt. & Iure, quæſt.* 100. *de Simonia, quæſt.* 16. *concl.* 2. docet dicens: Si munus à manu, vel à lingua, vel ab obſequio des, cum intentione obligandi, ut præſentet, eligat, vel inſtituat, erit ſimonia, ſaltem mentalis ex parte tua. Similiter ex parte alterius, ſi eadem mente accipiat, vel poſtea, velut ex pacto tacito, beneficium conferat, Sic Becanus, quem recenſui, & fui ſequutus in Commentariis 1135.

mentariis *ad conſtit. 6. num.* 582. & *num.* 723. dixi, electionem ſimoniacè factam, eſſe ipſo jure nullam, etiamſi unus ſolus ex electoribus ſimoniam contraxerit, poſt Peyrinum *de Privileg. tom.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. *ex cap. Si alicujus, el* 59. *de Electione*, & Barboſa *ibi, num.* 2. *& in cap.* 27. *de Simonia, num.* 2. *& cap. Sanctorum Patrum*, 1. *quæſt.* 1. Quod verum eſſe addidi, etiamſi reliqui Electores, immò & electus ipſe, ſimoniam ignoraverint. Et rurſus addidi, id verum, quamvis ſuffragium corruptum non fuiſſet neceſſarium, *ex cap. Matthæus, el* 23. *de Simonia*, ubi Barboſa *num.* 3. Peyrino *loco citato*, & Azorio *part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 7. *quæſt.* 1. Limitavi tamen pro caſu, quo corruptores in fraudem, ne talis eligeretur, illum corrumpere ſtuduiſſent, ut expreſsè habetur *in cap. Nobis, el* 27. *de Simonia*, & docent *ibi* Gloſſa *verb. Feciſſe*, & Barboſa *num.* 2. Et limitavi ſecundò *in Electione, præſentatione, & collatione*, facta à pluribus ut univerſis, ſeu jure Collegii, qualis eſt electio canonica. Talis enim ſimonia, cum uno commiſſa, tangit, & vitiat omnem electionem, præſentationem, & collationem. Et contrarium eſſe dixi de patronis præſentantibus ut ſingulis: quia quilibet præſentat de per ſe, & præſentationes tot ſunt, quot patroni, & ſic una præſentatio ſimoniaca, & vitioſa, alias non vitiat. Barboſa ſic docuerat ex Rota apud Farinacium *part.* 4. *diverſor. aliàs in* 1. *Collect. noviſſimarum, deciſ.* 103. *in d. cap. Nobis.* Utrumque etiam docet Garcia *de Benefic. p.* 8. *cap.* 1. *n.* 10. 11. *&* 12. & probat *primum* ex Rota *coram Seraphino, in una Caurienſi Canonicatus*, 10. *Maii* 1581. & *ſecundum in una Comenſi Iuriſpatr.* 6. *Martii* 1595. *coram Merlino, la* 103. *apud Farinacium lib.* 1. *& in novis la* 550. quas conciliat, uti nos in limitatione, quia contrariæ Deciſiones ipſæ videntur. Si ergo jus ad beneficium, ſine jure in beneficio, ſufficit ad ſimoniam, interveniente re pretio æſtimabili, in præſentatione, ad eandem ſufficiet ſimoniam interventio ſimilis rei pecuniâ æſtimabilis, in reſignatione literarum Papæ expectativarum beneficii, in caſu concluſionis noſtræ, contra Gloſſæ ſententiam communiter, ut præfertur, rejectam, ex quo dictæ literæ, licèt non dent jus in beneficio, jus dant ad beneficium, ſicut contingit utrumque in præſentatione, ut dixi. At in electione ampliùs conceditur, nedum jus ad beneficium, ſed jus in beneficio plenum in habitu, dependente tamen quoad actum, & exercitium à Prælati confirmatione, uti in Commentariis *ad Conſtit.* 6. *num.* 772. dixi poſt Barboſam *in Votis deciſivis, lib.* 2. primum, *de jure ad rem, voto* 35. *num.* 5. 7. *&* 8. ſecundum verò, *de jure pleno in habitu, voto* 39. *num.* 34.

Quod ſi quæras, eritne ſimoniacum renunciare dictis literis expectativis, eo pacto, ut illas reſignanti aliquod beneficium Eccleſiaſticum conferatur? Reſpondet Azorius *d. q.* 8. cum Sylveſtro *verb. Renunciatio, q.* 1. ubi citat Innocentium, & Hoſtienſem *in cap. Ad audientiam, de Reſcriptis*, quod non: quia eſt quædam permutatio rei ſpiritualis cum re ſpirituali. Addit tamen id locum habere, ſi fiat authoritate Superioris. Nam etſi Canones, & Jura generatim prohibeant, ne renunciatio beneficii cum aliqua conditione fiat; non tamen vetant, ne his, quas dixit, litteris renunciemus, ut beneficium, vel penſionem Eccleſiaſticam, in locum beneficii ſuppoſitam habeamus. Ita Azorius. 1136.

Undecima concluſio. Renunciatio, quæ aliquod temporale commodum, vel ſpirituale quidem continet, ſolummodò promiſſum, non datum, ſimoniaca eſt. Azorius *d. cap.* 27. *q.* 9. ex communi opinione. Qui in hoc caſu inquirit: Sed quid faciet is, qui eſt beneficium conſequutus, & promiſſum nondum implevit? Et reſpondet: Tunc is non tenebitur quidem promiſſo; ſic enim ſimoniam haud dubiè re ipſa compleret; beneficium tamen obtentum dimittere cogitur, ut Gloſſa, Abbas, & Felinus annotarunt *in cap. Tua nos, de Simonia.* Ratio eſt, non quia per ſimoniam acquiſivit, cùm ea ſolùm ſit conventionalis, non realis; & ſimoniacus conventionalis non eſt ipſo jure beneficio privatus, ſed privandus per ſententiam Judicis: ſed quia beneficium eſt illi datum ob cauſam, & illa cauſa 1137.

ſequuta non eſt. Et pari ratione, qui temporale commodum reciperet ex promiſſione ſimoniaca, & nondum dato ſpirituali, quod ſe daturum promiſerat, reſtituere debet quod accepit: alioqui legitima contritione careret, teſte Panormitano *ibidem*.

1128. *Duodecima concluſio.* Qui in pactum deduxit beneficium reſignare, ut ſit gratus, & obſequatur alteri, ad ejus, quæ accepit, obſequia remuneranda, atque compenſanda, ſi reſignet, ſimoniam contrahit: quia talis reſignatio infecta, & vitiata eſt conditione, & pacto; ſecus ſi deducta in pactum non eſt. Ita Azorius *ſub d. q. 9. verſic. Pari ratione.* Quocirca ego ipſe dixi in Commentariis *ad Conſtit. 6. num.* 581. ſervientem collatori beneficii eo animo, ut ab eo beneficium obtineat, non tanquam pretium, ſed ex gratitudine, ſimoniam non contrahere: neque qui beneficium confert ad ſe exonerandum ab obligatione antidorali, ſeu gratitudinis.

1129. *Concluſio tertia decima.* Si reſignatarius die, quo conſenſum præſtat, reſignanti promittit ſe illud beneficium dimiſſurum, cui ipſe voluerit, ſimoniacè reſignat: ſaltem in judicio tanquam talis condemnabitur. Ratio eſt, quia pactum in ipſa reſignatione, vel ſtatim paulò poſt eam adjectum ſimoniam inducit. Et ita docet Azorius *d. lib. 7. cap. 27. quæſt. 10.*

1130. *Concluſio quarta decima.* Si Petrus beneficium obtinuit ex Pauli reſignatione, cum reſervatione penſionis annuæ ipſi Paulo ſolvendæ, & ex intervallo temporis Petrus omnia bona ſua obligavit, vel fidejuſſores dedit pro penſionis ſolutione, non committitur ſimonia: quia talis reſignatio nullam conditionem habuit annexam; ea enim obligatio poſt aliquod temporis intervallum acceſſit. Ita Azorius *quæſt. 11.* Addo ego, nec committi ſimoniam, eſto obligatio, aut fidejuſſio in ipſo actu reſignationis intervenerit, dummodo id Papæ exponatur, & ſua Sanctitas conſentiat, ad ſuperiùs tradita *num.* 1121. ex Garcia. Cui accedit, quod idem Garcia. refert *part. 1. cap. 5. num.* 60. ex Navarro *in Addit. ad conſil. 60. de Simonia*, dicente: Advertendum, referri aliàs ab Officialibus Sacræ Pœnitentiariæ reſponſum, quod ego, ſi Papa ſciente in tui gratiam conſentio, ut meum beneficium penſione gravetur, poſſum à te recipere, etiam ex pacto, indemnitatem. Eſt ratio, quia cum communiter beneficiarii non patiantur ſua beneficia in gratiam tertii gravari, niſi recepta promiſſione indemnitatis, & hoc non lateat Pontificem, utique admittendo hujuſmodi penſionum reſervationem, tacitè etiam conſentit, ut fiat dicta conventio. Hæc ille ſatis opportunè pro me.

Huc ſpectat doctrina Suarez *tom. 1. de Religione; lib. 4. de Simonia, cap. 34. num. 19. pag. mihi* 899. ubi agens de conditionibus neceſſariis ad hoc ut permutationes beneficiorum purè, & abſque ſimonia fiant, ultimam ſub ſequenti ſtatuit tenore, videlicet: Quarta, ut nullum pactum inter partes privatim fiat, *niſi in ordine ad conſenſum Pontificis, vel Prælati, qui poſſit illi authoritatem dare.* Et huc ſpectat, ut non fiant pacta, quod unus ſolvat omnes expenſas, vel expediat ſuis ſumptibus Bullas ad utrumque permutantium pertinentes, & ſimilia, quæ ſimoniaca ſunt, *niſi Pontifici declarentur, & ipſe conſentiat.* Vide Navarrum *lib. 5. conſilior. tit. de Simonia, num. 50. & 51.* 1131.

Quinta decima concluſio. Si duo litigantes pactent, ut is, qui beneficium æqualium redituum conſequutus fuerit, in favorem alterius reſignabit, ſimoniam contrahunt, ob conditionem in reſignatione contentam. Ita in Rota judicatum fuiſſe teſtatur Azorius *d. cap. 27. quæſt. 12.* 1132.

Decima ſexta concluſio. Simoniacum eſt pactum, cum quis promittit reſignanti tertiam partem fructuum beneficii reſignati, conferendam in dotem ſororis, & alimenta nepotum, ſi promiſſio ſit de dandis dote, & alimentis ſorori, & nepotibus reſignantis; ſecus verò ſi promiſſio ſit de dandis ſorori, & nepoti ipſius reſignatarii promittentis, quia id dare debet reſignatarius. Pactum enim de eo, ad quod aliàs quis tenetur, non inducit ſimoniam; ſed illud in quo imponitur obligatio civilis. Concluſionem tenet Azorius *d. cap. 27. quæſt. 11.* 1133.

Concluſio decima ſeptima. Si reſignans, vel reſignatarius aliquid in pactum 1134.

ctum deduxerit, ſimoniam conventionalem admittet à principio pacti: non tamen peccabit ſi non compleat id quod fuit in pactum deductum; quia nihil eſt factum, & potiùs pactum eſt reſciſſum, ut ait Rebuffus *conſ.*63. *num.*13. Ita Azorius *d.cap.*27. *quæſt. ultima.*

1135. Hîc diſcutiendum reſtat dubium, *An illicitum ſit, & ſimoniacum, necne, dare, & recipere aliquid pro collationibus, inſtitutionibus, & quibuſvis proviſionibus dignitatum, beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum, etiamſi parum illud ſit?*

Pro parte negante eſſe illicitum, & ſimoniacum, adeſt primò Cechius *de Republica Eccleſiaſtica, cap.*23. *de Vicario Epiſcopi, verſic.*2. *ſub num.*4. *verſic. Ideo Epiſcopus, pag.*246. relatus à Garcia *de benefic. p.*8. *cap.*1. *n.*78.

*Damnãtur hujuſmodi conſtitutiones à Tridentino infrà, n.*1137. *& ab ejus Sacra Congregatione.*

Secundò adeſt conſtitutio Synodalis hujus Epiſcopatus Pampilonenſis, condita per Cardinalem Ceſarinum, ejus Epiſcopum, publicata die 15. Decembris, anno 1531. in qua *fol.*39. *ſub tit. de taxis*, & ſub hoc Rubro: *De juribus ſigilli majoris collationum, confirmationum, & inſtitutionum dignitatum Eccleſiæ Cathedralis Pampilonenſium, ac Parochialium, & deſolatarum Eccleſiarum, ac aliorum beneficiatorum, ſeu portionum Eccleſiarum noſtræ Pampilonenſis Diœceſis*; ſic ſtatuitur. *Primò in Eccleſia Cathedrali Pampilonenſi ſigillum habet pro qualibet dignitate, ſeu officio, quartam partem fructuum, reddituum, & proventuum anni primi, quo vacaverit talis dignitas, ſeu officium, deductis oneribus: non tamen compelli poſſit confirmatus, inſtitutus, ſeu proviſus, ut ſolvat dictam quartam partem ante adventum dictorum fructuum: nec propter hoc ſigillum, ſive titulus ſibi detineatur: & Secretarii tres ducatos auri veteris, pro titulo collationis, ſeu confirmationis.* Et deinde ſtatuitur, quid ſolvendum ſit pro titulo, & ſigillo aliorum beneficiorum Diœceſis, quorum taxas recenſere omitto, brevitati conſulens. Eaſdem omninò diſpoſitiones, & taxas, mutato tamen idiomate Latino, in vulgare Hiſpanum, invenio in Conſtitutionibus ejuſdem Pampilonenſis Diœceſis, compilatis, & factis anno 1590. Pampilonæ, per D.D. Bernardum de Sandoval, & Roxas Epiſcopum, *fol.*155. ſub hoc Titulo, *Arancel de los derechos del ſello mayor, y de los Officiales de la Audiencia.* Quæ quidem hucuſque fuerunt, & ſunt in actuali obſervantia. Ex quibus reſultat conſuetudo, & poſſeſſio immemorabilis exigendi, & ſolvendi quod taxatum eſt pro collationibus, inſtitutionibus, & confirmationibus dignitatum, beneficiorum, & Officiorum. Et quod in hac parte obſervatur in Curia Epiſcopali Pampilonenſi, obſervari vidi à tempore præſcripto, in hoc meo Hyrachenſi Cœnobio, ut Domini Abbates exigant, & recipiant pro collationibus beneficiorum, & pro nominationibus Vicariorum, ſex ducatos argenteos, & Secretarius unum ducatum ejuſdem monetæ. Et idem, ut credo, obſervant alii Prælati, & dignitates ſæculares, & Regulares ejuſdem Diœceſis, in collationibus, & inſtitutionibus beneficiorum. Quod juxta à Garcia traditum infrà, *num.*1140. procedit ex barbarie, & ignorantia. Quibus tamen non obſtantibus, ſit:

Conſuetudinibus immemorabilibus derogat Tridentinum infrà, num. 1137. *& S. Cõgregatio n.*1139. *verſic. Secunda, & verſic. Tertia.*

Concluſio decima octava. Dare, & recipere aliquid in pecuniis, aut in aliis temporalibus pro collationibus, inſtitutionibus, & quibuſvis proviſionibus beneficiorum, dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum, etiamſi parum illud ſit, illicitum eſt, & ſimoniacum. 1136.

Ita docet Garcia *de Beneficiis, p.*8. *cap.*1. *num.*78. dicens: Unde apparet, Epiſcopum, vel Vicarium non poſſe aliquid recipere pro collationibus beneficiorum, etiam parum, quidquid dicat Cechius. Et de ejus ſententia ampliùs patebit ex infrà recenſendis ex eo.

Docet & Barboſa *in Collect. in Concil. Trident. ſeſſ.*21. *cap.*1. *de reformat. num.*9. ubi ita ait: Collatores beneficiorum, quacumque dignitate præfulgeant, nil pro collatione, ſeu quavis alia diſpoſitione beneficiorum, quovis quæſito colore, directè, vel indirectè, etiam ſub nomine annatæ, aut cujuſvis alterius portionis fructuum, etiam à ſponte dantibus, vel offerentibus, accipere, aut exigere poſſunt: eorundem quoque collatorum Notarii, & alii quivis officiales, quibus tamen aliunde certum ſalarium conſtitutum eſt, eadem omnino obſervare

obſervare debent. Illis verò, quibus ſalarium pro officio ſuo exercendo nullum conſtitutum eſt, licet in qualibet hujuſmodi beneficiorum collatione, ſeu alia diſpoſitione, pro ſuo labore aliquam mercedem accipere: quæ tamen ſcriptura, ſigillo, & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & inde Collatores ipſi nihil emolumenti percipere poſſint; alioquin tam dantes, quàm recipientes, pœnis contra ſimoniacos editis ſacris Canonibus tenentur, ipſaſque ipſo facto incurriſſe cenſentur: Notarii autem, ſeu officiales alii, à ſuis officiis ſuſpenſi ſunt. Ita refert deciſum Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.* 8. *cap.* 1. *n.* 77. & ſub *eodem num.* 9. ait Barboſa, Epiſcopo non licere quicquam accipere, vel percipere, directè, vel indirectè, ubi infraſcripta expediuntur: dicit & Selius (*in ſelectis Canonicis*) *d. cap.* 10. *num.* 20. dicens ſic fuiſſe deciſum *in una Vicentina*, 8. *Martii* 1602. videlicet: *Litteræ collationum, inſtitutionum, ſeu proviſionum beneficiorum vacantium per obitum, vel per reſignationem, etiam ex cauſa permutationis, vel alia.* Et ſucceſſivè recenſet quamplures alias functiones, & literas circa illas expediendas. Et *num.* 10. ait: Pro collatione, aut inſtitutione Eccleſiarum, & præſertim curatarum, Cancellarium poſſe in ſingulis (ſcilicet immediatè numeratis) accipere mercedem ſuo labori convenientem; quæ tamen, ſcriptura, ſigillo, & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & dummodò ipſi Cancellario ſalarium nullum pro ſuo officio exercendo conſtitutum ſit, & ex pecunia, quam accipiet, nihil prorſus emolumenti Collatores, aut inſtutores ullo modo, directè, vel indirectè percipiant. Ita referunt deciſum Armendariz *in Addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *de Epiſcopis, num.* 17. *in reſponſ. ad* 1. *&* 2. Piaſecius *in Praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 5. *num.* 28. & *in ſeq. num.* 11. recenſet Barboſa pro hoc puncto Notarii 16. Authores alios. Et *num.* 14. ait, Notario, vel Cancellario nihil licere accipere, neque ratione ſcripturæ, neque ſigilli, neque laboris, aut alio titulo; ſed gratis his, quorum intereſt, debere præſtare omnia infra ponenda: tenet & Selius *d. cap.* 10. *n.* 21. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in una Vicent.* 8. *Martii* 1602. videlicet, *Approbationem ad audiendas confeſſiones, &c.* Et *num.* 15. inquit: Quoad alia, quæ ſequuntur, poterit aliquid percipere, ſi nullum ſibi ſalarium, vel ſtipendium conſtitutum fuerit; tuncque congruam tantùm ſui laboris mercedem, quæ quoad literas collationis, vel inſtitutionis Curatarum Eccleſiarum, vel deputationis Vicariorum in illis, unum aureum, &c.

Probatur concluſio ex Concilio 1137.
Trid. *ſeſſ.* 21. *cap.* 1. quod eſt tenoris ſequentis: *Quoniam ab Eccleſiaſtico ordine omnis avaritiæ ſuſpicio abeſſe debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericalis Tonſuræ, nec pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, ſponte oblatum Epiſcopi, & alii Ordinum collatores, aut eorum miniſtri, quovis prætextu accipiant: Notarii verò in iis tantùm locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus decimam tantùm unius aurei partem accipere poſſint, dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex eiſdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè provenire poſſit; tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omninò teneri decernit, contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potiùs abuſus, & corruptelæ, ſimoniacæ pravitati faventes, nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo: & qui ſecus fecerint, tam dantes, quàm accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas à Jure inflictas ipſo facto incurrant.*

Quod ſi quis dicat, Concilium 1138.
hic nihil diſponere circa collationes, inſtitutiones, & proviſiones beneficiorum, ſed circa Ordines, quod quid diverſum eſt. A diverſis autem non fit illatio, ut dixi *in diſquiſition. tom.* 2. *diſq.* 11. *dub.* 17. *num.* 95. ex vulgari axiomate Juris: maximè quia, ut ibi dixi *diſq.* 5. *num.* 7. pœnæ non ſunt extendendæ ad alios caſus, ſed ad expreſſos in diſpoſitione reſtringendæ. Reſpondeo *Primò*, diſpoſitionem iſtam Concilii, intelligi debere de collationibus, inſtitutionibus

nibus, & quibuſvis beneficiorum proviſionibus, ex eo, quòd ubi eadem eſt ratio, eadem eſt juris diſpoſitio, ad ibi proximè tradita *diſq. 6. dub. 3. num. 29. & diſq. 11. dub. 17. num. 20.*

1139. *Secundò*, quia S. Congregatio Interpretum ejuſdem Concilii ita illud declaravit, ut vidimus modò apud Barboſam, & in Declarationibus, quas tranſcribit Garcia *de Beneficiis, part. 8. cap. 1. num. 76. & 77.* Prima *in una Epiſcopo Melphin.* ubi incipit: *Sanctiſſimus Dominus noſter etiam ex ſententia S. Congregationis cenſuit, declaravit, & ſanxit, Collatores beneficiorum, quacunque dignitate præfulgeant, nil pro collatione, ſeu quavis alia diſpoſitione beneficiorum, quovis quæſito colore, directè, vel indirectè, etiam ſub nomine annatæ, aut cujuſvis alterius portionis fructuum, etiam à ſponte dantibus, vel offerentibus accipere, aut exigere poſſe: eorumdem quoque collatorum Notarios, & alios quoſvis officiales, quibus tamen certum ſalarium aliunde conſtitutum eſt, eadem omninò obſervare debere; illis verò, quibus ſalarium pro officio ſuo exercendo nullum conſtitutum eſt, licere in qualibet hujuſmodi beneficiorum collatione, ſeu alia diſpoſitione, pro ſuo labore aliquam mercedem accipere; quæ tamen, ſcriptura, ſigillo, & cæteris omnibus computatis, unum aureum non excedat, & inde Collatores ipſi nil emolumenti percipere poſſint: alioquin tam dantes, quàm accipientes, pœnis contra ſimoniacos editis ſacris Canonibus teneri, ipſaſque ipſo facto incurriſſe cenſeri: Notarios autem, ſeu officiales alios à ſuis officiis ſuſpenſos eſſe.*

Secunda. *Sanctiſſ. Dom. noſter Gregorius XIII. declaravit decretum* c. 1. ſeſſ. 21. de reformatione, *vendicare etiam ſibi locum in collatione beneficiorum, præſertim curatorum, nec pro ſigillo aliquid accipere poſſe, non obſtante quacunque immemoriali conſuetudine.*

Tertia. *Ravennatenſis Ordinarius in collatione beneficiorum pro ſigillo nil poteſt accipere, etiamſi ab immemoriali fuerit obſervatum, ut certum quid recipiat.*

Cùm quibus Declarationibus (ait Garcia *d. num. 76. in fine*,) conſonat Concilium Provinciale Mediolanen. ſc 4. *part. 2. tit. de Beneficiorum collatione, ac proviſione, verſic. Ut avaritiæ.*

Quarta. *Gerundenſis libellus. Illuſtriſſ. & Reverendiſſimi Domini, Canonici, & Capitulum Eccleſiæ Gerundenſis animadvertere, quod Reverendiſſimus Dom Iacobus Caſſador, modernus Epiſcopus Gerundenſis, quotidie contra ſtylum antiquum dictæ Eccleſiæ, multa indebitè extorquet, & multa gravamina infert, & quod non curat ſe ab illis abſtinere, ſed de die in diem in illis continuando, cauſam querelandi, & murmurandi aliis præbet, cum maximo damno, & ſcandalo populorum; ideò, ut ex dicta eorum Eccleſia extorſiones, & gravamina hujuſmodi de medio tollantur, & ne abuſus hujuſmodi in pravam conſuetudinem tranſeat, aliique ſucceſſores in dicto Epiſcopatu malum exemplum hujuſmodi imitari poſſint, deliberarunt nonnulla capitula extorſionum, & gravaminum hujuſmodi veſtris Illuſtriſſimis DD. deferre, ad hoc, ut ex ſola benignitate in his, in quibus eis videbitur, providere dignentur.*

In primis Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus, à proviſis de beneficiis à Sede Apoſtolica in forma Dignum, extorquet pro collatione in vim mandati Apoſtolici facienda, julios duos, pro quolibet ſcuto valoris dicti beneficii. Secundò item, pro collationibus beneficiorum, quæ ipſe jure ordinario facit, extorquet pro qualibet proviſione, aliquando ſcuta ſex, aliquando ſeptem. Et hoc quidem vult extorquere à proviſis ab inferioribus, ad quos collatio ſpectat. Si verò collationes fiant ab Abbatibus, vel aliis inferioribus à ſua juriſdictione exemptis, ipſe Dom. Epiſcopus vult, quod collationes ab ipſo, vel ejus Vicario approbentur, ac ratæ, & gratæ fiant, & tantumdem perſolvant; alioquin non vult; quod poſſint gaudere dictis beneficiis. Tertiò, item pro literis dimiſſoriis, ſeu teſtimonialibus, aut commendatitiis Dominus Epiſcopus exigit undecim groſſos, & unum nummum, contra formam Concilii Tridentini, ſeſſ. 21. cap. 1. de reformat. Ultra tria iſta capita, ſeptem alia continet libellus, ſed aliis omiſſis, ſeptimum referre libet, quia de eo in concluſione 19. agere opus erit. Videamus ergo quid ad quatuor iſta S. Congre-

gatio Eminentiſſ. Cardinalium dicti Concilii Interpretum reſponderit, & quod ſequitur eſt.

Ad primum, & ſecundum, pro collatione, aut inſtitutione Eccleſiarum, & præſertim Curatarum, Cancellarium poſſe in ſingulis accipere mercedem ſuo labori convenientem; quod tamen ſcriptura, ſigillo, & cæteris computatis, unum aureum non excedat, & dummodò ipſi Cancellario ſalarium nullum pro ſuo officio exercendo conſtitutum ſit, & ex pecunia, quam accipiet, prorſus nihil emolumenti collatores, aut inſtitutores ullo modo, directè, vel indirectè percipiant. Ad tertium, nihil exigendum pro dimiſſoriis, commendatitiis, aut teſtimonialibus literis, juxta cap. 1. ſeſſ. 21. Concilii ejuſdem. Ad ſeptimum, non debere Examinatores, occaſione examinis ad parochiales Eccleſias quidquam accipere, alioquin puniendos arbitrio Ordinarii.

Deinde probatur concluſio noſtra, & quod *in d. cap. 1. ſeſſ. 21. Concilii Trident.* prohibitum cenſeatur, exigere, dare, & recipere quidquam pro collatione, inſtitutione, aut qualibet beneficiorum proviſione, ex Conſtitutione 64. Sanctiſſ. Pii Quinti, incipit *Dum nimis*, apud Bullarium Magnum Romanum Angeli Cherubini, *tom. 2. pag. 308.* cujus epigraphe eſt: *Declaratio, & ampliatio Concilii Tridentini, de prohibitione aliquid exigendi, vel petendi in collatione, aliave proviſione beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel ad illorum poſſeſſionem, admiſſionem, &c.* & ſtatim annotatur: Ad hoc videri poteſt etiam Concilium Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 1. &c.*

1140. Non reticeam tamen, quæ ait Garcia *d. part. 8. cap. 1. à num. 93.* videlicet: Æquum tamen videtur, ac praxi conſentaneum, quod ait Rebuffus *d. tit. Quot modis beneficia acquirantur, num. 13.* non videri ſimoniacos illos, qui coacti dant ſportulas pro collationibus, & quia non poſſunt reſiſtere, dummodò voluntariè non dent: quod etiam dici poteſt de ſolventibus etiam Capitulo in admiſſione ad poſſeſſionem, quod ſolvi conſuetum eſt. Leſſius *lib. 2. cap. 35. num. 59. 62. & 133.* dicens, quod eſt quædam redemptio vexationis; & favet Suarez *de Religione, tract. 3. lib. 4. cap. 48. num. 11.* Quod maximè procedit in foro conſcientiæ, modò non dent pro pretio, nec pro cauſa principali, & immediata beneficii, ſeu poſſeſſionis, ex Navarro (*in Manuali Latino*) *cap. 23. num. 101. verſ. 11.* & facit quod tradit D. Thomas *2. 2. quæſt. 100. art. 2. ad 4.* & poſt eum Suarez *tom. 5. de Cenſuris, diſp. 31. ſect. 4. num. 23.* & quod tradit Petrus Ledeſma *in Sum. 2. part. tract. 12. concl. 10.* & facit etiam, quod tradit Sebaſt. Sapia *in Addit. ult.* verbo *Vexatione, ad Abbatem, in cap. Cùm pridem, de Pactis*, quod non committit ſimoniam qui eſt neceſſitatus dare pecuniam pro ſpiritualibus, ut notatur *in cap. Cùm in Eccleſiæ corpore, de Simonia.* Unde quando datur pecunia ob aliquod ſtatutum, vel conſtitutionem, non eſt ſimonia, ut tradit Abbas *in cap. Sicut pro certo, de ſimonia.* Sed non video Abbatem ibi hoc dicere. Et aliàs eſſet condemnare plurimos aliàs timoratos, obtinentes & beneficia, & præbendas, maximè in Hiſpania, in qua eſt magna barbaries, & ignorantia circa hæc: & qui ſciunt, non poſſunt id tollere, ſeu excuſare. Nec obſtat, quod proviſio ſimoniacè facta, etiam cum ignorantia, & bona fide adquirentis, eſt nulla, ut ſuprà dictum eſt *à num. 4.* Quia id procedit quando beneficium eſt acquiſitum per ſimoniam directè, nempe interveniente pretio; ſecus in propoſito, ubi quamvis id ſit prohibitum, tanquam ſimonia; tamen non eſt ſimonia directè, cum non interveniat pretium, ſeu pactum. D. Thomas, & Suarez *ibi*, & facit quod ait Abbas, poſt Innocentium *in cap. Cùm M. Ferrarienſis, num. 24. de Conſtitut.* & *deciſio Achillis* 344. Hactenus Garcia.

Concluſio decima nona. Simonia committitur per examinatores, & examinandos ad obtinenda beneficia, ſi quicquam detur, & recipiatur ratione examinis. 1141.

Iſtam tenet Garcia *de beneficiis, part. 5. cap. 7. num. 11. pag. mihi 527. & parte 9. cap. 2. num. 374.* ex Declarationibus S. Congregationis infrà recenſendis, & ex Genuenſi *in Praxi, cap. 66. in Annotat. num. 17.* tenet & Barboſa *in collectan. in Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. n. 107. & ſeqq.* poſt Garciam, & alios. Libet Barboſam recenſere. Non poſſe examinatores quicquam

quam pro labore, vel titulo ſtipendii ad ſuſtentationem ex fructibus beneficii vacantis, vel alia ratione accipere, tradunt Garcia *de beneficiis, p.5. cap.7. num.11. & d.p.9. cap.2.num.374.* Bonanica *d. different. 1. num.5. verſic. Secundò.* Aloyſ.Riccius *d.p.4.reſol.76. num.4.* Ego ipſe *d.cap.2. (de Parocho) num.81.*

1142. Non poſſe Ordinarium ſtatuere aliquod ſtipendium, etiam minimum, Examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu Parochialium, & Synodus diœceſana ſi ſecus ſtatuerit,decretum eſſe irritum, & nullum, referunt Garcia *d.part.9. cap.2. n.374.* Maſſobrius *d.requiſ.15.(Praxis) dub.1.* Bonacina *d.differ.1.num.7.verſ.Tertiò.* Steph.Vveyms (*ad conſtitut.24.ex antiquo jure deſumptas*, & per Concil. Trident. innovatas, *conſt.13.num. ult. pag.124.*) *d.loco.* Ego ipſe *d. alleg.60. num.53. & d.cap. 2.num.82.* Poſſe tamen Epiſcopum aliquid de ſuo his examinantibus concedere, titulo præmii, vel ſtipendii, aut ſuſtentationis, reſolvunt Garcia *d. cap.2. n.379.* & Bonacina *d. different.1. num.6.(de Simonia, quæſt. 7. punct. 2.)* ſubdens hoc ſibi non videri improbabile, quia Concilium in præſenti non videtur loqui de Epiſcopo.

1143. Examinatores privari beneficiis antea obtentis, ſi occaſione examinis, ſive antea, ſive poſtea aliquid accipiant, etiam gratis, & liberaliter datum, & ad captandam benevolentiam, etiamſi res modica ſit, & levis momenti; nam hîc prohibetur quicquam prorſus accipi, reſolvunt Garcia *d. part. 9. cap. 2. num. 390.* Aloyſ. Riccius *d.p.4.reſol. 76. num.3.* Bonacina *d.diffic.1. num.5. verſ. Ex quibus,* Ego ipſe *d.cap.2.num.80.* Contra Petr. Ledeſma *in Sum.tract.7. cap.1. concl.7.* Zerolam *in Praxi Epiſcop. p.1. verb. Parochia., §. 2. dub. 13.* exiſtimantes hujuſmodi Examinatores non privari beneficiis antea obtentis. Hucuſque Barboſa *in d.Collectanea.*

144. Concluſio noſtra, & omnes doctrinæ pro ea ſuprà adductæ, concludenter, & evidenter probantur ex diſpoſitione Concilii Trident. *ſeſſ.24.c.18. de reformat.* ubi de Examinatoribus Synodalibus diſpoſito, addit: *Caveantque ne quicquam prorſus, occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiant, alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quàm illis dantes incurrant, à qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolùm coram Deo, ſed etiam in Synodo Provinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur, à qua ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri poſſint.* Hæc S.Concil. Trident. Circa quæ duo noto. *Primum,* verbum *Caveant*, importare præceptum, uti dixi *in Commentariis ad conſtit.6.num.535.pag.153.* cum Illumin. Morono *reſponſo 26. num. 41.* ibi: *Cum ergo iſtud verbum Caveant, in præſenti decreto ſit in materia gravi, ponderoſa, & neceſſaria, &c. Secundum eſt,* quod licèt Sacri Concilii diſpoſitio præfata, explicatione non indigeat, aut declaratione, quia declaratio non habet locum in claris, Caſtrus *in l. Hæredes, §.Si quid, num.4. in fine, ff.de Teſtamentis, & conſil.22. colum. fin. verſic. Præterea dictæ declarationi, lib.1.* Decius *conſ.114.n.5. verſic. Et dicit hoc procedere:* Sacra tamen Congregatio Cardinalium dicti Concilii Interpretum dictum ejus decretum declaravit, prout ſequitur.

In una Abulenſi, quam Garcia *de Benefic. part.5.cap.7.num.11.* ſe habere authenticam teſtatur, quinque dubia fuerunt propoſita S. Congregationi, quorum ſecundum fuit ſub iſto tenore: *Secundò rurſus in Epiſcopatu Abulenſi, & tota Provincia Compoſtellana, ex Decreto Concilii Provincialis Compoſtellani poſt Concilium Tridentinum facti, datur ſtipendium Examinatoribus Synodalibus, pro ſuo labore, ex fructibus parochialis, ad quam fit examen: dubitatur, an poſſit hoc dari, ſtante decreto Sancti Concilii Tridentini, ſeſſ.24. de Reformat. cap.18.* Et reſponſum eſt: *Ad ſecundum, non poſſe.* Et *in una Salernitana,* quam recenſet Garcia *part. 9. cap.2.num.374.* dicitur: *Non poteſt Ordinarius ſtatuere aliquod ſtipendium, etiam minimum Examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu Parochialium; & ſi Synodus diœceſana ſecus ſtatuerit, decretum eſſet irritum, & nullum.* 1145.

Quas certè Declarationes producit Garcia pro deciſione dubii à ſe propo- 1146.

propoſiti *n.* 368. *dicti cap.* 2. ſub hoc tenore: An Examinatoribus, qui ex dicto decreto Concilii, *cap.* 18. *verſ. Caveant*, nihil prorſus occaſione hujus examinis, nec ante, nec poſt poſſunt accipere, (quacumque etiam immemorabili conſuetudine non obſtante, ut cenſuit S. Congregatio, & quod non liceat eis aliquid ab eo recipere, cui beneficium collatum fuit,) alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quàm alii dantes incurrunt, à qua abſolvi nequeunt, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia impoſterum inhabiles redduntur, poſſit nihilominus aliquod ſtipendium, ſeu merces pro ſuo labore dari, præſertim ex fructibus beneficii?

1147. Et dicto: In quo videbatur dicendum, poſſe; cum dignus ſit mercenarius mercede ſua, *in cap. Cùm ſecundùm Apoſtolum, de Præbendis*, nec videtur poſſe cogi hoc munus ſubire ſine ſtipendio, ac præmio. Et ita uti licitum, & Concilio Trident. non contrarium, ſtatuitur in Concilio Provinciali Compoſtellano, *actione* 2. *decreto* 3. ubi ſic dicitur: *Quibus* (ſcilicet Examinatoribus) *munus ſuum, ex ejuſdem Concilii ſententia fideliter exequentibus, æquam laboris mercedem Prælati ſuæ rectæ conſcientiæ arbitrio jubeant perſolvi, quæ omnia expenſis beneficii vacantis fieri debent.* Et in dicto Concilio Provinciali Toletano, *actione* 2. *decreto* 24. *verſ. Horum verò*, ubi ſic dicitur: *Horum verò Examinatorum cuilibet pro muneris ſuſcepti labore Ordinarius poſt beneficii collationem, ex redditibus Eccleſiæ vacantis, qui alioquin Rectori debeantur, juſtam aliquam mercedem ejus arbitrio reddi curabit, cùm & dignus ſit mercenarius mercede ſua.* Et ita practicatur in hac Provincia Compoſtellana & Toletana, & tenet Petrus Navarra *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 188. noviſſimè Petr. Ledeſma *d.* 2. *part. Sum. tract.* 7. *c.* 1. 7. *concluſione, circa* 13. *difficult.* dicens eſſe communem ſententiam omnium Doctorum, & uſum communem omnium Eccleſiarum Hiſpaniæ, &c. & ſequitur Fr. Raphaël de la Torre *de Relig.* 2. *tom. q.* 100. *art.* 6. *diſp.* 3. *pag.* 387. dicens, quod per modum ſtipendii aliquid Examinatores recipere ex fructibus beneficii, receptiſſimum eſt.

Et ad dicta verba Concilii poteſt reſponderi, quod intelliguntur, quando Examinatores aliquid accipiunt extra ſtipendium, vel quando aliquid datur Examinatoribus pro approbatione obtinenda: quo caſu, licèt committatur confidentia, quia iſte caſus non comprehenditur, neque in ratione, neque in verbis conſtitutionum Pii IV. & Pii V. de confidentia, committitur tamen ſimonia; nam per approbationem factam in concurſu, acquiritur approbato jus ad beneficium, & pro illo beneficio, & pro illo jure ſpirituali fuit datum, ut ex Navarro *conſ.* 67. *verſ. Ad* 4. *de Simonia*, tradit Flam. Pariſ. *de Confidentia, quæſt.* 48. ſequitur Zerola *in Praxi Epiſcopali*, 2. *part.* verbo *Dimiſſoria*, §. 7. Addit. Summæ Bullarii Quarantæ, verbo *Simonia, pag.* 463. & Ugolinus *de Simonia, tab.* 1. *cap.* 48. §. 3. & *de Offic. Epiſc. c.* 50. §. 5. *num.* 2. Et ita interpretatur Ledeſma *ubi ſuprà*, & Torre *ſuprà* ait, Concilium ibi intelligendum eſſe de acceptione alicujus rei temporalis, per modum pretii, quæ verè ſimonia eſt. 1148.

Et omni, ut præfertur dicto, dubium à ſe ſuprà propoſitum decidit, dicens: Nihilominus tamen dicendum eſt contrarium, ex dicto Concilii decreto, *verſic. Caveant*, ubi id etiam prohibetur: & ita cenſuit S. Congregatio Concilii *in declarat. Gerundenſi ſuprà adducta, præced. part. c.* 1. *num.* 77. *ad* 1. & *in illa Abulenſi, adducta* 5. *p. c.* 7. *n.* 11. *ad* 2. (& hic *n.* 1175.) quæ ſunt omninò videnda, & *in una Salernitana*, quæ ſic ait: *Non poteſt* (reliqua vide hic *num.* 1145. *in fine.*) Tradit, & refert Genuenſ. *in Praxi, c.* 66. *in annot. num.* 17. Et hoc idem videtur velle dictum Concil. Provinc. Mediolanum 5. *d. verſic. Examinis cauſa*, ubi ſic dicitur: *Examinis cauſa & occaſione, nihil quicquam, ne minimum quidem, neque verò poſt accipiant, alioquin ſciant, &c.* 1149.

Quod eſt conforme juri antiquo: tum, quia cum ex proviſionibus & collationibus beneficiorum non poſſit aliquid accipi ullo modo, nec ſportulæ, ut ſuprà diximus *p. præced. c.* 1. *à n.* 75. ita nec ex examinibus, quæ ſunt præparatoria ad proviſionem. Facit *cap. Quando*, 24. *diſt.* Tum quia 1150.

in

in Judicibus Eccleſiaſticis prohibentur ſportulæ, *ex cap. Cùm ab omni, fin. de vita, & honeſt. Cleric.* ut ſtatim dicam, & dicti Examinatores ſunt quodammodo Judices. Suarez *de Relig. tract. 5. lib. 4. cap. 22. num. 17.* Ex quibus ceſſat ratio in contrarium adducta: & rectè poſſunt Examinatores cogi hoc munus gratis ſubire, cum ſit munus publicum, & à S. Concilio Trident. inductum. Facit *d. cap. fin. de vita, & honeſt. Cleric.* & *cap. ſtatutum, de reſcript. in 6.* Poterit tamen Epiſcopus, ſi ſponte velit, aliquod præmium, ſeu ſtipendium eis de ſuo dare; hoc enim nullibi videtur prohibitum, de quo poſt hæc vidi declarationem S. Congregationis, quæ ſic ait. Hæc, & alia ad propoſitum Nicol Garcia, in materia de Beneficiis facilè Princeps inter modernos Eccleſiaſticæ diſciplinæ Doctores.

SECTIO III.

De publicatione reſignationis.

1151. GRegorius XIII. conſtitutionem condidit, quæ incipit: *Humano, la* 85 apud Angel. Cherubinum, *tom. 2. Bullarii Romani, pag. mihi* 468. in qua ut ſequitur ſtatuit.

§. I. Omnes, & quæcumque reſignationes, etiam cauſa permutationis, ac commendarum, & etiam literis Apoſtolicis non confectis, & poſſeſſione non habita; necnon litis, & jurium quorumcumque conceſſiones, ac retroceſſiones, quæ deinceps de quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, in noſtris, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & teſtibus fient, & à nobis, vel illo, ſeu noſtro, vel illius mandato admittentur, & ſuper eis proviſiones, & quæcumque aliæ diſpoſitiones, ſive temporales, ſive perpetuæ, aut ad hoc mandata Apoſtolica ſub quacumque forma, & quibuſcumque, etiam S. R. E. Cardinalibus, ac piis locis, quocumque privilegio ſuffultis, factæ publicari debeant cum literis Apoſtolicis deſuper confectis, intra ſex menſes, ſi beneficium citra montes fuerit, ultra verò intra novem à data conceſſionis gratiæ, non autem à die præſtiti ſuper ea conſenſus numerandos, etiamſi poſtea conceſſio & gratia hujuſmodi, ex quavis cauſa, diverſiſque ſubſequentibus data, ac quotieſcumque, & quovis modo reformata, & valida reddita fuerit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios ceſſiones, ac etiam in ipſummet primum reſignantem, vel cedentem, retroceſſiones, termino prædicto nondum elapſo, intercesſerint, ita ut unicus dumtaxat terminus omnibus his ſucceſſivis ceſſionibus, ac retroceſſionibus decurrat, ut qui poſtremus gratiam habuerit, publicationem hujuſmodi facere, cæteraque omnia hic præſcripta intra eundem terminum præſtare teneatur.

§. II. Ipſa autem publicatio in Cathedrali, & in beneficii Eccleſia, vel Eccleſiis, ſi in pluribus illud ſit, fiat ubique dum frequens populus ad Miſſarum ſolemnia convenerit, palam omnibus literæ Apoſtolicæ prædictæ, earumve tranſumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce reſignatio, ſeu ceſſio hujuſmodi, ac beneficii qualitas, & invocatio, nominaque, & cognomina reſignantis, ſeu cedentis, ac illius, in cujus favorem gratia hujuſmodi facta eſt, pronuncientur, ita ut hæc omnia poſſint ad notitiam omnium ibi exiſtentium veriſimiliter pervenire, ſcriptoque de his omnibus exemplo collato, valvis dictarum Eccleſiarum affixum relinquatur. Si verò Eccleſia beneficii ruralis ſit, aut populo, conventuque careat, eo caſu in Parochiali, intra cujus parochiæ limites beneficium ipſum conſiſtit, & in Cathedrali Eccleſia; vel ſi locus bello, ſeu peſte, aliiſve manifeſtis periculis ſubjaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in Cathedrali Eccleſia; vel ſi aditus ad illas, aut utramvis minimè ſit ſecurus, in alia Cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni, publicatio hujuſmodi peragatur.

§. III. Is quoque, in quem diſponi, vel mandari de beneficio, etiam litigioſo, vel ex accidente non poſſeſſo, ſub quacumque forma contigerit poſſeſſionem beneficii intra dictum tempus, vigore literarum Apoſtolicarum deſuper confectarum, nec aliàs apprehendere debeat; & ſi propter litem, aut aliud legitimum impedimentum

quiverit, ſaltem literas Apoſtolicas cum earum publicatione, ſi tunc facta erit, Judici, ſeu executori illarum, vel aliis ad quos pertinet, per ſe, vel per procuratorem ſuum legitimum, intra idem tempus præſentare, & apud illum, vel illos pro ipſarum literarum executione inſtare, & poſſeſſionem hujuſmodi inſtanter petere teneatur.

§. IV. Cæterùm modus, & forma hic tradita, ſemper, & ubique debeat obſervari, nec alia, vel æquipollens ullo modo admitti in omnibus hujuſmodi reſignationibus, ceſſionibus & retroceſſionibus de quibuſcumque Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, tam virorum, quàm mulierum, dignitatibus, officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, Regularibus, etiam electivis, & manualibus, ac etiam de jurepatronatus laicorum illuſtrium, & aliàs quomodocumque exiſtentibus, ſive pacificis, ſive in petitorio, ſive in poſſeſſorio litigioſis, etiam de quibus in Conſiſtorio noſtro diſponi conſuevit, ſeu debet, quæ poſthac ex quacumque cauſa fient, & per nos, ac prædictos ſucceſſores, extra tamen dictum Conſiſtorium, adminiſtrationis, poſſeſſionis, fructuum etiam omnium, ac rerum, & jurium quorumcumque. Ad prædictorum tamen obſervationem eum, in quem juris fit ceſſio beneficii, quod tempore ceſſionis hujuſmodi, & ante illam vigore literarum Apoſtolicarum, ut ſuprà, ſi ad id tenebatur, publicatarum, realiter poſſidebat, nolumus obligari.

§. V. Quod ſi quicquam prædictorum omnium omiſſum fuerit, dictis terminis, ut cuique præſcripti ſunt, elapſis, omnes diſpoſitiones, & gratiæ reſignatorum, & ceſſorum beneficiorum, aut jurium hujuſmodi, cum omnibus inde ſecutis, ſive de pacificis, ſive de litigioſis, ſint irritæ, & inanes, nullaque alia gratia ſuper hujuſmodi beneficio, ſive jure conceſſo, iis, quibus conceſſa fuerit, ſuffragetur; ſed ipſi tales inhabiles, & incapaces ſint ad hujuſmodi beneficia ſic reſignata, & ceſſa quandocumque obtinenda, illaque, ſive jura ab ipſa ſtatim prima reſignatione, ſeu ceſſione, etiamſi aliàs nullæ illæ, & invalidæ eſſent, vacaviſſe, & vacare cenſeantur eo ipſo, nec reſignantibus, ſeu cedentibus, ſi poſtea in ſua poſſeſſione remanent, conſtitutiones de annali, & triennali poſſeſſore, nec præſumptæ, aut tacitæ retroceſſiones, etiam propter diuturnam continuatæ poſſeſſionis hujuſmodi tolerantiam, nec omninò aliud jus, vel beneficium ullo tempore ſuffragetur, ſed ipſa beneficia, ſive jura ſic à principio vacantia, à Sede Apoſtolica prædicta duntaxat impetrari valeant ac concedi. Illorum verò impetrationes, vel etiam Motu proprio conceſſiones, quibuſcumque derogationibus ſuffultæ, nunquam ſub clauſulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur, ſed ſpecialiter, & expreſsè ob non ſervatam præſentis conſtitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum reſignantis ſeu cedentis, & gratiam habentis, diſpoſitivè, & non conditionaliter, fieri omninò debeant; & quicumque ſic impetrans, aut gratiam, etiam Motu ſimili habens, præfinitum cuique caſui tempus prædictum à data conceſſionis gratiæ ſibi factæ hujuſmodi, ea omnia, quæ cadens à jure prædicto debebat, præſtare teneatur; & ſi pluribus gratiam hujuſmodi fieri contigerit, is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem ſuæ impetrationis fecerit, & poſſeſſionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaque requiſita prædicta adimpleverit, quamvis in data ſit poſtremus, & poſſeſſio ab alio in publicando negligentiore priùs apprehenſa fuerit, vel petita. Reſervationibus omnibus, nominis, adminiſtrationis fructuum, etiam omnium, ac penſionum, & aliarum rerum quarumcunque, necnon facultatibus, indultis, & aliis conceſſionibus, tam ipſis reſignantibus, ſeu cedentibus, qui tamen poſſeſſionem ab initio re ipſa dimiſerint, quàm aliis, ex hujumodi reſignationibus, & ceſſionibus à Sede Apoſtolica factis, nihilominus validis, plenumque effectum ſortituris.

§. VI. Sed ne in beneficiis ſuper poſſeſſione, vel proprietate litigioſis, litis proſecutio turbari, valeat, vel differri in cauſis hujuſmodi contra cedentem, ad ulteriora, etiam ad ſententiam

defini

definitivam, & rem judicatam, ac illius executionem, quouſque ille, qui gratiam ex reſignatione, ſeu ceſſione, aut ex omiſſa forma publicationis hujuſmodi obtinuit, ad cauſam vel procuratorem legitimum acceſſerit, litemque hujuſmodi ſuſceperit, eodem modo, & ordine procedi poſſit, quo potuiſſet legitimè, ſi ceſſio hujuſmodi facta non fuiſſet: ac quicquid interim ſic procedendo decretum, & expeditum fuerit, ſive cum cedente, ſive contra eum, etiam poſtquàm ipſe, vel quivis alius incumbentia ſibi ſecundùm prædicta præſtiterit, non ſolùm circa fructus, ſed etiam circa poſſeſſionem, & ipſum jus, quod ceſſum eſt, valeat omninò, & vim obtineat, illumque ipſum, cui gratia facta eſt, non minus afficiat, quàm ſi ipſo legitimè citato, contra eum decretum, & expeditum fuiſſet; nec ipſe adverſus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ, aut citationis, vel intimationis executioni contra ipſum minimè demandatæ, aliave ratione valeat excuſari. Poſſit tamen ipſe, etiamſi in lite, & cauſa hujuſmodi ſubrogatus non ſit, quandocumque ad illius proſecutionem, & terminationem venire, & à Judice coram quo cauſam ipſam, etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipſis ſtatu, & terminis, in quibus tunc eam eſſe reperit, abſque reſcripto ſpeciali admitti.

§. VII. De beneficiis autem, quæ deinceps in manibus Ordinariorum collatorum, etiam Cardinalium, etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apoſtolica Sede habentium, & Legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam ſpecialium ejuſdem Sedis extra Romanam Curiam reſignari, etiam ex cauſa permutationis contigerit, ipſi intra menſem, negotium univerſum admiſſionis, vel rejectionis reſignationis hujuſmodi, & ſi per eos facienda erit, proviſionis reſignati beneficii, juxta Apoſtolicas, & alias Canonicas ſanctiones omninò abſolvant. Et qui ſic proviſus fuerit, intra tres menſes à die ſibi factæ proviſionis illam publicet, & poſſeſſionem beneficii capiat modo, & forma ſupradictis, alioquin illis elapſis, nulla ſit ejus proviſio, & beneficium vacare cenſeatur eo ipſo.

§. VIII. Ordinariique, & alii prædicti, qui hæc, uti eis præſcribuntur, non perfecerint, eo caſu poteſtate diſponendi de ipſis beneficiis, ſint ea vice privati, eorumque diſpoſitio eo ipſo ad Sedem Apoſtolicam devoluta exiſtat, aut aliis idoneis ab ipſa Sede dumtaxat, modo, & forma prædictis concedatur. Decernentes ſic per quoſcumque judicari debere, necnon irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his, per quoſcumque, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. IX. Non obſtantibus prædicti Pii V. & aliis omnibus aliorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus de publicandis reſignationibus hujuſmodi hactenus editis, & reformatis, quas omnes omninò abrogamus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1584. Nonis Januarii, Pontificatus noſtri anno 12. Hactenus verba Bullæ.

Pro hujus conſtitutionis intelli- 1052.
gentia aliqua dicenda veniunt. *Primum eſt*, publicationem gratiarum in ea præſcriptam, ſtatui, ne clandeſtinæ, ſimulatæ, & fictæ reſignationes fierent, neve reſignantes ad reſignata beneficia redeant, neve Ordinarii collatores jure, quod habent ad conferendum, priventur, neve parochiani ſuos Paſtores, & à quibus debeant Sacramenta recipere, & decimas quibus ſolvere debeant, ignorent. Ita Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 2. §. 6. num. 2.*

Secundum eſt, conſtitutionem iſtam 1053.
omnia comprehendere beneficia cujuſcumque qualitatis ſint, ut conſtat *ex §. ejus* 4. nedum attenta dictione, *quodcumque*, quæ univerſalis eſt, & omnia complectitur, ut multis probat Barboſa *dictione* 317. *num.* 2. & ego ipſe *in Diſq. tom. 2. diſq. 1. dub. 14. num.* 124. & ibi adductis addo Palaum *ubi proximè, num.* 3. ſed etiam attenta recenſione *in d. §. facta*, ibi: *Eccleſiis, Monaſteriis, Prioratibus, dignitatibus, officiis, & beneficiis, ſæcularibus, & Regularibus.* Ita Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 24. quæſt. 5.* Palaus *d. num.* 3. Comprehendit etiam beneficia commendata ad vitam. Azorius *quæſt. 7. verſic. Quæres itidem.* Palaus *d. num.* 3. Ratio eſt, quia beneficia, quæ jure commendationis perpetuæ

petuæ dari ſolent, æquivalent beneficiis, quæ jure tituli conferuntur. Item comprehendit reſignationes jurium ad beneficia. Palaus *ibidem*, & conſtat ex textu Gregorii, ibi: *Necnon litis, & jurium quorumcumque ceſſiones, &c.*

1154. *Tertium eſt*, beneficia conſiſtorialia, quæ in Conſiſtorio conferuntur, qualia ſunt Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, non comprehendi in hac conſtitutione, quoad obligationem publicationis. Azorius *d. quæſt.* 5. *verſic. Quæres, an reſignationes*; ex praxi, de qua teſtantur apud eum Rebuffus *in Praxi, regula de publicat. gloſſa* 1. & Flamin. *de Reſignat. benefic. lib.* 11. *quæſt.* 5. *num.* 25. quos omnes ſequitur Palaus *d.* §. 6. *num.* 4. Beneficia autem Conſiſtorialia, quæ non conferuntur in Conſiſtorio, hac afficiuntur conſtitutione: hujuſmodi ſunt Abbatiæ, & Prioratus. Sic Azorius, & Palaus *locis citatis*, & conſtat ex textu *d.* §. 4. ibi: *Extra tamen dictum Conſiſtorium.* De his dicit Azorius poſt Flaminium *loco citato*, *num.* 27. Quare ſi prædicta beneficia in Conſiſtorio etiam conferantur, nulla indigent promulgatione.

1155. *Quartum eſt*, adſtringere hanc Gregorii conſtitutionem quoſlibet quantumcunque exemptos, etiam S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui beneficia ex reſignatione obtinuerint. Palaus *num.* 5. Azorius *quæſt.* 6.

1156. *Quintum eſt*, diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis *in* §. 7. de publicatione reſignationum factarum coram Ordinariis, non videri uſu receptam in Hiſpania. Ita Garcia *de Benefic. part.* 11. *cap.* 3. *num.* 289. per hæc verba: Cæterùm, quoad reſignationes coram Ordinario factas, iſta conſtitutio non videtur uſu recepta in his partibus, ſaltem in hoc Epiſcopatu Abulenſi, in quo nunquam fit publicatio earum, ut eſt notorium, quamvis Flaminius Pariſius *d. lib.* 11. *q.* 9. dicat iſtam conſtitutionem eſſe ubique receptam. Hæc Garcia: quod durum videtur Palao *num.* 6. ob Flaminii dictum, & quia non apparet legitima cauſa contraveniendi huic conſtitutioni. Et quod non appareat mihi cauſa contraveniendi conſtitutioni huic, ingenuè fateor. Garciæ tamen credo, quia in hoc Pampilonenſi Epiſcopatu, ſaltem reſignationes factas coram Abbate, & Præſidente hujus mei Cœnobii Hyrachenſis, de quibus ſuperiùs *n.* 1094. non fuiſſe publicatas, ut certum teneo.

Sextum eſt, habere locum dictam conſtitutionem, quoad publicationem reſignationum factarum coram Papa, ſive ſimpliciter, ſive ad favorem. Ita Azorius *d. cap.* 24. *quæſt.* 7. *verſic. Quæri ſolet.* Quia Conſtitutio univerſim decernit, ut beneficia per reſignationem obtenta, promulgentur. Illum ſequitur Caſtrus Palaus *d.* §. 6. *num.* 6. *verſic. At ſi*, ex eadem ratione: & quia eadem militat in utraque reſignatione, ſimplici, & ad favorem. 1157.

Septimum eſt, procedere Conſtitutionis diſpoſitionem, quoad publicationem reſignationis, intra terminum in illa præſcriptum, non ſolùm quoad primum reſignatarium, ſed quoad ſecundum, & tertium, ſi totidem contingat intra illud beneficium reſignari. Azorius *d. quæſt.* 6. *verſ. Quæres, an ſecundus*, & Palaus *ubi proximè*, uterque ex textu Gregorii §. 1. *in fine*, ibi: *Pluresque, & quotquot in alium, vel alios, &c.* Ita ut unus dumtaxat terminus omnibus his ſucceſſionibus decurrat, & qui poſtremus gratiam habuerit, publicationem hujuſmodi facere, cæteraque omnia in conſtitutione iſta præſcripta circa eundem terminum præſtare tenetur. 1158.

Octavum eſt, obligationem publicationis habere locum in obtinente beneficium ex reſignatione, tametſi reſignatio ipſa nulla fuerit. Sic Palaus *num.* 7. ex verbis conſtitutionis, §. 5. ibi: *Inhabiles, & incapaces, &c.* Garcia *p.* 11. *cap.* 3. *num.* 276. ex Rota *in Lugdunenſi Canonicatus*, 8. *Junii* 1598. *coram Lita.* 1159.

Quod ſi petas, de qua nullitate hæc procedat diſpoſitio? Flamin. *d. lib.* 11. *quæſt.* 7. *num.* 36. apud Palaum firmat procedere ſolùm de nullitate contingente ob non factam publicationem; id tamen Palao non probatur, quia Papa loquitur de gratiis, quæ ſtatim ab ipſa prima reſignatione nullæ, & invalidæ eſſent, ut ex textu conſtat. Ergo non de gratiis, quas ob defectum publicationis nullas eſſe

cont in

contingit, cum obligatio publicationis multo tempore poſt primam reſignationem adveniat, & gratiæ obtentæ ob non factam publicationem iterum publicari mandantur. Quapropter exiſtimat ipſe Palaus, procedere de reſignationibus nullis ex incapacitate occulta reſignatarii: cum enim reſignans ceſſerit beneficium, putans reſignatarium eſſe capacem; ipſeque reſignatarius ex reſignatione ſibi facta acceperit, obligatus eſt publicare, tametſi reſignatio ob ejus inhabilitatem nulla fuerit. Ita Palaus.

Conſultò dicit, ex incapacitate reſignatarii. Quia ſi nullitas contingit ex incapacitate reſignantis, eo quòd incapax ſit reſignare, non video (inquit) qua ratione reſignatarius obligatus ſit publicationem facere, ſi ei conſtet de tali impotentia. Quia tunc clarè intelligit, non eſſe reſignationem, nec ſibi aliquod jus communicatum, ſed omninò obligatum eſſe dimittere: Secus verò eſt, cum ex ſua parte reſignatio non ſubſiſtit, quia poteſt impedimentum tollere; & illo ſublato, beneficium retinere, eaque de cauſa cenſet Garcia 11. *part. cap.* 3. *num.* 279. accipientem beneficium ex reſignatione facta ab eo, qui non habet aliunde, ex quo ſuſtentari poſſit, non eſſe publicandum; quia reſignans incapax eſt ad reſignandum, ex conſtit. Pii V.

1160. *Nonum eſt*, conſtitutionem Gregorii comprehendere publicationem beneficii reſignati, vacantis ob non factam publicationem. Quia licèt non videatur obtineri ex reſignatione, ſed ex nova vacatione, incurſa ob non publicationem; quia tamen reſignatio principium dedit, ea de cauſa Papa ſtatuit eodem modo publicari debere, §. 5. ibi: *Et quicumque ſic impetrans, aut gratiam, etiam Motu ſimili habens, poſt præfinitum cuique caſui tempus prædictum à data conceſſionis gratiæ ſibi factæ hujuſmodi, ea omnia, quæ cadens à jure prædicto debebat, præſtare teneatur.* Ita Azorius *d. cap.* 24. *quæſt.* 6. *verſic. Quæres itidem*, Garcia ubi proximè, *num.* 287. *pag. mihi* 293. & Palaus *d.* §. 6. *num.* 8. qui ex Garcia advertit, impetrantem, infrà ſex, vel novem menſes, & non infrà tres, publicare debere. Quia licèt beneficium fuerit reſignatum coram Ordinario, non tamen eſt ab illo impetratum, ſed à Papa, & pro omnibus Papæ proviſionibus, ſex, vel novem menſes conceduntur in Gregorii conſtitutione, §. 1. Hinc fit, quod ſi beneficia reſignata fuerint coram Ordinario, nec ab eo in tempore præfixo proviſa, & illa obtineantur à Papa, proviſi publicare illa tenentur, quia vacant ex reſignatione ad Papam devoluta. Sic Azorius *quæſt.* 7. *verſ. Quæri ſolet.* Garcia *d. cap.* 3. *num.* 301. ex Pariſio *de Reſignat. lib.* 4. *quæſt.* 11. *num.* 25. & ex Rota *in una Teleſina Beneficii*, 31. *Januarii* 1594. *coram Seraphino*, ubi dictum fuit: *Gratiam, quæ pendet à reſignatione priùs obtenta, & non publicata, eſſe quoque publicandam, ut cavetur in conſtitutione Gregorii Decimitertii: & qui nititur hac gratia, debet docere eam eſſe validam, quod ſine publicatione fieri nequit, ex dicta conſtitutione. Idem enim eſt judicandum de eo, qui impetrat ob non publicationem, quod de primo impetrante ex cauſa reſignationis, quod pluries fuit in Rota reſolutum, &c.* Et quod probari poſſit publicatio, non ſolùm inſtrumento authentico à Notario confecto, teſtibus expreſsè nominatis, docet Garcia *num.* 302. ex Flamin. *lib.* 11. *quæſt.* 6. *à num.* 65. *& quæſt.* 14. *à num.* 40. ſed etiam teſtibus, ex *l. In exercendis, C. de Fide inſtrumentor.* ut *in Abulenſi Canonicatus*, 16. *Junii* 1589. *coram Gipſio*, adducta ab ipſo Garcia *part.* 7. *cap.* 1. *num.* 47. & de qua Flamin. *d. quæſt.* 6. *num.* 69. *& q.* 14. *num.* 48. Id tamen, quod dictum eſt, quod debeat doceri de publicatione, &c. ait Garcia *num.* 305. tantùm procedere, ſtante dicta Gregoriana, quando reſignatarius agit ad canonizationem ſuæ gratiæ: ſecus quando non vult illam canonizare, ſed tantum nititur excludere vacationem per obitum, de qua in gratia adverſarii, ut fuit reſolutum *in una Mediolanenſi Præpoſituræ*, 28. *Junii* 1589. *coram Plato. In Placentina Capellaniæ Angelorum*, 21. *Octobris* 1594. *coram Penia.* Et *in Abulenſi Beneficii de Mombeltram, coram Blanchetto*, 24. *Januarii* 1596. quas ibi, & ſequentibus numeris tranſcribit.

Quod ſi inquiras, eſtne publi- 1161.
canda Coadjutoria cum futura ſuc-

ceſſione, necne? Reſpondeo, quod non ſit publicanda, quidquid aliqui velint. *Primò*, quia Coadjutoria non eſt propriè reſignatio, cum per illam non dimittatur beneficium, ſed tantùm beneficiarius conſentiat, ut poſt mortem ſuam illud coadjutori conferatur. *Secundò*, quia conſtitutionis Gregorii verba coadjutoriæ convenire non poſſunt, cum coadjutor beneficii poſſeſſionem infra ſex, aut novem menſes capere non valeat; nam ſupponitur Beneficiarium non obiiſſe, & ita docet Garcia *dict. cap.* 3. *num.* 275. cum Gonzalez *ad* 8. *Regul. gloſſa* 5. §. 6. *à num.* 69. *ſignanter n.* 72. & cum Leone *in Theſauro Fori Eccleſ. cap.* 19. *à n.* 48. & Palaus *dict.* §. 6. *n.* 9.

1162. *Decimum eſt*, menſes infra quos reſpectivè fieri debet publicatio, computandos eſſe, non à die reſignationis, ſed à die proviſionis Pontificiæ, hoc eſt à die, quo fuit ſupplicatio ſignata, & à Datario recognita, tametſi literæ expeditæ non ſint. Quod verum eſt, etiamſi plures ceſſiones intra tempus ad publicandum fuerint factæ. Poſtremus itaque ceſſionarius tenetur publicare intra terminum ſex, aut novem menſium reſpectivè præfixorum, à die datæ primæ ſupplicationis. Expreſsè habetur *in Conſtit. Gregorii*, §. 1. & ita docet Azorius *d. p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 24. *quæſt.* 4. ex eadem conſtit. & ex alia Pii IV. incipiente *Sanctiſſimus*, anno ejus 1. Et Palaus *d.* §. 6. *n.* 10. Sed advertit Azorius ex Flaminio *d. lib.* 11. *quæſt.* 2. *num.* 17. hoc ſolùm habere locum in reſignationibus, in quibus præſtatur conſenſus dum reſignans vivit; non autem in iis, in quibus poſt obitum reſignantis, juxta Alexandri VI. & Leonis X. conſtitutiones, datur conſenſus. Tres autem menſes aſſignati à Gregorio XIII. §. 7. pro Ordinariorum proviſionibus, computantur à die, quo ipſi Ordinarii beneficia contulerunt. Conſtat expreſsè ex textu, & notat Azorius *quæſt.* 3. *verſ. Ex quo*, & Palaus, qui ita ſubjungit: Hinc collige, ſi beneficium coram Ordinario reſignatum impetres, quia ipſe in tempore non providit, vel reſignatarius non publicavit, ſex, vel novem menſes tibi concedi ad publicandum: quia non ab Ordinario, ſed à Pontifice gratiam, & proviſionem habes. Sic ille, & priùs Garcia *d. c.* 3. *num.* 287. dicens: Et cùm impetratur beneficium coram Ordinario reſignatum, ob non factam proviſionem per Ordinarium, ſeu publicationem infra tempus dicta Conſtitutione præfixum, impetrans debet publicare infra ſex, aut novem menſes, & non infra tres. Id enim important verba *d. verſ. beneficiis*, *modo*, *& forma prædictis*: quidquid dicat Rota *in d. Mediolanenſi beneficii*. Contra quam etiam exiſtimo quod reſtitutio ad publicationem impetrata ante lapſum tempus, non ſuffragatur, niſi Papa id intellexerit, ex regula *capitis Cum ſuper, de Officio delegati*. Hæc Garcia.

Undecimum eſt, publicationem fieri 1163.
debere in locis *in d. Conſtit. Gregorii*, §. 2. præſcriptis. Si autem beneficium in Cathedrali ſitum ſit, ſufficit quod in eadem publicatio fiat. Et ſi ad nullam pertineat diœceſim, ſufficienter in loco ipſius beneficii publicabitur. Ita expreſsè Azorius *d. cap.* 24. *quæſt.* 8. & Palaus *d.* §. 6. *num.* 11.

Duodecimum eſt, publicationem fie- 1164.
ri debere per Notarium, quando, & quomodo conſtitutio Gregorii diſponit *d.* §. 2. ſed non teneri literas legere ipſas, neque earum datam. Garcia *d. cap.* 3. *n.* 291. dicens: Nec opus eſt eas legere, nec earum datam. Flamin. Pariſ. *d. quæſt.* 6. *à n.* 41. Quam publicationem oportet facere in lingua vulgari, quamvis in rigore id non videatur neceſſarium. Illum ſequitur Palaus *n.* 12. ubi poſt Garciam *n.* 297. ait praxim habere, ut affigatur copia integra literarum ad valvas unius portæ Eccleſiæ plures habentis, quo pacto pinguiùs adimpleturforma dictæ conſtitutionis: ſicut etiam pinguiùs adimpleretur affigendo ipſummet originale. Affigi itaque ait Garcia *n.* 295. quandam chartam, quæ ſufficit, quod ſit ſimplex, in qua dicatur, v. g. *N. Gonzalez reſignavit in manibus ſuæ Sanctitatis beneficium ſimplex D. Petri hujus civitatis, &c. de quo facta eſt gratia N. Martinez. Nec exiſtimo ampliùs eſſe neceſſarium; & hoc ſibi volunt illa verba conſtitutionis: Scriptoque de his omnibus exemplo collato, valvis dictarum Eccleſiarum affixum relinquatur* (ut *in* §. 2.) Et ita ſentit Flamin. Pariſ. *d. quæſt.* 9. *num.* 56. & 59. Iſta Garcia.

Circa

1165. Circa pœnas contentas in conſtitutione, §. 5. *Tertiodecimò* dico, illas non evitari ex publicatione extra tempus præfixum facta. Garcia *n.*304. ex Rota *in Zamorenſi Beneficii*, Palaus *num.* 13. Nec reſtitutio ad publicandum obtenta, ſi fuit impetrata lite pendente, & de ea non facta mentione. Garcia *ibidem*, *in Lacenſi Capell.* 16. *Februarii* 1598. *coram Famphilio.* Nec ex poſſeſſione continuata, etiam per triennium. Azorius *d.quæſt.*8.*verſ. Porrò*, *in fine*, & Palaus *d.num.*13.

1166. *Quartum decimum eſt*, quemlibet impetrare poſſe beneficium, ſi publicatio facta non fuerit tempore præfixo: debet tamen concludenter probare, non eſſe illam factam, cum ſit fundamentum ſuæ intentionis, & gratiæ, & in alterius præjudicium. Garcia *num.* 308. ex Rota in pluribus caſibus relatis per Flamin. Pariſ. *d.lib.*11. *quæſt.*6. *num.*71. *& quæſt.*10.*num.*13.*& quæſt.*14.*num.*5. & Palaus *num.*14. Probatur autem concludenter, publicationem non fuiſſe factam *per confeſſionem partis, vel probato, quod literæ non fuerint expeditæ intra tempus ad publicandum, &c.* Rota 17. *Aprilis* 1600. *coram Sacrato, in Ripana beneficii*, Garcia *num.*316. ex ea, Flaminio *d. quæſt.* 14. *à num.* 56. & Proſpero Auguſtino. Palaus *num.* 15. qui addit: Carentia expeditionis litterarum optimè probari poteſt ex libris Cancellariæ, Cameræ, & regiſtro ſecreto, parte citata (idem ait Garcia *num.*318. pluribus Rotæ deciſionibus adductis.) Quia cùm ibidem remaneat omnium literarum Apoſtolicarum teſtimonium, eo non comparente, convincitur literas expeditas non eſſe. Et idem eſt quando fuerunt expeditæ intra tempus datum ad publicandum, ad finem tamen termini, ita ut non potuerint deferri in tempore ad locum, ubi erat facienda publicatio, ut fuit reſolutum *in una Salamantina Penſionis*, 27. *Iunii* 1584. & *in una Oxomenſi Scholaſtriæ*, 9. *Februar.* 1590. *coram D. Bubalo.* Flam. *d. num.*56. *&* 57. Iſta Garcia *num.*317.

1167. Ex eo autem quod reſignatarius (ait Caſtr. Palaus *d. num.* 15. *in fine*,) poſſeſſionem beneficii non obtinuit intra terminum, non convincitur literas non publicaſſe; quia ad publicationem literarum non eſt neceſſaria poſſeſſio, ut benè dicit Garcia *d.*11.*p.cap.*8. *num.*327. ex qua de cauſa proviſus in forma dignum, ſi per ipſum non ſtat, quominus collationem habeat, & beneficii poſſeſſionem accipiat, ſatisfacit conſtitutioni Gregorianæ, ſi collationem petat, & pro poſſeſſione inſtet. Ergo ex collatione non facta, non infertur literas publicatas non eſſe. Hæc Palaus.

Quæstio IV.

De modo acquirendi Beneficia Eccleſiaſtica per unionem.

SUb *num.*1. quæſtionis tertiæ præcedentis, dixi ſeptem eſſe modos acquirendi actu beneficia Eccleſiaſtica: & de primis ſex in illa agere, & diſſerere decrevi, de quibus latè, prolixeque hactenus ſermonem inſtitui, eaque, qua licuit, dexteritate tractavi: in præſenti, ad quam me tunc remiſi, de ſeptimo agere, & illum dilucidare aggredior. Utinam feliciter, ut ſpero, fixus magis divini Numinis auxilio, quàm proprii laboris, & ſtudii adjumento. Illam in tres Articulos dividam. *In primo*, de unionis diffinitione, & quiditate agam. *In ſecundo*, de diviſione, & multiplicitate unionum, & quibus modis fiant. *In tertio*, de unionis revocatione: an, à quo, quomodo fieri poſſit, & debeat. Articulum ſecundum in tres Paragraphos dividam. *In primo* diſſeram de modis faciendi uniones. *In ſecundo*, de unione æquè principali. *In tertio*, de unione acceſſoria, & ſubjectionis, cum aliquibus ſectionibus, & ſubſectionibus, apprimè pro materiæ intelligentia neceſſariis.

ARTICULUS I.

De unionis diffinitione, & quiditate.

UNionem, de qua in præſenti tractatu, ait Azorius *part.*2. *lib.*6. *cap.*28. *quæſt.*1. eſſe, cum duæ Eccleſiæ, vel beneficia, legitima Superioris authoritate connectuntur in perpetuum, vel ad tempus, ob Eccleſiarum neceſſitatem, vel utilitatem. Sic ille *ex cap. Sicut unire, el* 8. *de Exceſſibus Prælator.* Nicol. Garcia *tom.*2. *de beneficiis, part.* 11. *cap.*2. *de unione, num.*3. omiſſa diffinitione tradita

à Caccialupo *tract. de unionibus, art.* 1. illam ſic diffinit: Unio eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum, ab Epiſcopo, vel alio Superiore facta annexio. Quam diffinitionem (addit) ponit, & explicat Rebuffus (*in Praxi*) *d. tit. de Vnion. ex num.* 1. & Lancellot. ſuprà (*Inſtit. lib.* 2. *tit. de Vnion.*) §. *licèt.* Stephanus Bauny *in Nova Praxi beneficiorum, diſp.* 8. *quæſt.* 1. ſic diffinit illam: *Eſt unio beneficiorum, ſeu Eccleſiarum, ab Epiſcopo, vel alio Superiore facta ad tempus, aut in perpetuum conjunctio.* Allegat Rebuffum *in Praxi, part.* 1. *d. tit. de Vnionib. num.* 1. & Petrum Gregorium *tract. de Benefic. cap.* 20. *num.* 2. Ferdin. Caſtr. Palaus *in Summa Morali, part.* 2. *tract.* 13. *de Beneficiis, diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 12. ait: *Vnio eſt Eccleſiarum, ſeu beneficiorum conjunctio legitimâ Superioris authoritate facta.* Citat cum communi ſententia, Rebuffum *loco citato*, Garciam ac Azorium *ubi ſuprà*, Th. Sanch. *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 145. Auguſtinus Barboſa *de Poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *allegat.* 66. *n.* 1. ſub hoc tenore definit: *Vnio eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum, ab Epiſcopo, vel alio Superiore facta annexio*, cum Caccialupo, & Rebuffo *locis jam redditis*, & cum Garcia, illo ampliùs addito: *Ob utilitatem, ſeu neceſſitatem Eccleſiæ.* Et ulteriùs addit: Ut colligitur ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 13. & tradit Ugolin. *de Offic. & poteſt. Epiſc. cap.* 52. *in princ. n.* 1. Ego ipſe *in* 2Q. *Paſtoral. part.* 2. *quæſt.* 1. dixi cum aliquibus ſuprà recenſitis, cum Viviano *in Praxi Iuriſpatron. part.* 3. *lib.* 14. *num.* 2. Gordono *lib.* 7. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 1. *verſic. Vnio eſt, ſub n.* 17. Paulo Layman *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 1. Eligio Caſarello *lib.* 2. *Erothematum Iuris Canonici, tract.* 19. *fol.* 40. & Pace Jordano *tom.* 2. *de Re beneficiali, lib.* 10. *tit.* 32. *de Vnione*, quod unio in communi ſumpta, *eſt beneficiorum, ſeu Eccleſiarum ab Epiſcopo, vel ab alio Superiore facta annexio.* Unde communis eſt apud Doctores diffinitio iſta.

2. Ponuntur in diffinitione in numero plurali *beneficiorum*, aut *Eccleſiarum* nomina: *Primùm*, ut innuatur, unionem, non unius cujuſpiam Sacerdotii eſſe, ſed multorum. *Secundùm*, ut indicetur, non modò Parochias, ſed Epiſcopatus ac Capellanias invicem necti poſſe, ita & duas ejuſdem generis præbendas, ſi utilitas exigat, & neceſſitas, conjungi poſſe ait Papa *in cap. Expoſuiſti*, 33. *de Præbendis.* Sic Bauny *loco cit.*

Ponitur etiam, ab *Epiſcopo*, vel *alio* 3.
Superiore, quia beneficia inter ſe conjungere, ejus dumtaxat eſt, qui poteſtate, & juriſdictione pollet fori externi, & contentioſi, cujuſmodi (ait Baunyus) præter Epiſcopum, aut ejus Superiores, Papam, & Archiepiſcopum, nullus eſt ſuper. Sic ille. Sed ſalva ejus authoritate, contrarium ſentio, quia plures Abbates ſunt, immò & alii Prælati Epiſcopo inferiores, qui poteſtate, & juriſdictione pollent fori externi, & contentioſi, quaſi Epiſcopali: & ſignanter ad faciendas uniones beneficiorum ſui territorii, ut probat Palaus *d. diſp.* 6. *punct.* 2. *num.* 18. & videbimus *art.* 3. Azor *lib.* 6. *c.* 8. *quæſt.* 11.

Particulæ *ad tempus*, & *ad perpe-* 4.
tuum, ponuntur in diffinitione, ut duas indicent unionis ſpecies, temporalem ſcilicet, ac perpetuam. *Prima*, non extenditur ultra vitam beneficiarii, cui unio ipſa fit ob ejus utilitatem. *Secunda* verò, perpetua eſt, nullis temporum intervallis circumſcripta. Differt una, & diſtinguitur in multis ab alia. *Primò*, in hoc, quod prior fit in gratiam & utilitatem ſolius beneficiarii, cui confertur beneficium unitum; poſterior verò, in commodum & utilitatem Eccleſiæ. Baunyus, Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *quæſt.* 17. Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 2.

Secundò diſtinguitur una unio ab alia, in hoc, quod perpetua, vera unio eſt; temporalis verò, non eſt propriè unio, ſed potiùs diſpenſatio, ſeu relaxatio, & ficta quædam reſervatio. Azor. *d. quæſt.* 17. Baunyus *d. quæſt.* 1. cum Laymano. Garcia *p.* 12. *c.* 2. *num.* 38. ubi, quod ſit quædam palliata diſpenſatio.

Tertiò differunt in hoc, quod 6.
unio perpetua fieri conſuevit de omnibus beneficiis compatibilibus, & incompatibilibus; temporalis verò, ſolùm de compatibilibus, ſi uniones ab Epiſcopo fiant. Baunyus *d. q.* 1. cum Staphilæo *de Gratiis expectativis, de modo proviſionis, num.* 22. Et ratio eſt, quia Epiſcopus decreta Canonica

nonica convellere nequit, nec eorum nexum, & obligationem tollere. At canonica decreta prohibent beneficiarium poſſidere duo, aut plura beneficia, maximè incompatibilia. Ergo cùm Epiſcopus Clerico indulgere non valeat, ut ea ſine culpa habeat, ſervetque, neque ipſe poterit illa unire, ut ab uno, eodemque poſſideantur.

ARTICULUS II.

De diviſione, & multiplicitate unionum, & quibus modis fiant.

PARAGRAPHVS I.

De modis faciendi uniones.

7. QUinque modis fieri uniones, docet poſt Hoſtienſem Panormitanus Abbas *in cap. Novit, num. 6. el 1. Ne ſede vacante*, quem allegat Baunyus *in Praxi, diſp. 6. quæſt. 2.* Petrum Gregorium *tract. de benefic. cap. 20. num. 2.* & Rebuffum *in Praxi benefic. tract. de unionib. num. 11.* Garc. infrà citandus *n. 5.* cum Caccialupo *tract. de unionibus, art. 2.* Peruſio *eodem tr. cap. 1. verſ. Hæc unio quinque modis*; Pavino *de Sede vacante*, & Fuſco *de Viſitat. lib. 2. cap. 26. num. 4.*

Primus eſt, cum Eccleſiæ uniuntur quoad ſpiritualia tantùm, ſicut conſuevit fieri in aliquibus Monaſteriis, in quibus celebrantur exequiæ Monachorum mortuorum utriuſque. *Secundus eſt*, cum fit unio per viam ſubjectionis, cùm una Eccleſia ſubjicitur alteri: & hoc caſu Eccleſia ſubjecta remanet ſub juriſdictione illius, ſub quo primò erat conſtituta, niſi aliud fuerit expreſſum in ipſa unione, ut eſt textus *in cap. Quia Monaſterium, de Religioſis domibus. Tertius eſt*, cùm unio fit quoad Prælatum dumtaxat, ut idem ſit Prælatus utriuſque Eccleſiæ. *Quartus eſt*, quando duæ Eccleſiæ uniuntur ſimul. *Quintus eſt*, cum Eccleſia erigitur in Cathedralem.

8. Sed circa hos modos faciendi uniones, adverto *primò*, veram unionem per primum non conſtitui, cùm illi nomen unionis, ſeu potiùs definitio, non conveniat, ſed confraternitatis. Ita Nicolaus Garcia *de Beneficiis, tom. 2. part. 12. cap. 2. num. 6.* cum Joanne de Lignano, relato per Petrum de Peruſio *in tract. de unione Eccleſiarum*. Ego ipſe *in 22. Paſtoral. part. 2. quæſt. 2. §. 7. num. 32.* non enim una Eccleſia alteri unitur, ſed ſpiritualium fit communicatio. Et circa quintum modum etiam adverto, per illum non conſtitui ſpecialem unionis ſpeciem, ſed partim fieri commutationem ſtatus Eccleſiæ, ut ex Joanne de Lignano, & Peruſio dixit Garcia *d. num. 6.* & poſt eum ego ipſe *d. n. 32.* & partim unionem æquè principalem, ut utrumque ibidem diximus, & ex hoc capite reduci ad tertium modum.

9. Deinde adverto, quod incorporatio fructuum alicujus beneficii alicui, remanente beneficio penes ſuum beneficiarium, ſeu Rectorem, unio propriè, & rigoroſè non eſt, quia aliud eſt habere beneficium, & aliud habere fructus beneficii. Bonifacius *in Clement. 1. num. 40. de Præbendis*, & Mandoſius *de Signatura gratiæ, tit. de unionib. in Regul. 12. Cancellariæ, & regul. 22. quæſt. 4.* quos recenſet, & ſequitur Garcia *d. cap. 2. num. 4.* & teſtatur ita fuiſſe reſolutum per Rotam *in Portalegrenſi unionis, coram Iuſto, 16. Decembris 1594. & 17. Februarii 1595.* Illum ego ipſe fui ſecutus *loco citato, num. 33.* & cum eo dixi hujuſmodi incorporationem fructuum verè eſſe diſmembrationem, quod etiam docuit *ead. p. 12. cap. 3. de diſmembratione, num. 2.* quem refert, & ſequitur Pax Jordanus *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 30. num. 1. pag. 433.*

10. Circa quartum uniendi modum ab Abbate aſſignatum, quando duo ſcilicet beneficia, aut Eccleſiæ ſimul uniuntur, ita ut unum beneficium, aut una Eccleſia ex duabus reſultet, de quo uniendi modo videndi veniunt plures Doctores, quos recenſui *ubi proximè*, *num. 30.* adverto cum Garcia *d. cap. 2. num. 7.* illum jam parum frequentem eſſe. Cujus unionis effectus erat, ut conſuetudines, & privilegia unius, alteri competant, & ſi illa contraria ſint, favorabiliora, & meliora conſervabunt. Gloſſa, & Abbas *in d. cap. Novit, num. 6. el 1. Ne ſede vacante*; & allegat in ſimili Bartol. *in l. 1. ff. de Legatis 1.* Omitto referre ob dictam rationem alios, quos *num. 31.* retuli.

11. Ex quibus fit, unionem ſecundùm totam

totam ſuam latitudinem, prout ad præſentem noſtrum pertinet inſtitutum, ad unionem æquè principalem, & ad acceſſoriam, tanquam ad duas ſpecies ſubalternas, de quibus ratio generica, aut quaſi, unionis prædicetur, reduci: & ad unionem ad menſam, & non ad menſam, tanquam ad ſpecies infimas, unionem acceſſoriam participantes. Uniones iſtæ, ſimplex, & plenaria, aliàs dicuntur.

PARAGRAPHUS II.

De unione æquè principali.

12. DE hac unione egit Sacra Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia*, 11. *Martii* 1667. *coram D. Otalora*, *la* 5. *poſt mea commentaria*, *num.*11. *pag.*25. & dixit: Objectio procedere poſſet, ſi unio facta fuiſſet *æquè principaliter*. Tunc enim, quia remaneret titulus, dubitari poſſet, ad quem pertineret Vicarii nominatio: cùm verò unio facta eſt pleno jure, acceſſoriè, & ſubjectivè Monaſterio, &c. Et *in Pampilonenſi decimarum de Tafalla*, 23. *Martii* 1667. *coram D. Albergato*, *ubi proximè*, *la* 23. *num.* 5. ibi: Et dum ipſa unio non fuit facta per modum ſuppreſſionis, & extinctivè, ſed æquè principaliter, clarum eſt, eam operari non poſſe comprehenſionem unius Regni ſub altero, &c. & *n.* 6. dicitur: Quod autem unio fuerit *æquè principaliter*, & non per modum ſubmiſſionis, patet ex diverſitate legum, &c. & *num.* 7. in terminis noſtris dictum ibi fuit, exemplo beneficiorum, quæ unita *æquè principaliter*, retinent proprium nomen, propriaſque leges, ac privilegia; adeo ut unum ſub altero non comprehendatur in impetratione, niſi de utroque facta ſit mentio. Garcia *de Benefic. p.*12. *c.*2. *n.*43. quidquid ſecus ſit in beneficiis per modum ſubmiſſionis, & acceſſoriè unitis, in quibus titulus, ac nomen unius ſub altero ſupprimitur, & per eundem Garciam *d. c.* 2. *num.* 12. cum pluribus, Lotterius qui cæteros refert, *de Re beneficiaria*, *lib.* 1. *q.* 28. *num.* 97. & 98. Hæc omnia in dicta deciſione.

Nicolaus *d. c.*2. *num.* 37. ſequentia profert. Unio verò facta *æquè principaliter*, nihil aliud operatur, niſi ut Rector unius, ſit Rector alterius: utrumque tamen beneficium manet beneficium, ſicut erat, & quælibet Eccleſia in ſuo ſtatu, & honore remanet, & proprios redditus agnoſcit, & gaudet ſuis privilegiis. Gloſſ. *in cap. Et temporis*, 16. *quæſt.* 1. & *in d. c.* 1. *Ne ſede vacante*, & Gloſſ. *in d. Clement. Per literas*, *de Præbend.* & ibi Cardin. Imola, Abbas, & Bonifacius, ſuprà citati, *num.*7. Caccialupus *art.* 2. *num.* 2. & *art.* 8. *quæſt.* 5. Pet. de Peruſio *cap.* 1. *num.* 6. & *cap.* 2. *ſub num.* 3. Rebuff. *d. tit. de Vnionib. n.*15. & *d. tit.* 3. *de Vicariis perpetuis*, *num.*3. & *in Repetit. d.* §. *Qui verò*, 3. *notab. ad fin.* & 4. *præmiſſo.* Corraſius 4. *p. c.*4. *num.* 57. Mandoſ. *regul.*12. *quæſt.* 1. *n.*4. & *conſ.*27. *num.*1. 2. 3. & 9. Hojeda *d.* 1. *p. c.* 15. *num.* 2. & 8. & *d.* 2. *p. c.* 3. *n.*1. Petr. Gregorius *ſuprà*, *num.* 15. & Rota *d. deciſ.* 114. *n.* 73. *part.* 2. *diverſor.* Et ita fuit reſolutum *in d. Illerd. penſionis*, de qua *ſuprà*, *num.*12. & *in cauſa Tiraſonenſi juris præſentandi*, 16. *Octobris* 1592. *coram D. Blanchetto*, & 21. *Octobris* 1592. *coram D. Lita*, *infra adductis*, *num.* 241. & *ſeqq.* Gonzalez ſuprà (*gloſſ.* 5. §.7.) *num.*112. Hæc Garcia *d. num.*137. qui in ſequentibus plura de hac docet unione æquè principali, quæ in paucis circumſcribam.

13. *Primò*, dicta procedere etiam quando unio acceſſoria facta eſt ad tempus, ſeu vitam, *num.*38. ex Caſſadoro *deciſ.*2. *de Vnion.* & 3. *de Iudiciis*, & quod non dicatur Prælatus, aut Rector beneficii uniti, ſed adminiſtrator, ibidem ex eodem Caſſad. *ibi*, & Mandoſio *reg.*22. *quæſt.*12. & *de Signat. gratiæ*, *tit. de Vnionib. verſ. unio altera*, Fuſco *de viſit. lib.* 2. *c.*26. *num.*1. & ex declaratione S. Congr. Conc. quam recenſet 3. *p. c.* 2. *num.* 509. (ſequitur Barboſa *alleg.*66. *num.*47.)

14. *Secundò*, quod hodie unio ad vitam inducit incompatibilitatem. *Ibid. num.*39. & *part.*11. *cap.*5. *num.*219. quò loci allegat Tridentinum *ſeſſ.*7. *cap.*4. Mandoſium *loco ultinò citato*, *verſ. contra uniones*, dicentem, contra uniones ad vitam habes noviſſimè Concilium Tridentinum *ſeſſ.*7. *de reformatione*, *cap.* 4. & *ſeſſ.* 24. *cap.*17. *verſ. illi verò*, & tenet Quintana Dueñas *lib.* 1. *Eccleſiaſticôn*, *cap.* 4. *num.*12. & *cap.*7. *num.* 6. & præcipuè *lib.*4. *n.*46. 8. *tempore*. Quamvis antea ſecus eſſet

(ſicut

(ſicut in commenda ad vitam, de qua ſuprà, 4. *part. cap.* 4. *à num.* 35.) ad deciſ. Mohedani 2. *de Præbend.* & Putei 246. *lib.* 1. Dominic. *conſ.* 38. *num.* 11. *&c.*

15. Et obtinens Canonicatum, cui ſit unita Parochialis ad vitam, debet in parochiali reſidere, & non in Canonicatu, ut S. Congregatio Concilii cenſuit in declarat. 13. adducta *d. c.* 2. *ſub num.* 179. Unde quando beneficia ſunt annexa invicem *æquè principaliter*, cujuſlibet qualitas, & natura eſt attendenda. Et ſic ſi alterum illorum eſſet curatum, vel incompatibile, impediret aſſecutionem alterius ſimilis, ſine diſpenſatione. Rebuff. *in repetit. d.* §. *Qui verò*, 3. *notab. in fine.* Aliàs per aſſecutionem alterius incompatibilis, vacaret utrumque annexum. Hæc, & multa alia docet Garcia *d. p.* 11. *cap.* 2. *de unione æquè principali.*

16. De eadem agit Baunyus *d. diſp.* 8. *quæſt.* 2. ubi facta mentione de unione duorum beneficiorum, ex quibus unum fit, de qua ſuprà *num.* 10. ſermonem fecimus; & de unione acceſſoria, & ſubjectionis, ſic ait: Tertio loco ita adunantur ſacra duo beneficia, ut Epiſcopatus v. c. ut neutrum ſubjiciatur alteri, ſed ambobus ſuum proprium nomen, qualitates, naturam, & privilegia retinentibus, idem miniſter præponatur, quomodo Muſſitanam Cumanæ junxit Eccleſiæ Greg. I. *lib. Regeſti* 2. *epiſt.* 31. Differt autem hic unionis modus à ſecundo (ſcilicet acceſſoriæ unionis) quòd iſte unam Eccleſiam ſubjici alteri exigat, non tertius; nam Epiſcopatus Paderbornenſis, ac Leodienſis, qui Colonienſi ſunt in perſonâ Bavari mutuò juncti, à ſe invicem non pendent, nec eſt unus alteri ſubjectus. Et quod iſte Author de prædictis Epiſcopatibus dicit, dico ego de Epiſcopatu Calagurritano, & Calciatenſi, qui mutuò ſunt juncti quoad unum communem Prælatum, & à ſe invicem non pendent, nec unus eſt alteri ſubjectus. Et conſequenter aliam aſſignat Baunyus differentiam inter utrumque uniendi modum, quòd in ſecundo ea Eccleſia, cui unitur altera, ſit ſuperior, & principalis; unita verò, inferior, & acceſſoria: quod non habet unio tertia, in qua beneficia, quæ ſic dicuntur unita, ſunt *æquè principalia*; ex æquo nomen ſuum, ac privilegia conſervantia. Tertiam denique differentiam affert, nempe quod in unione propria, qualis eſt ſecundo loco poſita (acceſſoria ſcilicet) ſufficiat, cum vacant hoc modo unita beneficia, in libello ſupplici, qui Pontifici ad ea impetranda tribuitur, meminiſſe ejus ſolius, quod eſt præcipuum, quia alterum eſt ei unitum: quod in Sacerdotiis, quæ nectuntur ſibi mutuò modo tertio, locum non habet. Ita Authores, qui ſuprà, cum de impetrandis beneficiis, eorumque obtinendorum modo diſputant. Hucuſque Pat. Baunyus.

17. De iiſdem tribus unionum, & uniendi modis, egit etiam Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. & *num. illius* 3. loquendo de unione perpetua, illam ſicut Baunyus, dividit in eam, in qua ex duobus beneficiis, unum fit: ſed hæc (inquit) non tam unio beneficiorum, quàm illorum extinctio, & nova eſt beneficii erectio; & in eam, in qua unum beneficium alteri ſubjicitur, illique incorporatur; & in eam tandem, in qua *æquè principaliter* beneficia ſibi invicem uniuntur. Et recenſitis effectibus aliarum unionum, de *æquè principali*, *num.* 4. ſic ait: Econtrà verò unio beneficiorum *æquè principaliter* facta operatur retentionem nominis, & tituli utriuſque beneficii, ita ut beneficiatus in quolibet beneficio intitulatus ſit æquè, ac ſi unum alteri non eſſet unitum. Quapropter quodlibet beneficium manet beneficium, ſicut antea, eadem privilegia, honores, & redditus tenens. Sic Gloſſa *in cap. Et temporis*, 16. *quæſt.* 1. & *d. cap.* 1. *Ne Sede vacante*, Rebuff. *tit. de Unionib. num.* 15. Gonzal. *gloſſa* 5. §. 7. *n.* 112. Garcia 12. *p. cap.* 2. *num.* 73. Barboſa 3. *part. de Poteſt. Epiſc. alleg.* 66. *n.* 50. Et aliis etiam redditis effectibus unionis acceſſoriæ, *in numeris* 5. 6. *&* 7. *in octavo* ait: Econtrà res procedunt in beneficio *æquè principaliter* unito: vacat, inquam, & permutari, reſignarique poteſt, ſed non ſeparatim ab eo, cui eſt unitum: aliàs diſſolveretur unio. Item conferri debet & publicari, ac ſi unitum non eſſet. Deinde inducit incompatibilitatem

cum

cum quolibet alio ſimili: ac tandem illius eſt mentio facienda in cujuſlibet novi impetratione. Quia naturam beneficii retinet, eſto annexam, & conjunctam cum alio; ac proinde ſervandæ ſunt illius qualitates, & conditiones. Garcia 12. *p. de benefic. c.* 1. *à n.* 37. Barboſa *alleg.* 66. *n.* 5. Et ſtatim *n.* 9. addit Palaus: Ex quo colligere potes, hanc unionem non præſtare, ut beneficia inter ſe communicentur, ſed ſolùm ut communicentur in perſona. Unde nec qualitates, nec privilegia, nec fructus unius beneficii, cum qualitatibus, privilegiis, & fructibus alterius communicantur, ſed quodlibet beneficium ſuas qualitates, privilegia, & fructus diſtinctos retinet; ita ut ſi in aliquo ex his beneficiis unitis ſit neceſſariò apponendus Vicarius, ut muneribus illius ſatisfaciat, is provideri debet ex fructibus talis beneficii, & non ex proventibus alterius beneficii uniti, cujus bona per unionem diſtincta, & ſeparata remanſerunt, neque obligata ad ſupplendum defectus beneficii uniti, ſicut cum duæ Eccleſiæ ſunt ad invicem unitæ, beneficiati unius Eccleſiæ non obligantur ſupplere defectum ſervitii in altera Eccleſia, ut benè notavit Gonzalez *gloſſa* 5. §. 7. *n.* 117. cum Rota *deciſ.* 578. *n.* 2. *part.* 3. *diverſor.* Quod ſi illi fructus inſufficientes ſint, ipſius parochiani compelli debent ſuppeditare congruam ſuſtentationem, quia ipſi tenentur in ſubſidium. Garcia *ſuprà*, *num.* 115. Quæ dicta ſunt de beneficiis unitis *æquè principaliter*, procedunt cum uniuntur ad vitam; quia hæc unio non extinguit titulum beneficii, ſed illius retentionem cum alio concedit. Garcia 12. *part. de benefic. cap.* 2. *num.* 38. Hoc ultimum tradit Palaus *n.* 10. qui *n.* 11. regulas aſſignat ad cognoſcendum, quando unio *æquè principalis* ſit, & quando acceſſoria. *Prima eſt*, attendi debere unionis tenorem; & ſi dicat, *illud, & illud beneficium unimus*, unio eſt æquè principalis: ſi verò dicat, *tale beneficium tali beneficio unimus, & incorporamus*, unio eſt acceſſoria. *Secunda*, ſi ex verbis unionis id colligi non poteſt, attendi debet, quod beneficium magis dignum ſit, & illud judicandum eſt eſſe principale unitum, & minùs dignum eſſe acceſſoriè unitum, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, *cap. Quod in dubiis, de Conſecrat. Eccl. vel Altar. Tertia* eſt, ſi beneficia æqualia appareant, attendi debet an ex uno beneficio tantùm denominatio proveniat, & illud judicabitur principale unitum, aliud acceſſoriè, cùm in hac æqualitate ſola unio acceſſoria cauſa eſſe poſſit hujus denominationis. Item attendi debet uſus, & conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. Verumtamen ſi res adhuc dubia ſit, aſſignat pro ultima & quinta regula, præſumendam eſſe unionem æquè principaliter factam, & non acceſſoriè. Quia ſemper præſumptio ſumi debet, ut titulus beneficii conſervetur, non ut extinguatur, *cap. Abbate, de verborum ſignificat.* Vide Gloſſ. *in Clement.* 2. *de Præbend.* verbo *Eccleſias*, Felin. *in cap. Noſtra, de reſcript. ſub num.* 36. *& cap. Tranſlato, num.* 6. *&* 7. *de Conſtit.* Garc. 12. *p. de benef. cap.* 2. *à num.* 55. Gonzal. *gloſſ.* 5. §. 7. *à num.* 127. Hæc omnia Palaus.

18. Azorius] *Inſtitut. Moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 2. etiam de Unionibus diſſerens, quinque, de quibus Hoſtienſis *in Summa, tit. Ne Sede vacante*, Abbas, & alii, ad tres reducit, ſicut alii, quos recenſui, & ſicut Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 66. *num.* 2. qui ſic de tertia ait: Tertiò fit unio duorum beneficiorum, ſeu Eccleſiarum invicem æquè principaliter. Et *n.* 46. ait: Unio verò facta æquè principaliter, nihil aliud operatur, niſi ut Rector unius ſit Rector alterius, & utrumque beneficium manet beneficium, ſicut antea erat; & quælibet Eccleſia in ſuo ſtatu, & honore remanet, & proprios redditus agnoſcit, & gaudet ſuis privilegiis. Gloſſa *in d. cap. Et tempus, &c.*

19. Plura ego dixi prædictis conſona, & uniformia quidem, in aliis meis lucubrationibus, ſignanter in QQ. Paſtoralibus, *part.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 5. in Diſquiſition. *tom.* 1. *tract.* 8. *dub.* 9. *num.* 6. & poſt Commentaria, *in Addit. ad deciſ.* 23. §. 2. *per totum.* Pro unione æquè principali, & ejus effectibus dicta ſufficiant: agamus nunc de Acceſſoria.

PARAGRA

PARAGRAPHVS III.

De unione acceſſoria, & ſubjectionis.

20. UNio iſta, quæ acceſſoria, & ſubjectionis eſt, ſubdividitur in ſimplicem, & duplicem: & rurſus duplex Unio dividitur in unionem plenariam, ſeu jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, in foro externo, & contentioſo; & in unionem plenariam, jure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia, parochialia ſolùm, & non contentioſa. De quibus omnibus in præſenti Paragrapho eſt nobis agendum; quem claritatis gratiâ in Sectiones duas dividere, operæpretium duxi: & ſecundam in ſubſectiones duas; & ſecundam iſtarum in diviſiones ſex.

SECTIO I.

De unione acceſſoria, ſubjectiva ſimplici.

21. Non agimus in præſenti de unione temporali, & ad vitam ſolùm Beneficiarii, cui conceditur, facta; quia de illa, ultra jam dicta *in* §. 1. *num.* 13. 14. 15. *&* 17. nihil dicendum occurrit; ſed de perpetua tantum ſermonem inſtituere intendimus. Unio igitur acceſſoria, & ſubjectiva ſimplex dicitur, quando fit ſolùm quoad temporalia: & non in eo ſenſu, quo ſuperiùs *num.* 9. locuti fuimus; quando ſcilicet fructus beneficii alicui in perpetuum conceduntur præcisè, remanente beneficio penes ſuum beneficiarium, ſeu rectorem; quia hujuſmodi fructuum conceſſio, propriè unio non eſt, ſed diſmembratio, ut ibi dictum eſt; ſed in ſenſu, quo Flores de Mena *Variarum qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 16. quem recenſui poſt Commentaria Conſtitut. Apoſtolicar. *in Addit. ad* 4. *deciſ. S. Rotæ,* §. 1. *num.* 3. *pag.* 11. cujus verba ſequentia ſunt. Quando beneficium Curatum *eſt unitum* Monaſterio, Præbendæ, aut Prælaturæ, *ſolùm quoad temporale regimen, & titulum*; ſcilicet, quia Monaſterium ipſum *habet titulum, & jus perpetuum annexum gubernandi dictum beneficium, & ejus bona*, & ſolùm *percipit, quæ remanent ſoluto Vicario perpetuo, & aliis oneribus; non tamen adminiſtrat Sacramenta Parochianis, neque utitur aliis juribus ſpiritualibus.*

In eodemmet ſenſu loquutus fuit 22.
Joannes Aloyſius Riccius *in Praxi Aurea, & Quotidiana rerum Fori Eccleſiaſtici, reſolut.* 293. ſub *num.* 2. dicens: Prima concluſio. Quando beneficium Curatum eſt unitum Monaſterio, Præbendæ, aut Prælaturæ, ſolùm quoad temporale regimen, & titulum, ſcilicet quia Monaſterium ipſum habet titulum, & jus perpetuum annexum gubernandi, & dictum beneficium, & ejus bona tantùm adminiſtrat, neque utitur aliis juribus ſpiritualibus, tunc Prælatus Monaſterii tenetur deputare Vicarium perpetuum. Ita probat textus (*c. Extirpandæ, de Præbend.*) §. *Quia verò*, & notant Abbas, & Imola *in d. cap. De Monachis* (*d. tit.*) Rebuffus *in Praxi beneficiali, lib.* 1. *tit. de Vnionibus, à num.* 6. Alph. Hojeda *in tract. de Incompatibilit. benefic. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 3. Et probatur eſſe unitum ſolùm quoad titulum, & temporalia, vel ex verbis unionis, vel ex longo uſu deſerviendi per Vicarios perpetuos, ut per Rebuffum, Imolam, & alios *ubi ſuprà:* & in dubio ſic præſumitur unitum, ut minùs quàm ſit poſſibile, præjudicetur beneficio. Imola *ubi ſuprà*, Felinus *conſil.* 2. Hæc omnia Riccius.

De hac unione egi ego ipſe in 23.
Quæſt. Paſtoral. *part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 28. *pag.* 19. & *part.* 2. *quæſt.* 2. §. 7. *num.* 7. *& ſeqq. uſque ad num.* 29. *à pag.* 61. *ad pag.* 70. Plura ibi congeſſi firmantia dictam unionem ſimplicem acceſſoriam, & ſubjectionis, quoad titulum, & gubernationem temporalium, partim deſumpta ex Jure Canonico, partim ex S. Rota, partim ex Doctoribus, tam Theologis, quàm utriuſque Juris peritis. Illa recenſere libet, ad tres claſſes reducta. In prima referam Jura ipſa; in ſecunda Deciſiones Rotæ; & in tertia doctrinas Authorum.

In prima produco in primis *cap.* 24.
Extirpandæ, §. *Qui verò, de præbend. el* 30. quod procedere de ſimplici unione, reſpondit Rota 19. Januarii 1663. *coram Bevilaqua, la* 2. *poſt mea commentaria, num.* 5.

Secundò produco *cap. Suſcepti re-* 25.
giminis, el 1. *eod. tit. in* 6. quod apertè loquitur de Eccleſiis, in quibus Religioſi habent juſpatronatus, & præ-

ſentant verè, & propriè inſtituendos in illis: quod locum non habet, niſi in Eccleſiis ex ſimplici unione ad Religioſos pertinentibus: in plenariè enim eis unitis, non præſentant Rectores, ſeu Vicarios propriè, & verè inſtituendos, ſed tantùm per Epiſcopos approbandos, ſeu tantùm authorizabiliter inſtituendos, quod idem omninò eſt: quod totum dictum eſt à S.Rota *in d. coram Bevilaqua, n.1. & ſeqq.* & *in eadem* 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot, la* 3. *&* 11. *Martii* 1667. *coram Ottalora, la* 5. maximè *n.*20. *&* 22. ibi: Quia licèt Ordinarius non debeat Vicarios amovibiles, *propriè loquendo inſtituere, ſed tantùm prævio examine ſuper idoneitate approbare, &c.* Et clariùs *in eadem cauſa*, 13. *Maii* 1669. *coram Albergato, la* 6. ſignanter *num.*4. ibi: Etenim primum procedere dicebant Domini, *ſi ageretur de vera, & propria inſtitutione facta per Epiſcopum vim collativæ habente, qui eſt caſus dicti capitis unici* (*de Capellis ſcilicet Monachor. in* 6.) *ſecus ubi agitur de mera inſtitutione authorizabili, & quæ potiùs ſonat in approbationem illius perſonæ jam ab ipſomet Abbate deputatæ, &c.*

26. Tertiò produco *cap. Presbyteri, unicum de Capellis Monachorum, lib.*6. quod dubio procul procedit in Eccleſiis ad Monachos pertinentibus ex ſimplici donatione, aut unione, non verò ex plenaria. Ducor I. quia dictum caput procedit in beneficiis ſæcularibus. Gloſſa *in format. caſus, notab.*1. ubi ait: Nota primò ex iſto capite, quod beneficia ſæcularia debent eſſe perpetua: & quis non poteſt removeri à beneficio pro libito voluntatis ſui Superioris. Ducor 2. quia beneficia unita Monaſteriis plenaria unione, ſæcularia non ſunt, ſed regularia. Rota *in d. coram Bevilaqua, num.*4. *&* *in d. coram Ottalora, num.*13. & *in Parochiali Vicariæ de Stella*, 14. *Decembris* 1648. *coram Ottobono, la* 19. *poſt meas qq. Paſtor. num.*5. *&* *coram Melitio*, 26. *Maii* 1652. *la* 20. *num.*14. & docent Azorius *part.*2. *lib.*6. *cap.*28. *quæſt.*2. & Tamburinus, & alii, quos allegavi poſt Comment. *in Addit. ad deciſ.*13. *num.*3. *&* 4. Ducor tertiò, quia textus procedit in Eccleſiis, pro quarum ſervitio verè à Monachis præſentantur Presbyteri, & verè, & propriè ab Epiſcopis inſtituuntur. Sed neutrum contingit reſpectu Eccleſiarum, quæ Monachis unione plenaria ſunt ſubjectæ; quia Abbas abſolutè deputat Vicarios, & nominat, & Epiſcopus eos non inſtituit verè, & propriè inſtitutione tituli collatoria, & perpetua, de qua in noſtro textu; ſed tantum mediante examine approbat, ut declaravit Rota *in dict. coram D. Ottalora, num.*22. *&* *in d. coram Albergato, n.*4. Ergo d. caput unicum procedit ſolùm in Eccleſiis pertinentibus ad Monachos ex unione ſimplici. Vide etiam coram Ottalora *num.*21.

Quartò produco *Clementinam Quæ* 27.
de Eccleſiis, unicam de Officio Vicarii, juncta Gloſſa verbo *Parochialium*, ubi, quod in Eccleſiis annexis Vicaria perpetua videatur permiſſa: in Eccleſiis ſcilicet ſimplici unione annexis, ut declaravit Rota *in d. coram Bevilaqua, num.*3.

Quintò produco *Clementinam* 28.
Quia Regulares, unicam de ſupplenda negligentia Prælatorum, quæ evidenter diſponit circa Eccleſias ad Regulares pertinentes, & non ad menſam; inquit enim: *Præmiſſa verò de Prioratibus, Eccleſiis, adminiſtrationibus, & beneficiis intelligimus, quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum*: quod ſatis benè explicuerat ibi: *Nullo modo permittant, quod iidem Prælati Prioratus, Eccleſias, adminiſtrationes, aut beneficia applicent menſis ſuis*: quæ enim ſunt de menſa ipſorum, jam ſunt applicata ex vi unionis plenariæ ad menſam. Ergo diſponit Clementina circa Eccleſias ad Regulares pertinentes ex vi unionis ſimplicis, ſeu non plenariæ.

Sextò produco conſtitutionem ab 29.
Urbano Octavo editam die 6. Septembris 1638. confirmatoriam Decreti S. Concilii, in ea inſerti, quam exſcripſi poſt dicta commentaria, & poſt Sacræ Rotæ deciſiones, *pag.* 104. & ſuprà *quæſt.* 2. *num.* 75. Decretum illud hujuſmodi eſt. *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, partibus auditis, cenſuit in Parochialibus, quæ ſunt membra Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, aut aliàs ab ipſis dependentes, curam animarum exerceri poſſe, etiam per Monachos, ad ſuorum Superiorum nutum amovibiles; ita tamen ut iidem priùs examinentur, & approbentur*

bentur ab Epiſcopo, ejuſque juriſdictioni ubjiciantur in his, quæ ad ipſam Curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent: & cum eo, qui ad eam exercendam fuerit pro tempore deputatus, habitet alius ſaltem Monachus ejuſdem Ordinis profeſſus, ad præſcriptum Concilii Lateranenſis ſub Alexandro III. cap. 10. Circa quod Decretum, inter alia, quæ ibi annotavi, *num.* 2. & 3. diſtinxi in eo à S. Congregatione Eccleſias, quæ ſunt membra Congregationis Caſſinenſis; & Eccleſias, quæ aliàs ab ejus Monaſteriis dependent: & de primis dixi, eſſe ipſis Monaſteriis jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam incorporatas, & unitas; & de ſecundis firmavi eſſe Monaſteriis unione ſimplici unitas, aut alio quovis modo ad illa ſpectare. Et primum quidem dixit Rota de Eccleſia loci de Mendavia unita Monaſterio huic Hyrachenſi, *in d. coram Bevilaqua, num.* 1. ibi: *Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari.* Et *in d. coram Otalora*, ibi, *num.* 20. *Cùm per hanc unionem extinguatur titulus parochialis, itaut non poſſit amplius dici beneficium, ſed tranſlata omni cura in Abbatem, Eccleſia remanet merum prædium, & grangia Monaſterii, ut declarant* Garcia *de beneficiis part.* 12. *cap.* 5. *num.* 192. Rota *in Aretina, ſeu Montis Politiani Iuris viſitandi,* 16. *Decembris* 1588. *coram Gipſio, &c.* Et Illuſtriſſimus D. Joan. Queypo Dellano, Epiſcopus Pampilonenſis, in actu Viſitationis ejuſdem Eccleſiæ Mendaviæ, factæ anno 1640. ut notavi *in* 2. 2. *Paſtoral. part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 4. *num.* 7. *pag.* 202. dixit, beneficium de Mendavia, poſt unionem Monaſterio factam, *non remanere beneficium, ſed tanquam prædium Monaſterii, non aliter ac ſi vinea aggregata illi fuiſſet.* De quo priùs *ſect.* 2. *num.* 5. *pag.* 170. Et quidem quod dicta Eccleſia, & aliæ ſint ſimili modo unitæ Monaſterio, ſatis ſuperque declarant deciſiones relatæ ſuperiùs *num.* 26. quatenus illas declarant Regulares.

30. Pro ſecunda claſſe deciſiones S. Rotæ includente, produco quam dedit Cardinalis Seraphinus, *la* 1304. & & poſt Paſtorales *la* 13. qui *num.* 2. duas uniones diſtinguit, acceſſorias ſcilicet, & ſubjectionis; unam in qua principalis percipit Decimas, & alia, quæ dantur ratione Curæ, aſſignata certa portione Vicario; & alteram econtrà, in qua Vicarius prædicta percipit, aſſignata principali certa portione. De prima aſſerit *num.* 1. eſſe unionem pleno jure conceſſam, & curam penes Abbatem, cui facta fuerat unio; & virtualiter docet, eſſe ſimplicem unionem, quando principalis ſolùm percipit portionem, & Vicarius Decimas, & alia, quæ dantur ratione Curæ, quam penes ipſum in hoc caſu reſidere firmat. Quocirca vide deciſionem Ottaloræ, de qua *num.* 25. *num.* 16.

Secundò produco, deciſionem *Bevilaquæ*, de qua *ſuprà, num.* 25. in qua *n.* 3. dicitur: Reſponſum enim fuit, quod jura in objecto allegata (ſcilicet *cap. Extirpandæ*, §. *Qui verò, de Præbendis, & Clement. unica, de Offic. Vicar.*) procedunt *in ſimplici unione*, cujus vigore Superior Eccleſiæ, cui eſt facta, arctatur adminiſtrare curam in Eccleſia unita per Vicarium perpetuum; ſecus quando, ut hîc, pleno jure, & ſubjectivè Parochialis fuit alteri unita. 31.

Tertiò produco deciſionem *Ottaloræ*, de qua *num.* 25. in qua dicitur *num.* 20. Ulteriùs doctrina Abbatis procedere poſſet in Eccleſiis *alio modo ſubjectis Monachis, quàm per unionem factam acceſſoriè per viam incorporationis*, in his enim non poteſt quis propriè loquendo inſtitui, ...cùm per hanc unionem extinguatur titulus Parochialis, ita ut non poſſit ampliùs dici beneficium, ſed tranſlata omni cura in Abbatem, &c. In quibus manifeſtè dicit, poſſe Eccleſias Monachis ſubjici, & per viam incorporationis, quæ eſt unio plenaria, per quam extinguitur titulus; & per aliam, quæ ſit ſimplex, licèt ſubjectiva: de qua eſt noſtrum præſens argumentum. 32.

Denique ex dictis Deciſionibus, & ex pluribus aliis à me traditis poſt Commentaria, in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo, convincitur veritas concluſionis noſtræ, firmantis dari unionem acceſſoriam ſubjectionis ſimplicem, ſeu non plenariam; cùm Rota in illis tota fuerit in demonſtrando Eccleſias Mendaviæ, & 33.

Elizondi, unitas exiſtere Monaſteriis Hyrachenſi, & Urdaxenſi, non alia, quàm plenaria unione, ſupponendo ſemper, dari uniones, quæ plenariæ non ſint, ſed ſimplices.

34. Pro tertia claſſe produco in primis Rebuffum *in Praxi, tit. de Vicariis perpetuis*, ubi dicto *num.* 1. *Quando unio fit acceſſoriè, in beneficio unito relinqui ſolet Vicarius perpetuus, qui illi deſerviet beneficio; & is, qui habet beneficium unitum, non poterit illi deſervire per ſe, invito Vicario perpetuo, per text. in cap. Extirpandæ, §. Qui verò, de Præbend. cap.* 1. *illo tit. in* 6. *& cap. unico de Capell. Monach. illo lib.* ait paulò inferiùs, *num.* 6. *Quando unio eſt ad menſam Capituli, vel Epiſcopi, poteſt deſerviri per Vicarium temporalem, per Gloſſam in verbo Ad menſam, Clement.* 1. *de Exceſſ. Prælatorum, &c.* In primo loco fatetur unionum eſſe acceſſoriam (ſimplicem ſcilicet) quando ponitur Vicarius perpetuus: & in ſecundo fatetur eſſe ad menſam (id eſt plenariam) & poſſe deſerviri per Vicarium temporalem.

35. Secundò produco Paulum Layman *in Quæſt. Canonicis, quæſt.* 206. dicentem: *Parochiæ duobus modis Monaſterio incorporatæ eſſe poſſunt, vel quoad temporalia tantum, vel quoad temporalia, & ſpiritualia ſimul, & ſic pleno jure.*

36. Tertiò produco Flores de Mena *Variar. lib.* 1. *quæſt.* 10. *num.* 16. quem *num.* 21. recenſui. Et quidem dictus Mena *art. & §.* 3. *d. quæſt. num.* 37. ait: *Quando beneficia ſunt unita ſolùm in temporalibus Collegio, aut Monaſterio, nulli dubium eſt, niſi quod Epiſcopus poterit facere beneficium deſerviri per Vicarium perpetuum.*

37. Quartò produco Aloyſ. Riccium ſupra redditum, *num.* 22.

38. Quintò produco Gloſſam *in cap. De Monachis, el* 12. *de Præbendis*, verbo *Hoſpitalitatem*, dicentem: *Gloſſa ſequens tractat, quomodo Monachi interdum ex conceſſione Epiſcoporum, interdum ex fundatione habent Eccleſiam quoad temporalia, interdum juſpatronatus tantùm.* Et verbo, *De proventibus Eccleſiæ*, ſequentia profert: *Per hoc patet, quod loquitur de Eccleſiis, quæ ſunt Monachorum quoad temporalia: in quibus poſſunt Monachi ſibi omnia appropriare, reſervata honeſta ſuſtentatione Presbytero, ut hic dicit: multò magis ubi habent Eccleſias quoad ſpiritualia & temporalia. Si verò habent Eccleſiam ex conceſſione laici, vel confirmatione Epiſcopi, idem eſt, quia temporalia tunc habent.... Si habent Eccleſiã ex conceſſione Epiſcoporum, ſi certa forma fuit appoſita, illa ſervetur.... ſi jure pleno illam contulit, pleno jure habent eam.... Si verò ex fundatione Monachi Eccleſias obtinent, habent eas tantùm quoad temporalia.... niſi eſſent privilegiati cum omnibus capellis habitis, & habendis: & ſi non habent privilegium, habebunt temporalia, reſervata ſufficienti ſuſtentatione Presbytero; & Epiſcopus habet ibi inſtitutionem ad præſentationem Monachorum, & ei ſubeſt Presbyter quoad ſpiritualia..... Quandoque Monachi habent juſpatronatus tantùm, & tunc nihil habent, niſi ſolam præſentationem.* Hæc Gloſſa, in quibus non ſemel firmat, dari uniones Eccleſiarum factas Monachis quoad temporalia, ſimpliciter, & non plenariè, ſeu quoad ſpiritualia & temporalia. Vniones conſultò dixi, quia diverſimodè unio ſimplex fit, jam quoad hunc effectum, jam quoad illum, & alios effectus.

SECTIO II.

De unione acceſſoria ſubjectiva plenaria, ſeu duplici.

UNio duplex, ſeu plenaria, aut jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, ſubdividitur in unionem plenariam cum juriſdictione quoad ſpiritualia, & temporalia, in foro externo, & contentioſo, quæ Epiſcopalis eſt, aut quaſi; & in unionem plenariam, cum juriſdictione in foro pœnitentiali, & Sacramentali, & in his, quæ ad jura, & munera parochiæ ſpectant, quæ ad menſam dicitur, eo quòd is, cui fit unio, in proprios uſus, & menſam ſuam convertere benè, & licitè poteſt fructus, bona, & emolumenta beneficii uniti, ſolutis oneribus, ſi ulla habeat, & congruo ſalario, Vicario ab eo ad libitum deputando, & removendo. Hanc Sectionem in duas ſubſectiones dividam: in prima agere libet de Unione pleno jure, cum juriſdictione in foro externo, & contentioſo; & in ſecunda, de Unione ad menſam.

SVBSEC

SUBSECTIO I.

De unione plenaria, cum juriſdictione contentioſa.

39. EGit de unione iſta, Gloſſa *in Clement. unica de exceſſ. Prælat.* verbo *Ad menſam*, ibi, *Nec putes: in Clement. unica de Officio Vicarii*, verbo *Curam.* Gloſſa etiam *in cap. Quoniam, in fine format. Caſus*, ibi: Item Eccleſia tunc ſubjecta eſt Abbati utroque jure, quando Epiſcopus nullum jus Epiſcopale exercet in illa, *el 21. de Privileg.* & ibi Barboſa *num.* 2. ut infrà *num.* 54. & *alleg.* 72. *num.* 185. infrà, *n.* 55. Chokier *de juriſdict. in Exempt. part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 6.

40. De hac unione dixit Flores de Mena *in Quæſt. Variis, quæſt.* 10. *concl.* 4. *num.* 21. *libri* 1. Quando beneficium eſt unitum Monaſterio pleno jure, quoad curam animarum, & ea, quæ ad eam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus, *licèt non quoad juriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra curam, nec curæ omninò neceſſaria, prout eſt viſitare, & excommunicare, & jus dicere*; tunc etiam Prælatus poteſt facere deſerviri beneficium per Vicarium ad nutum amovibilem: licèt in hoc contrarium velint aliqui ex ſuprà citatis, ſed certè falluntur, *quia unio beneficii quoad juriſdictionem Epiſcopalem, impertinens eſt ad unionem quoad curam animarum ſolùm: nam dicta juriſdictio eſt extra curam, & poteſt quis eſſe verus Rector, & Curatus actu, & habitu, & non habere juriſdictionem Epiſcopalem.*

41. Joannes Aloyſius Riccius *in Praxi Aurea Rerum Fori Eccleſiaſtici, reſolut.* 293. *concl.* 3. in ſequentia prorumpit. Quando beneficium eſt unitum Monaſterio *pleno jure, & dicitur pleno jure, quando Prælatus habet omnimodam juriſdictionem ſpiritualem in beneficio, & ejus Parochianis, excluſo in totum Epiſcopo*, ut *in cap. Quoniam*, & ibi Abbas *de Privilegiis*, tunc poteſt facere ei deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem, ut per Gloſſ. *in d. Clement.* 1. *verb. Ad menſam, de exceſſib. Prælator.* & per Francum, & Ancharan. *in d. cap. unico, de Capellis Monachorum*, & Authores omnes ſuprà citatos, & hæc eſt communis opinio, à qua nullus diſcrepat, & tenet Abbas *in cap. Paſtoralis, de Privileg.* Et immediatè quartam concluſionem ſtatuit, dicens dictus Riccius: Quando beneficium eſt unitum Monaſterio pleno jure, quoad curam animarum, & ea, quæ ad eam pertinent in ſpiritualibus, & temporalibus, *licèt non quoad juriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra Curam, nec Curæ omninò neceſſaria, prout eſt viſitare, excommunicare, & jus dicere*; tunc etiam Prælatus poteſt facere deſerviri beneficio per Vicarium ad nutum amovibilem; licèt in hoc aliqui velint contrarium ex ſuprà citatis; ſed certè falluntur, *quia unio beneficii quoad juriſdictionem Epiſcopalem, impertinens eſt ad unionem quoad curam animarum ſolùm; nam dicta juriſdictio eſt extrà curam, & poteſt quis eſſe verus Paſtor, & Curatus actu, & habitu, & non habere juriſdictionem Epiſcopalem.* Hactenus Riccius.

42. Auguſt. Barboſa *in cap. De Monachis, num.* 4. *el* 12. *de Præbendis*, poſt multa alia ad præſentem punctum ſpectantia, ſequutus Flores de Mena *ubi proximè*, concludit dicendo, illumque recenſendo: Optimè Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 10. *àn.* 13. qui varios caſus percurrens eleganter univerſam materiam reſolvit, & *n.* 20. concludit, communem eſſe ſententiam, à qua nemo diſcrepat, quòd ſcilicet *quando Eccleſia pleno jure ſubjecta eſt Religioſis, qui omnimodam habent juriſdictionem, tam in Eccleſiam ipſam, quàm in Parochianos, excluſo in totum Epiſcopo*, poſſunt ponere Vicarium temporalem ad ipſorum nutum removibilem, ut etiam expreſsè decidit Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 11. dum ab illa regula, quam ponit *in verſic. Nec*, quod in Eccleſiis curatis Monaſteriorum non ponantur Vicarii etiam amovibiles ſine conſenſu Epiſcopi, excepit Monaſteria, *quæ Epiſcopalem habent juriſdictionem, & temporalem in Parochos, & Parochianos.* Similiter hoc ipſum reſolvit Flores de Mena *d. q.* 10. *num.* 18. quando Eccleſia unita eſt ad menſam Conventus, ſeu Collegii; quia ſcilicet percipit fructus in ſolidum, & per ſe, aut ſuos Capellanos, aut Clericos, quibus ſolverit ſtipendia, inſervit beneficio. Illum verò

caſum controverſum eſſe advertit, *quando beneficium pleno jure unitum eſt Monaſterio in temporalibus, & ſpiritualibus, circa ea, quæ ad curam pertinent animarum; non tamen quoad juriſdictionem Epiſcopalem, quæ eſt ſupra curam, ſcilicet in viſitando, excommunicando, & juredicendo.* Sed adhuc *n.*21. ex Imola *in præſenti, num.*6. & aliis concludit, verius eſſe, quod Vicarium amovibilem ponere poſſunt. Hactenus Barboſa.

43. Ego ipſe in Quæſt. Paſtoral. *part.*1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. adnotatis *à num.* 44. tribus modis, quibus Eccleſia aliqua poteſt ad Monaſterium pertinere, & ad ejus Prælatum, quartum addidi *num.*47. ſub ſequenti tenore, videlicet: *Quartò, jure pleno, non abſoluto, & ſimpliciter, cum juriſdictione contentioſa; ſed ſolùm in foro Pœnitentiæ, & Sacramentali, quoad curam animarum, & quoad ea, quæ ad ipſam curam pertinent, in ſpiritualibus, & temporalibus*, de quo Riccius *concl.*4. Mena *concl.*4. *num.* 21. *Et eſt unio ad menſam, ſeu quoad ſpiritualia, de qua* Gloſſa *in Clement. Frequens*, verbo *Ad menſam, de Exceſſib. Prælator.* ibi: *Aut jure pleno ſpectat ad illum quoad ſpiritualia, & temporalia:* & *cap. Cùm & plantare, §. in Eccleſiis*, juncta Gloſſa verbo *Pleno jure, & cap. Quoniam, in fine*, juncta Gloſſa verbo *utroque jure*, 3. & 21. *de Privilegiis, cap. Abbates*, juncta Gloſſa verbo *Pleno jure, eod. tit. in* 6. *Clement. Quia Regulares, verſ. Præmiſſa*, & Gloſſa verbo *De menſa*, 1. *de Supplenda negligent. Prælator.* Hoſtienſ. *in Summa, lib.*3. *tit. Ne Sede vacante, num.*5. Garcia *de Benefic. part.*11. *cap.*2. *num.*3.4. & 6. Sayrus *in Theſauro, ſeu de Cenſuris, lib.*1. *cap.* 6. *num.*22. Emman. Roderiq. *tom.*1. *qq. Regular. quæſt.* 17. *art.* 12. *Nota tamen, benè poſſe Eccleſiam aliquam pleno, ſive utroque jure*, id eſt, quoad ſpiritualia, & temporalia, pertinere ad Monaſterium, & illi *eſſe ſubjectam, etiamſi Epiſcopus aliqua temporalia ex ea recipiat, & ei etiam ſubjiciatur quoad viſitationem, correctionem, & procurationem.* Ita Gloſſa *in cap. Cùm venerabilis, in Summa*, & verbo *Cauſa correctionis*, 21. *de Cenſibus*, & *in cap. Quoniam*, verbo *Utroque jure*, 21. *de Privilegiis.* Omnia prædicta, ut jacent, adnotavi *d. num.* 47.

44. Prædictam doctrinam noviſſimè tenuit, & canonizavit S. Rota, & non ſemel me citato, ut videbimus. Olim illam tenuit *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 28. *Februarii* 1600. *coram Cardin. Pamphilio, la* 14. *poſt dictas Quæſt. Paſtor.* ubi *n.*2. firmat, *Eccleſiam illam fuiſſe pleno jure conceſſam Abbati* hujus Hyrachenſis Cœnobii: & *num.*3. firmat inſtitutionem authorizabilem pro illa Eccleſia, ad Epiſcopum ſolum pertinere, quia populus non eſt ab ejus juriſdictione exemptus, & quod illam non prætendebat Abbas, ſed ſolùm dicebat ipſum eſſe Rectorem, ſicut quemlibet alium Rectorem, penes quem exiſtit cura animarum ſuæ Parochiæ, ita ut poſſit exercere omnia, quæ poſſunt alii Rectores in ſua Parochia.

45. *In Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, 24. *Aprilis* 1665. *coram Otalora, la* 13. *poſt mea Commentaria, n.*2. ſic dixiti: In primo, tertio, quarto, & quinto articulatur, quod Eccleſia Parochialis oppidi de Elizondo eſt ſæcularis, & *communiter reputatur pleno jure ſubjecta Ordinario Pampilonenſi, & illam viſitat juriſdictione non delegata, conceditque Sepulturam: quod nihil habet commune cum iſta cauſa, in qua tantùm agitur de Vicaria, & cura animarum, quas Abbas, & Monachi, eorum Monaſterio annexas eſſe prætendunt, & quarum uniones in nihilo præjudicant Ordinariis in ſuis juribus, cum ſtent inſimul unio Parochialis pleno jure ad Monaſterium, & juriſdictio Epiſcopi*, ut in terminis notarunt Imola *in cap. de Monachis, n.*6. *de Præbend.* Rebuffus *in Praxi beneficior. part.* 1. *tit. de Unione beneficior. gloſſa* 12. *num.*13. & rectè explicat Flores de Mena *Variar. qq. lib.*1. *quæſt.*10. *num.* 1. Riccius *in Praxi Variarum reſolut. tom.*1. *reſol.* 293. *num.* 4. *verſ. Quarta Concluſio.* Petrus de Murga *Quæſtionum Paſtoral. part.* 1. *quæſt.*2. *diviſ.* 1. *num.* 47. Hæc in dicta deciſione.

46. In eadem *Vicariæ de Elizondo*, 3. *Martii* 1664. *coram Veroſpio, la* 10. *poſt Commentaria*, ſic *num.* 6. dictum fuit: *Hanc verò unionem excludere non poterit viſitatio Parochialis Eccleſiæ ab Ordinario præhabita: ſiquidem ipſi proprii ratione muneris Eccleſias etiam Regularium, quibus Cura animarum inhæret, coguntur viſitare, juxta diſpoſitionem S. Concil. Trident. in ſeſſ.*7. *cap.* 9. *& probat textus,*

textus in cap. penult. de Religioſ. domibus, ubi Monachos Ordinariorum juriſdictioni diſponitur ſubjacere. Gloſſa in cap. Conquerenti, 16. verbo Iuriſdictionem, de Officio Ordinarii.

47. Rurſus *in eadem, coram D. Ottalora, 19. Iunii 1665. num. 3.* dictum fuit: *Neque ad eludendam plenariam unionem firmatam in dictis deciſionibus, vis fieri poteſt in depoſitionibus teſtium affirmantium Reverendiſſ. Epiſcopum Pampilonenſem, in eadem Eccleſia exercere juriſdictionem, illamque viſitare. Hoc enim non excludit, ut Abbas ſit verus Rector Parochialis, ut valeat deputare Vicarium amovibilem; & ſatis eſt, ut Eccleſia Parochialis ſit unita ejus Monaſterio pleno jure in temporalibus, & ſpiritualibus, quoad curam animarum, licèt non ſit unita quoad juriſdictionem Epiſcopalem, cùm ſtent inſimul unio Parochialis pleno jure apud Monaſterium, & juriſdictio Epiſcopi, ut ex Imola, Rebuffo, & aliis, in deciſione in hac cauſa emanata coram me ſuper denegatione remiſſoriæ, 24. Aprilis 1665.* Habetur præſens deciſio poſt Commentaria, *la 15.*

48. Deinde *in eadem, 7. Iunii 1666. coram R.D. Cerro Decano,* ubi proximè, *la 16. num. 3.* ſic habetur: *Cui quidem unioni, latè præcedentibus deciſionibus comprobatæ, non repugnant actus juriſdictionales in eadem Eccleſia geſti per Epiſcopum Pampilonæ. Quia ut benè advertitur in deciſione 24. Aprilis 1665. §. In primo, exercitium juriſdictionis Epiſcopi non repugnat unioni præfatæ, cùm poſſit ſtare ſimul, quod Parochialis ſit pleno jure unita Monaſterio, quoad curam animarum, & Epiſcopus habeat in Eccleſia juriſdictionem, ea ratione, quia per unionem non præjudicatur Epiſcopo in juribus ſuis, ut tradit Rebuffus in Praxi, tit. de unionib. beneficior. gloſſa 11. n. 13.* Boërius *deciſ. 346. num. 2. verſic. Et ratio eſt,* & Rota *in recent. deciſ. 69. num. 7. part. 1.*

49. Et in eadem cauſa, *coram eodem Eminentiſſ. Cerro, 23. Martii 1667. la 17. loco citato, num. 10.* ita dictum fuit: *Nec adverſantur viſitationes, aliique actus juriſdictionales in hac Parochiali, tam ab Epiſcopis, quàm à Vicariis Capitularibus Sede vacante geſti: quia cum per unionem Monaſterio factam, nihil fuerit præjudicatum Epiſcopo in juribus ſuis, Coccinus deciſ. 157. num. 9. cum aliis in d. deciſ. coram me allegatis, §. Cui quidem unioni, non repugnat quod Epiſcopus in concernentibus curam animarum, vigore unionis tranſlatam in Monaſterium, jure delegato juriſdictionem exerceat; in aliis verò, quæ ſunt extra curam, jure ordinario. Iſti enim actus ſunt compatibiles cum ipſa unione, ex allegatis in deciſ. hujus cauſæ, 24. Aprilis 1665. §. In primo, & 19. Iunii ejuſdem anni, §. Nec ad excludendum, coram R.P.D. meo Ottalora.*

Denique S. Rota *in Pampilonenſi Iurium Parochialium de Mendavia, 13. Maii 1669. coram D. Albergato, la 6. poſt dicta comment.* objecto contra Abbatem Hyrachenſem, cui, & ejus Conventui unita eſt Parochialis dicti oppidi de Mendavia, quod ipſa unio non fuiſſet plenaria, eo quòd unio ad menſam, & jure pleno non detur, niſi quando Monaſterium, & Abbas habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, reſpondit *n. 5.* prout ſequitur. *Sugillatio verò ex defectu juriſdictionis elicita, non poteſt tollere, aut quoquo modo imminuere plenariæ unionis eſſentiam reſpectu Curæ, quia ſtat ſimul, quod Abbas, cujus Monaſterio Parochialis unita eſt, ſit verus Parochus, qui vel per ſe ipſum, vel per Vicarium ad nutum amovibilem, exercere valeat, & quod Epiſcopus ubi reſidet dicta cura, ſuam exerceat juriſdictionem, ut benè tradiderunt Imola in cap. de Monachis, num. 6. de Præbendis, Archidiaconus in d. cap. unico, num. 3. verſ. Ad quem autem, de Capell. Monachor. ubi diſtinguit, an Abbas habeat unionem cum juriſdictione, & tunc valeat abſolutè Vicarium deputare, excluſo in totum Epiſcopo; aut ſine juriſdictione, & tunc nominet ipſum Vicarium authorizabili inſtitutione Epiſcopi approbandum. Sequitur Panormitanus in cap. Cùm & plantare, num. 6. & in cap. Paſtoralis, num. 7. & ſeqq. & in cap. Quoniam, num. 3. de Privileg. Franch. in eod. c. 3. num. 3. verſic. Si verò Eccleſias. Flores de Mena d. quæſt. 10. num. 18. cum ſeqq. Rota in terminis Abbatis de Hyrach, coram Seraphino deciſ. 1304. num. 3. in recentior. deciſ. 297. num. 7. part. 5. & apud Murgam ubi ſuprà* 50.

deciſ. 14.

deciſ. 14. *num.* 3. *& quod ſe ad invicem compatiantur unio pleno jure reſpectu Abbatis, & juriſdictio ordinaria reſpectu Epiſcopi, in individuo firmarunt Rebuffus in Praxi, p.* 1. *tit. de Vnion. beneficiorum, gloſſa* 11. *n.* 3. *Riccius in Praxi, reſol.* 293. *num.* 4. *verſ. Quarta concluſio, tom.* 1. *Barboſa in præallegato cap. De Monachis, num.* 4. *poſt medium, de Præbend. & dignit. Flores de Mena eadem quæſt.* 10. *num.* 25. *& noviſſimè tenuit* * *Rota. Idem Murga Quæſtion. Paſtoral. part.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *num.* 47. *Tondutus reſolut. benefic. p.* 2. *cap.* 85. *num.* 12. *& noviſſimè tenuit Rota in alia Pampilonenſi Vicariæ, 24. Aprilis* 1665. §. *In primo, &* 19. *Iunii ejuſdem anni,* §. *Neque ad excludendum, coram R. P. D. meo Ottalora, & ſub die* 23. *Martii* 1667. §. *Nec adverſatur, coram R. P. D. meo Decano.*

51. Pro coronide hujus Subſectionis ſecundæ, expendere operæpretium duxi clauſulam deciſionis Eminentiſſimi Cerri, *num.* 49. redditæ, videlicet: *Non repugnat, quod Epiſcopus in concernentibus curam animarum, vigore unionis tranſlatam in Monaſterium, jure delegato juriſdictionem exerceat; in aliis verò, quæ ſunt extra curam, jure ordinario.* Et clauſulam ſimiliter hujus ultimæ deciſionis R. D. Albergati: *Et quod ſe ad invicem compatiantur unio jure pleno reſpectu Abbatis, & juriſdictio ordinaria reſpectu Epiſcopi.* Pro expoſitione igitur utriuſque clauſulæ, in memoriam reducenda ſunt quæ dixi in Additionibus, & Annotationibus ad deciſ ſuprà, *n.* 46. redditam, §. 2. *per totum, &* §. 3. & ad deciſ. relatam *num.* 45. §. 2. *n.* 2. *&* 6. in quibus locis diſtinxi in Epiſcopis duas juriſdictiones, ordinariam, & delegatam, ſicut illas diſtinguit Eminentiſſ. Cerrus in præſenti clauſula. Qua ſuppoſita diſtinctione, dico, quod utraque clauſula deciſionum DD. Cerri, & Albergati, prout loquuntur de juriſdictione ordinaria, intelligi debeat, jure communi attento, & ſecluſo privilegio plenariæ exemptionis, qua gaudent Eccleſiæ, & Capellæ Monaſteriorum Congregationum Caſſinenſis, & noſtræ Hiſpanæ, de quo ſuprà *quæſt.* 2. *n.* 134. quo privilegio ſubſiſtente, ſicut de facto ſubſiſtit, in nihilo poteſt exercere juriſdictionem ordinariam Epiſcopus circa Eccleſias ad dictas Congregationes pertinentes, uti ex Conſtitutione illa Eugenii Papæ Quarti exemptionem concedentis, manifeſtè, & evidenter apparet. Et licet ibi nedum impediatur uſus juriſdictionis ordinariæ, ſed etiam delegatæ, reſpectu iſtius derogatur exemptioni quoad viſitationem, curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem concernentem, per Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 11. Et venit notanda ultima iſtius capitis clauſula, pro majore noſtræ concluſionis probatione. Hujuſmodi illa eſt: *Salvo tamen eorum Epiſcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel perſonas juriſdictionem exercent.* Quæ certè declarat, Epiſcopum habentem juriſdictionem ordinariam in loca, & perſonas Curam exercentes animarum, & Sacramenta miniſtrantes, illa uti poſſe. Et cùm clauſula exceptionem contineat, ut ex ea, & ex contextu conſtat, firmat pro me regulam in contrarium, quod non poſſit Epiſcopus juriſdictione ordinaria uti in Eccleſias, & Capellas exemptas, & in perſonas pariter exemptas in illis Curam exercentes, & Sacramenta miniſtrantes; per exemptionem enim ablata eſt Epiſcopo ordinaria juriſdictio, quam antea habebat.

SUBSECTIO II.

De Vnione acceſſoria ſubjectiva, per viam incorporationis, jure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia facta, & ad menſam dicta.

DIVISIO I.

Pluribus illuſtratur Vnio plenaria quoad Curam.

HUjus Unionis meminit Concilium Viennenſe, ex quo deſumpta eſt Clementina *Quia Regulares, unica de Supplenda negligentia Prælator.* ibi: *Præmiſſa verò de Prioratibus, Eccleſiis, Adminiſtrationibus, & Beneficiis intelligimus, quæ non ſunt de menſa Prælatorum ipſorum.* Vbi Gloſſa *verb. Conſtitutionem*, ibi: *Sed ſi intellexit de his, quæ ſunt de menſa, tunc vera.* Et verbo *Revocari*, ibi: *Et ſcias, per hanc Decretalem hodie teneri, quod manualia, quæ non ſunt de menſa,* 52.

menſa. Meminit etiam *in Clementina Frequens, unica de Exceſſibus Prælator.* ibi: *Quidam præterea Capellanos in Eccleſiis pleno jure ſpectantibus ad eoſdem.* Et infrà: *Nonnulli etiam indebitè Abbates, Monachos, & Converſos exemptos, necnon & Clericos ipſis pleno jure ſubjectos.* Et inferiùs: *Quidam etiam Eccleſias curam animarum habentes, ad menſam Abbatum ſpectantes.* Ubi Gloſſa *verb. Ad menſam*, ibi: *Sed quæritur, quæ Eccleſiæ dicantur propriè de Menſa Prælatorum, vel Capitulorum, vel ſingularium dignitatum, vel præbendarum? Et videtur, quod illæ, quæ ſunt menſis eorum unitæ, in tantum quod Rectorem, vel Vicarium perpetuum non habent alium, quàm illum, cui facta eſt annexio.*

53. Meminit etiam Alexander III. *in Concilio Lateranenſi*, ex quo deſumptum eſt *cap. Cùm & plantare, el 3. de Privileg.* ibi: *In Eccleſiis verò ſuis, quæ ad eos pleno jure pertinent.* Ubi Gloſſa *verb. Pleno jure*, dicens: *Id eſt utroque jure, quoad ſpiritualia, & temporalia.* Item Innocentius III. *in cap. Quoniam, in fine, el 21. eod. tit.* ibi: *Vel ad Eccleſias deſtinatis, utroque jure ſibi ſubjectas.* Ubi Gloſſa *verbo Utroque jure*, ſic exponens: *Id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus.* Item Alexander IV. *in cap. Abbates, el 3. de Privileg. in 6.* ibi: *In Eccleſiis, quæ ad eos pertinent pleno jure.* Ubi Gloſſa *verbo Pleno jure*, ſic illud exponit: *Scilicet in ſpiritualibus, & temporalibus*, ubi etiam Joan. Andreas addit: Dicit hîc Archidiaconus, Alanum ſcripſiſſe, quod *tunc Eccleſiæ pleno jure pertinent ad Monaſteria, quando in eis Sacerdotes inſtituunt, & omnes obventiones percipiunt, præter ſtipendia miniſtrorum.*

54. Auguſt. Barboſa *in d. c. Quoniam, num. 2.* ita declarat clauſulam illius, *Utroque jure:* id eſt, *pleno jure, in ſpiritualibus, & temporalibus*, ut notavit Gloſſa *hîc*, & *in cap. Cùm & plantare, §. In Eccleſiis, verb. Pleno jure, ſuprà hoc tit.* quas ibi ſequuntur Butrius *num. 26.* Zabarella *num. 1.* Decius *num. 12. & 16.* Rebuff. *in Concordatis, tit. Forma mandati, verbo Plenum:* Marta *de Clauſulis, clauſ. 85. num. 6.* Card. Tuſch. *tom. 6. lit. P, concl. 364. num. 3.* Eraſm. Chokier *de juriſdict. Ordin. in Exempt. part. 1. quæſt. 9. n. 6.* Sayr. *de Cenſur. lib. 1. cap. 6. num. 12.* reſolventes, Eccleſias dici ad aliquem pertinere *utroque*, ſeu *pleno jure, quando in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubjectæ ſunt*; hinc inferentes per contrarium, *non pleno jure* pertinere Eccleſiam ad Religioſos, vel alias perſonas, *quando eis ſubjecta eſt quoad temporalia*, ſed *quoad ſpiritualia ab Ordinariorum juriſdictione, & poteſtate exempta non eſt*; immò inſtitutio, & deſtitutio ad Epiſcopum pertinet, ut notavit Gloſſa *verb. Ipſis, in cap. 1. de Capell. Monach. lib. 6.* quam conſtantiſſimè ſequuntur, & paſſim commendant omnes proximè citati, & ſatis deducitur *ex textu in præſenti.* Sed pleniùs diſtinguendo materiam, reſolvit Abbas *in d. §. In Eccleſiis, num. 6.* quem ſequuntur alii communiter, ut refert, & explicat Decius *à num. 20. ibidem* quatuor caſus diſtinguens. *Primum*, ubi Religioſi habent tantùm juſpatronatus in hujuſmodi Eccleſia, propter quod ſolam habent facultatem præſentandi idoneos Presbyteros ab Epiſcopo inſtituendos. *Secundum*, quando ſolùm habent redditus temporales, & tunc eos tantùm in proprios uſus percipere poſſunt. *Tertium*, quando habent ſolam collationem, & tunc præter illam, nihil aliud in hujuſmodi Eccleſiis prætendere poſſunt. *Quartum*, quando Eccleſias habent *pleno jure, utrumque jus, tam conferendi, quàm redditus temporales percipiendi*, pertinet ad eoſdem. Atque ita poſt Abbatem reſolvunt omnes *in d. §. In Eccleſiis*, & *in cap. 1. de Capellis Monach. lib. 6.* ſubdiſtinguentes in hoc ultimo caſu, quod vel Religioſis *pleno jure* Eccleſia ſubjecta eſt, atque etiam populus; vel ſola Eccleſia, & non populus: in primo ſubdiſtinctionis membro fatentur, & collationem, & inſtitutionem, quam vocant authorizabilem, (per quam ſcilicet traditur animarum cura, juxta doctrinam Gloſſæ *in cap. Authoritate, de Inſtitutionibus*, quam *ibi* ſequuntur omnes communiter) ad ipſos Religioſos pertinere; non ita in ſecundo membro, quando ſola Eccleſia eis ſubjecta eſt, & non populus; quamvis enim fateantur collationem ad ipſos pertinere, negant tamen

tamen ad illos ſpectare traditionem curæ populi, in quem ſupponimus nullam habere poteſtatem, ſed ſoli Epiſcopo eſſe ſubjectum. Quæ diſtinctio licèt in omnibus aliis rectè procedat, in hoc tamen ultimo de inſtitutione authorizabili, nullo firmo ſubſiſtit fundamento, per ea, quæ dixi *de Offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 72. *num.* 185.

55. Hucuſque Barboſa *in d. cap. Quoniam, num.* 2. loco autem citato, *in fine*, quæ ſequuntur tradit, quæ adamuſſim reddam, ut melius tanti Doctoris mens percipiatur. Dicto enim *ibi, num.* 184. quod licèt Prælatis inferioribus competere poſſit ex privilegio, & ex præſcriptione immemoriali, jus inſtituendi, inſtitutione ſcilicet tituli collatoria, ſeu ex conſuetudine quidem, non tamen inſtitutione authorizabili, per quam cura populi traditur, & utroque juribus, & Doctoribus fulcito, ſic *num.* 185. proſequitur.

Verius tamen eſt, etiam inſtitutionem prædictam authorizabilem, præſcriptione acquiri poſſe, juxta principia in materia præſcriptionis, & quia nihil inconvenit, quod ſi Religioſi acquirunt Eccleſiam *pleno jure quoad omnimodam juriſdictionem*, poſſint etiam acquirere poteſtatem tradendi curam animarum, immò id clariſſimè videtur ſupponere textus *in Clementina* 1. *verſ. Quidam præterea, de Exceſſib. Prælat.* ut ibidem poſt Gloſſ. notavit Cardinalis *in princ. oppoſit.* 6. & poſt Abb. & Felin. *in d. cap. Auditis, num.* 8. Balb. *de Præſcript.* 1. *part.* 5. *quæſt.* 11. *num.* 6. Gilchen. *num.* 10. *dicto loco*, (*de Præſcript. part.* 3.) Nec obſtat textus *in d. cap. Cùm ſatis* (*de Offic. Archidiaconi*,) variè enim intelligitur à Doctoribus. Alii interpretantur de conſuetudine, vel præſcriptione non completa: alii diſtinguunt inter præſcriptionem, & conſuetudinem, ut in hac procedat *d. cap. Cùm ſatis*; in illa *d. cap. Cùm olim*, (*el* 18. *de Præſcriptionib.*) Alii, in præſcriptione ſine titulo, & bona fide. Sed faciliùs cum Innoc. Domin. Cardin. Felin. Balb. & Gilchen. *citatis locis*, poteſt reſponderi, ſolùm prohibere Sum. Pontificem *in dict. cap. Cùm ſatis*, conſuetudinem, ſeu magis præſcriptionem, per quam aliquis inferior intendit inſtituere in beneficiis nomine proprio, non ita ſi præſcribat nomine, & vice Epiſcopi, ut tanquam ipſius Vicarius faciat inſtitutionem, ut deducitur ex litera ejuſdem textus, ibi, *ſine licentia, & mandato Epiſcopi:* quæ verba oſtendunt, quod ſi præſcripſerit, ut faciat tanquam de mandato Epiſcopi, non eſſe prohibitum, juncta vulgari regula, quod omnia, quæ privilegio acquiri poſſunt, acquiruntur etiam præſcriptione, *cap. Super quibuſdam*, §. *Præterea, de verborum ſignificat.* cum ſimilibus, de quibus Gabriel *Commun. tit. de Præſcript. concl.* 1.

56. Idem Barboſa *in d. cap. Abbates* 3. *de Privileg. in* 6. *num.* 6. in verba Gloſſæ *ſuprà num.* 53. relata, ait: Dicuntur igitur Eccleſiæ ad aliquem pleno jure pertinere, quando *utroque jure*, id eſt, *in ſpiritualibus, & temporalibus eidem ſubjectæ ſunt*, ut per Rebuffum *in concord. tit. Forma mandati*, verbo *Plenum.* Azor *d. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 20. *quæſt.* 7. Card. Tuſch. *tom.* 6. *lit. P, concluſ.* 363. *num.* 3. Sayr. *de Cenſur. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 12.

57. Ipſe Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 58. *num.* 16. de hac loquens unione, ait: *iſtud verò dicitur beneficium de menſa Prælati, quod perpetuò incorporatum menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali*; & ideo nunquam vacat, neque in tali beneficio datur negligentia in proviſione. Gloſſ. verbo *de menſa, in d. Clement. unica, de Suppl. negl. Prælat.* Gonzalez *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 5. §. 6. *num.* 63. Farinac. *deciſ.* 204. *p.* 2. *recent.*

58. De eadem dixit Hoſtienſis *in Sum. lib.* 3. *tit. Ne Sede vacante, num.* 5. Secundò unitur ſic una Eccleſia alteri, ut ei ſubjiciatur *in ſpiritualibus, & temporalibus*, ita quod una ſit mater, altera filia.

59. Rebuffus *in Praxi, tit. de Vicariis perpetuis, num.* 6. dixit: Quando unio eſt *ad menſam* Capituli, vel Epiſcopi, poteſt deſerviri per Vicarium temporalem, per Gloſſ. in verbo *Ad menſam, Clement.* 1. *de Exceſſ. Prælat.* & Gloſſ. & DD. *in Clement.* 1. *de Reſcript.* & *in Clement.* 1. *de Suppl. negl. Prælat.* & Rota *deciſ.* 260. *in antiquis.* Et ſubjungit *num.* 7. *Ad menſam cenſetur unitum beneficium, quando ſpiritualia, &*

tempo-

temporalia ſunt annexa. Gloſſ. *verb. Ad menſam*; & DD. *in cap. Vt ſuprà, de rebus Eccleſ. non alienandis.* Et rurſus *num.* 8. ait, unitum eſſe beneficium *ad menſam* Abbatis, quando conceſſum fuit, ut is vivere poſſet cum ſuis Religioſis.

60. Paulus Layman *in Quæſt. Canonicis, quæſt.* 206. relatus ſuprà *num.* 35. ejuſdem unionis meminit.

61. Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.* 2. *num.* 3. etiam illius meminit, dicens: Secundò fallit (vacatio ſcilicet beneficii per mortem) ubi beneficium eſſet *de menſa* Prælati, Dignitatis, ſeu Capituli, nempe *quod eſt unitum eorum menſæ, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia.* Et rurſus *num.* 6. ibi: Et habet etiam locum *in beneficiis unitis menſæ, ſeu quoad ſpiritualia, & temporalia.*

62. Joan. Aloyſ. Riccius *in Praxi, reſol.* 293. *num.* 3. ſic *concl.* 2. reſolvit: Quando beneficium eſt unitum *menſæ* Abbatis, aut Monaſterii, aut Prælati, ſcilicet quia Abbas, aut Prælatus deſervit beneficio per ſe, aut per ſuos familiares, vel alios, & *ipſe percipit fructus beneficii in ſolidum, & ſolvit ſtipendia pro ſui libito ſervientibus*; tunc quia *beneficium cenſetur unitum in ſpiritualibus*, & Prælatus eſt verus Rector, & beneficium nunquam vacat; *poteſt Prælatus ipſe, Abbas, aut Abbatiſſa facere ipſi deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem*, ut per Gloſſam *in d. Clement.* 1. *verb. Ad menſam*, & *in Clement.* 1. *de Supplenda negligent. Prælat.* quam ſequuntur Imola, Cardinalis, & alii *ibi*, per Franchum, & Ancharanum, & Dominicum, *in d. cap. unico* (*de Capell. Monachor. in* 6.) per Abbatem, & Imolam *in d. cap. De Monachis*, & per Rebuffum ubi ſuprà (*in Praxi beneficiali, lib.* 1. *tit. de Vnionibus, à num.* 6.) meliùs etiam per eundem Rebuff. *in d.* §. *Quia verò, notab.* 5. *concl.* 2. *fol.* 372. (*in cap. Extirpandæ, el* 30. *de Præbendis.*) Idem *tract. de Congrua portione, num.* 32. Rota *in tit. de exceſſib. Prælat. deciſ.* 2. *aliàs* 273. *in novis.*

Hæc Riccius, poſtquam *n.* 2. *verſ. Pro parte*, dixerat *ex Clement.* 1. *de Exceſſib. Prælat.* ibi, *ad menſam*: & ibi, *ad firmam*; quando beneficia curata ſunt unita ad menſam Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati; ex eo ſcilicet, quia ipſi ſunt veri Rectores, & applicant ſibi, & menſæ ſuæ beneficii fructus, quod eſt unitum in ſpiritualibus, & temporalibus Monaſterio, & menſæ Prælati, nunquam vacant, & Prælatus poteſt aliis clericis beneficia illa concedere, ratione aliqua motus, non in perpetuum titulum: & ſic evidentiſſimè patet, quod poſſunt facere eis deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem, & non tenentur, nec poſſunt eis facere deſerviri per Vicarios perpetuos. Gloſſa, & Cardinalis, declarantes illam Gloſſam. Ergo & ita Monaſterium. Et *ex Clement. unica de Supplenda neglig. Prælat.* ait, illam apertè inſinuare, quod collatio, & devolutio in beneficiis unitis reſpectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis unitis menſæ Prælati, quæ nunquam cenſetur vacare: qui Prælatus eſt verus Rector, & ſic Vicarius potiùs appellabitur, quàm verus Rector: & in eo non habebunt locum, quæ in veris Rectoribus, & Vicariis perpetuis ſtatuta ſunt; & per conſequens Prælati poterunt deſerviri facere beneficiis per Vicarios ad nutum amovibiles; aliàs non eſſent ipſi veri Rectores, ſed ipſi Vicarii perpetui, quia Eccleſia non intendit habere duos veros Rectores, & immediatos, quemadmodum nec uxor duos maritos. Igitur & idem poterit facere Monaſterium. Hæc omnia Riccius.

Similem doctrinam tradit Flores de Mena *variar. qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. qui *num.* 18. ait: Quando beneficium eſt unitum *ad menſam Abbatis, aut Monaſterii, aut Prælati, ſeu præbendati* (ſcilicet quia Abbas, aut Prælatus *deſervit beneficium per ſe, aut ſuos familiares, vel alios, quos conducit, & ipſe percipit fructus beneficii in ſolidum, & ſolvit ſtipendia conventa pro ſui libito ſervientibus*) *tunc quia beneficium cenſetur unitum in ſpiritualibus, & Prælatus eſt verus Rector, beneficiumque nunquam vacat, poteſt Prælatus ipſe, Abbas, aut Abbatiſſa Monaſterii caput, facere ipſum deſerviri per Vicarium ad nutum amovibilem*, ut per Gloſſ. *in d. Clem.* 1. *verb. ad menſam, & in d. Clem.* 1. *de ſuppl. negl. Prælator. & in Clem.* 1. *de reſcript.* ſequutas per Imolam, Card. & alios 63. ibi,

ibi, Franc. & Anchar. & Dominic. *in d. cap.* 1. per Abb. & Imol. *in d. c. de Monachis*, per Rebuff. *ubi suprà*. Meliùs per eundem Rebuff. *in d. §. Quia verò, not.* 5. *concl.* 2. *fol.* 372. Idem *in tract. de Congrua portione*, *num.* 32. Ripa *in responso* 18. *num.* 4. *lib.* 2. Petr. de Perusio *in tract. de Unionib. Ecclesiar. cap.* 40. *num.* 5. Rota *in tit. de Excessib. Prælat. decis.* 2. *aliàs* 273. *in novis.* Et inferiùs *num.* 21. ipse Mena *concl.* 4. ait sic: Quando beneficium est unitum Monasterio *pleno jure, quoad curam animarum, & quæ ad eam pertinent, in spiritualibus, & temporalibus*, ... tunc etiam Prælatus potest facere deservire beneficium per Vicarium ad nutum amovibilem: licèt in hoc contrarium velint aliqui ex suprà citatis; sed certè falluntur, quia unio beneficii quoad jurisdictionem Episcopalem, impertinens est ad unionem *quoad curam animarum solùm*: nam dicta jurisdictio est extra curam, & potest quis esse verus Rector, & Curatus actu, & habitu, & non habere jurisdictionem Episcopalem. Unde si est verus Rector *in spiritualibus, & temporalibus*, non video, cur non possit deservire beneficio, vel per se, si potest; vel per Vicarium ad nutum amovibilem, ut benè advertit Imola *in d. cap. De Monachis*, *num.* 6. *de Præbend.* & noviſſimè Cavalcanus *in indice ad* 1. *part. Decisionum*, *lit. V*, *verb. Unio*, *num.* 15. & 16. Et statim subjungit *num.* 22. Immò, si vera loqui fas est, similis unio, *est unio ad mensam*; nam Monasterium, aut Prælatus est verus Rector, & gaudet, ut talis, beneficii fructibus, quos sibi applicat, beneficiumque nunquam vacat. Unde nulla ratio inveniri potest, quâ in modo serviendi eam distinguamus ab unione ad mensam.

64. Emman. Roderiq. *qq. Regular. tom.* 1. *quæst.* 17. *art.* 12. ita de Abbatissa ait: Abbatissa statim post confirmationem potest conferre Ecclesias, & beneficia, & instituere Clericos in Ecclesiis ad suum Monasterium pertinentibus, sicut faciunt alii Prælati, juxta ea, quæ dicuntur in jure, & tradit Glossa à Panormitano ibi approbata, ex qua elicit duo: Primum, quod Abbatissa est capax collationis beneficiorum, & sic potest habere jus conferendi, & instituendi: ista enim sunt jurisdictionis spiritualis, & non Ordinis. Unde Abbatissa potest habere sub se Clericos sæculares. Quod intellige de jure speciali; utputà, *si habeat Capellas ex privilegio, vel præscriptione pleno jure subjectas. Nam tunc Clerici illarum Capellarum illi subjiciuntur. Et dicitur pleno jure, videlicet in spiritualibus, & temporalibus*, prout explicat Glossa. Et quod dictum est, quod Abbatissa potest instituere Clericos, &c. aliqui limitant hoc verum de institutione, quæ dat possessionem, & titulum, non autem de institutione authorizabili, per quam datur potestas exercendi curam animarum, ligandi, atque solvendi, secundùm quod notat Panormitanus. Ratio est, quia ea, quæ pendent à potestate Clavium, non cadunt in mulierem, etiam aliàs habentem jurisdictionem spiritualem.

Dictam unionem agnovit Gordo- 65.
nus *lib.* 8. *quæst.* 4. *cap.* 4. §. 5. *num.* 21. *versic. Quæritur à multis*, ubi ait posse uniri Monasterio Monialium beneficium curatum, *in spiritualibus, & temporalibus*, ita ut Abbatissa exerceat curam animarum per Vicarium, quamvis non sit capax (inquit) jurisdictionis spiritualis, immediatè exercendo actum; tamen remotè, & veluti in habitu potest per potestatem nominandi Vicarium. Ita ille, cui consonat Riccius suprà, *num.* 62. ibi: *Potest Prælatus ipse, Abbas, vel Abbatissa, &c.* Flores etiam de Mena, idem dicens suprà, *num.* 63. Consonat etiam Hieronymus Roderiquez *in Compend. qq. Regular. resol.* 96. *n.* 10. ibi: *Sicut etiam Monasterio Monialium competit jus curæ animarum*; cujus licèt sint incapaces mulieres, quoad actuale exercitium; non tamen quoad habituale, seu quoad habitum potestativum instituendi viros capaces, quibus hæc cura committatur, ut determinavit Rota.

Noster Ascanius Tamburinus *tom.* 1. 66.
de Jure Abbatissarum, *disp.* 32. *quæst.* 12. plura ad rem præsentem docet. *Primum:* Si Monasteria Monialium habeant beneficium curatum unitum, Abbatissa potest de consensu sui Capituli Clericos instituere, & beneficia, ac Capellas conferre, ad instar aliorum Prælatorum, præsentando

scilicet

ſcilicet Epiſcopo Vicarium perpetuum, vel amovibilem, *ex cap. Noſtra, & cap. Noſcit, de his, quæ fiunt à Prælatis, & cap. dilecta, de Majorit. & obed.* &c. *Secundum:* Poſſe fœminam ratione dignitatis habere collationem beneficiorum. Plures adducit DD. & Rotam *deciſ...de conceſſione prabendæ, in antiquis. Tertium:* Inſtituere ea inſtitutione, quæ dat titulum, & poſſeſſionem; non autem inſtitutione authorizabili, per quam datur poteſtas exercendi curam animarum, ligandi, atque ſolvendi. Citat Emmanuelem *ubi ſuprà*, & Mirandam *de Sacr. Monial. quæſt. 6. art. 5. concl. 1. Quartum:* Habere ſub ſe Clericos, quatenus habeat ſub ſe *Capellas, ad ſe pleno jure ſpectantes.* Quod intelligit, quoad inſtitutionem tantùm, quæ dat titulum, & poſſeſſionem. *Ultimò* dicit: Qualis autem, & quanta ſit Abbatiſſarum, necnon Monialium in hac parte poteſtas, quoad collationem beneficiorum, præſentationem, & inſtitutionem, non ſolùm quoad Capellas, & beneficia ſimplicia, verùm etiam quoad Eccleſias Parochiales, patet *in Deciſionibus Ianuenſi Parochialis*, 13. *Martii* 1626. *coram Durano*; *& in eadem coram eodem*, 19. *Aprilis* 1627. *& in eadem coram eodem*, 3. *Aprilis* 1628. quæ habentur, inquit, inter noviter impreſſas ejuſdem.

67. Principale argumentum hujus ſecundæ ſubſectionis illuſtremus denique plurimis S. Rotæ Deciſionibus, in medium adducendo clauſulas earum, quæ illud demonſtrent. Quod Eccleſia Parochialis S. Ioannis civitatis Stellæ, unita ſit Abbati, & Conventui Monaſterii Hyrachenſis, *unione acceſſoria, & ſubjectionis, plenaria, ſeu jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, quoad curam animarum, ad menſam, & per viam incorporationis*, ſæpè ſæpiùs illud Sacrum Tribunal decidit, dixit, & diffinitivè pronunciavit. Coram Cardin. Seraphino *poſt meas qq. Paſtorales, deciſ.* 13. dixit 14. *Decembr.* 1598. *num.* 1. *Fuit concluſum curam Eccleſiæ Parochialis de Stella reſidere penes Abbatem de Hyrache. Primò enim pro hac parte facit donatio Regis Navarræ Sancii, qui conceſſit dictam Eccleſiam à ſe conſtructam in hæreditatibus propriis, Abbati, & Monachis de Hirache in perpetuum, cum decimis, & primitiis, ac oblationibus, & obventionibus ſuorum Parochianorum, integrè, & pacificè, ſine ſubjectione, & contradictione alicujus clericalis, aut ſæcularis perſonæ. Et Epiſcopus Pampilonenſis, ad inſtantiam Regis prædictam donationem conceſſit. Ex quâ colligitur, Eccleſiam fuiſſe pleno jure conceſſam Abbati, & Monaſterio de Hyrache.... Unde ſequitur, curam animarum ad eum ſpectare, qui percipit ea omnia emolumenta, quæ curam gerenti de jure competunt, ut penes eum ſit onus, penes quem eſt & commodum.* Plures alias adducit probationes ad demonſtrandam unionem plenariam, & curam dictæ Eccleſiæ penes illum Abbatem reſidere, & non penes Vicarium, nec penes Epiſcopum; ubi videri poſſunt, quia brevitati conſulens, & prolixitatem evitans, conſultò illas recenſere omitto; ſed non ſententiam in dicta cauſa latam, & per alias confirmatam, & executioni demandatam, quam per extenſum tradidi *in dictis Paſtoralibus, part. 4. quæſt. 6. ſect. 2. num. 9.* in quâ hanc inſertam fuiſſe clauſulam invenio: *Necnon declaramus, prædictum Abbatem, & Præſidentem, ac alios, qui pro tempore fuerint, & erunt prædicti Monaſterii, fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis: & illam fuiſſe, & eſſe unitam dicto Monaſterio, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare: ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dictâ Parochiali exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam majorem, ſeu Popularem celebrare, ac omnia jura Parochialia exercere, &c.* Sententiæ præcedentis confirmatoriæ, referuntur loco citato, poſt eam.

In eadem cauſa dictum eſt 28. *Februarii* 1660. *coram Card. Pamphilio, poſt dictas Paſtorales deciſ.* 14. *num.* 2. Aliud fundamentum, *quod per præfatam donationem non cenſeatur tranſlata cura animarum in Abbatem*, ſimiliter tollitur in deciſione (ſcilicet Cardinalis Seraph. *num. præcedenti* reddita,) *ex quo Eccleſia fuit pleno jure conceſſa Abbati.* Et in eadem *deciſ.* 15. *num.* 1. dictum eſt 23. *Iunii* 1603. *coram Coccino*: Quare non poterat dare de nullitate, *cùm cura ſit penes Abbatem, cujus Monaſterio Eccleſia eſt unita.* Et *in deciſ.* 16. 8. *Novembris* 68.

vembris 1602. *coram eodem*, fuit dictum *num.* 2. *Cùm Eccleſia ſit unita Monaſterio de Hyrache*, & Vicarius ipſe ſit amovibilis, non poteſt dare de nullitate, *cùm cura penes Monaſterium reſideat*, & ipſe nomine ipſius Monaſterii curam exerceat ad ejus libitum. Gloſſa *in Extrav. Execrabilis, &c.*

69. In nova cauſa Vicariæ dictæ Eccleſiæ S. Joannis de Stella, *coram Cerro*, dictum fuit, 16. *Iunii* 1642. *num.* 2. *Cùm enim dicta Eccleſia ſit unita Monaſterio B. Mariæ de Hyrache*, jus nominandi, ſeu deputandi Vicarium Eccleſiæ unitæ, ſpectat ad eos, quorum Eccleſiis reperitur facta unio... Et *num.* 3. Unio probatur ex donatione dictæ Eccleſiæ facta ipſi Monaſterio per Sanctium Regem Navarræ uſque de anno 1225... Licèt enim ex ſimplici donatione beneficii non inferatur ad unionem, ut advertit Rota *in Tarviſina Parochialis*, 1613. *coram Vbaldo*; quia tamen in hoc caſu, ultra plura adminicula, donatio concepta fuit *verbis ampliſſimis, & continet decimas, primitias, & oblationes, ac obventiones omnium Parochianorum, per neceſſe importat unionem*; cùm hæc omnia alio titulo obtineri non poſſint, ut per Vitalinum, &c. Habetur hæc deciſio poſt dictas Paſtorales *la* 17. Et *in deciſ.* 18. *coram eodem*, emanata 3. *Iunii* 1643. *num.* 1. dicitur, conſtare de bono jure Abbatis: *Quia Eccleſia S. Joannis reperitur unita Monaſterio B. Mariæ de Hyrache*, & in Eccleſiis unitis clara eſt diſpoſitio Conſtitutionis ſan. mem. Pii V. 47. *in Bullario novo*, quod jus nominandi Vicarium ſpectet ad eos, quorum Eccleſiis facta eſt unio. Et *in eadem cauſa*, 14. *Decembris* 1648. *in deciſ.* 19. *coram Ottobono*, dicitur lata ſententia per R. P. D. meum Cerro, ad favorem Abbatis, & Monachorum B. Mariæ de Hyrache, Ordinis S. Benedicti, quâ fuit pronuntiatum jus nominandi, deputandi, ſeu eligendi Vicarium pro Cura Eccleſiæ Parochialis S. Joannis oppidi de Stella, ſpectare, & pertinere *liberè*, *& pleno jure* ad ſupradictum Abbatem, tanquam Patronum, & Parochum ejuſdem Eccleſiæ: & in gradu appellationis .... dedi dubium, an ſententia Rotalis coram R. P. D. meo Cerro emanata, eſſet confirmanda, vel infirmanda? & Domini eſſe confirmandam cenſuerunt. Validitas non fuit in dubium revocata. Juſtitia verò ſententiæ deducitur ex unione Eccleſiæ Parochialis S. Ioannis de Stella Monaſterio B. Mariæ de Hyrache, de qua unione ampliùs dubitari non poteſt, cùm ſit canonizata per tres ſententias Rotales bon. mem. Coccini, Lancellotti, & Peniæ: ſtante verò unione, certum eſt, quod nominatio Vicarii Eccleſiæ unitæ, ſpectat ad Abbatem, & Monachos, &c. Et in eadem cauſa coram Meltio, *deciſ.* 20. ubi ſuprà, edita 26. Martii 1653 clariùs dicitur dictam unionem fuiſſe pleno jure ad menſam, per viam ſubjectionis, & incorporationis: *verſic. enim finali*, appellatur Regularis, ſicut in præcedenti coram Ottobono, *num.* 5. Fieri autem Regularis neutiquam potuit per unionem ſimplicem acceſſoriam. Ergo talis effecta fuit per plenariam, modo jam dicto. Verba utriuſque deciſionis reddo. Ottoboni iſta ſunt: Minùs obſtare poteſt prætenſum juſpatronatus Parochianorum S. Joannis de Stella, *quia cum agatur de Eccleſia Regulari*, Parochiani tenentur exhibere privilegium Apoſtolicum, ſine quo in Eccleſiis Regularium juſpatronatus non acquiritur, *cap. Nobis*, ubi Gloſſa, in verbo *Niſi aliter, de Iurepatr. &c.* Meltii autem, quæ ſequuntur ſunt: Et tanto magis DD. inclinarunt pro confirmatione præcedentium ſententiarum ad favorem Abbatis, & Monaſterii, quia ut ſuprà dicebatur, dicta Eccleſia S. Joan. de Stella, fuit mediante donatione liberè, & abſque reſervatione alicujus ſervitutis facta à Rege Sanctio, qui eam fundaverat, unita Monaſterio S. Mariæ de Hyrache: atque ita, *cùm hodie agatur de dicta Eccleſia pro Regulari habita*, præſentationes factæ à Parochianis, remanent deſtitutæ omni titulo, cùm prætenſum juſpatronatus non poſſit habere locum *in Eccleſia Regulari*, niſi quatenus doceatur de privilegio Apoſtolico, ſine quo illud non acquiritur, juxta *text. in cap. Nobis*, *&c.*

70. In Pampilonenſi Parochialis loci de Mendavia, pluries etiam dictum invenio, dictam Eccleſiam jure pleno quoad ſpiritualia, & temporalia ſubjectivè

jectivè, & acceſſoriè per viam incorporationis fuiſſe, & eſſe unitam eiſdem Abbati, Monachis, & Conventui Monaſterii Hyrachenſis. Videantur poſt Commentaria mea ad Conſtitutiones Apoſtolicas, Sacræ Rotæ deciſiones hîc citandæ, ex quibus clauſulas referam aliquas, quæ concluſionem demonſtrent, pluribus aliis omiſſis ob prolixitatem vitandam. In primis *coram Bevilaqua*, 19. *Ianvarii* 1663. ubi proximè, *deciſ.*2. *num.*1. ità lego: Cauſa ad hoc Sacrum Tribunal devoluta, & jure collitigantium ad examen deducto, ad favorem Abbatis hodie emanavit reſolutio, ſcilicet conſtare de illius bono jure. Et fundamentum hujus reſolutionis fuit, *quia Eccleſia Parochialis S. Ioan. de Mendavia, jam uſque de anno* 1408. *à Nicolao de Romero, tunc Adminiſtratore Apoſtolico Epiſcopatus Pampilonæ plenariè, & per viam incorporationis unita, & annexa fuit Monaſterio de Hyrach, cum omnibus pertinentiis ſuis, reſervata Vicario ibi reſidenti congrua per Abbatem dicti Monaſterii perſolvenda. Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari.* Felinus, &c... *Quodque penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura animarum, omniaque alia reſideant... Et n.* 2. dicitur: *De hac autem unione jure incorporationis, & ſubjectivè facta Monaſterio, abundè Domini apparere dicebant ex illis verbis*, ibi: Cum omnibus juribus, & pertinentiis præfato Monaſterio incorporamus, & perpetuò unimus, & concedimus: ita quod liceat per vos, vel per Procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis Eccleſiæ, jurium, & pertinentiarum prædictorum authoritate propria apprehendere, ac fructus, & redditus in uſus Abbatiæ, & Conventus convertere; reſervata tamen de Eccleſiæ fructibus, redditibus, & proventibus pro Vicario ibidem inſtituendo congrua portione.... Et *num.* 4. At omnis difficultas removetur ex aliis in præſenti caſu concurrentibus, quæ excludunt perpetuitatem Vicarii, & oſtendunt illum verè eſſe nutu amovibilem. Et primò, quia *agitur de Eccleſia Regulari ratione unionis Monaſterio factæ*, in qua de jure deputantur Vicarii amovibiles, &c. Notetur circa clauſulam *de Eccleſia Regulari*, quod modò *num.* præcedenti dixi.

In eadem cauſa, 27. Junii 1664. dictum fuit *coram Ninot, in deciſ.*3. *poſt dicta comment.* ad probandum ſententiam latam in ea ad favorem Abbatis, & contra Vicarium, eſſe juſtam: Cùm enim *Parochialis Eccleſia de Mendavia*, cui eſt annexa illa de Legarda, *fuerit ſubjectivè, & pleno jure unita Monaſterio Hyrachenſi, penes quod propterea dicitur tranſlata cura animarum*, exercenda per Vicarium ad nutum amovibilem, non autem perpetuum, Lotterius *de re benefic. lib.*1. *quæſt.*33. *n.*93. Gonz. *ad reg.*8. *gloſ.*5. §.3. *num.* 14. *& ſeqq.* Hojeda *de Incomp. benef. cap.*15. *p.*1. *num.*4. Garc. *de benef. p.*11. *cap.*2. *num.* 3. Petr. de Murga *qq. Paſtor. p.*2. (*quæſt.* 2.) §.7. *num.*15. &c. Et infrà, *num.*4. dicitur: *Hanc autem plenariam, & ſubjectivam unionem, tam quoad temporalia, quàm quoad ſpiritualia, Domini reſultare dicebant ex illis verbis*, Cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, *ſub quibus non ſolùm temporalia, ſed etiam ſpiritualia continentur.... Sed etiam ex ſubſequentibus*, ibi: Ita quod licèt per vos, vel per Procuratorem veſtrum, &c. ut ſuperiùs *n.*70. *Quæ clarè demonſtrant, ſpirituale principaliter fuiſſe conceſſum, & deinde temporale per viam acceſſionis, mediante dictione*, Ac, *de cujus natura eſt adjicere ad præcedentia, l. Ea tamen adjectio, ff. de Legatis* 3. Barboſa *dict.*110. *num.*33. 71.

In eademmet cauſa, *die* 11. *Martii* 1667. *coram D. meo Ottalora, deciſ.*5. *poſt dicta comment.* plura ad intentum dicuntur. In primis *num.*2. *Nam unio Eccleſiæ S. Ioan. de Mendavia fuit facta Monaſterio quoad ſpiritualia, & temporalia, ut ex verbis petitionis comprehenditur*, ibi: Parochialem Eccleſiam vacantem per liberam reſignationem Sancii, *quæ reſpicit titulum. Quia poſſeſſio bonorum nunquam vacat, ſed ſemper reſidet penes Eccleſiam.* Natt. *conſ.*562. *num.*11. *&* 12. *lib.*2. Rota *deciſ.*19. *num.*12. *part.*2. *diverſor. Quibus conveniunt ſequentia:* Dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & unire dignaremur. *Quæ demonſtrant petitam* 72.

unionem

unionem fuiſſe acceſſoriam, per viam incorporationis, & ſic cum ſuppreſſione tituli. Hojeda, &c. *Petitioni adſtipulatur conceſſio*, ibi: Præfatam Parochialem Eccleſiam, ſicut præmittitur vacantem. *Ubi Papa Parochialem conceſſit; quæ conceſſio comprehendit curam, & ſpiritualia, cùm Parochialitas nihil aliud ſit, quàm cura animarum.* Puteus *diverſor. deciſ.* 52. *n.* 38. & 39. & coram Coccino *deciſ.* 454. *num.* 5. *Adduntur etiam verba illa*, Cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis: *quæ comprehendunt curam animarum, jura Parochialia, cæteraquæ ad Eccleſiam unitam ſpectantia.* Innocentius, &c. *Et important, quod unio ſit facta acceſſoriè, etiam quoad ſpiritualia.* Murga *Quæſt. Paſtor. part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *n.* 7. Rota *coram Merlino deciſ.* 115. *num.* 6. *verſ. Præterea, & coram Cavalerio deciſ.* 599. *num.* 3. & 4. *& in recentior. deciſ.* 630. *num.* 24. *p.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 21. *num.* 6. *& num.* 7. *dicitur quod ſub dictis verbis, venit etiam* jus *deputandi Vicarium ad nutum amovibilem.* Et *in Mindonienſi Parochialis, coram R. Conchenſi*, poſt Murgam *deciſ.* 29. *ſub num.* 11. *Et plenè firmatum fuit in deciſionibus in hac cauſa emanatis* 19. *Ianuarii* 1663. §. *De hac autem, coram R. P. D. meo Bevilaqua, &* 17. *Iunii* 1664. §. *Hanc autem, coram Reverend. Gerundenſi* (de quibus ſuprà, *num.* 70. *&* 71.) *Fortiùs dum in unione dicitur:* Præfato Monaſterio authoritate noſtra in perpetuum incorporamus; *quod oſtendit unionem eſſe acceſſoriam, & extinctivam tituli, cum tranſlatione jurium etiam ſpiritualium in Monaſterium, cui facta eſt unio, ut declarant* Garcia *de benefic. p.* 12. *c.* 2. *n.* 55. Caſtrus Palaus *Oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 11. Murga *Quæſt. Paſtor. part.* 2. *quæſt.* 2. §. 7. *num.* 35. *in fine, fol.* 72. *& part.* 4. *quæſt.* 1. *ſect.* 3. *concl.* 2. *num.* 7. *in fine, fol.* 186. *&c. Idem etiam patet ex eo, quod in unione ſequentia leguntur:* Ita quod liceat per vos, &c. ut *num.* 70. *&* 71. præcedentibus: *ita ut importet pleno jure, & ſubjectivè unire, & incorporare Eccleſiam Parochialem menſæ Monaſterii, tam quoad temporalia, quàm ſpiritualia; & conſecutivè dare facultatem poſſidendi jura parochialia, ejuſque fructus ratione Parochialitatis unitæ.* Cavalerius, &c.

73. In eadem Pampilonenſi jurium Parochialium de Mendavia, poſt tres ſententias conformes, à S. Rotâ latas ad favorem Abbatis de Hyrach, commiſſa per Signaturam cauſa R. P. D. Albergato, *die* 13. *Maii de anno* 1669. & à Rota reſoluto, conſtare de tribus, *in deciſ.* 6. *poſt Commentaria*, ſequentia dixit: *Validitas, & conformitas ſententiarum non fuit in controverſiam deducta. Iuſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, unionem Parochialis S. Ioan. de Mendavia, factam Monaſterio de Hyrach, fuiſſe plenariam, extinctivam, & per viam incorporationis. Ideoque Abbatem dicti Monaſterii eſſe verum Rectorem Eccleſiæ unitæ; Vicarium verò ab eo deputatum, eſſe nudum miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amovibilem, juxta magiſtralem Gloſſam in Clem. unica*, verbo *Ad menſam, in fine, verſic. Aut jure pleno, de Exceſſibus Prælatorum, &c.* Vide alia ad intentum *ibi* dicta, & ſuprà *num.* 50. recenſita.

In alia *Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, ſæpiſſimè etiam dixit S. Rotâ, Eccleſiam Parochialem illius loci, *jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia, in his, quæ concernunt curam animarum, eſſe unitam Monaſterio S. Salvatoris de Urdax, Præmonſtratenſis Ordinis*; licèt non ita expreſsè in unis, ac in aliis deciſionibus, quas poſt dicta mea Commentaria per extenſum tranſcripſi *à pag.* 36. *coram R. D. Veroſpio*, 3. *Martii* 1664. *deciſ.* 10. 16. *Iunii ejuſdem anni, deciſ.* 11. & expreſsè 28. *Novembris ipſiuſmet anni, deciſ.* 12. *n.* 2. ibi: *Cùm enim Parochialis Eccleſia fuerit pleno jure, nedum ſcilicet temporalis, ſed etiam ſpiritualis reſpectu, annexa Monaſterio*, ut deciſiones præcedentes editæ abſolutè convincunt, *titulus beneficialis ſuppreſſus evaſit, ita ut Cura illa abſque ſpe vacationis, penes Abbatem, ac Monachos continuò cenſeatur reſidere*, ex doctrina Gloſſæ communitur recepta, *in Clement.* verbo *De menſa, de Supplenda neglig. Prælat. &c. Coram D. Otalora*, 24. *Aprilis* 1665. *deciſ.* 13. *num.* 2. ibi: Cùm ſtent inſimul *unio Parochialis pleno jure ad Monaſterium*, & juriſdictio Epiſcopi, ut in terminis notarunt Imola *in cap. de Monachis, num.* 6. *de Præbend.* Rebuff. *in Praxi benefic. p.* 1. *tit. de Unionib. benefic. gloſſ.* 11. *num.* 13. & rectè explicat

74.

cat Flores de Mena *variar. quæſt. tom. 1. quæſt. 10. num. 1.* Riccius *in Praxi variar. reſol. tom. 1. reſol. 293. num. 4. verſ. Quarta concl.* Petr. de Murga *Quæſt. Paſtor. part. 1. quæſt. 2. diviſ. 1. num. 47. & 19. Iunii 1665. in deciſ. 14. num. 7. coram eodem*, firmata etiam fuit concluſio, ibi: *Dum conſtabat Parochiam, de qua agimus, fuiſſe pleno jure unitam Monaſterio, ut ex lectura ſecundæ deciſionis manifeſtè conſtat.* Et rurſus *19. Iunii 1665. deciſ. 15. coram eodem*, ſic dicitur *num. 1.* Domini confirmarunt ſententiam latam à R. P. D. meo Veroſpio, ſuper jure competente Abbati S. Salvatoris de Urdax, Ordinis Præmonſtratenſis, deputandi ad libitum Vicarium Regularem, ſeu ſæcularem ad nutum amovibilem, *pro ſervitio curæ animarum Parochialis Eccleſiæ de Elizondo ejus Monaſterio pleno jure in ſpiritualibus, & temporalibus unitæ.* Et infrà *num. 3.* ibi: *Et ſatis eſt, ut Eccleſia Parochialis ſit unita ejus Monaſterio pleno jure in temporalibus, & ſpiritualibus, quoad curam animarum, licèt non ſit unita quoad juriſdictionem Epiſcopalem, cùm ſtent inſimul unio Parochialis pleno jure apud Monaſterium, & juriſdictio Epiſcopi.* Et in eadem cauſa dictum fuit *coram D. Cerro, 7. Iunii 1666. deciſ. 16. num. 2.* Juſtitia verò reſultat ex pluribus deciſionibus in cauſa factis, ... in quibus *cùm plenè firmatum fuerit, curam animarum & Parochialitatem Eccleſiæ oppidi de Elizondo, eſſe unitam pleno jure, tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, Monaſterio de Urdax*, utique ad ejus Abbatem ſpectare debet jus deputandi Vicarium, qui curam ibi exerceat, ut *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 16. Iunii 1642. coram me.* In eadem cauſa coram eodem, *deciſ. 17. num. 5.* ſic dicitur: Reſultat quoque ex prædictis, & infrà ſcriptis ſolutio alterius partis dubii concernentis remotionem Vicarii: *Subſiſtit enim, quod unio Parochialis Elizondi Monaſterio facta, eſt plenaria, quoad ſpiritualia ſcilicet, & temporalia.* Quo caſu Abbas ad libitum ſuæ voluntatis poteſt Vicarium ab ipſo nominatum amovere. Hæc ibi, & plurima adducuntur inducentia dictam unionem eſſe plenariam.

75. In Ulyſbonenſi Juris conferendi, edita eſt deciſio 2. *Decembris 1605. coram Litta, la 7. poſt meas qq. Paſtoral.* in qua *num. 1.* reſolutum fuit, Eccleſias Territorii de Alcobatia, ad Monaſterium de Alcobatia ita ſpectare, ut in eis non ſit locus concurſui. *Quia quando Eccleſia Parochialis* (ibi dicitur) *eſt ſubjecta Monaſterio, aut annexa, vel de ejus menſa, tunc non eſt locus decreto Concilii Tridentini*, ſeſſ. 14. cap. 18. de reformat. Sed Monaſterium nominat, Epiſcopus verò ſine concurſu approbat... *Eccleſiam autem eſſe ſubjectam Monaſterio, aut annexam, aut de menſa, non eſt neceſſe probare per inſtrumentum unionis, vel annexionis; ſed poteſt etiam probari per alia ſigna, & argumenta, ut fuit deciſum in cauſa Pampilonenſi de Stella, 14. Decembr. 1598. coram Illuſtriſſ. Card. Seraphino.* (De qua *ſuprà, num. 67.* & idem fundatur ſatis doctè, & prolixè in aliis deciſionibus, de quibus ſuprà, maximè *in d. D. Cerri, ultimò num. 74. recenſita*, & etiam *in Ulyſbonenſi* ſtatim referenda.)

In alia Ulyſbonenſi Juris conferendi, edita 13. *Iunii 1607. coram Card. Lancellotto, la 8. poſt dd. qq. Paſtorales*, dictum fuit: Cùm Monaſterium perpetuò perceperit decimas totius Territorii, cùm congruam Vicariis ab eo præſentatis ſolverit, *ſequitur, quod hujuſmodi Eccleſiæ ad ipſum Monaſterium ſpectare, & de illius menſa eſſe dicantur.* Et aliquibus adhibitis probationibus, addit: *Et quod Eccleſia non eſt de per ſe ſtans, ſed de menſa Monaſterii*, ut *in cap. 1. de Capell. Monach. lib. 6.* Felinus *in cap. Ex parte, el 2. num. 2. de reſcript.* Et inferiùs infert *eſſe de menſa*, ex pluribus ſimul ſumptis, videlicet ex dominio Territorii, perceptione decimarum, præſentatione Vicariorum, & ex congruæ ſolutione. 76.

Item *in una Ulyſbonenſi Concurſus, 1. Iunii 1615. coram Remboldo, la 9. poſt dd. Quæſt. Paſtoral. num. 2. ad finem*, dicitur: Vnde cùm tam ex literis Clementis VI. quàm etiam Sixti IV. Summi Pontificis, *evidenter appareat, beneficium, de quo agitur, fuiſſe Canonicatui Ulyſbonenſis Eccleſiæ perpetuò unitum, neceſſariò ſequi videbatur, quod omne jus, tam ſpirituale, quàm temporale ejuſdemmet beneficii, fuerit in Canonicatum tranſlatum.* 77.

Divisio II.

De cauſis efficientibus Vnionem beneficiorum, & Eccleſiarum.

78. Duplex genus cauſarum Unionum beneficiorum, & Eccleſiarum, diſtinxi in Quæſt. Paſtoralib. *part.* 2. aliud cauſarum efficientium, de quibus egi *quæſt.* 3. & aliud cauſæ finalis, ſeu motivæ, de quo *quæſt.* 4. Eandem diſtinctionem, eumdemque ſtylum, in præſentiarum ſervare intendo; ampliùs tamen exornatum, & illuſtratum, novis adhibitis doctrinis, textibus Canonicis, deciſionibus, & aliis utilibus, & neceſſariis.

Pro prima efficienti cauſa, univerſali quidem, & æquivoca pro omni beneficio, & dignitate Eccleſiaſtica, & pro omni Chriſtiano Orbe, Summum Pontificem, legitimum Apoſtolorum Principis ſucceſſorem, & Chriſti Domini noſtri Generalem Vicarium, aſſignavi *d. quæſt.* 3. *num.* 1. ubi allegavi Petr. Greg. *de Benefic. c.* 20. *de Vnione*, *num.* 6. Cafarellum *lib.* 2. *Erothematum Juris Canonici, tract.* 19. *fol.* 40. Laymanum *lib.* 4. *tract.* 2. *c.* 9. *n.* 3. Leſſium *in Auctario*, verbo *Beneficium, caſu* 28. Azorium 2. *p. lib.* 6. *c.* 28. *quæſt.* 6. Baunyum *in Praxi benefic. diſp.* 8. *quæſt.* 3. Palaum *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 2. *num.* 1. Hojedam *de Incompatibilit. benefic. c.* 2. *num.* 7. & Garciam *de benefic. p.* 12. *c.* 2. §. 1. *n.* 60. & 61. Ex quo addo Rebuff. *in Praxi, tit. de Vnionibus, num.* 22. 23. & 25. Duarenum *lib.* 5. *cap.* 9. Lancellot. *Inſtit. lib.* 2. *tit. de Vnione*, §. *Non tamen*, Cenedum, plures referentem, *collect.* 87. *ad Decretales*, *n.* 1. Caccialupum *tract. de Vnionibus*, *art.* 3. *n.* 1. & *art.* 4. *num.* 1. *ad* 2. & Peruſium *tract. de Vnione Eccleſiar. cap.* 4. *num.* 2.

79. Probatur primò *ex cap. & temporis qualitas*, 16. *quæſt.* 1. cujus Summa hæc eſt: *Duos Epiſcopatus in unum redigere Apoſtolica poteſt authoritas.* Textus autem: *Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitat, ut Cumanam, atque Muſſitanam unire debeamus Eccleſiæ.* Secundò, *ex cap. Sicut unire, el* 8. *de exceſſib. Prælator.* ubi Cœleſtinus III. ait: *Sicut unire Epiſcopatus, atque poteſtati ſubjicere alienæ ad Summum Pontificem pertinere dignoſcitur: ita Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis unio, & ſubjectio earumdem.* Ubi Gloſſa *in figuratione caſus*, inquit: *Nota, quod unio Epiſcopatuum ad ſolum Papam pertinet.* Tertiò, *ex cap.* 2. *de Præbendis in* 6. ubi Clemens III. dixit: *Licèt Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio ad Romanum noſcatur Pontificem pertinere.* Quartò *ex Clem. Si duobus, in fine, la* 1. *ut lite pendente*, ibi: *Salva tamen in præmiſſis omnibus Romani Pontificis poteſtate, ad quem Eccleſiarum, perſonatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, plena, & libera diſpoſitio, ex ſuæ poteſtatis plenitudine noſcitur pertinere.*

Legatus à latere Papæ in Provincia, in quam ab eo miſſus eſt, uniones Eccleſiarum inferiorum, & beneficiorum facere poteſt. Iſta Petr. Gregor. & Cafarellus *locis citatis*, Vivian. *in Praxi Iuriſpatr. part.* 3. *lib.* 14. *cap.* 15. *num.* 3. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 66. *num.* 12. Sanchez *Oper. Moral. tom.* 3. *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 158. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 7. Palaus *loco citato, n.* 15. Baunyus *citata quæſt.* 3. Layman. *d. num.* 3. & *num.* 6. Gordon. *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. §. 3. *verſ. dicendum tertiò*, & Garcia *num.* 65. quos recenſui, & fui ſequutus *dict. quæſt.* 3. *n.* 2. Libet Garciam *d. num.* 65. recenſere. Similiter etiam Legatus à latere (inquit) qui eſt major Epiſcopo, & omnia poteſt in ſua Provincia, quæ Epiſcopus in ſua diœceſi, ut ſuprà dictum eſt, 1. *part. cap.* 5. *num.* 183. poteſt ex cauſa rationabili, & legitima unire beneficia ſuæ Provinciæ, quæ conferre poteſt. Rota *deciſ.* 459. *in antiquis*, *alias* 3. *de Offic. Legati*, & *deciſ.* 1. & 2. *eod. tit. in novis.* Ægidius *deciſ.* 512. Abb. *in cap. fin. de Confirm. utili*, & ibi Decius *à num.* 19. idem Abb. *in cap. Sicut unire, num.* 5. & 6. Rebuff. *in Praxi*, *d. tit. de Vnione*, *num.* 24. & *in regul. de Vnion. gloſ.* 11. *num.* 13. & *in repetit. d.* §. *Qui verò*, *d. notab.* 3. *verſic. De jure autem*, Gambarus *ſuprà* (*de Officio Legati, lib.* 5. *rubr.* 1. *de poteſt. Legati in uniendo*) *à n.* 42. Petr. Gregor. *ſuprà*, Hojeda *d. n.* 7. Cuchus *in Inſtitut. majorib. lib.* 2. *tit.* 5. *à n.* 87. *Practicabilia Rotæ*, *ſup. n.* 12. Petr. de Peruſio *c.* 4. *num.* 3. & Caccialupus *art.* 5. 2. *quæſt. ex num.* 2. qui tamen videtur remanere dubius. Villadieg. *de Legato*, *quæſt.* 9. *à n.* 82. & Azor 2. *p. lib.* 5. *c.* 29. *quæſt.* 14. & *ſeq.* & *lib.* 6. *c.* 28. 80.

cap. 28. quæſt. 8. & Ugolin. (*de offic. Epiſc.*) *d.cap. 52. §. 1. ſub num. 1.*

81. Conſultò dictum eſt, *Legatus à latere*, quia qui non eſt à latere, uniendi non habet facultatem, uti Gordonus *loco cit.* Palaus *num. 16. verſ. Dixi hanc poteſtatem*, cum Sanchez *d. num. 158.* & Garcia *num. 66.* dicens: Quamvis Legatus non à latere, ex quo non poteſt conferre beneficia, *cap. 1. de Offic. Legati, in 6.* non poſſit etiam illa unire: nam qui non poteſt conferre, non poteſt unire. Caccialupus *art. 3. num. 12. & 14.* Petr. Gregor. & Practicabilia Rotæ *num. 9. ubi ſuprà*, & alii. Conducunt dicta in ſimili de Penſione, *ſuprà d. 1. p. cap. 5. num. 286.* licèt contrà teneat Villadiego *ſuprà, num. 87.*

82. Tertiò Archiepiſcopus in Diœceſi ſua uniones beneficiorum facere poteſt, & Eccleſiarum. Petr. Greg. *num. 6.* Barboſa *n. 13.* cum Mar. Socin. *in d. cap. Sicut unire, art. 3. quæſt. 4. num. 35.* Rebuff. *d. tit. de unionib. n. 29. & 30.* Hojeda *p. 2. cap. 3. num. 7.* Azorio *d. cap. 28. quæſt. 7.* & Sanch. *d. c. 29. num. 156.* Gordonus *d. c. 4. §. 2.* Palaus *d. num. 1.* & ego ipſe *d. quæſt. 3. num. 3.* ubi addidi, non habere poteſtatem uniendi Eccleſias, nec beneficia, in Diœceſibus ſuffraganeorum exiſtentia: quod etiam docent Barboſa *d. num. 13.* & Palaus *d. num. 17.* & alii citati. Et ratio eſt, quia illæ Eccleſiæ, & beneficia, non ſunt Archiepiſcopo ſubjecta, niſi in caſibus in jure expreſſis, de quorum numero poteſtas uniendi non eſt. Et quia hæc poteſtas eſt juriſdictionis ordinariæ poteſtas, quam Archiepiſcopus in beneficia Suffraganeorum non habet, & colligitur *ex d. cap. Sicut unire, de Exceſſ. Prælator.* ubi aſſenſus, vel confirmatio Metropolitani de unione beneficii ſuffraganei, nullius putatur conſiderationis. Ita pro certo tenet Palaus cum Abbate *d. cap. Sicut unire, num. 4.* Rebuffo *d. num. 29. & 30.* Azorio *d. quæſt. 7.* Hojeda *2. p. cap. 3. num. 7.* & Sanch. *d. num. 156.* Quæ de Archiepiſcopo dicta ſunt, de Patriarcha, & Primate dicta eſſe ſcias, in quo cùm eadem militet ratio, eadem etiam militare debet doctrina.

83. Quartò, licet Epiſcopo Eccleſias, & beneficia ſuæ Diœceſis unire. Sic Barboſa *alleg. 66. num. 3.* Gavantus *in R. P. de Murga tract. de Benef. Manuali Epiſcop. verbo Beneficiorum unio, num. 7.* Petr. Greg. *d. num. 6.* Vivianus *ubi ſup. n. 30.* Leſſius *caſu 26.* Sanchez *num. 147.* Azor. *quæſt. 6. verſ. Epiſcopus*, Palaus *d. §. 2. num. 2. & ſeqq.* Layman *d. num. 3. verſ. Secundò*, Cafarellus *loco cit.* Gordonus *d. cap. 4. §. 2.* Garcia *num. 62.* cum Abb. & aliis *in cap. Conſultationibus*, Rota *deciſ. 1. & 2. de Offic. Legati, in novis*, Caccialupo *art. 2. quæſt. 5. num. 18.* Peruſio *cap. 4. ex num. 21.* Rebuffo *d. tit. de Unio n. num. 22. & in repetit. d. §. Qui verò, 4. præmiſſo, & notab. 3. verſ. de jure autem.* Gambara *d. lib. 5. rubr. 1. num. 35.* Mandoſio *tit. de unione*, Duareno *d. lib. 5. num. 9.* Hojeda *d. num. 7.* Lancellotto *d. §. Non tamen*, Fuſco *de Viſitatione, lib. 2. cap. 2. num. 19.* Navarro *conſ. 9. num. 1. de Offic. Ordinarii, & 20. de Præbend. & 15. num. 1. de reb. Eccl.* Practicabilib. Rotæ *cap. de Vnione, à num. 10.* Rota *deciſ. 133. num. 5. p. 2. diverſor.* & cum Ugolino *de Offic. Epiſc. cap. 52. in princ. §. 4. num. 1.*

Probatur I. *ex cap. Sicut unire*, cujus verba recenſui *num. 79.* II. *ex cap. Expoſuiſti, el 33. de Præbend.* ibi: *Si evidens neceſſitas, vel utilitas exigat, præbendas Eccleſiæ tuæ poteris de Capellis in perpetuum annectendis eiſdem (ſicut diſcretione prævia expedire videris) augmentare.* III. *Ex cap. Paſtoralis, el 7. de Donat.* ibi: *Si Epiſcopus Eccleſiam illis conferat de conſenſu patroni, profectò patronus, quod ſuum eſt, conferre videtur, jus videlicet patronatus, & Epiſcopus quod temporaliter obtinet in eadem: ut ſi fructuum ejuſdem Eccleſiæ aliquam recipiat portionem, in eorum uſus illa portio convertatur. Quod ſi ex ipſius proventibus nullam debeat portionem habere, omnes proventus, præter Cathedraticum, in eorum uſus credimus convertendos.* IV. Probatur *ex Clement. Ne in agro Dominico, §. Ad hæc, la 1. de Statu Monachor.* ibi: *Locis aliis vicinioribus ad eorum Monaſteria pertinentibus, vel ipſorum Monaſteriorum officiis, aut inter ſe invicem, prout erit commodius, cum conſilio, & aſſenſu Abbatum, per locorum ipſorum Ordinarios uniantur.* Hactenus dicta procedunt de jure antiquo. 84.

Poterat unire Epiſcopus beneficia ſuæ diœceſis, ſed non omnia. Garcia *num. 63.* cum Oldrado *conſ. 262.* 85.

num.2. & ex S. Congr. Concilii, *ſuper cap.18. ſeſſ.23. de reformat.* declarante: *Concilium non decernit, ut omnia beneficia ſimplicia uniantur Seminario, ſed aliquot: ideo unio facta omnium beneficiorum, non valet, ut aliàs decrevit Congregatio.* Addo Pacem Jordanum *tom.2. de Re beneficiaria, lib.10. tit.32.n.48.* declarationem S. Congregationis tradentem, & dictum Oldradum allegantem, inibi dicentem, invalidam eſſe unionem decem beneficiorum Parochialium, eo quòd ſit nimis diffuſa, & cedat ad everſionem quaſi totalis collationis Epiſcopalis. Illos recenſui, & fui ſequutus *in Paſtor.p.2.q.3. num.16.* Poſſunt tamen plures Eccleſiæ, ſeu beneficia uniri uni. Garcia *num.64.* cum Caccialupo *art.4.quæſt.12.*

86. Poteſt Epiſcopus confirmatus, & nondum conſecratus uniones facere. Ratio, quia unire, actus eſt juriſdictionis. Barboſa *alleg.66. num.3.* cum Marian. Socin. *in d.c. Sicut unire, art.3. num.53. & 54. quæſt.10.* Palaus *diſp.6. punct.12. §.2. num.18. in fine*, Sanch. *d. num.147.* Gordonus *d. §.2. verſ. Reſpondeo.* Ego ipſe *d. quæſt.3. n.5.* Quod unire actus ſit juriſdictionis, patet *ex d. c. Sicut unire*, juncta Gloſſa verbo *Attentare.*

87. Poterat olim Epiſcopus Eccleſiam unire ſæcularem Eccleſiæ ſæculari, aut Regulari. Barboſa *num.4.* per Gloſſam *in Clement. 2. de rebus Eccleſ. non alienand.* verbo *Denotentur*, Card. *ibi in princ.num.4. not.4. & num.11. quæſt.7.* Anchar. *num.3.* Marian. Socin. *in d.c. Sicut unire, art.4.q.4.num.61. & 62.* Imolam *in d. Clement. n.2. & 3. not.2.* & Bonifac. *num.3.* Calderinum *conſ.5. num.1. de reb. Eccleſ. non alienan.* Selvam *de benefic.p.3.q.11. num.126.* Azorium *d.c.28. quæſt.19.* & DD. *in c. Conſultationibus.* Palaus *num.6.* Gordonus *loco cit.* ego ipſe *num.6.* Et expreſsè conſtat *in d. Clement.*

88. Poteſt unire beneficia ad Papam devoluta per negligentiam. Barboſa *num.5.* cum Butrio *in d. c. Sicut unire, num.10.* Abb. *ibi, num.6.* Anchar. *n.5.* Marian. Socin. *ſen. à num.67.* Boërio *deciſ.346. ad fin.* & Azorio *d.c.28.q.15.* Vivian. *de Iurepatr.p.3. lib.14.c.15. num.41.* Gavant. *d.* verbo *Beneficiorum unio, num.10.* Sanchez *num.149. in d. c. Sicut unire, num.10.* qui tamen *num.4.* limitat in caſu devolutionis ob propriam ipſiuſmet Epiſcopi negligentiam. In pœnam enim iſtius videtur, non ſolùm proviſio, ſed quælibet beneficii diſpoſitio interdici, ne videatur unione proviſionem ſibi interdictam compenſare. Sic ille ex Rebuffo *in Praxi, tit. de Devolut. n.31. & Praxis Epiſc.2.p.verbo Unio, §.8.* Layman. *ſuprà, num.3. verſ. alia verò.* Pax Jord. *ſuprà, num.33.* Garcia *d. c.2. n.92.* cum Rota *deciſ.4. & 6. de Reb. Eccl. non alien. in antiq.* Cardinali *in d. Clem.2. de Reb. Eccl. non alien. quæſt.6.* Francho *in cap. Si tibi abſenti, num.11. de Præb. in 6.* Felin. *in cap. In noſtra, de reſcript. conſ.27.* Staphileo *de literis gratiæ, 2.forma mandati, n.7.* Selva *3. p. q.11. num.26. qualitate 14.* Ænea de Falcon. *de Reſervation. quæſt.4. principali, effectu 23.* Mandoſio *regula 11. quæſt.5. num.3.* Granutio *ad Simonetam, de Reſervation. q.3.* Zerola verbo *Unio, §.7. dub.1.* ſic intelligendo *2. dub. ſeq. & 2. p. eod. verbo, §.8.10. & 16.* Practicabilibus Rotæ *c.de unione, num.12.* & cum Hojeda *de Incompatibilit.p.2. c.3. num.7. & 22.* Ego ipſe *d. q.3.num.7.* Et ratio eſt, quia alio jure unitur, & alio confertur beneficium. Et quia devolutio, & reſervatio non impediunt fieri unionem per Ordinarium, ſed ſuſpenditur unionis effectus pro tempore, quo proviſus à Papa vixerit, aut donec beneficio privetur.

89. Sed eſt advertendum, quod reſervatio duobus fieri poteſt à Papa modis. *Primò*, ut ſolùm collationem beneficii ſibi reſervet. *Secundò*, quamcumque beneficii diſpoſitionem auferendo ab Epiſcopo, uti diſtinxi *num.8.* quò loci dixi, potuiſſe Epiſcopum olim unire beneficia primo modo reſervata; minimè verò quæ ſecundo modo, cum Barboſa *num.7.* Sanchez *num.150.* Palao *num.3. & 4.* Bauny *d. diſp.8. quæſt.3. verſ. Non poteſt*, & Laymano *ſuprà, num.4. verſ. Altera Exceptio:* & concluſi, ut nunc denuò concludo, quod hodierna die non poteſt Epiſcopus, nec alius quidem, beneficia Summo Pontifici ullo modo reſervata, unire. Pro mea iſta concluſione pugnat Conſtitutio Urbani Octavi *la 165. apud Bullar. Angeli Cherubini, tom.4. incipit, Quamvis felic. recordat. Clemens Papa VIII.*

90. Poteſt Epiſcopus beneficium unire, etiamſi in vim concordiæ illius

collatio

collatio ad Capitulum ſpectet. Barboſa *alleg.* 66. *num.* 6. ex Rota *in Oſcenſi Canonicatus*, 1. *Februarii* 1593. *coram Card. Seraph. deciſ.* 1011. *num.* 2. & Pax Jordanus *d. tit.* 32. *num.* 45. Gavantus *loco citato*, *num.* 8. Ego ipſe *d. quæſt.* 3. *num.* 8.

91. Nec poteſt, aut potuit unquam Epiſcopus, Eccleſias, aut beneficia, à ſua juriſdictione exempta, unire, quamvis intra diœceſim ſuam exiſtentia. Ita Vivianus *ſuprà*, *num.* 30. Layman *d. lib.* 4. *tract.* 2. *c.* 9. *num.* 3. *verſ. Secundò*. Baunyus *d. quæſt.* 3. *verſ. Non poteſt*. Palaus *d. tract.* 23. *diſp.* 6. *punct.* 12. § 2. *num.* 2. Gordonus *d. lib.* 8. *quæſt.* 4. *c.* 4. *§.* 2. *verſ. Caterùm*, ex Rebuffo *in Praxi*, *tit. de Unionib. num.* 22. Barboſa *alleg.* 66. *num.* 9. ex Hojeda *de Incompatibilit. p.* 2. *c.* 3. *n.* 7. & Sanch. *tom.* 2. *in Decalog. lib.* 7. *c.* 29. *num.* 151. Ego ipſe *qq. Paſtor. p.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 1. ubi adduxi Rotam *in una Firmana*, 9. *Junii* 1608. *coram Lugdunenſi*, quæ habetur apud Farinacium *deciſionum p.* 2. *deciſ.* 222. dicentem, ex Petro de Ubaldis, (aliàs Petro de Peruſio, ut ait Garcia *p.* 12. *c.* 2. *num.* 2.) quod poteſtas Epiſcoporum circa jus uniendi non reperitur de Jure reſtricta, niſi tantùm quoad Eccleſias Cathedrales, & diverſarum Religionum. Quod tamen intelligendum dixi, ita ut iſtas non potuerit unire, etiamſi ſibi ſubjectæ, & intra diœceſim fuerint; benè verò reliquas intra illam, & ſibi ſubditas exiſtentes. Quia circa exemptas à ſua juriſdictione, & extra diœceſim exiſtentes, reperitur reſtricta Epiſcopi poteſtas quoad unionem, *in d. c. Sicut unire* 8. *de Exceſſ. Prælator.* ibi: *Epiſcopi eſt Eccleſiarum ſuæ diœceſis unio.* Ergo non erit Epiſcopi unio Eccleſiarum extra ſuam diœceſim exiſtentium; quia, qui unum exprimit, & aliud tacet, cenſetur excludere quod tacet. Et eadem reſtrictio venit intelligenda circa exiſtentes intra diœceſim, quæ ſunt tamen ab Epiſcopi juriſdictione exemptæ: reputantur enim, ac ſi extra diœceſim exiſterent. Vtriuſque ratio eſt, quia unio eſt actus juriſdictionis. Actum autem juriſdictionis nemo extra ſuum territorium, aut in exemptum à ſua juriſdictione, validè exercet. Ex quo, & ex Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 15. *de reformat.* ait Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 46. non poſſe Epiſcopum regularia unire beneficia.

Ex eadem ratione dixi *num.* 12. *d. quæſt.* 3. nunquam poſſe, aut potuiſſe Epiſcopum beneficium alterius diœceſis unire cum beneficio propriæ diœceſis, niſi de conſenſu Epiſcopi, in cujus diœceſi illud exiſtit. Juriſdictio enim, & poteſtas diffinita eſt limitibus, & terminis propriæ diœceſis. Et ita tenent Petr. Gregor. *de Benefic. cap.* 20. *de Vnione*, *n.* 9. Pax Jordanus *num.* 44. Baun. *d. quæſt.* 3. *verſ. Tertiò*, *& quæſt.* 4. *verſ. Secundò*. Laym. *d. cap.* 9. *num.* 2. *verſ. Tertius modus*, *& num.* 4. *verſ. Tertia exceptio.* Gavantus *num.* 2. qui, Jordanus, & Zerola verbo *Vnio*, *verſ. Ad octavum*, notant id expreſsè prohiberi à Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 9. *de reformat.* Item Garcia *part.* 12. *cap.* 2. *n* 86. cum Fuſco *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 24. Hojeda *de Incompat. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 17. Et quidem ita eſt; ait enim ibi S. Synodus: *Beneficia unius diœceſis, etiamſi Parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut præſtimoniales portiones fuerint, etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa, alterius diœceſis beneficio, aut Monaſterio, ſive Collegio, vel loco, etiam pio, perpetuò non uniantur.* 92.

Non poteſt Epiſcopus unire beneficia ad collationem aliorum, etiam inferiorum ſpectantia, neque Canonicatus, neque beneficia juriſpatronatus, etiam Eccleſiaſtici. Ita Gavantus *verbo Seminarium*, *num.* 40. quò loci ait ex Franc. Leone *in Theſauro fori*, *part.* 2. *cap.* 16. *num.* 23. ſic fuiſſe deciſum. Ita & Palaus *d. §.* 2. *n.* 2. quatenus dicit, poſſe Epiſcopum, ſpectato jure communi, omnia beneficia ſuæ diœceſis non exempta unire. Qui ſic ſe explicat: Appello beneficia non exempta, quæ proviſioni Ordinariorum ſubjiciuntur; exempta, quæ extra illorum proviſionem ſunt. 93.

Vniones ad tempus, & ad vitam non poteſt facere Epiſcopus. Vivianus *num.* 39. Barboſa *num.* 8. cum Staphileo *de Litteris gratiæ*, *tit. de modis proviſionis*, *num.* 19. Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 151. & aliis. Gavantus verbo *Beneficiorum unio*, *num.* 16. Azo- 94.

rius *p.2.lib.6.cap.28.quæſt.17.* Gordonus *d. lib. 8. quæſt.4.cap.4. §. 2. verſ. Cæterùm.* Pax Jordanus *num. 49.* ex Gonzalez *ad regul.8. Cancell. gloſſ.5. §.7.num.146.* Nicolaus Garcia *p.12. cap. 2. num. 84.* cum Gambaro *lib. 5. rubr... à num.17.& 127.* dicente, quod hæc unio, neque Epiſcopo, neque Legato conceditur, niſi habeant ſpecialem facultatem, &c. & cum Mandoſio *in reg.12. quæſt.6. n.5.& reg.19. quæſt.10. num.5. & quæſt.16. num.4. & reg.22.quæſt.11.num.2.* & *in Praxi Signaturæ, tit.de Vnion.verſ.Vnio altera.* Mohedano *deciſ. 1. de Offic. Vicarii, aliàs 94.* & *deciſ. 3. de locato, locato 95.* & Concilio Provinciali Bononienſi *tit. de Vnione, §. Quæ obſtant unionibus beneficiorum*, ubi in fine ſic ait: *Quocumque autem caſu beneficia quæcunque ad vitam unire, omninò eſt interdictum.* Et ego ipſe *d. quæſt. 3. num.14.* Plures adducit rationes Azorius. I. Quia cùm jura prohibeant, quominus duo beneficia ſimul quis habeat, præſertim ex his, quæ jus incompatibilia vocat, introduci cœpit, ut unum beneficium cum alio conjungeretur ad tempus. II. Quia per hujuſmodi conjunctionem fit, ut beneficiarius à ſua Eccleſia toto vitæ ſuæ tempore abſit. III. Quia per hanc conjunctionem etiam fit, ut ante legitimam ætatem habeat beneficiarius beneficium, quod alioqui certam in beneficio ætatem requirebat. IV. Quia talis conjunctio beneficiorum, nomine tantùm conjunctio dicitur, & revera eſt juris relaxatio, & ficta quædam reſervatio. Quapropter has beneficiorum conjunctiones, ad vitam, tanquam contra Sacros Canones inductas, & Eccleſiis, incommodas improbarunt Geminianus *in cap.1.de Relig.domib.in 6.* & Caſſador. *deciſ.4. tit. de Præbend.*

95. Facultas uniendi reſtringitur à S. Conc. Trident. in aliquibus caſibus. In terminis *cap. 9. ſeſſ. 14. de Reform.* reſtringitur, ut diximus *num. 92.* ut beneficia unius diœceſis non uniantur beneficiis, aut locis alterius diœceſis.

96. Secundò in terminis *c. 13. ſeſſ.24. de Reformat.* ut beneficia curata, dignitates, Canonicatus, præbendæ, & Monaſteria, in quibus viget regularis obſervantia, & quæ Capitulis Generalibus, & certis Viſitatoribus ſubduntur, non uniantur. Vbi Barboſa *n.2.* Pax Jordanus *num.55.* Item ſtatuitur, ut Eccleſiæ Parochiales non uniantur Monaſteriis quibuſcumque, aut Abbatiis, dignitatibus, ſive præbendis Eccleſiæ Cathedrâlis, vel Collegiatæ, ſive aliis beneficiis ſimplicibus, aut hoſpitalibus, militiiſve. De quo Garcia *p.12. cap. 2. num. 87.* poſt Hojedàm *d.cap.3.num.6.* Zerolam *1.p. verbo Vnio, §.2. & 8.* & Azor. *d.q.17.* Nec uniantur partes aliquæ fructuum dictarum Parochialium. Barboſa *d. num. 2.* cum Aloyſ. Riccio *in Praxi rer. fori Eccleſiaſt. reſol. 383. num. 5. verſ.Limita ſextò, in 2.edit.aliàs 492. in 1.* Et Nicolaus Garcia *num.88.* ubi ita ait.

Quo decreto cenſuit S. Congregatio, quod *non ſolùm unio Parochialis eſt prohibita, ſed nec etiam aliqua pars fructuum uniri poteſt*, ſicut in terminis *cap.16. ſeſſ.25. de reformat.* beneficia curata in ſimplex converti non poſſunt, etiam pro parte fructuum, &c. ut in ſequentibus Declarationibus ſuper *d.c.16.* Prima, *Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium converti non poſſunt: quod intelligendum eſt etiam in aliqua parte fructuum ipſius Parochialis.* Secunda, *Nec Ordinarius diſmembrare poteſt beneficia curata, ac unire beneficiis ſimplicibus.* Tertia, ibi: *Non convertantur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum Parochialis, conſtituere beneficium ſimplex.* Quarta, *Non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, ſi illis unita eſſent, etiamſi illis ſeparatis, Parochiales non egeant.* Hactenus Garcia. 97.

Dictum tamen Decretum *cap. 13.* ſolùm quando Eccleſia verè eſt Parochialis, certis limitibus circunſcripta, locum habet, non aliàs. Barboſa ibi, *num.4.* Gavantus *num.11.* dicens: Parochiæ, quæ certos fines non habent, ſed certum populum, & per certas familias diſtinguuntur, uniri poſſunt. Garcia *num. 89.* ubi dicit: Ait autem poſt hæc Gonzalez *gloſſa 6. num.96.* quòd Decretum Concilii *d.cap.13.* ubi diſponitur, quod Eccleſiæ Parochiales non uniantur, locum habet quando verè ſit Eccleſia Parochialis, & habet certos fines; 98.

aliàs

aliàs non, ut cenſuit S.Congr. Concilii, per hæc verba: *Parochiæ, quæ certos fines non habent, ſed certum tantùm populum, & per certas familias diſtinguuntur, uſque adeò, ut ſacramenta promiſcuè non adminiſtrentur, hoc Concilii decreto utiquam non comprehenduntur.* In quo certè fallitur Gonzalez; nam iſta declaratio non refertur ad dictum decretum, *in verſic. In unionibus*, ſed *in verſic. In his quoque*; ſicut alia declaratio, quæ ait: *Congregatio Concilii cenſuit ſufficere ad hoc, ut non ſit locus cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *de reformat. curam eſſe diſtinctam.*

99. Hic eſt maximè notandum pro intelligentia *dicti cap.* 13. quod Eccleſia Parochialis conſiderari poteſt in duplici ſtatu, in actuali ſcilicet exercitio curæ animarum populi exiſtentis, ſeu Parochianorum locum inhabitantium; & in habituali: & hic ſecundus ſtatus, ut diſtinguit Garcia *p.* 5. *cap.* 1. *à num.* 115. vel eſt talis, quod veriſimiliter nulla ſpes adſit quod in actum reducatur, maximè ſi lapſi fuerint quadraginta anni ſine Parochianis; vel talis eſt, quod ſit probabilis ſpes recuperationis Parochianorum, & actualis exercitii curæ, & non ſint lapſi dicti 40. anni. Qua facta diſtinctione, dicendum eſt, Conciliare decretum *d. cap.* 13. *ſeſſ.* 24. in quantum prohibet unionem Eccleſiarum Parochialium, & fructuum earum Monaſteriis, &c. intelligendum eſſe, ut ego ipſe intellexi *in Paſtoral. quæſt.* 3. *num.* 18. quando Parochiales ſunt actu curatæ, & etiam habitu, in ſecunda conſideratione, quando ſcilicet adſit ſpes ut in actum reducantur curatæ, & 40. anni lapſi non fuerint; ſecus verò quando dicta non adſit ſpes, & 40. lapſi fuerint anni. De quo Barboſa *in d. cap.* 13. *num.* 10. & *in Sum. Deciſ. Apoſtolic. collect.* 552. *n.* 40. Pax Jordanus *d. tit.* 32. *num.* 51. Fuſchus *de Viſitat. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 20. & Garcia *num.* 121. quem recenſere libet, licèt ſummatim, quoad 5. numeros hunc præcedentes, omiſſa recenſione diſtinctionis modò relatæ.

100. Inde igitur *num.* 115. docet, quod Eccleſia Parochialis habitu, in prima conſideratione cenſetur abſolutè, & in omnibus beneficium ſimplex, per Felinum, Hieronym. Gabrielem, & Rotam *in una Firmana Parochialis*, 16. *Decembr.* 1558. *coram Quiroga*, ubi reſolutum fuit: *Quod ſi in ſupplicatione impetrationis Parochialis, quæ curam habebat animarum habitu, & non actu, dictum eſt, quod Eccleſia erat ſine cura, gratia eſt ſubreptitia, ſi probabilis eſt ſpes Parochianos poſſe reverti, cùm non ſit facta mentio curæ, cap.* 1. *de verbor. ſignific. lib.* 3. *Si verò nulla erat ſpes redeundi, gratia erit valida.* Ægid. *deciſ.* 32. *in fine*, Felin. *ſuprà, in cap.* 1. *Poſtulaſti*, cum ſimilibus. *Quod ſi lapſi eſſent* 40. *anni ſine Parochianis, tunc ſtatus beneficii immutatus, & beneficium erit ſimplex, cap. Cùm de beneficio, de Præbend. in* 6. Staphil. 8. *forma expectativarum, n.* 5. Hæc *in d. Firmana*, quæ benè firmant Garciæ diſtinctionem, & ejus dictam concluſionem. Unde infert Author iſte, hujuſmodi Parochiales, quæ carent Parochianis, & ſpe illos habendi, non comprehendi in decreto Concilii, *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. quoad concurſum habendum in earum proviſione, ut etiam habet Zerola verbo *Parochia*, §. 2. *dub.* 8. nec requiri ætatem 25. annorum, ſed quæ ſufficiat ad ſimplex obtinendum beneficium. Deinde infert *num.* 116. dictas Parochiales poſſe à Nuncio Apoſtolico provideri, ſi non excedant valorem in ſua taxatum facultate, & non ſit ſpes probabilis dictæ recuperationis actualis curæ. Et *num.* 120. dicto dictas Eccleſias, ſi hujuſmodi ſpes adſit, ad effectum incompatibilitatis cenſeri curatas, ex ſententia Gregor. XIII. & S.Congreg. Concilii, in ſequenti declaratione *ſuper cap.* 17. *ſeſſ.* 24. *de reformat. S.D.N. Gregorius XIII. audita relatione Congregationis Concilii, declaravit Parochialem, quæ habitu tantùm, & non actu curam habet, comprehendi verbis hujus cap.* Hoc igitur dicto, immediatè ſubjungit *num.* 121. quæ ſequuntur. Videlicet:

Quæ ſanè declaratio videtur in- 101.
telligenda in dicto 2. caſu, quando eſt ſpes probabilis recuperationis actus, nec ſunt lapſi 40. anni ſine Parochianis: non verò in 1. caſu, de quo *num.* 115. Quæ intelligentia comprobatur: nam ut aliàs habetur circa dictam declarationem, ratio quæ movit Papam fuit, quoniam de die in diem, ſeu in horas ſingulas, parochialis

chialis habitu, poteſt fieri actu, ſi revertantur Parochiani, ut etiam ſenſit Cancellaria. Et pro hac intelligentia conducit alia declaratio *Nullius*, 29. *Aprilis* 1593. quæ ait: *Congregatio Concilii cenſuit cap.* 13. *ſeſſ.* 24. *dum Parochiales uniri Monaſteriis prohibet, intelligendum eſſe de Parochialibus, quæ actu, non autem de illis quæ habitu tantùm ſuprà hominum memoriam Parochiales exiſtunt.*

102. Capitulum, Sede vacante, ea beneficia unire poteſt, quæ Epiſcopus valet unire, dummodo per Vnionem nihil Epiſcopali detrahatur juriſdictioni. Barboſa *allegat. 66. n.* 11. cum DD. *in Clem.* 1. *de Statu Monachor.* Mar. Socin. *in cap. Sicut unire, art.* 3. *num.* 40. *el* 8. *de Exceſſib. Prælator. quæſt.* 6. Caccialupo *de Vnionib. Eccleſiar. art.* 3. *num.* 19. Peruſino *de Vnionib. c.* 5. *n.* 26. Rebuffo *tit. de Vnionib. num.* 36. Hojeda *de Incompatibil. d. c.* 3. *num.* 7. *verſ. Similiter Capitulum.* Azorio *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 9. recenſitis, & ſequutis à Sanchez *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 155. cum Zerola *in Praxi Epiſc. p.* 1. *verbo Vnio*, §. 11. *& p.* 2. *verbo Capitulum*, §. 4. *& verbo Vnio*, §. 7. Marc. Antonio Genuenſi *in Praxi Archiep. Neapol. c.* 85. *n.* 25. Quaranta *in Sum. Bullar.* verbo *Capitulum Sede vacante, q.* 9. *verſ. Quæ concluſio*, & cum Raguſ. *de voce Canonicorum in Capitulo, q.* 16. Quibus addo Garciam *p.* 12. *c.* 2. *n.* 67. cum Petr. de Peruſio *c.* 4. *num.* 29. Vgolino *de Offic. Epiſc. c.* 52. §. 1. *ſub n.* 1. Gavantum verbo *Capitulum Sede vacante, num.* 40. Vivianum *in Praxi Juriſp. p.* 3. *lib.* 14. *c.* 15. *num.* 32. Petr. Gregor. *de Benefic. cap.* 20. *de Vnione, num.* 8. Rebuff. *in Praxi, p.* 1. *tit. de devolut. num.* 100. *fol.* 254. Gordonum *lib.* 8. *quæſt.* 4. *c.* 4. §. 3. *verſ. Capitulum verò, ſub num.* 18. Guillelm. Redoanum *tom.* 1. *tract. de Reb. Eccleſ. non alien. quæſt.* 2. ex Innoc. *in d. c. Sicut unire*, & ex Gloſſa *in Clem. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc, de Statu Monach.* Palaum *p.* 2. *tract.* 13. *dub.* 6. *punct.* 12. §. 2. *num.* 11. *verſic. Probabilius tamen.* Paulum Laymanum *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 5. *verſ. Tertiò*, Dianam *p.* 8. *tract.* 4. *reſol.* 31. & Pacem Jord. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *n.* 19. Ratio eſt, quia ſuccedit in Epiſcopi juriſdictionem ad quam unire ſpectat. Limitant tamen, ut adverti *d. quæſt.* 3. *num.* 19. dummodò ſibi non uniat, quia nec ſibi Epiſcopus unire poſſet. Palaus *num.* 6. ex textu expreſſo *in Clem. Si una, de Reb. Eccleſ. non alienand.* & DD. ibi. Ratio, quia aliàs Epiſcopus, & Capitulum jus ſibi dicerent, & in facto proprio authoritatem præſtarent, quod nemini licere perſpicuum eſt. Et adducit Garcia *num.* 68. declarationem S. Congreg. Concilii, *ſuper c.* 15. *de reformat.* his verbis: *Capitulum Sede vacante, non poteſt ſupprimere quodcumque beneficium, & ſibi unire.* Et addit: Sicut Sede plena non poteſt conſentire unioni faciendæ ipſi Capitulo directè, & principaliter; & ideo requiritur authoritas Papæ, *d. Clement. Si una*, §. *fin.* Ita ibi, & latiùs *n.* 168. *& ſeqq.*

103. Vicarius Epiſcopi, etiam generalis, Eccleſias, aut beneficia unire non poteſt, niſi ei ſpecialiter committatur. Vivianus *n.* 33. Sanchez *n.* 153. Azor. *quæſt.* 10. Palaus *num.* 9. Layman. *num.* 7. Barboſa *num.* 10. cum Mar. Socin. *in d. cap. Sicut unire, art.* 3. *num.* 43. *cum ſeqq.* Rebuffo *tit. de Vnionibus, num.* 37. *& tit. de forma Vicariatus, num.* 102. Anton. Cucho *Inſtitut. Canonic. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 106. Hojeda *de Incompatib. p.* 2. *c.* 3. *num.* 7. *verſ. Non eſt etiam omittendum.* Sbroz. *de Offic. Vicarii, lib.* 2. *quæſt.* 115. *&* 116. *n.* 1. Aloyſ. Riccio *in Praxi fori Eccleſ. deciſ.* 492. *in* 1. *edit. & in* 2. *deciſ.* 383. *ante num.* 1. *& Deciſ. Neapolitan. deciſ.* 198. *num.* 5. *p.* 4. Steph. Gratiano *diſcept. forenſ. c.* 278. *num.* 35. & Narbona *de Appellat. à Vicario ad Epiſc. p.* 1. *num.* 223. Pax Iordanus *d. tit.* 32. *n.* 42. Garcia *p.* 12. *c.* 2. *num.* 69. dicens: Vicarius autem etiam generalis Epiſcopi unire non poteſt ſine ſpeciali mandato, etiamſi ſibi ſit data facultas conferendi cum clauſula generali, *& ad omnia alia etiam requirentia ſpeciale mandatum*, (quod etiam addit dictus Iordanus) quæ non extenditur ad majora expreſſis, *c. Qui ad agendum, de Procuratorib. in* 6. *Clement.* 2. *eod. tit.* Allegat Garcia Caccialupum *art.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 23. Petrum de Peruſio *c.* 4. *n.* 32. Pariſium *conſ.* 40. *lib.* 4. Mandoſium *tit. de Vnionib. verſ. Vicarius tamen*, Azorium *loco cit. & lib.* 3. *c.* 44. *quæſt.* 11. Ugolinum *de Offic. Epiſc. c.* 52. §. 1. *n.* 1. & alios ex ſuprà citatis, ac S. Rotam *in una Caputaquenſi beneficii, coram Marquemontio,*

quemontio, edita 12. *Decembris* 1608. Et ita tenendum eſt, quamvis Mohedanus *deciſ.* 3. *de Offic. Vicarii*, & Hieronym. Gabriel *conſ.* 200. *num.* 3. *lib.* 1. teneant Vicarium ex officio ſuo unire poſſe: & quamvis Gambarus *de Officio Legati, lib.* 5. *rubr.* 1. *ex num.* 115. teneat Vicarium habentem mandatum ad conferendum beneficia, poſſe unire. Ratio autem in contrarium eſt, quia unire plus eſt, quàm conferre, cum beneficium per unionem deſtruatur; extinguitur enim per eam titulus beneficii, & tollitur collatori in perpetuum conferendi poteſtas, quod non contingit in ſimplici collatione, uti dixi *d. quæſt.* 3. *Paſtorali, num.* 20. ex Pace Jordano.

104. Abbates, & Prælati Epiſcopo inferiores, qui juriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, contentioſam, & in utroque foro, unire poſſunt Eccleſias ipſis jure pleno, & utroque foro ſubjectas, pariter & beneficia. Vivianus *num.* 34. Sanchez *num.* 160. Layman. *num.* 3. *verſ. Secundò.* Tamburin. *de Iure Abb. tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 1. *n.* 3. Baun. *d. d ſp.* 8. *quæſt.* 3. *verſ. Sijus ea in re.* Petr. Gregor. *num.* 7. Riccius *in Praxi fori Eccleſ. deciſ.* 361. Barboſa *d. alleg.* 66. *num.* 14. cum Mar. Socin. *in d. cap. Sicut unire, art.* 3. *n.* 41. *&* 42. Gloſſa *verb. Ordinarios, in Clement.* 1. §. *Ad hæc, de ſtatu Monach.* Sbroz. *de Offic. Vicarii, lib.* 2. *quæſt.* 115. *num.* 14. Azor. *d. cap.* 28. *quæſt.* 10. & cum dicto Riccio *loco cit. deciſ.* 492. *in* 1. *edit. & in* 2. *deciſ.* 383. *ante num.* 1. *& in deciſ. Neapolit. deciſ.* 198. *num.* 4. *part.* 4. & Gavantus *verb. Abbas, num.* 50. Palaus *num.* 18. cum Roderiquez *qq. Regul. tom.* 3. *quæſt.* 80. *art.* 1. Nicol. Garcia *num.* 72. cum Card. *conſ.* 47. Abbate *in d. cap. Sicut unire, num.* 3. & Alexandro de Nevo *ibi, in Addition.* Caccialupo *art.* 3. *quæſt.* 7. Gambaro *d. lib.* 5. *rubr.* 1. *n.* 16. Lancellotto *tit. de union. verb. Inferiores*, Flores *quæſt.* 24. *n.* 15. & Ugolino *d. cap.* 52 §. 1. *num.* 1. Et addit Garcia *num.* 73. Poſſent etiam inferiores Epiſcopo facere unionem, ſtante conſuetudine propriè ſumpta præſcripta, licèt non immemoriali, ex Bellamera *de Permutat. beneficior. cap.* 2. *num.* 9. Et ſtatim *num.* 74. ſubjungit. Et pro prædictis facit declaratio S. Congregationis *ſuper cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* quæ ſic ait: *Cenſuit Congregatio, dignitati curatæ poſſe uniri aliam dignitatem ex cauſa pauperta-*

tis, juxta hoc decretum, & ſeſſ. 24. *c.* 13. *Eamque unionem facere poſſe Abbatem, ſi ſibi hanc facultatem uniendi legitimè præſcripſit, aut ex privilegio in Eccleſia ſibi pleno jure ſubjecta, juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet in omnibus, & per omnia, alioquin unionem faciendam per Epiſcopum, cum conſenſu ipſius Abbatis, & Capituli.*

Neque obſtant ſequentes declara- 105.
tiones *ſuper c.* 15. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* ex quibus videtur inferiorem, etiam habentem juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non poſſe facere uniones. Prima, *An Abbati exempto Collegiatæ ſæcularis, juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem habenti, liceat in ſua Eccleſia, ubi præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis adeò tenues ſunt, ut pro ſuſtentando decenti Canonicorum gradu, loci, & perſonarum qualitate, non ſufficiant, cum conſenſu Capituli, aliquibus ex iis ſuppreſſis, & harum fructibus, & proventibus reliquarum præbendarum diſtributionibus applicatis, eas ad pauciorem numerum reducere? Congregatio cenſuit, non licere id Abbati, ſed Epiſcopo, tamen cum conſenſu Capituli, ſi modò ipſa Collegiata Eccleſia inſignis ſit, & aliàs ſerventur, quæ præcepta ſunt à Concilio in hoc capite.* Secunda, *Quæſitum fuit, an hoc idem liceret Abbatibus, & ſæcularibus exemptis habentibus juriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem? Reſp. Abbati, qui juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet, etiamſi eſſet exemptus, & Ordinarius illius Eccleſiæ, etſi in dicta Eccleſia omnia, quæ in hoc decreto continentur, concurrant, non licet, ſed tantùm Epiſcopo, prout hic.* Tertia: *Prælatus Collegiatæ Eccleſiæ hanc tenuium præbendarum ſuppreſſionem facere non poteſt, licèt ſit exemptus, & Eccleſia ſit inſignis, cùm hanc ſolis Epiſcopis Concilium conceſſerit, cum conſenſu ſuorum Capitulorum.* Quam refert Alexander Moneta *de Diſtributionib. p.* 3. *q.* 5. *n.* 50. Quia iſtæ declarationes ſolùm id negant in ſpecie illius decreti, quod ſolis Epiſcopis id concedit cum conſenſu Capituli: quod *cenſuit Congregatio intelligendum eſſe tantùm de conſenſu illius Capituli, cui fit unio.* Hucuſque Nicol. Garcia.

106. Ratio autem principalis concluſionis noſtræ, eſt quia Abbates, & Epiſcopo inferiores Prælati, qui juriſdictionem habent quaſi Epiſcopalem, & contentioſam pro utroque foro, veniunt nomine Epiſcopi, uti dixi *in d. quæſt. 3. Paſtorali, num. 21.* poſt Gavantum dicto verbo *Abbas, num. 52.* & Suarez *tom. 5. de Cenſuris, diſp. 7. ſect. 3. n. 5. verſ. Præterea*, & *in Diſquiſitionib. tom. 1. tract. 6. diſq. 1. num. 11.* dixi, poſſe diſpenſare in denunciationibus matrimonialibus: Et *num. 12.* firmavi poſſe relaxare monitorias generales pro rebus deperditis, & furto ablatis: Et denique *num. 13.* aſſerui, in his, & aliis caſibus ad juriſdictonem ordinariam pertinentibus, ſub nomine Epiſcopi venire: & omnia quæ juriſdictionis ſunt, poſſe facere, dixi *d. quæſt. 3. num. 21.* quod etiam dixit Gavantus *num. 51.* cum Navarro, per hæc verba: Et ea omnia facere, quæ ſunt juriſdictionis cum ſuis ſubditis, ut Epiſcopus in diœceſi. Navarrus *conſ. 2. declarand. deſponſ. ad fin. part. 2. lib. 4. edit. 2.* At unio Eccleſiarum, & beneficiorum, actus eſt juriſdictionis ordinariæ. Ergo Abbates, & Prælati iſtam habentes, illam facere poſſunt in caſibus, in quibus illa Epiſcopo licet, exceptis caſibus, in quibus illa ipſis expreſsè prohibita inveniatur. Conceſſum enim cenſetur, quod non eſt expreſsè prohibitum, juxta vulgare axioma, quod pluribus exornavi juribus, & doctrinis *d. tom. 1. tract. 1. diſq. 4. n. 2. & tract. 4. diſq. 10. n. 1. verſ. Tum etiam.*

107. Qui habuerit privilegium, vel conſuetudinem legitimè præſcriptam, poterit beneficia, & Eccleſias unire, etiamſi juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, & in utroque foro non habeat. Ratio eſt, quia poteſtas ad uniendum, eſt poteſtas juriſdictionis, quæ acquiri poteſt per privilegium, & per conſuetudinem legitimè præſcriptam. Et ita docent Vivianus *d. num. 34.* Barboſa *num. 14.* Petr. Gregor. *num. 7.* Azorius *quæſt. 11.* Bauny *quæſt. 3. verſ. ſi jus ea in re*, Palaus *n. 18.* Laym. *n. 6.* Tamburin. *num. 2.* Cafarellus *lib. 2. Erothematum Iuris Canonici, tract. 19.* ex Ioanne Andr. *in Clem. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc*, verbo *Ordinarios, de Statu Monachor.* ubi Gloſſa ait, *quod cùm iſtud ſit dignitatis, & juriſdictionis, non Ordinis, quod præſcribi poſſit.* Et quod præſcribi poteſt, etiam per privilegium poteſt obtineri. Et ſic una Eccleſia aliam præſcribere poteſt, tanquam ſibi unitam, ſi eam ita tenuerit per tempus quadraginta annorum, per ea, quæ dixi *in qq. Paſtor. part. 4. quæſt. 5. ſect. 1. num. 1. ex Clement. Frequens, unica de Exceſſib. Prælat.* & *ex cap. Cùm de beneficio, el 5. de Prabendis in 6.* pro quo allegantur à Rebuffo *in Praxi, tit. de Unionibus, p. 1. num. 34.* addente requiri ad hanc præſcriptionem, Eccleſiam fuiſſe ſpatio quadraginta annorum poſſeſſam, tanquam unitam, & titulum allegare unionis, licèt iſte non probetur, niſi per notorium, aut publicam famam: in quo caſu ait: *Sufficiet teſtes deponere Eccleſiam eſſe poſſeſſam tanquam unitam*, quod etiam dixit Maſcardus *de Probat. tom. 1. concl. 179. & tom. 2. concl. 1418.* cum aliis, quos recenſui *part. 2. quæſt. 7. n. 5.* quare nequibit quis præſcribere uniendi facultatem?

Hanc diviſionem concludo dicendo, nullum non habentem juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, privilegium, aut conſuetudinem, ſeu poſſeſſionem legitimè præſcriptam, quamvis conferendi beneficia poteſtatem habeat, poſſe illa unire. Ratio eſt, quia major poteſtas neceſſaria eſt ad uniendum, quàm ad conferendum, utpote ad Eccleſiæ, diœceſiſque regimen pertinens: de quo præter Epiſcopum, nulli eſt viâ ordinariâ licitum curam ex officio ſuſcipere, & juriſdictionem exercere, cujus actus, ut ſæpè diximus, eſt unio beneficiorum. 108.

Divisio III.

De cauſis finalibus, & motivis unionum Eccleſiarum, & Beneficiorum.

DUplex cauſa aſſignatur, & ad illam reſtringitur tota latitudo cauſæ finalis unionum Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum, ut olim dixi in Quæſt. Paſtoral. *part. 2. quæſt. 4.* poſt Pacem Jordanum *tom. 2. de Re beneficiaria, lib. 10. tit. 32. n. 2. & 60. ex cap. Expoſuiſti, de Præbend.* & *ex Conſtitut. Pii V. la 47. Bullar. Magni Angeli Cherubini*, incipit *Ad Exequendum*, poſt Nicolaum Garciam *de Benefic. p. 12. c. 2. n. 108.* Azorium 109.

rium *Inſtitut. Moral. p. 2. lib. 6. c. 28. quæſt. 4.* ex Rebuffo *in Praxi benefic. p. 1. tit. de Vnionib. num. 38.* Barboſam *de Poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 66. num. 15.* & Gavantum *in Manuali Epiſc.* verbo *Beneficiorum unio, num. 15.* quamvis plurès adducantur cauſæ à Caccialupo *art. 5.* & à Petro de Vbaldis, aliàs de Peruſio, *de Vnione, cap. 3. & de revocatione Vnionis, cap. 11.* & Fuſcus *libro 2. c. 26.* & Petr. Gregor. *de Benefic. c. 20 num. 4* aliquas ponunt : & quatuor Hoſtienſis *in Sum. tit. de Religiosis domibus.*

110. Prima cauſa eſt evidens neceſſitas, quæ tunc intervenit, quando Eccleſia, Monaſterium, Prælatus, dignitas, aut præbenda ſufficientibus caret redditibus, quibus alatur, & onera ſuſtineat ſibi incumbentia, *cap. Expoſuiſti, el 33. de Præbendis, & dignitat.* ibi : *De redditibus præbendarum ſuarum nequeunt ſuſtentari. Si evidens neceſſitas, vel utilitas exigat, &c. Clement. Ne in agro Dominico, §. Ad hæc, de ſtatu Monachor.* ibi : *Sed ſi proventus Prioratuum, ſeu adminiſtrationum hujuſmodi, duobus fortè non ſuppetant, iidem Prioratus, ſeu adminiſtrationes, niſi per Abbates ad ſuſtentationem duorum ſufficientes reddantur, locis aliis... uniantur.* Concilium Trident. *ſeſſ. 21. de reformat. cap. 7. per totum, maximè in fine*, ibi : *Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent, ad Matrices, ſeu viciniores Eccleſias transferantur.* Ubi Barboſa *n. 19. & 21. & in dict. cap. Expoſuiſti, num. 4.* ibi : Ergo unio unius Eccleſiæ ad aliam, evidenti neceſſitate, aut utilitate Eccleſiæ fieri debet, ut per Menoch. *conſ. 192. num. 4.* Petr. Gregor. *d. cap. 20. num. 14.* Cafarellus *lib. 2. Erothematum juris canonici, tract. 19.* ex textu, & Gloſſa verbo *Neceſſitas, in d. c. Expoſuiſti*, Gavantus *d. n. 15.* Sanchez *tom. 3. in Decalog. lib. 7. c. 29. num. 161.* Laym. *lib. 4. tract. 2. c. 9. num. 8.* Bauny *in Praxi benefic. diſp. 8. quæſt. 5.* Gordonus *lib. 8. quæſt. 4. c. 4. §. 4. num. 20. verſ. Quartò requiritur*, ex *c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6.* Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 3. diſp. 15. quæſt. 2. num. 1.* Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 12. §. 2. n. 11. & 19.* poſt Rebuff. *tit. de Vnione, num. 38.* Hojeda *de Incompatibilit. benef. 2. p. c. 3. num. 8.* & aliis. Pax Jordanus *d. tit. 32. num. 65.* ex *c. unio, 10. quæſt. 3. c. 2. de Religioſ. domib. c. Ad audientiam 2. & c. fin. de Eccleſ. ædificand.* Azorius *d. c. 28. quæſt. 13.* & Garcia *d. num. 108.* cum Oldrado *conſ. 261. & ſeq.* Rebuffo *d. num. 38.* & *in repetit. §. Qui verò, 3. notab. verſ. 2. Poſſet is quærere.* Duareno *ſuper Mandoſium, tit. de union. & in Regul. 22. quæſt. 4. num. 4.* Lancelloto *in Inſtitut. Canonic. de Vnione, §. 3.*

Et eſt valdè notanda doctrina ab ipſo Garcia *num. 110.* tradita, quæ hujuſmodi eſt, videlicet : Vnde unio magis concernit juſtitiam, quàm gratiam. Abbas *d. cap. Sicut unire, num. 6.* & Practicabilia Rotæ (*cap. de Vnione,*) *ſuprà, num. 3.* & cum cauſa, præſertim neceſſitatis, tenetur Epiſcopus unionem facere, & ſi recuſaret, poſſet adiri Superior, ut per Rebuff. *d. tit. de Vnionib. num. 42.* cum Caccialupo *art. 5.* & Petro de Peruſio *cap. 3. & 10.* in quo tamen *cap. 10.* nihil dicit : voluit allegare *cap. 11. 3. quæſt.* (ubi tamen potiùs dicit contrarium : nam ait, quod *d. c. Expoſuiſti*, dicit, quod Epiſcopus poteſt id, diſcretione prævia, & ſic videtur relinqui arbitrio Epiſcopi; verbum enim, *poteſt*, importat voluntatem, & non neceſſitatem, &c.) & per Mandoſium *regula 12. quæſt. 6. num. 4.* Et ſimiliter ſi Capitulum nollet conſentire, recurrendum eſt ad Superiorem. Bonifacius *in d. Clement. Si una, num. 20.* & poſſet compelli, ſi juſta cauſa ſubeſſet. Caccialupus *art... num. 2.* In terminis autem Concilii *d. c. 15. ſeſſ. 24. de reformat.* ſuper illis verbis, *Liceat Epiſcopis*, ſic cenſuit S. Congregatio. Ergo poteſt, ſed non tenetur : unde Metropolitanus non poteſt ſupplere in hoc. 111.

Et unio facta per Ordinarium ſine cauſa (proſequitur Garcia *num. 113.*) vel ex falſa cauſa, etiam ſervata juris forma, eſt nulla ipſo jure, *ex d. c. Expoſuiſti*, ubi Abb. & Imola, Oldradus *d. conſ. 261. & ſeq.* Caccialupus *art. 5.* Mandoſius *d. reg. 12. quæſt. 6. num. 3.* & *de Signatura gratiæ, d. tit. de union. verſic. Sine cauſa verò.* Duarenus *d. c. 6.* Hojeda *d. c. 3. à n. 16.* Burſat. *conſ. 185. num. 13. lib. 2.* qui ait, quod unio beneficiorum, ut valeat, manifeſta Eccleſiæ utilitas, neceſſitaſque requiritur, & cauſæ cognitio, ac omnium, quorum intereſt, citatio : & Rota *deciſ. 133. num. 3. p. 2. diverſor.* Quicquid 112.

in unione facta ex falsa causa, dicat Rota *decis. 1. de Excessib. Prælat. in novis. & 2. 8. & 12. de reb. Eccles. in antiq. & 1. cod. in antiquior.* Ægidius *decis. 617. seu 618. ad fin.* Cassadorus *decis. 1. de Vnionib.* Boërius *decis. 345. num. 1.* Millis *in repertorio*, verbo *Vnio facta ex falsa causa.* Rebuff. *in Praxi, in d. Regula de Vnion. glosa 5. & 9. & in d. repetit. §. Qui verò, d. vers. 2. Posset is.* Ferretus *cons. 236. num. 4.* Mascardus *de Probat. concl. 1419.* Petrus Gregor. *d. cap. 20. num. 13.* & Practicabilia Rotæ *suprà, num. 2.* & Azor. *d. cap. 28. q. 14.*

113. Et etiam unio Apostolica, facta ex falsa causa, est nulla. Ægidius, Cassadorus, & Millis *ubi proximè.* Felin. *in cap. Postulasti, num. 3. de rescript.* Rebuff. *d. glossa 5. & 9.* Mascardus, & Practicabilia Rotæ *n. 6. suprà*, etiamsi facta sit motu proprio, juxta dicta *suprà, 1. p. c. 4. num. 502. & seqq.* Cardin. *cons. 96.* Socinus senior *cons. 1. num. 7. vol. 3.* Felin. *in c. Ad aures, de rescript. num. 9. vers. Et pulchrè, & in c. Causam, de Testib. num. 3.* Staphil. *de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clausularum, de Clausula Motu proprio, vers. 7. & ult. num. 5.* Selva *3. p. quæst. 12. num. 3.* Mandosius *regul. 22. quæst. 2. num. 3.* Practicabilia Rotæ *d. num. 6.* & Gambarus *d. lib. 5. rubr. 1. de Potest. Legati in uniendo, à num. 94.* idem dicens in unione facta à Legato, quia in ejus literis surreptio vitiat, sicut in literis Papæ. Quamvis contrarium in unione Apostolica, facta motu proprio, tenent Millis, & Mascardus *suprà*, & absolutè Rota, Boërius, & Ferretus *suprà citati, num. 114.* (& hic *num. 112.* post *versic. Quicquid in unione, &c.*)

114. Et etiam surreptio vitiat ipso jure unionem Apostolicam. Abb. *cons. 101. p. 1.* Felin. *in d. c. Postulasti, n. 3.* Ripa *lib. 2. Respons. c. 10.* Rebuff. *d. gloss. 5. & cons. 195. vers. 10. Subreptitia*, & Mandos. *d. tit. de Vnion. vers. penult. & fin.* Concil. Trid. *sess. 7. c. 6. & sess. 25. c. 9. vers. Insuper, de reformat.* Rota *in una Volaterrana Vnionis, 3. Ianvarii 1594. coram D. Blanchetto*, in qua fuit resolutum, *quod unio est subreptitia facta Monasterio ad supplicationem Prioris in Conventu; si tamen constat, quod ibi quandoque unus Monachus, quandoque unus Presbyter pro servitio Ecclesiæ degebat. Est etiam subreptitia, non facta mentione qualitatum beneficiorum* annexorum, ut quia sunt *Curata. Rota in antiquis, decis. 37. de Rescript. Et etiam non narrata distantia loci, quæ vel retraxisset Papam à concedendo, vel saltem difficiliorem reddidisset. Et etiam non narrato, quod Ecclesia Monasterii, cui fit unio, sit unita alteri Monasterio, &c.*

Rota etiam *in una Avellina Vnionis, 13. Ianvarii 1594. coram D. Peña,* in qua fuit resolutum, *unionem Monasterii factam à Leone X. subreptionis vitio laborare: Primò, ex omissa specificatione 50. & amplius Monasteriorum, quæ veniebant in unione, de quibus non fuit facta mentio. Secundò ex eo, quod aliquot Monasteria dicerentur esse de jurepatronatus laicorum, ad Covarruv.* Practic. *cap. 36. num. 1. Rebuff. in Praxi, tit. de union. num. 28. Tertiò, ex tacita qualitate Abbatis Monasterii uniti, quem si Papa intellexisset habere Mitræ, & Baculi Pastoralis usum, & solemniter populo benedicere, & jurisdictionis cognoscendi inter vassallos, & causas matrimoniales, participem fuisse, non est dubium, quin vel negasset, vel difficiliùs unionem concessisset, c. Super literis, & c. Postulasti, de rescript. &c.* 115.

Nec præsumuntur causæ unionis veræ, etiamsi Ordinarius, vel Legatus eas inserat in unione, & asserat esse veras: sed jurans esse veras, tenetur illas probare. Oldradus *d. cons. 261.* Caputaquens. *decis. 350. n. 30. p. 3.* & Practicabilia Rotæ *suprà, n. 6.* Quamvis Rebuff. *in Praxi, tit. de Vnionis revocatione, num. 10.* videatur velle, credendum esse Episcopo, vel alteri facienti mentionem de causa unionis, si exprimatur: & facit doctrina Decii *in c. Quæ in Ecclesiarum, num. 130. de Constitutionib. & in cap. Cùm sit Romana, num. 7. de Appellat.* quod assertioni Judicis non statur super causa, sine qua actum facere non potest. Aymon. *de Antiquit. temporis, 2. p. §. 1. num. 13. & 21.* Alciat. *de Præsumpt. regul. 3. præsumpt. 9. n. 27.* 116.

Si verò Ordinarius, vel Legatus in ipsa unione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum ejus assertioni, & præsumendum esse pro unione, donec contrarium probetur, etiamsi processerit parte non vocata, quia fortè tunc nullus aderat, qui deberet vocari. Cæsar de Grassis *decis. 132. num. 16.* 117.

num.16. ubi inter alia dicitur, in caſu illius deciſionis conſtare de conſilio quatuor deputatorum, requiſito ex forma Concilii Trident. *ſeſſ.13. c.28.* in unione per Epiſcopum facienda Seminario, ex ipſa enuntiatione, de qua in unione, &c.

118. Quamvis Practicabilia Rotæ *ſuprà num.6. verſ. Adde, quod ſi inſtrumenta*, cum Calderino *conſ.4. de Reb. Eccleſ.* dicat, quod ſi in inſtrumento unionis dicatur per Ordinarium, *habito prius ſpeciali tractatu, & conſilio cum multis Canonicis, & cum authoritate, & conſenſu Canonicorum, & Præpoſiti, &c.* iſta verba non probant tractatum præcedentem. Quod etiam dicit Rota *deciſ.716. p.2. diverſor. circa finem*, non ex aſſertione Prælati, ſed aliter probari debet.

119. At noſtræ ſententiæ ratio eſt, quod licèt aliàs regulariter non præſumatur ſolennitas extrinſeca, etiam enuntiata in inſtrumento, quæ tempore actus veriſimiliter intervenire non potuit, *l. Quicumque, §. fin. ff. de Publician.* Felin. *in cap. Sicut, de Re judicata, num. 26. & 27.* Maſcard. *de Probat. concl.1321. ex num.1.* Anton. Gomez *2.tom. variar. cap.11. num.17.* Menoch. *de Præſumpt. lib.3. præſumpt. 132. à num.28. & 33. deciſ.* Pedemontani Cacherani 172. Cæſar de Graſſis *d. deciſ.132. num.15. & 17.* Parte tamen opponente. Felin. *d. cap. Sicut, num. 28.* Aymon. *de Antiquit. temporis, 1. p. ſect. Quæritur, num.30.* Ant. Gomez, & Menochius *n. 35.* & ibi Maſcardus *d.concl.1321. n.19. & 946. num.5. & 1412. num.8.*

120. Tamen pro decreto, & actu Judicis, in quo enuntiantur ſolemnitates, præſumitur quod omnia ſint ſolemniter acta, niſi contrà probetur, *l. Ab ea parte, 2. reſponſ. ff. de Probationib. cap. In præſentia, de Renunciat. l.1. in fine principii, ff. de Rebus eorum, l. Etſi Præſes, C. de Prædiis minorum,* & *l. 1. C. de fide inſtrumentorum, & jure haſtæ fiſcalis, lib. 10.* & *ibi* Gloſſa 1. *in fine*, & noviſſimè Gratianus *Diſcept. forenſium cap.153. à num.16.* Speculator *tit. de Empt. & vendit. §. Nunc demùm reſtat, num. 5.* Alex. Jaſon, & alii *in l. Sciendum, de Verborum obligat.* Baldus, & Paulus *num.2. in l. Cùm hi, §. Si Prætor, ff. de Tranſaction.* Faber *in §. fin. n.3. de Fidejuſſor.* Felin. *in cap. Quoniam contra, n. 37. concl. 7.* & Decius *à n.187. de Probat.* Idem Felin. *in cap. Albericus, de Teſtibus, ſub num.4.* Alciatus *d. reg.3. præſumpt.10.* Aymon. *ſuprà, 2. part. §.1. à num. 14.* Angel. Gabr. *de Sententiis, concl.5. in princ. & num.37. & 38.* Maſcard. *concl.487. & 489. & d. concl.1321. num.21.* & Menoch. *de Præſumpt. lib.2. præſumpt. 75. à num. 12.* dicens magis receptum, & plures per eum relati, & per Simoncell. *de Decretis, lib.3. tit.7. num.41.* Achilles *deciſ.199. aliàs 2. de Decretis*, Puteus *deciſ.410. lib. 2.* & Rota *deciſ. 589. ex num.3. p.1. & deciſ. 72. num. 34. & 36. & deciſ. 179. num.4.* & *deciſ.193. & 316. n.7. part.2. diverſorum.*

121. Quod tamen intelligitur, quando cauſæ, & ſolemnitates requiſitæ nominatim, & in ſpecie exprimuntur, ſecus in genere. Faber, & Felinus *ſuprà*, Pariſius *conſ.12. num.58. lib.2. & conſ.85. num.39. lib.3.* Anton. Gabriel *d. num.38.* & Achilles *ſuprà*, Rota *d. deciſ.78.* & Menoch. *ubi proximè, n.22.* dicens communem, & veram opinionem, & alii, ut per Alciatum *ſuprà, num.2.* & in terminis unionis Oldradus *d.conſ.262. num.4.* & Practicabilia Rotæ *ſuprà, num.6. in fine.*

122. Sed quod præſumatur etiam pro decreto, ſi in genere exprimantur ſolemnitates, dicendo in communi, *cauſa cognita*, vel, *juris ſolennitate ſervata*, tenent Baldus, & Paulus *ſuprà*, & Aymon. *num.9. & 14.* dicens communem, & alii per eum relati, & per Simoncellum *ſuprà, num.42.* & Gratianus etiam *ſuprà.* Et quod ex decreto præſumatur cauſæ cognitio, & ſolemnitates requiſitæ, abſolutè ait Surdus *de Aliment. tit.8. privileg.56. num.113. & ſeqq.*

123. Et omiſſa concordia Alciati *d. Præſumpt.10. num.5.* quod prima procedit in decreto requirente diligentem, & magnam cauſæ cognitionem; ſecunda verò in requirente levem cauſæ cognitionem, quam ſequitur Angel. Gabr. *ſuprà, num.42. & 43.* & Maſcard. *d.concl.487. à num.6.* qui eandem diſtinctionem videtur facere in aſſertione Notarii ibi, *num. 23.* & eſt probabilis.

124. Poſſunt concordari, ut *prima* procedat, quando ſolemnitates enunciantur à Tabellione, ſeu Notario in inſtru-

in inſtrumento decreti: & ita loquuntur Faber, Felinus, & alii, eo quòd aliàs Notarius videretur ſcripſiſſe ut judex, & non ut teſtis. *Secunda* verò procedat, quando enunciatio ſolemnitatum in genere fit ab ipſo judice; tunc enim ceſſat dicta ratio. Faber *ſuprà*. Et ita diſtinguit Decius *ſuprà*, *num.* 183. dicens, quod diſtingui poteſt, quod inſtrumentum nomine Iudicis concipitur, & ſatis eſt, quod generaliter dicat; ſecus eſt, ſi nomine Notarii, ut colligitur ex deciſione Ioan. Fabri *in d.* §. *fin.* & ſequitur Aymon. *ſuprà*, *num.* 10. in actu in quo præjudicatur tertio, vel in quo partes ſibi præjudicare non poſſunt; quia tunc magis præſumeretur pro actu Iudicis, quàm Notarii.

125. Et quod ait Menochius *ſuprà*, *n.* 46. citans alios, quod quando decretum fuit interpoſitum à Iudice, ſed ſolus Notarius, Iudice ipſo non mandante, aſſeruit adhibitas eſſe ſolemnitates antequam decretum interponeretur, non præſumitur pro ipſo decreto, ſive de levibus, ſive de gravioribus cauſis agatur, procedit quando Notarius ſeparatim id aſſereret, & non in ipſo inſtrumento decreti, concepto nomine Notarii, & in ejus perſona, maximè ſi eſt ſubſcriptum, aut ſigillatum à Iudice: nam tunc, etiamſi enuntiatio ſolemnitatum fieret in genere, ſufficeret, propter approbationem Iudicis.

126. Et ita tenendum eſt, quamvis contra dictam doctrinam, quod non ſtetur aſſertioni etiam Iudicis, ſeu Prælati, qui non poteſt facere actus ſine cognitione cauſæ, & ſolemnitate, ſi dicat ſe adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & debitas ſolemnitates, etiam in ſpecie; ſed debere aliàs de eo apparere ex ſeparata ſcriptura, teneant Romanus *in d. l. Sciendum*, *num.* 36. & Paulus *conſ.* 38. quem ſequuntur Rebuff. *in Concordatis*, *rubr. de Concl. Lateranenſis Concilii*, 2. 3. & 4. *illatione*, & alii relati per Simoncellum *d. tract. de Decretis*, *lib.* 1. *tit...* *num.* 101. & per Menoch. *ſuprà*, *num.* 6. & Rota *deciſ.* 716. & 752. *num.* 3. *part.* 1. & *deciſ.* 160. *part.* 2. *diverſor.* Quam opinionem in puncto juris dicit veriorem Alciatus *d. præſumpt.* 10. *num.* 3. & 4. ſed jura per eum allegata eam non probant, ut rectè oſtendit Menochius *ſuprà*, *num.* 16. & 17. Et de jure etiam dicit certiſſimam Simoncellus *d. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 42. quamvis ex conſuetudine dicat, præſumi pro decreto, in quo enuntiantur ſolemnitates, etiam in genere.

Nec obſtat regula *l. Si fortè*, *ff. de Caſtrenſi peculio*; quia non procedit in Judice, pro quo jura præſumunt, ſtante enunciatione ſolemnitatis, juxta dicta, & DD. citatos. Nec etiam obſtat *text. in cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien.* ex quo notant ibi DD. Archid. 3. *notab.* Dominic. *num.* 5. Franc. & alii, quod licèt in inſtrumento alienationis rei Eccleſiaſticæ dicatur, utilitatem, vel neceſſitatem alienationis ſubeſſe, niſi aliter probetur, non adhiberetur fides. Sequitur Genuenſis *in Praxi*, *cap.* 65. *in Annotat. n.* 21. & ex eo tenere videtur contra prædictam doctrinam. Nam reſpondetur, quod ille textus, & DD. ibi non loquuntur de decreto Iudicis, ſeu Prælati, & aſſertione in eo contenta, de quo non agimus; ſed de inſtrumento alienationis, & aſſertione ipſorum contrahentium, & alienantis (ibi enim ipſe Epiſcopus, ut patet, fuit author alienationis, & conceſſionis decimarum) pro quo non debet præſumi, quod non ſtatur aſſertioni alienantium. Rota *deciſ.* 722. *noviſſ.* Farinacii, *n.* 2. cum alienans, & contrahens ſit pars formalis in illo actu: & ita etiam procedit deciſio Rotæ *in cauſa Toletana Parochialis de Madrid*, 19. *Novembr.* 1601. *coram D. Corduba*, *infrà* adducta, *cap.* 1. *ſeq. num.* 7. nam ibi etiam Ordinarius eſt author diſmembrationis, & ideo non ſtatur ejus aſſertioni de cauſa, ſed erit per proceſſum juſtificanda. 127.

Sed eſt difficultas, an ſi Iudex delegatus, ſeu executor, cui juxta regulam Cancellariæ 21. ſeu 22. de unione, committitur, ut ſi vocatis vocandis repererit cauſas eſſe veras, unionem faciat, &c. referendo adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & cauſas reperiſſe veras, procedat ad unionem, præſumatur pro illo, & ei fides in judicio contradictorio adhibeatur ſuper veritate cauſarum. 128.

In qua difficultate reſpondet negativè Ægidius *deciſ.* 377. & 617. & Practicabilia Rotæ *ſub num.* 6. non obſtante ſupradicta doctrina, præſumi 129.

pro

pro decreto judicis, in quo enuntiantur ſolemnitates; quia id non procedit in executore, & judice delegato, pro cujus decreto non ita præſumitur. Ægid. *ibi*, Angel. Gabriel *d. concl.5. de ſententia* 44. ubi regulam, quod præſumatur pro decreto judicis, limitat ut procedat in Iudice Ordinario generali: ſecus in Iudice ſpeciali, ad certum actum deputato. Puteus *deciſ.*144. *num.*4. *lib.*3. Rota *d.deciſ.*193. *num.*4.

130. Difficultatem tamen facit, quod delegatus, cui Papa committit, ut ſe diligenter informet de utilitate Eccleſiæ, & ſi repererit in evidentem utilitatem Eccleſiæ cedere alienationem, confirmet, ſeu licentiam alienandi concedat, ſatis eſt ſi adhibeat cognitionem extrajudicialem abſque citatione, & pro eo, & ejus ſententia præſumitur abſque proceſſu, maximè ſi aſſereretur, adhibuiſſe cognitionem, ſeu ſe informaſſe, &c. Abb. *conſ.*41. *p.*1. quod conſilium ſequitur, & commendat Decius *conſ.*341. *n.*12. Capic. *deciſ.*16. *n.*4. Puteus *deciſ.*432. *lib.*2. & Rota *in una Raguſina emphyteuſis*, 20. *Iunii* 1578. *coram D. Lancellotto*, quæ habetur *p.*1. *diverſor. deciſ.*479. *& in una Anconitana terrarum de anno* 1577. *coram D. Seraphino, & in una Romana devolutionis*, 20. *Maii* 1580. *coram D. Lancellotto*, quæ habetur *d.p.*1. *diverſorum, deciſ.*636. *num.*1. *&* 4. *& in una Averſana tenimenti*, 15. *Februarii, &* 5. *Martii* 1582. quæ habetur *d.*1. *p. deciſ.* 716. *num.*4. *& in una Auximana bonorum*, 13. *Maii* 1585. *coram D. Seraphino, &* 15. *Novembris ejuſdem Anni, coram D. Robuſterio, & in una Gadicenſi cenſus*, 23. *Ianvarii* 1595. *coram D.Seraphino*, & *in alia coram Seraphino*, quæ eſt *deciſ.*754. *noviſſimarum* Farinacii.

In qua fuit reſolutum, *Cenſum conſtitutum à Capitulo Gadicenſi, pro extinguendis prioribus cenſibus ad majorem rationem creatis, & ſumptis à perſonis particularibus, quorum redditus per plures annos Capitulum recognoſcendo bonam fidem, quod pro ipſius Capituli neceſſitatibus dicti particulares ſe obligaverint, ſolvit, fuiſſe utilem, & validum, non obſtante, quod non conſtet de verificatione cauſæ, nempe quod fuerint creati pro neceſſitatibus Capituli, quia cùm hoc faſſi fuerint capitulares, & negotium fuerit confectum cum authoritate Ordinarii Gadicenſis, habentis ad hoc authoritatem à Sede Apoſtolica, utique præſumitur pro ipſius decreto, & hoc pacto recognitio bonæ fidei facta per Capitulum, fuit approbata per Ordinarium in conſtitutione hujus novi cenſus, &c.* Et fuit dictum *ſuprà*, 6. *p. cap.*2. *num.*248. Rota etiam *in alia Romana cenſus*, 2. *Decembris* 1609. *coram D.Marquemontio*, ubi fuit reſolutum, &c. *Rub.alien. rer. Eccleſ.* & tradit Gratian. *in Addit. ad deciſ.*99. *num.*3. allegans deciſ. Rotæ *in Papienſi bonorum*, 28. *April.* 1595. *coram D.Seraphino.* Rota etiam *in Hiſpalenſi legitimæ*, 11. *Maii* 1612. *coram D.Ubaldo.*

Reſpondetur hoc procedere, quando Papa ſimpliciter committit alicui, ut ſe informet, &c. tunc enim citra informationem ſtatur ejus aſſertioni: & pro ejus decreto præſumitur abſque proceſſu. Rota *d.deciſ.*716. *n.*4. *& deciſ.* 160. *num.* 8. *p.*2. & Proſper de Auguſtino *in Append. ad Summam Bullarii, verb. Alienatio, ſub num.* 11. *pag.*498. 131.

Quod non ſolùm videtur procedere ubi non eſt clauſula, *vocatis vocandis*, & nullus eſt contradictor. Puteus *d.deciſ.*144. *num.*1. *&* 2. ſed etiam ubi eſt clauſula, *vocatis vocandis*; nullus tamen eſt contradictor, nec qui debeat vocari, ex quo etiam tunc proceditur extrajudicialiter. Rota *d. deciſ.*636. *& in d. Anconitana terrarum*, ubi, ut *in deciſ.* dicitur, *commiſſio cantabat, vocatis vocandis*, quamvis contradicat Ægidius *d.deciſ.*617. 132.

At ſupradicta reſolutio procedit, ubi committitur cum clauſula, *vocatis vocandis*, quæ facit executorem mixtum. Felin. *in cap. Exhibita*, *n.*4. *de Iudiciis*, & *in cap. De cætero*, *n.*10. *de Re judicata*, cum aliis, & eſt intereſſe habens, qui debet vocari, ſeu aliàs eſt contradictor; tunc enim fieri debet proceſſus, & requiritur receptio teſtium, & probationum ſuper veritate narratorum, de quo proceſſu debet doceri. Ægidius *d. deciſ.*617. & Puteus *d.deciſ.*144. *num.*4. Et quando in reſcriptis Papa committit executori, ut ſe informet per receptionem teſtium, & probationum, ſeu quod procedat juxta formam Paulinæ requirentis 133.

rentis teſtes, & probationes pro veritate narratorum recipi, ut *d. deciſ. 716. & 760.* Quamvis iſtam diſtinctionem rejiciat Genuenſis *in Praxi, d. cap. 65. in Annot. num. 21.* tenens indiſtinctè, ſemper debere conſtare evidenter de cauſa, & utilitate Eccleſiæ, per teſtes, & alias legitimas probationes; & non eſſe ſtandum aſſertioni Commiſſarii, etiamſi ei Papa ſimpliciter committat, quod ſe informet, per textum, & Doctores *in d. cap. 1. de rebus Eccleſ. in 6.* qui id non probat, ut *ſuprà, num. 133.* & per Ægidium Bellamer. *in Repet. Clement. Si una, de reb. Eccleſ. non alienand. num. 256.* concludentem, non eſſe adhibendam fidem executori Papæ, cui commiſit, quod diligenter ſe informet de cauſa unionis faciendæ.

134. Si tamen apparet de proceſſu, ſeu actis ſuper unione, & receptione teſtium, & probationum, ſive parte vocata, quia nullus erat, qui deberet vocari, ſtabitur illis, donec contrà probetur, ſi poſtea res deducatur in litigium; quia fortè Rector, vel ſucceſſor dicit cauſam non fuiſſe veram, & ita colligitur *ex d. deciſ. Rotæ 716. ad finem.* Et aliàs eſſet durum cogere habentem unionem, ad iterum probandum cauſas, cum ritè, & rectè has probaverit tempore unionis.

135. Facit doctrina Alexandri *conſ. 79. num. 18. lib. 1.* Jaſonis *conſ. 54. num. 3. lib. 1.* Cornei *conſ. 181. col. 12. lib. 2.* Covarruv. *lib. 2. variar. c. 17. num. 2.* quod ubi in alienatione rerum Eccleſiæ ſervata fuit forma, & juris ſolemnitas, in dubio præſumitur facta ex cauſa juſta, & dicit in propoſito Hojeda *d. cap. 3. num. 19. verſic. vel aliter, & ſecundò.*

136. Quamvis contrarium quoad hoc, quando fuit proceſſum parte non vocata, etiamſi ſit in poſſeſſione, qui obtinuit unionem, teneant Ægidius *d. deciſ. 617.* & Practicabilia Rotæ *ſuprà, num. 6.*

137. Et juxta prædicta eſt accipiendum quod ait Cardinal. *in Clement. 1. de Elect. quæſt. 9. num. 10.* quod poſſit dici, quod ſufficit, quod de unione conſtet; debet enim præſumi omnia fuiſſe ſolemniter agitata, ſecundum ea, quæ notantur *in d. c. Sicut, de re judicata, & in d. l. Sciendum.* Hucuſque Garcia *p. 12. cap. 2. à num. 110. ad 144.*

Ex dictis manifeſtè apparet, cauſam legitimam neceſſitatis interveniſſe in unione Eccleſiæ Parochialis S. Joannis de Mendavia huic Hyrachenſi Cœnobio, facta per Ordinarium Pampilonenſem, die 5. Martii anni 1408. eſt exſcripta *in meis qq. Paſtoral. p. 4. quæſt. 1. num. 4.* ſcriptura dictæ unionis, in cujus originali, ut præmittitur ibi, *num. 3.* fuit illi narratum, *quod fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii propter guerrarum turbines, & mortalitatum peſtes, quæ in illis partibus diutiùs, ingruerunt adeo ſunt imminuti, quod onera dicti Monaſterii non valetis commodè ſupportare, ſupplicantes Parochialem Eccleſiam S. Ioan. de Mendavia, dictæ Diœceſis, quæ de Patronatu laicali exiſtit, & ad id Patroni acceſſit aſſenſus, pariter & conſenſus, vacantem ad præſens per liberam reſignationem Sancii de Licanzu, ipſius Eccleſiæ Rectoris, in manibus noſtris factam, dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, & annectere dignaremur.* Poſt quæ verba, immediatè ipſe Ordinarius ſubjungit: *Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati*, & de præmiſſis ſufficienter informati, *præfatam Parochialem Eccleſiam, ſic ut præmittitur vacantem, cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis præfato Monaſterio authoritate noſtra ordinaria, in perpetuum incorporamus, unimus, & concedimus*, &c. ut *in d. q. 1. num. 4.* Apparet etiam ex clauſula, *& de præmiſſis ſufficienter informati*, in literis unionis inſerta, Ordinarium præmiſiſſe ſufficientem cauſæ cognitionem, ad ſupra tradita, ſignanter *num. 117. 120. 121. 122. 124. 126. 127.* 138.

Secundò apparet ex dictis, maximè *à num. 128.* Judicem delegatum, cui Benedictus XIII. per ſpecialem Bullam editam 5. Aprilis 1408. confirmationem commmiſit præfatæ unionis, ſub tenore ſequenti: *Benedictus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Archidiacono de Eguiarte in Eccleſia Pampilonenſi, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sanè petitio pro parte dilectorem filiorum Abbatis B. Mariæ de Trache, &c. Nobis deſuper exhibita continebat, quod olim ex certis cauſis, & rationabilibus expreſſis, Parochialis Eccleſia S. Ioan. de Mendavia dicta diœceſis* 139.

ceſis fuit eidem Monaſterio authoritate ordinaria unita: quare pro parte Abbatis, & Conventus prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut unioni hujuſmodi robur confirmationis adjicere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ committimus, & mandamus, quatenus ſi eſt ita, unionem prædictam, ſicuti providè factam, authoritate noſtra approbes, & confirmes, &c. exactè, juridicè, providè, & ſolerter commiſſionem hujuſmodi debitæ executioni demandaſſe, prout ſatis, ſuperque demonſtrat decretum ab eo confectum, tenoris modò ſubinſerendi. Videlicet

140. *Nos igitur Martinus, Archidiaconus, & executor præfatus, &c. Quia per depoſitionem, & informationem plenariam per nos receptam reperimus, quod fructus, redditus, & proventus dicti Monaſterii de Trachio, propter guerrarum turbines, & mortalitatum peſtes, quæ in iſtis partibus viguerunt, ſunt adeò diminuti, quod vix dicti Abbas, & Conventus valeant onera dicti Monaſterii commodè ſupportare: ideo prædictam Eccleſiam de Mendavia eidem Monaſterio de Trachio authoritate Ordinarii factam, unitam fuiſſe reperimus. Idcirco nos Martinus Archidiaconus executor præfatus, authoritate Apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, dictam unionem de Eccleſia Parochiali de Mendavia, prædicto Monaſterio de Trachio authoritate Ordinariam facta,....approbamus, & confirmamus, & confirmavimus, &c.*

141. Et dictam quidem unionem pluries S. canonizavit Rota *coram RR. DD. Bevilaqua*, 19. *Ianvarii* 1663. *Ninot*, 17. *Iunii* 1664. *Ottalora*, 11. *Martii* 1667. *& Albergato*, 13. *Maii* 1669. *in deciſionibus, de quibus ſuprà, num.*70. *& 3. ſequentibus.* Et de confirmatione illius per Papam facta, facit Rota *in dicta coram Ottalora, num.*13. *& in d.coram Albergato, n.*7. ubi pro me ita fuit dictum: *Attenta præſertim Bulla ſuper hujuſmodi unione expedita, & executioni demandata, cum clauſula*, ſi ita eſt, unionem prædicta authoritate noſtra confirmes: *præſenti Summario, num.*4. *Inde enim præſumuntur verificata omnia narrata coram executore, dum illam de anno* 1409. *confirmavit.* Rota *deciſ.*734. *num.*4. *part.*2. *& deciſ.*71. *n.*5. *part.*3. *recentior. Maximè poſt curſum longiſſimi temporis,* 200. *& plurium annorum, intrat quod præſumuntur etiam omnia interveniſſe circa conſenſum Ordinarii, in hujuſmodi donatione requiſita* (juris ſcilicet patronatus Eccleſiæ,) *quando certum eſt, conſenſum, etiam ſupervenientem Epiſcopi, ad hoc ſuffragari, ut dixit* Rota *in antiquis, deciſ. finali, de jurepatronatus, & deciſ.*337. *num.*2. *part.*2. *recentiorum.* Hæc coram D. Ottalora.

Secunda cauſa finalis, & motiva 142.
unionis beneficiorum, & Eccleſiarum, eſt utilitas. Conſtat *ex cap. Expoſuiſti, ſuprà num.* 110. relato, ibi: *Vel utilitas exigat.* Ubi Barboſa *n.* 4. ibidem recenſitus. Item *ex cap. Eam te, el* 4. *de ætate, & qualit.* ibi: *Niſi ita fuerint tenues, &c.* ubi etiam Barboſa *num.* 16. *ex d. cap. Expoſuiſti, & ex cap.* 1. *Ne Sede vacante.* Rebuffus *in Praxi, p.* 1. *tit. de Unionib. n.* 41. quò loci explicat in quo utilitas conſiſtat, dicens: *Utilitas eſt, quando propter tenuitatem fructuum non inveniuntur idonei ad deſerviendum illi beneficio, vel Eccleſiæ.* Eodem modo illam explicat Pax Jordan. *tom.*2. *lib.*10. *tit.*32. *num.* 66. ubi concluſionem tenet, ſicut & Caſtr. Palaus *p.*2. *tract.*13. *diſp.* 6. *punct.* 11. *num.*19. & addit, ad utilitatem pertinere augmentum divini cultus. *Si enim* (inquit) *facta unione, cultus divinus augetur, ſufficientem præbet cauſam uniendi.* Et ulteriùs addit: *Ex quo manifeſtè conſtat, dari legitimam cauſam uniendi aliqua beneficia Conventibus Religioſorum, quia eorum unione augetur divinus cultus.* Quæ etiam docet Gordonus *lib.*8. *quæſt.*4. *cap.*4. §.4. *num.*20. *verſ. Quartò requiritur, in fine.* Tenuit etiam concluſionem Gavantus *in Manuali, num.*15. & ego ipſe *in Quæſt. Paſtor. p.* 2. *quæſt.* 4. *n.*3. Garcia *de benefic. p.*12. *cap.* 2. *n.*108. *&* 113. ex Burſat. *conſ.*185. *num.*3. *lib.*2.

Quod ſi petas, an ad unionem 143.
requiratur, duplex aſſignata cauſa, neceſſitatis ſcilicet, & utilitatis, an verò una earum ſufficiat? Reſpondeo unam tantùm requiri, & ſufficere. Patet *ex textu in d. c. Expoſuiſti,* ibi: *Neceſſitas, vel utilitas*; dictio

enim *Vel*, alternativa eſt, & disjunctiva, ut pluribus probat Barboſa *dictione* 415. *num.* 2. *&* 3. Naldus verbo *Dictio*, *num.*4. & ego ipſe *in Diſquiſit. tom.*2. *diſquiſ.* 12. *dub.* 6. *num.* 28. ſicut alternativæ etiam ſunt dictiones *ſeu*, & *ſive:* idem Barboſa *dict.*46. *num.* 1. Alternativa autem actum attribuit cuilibet in ſolidum, ut ipſe tradit *num.*2. ex Gloſſa 1. *in c. Cùm plures, de Offic. delegati in* 6. ſecuta per Archidiaconum, Joan. Andream, Dominicum, & Francum, prout eos refert Cenedus *poſt Canonicas quæſt. ſingulari* 6. *num.*3. Unde in noſtro caſu dictio *Vel*, cuilibet ex dictis duabus cauſis, neceſſitatis, vel utilitatis in ſolidum, attribuit unionem; & ad verificationem, quod adſit cauſa ſufficiens unionis, duplex recenſita non requiritur, ſed qualibet illarum verificata, verificatur ad eſſe veram cauſam ad unionem. Cujus doctrinæ veritate ſuppoſita, convincitur concluſionem tenere. Garcia *d. num.*108. Gavantus *d.n.*15. Barboſa *in cap. Expoſuiſti, num.* 4. *ſuprà num.* 110. redditus, Pax Jordanus *d. tit.* 32. *num.* 60. Ego ipſe *d. num.* 3. *in fine*, & omnes, qui dicunt, ad unionem requiri cauſam neceſſitatis, *vel* utilitatis, *ita ut alterutra ſaltem non interveniente* (ait Pax) *abſtinendum ſit ab unione*; in quibus verbis, apertè reſponſionem meam, & concluſionem firmat. An autem ſit ipſo jure nulla, vel annullanda unio ex falſa cauſa facta, vide *ſuprà*, *num.* 112. *&* 113. & me ipſum *d. num.* 3. Barboſam *alleg.*66. *num.*16.

Divisio IV.

De conditionibus requiſitis ad unionem Eccleſiarum, & beneficiorum, ſubjectivam, acceſſoriam, per viam incorporationis, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam.

144. UT Eccleſiarum, & beneficiorum uniones licitè, & validè fiant, conditiones requiruntur ſequentes. *Prima* eſt cauſæ cognitio. Thomas Sanchez in Decalogum *tom.*3. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 162. Aſcanius Tambur. *de Iure Abb. tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 2. *num.* 3. Azor. *p.* 2. *lib.* 6. *c.*28. *quæſt.*13. Layman. *lib.*4. *tract.* 2. *cap.* 9. *n.* 9. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. alleg.* 66. *num.*16. Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.*12. §. 2. *num.* 20. Garcia *de Benefic. p.*12. *c.*2. *num.*123. 126. *&* 145. Rebuff. *in Praxi, p.*1. *tit. de Vnionib. n.*43. & Pax Iord. *tom.*2. *lib.*10. *tit.*32. *n.*99. quò loci, cum Rebuffo pro eodem uſurpat cauſæ cognitionem, ac tractatum, & diſcuſſionem cauſæ. Et ego ipſe *in Quæſt. Paſtor. p.* 2. *quæſt.* 5. *n.*1. Rota *coram Ninot*, 3. *poſt mea Comment. num.* 7.

Secunda conditio eſt, ut omnes 145.
quorum intereſt, citentur, ſignanter contenti inferiùs in ſeqq. numeris. Petrus Gregor. *de beneficiis*, *c.*20. *num.*5. Barboſa *num.*17. cum Rota *deciſ.* 133. *num.* 4. *p.* 2. *diverſor.* Hojeda *de Incompatibilit. cap.* 3. *num.*9. Henriq. *conſ.*99. *num.*6. Riccio *in Praxi Fori Eccleſ. deciſ.* 486. *in* 1. *edit. aliàs* 377. *n.*3. *in* 2. & iterum *deciſ.* 491. *in* 1. *edit.* & *in* 2. *reſol.*382. *num.* 1. & ex Seraphino *deciſ.*1078. Gavantus *in Manuali*, verbo *Beneficiorum unio*, *n.* 24. Pax Jord. *d. tit.* 32. *num.* 53. 54. *&* 82. Sanchez *num.*163. Azor. *d.quæſt.*13. *&* *quæſt.*14. Gordonus *lib.* 8. *quæſt.*4. §. 4. *num.* 20. *verſ. Tertiò ad unionem: & verſic. Quæres*, addit, quod ſi citatio iſta omittatur, unio ipſo jure erit irrita. Palaus *num.* 21. Bauny *in Praxi benefic. diſp.*8. *quæſt.*6. *verſ. Quintò.* Rebuffus *loco cit. Regula de Vnionibus, gloſſa* 11. *num.*7. Garcia *d.c.*2. *num.* 203. cum Petro de Peruſio *tract. de Vnione Eccleſ. c.* 5. *n.*1. Duareno *de Benefic. lib.*5. *cap.* 6. Lancellotto *in inſtitut. lib.*2. *tit. de Vnion.* §. *Nec ſolùm.* Leone *in Theſauro fori Eccleſ. cap.* 31. *num.* 13. & Rota *in dicta Pampilonenſi de Mendavia, coram Ninot*, 27. *Iunii* 1664. *num.*7. *in fine verſic. Non obſtat, poſt dicta Commentaria, & in Segovienſi Præſtimonii*, 133. *n.*4. *p.*2. *diverſor.* & *in una Theanenſi beneficii S. Euſtachii*, 20. *Maii* 1587. *coram Gypſio*, & ex Concil. Bononienſi, *tit. de Vnione*, §. *Quæ ſervanda in unione*, ibi: *Et vocatis, quorum intereſt, tota erit res pertractanda.* Ego ipſe *d. quæſt.* 5. *n.* 2. & colligitur *ex Clementina, Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc, in fine, la* 1. *de Statu Monachor.* ibi: *Cum conſilio, & aſſenſu Abbatum.* Et expreſsè decernitur à Tridentino Concilio *ſeſſ.*7. *cap.* 6. *de reformatione*, ibi: *Aut aliàs rationabilibus cauſis, coram loci Ordinariis (vocatis quorum intereſt) verificandis, &c.*

Vocandi igitur ſunt, qui ſequun- 146.
tur.

tur. *Primò* Epiſcopus, quia per unionem amittit collationem, ex quo extinguitur titulus, & ampliùs beneficium non vacat. Rebuffus *ubi proximè, ex cap. Sicut unire, el 8. de Exceſſib. Prælat. & cap. 1. Ne Sede vacante*, & DD. *ibi*. Ex quo certè capite quilibet, ad quem ex privilegio, aut conſuetudine legitimè præſcripta ſpectat beneficii collatio, vocari debet, quia militat eadem ratio. Palaus *num.* 22. dicens: Hi verò ſunt primò (vocandi) patronus, ſive laicus, ſive Eccleſiaſticus, *inferior collator, ſeu elector*; quia iis omnibus per unionem notabiliter præjudicatur; ſiquidem jus, quod poſſident, extinguitur. Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 202. ait: Requiritur in unione vocatio, & conſenſus patroni, ſive Eccleſiaſtici, ſive laici, ac inferioris collatoris, & electorum. *Clem. unica de ſtatu Monach. Conc. Trid. cap.* 15. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* Bonifacius *in d. Clem. Si una, à n.* 21. Cardin. *num.* 6. & 17. Faſtol. *dub.* 6. Caccialup. *art.* 6. Pet. de Peruſio *c.* 5. 6. *q. princip.* Rebuff. *tit. de Union. n.* 28. & *in reg. de Union. gloſſ.* 11. *num.* 61. & *in repetit.* §. *Qui verò*, 3. *notab. verſ. Tertiò poſſet quæri*, & *in conſ.* 20. *verſ. Quintò reſpondetur*, ubi ait, quod ſi per inferiorem Papâ facta eſt unio, oportet probare, non ſolùm unionem, ſed & conſenſum collatoris, ſeu patroni. Lambertinus *de Iurepatr. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 2. Mandoſ. *reg.* 22. *quæſt.* 8. *num.* 3. Covar. *Practicar. cap.* 36. *n.* 10. Hojeda *d. cap.* 3. *num.* 9. *verſic. Sed utrum.* Fuſcus *d. lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 26. Lancellot. *Inſtitut. lib.* 2. *tit. de union.* §. *Nec ſolùm.* Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 11. & Zerola *in Praxi, p.* 1. *verb. unio*, §. 7. *dub.* 4. & alii. Hæc Garcia. Et Barboſa *d. alleg.* 66. *num.* 18. ubi ita fatur: Unde ſi Eccleſia ſit ſubjecta Abbati, aut alii inferiori Prælato, non poteſt Epiſcopus eam unire abſque illius conſenſu, ut per Mar. Socin. *in d. cap. Sicut unire, art.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 62. ubi *art.* 6. *num.* 95. *concl.* 4. rectè ait exigi conſenſum Clericorum conſtituentium Capitulum cum eo Prælato inferiori. Huc ſpectat Rota *in una Tarviſina plebis de Medulo*, 18. *Iunii* 1593. *coram Millino*, relata per Garciam *d. cap.* 2. *num.* 206. in qua fuit reſolutum, habita opinione Romanorum Domi-

norum Abbreviatorum de Parco majori: *In unione facienda de beneficio, ſolere, & debere exprimi poſſeſſionem juris conferendi, ſi quæ penes aliquem adeſt, maximè jure ſpeciali competens.*

Secundò vocari debet Capitulum 147.
Eccleſiæ Cathedralis. Barboſa *d. n.* 18. cum Socino *ubi proximè, concl.* 5. *n.* 96. & Sanchez *d. cap.* 29. *num.* 167. Rebuff. *d. Regula de union. gloſſ.* 11. *num.* 2. *ex cap. Sine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. *Clement. fin. de Reb. Eccl. non alien.* & *ex d. Clement. Ne in agro Dominico*, §. *Ad hæc, de ſtatu Monach.* Bauny *diſp.* 8. *quæſt.* 6. Gordonus *lib.* 8. *quæſt.* 4. *cap.* 4. *verſ. Secundò, in* §. 4. Palaus *d.* §. 2. *n.* 24. ex *cap. Paſtoralis*, 7. *de Donationib.* & tradunt omnes (addit) in unione facienda per Epiſcopum. In unione tamen facienda per Legatum, ſeu ex commiſſione Pontificis, communiter Doctores cenſent, non eſſe conſenſum Capituli requirendum. Quia cum Capitulo conſortium non habet: ſic pluribus firmat Garcia *p.* 12. *de Benefic. cap.* 2. *num.* 150. & 151. At placet diſtinctio, quam adducit Sanchez *lib.* 7. *in Decalogum, cap.* 29. *num.* 166. ex Mariano Socino Seniore *cap. Sicut unire, de Exceſſib. Prælat. art.* 6. *concluſ.* 14. *num.* 115. nempe conſenſum Capituli requiri, ſi Legatus uniat tanquam Ordinarius, quia tunc jura, & leges Ordinariis impoſitas videtur obligatus ſervare: ſecus verò ſi uniret tanquam delegatus Pontificis, & nomine ipſius. Hæc Palaus. Concluſionem principalem tenet Gavantus *num.* 17. quam limitat *n.* 20. juxta Navarrum, ſi Epiſcopus uniat ut delegatus Papæ: firmat adhuc in hoc caſu cum aliis. Tenet etiam concluſionem Garcia *d. cap.* 2. *n.* 145. cum Abb. *in d. cap. Sicut unire, num.* 2. Caccialupo *art.* 6. Petro de Peruſio *cap.* 5. *q.* 7. Gambaro *lib.* 5. *rubr.* 1. *de Poteſt. Legati in uniendo, num.* 58. & 108. Faſtolo *cauſa* 8. *dubio* 26. Lancellotto *in Inſtitut. Canonicis, lib.* 2. *tit. de union.* §. *uſque adeò*, & §. *Nec ſolùm.* Hojeda *de Incompat. cap.* 3. *num.* 9. Fuſco *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 5. Azorio 2. *p. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 12. & cum Rota *in Segovienſi Præſtimonii, de anno* 1580. *deciſ.* 133. *p.* 2. *diverſor. num.* 2.

Plura in ſequentibus numeris 148.
docet Garcia. Et primò, *n.* 146. quod

requiratur conſenſus Capituli, quamvis non requiratur tractatus, ex Rota, Pavino, Boërio, Rebuffo, Hojeda, Petro Gregorio, Azorio, & ex Practicabilibus Rotæ, locis ibi allegatis.

149. Secundò *num.* 147. hunc Capituli conſenſum poſſe intervenire etiam poſt unionem, ex Alexandro, Boërio, Rebuffo, Hojeda, Rota, Azorio. Et probat *ex c. Cùm vos, de His, quæ fiunt à Prælato, & ex c. Cura, de Iurepatron.* De quo Mar. Socin. Rochus, Lambertinus, Selva, Mandoſius, Simoncellus, Flamin. Pariſ. Garciam ſequitur Gavantus *num.* 18. Et ſic tenet ex communi DD. ſententia dictus Rebuffus *ad Reg.* 21. *Cancell. gloſſ.* 11. *num.* 20. *&* 21. quem adduxi *d. quæſt.* 5. *num.* 4.

150. Tertiò docet, *num.* 150. in unione facienda per Legatum conſenſum Capituli non requiri, ex Rota, Caccialupo, Ægidio, P. de Peruſio, Pavino, Gambaro, Hojeda, Navarro, & ex Practicabilibus Rotæ. Et eadem ratione docet *num.* 151. non requiri in unione facienda per Papam, ſeu ex ejus commiſſione, ex Navarro; quamvis in facienda per Epiſcopum, ex Papæ conceſſione, ſeu commiſſione, contrà ſentiant Faſtol. Boërius, & Practicabilia Rotæ.

151. Quartò docet *num.* 152. quod ubi extat conſuetudo in contratium, videtur unio poſſe per Epiſcopum fieri abſque Capitulo, ex Fuſco, Laurentio, Caccialupo, Petr. Greg. Concil. Bononienſi, & DD. *in Clement. Si una.* Garciam ſequitur Gavantus *n.* 19. & Palaus *num.* 25. ubi ait: Ab hac obligatione requirendi conſenſum Capituli, excuſari poteſt Epiſcopus conſuetudine immoriali, aut quadragenaria cum titulo, quia videtur eſſe præſcriptio. Sic aliis relatis Garcia *12. p. de benefic. cap. 2. n.* 152. qui addit in his Regnis eſſe præſcriptam conſuetudinem generalem, qua derogatum eſt huic obligationi requirendi conſenſum Capituli.

152. Quintò, recenſita *Clem. Si una*, & illius clauſula, *Contraria quavis conſuetudine non obſtante*, ejus Gloſſa, & aliis Doctoribus firmantibus non valere conſuetudinem contrariam, ait Garcia *num.* 154. Neque obſtant illa verba *in fine d. Clementinæ* poſita: *Contraria quavis conſuetudine non obſtante*; nam referuntur ad *verſiculum, Quod ſi Epiſcopi*, ut patet ex textu. Debebit tamen eſſe conſuetudo immemorialis, ut ait Cardinalis *ſuprà*, quem ſequitur Gambarus *ſuprà, n.* 109. & Rochus *in c. fin. de Conſuetud. ſect. 6. n.* 15. *in fine*, aut quadragenaria cum titulo, *ex cap.* 1. *de Præſcriptionibus, in* 6. Niſi ſimus in conſuetudine generali, quæ eſſet conſuetudo propria, & non præſcriptio: tunc enim ſufficeret ſolum tempus quadraginta annorum, ad notata *in d. cap. fin. de Conſuetudine.* Dueñas *regula* 140. quam conſuetudinem in his regnis eſſe exiſtimo.

Sextò, *à num.* 157. diſcutit Gar- 153.
cia, an Epiſcopus poſſit in vim Tridentini *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *de reform.* quà delegatus Sedis Apoſtolicæ, beneficia unire ſine conſenſu Capituli? Et recenſitis pro parte affirmativa Navarro, & Zerola: reſolvit non poſſe, ex verbis Concilii, ibi: *Juxta formam Iuris*; & ex S. Congregatione, in eaden verba dicente: *Iuxta formam juris, qua præterita, nulla erit unio: hoc eſt, de conſenſu Capituli, juxta Clement. Si una, de Rebus Eccleſ. non alienandis, Epiſcopus has uniones facere poteſt.*

Adverto tamen ex Gordono *lib.* 8. 154.
quæſt. 4. *cap.* 4. §. 4. *verſic. Secundò*, allegante Rebuffum, Azorium, & alios, quod ſi ſubſit cauſa juſta unionis, & nolit Capitulum ſuum præſtare conſenſum, poſſit ad conſentiendum compelli. Et ex Maſcardo *de Probat. concluſ.* 1322. *num.* 9. etiam adverto, quod Eccleſiæ unio, de conſenſu Epiſcopi, & Capituli, ex diuturnitate temporis facta præſumitur, ut conſuluit Alexander *conſ.* 219. & ex ipſis ita dixi *d. part.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 6. Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 178. *&* 179. ex pluribus probat præſumi, ſi lapſum ſit tempus 30. annorum. Vide illum.

Tertiò vocari debet Patronus, cu- 155.
jus conſenſus ad unionem requiritur. Rebuffus *d. Regula de Vnionib. gloſſ.* 11. *num.* 6. *ex cap. Suggeſtum, de Iurepatr.* Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 53. *&* 54. ex *c. Paſtoralis, el* 7. *de Donat.* & Trident. Concil. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de reformat.* Gordonus *ubi proximè, num.* 20. *verſic. At quid*, ex Covarr. *in Q Q. Practicis, cap.* 36. *n.* 11. & Navarro *lib.* 3. *Conſilior. tit. de Iurepatr. conſ.* 3. *n.* 2. Ita & Barboſa *alleg.* 66. *num.* 19.

n. 19. *ex d. c. Suggeſtum.* Allegat Mar. Socin. *in c. Sicut unire, art.* 6. *concl.* 8. *num.* 98. *de Exceſſibus Prælator.* Boërium *deciſ.* 345. *num.* 4. *in fine*, Lambertinum *de Iurepatr. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 5. Bertrand. *d. conſ.* 73. *vol.* 4. Hojedam *de incompatibilit. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. Riccium *in Praxi fori Eccleſ. deciſ.* 486. *in* 1. *edit. & in* 2. *reſol.* 377. *num.* 1. ubi *num.* 5. reſolvit, conſenſum patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi. Flaminium *de reſignat. lib.* 2. *quæſt.* 4. *num.* 11. Campanilem *in diverſorio Iuris Canonici rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 477. Azor. *p.* 2. *lib.* 1. *c.* 28. *quæſt.* 12. & Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 168. *&* 170. dicentem, neutri patrono, tam laico, quàm Eccleſiaſtico, poſſe Epiſcopum præjudicium inferre. Et reſolvit, ſatis eſſe ſubſequi conſenſum patroni. Addo quos *num.* 146. recenſui. Conſultò dicit, neutri patrono poſſe Epiſcopum præjudicium inferre; quia Legatus benè poteſt Eccleſiaſtico præjudicare patrono, ut dixi *d. quæſt.* 5. *num.* 5. & probatur *ex cap. Cùm dilectus, el* 28. *de Iurepatr.* ibi: *Etſi Archidiaconus præfatum G. tanquam Clericus præſentavit: quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat, ſuberat juriſdictioni Legati: unde poſtquam idem Legatus donationem illius Eccleſiæ ſibi decreverat reſervandam, ad eam, tanquam Clericus, non potuit quempiam præſentare, præſentationem ipſius minùs canonicè factam, decernimus irritam.* Ubi Gloſſa verbo *Laicus*, ibi: *Si tanquam Clericus, ergo præſentatio non tenuit, quia erat interdicta per Legaeum: & ita pro non dato habetur.* Et in verbo *Clericus*, ſic ait: *Secus ſi tanquam laicus, quia tunc poſſet, non obſtante reſervatione Legati.* Quomodo autem poſſit Eccleſiaſticus, ut laicus præſentare, declarat *d. verbo Laicus*, dicens: *Ratione patrimonii.* Videndus venit ibi Barboſa *ſub num.* 7. *verſ. In gloſſa Laicus*, ubi plures adducit ad firmandum, Legatum præjudicare poſſe patrono Eccleſiaſtico, laico verò minimè. Et *in d. c. Dilectus, el* 6. *de Officio Legati*, cujus ſumma eſt, *Legatus de Latere confert beneficium vacans, licèt illud ſpectet ad præſentationem alicujus Clerici*, dictum meum firmatur. Ubi Gloſſa, verbo *Inconſulto*, ait: *Sic infrà, de Iurepatr. Cùm dilectus. Sed illud de laico intelligitur.*

An vocari debeat poſſeſſor beneficii uniendi, aut in caſu vacationis, œconomus: illi dandus, controverſum eſt inter Doctores. Negant Barboſa *alleg.* 66. *num.* 20. Palaus *d.* §. 2. *num.* 23. & Garcia *d. cap.* 1. *num.* 214. Rebuffus *d. gloſſa* 11. *num.* 8. Pax Jordanus *d. lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 87. Petr. Gregor. *de Benefic. cap.* 20. *num.* 10. Et probatur apertè *ex Clementina* 2. *de Rebus Eccleſ. non alienandis*, ibi: *Si una Eccleſia alteri Eccleſiæ, ſeu dignitati alicui, vel præbendæ, per Epiſcopum, ſuo conſentiente Capitulo uniatur, aut religioſo loco donetur, ex eo, quod Rector ipſius ad hoc vocatus, vel ſi vacabat, defenſor ei ſuper hoc datus non extitit, nequaquam id poterit impugnari.* Et Gloſſa etiam verbo *Rector*, & verbo *Defenſor*, videnda venit. Et ratione etiam probatur, quoad Rectorem: quia cùm ei in vita ſua non præjudicetur, ſed poſt mortem ipſius unio ſortiatur effectum, ſua non intereſt. Garcia, Palaus, & Barboſa *locis citatis*, adducunt *c. Conſultationibus, de Donation. Clement.* prædictam, ejus Gloſſam, Seraphinum *deciſ.* 1078. Sanchez *in Decalog. lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 171. Rebuff. *d. num.* 8. Hojedam *d. cap.* 3. *n.* 9. *verſic. Sed utrum.* Cardin. *in d. Clement. q.* 1. *num.* 7. Anchar. *num.* 5. Riccium *in Praxi fori Eccleſ. reſol.* 382. Joan. Chokier. *ad Reg.* 13. *Cancell. num.* 28. & Rotam *deciſ.* 133. *num.* 13. *&* 14. *p.* 2. *diverſor.* Quod ſi dicatur, præjudicium generari, quia impeditur ne cum alio permutare valeat, vel in gratiam alterius renunciare. Reſpondet Barboſa cum Rebuffo *d. gloſſa* 11. *num.* 9. *&* 10. Hojeda *d. num.* 9. & Azor. *d. cap.* 28. *quæſt.* 12 id præjudicium non eſſe conſiderabile, eo quòd permutatio illa, & reſignatio pendeant à voluntate Superioris, & ſint modi extraordinarii comparandi beneficia: quare id præjudicium cedere debet utilitati communi, ob quam unio beneficiorum fit. Ratione etiam probatur, quoad œconomum, ſeu defenſorem. Quia ut inquit Palaus *d. n.* 23. defenſoris conſtitutio pro diſmembratione, & diviſione, illiuſque alienatione requiritur, non pro unione. 156.

Quod vocari non debeat populus, docent Garcia *d. c.* 2. *num.* 219. *&* 220. cum Boërio *deciſ.* 345. *num.* 4. Rebuffo *d. gloſſ.* 11. *num.* 11. Hojeda *d. num.* 9. 157.

verſic. Secundum quod : qui duo rectè aiunt, dicit Garcia, quod audiretur tamen, ſi cauſam rationabilem allegaret, ne fieret unio. Barboſa *d. num.* 20. & Palaus *d. num.* 23. qui idem in omnibus dicunt, quod præcedentes. Nam ut fuit reſolutum *in una Gerundenſi unionis*, 20. *Martii* 1600. *coram Sacrato*, Parochianorum intereſt bonum habere Paſtorem; ideo ſunt legitimæ perſonæ in cauſa hoc reſpiciente. Alexand. de Nevo *conſ.* 48. *num.* 7. Petr. de Peruſio *de Vnione*, *cap.* 2.

158 Nec in unione facienda per Legatum, ſeu ex commiſſione Papæ, non oportere vocare Epiſcopum, tenent Ripa *lib.* 2. *reſponſ.* 18. *num.* 7. & Gambarus *de Poteſt. Legati*, *lib.* 5. *rubr.* 1. *num.* 114. apud Garciam *d. cap.* 2. *n.* 221. & plures alii, quos ipſe allegat *n.* 65. quamvis in Legato contrarium teneant Caputaquenſ. *deciſ.* 350. *num.* 5. *p.* 3. Practicabilia Rotæ *cap. de unione*, *num.* 12. *verſ. Circa prædicta*, Zerola *in Praxi*, *p.* 2. verbo *Unio*, §. 3. & videatur tenere Rebuff. *d. gloſſa* 11. *num.* 7. & Ægidius *deciſ.* 512. *ſeu* 513. Et *num.* 222. ait Garcia: Sed quidquid ipſi velint, non videtur verum, Epiſcopum debere vocari: nam quamvis ex unione ei auferatur collatio in beneficio unito, tamen id provenit ex natura unionis, & Legatus habet in hoc eandem poteſtatem, quam Epiſcopus, & concurrit cum eo. Gambarus *ſuprà*, *n.* 46. 47. *&* 54. & aliàs ſua jura, & juriſdictio inviolata remanent Epiſcopo, *cap.* 1. *de Religioſ. domib.* & ibi DD. *c. Paſtoralis*, ubi Innocentius, & alii, *de Privileg.* Caccialup. *art.* 2. *quæſt.* 16. Petr. de Peruſio *cap.* 10.

159. Tertia conditio ad unionem faciendam per Papam, aut Legatum, eſt ut exprimatur verus valor beneficii uniendi, & ejus, cui unitur; non verò ſi illa fiat per Ordinarium. De qua egi *d. quæſt.* 5. *num.* 8.

Divisio V.

Dilucidatur, quot ſint, & quales effectus unionis acceſſoriæ, ſubjectivæ, & per viam incorporationis, jure pleno, quo ad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam.

160. *De primo effectu.* PLures eſſe hujus unionis effectus, in QQ. Paſtoralibus *part.* 2. *quæſt.* 6. demonſtravi, recenſui, & explicavi, licèt non tam per extenſum, ſicut in præſentiarum declarare intendo. Primus eſt extinctio, & ſuppreſſio nominis, & tituli beneficii uniti, ita ut ampliùs non ſit, nec dici poſſit. Ita Garcia *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 12. cum Oldrado *conſil.* 257. *num.* 15. Felino *in c. In noſtra*, *de reſcript. corol.* 33. Caccialupo *art.* 8. *q.* 11. *tract. de Vnionib.* Selva *de Benefic.* 3. *p. quæſt.* 12. 14. *qualit. num.* 20. Sarnenſi *in Regul. de Triennali*, *quæſt.* 8. *& de Infirmis*, *quæſt.* 15. Rebuffo *in Praxi*, *in forma novæ proviſionis*, verbo *Cum annexis*, Gambaro *ſuprà*, *num.* 139. Mandoſio *in Reg.* 19. *quæſt.* 10. *n.* 2. *&* 3. *& Reg.* 22. *quæſt.* 13. *à num.* 18. Ferret. *conſ.* 125. *num.* 1. *&* 236. *num.* 1. *&* 242. *num.* 5. 6. *&* 7. *&* 255. *num.* 7. Hojeda *de Incompat. p.* 2. *cap.* 3. *num.* 11. Practicabilib. Rotæ *cap. de Vnione*, *num.* 13. Rota *deciſ.* 11. *de reb. Eccleſ. non alien. in antiq.* Caſſodoro *deciſ.* 2. *num.* 2. *de unicn. &* 13. *num.* 1. *ſuper Reg.* Puteo *deciſ.* 6. *de union.* Caputaquenſi *deciſ.* 349. *part.* 3. Rota *deciſ.* 758. *num.* 6. *p.* 1. *&* *deciſ.* 133. *n.* 16. *p.* 2. *diverſ.* & *in una Virdunenſi Decanatus*, 9. *Martii* 1580. *coram Lancelletto*, quam adducit *p.* 5. *cap.* 1. *num.* 270. ubi fuit reſolutum: *Quando verò Beneficium unitur alteri acceſſoriè*, *perdit nomen ſuum*, *& non dicitur ampliùs Beneficium ſicut dicebatur ante unionem*, *& ejicitur uti pediſequa illius*, *cui unitur... & efficitur illius membrum... & hæc eſt natura unionis*, *ut faciat ceſſare titulum.* Et *in Burgenſi ſervitii Decani*, 13. *Iunii* 1594. *coram Lita*, quam tranſcribit *p.* 3. *cap.* 2. *num.* 510. in qua ſic habetur: *Domini reſolverunt*, *Decanum non teneri ſervire tanquam Portionarium*, *quia Portio eo ipſo*, *quod unita fuit in perpetuum dignitati Decanatus per viam incorporationis*, *ut ex lectura unionis factum fuiſſe appareret*, *deſiit eſſe portio*, *illiuſque nomen*, *& effectus extinctus fuit. Unde cùm titulus Portionis*, *ejuſque effectus ſit extinctus*, *non poteſt dici*, *quod Decanus*, *uti Portionarius*, *teneatur ſervire*, *cùm non entis nullæ ſint qualitates*, *& qualitates ſine ſubjecto eſſe non poſſunt.* Et *in Illerdenſi Penſionis*, 6. *Martii* 1593. Et *in Compoſtellana Prioratus*, 17. *Martii* 1596. *coram Lita*, in qua fuit dictum: *Quando una dignitas minùs principalis unitur alteri principaliori*, *vel quando unio fit per incorporationem*, *dignitas minùs principalis*, *vel*

vel illa, quæ alteri incorporatur, remanet ſuppreſſa, extinctus titulus, ac facta prædium illius. Plura cumulat Garcia pro iſto unionis effectu, *à num.* 13. *d. cap.* 2. *p.* 12. ſicut ego ipſe *in d. quæſt.* 6. *num.* 1. *&* 2. ad quem locum me, & Lectorem remitto.

161. Dictis addo S. Rotam *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia*, 19. *Ianvarii* 1663. *coram Bcvilaqua, la* 2. *poſt mea commentaria*, ubi *num.* 1. dicitur: *Quia Eccleſia Parochialis S. Ioannis de Mendavia... plenariè, & per viam incorporationis unita, & annexa fuit Monaſterio de Hyrach... Per quam unionem ſic factam, ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe, & prædium Monaſterii, cui fuit unita, reputari.* Et in eadem 11. *Martii* 1667. *coram D. Ottalora, la* 5. *poſt dicta comment.* ubi *num.* 3. dictum eſt: *Quibus conveniunt ſequentia*, Dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & unire dignaremur; *quæ demonſtrant petitam unionem, fuiſſe acceſſoriam, per viam incorporationis, & ſic cum ſuppreſſione tituli.* Et infrà, *num.* 6. ibi: *Fortiùs dum in unione dicitur:* Præfato Monaſterio authoritate noſtra Ordinaria in perpetuum incorporamus; *quod oſtendit unionem eſſe acceſſoriam & extinctivam tituli, cum tranſlatione jurium etiam ſpiritualium in Monaſterium.* Et *num.* 7. ibi: Ita, quod liceat per vos, &c. *ita ut importet pleno jure, & ſubjectivè unire, & incorporare Eccleſiam Parochialem menſæ Monaſterii, tam quoad temporalia, quàm ſpiritualia.* Et *num.* 11. ibi: *Cùm verò unio facta eſt pleno jure, acceſſoriè, & ſubjectivè, ut in præſenti.* Et rurſus *n.* 20. ibi: *Cùm per hanc unionem extinguatur titulus Parochialis, ita ut non poſſit amplius dici beneficium, ſed tranſlata omnis cura in Abbatem, Eccleſia remanet merum prædium, & grangia Monaſterii.* Item in eadem cauſa, 13. *Maii*, 1669. *coram D. Albergato, la* 6. ubi ſuprà, in qua *num.* 2. dicitur: *Iuſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, unionem Parochialis S. Ioannis de Mendavia, factam Monaſterio de Trach, fuiſſe plenariam, extinctivam, & per viam incorporationis.* Deinde *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, 28. *Novembr.* 1664. *coram D. Veroſpio, la* 12. ubi ſuprà, *num.* 2. dicitur: *Cùm enim Parochialis Eccleſia fuerit pleno jure, nedum ſcilicet corporalis, ſed etiam ſpiritualis reſpectu, annexa Monaſterio, ut deciſiones præcedentes editæ abſolutè convincunt, titulus beneficialis ſuppreſſus evaſit.* Rurſus *in eadem*, 23. *Martii* 1667. *coram D. Cerro, la* 17. *poſt dicta commentaria, num.* 8. ibi: *Data autem amovibilitate, per neceſſe infertur ad unionem plenariam, tituli extinctivam, cùm ex iſta, non ex alia pleno jure facta, reſultet amovibilitas.* Et 7. *Maii* 1607. *coram Manzanedo*, apud Farinac. *tom.* 3. *p.* 2. *deciſ.* 199. dicitur: *Beneficia Abbatia unita, fuerunt converſa in naturam ipſius Abbatiæ: & eo fit, quod dicantur prædia illius, & fiant de eadem menſa.* Omitto recenſere fundamenta, quibus S. Rota ducta fuit, in reſolutionibus dictarum omnium, & ſingularum Deciſionum: tum, quia videri facilè poſſunt in ipſis, citatis in locis: tum maximè, quia ſufficit, ſupereſtque tanti, & tam ſupremi Tribunalis intimare ſententiam, toties pronunciatam in contradictoribus judiciis, hinc inde inter plures, potenteſque contradictores diverſis temporibus agitatis.

162. Secundus effectus hujus unionis, præcedenti affinis, eſt extinctio omnium prærogativarum, privilegiorum, qualitatum, & naturæ beneficii alteri acceſſoriè, modò prædicto uniti; & ſortitio prærogativarum, privilegiorum, qualitatum, & naturæ beneficii principalis, cui facta fuit unio, in quod quaſi transformatur. Docent Rebuff. *in Praxi, tit. de unionib. num.* 57. Layman *lib.* 4. *tract.* 2. *n.* 2. *verſ. Alter modus eſt.* Leſſius *de Iuſt. lib.* 2. *cap.* 34. *dub.* 27. *num.* 148. Thom. Delbene *de Parlament. dub.* 4. *ſect.* 21. *ſubſect.* 8. *num.* 7. Barboſa *alleg.* 66. *à num.* 34. Lezana *conſult.* 15. *n.* 24. Petr. Greg. *de Benefic. cap.* 20. *num.* 15. Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct. ult.* §. 1. *num.* 7. Emanuel *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 20. *art.* 1. Hieron. *in compend. reſ.* 15. *num.* 2. Graña *in Catena jurium, tom.* 2. *tit. de Præbend. num.* 8. Aſcan. Tamb. *tom.* 3. *de Iure Abb. diſp.* 15. *q.* 5. *num.* 4. Gonzalez *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 12. 15. 25. 32. *&* 33. Bauny *in Praxi benefic. diſp.* 8. *quæſt.* 4. Gavantus *verb. Beneficiorum unio, n.* 25. Azor.

De effectu II.

p. 2.

p.2. lib.6. cap.28. quæſt.2. Garcia *p.12. cap.2. num.14.17. & 18.* quibus in locis ſequentia docet. Et quidem recenſita clauſula deciſionis Litæ, de anno 1596. ſuprà *num.160. ad finem*, reddita, ſic *num.14.* immediatè ait.

163. Et ſic unum tantùm eſt beneficium. Mandoſ. *d. reg.9. quæſt. 10. num. 5. ad finem.* Ferret. *d.conſ.136.num.1.& 242. num.7. & 255.num.7.* & dictum eſt *d. cap.2. à num.* 508. ubi adduxi quandam Declarationem S. Congr. Concilii: nam per hujuſmodi unionem unum omninò transfertur in aliud beneficium. Caccialup. *art.8.quæſt.11.* & cum titulo illius, cui facta eſt unio, confunditur, & efficitur una maſſa, ſeu unum corpus. Sarnenſis *d.q.15.* Mandoſius *d. quæſt. 1. num. 3.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.11. quæſt. 3. num.50.* & Zerola *in Praxi, 1.p. verb. Beneficium*, §. 4. *dicto 4.2. dub.* Hæc Garc. *d. num.14.* & quæ ſequuntur *num.17.* videlicet: Et attenditur tantùm qualitas, & natura beneficii principalis, non autem annexi. Gloſſa *in Clement. Per literas, verb. Eccleſias, de Præbend.* & ibi Cardin. *quæſt.17.* Imola *à n.15.* Abb. *num.5.* Bonifac. *à num.20.* Rebuff. *in d.repetit. §. Qui verò, 3.notab.4.concl.* Corraſius *de Benefic. 1.p. cap.3.num.1.* Rota *deciſ.114. à num.4.* Et tandem *num.18.* ait: Nam unitum aſſumit naturam, conſuetudines, & privilegia principalis, cui eſt annexum. Gloſſ. *in d. cap. Et temporis, & in d. cap.1.* P.de Peruſio *cap.2. num.10. & 19.* Navarr. *conſ.6. num.2.* & per propriam prærogativam. Navar. *conſ.10.de Majorit. & obed. num.2. & 3.* & dictum eſt *ſuprà, 11.p.cap.5.à num.192.* quidquid dicat Pacianus *de Probat. lib.1. cap.27. à num.14.* & tradit ſupradicta noviſſimè Gonzalez *d. gloſſ.5. §.7. ex num.2.* & Rota *in Seguntina dimidiæ annatæ, 7. Maii 1607. coram D.Manzanedo, &c. R. Annatæ, indict.* Unde fit (proſequitur immediatè *num.19.*) primò non videri verum conſilium ejuſdem Navarri 13. *de Reb. Eccleſ.* quod Primitiatus, prima dignitas cujuſdam Eccleſiæ poſt Pontificalem, authoritate Apoſtolica unitus menſæ capitulari, non ſit ſuppreſſus, nec extinctus, nec propter hujuſmodi unionem deſierit eſſe prima dignitas, &c. Nam cùm iſta unio ſit acceſſoriè facta menſæ Capituli, operatur ſuppreſſionem, & extinctionem, juxta prædicta. Hactenus Nicol. Garcia.

Illuſtrat præfatam doctrinam Gloſ- 164.
ſa *in cap. Recolentes*, verbo *Coaptent*, *el 3. de ſtatu Monach.* ibi enim dicit: Et ita id quod aggregatur alii, ipſius naturam imitari debet. *16. q.1. Et temporis qualitas*, & *cap. ſeq.* Et clariùs *in cap. Novit, verb. Uniendo, el 1. Ne Sede vacante*, ibi: Sed ſi una unitur alteri, ſecum hoc illius naturam, & conſuetudinem, & priviligia aſſumit, cui unitur. Ubi Innocentius *num.1.* dicit: Si verò de uno Ordine fit tranſlatio ad alium, illud quod transfertur, ſumit naturam illius, ad quem transfertur.

Tertius effectus unionis eſt, ut 165.
omnia emolumenta, omneſque actio- *De effectu III.*
nes, & jura Eccleſiæ acceſſoriè, per viam incorporationis, & ad menſam unitæ, ad Eccleſiam principalem, cui fuit unita, pertineant, & tranſeant. Ex jam dictis iſte effectus apparet: & in terminis docent Joan. Aloyſ. Riccius *in Collectaneis Deciſionum, collect. 896.* Aſcan. Tambur. *tom. 3. ex deciſ. 11.* Barboſa *allegat. 66. num.38.* Emmanuel Roderiq. *d. tom. 1. q.20. art.1.* quos recenſui, & fui ſequutus *in Paſtoralibus, quæſt.6. n.5.* Rota *23. Iunii 1595. coram Pamphilio*, apud Tamb. *loco citato*, ubi *num.3.* dictum fuit: *Et tanto magis, quod ex informationibus ſumptis per Doctorem Paez. & teſtibus per ipſum examinatis ſatis conſtat, menſam Abbatialem habuiſſe ades Abbatiales cum ſuo pomario, & area, & conſequenter per unionem factam Collegio tranſiſſe cum aliis bonis in ipſum Collegium.* & idem repetitum fuit *in n.10.* & *in alia 16. Martii 1615. coram Manzanedo, poſt dictas Paſtorales la 10.* ubi ad intentum dicta fuerunt: Primò, quod Eccleſia S. Angeli fuerit acceſſoriè, & per viam incorporationis & ſubjectionis unita Eccleſiæ S. Rochi, & quod *acquiſita poſſeſſione Eccleſiæ S. Rochi, cenſetur etiam acquiſita poſſeſſio alterius S. Angeli.* Et inferiùs dicitur: *Eccleſia enim unita dicitur poſſideri per Eccleſiam dominantem, tanquam prædium, & grangia.*

Ex Deciſionibus cauſæ Parochialis 166.
de Mendavia, hîc *num.161.* recenſitis, dictus tertius effectus comprobatur,

&

& firmatur. In illa coram Bevilaqua *num.* 2. ibi : *Cùm igitur Eccleſia ſit unita cum juribus, & pertinentiis ſuis, ... evidens ex hoc fit tranſlatio curæ habitualis in Abbatem.* Et coram Ninot *num.* 2. ibi: *Cùm enim Parochialis Eccleſia de Mendavia, ... fuerit ſubjectivè, & pleno jure unita Monaſterio Hyrachenſi, penes quod propterea dicitur tranſlata cura animarum.* Et inferiùs, *num.* 6. *Et comprobat etiam natura ipſa rei geſtæ, quia quoties fit omnium reddituum applicatio, reſervata tantùm congrua Vicario, ſignum emergit, quod cura habitualis fuerit tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit unio, & ſolùm nudum ejus exercitium in Vicarium.* Et coram Ottalora dictum fuit *num.* 6. quod *d. num.* 161. retuli. Et *num.* 16. ibi : *At in præſenti ſumus in caſu contrario, in quo liquet curam eſſe tranſlatam in Monaſterium.* Et *num.* 20. dictum fuit, quod etiam recenſui *d. num.* 161. Et rurſus *num.* 22. dicitur : *Nec alicujus momenti eſt, quod Ordinarius in approbationibus, & ſententia expreſſerit*, ad effectum gaudendi toto tempore vitæ ſuæ. *Tum quia, dum ex verbis unionis conſtat, eam fuiſſe factam acceſſoriè per viam incorporationis, & curam tranſlatam in Abbatem, &c.*

167. De effectu IV. Quartus effectus eſt, ut nemo intituletur in Eccleſia acceſſoriè unita, ſed in principali, cui illa fuit annexa. Sic Gonzalez *ad regul.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 5 §. 7. *num.* 4. & 25. Aſcan. Tambur. *de jure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 9. *quæſt.* 18. *num.* 1. Barboſa *alleg.* 66. *num.* 34. cum Francho *in cap.* 1. *de Filiis Presbyterorum, in* 6. *num.* 7. & *alleg.* 72. *num.* 189. ibi: *Quia in hujuſmodi beneficiis inſtitutioni locus non eſt, ſed principalis titulus eſt penes ipſum Monaſterium, ſeu Collegium, cui unita ſunt.* Et Garcia *part.* 11. *cap.* 5. *num.* 193. cum Abbate *in repetit. cap. Extirpandæ*, §. *Qui verò, de Præbend. in lectura, in fine.* Ego ipſe *in d. quæſt.* 6. *num.* 6. Et efficaciter ex Deciſionibus recenſitis *num.* 166. & 168. probatur.

168. De effectu V. Quintus eſt, ut Eccleſia alteri annexa, & unita, curam non cenſeatur habere animarum, ſed Prælatus illius cui facta eſt unio. Ita Emman. Sà *verb. Beneficium, num.* 6. Bauny *in Praxi benefic. diſp.* 8. *quæſt.* 4. Valer. Regin. *in Praxi, lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 47. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 13. cum Felino *in cap. In noſtra, coroll.* 10. *de Reſcript.* & Menochio *de Arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 201. *num.* 97. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. d. alle-*

gat. 66. *num.* 35. cum Decio *in cap. Ad aures, n.* 13. *de reſcript.* Navarro *conſ.* 14. *num.* 4. *de rebus Eccleſ. in novis*, & Quintana Dueñas *Eccleſiaſticôn lib.* 4. *n.* 10. & *de Poteſtate Parochi, p.* 1. *cap.* 1. *num.* 68. Garcia *d. cap.* 5. *num.* 194. cum eiſdem, & cum Sarnenſi *in Regula de idiomate, quæſt.* 11. Et ego ipſe *d. quæſt.* 6. *num.* 7. Et facit S. Rota *in Ulyſbonenſi juris conferendi*, 13. *junii* 1607. *coram Lancellotto, la* 8. *poſt meas Paſtorales, num.* 1. ibi : *Et ſic apparet, quod in dicta Eccleſia* (ſcilicet Monaſterii de Alcoba tia) *aderat Prælatus, ſcilicet Abbas, qui decimas percipiebat, & ad quem cura animarum conſequenter ſpectabat, &c. cùm anno* 1335. *Abbas congruam Vicario iſtius Eccleſiæ* (de Pederneria, de qua agebatur) *aſſignaſſet, &c.* Et paucis interjectis : *Ex quibus apparet, quod dominium, & cura penes ipſum Abbatem exiſtat.* Facit etiam in deciſionibus recenſitis ſuprà *n.* 161. coram Bevilaqua enim, *num.* 1. dictum fuit : *Quodque penes idem Monaſterium, illiuſque Abbatem cura animarum, omniaque alia reſideant; Vicarius verò ibi deputatus ad eam exercendam, uti nutu amovibilis, habeat nudum exercitium, & nomen cum jure congruæ.* Et inferiùs, *n.* 2. ibi: *Cùm igitur Eccleſia ſit unita cum juribus & pertinentiis ſuis, ſitque certa congrua Vicario aſſignata, ad hoc ut reliqui fructus convertantur in uſus Conventus, & Abbatiæ de Hyrach, evidens ex hoc fit tranſlatio curæ habitualis in Abbatem, & exercitium dumtaxat in Vicarium.* Videantur *n.* 166. aliæ deciſiones : & poſt Commentaria *deciſio* 6. *in ead. cauſa edita* 13. *Maii* 1669. *coram Albergato*, ubi *n.* 2. dictum fuit : *Validitas, & conformitas ſententiarum non fuit in controverſiam deducta. Juſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, unionem Parochialis S. Ioan. de Mendavia, factam Monaſterio de Hyrach, fuiſſe plenariam, extinctivam, & per viam incorporationis. Ideoque Abbatem dicti Monaſterii eſſe verum Rectorem Eccleſiæ unitæ; Vicarium verò ab eo deputatum, eſſe nudum miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amovibilem.*

169. De effectu VI. Sextus effectus unionis acceſſoriæ ſubjectivæ, per viam incorporationis, pleno jure, quoad ſpiritualia, & temporalia curam animarum præcisè concernentia, & ad menſam, eſt quod Eccleſia ſæcularis, per hujuſmodi unionem Regulari facta,

Regularis ipſa efficiatur. Ita Thom. Sanchez *tom. 3. in Decalog. lib. 7. cap. 29. num.* 148. cum Greg. Lopez *l. 3. tit. 12. partita* 1. Emman. Roderiq. *tom. 1. qq. Regular. quæſt.* 20. *art.* 1. cum Petr. de Peruſio *de Unione Eccleſiar. cap. 2.* Azorius *part. 2. lib. 6. cap. 28. quæſt. 2.* Baſſæus verbo *Beneficium* 1. *num.* 2. Pellizarius *in Manuali, tract. 8. cap. 4. ſect. 4. num.* 113. *verſic. Addo.* Hieronymus Roderiq. *in Compendio qq. Regularium*, quos recenſui, & fui ſequutus *in d. quæſt. 6. num.* 8. Et ita à S. Rota fuit ſæpè dictum ad favorem hujus mei Hyrachenſis Cœnobii : primò, in cauſa Vicariæ S. Joannis de Stella: ſecundò in Parochialis S. Joannis de Mendavia cauſa, & bis quidem in qualibet earum. In cauſa Stellæ edita fuit deciſio una 14. *Decembris* 1648. *coram Ottobono*, poſt dictas quæſt. Paſtorales *la* 19. *in qua num.* 5. dictum fuit : *Minùs obſtare poteſt prætenſum juſpatronatus Parochianorum S. Ioannis de Stella, quia cùm agatur de Eccleſia Regulari, Parochiani tenentur exhibere privilegium Apoſtolicum, ſine quo in Eccleſiis Regularium Iuſpatronatus non acquiritur*, cap. Nobis, *ubi Gloſſ. in verbo* Non aliter, de Jurepatr. &c. Et altera 26. *Maii* 1653. *coram Meltio, la* 20. in qua *num.* 14. *& finali*, ſic habetur : *Et tanto magis Domini inclinarunt pro confirmatione præcedentium ſententiarum, ad favorem Abbatis, & Monaſterii, quia ut ſuprà dicebatur, dicta Eccleſia S. Joannis de Stella, fuit mediante donatione liberè, & abſque reſervatione alicujus ſervitutis facta à Rege Sancio, qui eam fundaverat, unita Monaſterio S. Mariæ de Hyrache, atque ita, cùm hodie agatur, de dicta Eccleſia pro Regulari habita, præſentationes factæ à Parochianis remanent deſtitutæ omni titulo, cum prætenſum juſpatronatus non poſſit habere locum in Eccleſia Regulari, niſi quatenus doceatur de privilegio Apoſtolico, ſine quo illud non acquiritur. In cap. Nobis, de Jurepatr. &c.*

170. In cauſa autem Parochialis de Mendavia ſic dictum fuit 29. *Ianvarii* 1663. *coram Bevilæqua, in deciſ. 2. poſt mea Commentaria, num.* 4. ubi hæc leguntur : *At omnis difficultas removetur ex aliis in præſenti concurrentibus, quæ excludunt perpetuitatem Vicarii, & oſtendunt illum verè eſſe amovibilem. Et primò, quia agitur de Eccleſia Regulari ratione unionis Monaſterio factæ, in qua de jure deputantur Vicarii amovibiles, cap.* 1. *de Capellis Monachor. &c.* Et *coram D. Ottalora deciſ. 5. ſic num.* 13. *Ex quo reſultat, & ſuppletur conſenſus Ordinarii, & ſic cùm extinctum fuerit juſpatronatus, non potuerunt incolæ in hac Eccleſia Regulari novum juſpatronatus acquirere, neque antiquum jam extinctum recuperare, abſque privilegio Apoſtolico.*

Quam certè doctrinam ſequutus 171.
fuit Rebuffus *in Praxi benefic. part.* 1. *tit. Regularia beneficia multiplicia*, ibi : Regularia beneficia ſunt, quæ Religioſis addicta ſunt, vel ex fundatione, vel Ordinarii, ſeu Superioris inſtitutione, *cap.* 1. & ibi Doctores, *de Capell. Monach.* Huc ſpectat, quod docuit Angelus *conſ.* 247. quem ſequitur Cardin. Tuſchus *tom. 1. lit. B, concluſ. 76. num.* 3. nimirum beneficium unitum, adeo ſequi naturam, & qualitatem Monaſterii, cui unitur, ut ſi aliqua ſæcularia beneficia ſpectarent ad collationem beneficii uniti, poſſint ratione unionis, & naturæ, & qualitatis Beneficii, cui unitum eſt, conferri Regulari. Doctrina certè valdè plauſibilis, & menti tenenda, utpote Juri Canonico, Sacræ Rotæ, & communi Doctorum ſententiæ conſona, quâ ego ipſe uſus fui in Paſtoralib. *part. 2. quæſt. 6. n.* 1. quò loci *num.* 8. recenſui P. Joannem Bapt. Lezanam *tom. 1. Summæ qq. Regular. p. 2. cap.* 18. *de Beneficiis Regularibus, num.* 25. dicentem : Caſu autem, quo ſive ab Epiſcopo, ſive à Papa hæc unio beneficiorum Monaſterio fiat, gubernari poterunt per Religioſos, ſicut alia beneficia Regularia, juxta dicta in ſuperioribus. Favent Felinus *c. In noſtra, coroll.* 40. *num.* 42. *notab.* 3. *de reſcriptis.* Selva *de benefic. 3. p. quæſt.* 11 *n.* 126. referens quandam Rotæ deciſionem. Manebunt autem ſubditi ſuo Prælato, ſicut de aliis beneficiariis Regularibus dictum eſt *n.* 14. *&* 16. Hæc ille, in quibus ſatis apertè docet, Eccleſias Regularibus unitas regulares eſſe, & regularia earum beneficia.

Septimus unionis effectus eſt, ut 172.
Eccleſia Parochialis, ſeu beneficium Parochiale, ſimplici acceſſoriè unitum, ſimplex reddatur. Ita Gonzalez *ad Regul.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. *§.* 7. *n.* 8. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat* 66. *num.* 40. & *de Poteſt. Parochi num.* 68. *De Effectu VII.*

Palaus

Palaus *tom. 2. tract. 3. diſp. 6. punct. 12. §. 1. num. 7.* ubi ait: Quocirca, ſi Parochialis unita ſit acceſſoriè beneficio ſimplici, tanquam beneficium ſimplex eſt judicanda. Leſſius *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. num. 148.* Sa verbo *Beneficium, num. 6.* ibi: Habens Beneficium curatum, ſuo ſimplici annexum, non cenſetur habere curam animarum. Azorius *p. 2. lib. 6. cap. 28. q. 20.* Delbene *de Parlamentis, dubit. 4. ſect. 21. ſubſect. 8. n. 7.* ubi ait: Parochiale annexum ſimplici, aſſumit naturam ſimplicis: quod etiam poſt Tridentinum locum habet. Nicol. Garcia *de benefic. p. 11. c. 5. n. 196.* ubi ita ait: Et qui habet duo curata, quando unum venit per annexionem, non dicitur habere duo beneficia curata, ſeu duas Eccleſias curatas. Abbas *ubi proximè (in repetit. cap. Extirpandæ, §. Qui verò, de Præbend. in lectura, fine;* ſed unum curatum, & aliud ſimplex: nam beneficium curatum, annexum beneficio ſimplici, aſſumit naturam beneficii ſimplicis, cui eſt unitum. Probus *ad Monachum, in d. c. Super eo (de Præbend. lib. 6.) à n. 2.* Rebuffus *in Praxi, tit. de non promotis, num. 31.* Capra *regula 60. num. 65.* Hojeda *cap. 13. num. 50.* & Alvarus Valaſcus *conſultatione 14. num. 1.* Ita Garcia, & ego *d. quæſt. 6. num. 9.*

173. *De Effectu VIII.* Octavus effectus eſt, quod beneficium acceſſoriè unitum, nunquam vacet (& conſequenter nec reſervationi ſubſit.) Gloſſa *in Clement. Quia Regulares*, verbo *De menſa*, & verbo *Conſtitutionem, unica de Supplend. neglig. Prælat.* Gonzalez *d. §. 7. num. 7. 21. 25. 32.* Rebuff. *tit. de Vnionib. num. 12.* Aloyſ. Riccius *in Praxi fori Eccleſ. reſol. 293. num. 2. verſ. Pro parte*, verbo *Secundò, concl. 2. & 4.* Flores de Mena *Practicar. qq. lib. 1. quæſt. 30. art. 2. §. 2. num. 13. & 14. concl. 2. & 4.* Petr. Gregor. *de benefic. cap. 20. de unione, n. 1. & 15.* Ludovic. Gomez *reg. de triennali poſſeſſ. quæſt. 8. §. Tota difficultas.* Vivianus *in Praxi Iuriſpatr. lib. 1. cap. 1. num. 109. 111. & p. 3. lib. 14. cap. 5. n. 18.* Barboſa *alleg. 57. n. 155. & 158. & alleg. 72. num. 189.* & *de Poteſt. Parochi, p. 1. cap. 1. n. 69.* Bauny *in Praxi, diſp. 8. quæſt. 4.* Layman. *lib. 4. tract. 2. cap. 9. num. 2. verſ. Alter modus.* Baſſæus verbo *Paupertas Religioſa, num. 18.* Palaus *d. §. 1. num. 5.* Azor. *d. cap. 28. quæſt. 20.* Pellizarius *in Manuali Regul. tract. 8. cap. 4. ſect. 4. num. 113. verſ. Addit.* Garcia *p. 12. cap. 2. num. 15. 16. 52. & 53.* allegat Oldradum *conſ. 257. num. 10.* dictum Rebuffum *tit. de Vicariis perpetuis, num. 18.* & *conſ. 106.* Sarnenſ. *in regul. de triennali, quæſt. 8.* Ferretum *conſ. 136. num. 1.* & *conſ. 242. n. 8. & 14.* Navarrum *conſ. 6. n. 2. de verbor. ſignific.* Hojedam *de Incompatibil. p. 2. cap. 3. n. 2.* Deciſ. Pedemont. Cacherani *116. n. 3. deciſ. 114* Rotæ, *num. 5. part. 2. diverſor.* Petrum de Peruſio *cap. 9. num. 1.* Addo Rotam *in una Civitatenſi Presbyteratus, 24. Martii 1645. coram Cerro*, adducta à Diana *p. 8. la 5.* & *in alia Mindonienſi Parochialis, 3. Martii 1653. coram Zarate*, poſt meas paſtorales *la 29. num. 16.* Et quoad Eccleſias ſpectantes ad menſas Abbatum Regularium, eſt textus expreſſus *in Clement. Frequens, §. Quidam etiam, de exceſſibus Prælator.* ubi Barboſa, *num. 3.* ad verba, *Eccleſiæ in veritate non vacent*, ſic ait: Notatur ad hoc, quod beneficia curata unita menſæ Abbatis, vel Abbatiſſæ, aut alterius Prælati, nunquam vacant, ut per Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 10. num. 13.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloſ. 6. §. 6. n. 63.* & fuit dictum *in Civitatis Caſcelli Parochianis, 20. Iunii 1614. coram D. Dunozetto*, impreſſa per Farinac. *deciſ. 646. num. 2. p. 1. recentior.* Addo ego *deciſionem 12. poſt mea Commentaria in cauſa Vicariæ de Elizondo*, editam *28. Novembr. 1664. coram D. Veroſpio, num. 2.* ibi: *Titulus beneficii ſuppreſſus evaſit, ita ut cura illa abſque ſpe vacationis penes Abbatem, & Monachos continuò cenſeatur reſidere.*

174. *De Effectu IX.* Nonus effectus, ut per unionem incompatibilitas auferatur, ita ut beneficium Parochiale, quod ante unionem erat incompatibile cum alio Parochiali, ſi eidem acceſſoriè uniatur, benè cum eodem compatiatur poſt unionem. Ita Petr. Greg. *d. cap. 20. num. 15. ex c. Super eo, de Præbend. in 6.* Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 12. §. 1. num. 7. fine.* Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 1. num. 119. & 120.* Gonzalez *d. gloſ. 5. §. 7. num. 21.* Garcia *d. cap. 2. n. 34.* dicens: *Vnde etiam aliàs cenſuit S. Congregatio ſuper cap. 17. ſeſſ. 24. de reformat.* quod *Habens duas Parochiales, quarum altera eſt beneficio ſimplici, vel dignitati in perpetuum unita, alteram dimittere non tenetur.* Et ſtatim *num. 35.* ita ait: Et alia declaratio, quæ

quæ ſic ait: *Licèt aliàs fuerit reſolutum, quod habens ante Concilium duos Canonicatus, quibus ſingulis eſſet unita Parochialis, per hoc decretum non tenetur ad ejus dimiſſionem; nihilominus contrarium eſt verius, quod alterum dimittere tenetur.* Hanc eandem declarationem tradit, ut hic jacet, Petr. Marcilla *in Decreta Concil. Trident. lib.2. de Pluralitate beneficiorum, tit.* 11. *cap.* 5. *ſub* clauſula, *Una tantùm Parochiali, pag. mihi* 314. ſed illam exponit Garcia, illi addens: *Videtur intelligenda de unione æquè principali.* Quæ certè interpretatio optimè mihi probatur ex dictis, cùm data unione acceſſoria, Parochialis, ex quo alteri fuit unita, parochialitatem amiſit, & totum ſuum eſſe.

175. Declarationes S. Congregationis plures, præter præfatam, recenſet D. Petr. Marcilla *loco citato*: vide etiam Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Navarræ, lib.4. tit.7. de Benefic. incompatibilibus, num.* 92. Quarantam *in Summa Bullarii*, verbo *Beneficiorum Parochialium collatio, verſic. Tertiò quæritur.* Graña *in Catena jurium, tom.2. de Præbend. num.6. ex cap. Dudum, verſ. Suggerit, el* 54. *de Electione*, ibi: *Cùm nullus potuerit plures parochiales obtinere, niſi una penderet ex altera*: & *ex cap. Extirpandæ, §. Qui verò, el* 30. *& cap. Expoſuiſti, el* 33. *de Præbend.* Et rationem reddens, ait *num.* 8. Quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, & beneficium alteri incorporatum, non admittit notam, nec beneficii nomen: ſiquidem portio accreſcens, convertitur in naturam rei, cui accreſcit, *cap. Decimas, verſ. Quod autem, circa finem*, 16. *q.*1. Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reformat. c.*18. *cap. Extirpandæ* 30. *§. Qui verò, l. Si ex facto, ff. de Legat.*1. *&c.*

Et *num.*11. pro jurium intelligen-
176. tia diſtinguit Graña, incompatibilitatem quoad titulum, & incompatibilitatem quoad rationem. Prima tunc datur, quando beneficia ita non patiuntur, ut poſt conſecutum titulum ſecundi beneficii, confeſtim jure ipſo vacet titulus primi beneficii, veluti in duobus curatis, duabus dignitatibus, & duplici perſonatu, etiam in diverſis Eccleſis, ut *in c. De multa, de Præbend. cap.* 1. *de Conſuetud. in 6. Clement. fin. de Præbend.* & *Clement. unica, de Offic. Vicarii.* Secunda verò illa eſt, quando concurrunt duo beneficia, quæ quamvis à jure prohibeantur, per unum, & eundem detineri Clericum; non tamen vacant ipſo jure, ſed de facto detineri poterunt, quouſque unum eorum poſſeſſor elegerit, vel invitus dimittat, juxta *cap. Literas, de Conceſſione præb. c. Referente, c. Præterea, de Præbend.* Plura de incompatibilitate, & de juribus circa eam, tradit Pax Jordanus *tom.2. lib.*10. *tit.*28. & Garcia *part.* 11. *cap.* 5. ſignanter *n.* 180. ubi exhibet deciſionem Rotæ, in qua plura de incompatibilitate ſcitu digna dicuntur.

Decimus unionis acceſſoriæ per 177.
incorporationem effectus eſt, ut col- *De effectu X.*
latio, & devolutio non habeat locum reſpectu Vicariæ, in beneficiis menſæ Prælati unitis. Ita Vivianus *de Iurepatr. lib.*1. *cap.*1. *n.*109. Flores de Mena *variar. lib.*1. *q.* 10. *art.*2. §.2. *n.*14. Aloyſ. Riccius *in Praxi Aur. a. reſol.*293. *verſ. ſecundò facit*, ex *Clem.*1. *de ſupplenda neglig. Prælat.* ubi (ait) textus inſinuat apertè, quod collatio, & devolutio in beneficiis unitis, reſpectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis unitis menſæ Prælati, quæ nunquam cenſetur vacare. Hæc ille. Rota etiam *in una Vercell. de anno* 1606. apud Farinac. *tom.*3. *deciſionum, la* 186. & poſt meas Paſtorales *la* 12. ubi *num.* 2. dictum fuit: *Secundò hoc caſu, quia vacatio fuerat conſumpta per unionem factam de hac Capella per bon. memor. Cardin. Guidonem Epiſcopum Vercellenſ. cujus unionis vigore Leporarius prædictæ Capellæ poſſeſſionem apprehendit. Ideoque non aderat locus collationis.* Federicus *conſ.* 200. *num.* 2. Sarnenſis *de Triennali, quæſt.*8. Rebuffus *de Vnione, num.*13. Pariſ. *conſ.*31. *n.*10. *lib.* 4. *& per conſequens, nec poterat devolvi ad Sedem Apoſtolicam, cùm devolutio in vacantibus, & iis, quæ conferri poſſunt, locum tantummodò habeat, c.* 2. *de Conceſſione præbendæ.*

Vivianus *loco citato, num.*108. ſa- 178.
tis benè, & doctè, quæ ſequuntur, ad intentum dixit. Beneficia, alia ſunt de menſa, quæ ſunt incorporata perpetuò menſæ Epiſcopali, aut Capitulari, ſeu Abbatiali, ita, *quod nunquam vacent, neque in talibus beneficiis datur negligentia in proviſione.* Gloſſa *in Clement.*1. *verb. de menſa*

ſa, *de Supplend. neglig. Prælat.* ubi Imola *n.*42. Card. *num.* 5. *ſub* §. *Præmiſſa.* Rota *deciſ.* 2. *num.* 3. *de Exceſſib. Prælator. in novis.* Et ſic *in iſtis non datur vacatio*, ſed conſolidatur in menſa, mortuo Prælato. Geminianus *in cap. Si propter*, *num.* 3. *de reſcript. lib.* 6. Gonzalez *ubi ſuprà*, *gloſſ.* 5. §. 6. *num.* 63. & 64. Vide pulchram deciſionem Rotæ *deciſ.* 204. ubi habetur, quando Eccleſia dicatur de menſa, in recentioribus apud Farinacium *p.* 2. Idem eſt in beneficiis unitis, *quæ cùm non vacent*, impetrari non poſſunt. Gonzal. *d. gloſſ.* 5. §. 7. *n.* 22. & de beneficiis de menſa, vide Maſſobrium *ubi ſuprà (in Praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias) præludio* 12.

179. *De effectu XI.* Undecimus effectus eſt, ut in caſu impetrationis fieri non debeat mentio beneficii, aut Eccleſiæ acceſſoriè unitæ, ſed ſolùm principalis. Ita Vivianus *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 23. 26. & 28. Gonzalez *gloſſ.* 7. *num.* 16. Azor. *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 20. Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *coroll.* 1. Leſſius *de juſt. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 148. Barboſa *allegat.* 66. *num.* 43. cum Menochio *de Arbitrariis*, *lib.* 2. *caſu* 205. *num.* 67. Selva *de benefic. p.* 3. *quæſt.* 12. *num.* 64. *verſ.* 14. *qualitas.* Flaminio *de Reſign. lib.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 36. Campanile *in Diverſorio juris Canonici*, *rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 83. & cum Rota *deciſ.* 786. *ſub num.* 3. *part.* 1. *diverſor.* Nicolaus Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 20. cum Felino *in cap. Noſtra, de reſcriptis, corollario* 33. Caccialupo *art.* 8. *quæſt.* 11. Petro de Peruſio *tract. de unione Eccleſiar. cap.* 9. *num.* 1. *gloſſ. regul.* 11. *Cancellar. ad finem*, Rebuffo *in Praxi*, *in forma novæ proviſionis*, *verb. Cum annexis*, & *tit. de unionib. n.* 14. & *in* 3. *p. Signaturæ*, *verb. Annexorum*, Ferreto *conſ.* 225. & 236. Corraſio 4. *p. cap.* 4. *num.* 56. Hojeda *de Incompatibilit.* 2. *p. cap.* 3. *num.* 2. & 11. Pariſio *d. lib.* 10. *quæſt.* 2. *num.* 36. Paciano *c.* 27. *num.* 7. & 54. & addit: Quicquid dicant Romanus *conſ.* 362. *num.* 3. & Aymonius *conſ.* 104. *num.* 12. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 15. Ego ipſe *in Paſtoralibus*, *d.* 2. *p. quæſt.* 6. *num.* 14. ubi ex Viviano *num.* 26. & Laymano *loc. cit.* addidi, in caſu impetrationis, quod ſolius principalis fieri debeat publicatio, & in loco, in quo de illa fieri debeat: de unitis autem, nullibi. Et nunc addo cum Garcia *num.* 21. per collationem principalis, utriuſque haberi, neque neceſſariam eſſe annexi collationem, ex Gloſſa verbo *De jure*, *in cap. Gratiæ*, *de Reſcriptis*, *in* 6. quam ibi ſequuntur Dominicus, & Francus *num.* 6. Navarr. *conſ.* 10. *de Majorit. & obed. in num.* 2. & 3. & Rota *in Virdunenſi Decanatus*, *de anno* 1580. de qua ſuprà *num.* 160. Et capta poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu beneficii principalis, etiam alterius illi unitæ intelligitur capta. Idem Garcia *num.* 22. cum Ferreto *conſ.* 237. *num.* 8. & Gonzalez *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 6.

180. *De effectu XII.* Duodecimus effectus eſt, quod ad impetrandum, aut ad acquirendum beneficium ſimplex, cui aliud curatum acceſſoriè ſit unitum, neceſſaria non ſit ætas pro Parochiali requiſita, ſed tantùm pro ſimplici expoſtulata, nec requiratur intra annum ad Sacerdotium aſſumi. Docent Gonzalez Gloſſa 6. *num.* 13. Vivianus *p.* 3. *lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 24. Naldus *verb. Parochus*, *num.* 10. Layman. *loco citato*, *coroll.* 2. Pax Jordan. *d. tit.* 32. *num.* 17. *ex cap. Licèt Canon*, *el* 14. *de Electione.* Palaus *tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 7. dicens: Quocirca, ſi Parochialis unita ſit acceſſoriè beneficio ſimplici, tanquam beneficium ſimplex eſt judicanda: ac proinde ad illius impetrationem opus non erit ætate pro Parochiali requiſita, ſed ſolùm ætate pro ſimplici beneficio expoſtulata. Neque erit neceſſarius in illius proviſione concurſus præſcriptus à Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* Barboſa *alleg.* 66. *num.* 41. & 45. cum Henriq. *conſ.* 32. *num.* 4. & *ſeq.* Praxi nova Epiſcopali *p.* 2. *cap.* 5. *num.* 21. *pag.* 330. Galet. *in Margarita caſuum conſcientiæ*, *verb. Canonicus* 5. & *verb. Parochus*, Gonzalez *gloſſa* 9. *num.* 4. Riccio *in Praxi Fori Eccleſ. deciſ.* 335. *in* 1. *edit.* & *in* 2. 312. & Azorio *d. lib.* 6. *cap.* 8. *quæſt.* 8. Garcia *d. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 26. dicens: Quartò fit, quod ad Canonicatum, ſeu dignitatem, cui eſt unita Parochialis acceſſoriè, & perpetuò, non requiritur ætas 25. annorum, quæ in Parochiali requiritur, ſed ſufficit ætas aliàs in Canonicatu, ſeu dignitate requiſita, ut in declarationibus *ſuprà* adductis *p.* 7. *cap.* 4. *à num.* 30. Hojeda

ſuprà (*de Incompat. 2. p. cap. 3.*) *num.* 5. licèt Petr. de Peruſio *d. tract. cap.* 7. *quæſt.* 3. dicat, quod ſi Eccleſia Parochialis ſit annexa beneficio ſine cura, requiritur ætas 22. annorum, quod non videtur poſſe ſuſtineri, neque habere fundamentum, cum beneficium ſine cura non requirat eam ætatem, &c. Sententiam Garciæ firmat declaratio S. Congregationis, quam refert Barboſa *in Collectan. deciſion. Apoſtolicar. collect.* 552. *num.* 32. dicens: *Parochialis ſi ſit unita alicui Canonicatui Eccleſiæ Cathedralis acceſſoriè, ſufficit ætas requiſita ad Canonicatum, ſcilicet* 22. *annorum. S. Congregatio Concilii*, ut per Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 9. num. 4.*

181. *De effectu XIII.* Tertius decimus effectus unionis præfatæ eſt, ut ad obtinendum Parochiale beneficium alteri acceſſoriè perpetuò unitum, neceſſarius non ſit concurſus à Tridentino pro Parochialibus præſcriptus *ſeſſ. 24. c. 18. de reformatione*, ſi principale, cui illud eſt annexum, tale ſit, quod ad ſui conſequtionem dicto non egeat concurſu. Ita docent Gonzalez *gloſſ. 9. num.* 13. Barboſa *allegat. 60. n. 31. 33. 34.* & *allegat. 66. num.* 42. Leſſius *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. dub.* 16. *num.* 8. Palaus *d. punct.* 12. §. 1. *num.* 7. modò redditus. Trullench. *tract. de Parocho, cap.* 15. *dub.* 5. *num.* 2. Gavantus *in Manuali, verbo Beneficiorum Parochialium proviſio, num.* 41. Pellizzar. *in Manual. Regul. tract.* 8. *cap.* 4. *ſect.* 4. *num.* 114. *verſic. Addit*, & *verſic. Inſuper*, qui loquitur in terminis Parochialium Regularibus unitarum, ſicut Barboſa, ut videbimus, & alii, quos ipſe allegat. Ipſum, & Garciam operæ pretium duxi ad amuſſim recenſere pro pleniori concluſionis noſtræ probatione.

182. Barboſa igitur *in d. alleg. 60. num.* 31. ſic reſcripſit: Parochialis Eccleſia, quando eſt ſubjecta Monaſterio, aut annexa, vel de ejus menſa, concurſu non confertur, quia Monaſterium nominat Rectorem, & Epiſcopus confirmat, ut fuit reſolutum *in una Tiraſonenſi Iuris præſentandi*, 23. *Maii* 1588. *coram Bubalo*, & *in una Ulyſbonenſi Iuris conferendi*, 2. *Decembris* 1605. *coram D. Litta*, & refertur à Farinacio *deciſ.* 102. *p.* 1. *tom.* 1. Quando autem dicatur beneficium de menſa Monaſterii, decidit Rota *in una Ulyſbonenſi Iuris conferendi*, 13. *Iunii* 1607. *coram Illuſtriſſ. Lancelotto*, apud Farinac. *tom.* 1. *p.* 2. *deciſ.* 204. Hæc ibi: *num.* autem 33. quæ ſequuntur ait. Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri conſueverunt, concurſu non ſunt conferenda. Referunt deciſum Praxis nova Epiſcop. *d. cap.* 5. *num.* 18. *verſic. Hoc decretum.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 6. *num.* 162. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *num.* 197. Ugolin. *d.* §. 3. *verſ. Quartò.* Aloyſ. Ricc. *in d. Praxi Fori Eccleſ. deciſ.* 421. *in* 1. *edit. & reſol.* 358. *num.* 1. *in* 2. *edit.* Rota *in una Vicent. Parœch. Caſtri Tertioli*, 14. *Ianv* 1611. *coram R. P. D. Manzanedo*, apud Farinac. *p.* 2. *recentior. deciſ* 323. *num.* 6. Maſſobrius *d. prælud.* 3. *dub.* 3. *num.* 34. & denique *num.* 34. dictæ allegationis 60. ita ait Barboſa. Prioratus Regulares habentes curam animarum, ſoliti commendari ſæcularibus, concurſu non conferuntur. Refert deciſum Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 168. & *d. allegat. 66. num.* 42. in ſequentia prorumpit. Tertiò infertur, in proviſione dignitatum habentium unitam Parochialem perpetuò, & acceſſoriè, non eſſe faciendum concurſum. Ita deciſum referunt Galetus *in Margarita caſuum conſcientiæ*, verbo *Beneficium, pag.* 24. Nicol. Garc. *p. 9. cap.* 2. *num.* 193. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 13. *& gloſſ. 6. num.* 162. Leſſius *de Iuſt. lib. 2. cap.* 34. *num.* 82.

Idem Barboſa *in Collect. in Concil.* 183. *Trident. d. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat.* quæ in dictis allegationum locis, alibi etiam docet. Et quidem quod *d. n.* 31. *num.* 7. *in Concil.* repetit, ex Rota *deciſ.* 102. *p.* 1. *recentiorum.* Quæ autem *d. num.* 33. dixit *alleg.* 60. dicit *in Concil. num.* 8. Pro quo allegat Piaſecium *in Praxi Epiſc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. *verſ. Hoc decretum*, Ugolinum *de Offic. Epiſc. cap.* 50. §. 3. *verſ. Quartò.* Maſſobrium *in Praxi, prælud.* 3. *dub.* 3. *n.* 34. Filliucium *tract.* 41. *cap.* 4. *num.* 145. Palaum *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 11. Garciam, Gonzalez, & Riccium, ſeipſum *d. alleg.* 60. *n.* 35. & *de Offic. Parochi, cap.* 2. *num.* 21. Et quod *d. alleg.* 60. *num.* 34. docuerat, confirmat *in Concilium, num.* 9. & pro illo addit Palaum *ibidem, n.* 12. Joannem de Solorzano *de Iure Indiarum, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 21. & ſeipſum

ſum *cap. 2. de Parocho, num.* 22. & denique quod Barboſa dixerat *allegat. 66. num.* 42. repetit *in Concilium, num.* 5. ubi pro eo citat Anaſtaſium Germonium de Indultis Cardinalium, §. *Quibuſvis, num.* 7. & 8. Lælium Zechium *de Republica Eccleſ. cap.* 28. *de Parocho, num.* 8. Riccium *in d. Praxi, deciſ.* 417. *in* 1. *edit. & in* 2. *reſol.* 354. & latiùs *reſ.* 381. Gonzalez *d.* §. 7. *num.* 2. Garciam *d. cap.* 2. *num.* 193. Steph. Gratianum *diſceptat. forenſ. cap.* 273. *n.* 48. Novarium *in ſingularib. Canonic. concluſ.* 65. *num.* 4. Salgadum *de Protect. Regia, tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 9. *num.* 11. Palaum *d. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 6. ſeipſum *in eadem alleg.* 60. *num.* 25. 26. *& in d. cap.* 2. *num.* 18. Plura alia docet, & congerit Barboſa *d. Collect. in Concilium*, ad punctum noſtrum conducentia, ad cujus lecturam benignum remitto lectorem.

184. Nicolaus Garcia *p.* 9. *cap.* 2. *n.* 192. & 193. in ſequentia etiam prorumpit. Octavò principaliter dubitatur, an in proviſione dignitatum habentium unitam Parochialem, faciendus ſit concurſus? In quo reſpondetur negativè, cùm unio perpetuò, & acceſſoriè facta eſt, ex dictis *infrà, ult. part. cap.* 2. *à num.* 12. Hæc *d. n.* 192. & ſtatim *num.* 193. ait: Et ita declaravit S. Congregatio, his verbis: *Examen concurſus non eſt neceſſarium in dignitate, quæ Parochialem perpetuò, & acceſſoriè unitam habet.* Refert Anaſtaſius Germonius *de Indultis Cardinalium*, §. *Quibuſvis, num.* 7. & 8. Et Epiſcopo Conchenſi, & Nuntio Hiſpaniæ, ſic reſpondit 22. Iunii 1575. *Sanctiſſ. D. noſter, ex ſententia Congregationis Concilii declaravit, examen, quod ex decreto Concilii* ſeſſ. 24. cap. 18. *faciendum eſt per concurſum in collatione Parochialium, non debere fieri in proviſione dignitatis Abbatiæ, tametſi unita ſit ei Parochialis Eccleſia, dummodo hæc unio authoritate Sedis Apoſtolicæ, ac perpetuò, & acceſſoriè facta ſit.* Et tradit Gonzalez *gloſſa* 5. §. 7. *n.* 13. *& gloſſa* 6. *num.* 162. Proſper de Auguſtino *ſuprà, quæſt.* 3. Leſſius *d. cap.* 34. *n.* 82. Ugolinus *de Offic. Epiſc. cap.* 50. §. 3. *verſ.* 5. *&* 9. Piaſecius *in Praxi Epiſc. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 18. Hæc, & alia pro declaratione *d. cap.* 18. *ſeſſ.* 24. recenſet Garcia in ſequentibus numeris. Prædicta libentiſſimè refero ad demonſtrandum, quàm longè diſtet à vera, ſententia P. Mag. Anſelmi Gomez, de qua *ſuprà, quæſt.* 2. *à num.* 508. quatenus docet, Prælatos Regulares, etiam exercentes Officium Parochi in Eccleſiis annexis, non habere beneficium Parochiale, *en el ſentido, y rigor del derecho, y del Concilio.* Vide alia, quæ loco citato contra prædictam ſcripſi ſententiam, & quæ dixi *in Paſtoral. p.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 16.

Pro coronide hujus effectus 13. 185.
unionis adnoto, ut ubi proximè adnotavi, quod quotieſcumque in Vicarium Eccleſiæ unitæ tota cura, nedum actualis quoad exercitium, ſed habitualis tranſit, ille per concurſum debeat inſtitui. Ita Barboſa *in Collect. in Conc. Trid. d. ſeſſ.* 24. *c.* 18. *de reform. n.* 17. & *alleg.* 60. *n.* 32. Palaus *d. p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 3. *punct.* 2. §. 5. *num.* 10. qui, unus poſt alium, ſic docuere. Garcia *p.* 9. *cap.* 2. *num.* 285. dixit: Principaliter dubitatur, an in Vicariis perpetuis Parochialium unitarum debeat fieri concurſus, ſicut in Parochialibus, ſaltem juriſpatronatus Eccleſiaſtici. In quo videbatur dicendum quod ſic, argum. *Clement. unicæ, de Offic. Vicarii.* Et pluribus pro hac parte adductis, ſic reſolvit *num.* 289. Nihilominus tamen dicendum eſt, in hujuſmodi Vicariis non debere fieri concurſum. Ugolinus *de Offic. Epiſc. cap.* 50. §. 3. *verſ.* 8. ſed ſolùm ad nominationem, ſeu præſentationem illorum, quorum dignitati, vel Eccleſiæ Parochialis eſt unita, & annexa, deputandos, & inſtituendos eſſe, *c. Extirpandæ*, §. *Qui verò, ex cap. De Monachis, de Præbend. cap. unico, de Capell. Monach. in* 6. & *Clem.* 1. *de Iurepatr.* Abb. &c. Hæc Garcia, ſed quia abſolutè, & ſine diſtinctione, qua nos utimur, parum ad intentum facit, videamus Barboſam, & Palaum, ut nos ipſi diſtinguentes.

Barboſa igitur, præmiſſa *num.* 16. 186.
doctrina ſimili modò traditæ à Garcia *d. num.* 17. ſic ait: Verùm ſi nondum exercitium, ſed cura totalis, actualis ſcilicet, & habitualis, in Vicarium transferatur, tunc ejus Vicariam concurſu conferendam eſſe, reſolvit Lotterius (*de re benefic. tom.* 1. *lib.* 2.) *d. quæſt.* 31. *num.* 22. & cenſuit Rota *deciſ.* 579. *&* 710. *p.* 2. *recent. &*

coram

coram Buratto, decis. 214. num. 2. Præsumitur autem totalis cura in Vicarium translata, quando certa portio, seu congrua assignatur Rectori Ecclesiæ, cæteris fructibus remanentibus penes Vicarium: sicut etiam per contrarium, ubi certa portio, seu congrua assignatur Vicario, Cura beneficii uniti dicitur translata in Rectorem Ecclesiæ, cui fit unio, & solum nudum exercitium remanet penes Vicarium, ex adductis per Caputaquens. *decis. 339. num. 2. vers. Ratio est, p. 3.* Cavalerium *d. decis. 595. num. 1.* Rotam *in Dertusensi Vicariæ* (28. *Novembris* 1616.) *coram bon. memor. Ubaldo, & in Barchinon Vicariæ, coram R. P. D. Merlino,* & Burattum *decis. 214.* Hæc Barbosa. Decisionibus ab eo adductis addo Seraphini *decisionem* 1304. & post meas QQ. Pastor. *la* 13. ubi *num. 2.* habetur: *Hinc que resultat clara juris conclusio, quam firmat Cardinalis* in Clement. unica, de Officio Vicarii, *num. 10. q. 9. quod quando primitiæ, decimæ, oblationes, quæ dantur ratione curæ, competunt alicui principali, assignata certa portione Vicario,* juxta caput suscepta, de Præbend. *lib. 6. tunc Cura dicitur esse penes dictum principalem; secus si eos perciperet Vicarius, & assignaret portionem principali. Tunc enim diceretur Cura esse penes Vicarium. Idem tenet Glossa* in Clement. Frequens, in verbo *Ad mensam,* & ibi Imola *num. 16. de Excessib. Prælator.* Hactenus coram Card. Seraph. Rota Sacra. Eandem doctrinam tradit dictus Barbosa *alleg. 60. num. 32.* & illam pluribus comprobat decisionibus.

187. Castrus autem Palaus sic loco citato ait. Nonò cessat concursus in Vicariis perpetuis unitis Ecclesiæ, vel beneficio sæculari; quia ratione unionis titulus extinguitur, & Vicario non competit propriè cura, sed Rectori Ecclesiæ beneficii, cui est Vicaria unita: secus verò dicendum esset cùm Vicaria perpetua per se esset, & Vicarius non solùm exercitium, sed habitum Curæ haberet. Sic aliis relatis Garcia 9. *p. de beneficiis, cap. 2. à num. 289.* Ricc. *in Praxi fori Eccles. resol. 358. num. 1. vers. Secundò.* Barbosa *alleg. 60. num. 32.* Signum autem ad cognoscendum in Vicarium translatam esse omnem curam, tam quoad actum, quàm quoad habitum, est si Vicario omnes beneficii fructus applicati sint, tametsi sub onere solvendi pensionem. E contra dicendum est, si fructus beneficii alteri sint applicati, & Vicario datur pensio. Vide Rotam apud Farinacium *in novissimis, tom. 2. d. decis. 710.*

Pro conclusione nostra, quod 188.
quotiescumque in Vicarium nedum actuale Curæ exercitium, sed quoad habitum cura transfertur, concursus intervenire debeat, plures adsunt Rotæ decisiones: *In Ulysbonensi, 1. Iulii 1611. coram Coccino.* In *alia Ulysbonensi Iuris conferendi, 2. Decembris 1605. coram Litta, la 7. post meas qq. Pastorales, signanter num. 8. Et in eadem, 13. Iunii 1607. coram Lancellotto, la 8. loco cit. per totam, maximè num. 1. & 2.* Et *in alia Ulysbonensi Concursus, 1. Iunii 1615. coram Remboldo, la 9. per totam etiam, signanter num. 1. & 2.*

Quartus decimus unionis acces- 189.
soriæ effectus est, ut beneficium unitum *De effectu XIV.*
non valeat impetrari, permutari, resignari, nec conferri. Sic docent Gonzalez *glossa 6. num. 11. 14. 20. 22. & 25.* Vivian. *de Iurepatr. p. 1. lib. 1. cap. 1. num. 111.* Ludovic. Gomez *reg. de Triennali possess. quæst. 8. §. Tota difficultas.* Barbosa *de Potest. Parochi, p. 1. c. 1. num. 69.* Bauny *disp. 8. Praxis, quæst. 4.* Palaus *p. 2. tract. 13. disp. 6. punct. 12. §. 1. num. 5.* ibi: Item neque permutari, neque resignari, neque conferri posse; quia per unionem accessoriam ominò beneficium extinctum est. Gonzal. *gloss. 5. §. 7. num. 11. & 14.* Ego ipse *d. p. 2. Pastoral. quæst. 2. num. 18.* ubi rationi modò à Palao traditæ aliam addidi, nimirum quia ea est unionis istius natura, ut per eam auferatur collatio, & etiam conferendi potestas. Rota *in una Civitatensi, 24. Martii 1645. coram Cerro,* quam affert Antonin. Diana *la 5. part. 8.*

Quintus decimus effectus est, ut 190.
Episcopus dispensare valeat cum illegitimo ad beneficium simplex, cui aliud Parochiale fuerit unitum. Ita docent Gonzalez *ad Regul. 8. Cancell. glossa 5. §. 7. num. 18.* Barbosa *de Potest. Episc. p. 3. allegat. 66. num. 44.* cum Geminiano *in cap. 1. num. 12. de Filiis Presbyteror. lib. 6.* Rebuffo *in tract. Nominat. quæst. 16. num. 27.* Joan. Maria Belletto *disq. Clericalium p. 1. tit. de* *De effectu XV.*

Disciplina

Diſciplina Clericali, §. 3. *num.* 34. Campanile *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 83. & Steph. Gratiano *Diſceptat. Forenſ. cap.* 273. *num.* 47. Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 16. cum dictis Rebuffo, Campan. & Gratiano *locis citatis.* Et ego ipſe *d. part.* 2. *quæſt.* 6. *num.* 19.

191. *De effectu XVI.* Decimus ſextus effectus unionis acceſſoriæ eſt, ut in beneficio unito locum non habeat regula de Triennali. Sic Vivianus *de Iurepatr. p.* 3. *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 24. Aloyſ. Riccius *in Collectan. deciſion. collect.* 895. Ludovic. Gomez *in regul.* 8. *Cancell. q.* 8. §. *Tota difficultas*, Gonzalez *in eandem regul. d.* §. 7. *num.* 9. Garcia *p.* 12. *c.* 2. *num.* 28. Barboſa *alleg.* 66. *n.* 43. Palaus *d. tom.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 12. §. 1. *num.* 5. & ego ipſe *d. quæſt.* 6. *num.* 20. Garciam recenſere libet. Sextò (inquit) fit, quod in beneficio unito non habet locum regula de Triennali, quia regula loquitur in poſſeſſore titulo beneficii: & qui poſſidet beneficium ut unitum, non poſſidet ut titulum beneficii, ſed ut membrum, & prædium tituli, juxta dicta; & ſic regula juvare non poteſt. Et ſi aliter diceretur, daretur perpetua ſuppreſſio beneficii, per præſcriptionem triennalem, quod eſſe non debet, ut ex Sarnenſi *de Triennali, quæſt.* 8. Pariſio *conſ.* 121. *num.* 58. *vol.* 4. Rebuffo *de Pacificis, num.* 62. & 293. reſolvit Rota *in una Romana S. Priſcæ, coram D. Chiſanenſi*, ut per eum *deciſ.* 202. *in manuſcriptis*, & *in una Beneventana S. Feſti, de ann.* 1552. *coram eodem*, & per Caputaquenſ. *d. deciſ.* 349. *p.* 3. & idem fuit reſolutum *in una Terdonenſi Prioratus*, 13. *Iunii* 1594. *coram D. Penna*, nempe in unione invalida non intrare regulam *de Triennali*, & *in una Mediolanenſi beneficii*, 5. *Iunii* 1596. *infrà* relata *n.* 192. Et poſt hæc tradit Gonzalez *ſuprà*, *num.* 9. id intelligens *num.* 10. quando opponitur *de Triennalitate*, ex parte ejus, qui fundatur in unione; ſecus verò ſi opponatur ex parte poſſeſſoris titularis contra actorem prætendentem beneficium. Et ſimiliter *in una Peruſina Eremitorii*, 10. *Martii* 1557. *coram D. Chiſanenſi*, fuit reſolutum, *In beneficiis unitis non habere locum allegationem Lapi, quemadmodum etiam non habet locum dicta regula de Triennali.* Sarnenſis *ibidem, quæſt.* 8. *quæ eſt propè ſimilis regulæ.* Caſſador. *deciſ.* 2. *num.* 6. *de cauſa poſſeſſionis. Et ideò dandam eſſe remiſſoriam ad probandam unionem.* Hæc Garcia. Ratio itaque dicti effectus eſt, quia dicta regula favet poſſidenti beneficium in titulum, non autem illud poſſidenti in prædium. Sed beneficium poſt unionem acceſſoriè factam, poſſidetur ut prædium, & non ut titulus, cùm iſte per illam extinctus jam fuerit. Ergo dicta regula favere non poteſt poſſidenti acceſſoriè beneficium unitum. Et ſic in iſto locum non habet illa.

192. *De effectu XVII.* Decimus ſeptimus effectus unionis eſt, ut accepta collatione beneficii principalis, & apprehenſa illius poſſeſſione, accepta, & apprehenſa utraque intelligatur, quoad annexum, & unitum. Ita Petrus Greg. *de Benefic. cap.* 20. *de unione, num.* 15. Layman. *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 9. *num.* 2. *corollar.* 1. & 3. Palaus *d.* §. 1. *num.* 6. & reddit rationem, quia comparatione beneficii acceſſoriè uniti, non datur collatio, nec poſſeſſio, quia non datur beneficii titulus. Gonzalez *gloſſa* 5. §. 7. *num.* 6. Ita & Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *n.* 21. & 22. dicens: Et per collationem principalis, habetur utrumque, neque eſt neceſſaria alterius collatio. Gloſſa *verb. De jure, in cap. Gratiæ, de reſcriptis, in* 6. quam *ibi* ſequuntur Dominicus Francus *n.* 6. Navarr. *ſuprà* (*conſ.* 13. *de Reb. Eccleſ.*) & Rota *in d. Virdunenſi*: & capta poſſeſſione Eccleſiæ, ſeu beneficii principalis, etiam alterius illi unitæ intelligitur capta. Ferretus *d. conſ.* 236. *n.* 8. Gonzalez *ſuprà*, *num.* 6. & Rota *in una Seguntina*, 7. *Maii* 1607. *coram Manzanedo, poſt meas Paſtorales, la* 11. in qua *num.* 6. ſic habetur: Et hinc eſt, quod iſta beneficia unita dignitatibus, in tantùm dicantur in Cathedrali conſiſtere, ut ad illorum poſſeſſionem aſſequendam ſufficiat apprehenſio poſſeſſionis dignitatis, & Abbatiæ in Cathedrali, abſque eo quod apprehendatur de ſingulis annexis. Anchar. *in Regul. Beneficium, ante num.* 12. & *in Reg. Sine poſſeſſione, num.* 10. *in fine, de Regulis juris, in* 6. Natta *conſ.* 562. *num.* 3. Ferret. *conſ.* 14. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. & *conſ.* 236. *num.* 10. *lib.* 2. Covarr. *variar. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 13. Rota *diverſ. deciſ.* 19. *n.* 7. & 8. *cum ſeq.*

*part.*2. Unde pro iſta parte conſuluit Navarr. *conſ.* 6. *de verbor. ſignificat.* juxta Romanam impreſſionem, quæ videtur iſtum caſum in terminis decidere. Hæc ibi. Et *in alia Civitatis Caſtelli unionis*, 16. *Martii* 161[illegible]. *coram eodem Manzanedo*, *la* 10. *ubi proximè*, in qua fuit dictum, ut ſequitur.

193. Minùs facit, quod poſſeſſio Antonii ſit tantùm de Eccleſia S. Rochi, & S. Joannis, non autem S. Angeli, dequa eſt controverſia, quia cum dicta Eccleſia S Angeli, uſque de anno 1523. fuerit acceſſoriè, & per viam ſubjectionis unita Eccleſiæ S. Rochi, ut apparet ex literis unionis, & ex pluribus inſtitutionibus factis per Epiſcopos pro tempore exiſtentes, in quibus iſta S. Rochi denominatur uti principalis, illa verò S. Angeli uti ipſi unita, & annexa, acquiſita poſſeſſione Eccleſiæ S. Rochi, cenſetur etiam acquiſita poſſeſſio alterius S. Angeli, ad tradita per Ferretum *conſ.* 14. *num.* 4. *&* 5. Natt. *conſil.* 562. *num.* 13. Covarr. *Variar. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 13. Rota *deciſ.* 19. *num.* 7. *p.*2. & in noſtris terminis Modernus Hiſpanus *ad Reg.* 8. *gloſſ.* 5. §. 7. *num.* 7. & fuit dictum *in una Caputaq.* 20. *Februarii* 1589. *coram Bubalo.*

194. *De effectu XVIII.* Decimus octavus effectus unionis acceſſoriæ, & per viam incorporationis, eſt ut Eccleſia unita, ſi ante unionem exempta erat, & principalis ſubjecta, efficiatur & ipſa unita ſubjecta, & amittat exemptionem; & è contra, ſi Eccleſia principalis exempta erat & libera, & annexa & unita ſubjecta erat, exempta & libera hæc per unionem ipſam reddatur, & fiat. Ita Azorius *part.*2. *lib.*6 *cap.* 28. *quæſt.* 2. ubi ait: Quare ſi exempta Eccleſia alteri, quæ non eſt exempta, conjungitur, libertatem amittit: & è contrario. Aſcanius etiam Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 3. *diſp.* 15. *quæſt.* 5. *num.* 4. *&* 5. ubi ita fatur: Itaque ſi hoc tertio modo Abbatiæ annecteretur aliqua Eccleſia (acceſſoriè ſcilicet, cùm una alteri ſubjicitur) ſortiretur naturam, jura, & privilegia ipſius Abbatiæ: quia unitum aſſumit naturam, conſuetudines, & privilegia principalis, cui eſt annexum, *argum. text. in l. Cùm principalis, ff. de Iurejurando.* Gloſſa *in d.c. Et temporis* (16. *q.* 1.) & *d. cap.* 1. (*Ne ſede vacante*) Navarr. *conſ.* 6. *n.* 2. *de verbor. ſignificat.* Et amittit propriam prærogativam, ita ut ſi Eccleſia exempta eſſet incorporata Eccleſiæ non exemptæ, amitteret exemptionem, & contrà Navarr. *conſ.* 10. *num.* 2. *&* 3. *de Majorit. & obed.* Azor. *Inſtit. Moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 28. *quæſt.* 20. Leſſius *de Iuſt. & Iure, lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 148. & Garcia *part.* 12. *cap.* 2. *num.* 18. Ego ipſe *d. quæſt.* 6. *num.* 22.

195. *De effectu XIX.* Decimus nonus unionis effectus eſt, ut Eccleſia alteri acceſſoriè, & ſubjectivè unita, poſſit per Vicarium deſerviri. Docent omnes. Rebuffus *in Praxi benefic. p.* 1. *tit. de Unionib. Regula* 21. *gloſſa ult.* ubi de Vicariis perpetuis, *num.* 1. *&* 6. Flores de Mena *Variar. qq. lib.* 1. *quæſt.* 10. *concl.* 1. 2. 3. 4. *&* 6. *& n.* 26. 27. *& ſeqq.* Aloyſ. Riccius *in Praxi aurea variar. Reſolutionum rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 293. ſignanter *concl.* 2. 4. *&* 6. & ego ipſe *d. q.* 6. *n.* 23. Et non ſolùm poteſt deſerviri per Vicarium, ſed per Vicarium per eum, cui, aut cujus Eccleſiæ, ſeu Monaſterio annexa eſt, ponendum, & deponendum amovibiliter ad proprium libitum, ut ſæpiſſimè S. decidit Rota: *in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia*, 19. *Ianvarii* 1663. *coram D. Bevilaqua, poſt mea Comment. la* 2. *num.* 1. ibi: *Vicarius verò ibi deputatus ad eam* (curam ſcilicet) *exercendam, uti nutu amovibilis, habeat nudum exercitium, &c.* Et in eadem cauſa, 27. *Iunii* 1664. *coram Ninot, la* 3. *num.* 2. ubi dicitur: *Cùm enim Parochialis Eccleſia de Mendavia, ... fuerit ſubjectivè, & pleno jure unita Monaſterio Hyrachenſi, penes quod propterea dicitur tranſlata cura animarum exercenda per Vicarium ad nutum amovibilem; non autem perpetuum, &c.* Et rurſus in eadem, 11. *Martii* 1667. *coram D. Ottalora*, ubi ſuprà, *deciſ.* 5. *num.* 1. ibi: *Et Vicarium deputatum ad exercendam curam animarum S. Ioannis de Mendavia, eſſe ad nutum Abbatis, & Monaſterii amovibilem, &c.* & *num.* 23. dicitur: *Cùm itaque ex ſuperioribus conſtet, quod unio ſit facta pleno jure, etiam quoad ſpiritualia, conſequens eſt, quod Vicarius pro exercitio curæ deputandus, ſit ad nutum amovibilis.* Et in eadem cauſa, 13. *Maii* 1669. *coram D. Albergato, deciſ.* 6. *num.* 1. ibi: *Validitas, & conformitas ſententiarum non fuit in controverſiam deducta.*

deducta. Iuſtitia verò plenè viſa eſt reſultare ex deciſionibus in cauſa editis, in quibus latè probatum fuit, unionem Parochialis S. Ioannis de Mendavia, factam Monaſterio de Hyrach, fuiſſe plenariam, extinctivam, & per viam incorporationis. Ideoque Abbatem dicti Monaſterii eſſe verum Rectorem Eccleſiæ unitæ; Vicarium verò ab eo deputatum, eſſe nudum miniſtrum, & ad ſimplicem illius nutum amovibilem. Et *num.*4. ibi : *Quia cum hujuſmodi inſtitutio* (authorizabilis Epiſcopi) *ſit acceſſoria ad nominationem Abbatis de Vicario temporali, implicat quod ipſa poſſit eſſe perpetua.* Vide etiam ubi ſupra alias deciſiones pleniſſimè noſtram concluſionem firmantes, *la* 8. *in Burgenſi Unionis de Arredondo*, 3. *Iunii* 1643. *coram Ghiſlerio*, in qua *num.*2. dictum fuit : *Ad comprobandam hanc quaſi poſſeſſionem, plurimùm faciunt indulta Iulii II. Pii IV. & aliorum Pontificum, conceſſa Monaſteriis Ordinis S. Benedicti Hiſpaniarum, confirmata per Clementem VIII. in quibus datur facultas Abbatibus Monaſteriorum S. Benedicti deputandi Capellanos ſæculares, ad nutum amovibiles pro cura Eccleſiarum Monaſteriis unitarum. Accedit conſtitutio ſanctæ memoriæ Pii V. de Vicariis, in ordine* 47. *in qua tribuitur eadem facultas Abbatibus Regularibus deputandi Capellanos amovibiles, ſibi benè viſos, pro exercitio curæ animarum Eccleſiarum unitarum. Quæ Conſtitutiones, cum habeant vim legis, valdè adminiculant poſſeſſionem Abbatis.* Ita adamuſſim in dicta deciſione *Et in Pampilonenſi Vicariæ de Stella*, 28. *Martii* 1659. *coram Albergato*, deciſum fuit, jus nominandi Vicarium pro exercitio curæ animarum Eccleſiæ S. Joannis de Stella, & illum pro libito amovendi, etiam ſine cauſa, ſpectare ad Abbatem de Hyrache. Et ſic fuit per ſententiam diffinitivam pronunciatum, & per litteras executoriales debitæ executioni demandatum. Videantur etiam deciſiones 10.11.12.15.16.17. editæ *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo de anno* 1664. *uſque ad* 1667. in quibus fuit ſimiliter deciſum, ad Abbatem Monaſterii de Urdax ſpectare ad libitum ſuum deputare, & removere Vicarium Eccleſiæ de Elizondo, ſuper quibus tres fuerunt ſententiæ conformes diffinitivæ, executorialeſque literæ relaxatæ, & executioni traditæ.

Divisio VI.

Quomodo unio acceſſoria, ſubjectiva, & plenaria, quoad ſpiritualia, & temporalia, reſpectu curæ animarum, per viam incorporationis, & ad menſam probari poſſit.

196. MUltis modis probari poſſe Eccleſiam, aut beneficium alteri eſſe unitum, eo modo, quo in hoc titulo exprimitur, certum eſt, & apud omnes eſſe debet notum. Primus, & efficacior eſt exhibitio tituli, ſeu inſtrumenti authentici unionis ipſius, ſub cujus nomine, inquit pax Jordanus *tom.* 2. *lib.*10. *tit.*32. *num.*21. acta, & decreta viſitationum, in quibus uniones fiunt, veniunt, & à fortiori venire debent donationes, & permutationes eorum factæ per Papam, aut per locorum Ordinarios, vel eorum auctoritate, & ſententiæ ab eorum altero latæ, quibus Eccleſiæ, aut beneficia dignitati, Capitulo, Monaſterio, vel eorum ſimili, in perpetuum adjudicantur, ad tradita per Rotam *in Pampilonenſi Parochialis de Stella*, 14. *Decembris* 1598. *coram Seraphino*, *la* 1304. *& poſt meas qq. Paſtorales la* 13. in qua *num.* 8. dictum fuit : *Ultimò non obſtat, quod non conſtet de annexione, ſive unione iſtius Parochialis Monaſterio de Hyrache : quia virtualiter de ea conſtat, ex ſuprà deductis, ut fuit reſolutum coram me in Albanenſi Præpoſituræ*, 8. *Aprilis* 1598. *Non enim poteſt Monaſterium alio modo eam obtinere, quàm per viam unionis ex largitione Epiſcopi, vel conceſſione Papæ, vel præſcriptione cum titulo, & curſu* 40. *annorum, ut per Vitalin. in d. Clement. Frequens, num.*9. *Et ita concluſum pro Abbate, & Monaſterio.*

197. Per inſtrumentum igitur probatur, unionem fieri acceſſoriè, ſubjectivè, plenariè, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam, ſi in eo apponatur clauſula, quæ dicat, *quod unit unum alteri*; maximè ſi addat, *& incorporamus.* Ita Garcia *de Benefic. p.*12. *cap.*2. *num.*55. Palaus *tom.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct.*12. §.1. *num.* 11. quos recenſui, & fui ſequutus in Paſtoralibus, *part.*2. *quæſt.*2. §.7. *n.*35. & S. Rota

in Pampilonenſi Parochialis de Mendavia, 19. Ianvarii 1663. coram D. Bevilaqua, la 2. poſt mea Commentaria, num. 2. ubi dictum fuit: *De hac autem unione, jure incorporationis, & ſubjectivè facta Monaſterio, abundè Domini apparere dicebant ex illis verbis*, ibi: *Cum omnibus juribus, & pertinentiis, præfato Monaſterio incorporamus, & perpetuò unimus, & concedimus, &c.* Et in eadem, 11. *Martii 1667. coram D. Ottalora, la 5. num. 3.* ibi: *Dicto Monaſterio in perpetuum incorporare, annectere, & unire dignaremur; quæ* (inquit) *demonſtrant, petitam unionem fuiſſe acceſſoriam, per viam incorporationis.* Et inferiùs *num. 6.* ibi: *Et fortiùs dum in unione dicitur: Præfato Monaſterio authoritate noſtra ordinaria, in perpetuum incorporamus.* Et coram Zarate, poſt Paſtorales la 29. 3. *Martii 1653. num. 11.* ibi: *Incorporamus.* Cum Garcia *d. cap. 2. num. 51. & 56.* Maſſobrio *in Praxi habendi concurſum, prælud. 13. dub. 2.* Barboſa *de poteſt. Epiſcopi*, cum ibi adductis, *allegat. 60. à num. 23.* & Rota *deciſ. 352. num. 7. p. 4. recent.* & *in Cahecenſi prætenſæ*, 23. *Maii 1650. coram D. Bichio.*

198. Per inſtrumentum unionis etiam probatur dicta unio, ſi in eo dicatur, *cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis*; ut modò dixit D. Bevilaqua, etſi dicatur: *Liceat per vos, vel per procuratorem veſtrum, corporalem poſſeſſionem præfatæ Parochialis, juriumque, & pertinentiarum prædictorum apprehendere, ac fructus, & redditus in uſus Abbatiæ, & conventus convertere, reſervata de Eccleſiæ fructibus... pro Vicario... congrua portione:* ut idem Bevilaqua *d. num. 2.* & in eadem, *coram Ninot, la 3. num. 5. 27. Iunii 1664.* & *in d. coram D. Ottalora, num. 7.* In *d. coram Zarate, d. num. 11.* ibi: *ſtantibus ampliſſimis clauſulis in Bulla contentis, ſcilicet: Cum omnibus juribus, & pertinentiis, juxta tradita per Rotam apud Cavalerium deciſ. 599. num. 2. & 4.* Merlin. *deciſ. 115. num. 6. verſic. Præterea, &c.*

199. Et non ſolùm probatur unio iſta per inſtrumentum ipſius unionis, ſed per plura alia, illo adhuc non exiſtente. *Primò*, per immemorabilem poſſeſſionem poſſidendi Eccleſiam, v. g. tanquam ſibi unitam. Ita Joſeph. Maſcard. *de Probat. vol. 1. concl. 179.* ubi ait, beneficii unionem præſumi ex tanti temporis diuturnitate, cujus memoria non extet. Pro quo citat magnificando, Tiraquellum *in tract. de Præſcriptionib. verb. Per decem annos, fol. 74. & 75. num. 20. & 21.* Cravetam *tract. de Antiquit. tempor. fol. 128. n. 48.* & *in conſ. 158.* Petr. de Anchar. *conſ. 162. in fine.* Oldradum *conſ. 297.* Jaſon. *in l. Qui in aliena, col. 6. ff. de Acquirenda hæreditate*, & Rotam *deciſ. 205. in antiquis.* Pax Iordanus *tom. 2. lib. 10. tit. 32. num. 21.* Barboſa *alleg. 66. n. 50.* Ego ipſe *in quæſt. Paſtoral. p. 2. quæſt. 7. num. 2.*

Idem Maſcardus *vol. 2. concl. 1418.* 200.
idem tenet, & probat. Quia tribus modis unitur beneficium. Primò per modum traditum *in Clem. Si una, de Rebus Eccleſ. non alienand.* Secundò, per conceſſionem Superioris. Tertiò, per præſcriptionem temporis immemorabilis. Si ergo per immemorabilem poſſeſſionem acquiritur unio Eccleſiæ, probata poſſeſſione immemorabili Eccleſiæ tanquam unitæ, probata ejus unio manebit. Et addit Maſcardus, ſufficere allegare ipſam præſcriptionem, abſque alia tituli allegatione, vel probatione. Quod, ſicut & dicta ſuprà in hoc & præcedenti numero, docet etiam Petrus Gregorius *de Beneficiis cap. 20. num. 13. fol. mihi 95.* Rebuffus *in Praxi benefic. p. 1. tit. de unionib. num. 35. fol. 282.* ait ſufficere probare poſſeſſionem centum annorum, ad præſcriptionem unionis, *quando non eſt, niſi ſola poſſeſſio; ſed ſi cum poſſeſſione concurrat titulus, vel fama tituli, tunc quadraginta ſufficient.* Sed de hoc numero ſequenti.

Tertiò probatur unio per poſſeſſio- 201.
nem quadraginta annorum; debet tamen ſimul titulus allegari, & ipſa poſſeſſio. Sic Maſcardus *in utraque concluſione citata*, qui id probat ex Cardinali *in Clement. 1. quæſt. 20. de Supplenda neglig. Prælat.* Boërio *deciſ. 345.* per *text.* juncta Gloſſa *in cap. Cùm de beneficio, de Præbend. lib. 6.* Felinus *in cap. Ex parte, col. 1. de Teſtibus*, adhuc ad triginta annorum poſſeſſionem deſcendit. Sed Rebuffus *in Praxi Beneficiorum, part. 1. tit. de unionibus, num. 35. fol. mihi 282.* aſſerit requiri, probari poſſediſſe Eccleſiam

tanquam

tanquam uñitam, ſpatio quadraginta annorum. In quo caſu ait, *ſufficit probare titulum unionis etiam per publicam famam, vel per notorium: ideo ſufficiet teſtes deponere, Eccleſiam eſſe poſſeſſam tanquam unitam.* Quocirca Barboſa *d. allegat. 66. num. 52.* abſolutè, & ſine reſtrictione illa *probationis tituli, per publicam famam, vel notorium*, aſſerit ex Rota *deciſ. 626. à num. 4. part. 1. recentiorum, unionem probari per teſtes deponentes de publica voce, & fama, vel per antiquas collationes.* Et ait cum Garcia *part. 2. cap. 2. à num. 160.* inſtrumenta antiqua illa dici, quæ ſunt centum annorum. Libet recenſere Garciam, qui *d. num. 260. & ſequentibus*, quæ ſequuntur ait.

202. Et ita *in cauſa Caputaquenſi Vnionis, 27. Novembris 1587. coram D. Bubalo*, fuit reſolutum, *Quod unio non probatur per enunciativam inſtrumenti locationis de anno 1509. Tum, quia eſt unicum; tum, quia non eſt de antiquo: & enunciativa inſtrumentorum tunc probant, quando ſunt plura, & de antiquo: quia habent vim famæ, & in probatione unionis requiritur immemorialis.* Et cauſa iterum propoſita 12. *Februarii, & 16. Martii 1588. Domini ſteterunt in reſolutis.* Et concordat *deciſ. 153. noviſſimarum* Farinacii, *n. 7. & 8.*

203. Sed difficultas eſt, quod dicatur antiquum in propoſito: in quo Maſcardus *d. concl. 622. num. 16.* cum Socino juniore, Bertrando, Decio, & Gail. docet, hanc antiquitatem in hoc caſu debere eſſe centum annorum: idem docet Hieronymus de Monte *d. cap. 60. n. 15.* Valaſcus *ſuprà, n. 16.* & Menochius *d. conſ. 191. n. 79. lib. 2.*

204. Et facit, nam quamvis variæ ſint opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, ut per Aymonem *de Antiquitate, 1. part. ſect. 1.* Dueñas *d. regula 299. n. 7.* Menochium *de Arbitrariis, lib. 2. caſu 3.* Maſcardum *concl. 103. à n. 1.* Simon. de Prætis *de interpret. ultimar. volunt. lib. 5. interpret. 2. dubitat. ult. num. 231.* & Morlam *in Emperio juris, 1. part. quæſt. 11. tit. 11. num. 7.* Peregrin. *de Fideicom. art. 44. n. 18.*

205. Tamen communis, & magis recepta opinio eſt, ut requiratur tempus centum amorum, ut per Alexandrum *d. conſ. 89. num. 5.* & *in aliis conſiliis*, Jaſon. *in repetit. l. Admonendi, num. 246. ff. de Iurejurando*, & *in l. cùm aliquis, num. 7. C. de Iure deliberandi*, Decium *in cap. 1. de Appellationib. num. 47.* Aymonem *n. 4.* Dueñas, Valaſcum, Maſcardum, *num. 7.* Morlam *ibi*, & Joannem Gutierrez *conſ. 1. num. 5.* & Farinacium *1. part. quæſt. 7. n. 117.* & *de Teſtibus q. 69. à num. 142.* Zevallos *d. q. 302. n. 9.*

Quod Rota intelligit quoad inſtrumenta, & ſcripturas. Puteus *deciſ. 212. lib. 1.* Caputaquenſis *deciſ. 28. n. 4. part. 1.* quæ ſic debet intelligi, & Rota *in d. deciſ. 185. p. 1.* & *in deciſ. 288. in princ. p. 2.* & *in deciſ. 723. noviſſimar. Farinacii*, & *in Sutrina.* In teſtibus verò illud dicit antiquum, quod excedit ſexaginta annos. Caputaquenſis *deciſ. 5. n. 3. & deciſ. 298. p. 3.* Granutius *Theoremate 22. n. 5.* Burſatus *conſ. 151. à n. 29. lib. 2.* & Farinacius *d. q. 47. n. 116. & 122. & d. q. 69. n. 145.* & Rota *deciſ. 155. num. 13. p. 2. diverſor.* 206.

Et ita *in una Faventina prætenſæ dotis, 15. Iunii 1560.* fuit dictum, *Rotam tenere, quod reſpectu teſtium, illud dicitur de antiquo, quod excedit metam 60. annorum, juxta conſilium Alexandri 4. lib. 2. licèt reſpectu inſtrumentorum requiratur tempus centum annorum, ut per Verallum deciſ. 240. lib. 1. in manuſcriptis.* Et vide declarationem S. Congregationis Concilii ſuprà adductam, 5. *p. cap. ult. n. 92.* 207.

Rota tamen *in d. deciſ. Putei 209. lib. 3. in fine*, in terminis illius deciſionis, in inſtrumento tenuit, tempus nonaginta novem annorum pro antiquo, & ſequitur Maſcardus *d. concl. 1418. n. 12.* dicens cum dicta deciſione, quod ex verbis enunciationis inſtrumentorum antiquorum, puta 99. vel 100. annorum, probatur unio. Quod ſuſtineri poteſt, cum in tanto tempore, unus annus, plus, vel minus, importet parum. 208.

Et tam in teſtibus, quàm in inſtrumentis, cum ambigitur, an ſint de antiquo, detrahendum eſt tempus litis. Puteus *deciſ. 449. n. 2. in fine, lib. 2.* Rota *deciſ. 185. in princ. & 188. n. 1. p. 2. & in Tudertina bonorum, 23. Martii 1569. coram D. Seraphino*, in qua fuit reſolutum: *Commiſſionem, quemadmodum interrumpit præſcriptionem, ita interrumpere eam præſumptionem, quæ oritur ex antiquitate temporis: & paſſim, tam* 209.

in teſtibus, quàm in inſtrumentis, cùm ambigitur, an ſint de antiquo, Rotam ſolere detrahere tempus litis, &c. Granutius *ſuprà*; & Farinacius *d. n.* 116. & *deciſ.* 822. *noviſſim.* ejuſdem Farinacii.

210. Ad quod eſt deciſio Rotæ *in cauſa Melitenſi Prætedentiæ*, 5. *Decembris* 1578. *coram eodem D. Seraphino*, in qua fuit reſolutum, *quod quamvis regula ſit, quod ſit præſumendum pro ſententia*, Gabriel de ſententiis, concluſ. 5. *tamen ſtylus Rotæ non admittit talem præſumptivam juſtificationem in ſententiis extra Rotam, niſi in ſententiis valde antiquis, puta centum annorum, & in quibus clara eſt obſervantia; & quod ceſſat etiam præſumptio ex reclamationibus, non obſtante ſententiæ antiquitate; quia ſententia an ſit de antiquo, eſt arbitrarium.* Abbas *conſ.* 4. *num.* 14. 1. *part. Præſumptio autem, quæ ex antiquitate oritur, facilè eliditur per contradictionem, ut fuit reſolutum in dicta Tudertina bonorum: nec in Rota attenditur tranſitus in rem judicatam, niſi conſtet de juſtitia; & ſi ſententia eſt injuſta, non tranſibit in judicatum.* De quo quando ſententia dicatur antiqua, vide Deciſiones *in cauſa Burgenſi juriſdictionis de Birbieſca*, ſuprà adductas 3. *p. cap.* 2. *à num.* 205. maximè tertiam, & quartam.

211. Quod autem dictum eſt, unionem probari ex enunciativis inſtrumentorum antiquorum, accipiendum eſt, concurrente longiſſima quaſi poſſeſſione ipſius unionis, non aliàs, juxta illud, quod aliàs in ſimili de jurepatronatus tradit Achilles *deciſ.* 6. *de Iurepatronatus, ſeu* 319. Puteus *deciſ.* 60. *&* 140. *in fine lib.* 1. & dictum eſt *ſuprà*, 5. *p. c. ult. à num.* 87.

212. Et facit, quod dicit Aymon. *conſ.* 276. *num.* 32. quod licèt aliàs in antiquis probationes leviores, ſeu præſumptivæ, & conjecturales admittantur; hoc tamen non habet locum contra poſſeſſorem, contra quem actor debet pleniſſimè probare, non obſtante temporis antiquitate. Et idem concludit Ripa *in l. Rem quæ nobis, de acquirenda poſſeſſ. num.* 49. Corneus *conſ.* 35. *col. penult. lib.* 1. *& conſ.* 19. *col.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 24. *&* 130. *lib.* 4. Socinus *conſ.* 194. *col. fin. lib.* 2. Tobias Nonius *conſ.* 6. *num.* 10. poſt Abbatem *in c. Veniens* 1. *num.* 8. Decius *num.* 22. *de Teſtib.* & *in c. Inter dilectos, de Fide inſtrument. in* 6. Afflictis *deciſ.* 277. Joan. Nicolaus Arelatanus *in Addit. ult. ad Alciatum, regula* 2. *præſumpt.* 20. & Maſcardus *concl.* 547. *num.* 6. *&* 7. *& concl.* 551. *num.* 9. *&* 10.

Quamvis idem Aymon. *d. tract. de Antiquit.* 1. *p. ſect. Viſo in hac* 1. *n.* 4. *&* 5. *& ſect. ult. num.* 33. teneat ſufficere probationes leviores per indicia, & conjecturas, vel famam in Antiquis, etiam contra poſſeſſorem, qui nondum præſcripſit: & ſequitur Menochius *de Arbitrariis, lib.* 2. *caſu* 115. *num.* 4. Maſcard. *d. concl.* 103. *num.* 17. Farinac. *d. quæſt.* 47. *num.* 118. & Joan. Garcia *de Nobilit. gloſſ.* 18. §. 1. *à num.* 9. poſt Aretinum, & Felinum *num.* 16. *in d. c. Veniens*, & Decium *conſ.* 428. *& in cap.* 1. *de Appellationib. à num.* 44. 213.

Quæ ſententia mihi non placet, & non ſolùm poſſet procedere quando præſens ſtatus, & poſſeſſio illius contra quem agitur, non repugnaret illis indiciis, & conjecturis, ſeu intentioni agentis; aut quando ageretur de recuperanda re amiſſa, de qua amiſſione aliàs conſtaret. 214.

Hucuſque Nicol. Garcia 12. *p. c.* 2. *à num.* 160. *uſque ad num.* 272. Ex tertia, & quarta *deciſ. in Burgenſi de Virbieſca*, quas ex iſto Doctore *num.* 210. recenſui, libet adducere clauſulas antiquitatem ſententiæ decidentes. Ex 3. igitur edita 16. Novembris 1594. *coram Mantica*, hanc adduco: *Neque obſtat, quod Archidiaconus non ſit tutus immemoriali præſcriptione, quia ſufficit ei res judicata, quæ à S. Concil. Trid. non tollitur, ut dictum eſt. Neque ad rem pertinet, quod illa ſententia ſit ſine actis, & ideo non debeat executioni demandari.* Mohedan. *deciſ.* 319. *aliàs* 11. *de Re judicata, &* 148. *aliàs* 3. *n.* 1. *de Teſtibus, quia cùm ſit antiqua, pro ea præſumitur, etiam ſine actis, tam quoad juſtitiam, quàm quoad ſolemnitatem.* Curtius Senior *in l. Admonendi, num.* 172. *de Iurejurando.* Caſſadorus *deciſ.* 3. *num.* 1. *de Procurator.* Puteus *deciſ.* 338. *lib.* 2. Ripa *reſp.* 1. *num.* 14. *&* 25. *de Iurepatr. lib.* 2. *& quoad iſtum effectum ſententia intelligitur antiqua, etiam ex ſpatio* 50. 40. *vel* 30. *annorum.* Puteus *d. deciſ.* 338. & Ripa *reſp.* 1. *n.* 9. *ſine dubio putat* 45. *annorum antiquum eſſe* Hæc quoad dictum intentum in deciſione illa. Quarta autem, 215.

autem ſic incipit, *coram eod. Mantica*, 13. *Ianvarii* 1595. videlicet.

216. *Placuit Dominis, non eſſe recedendum à declaratione facta die 16. Novemb. proximè præteriti, ut ſententia lata à R.P. D. meo Decano, ad favorem Archidiaconi, debeat confirmari. Nec obſtat, quod ſententia de partibus lata de anno* 1512. *ex qua potiſſimùm ſententia Rotalis nititur, ſit ſine actis, & ideo non faciat fidem, nec debeat executioni demandari, ſecundùm ſtylum Rotæ.* Mohedan. *deciſ.* 319. *n.* 11. *de Re judicata, &* 148. *aliàs* 3. *n.* 1. *de Teſtibus, & fuit dictum coram eod. D. Decano, in Melitenſi Præcedentiæ,* 5. *Decembr.* 1578. *quia id locum non habet quando ſententia eſt antiqua, & habuit effectum, quia ex obſervantia ſubſecuta præſumitur juſtificata: in caſu autem propoſito, obſervantia probatur ex juribus in actis ab Archidiacono productis.* Hæc ibi, in puncto noſtro.

217. Quartò probatur unio ex verbis enunciativis poſitis in antiquis inſtrumentis, putà nonaginta novem, aut centum annorum, in quibus beneficia tanquam unita enuncientur. Ita habetur ex dictis ſuperiùs, ſignanter *num.* 202. *&* 208. Pro qua concluſione fui *in Quæſt. Paſtoral. part.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 6. & adduxi Maſcardum *conſil.* 1418. *num.* 12. *&* 13. ex Puteo *deciſ.* 209. *in una Bononienſi, lib.* 2. Paulo Æmil. Veral. *deciſ.* 344. *ſeu* 1. *num.* 2. *verſic. Unio, part.* 3. Pacem Iordanum *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 32. *num.* 24. Barboſa *allegat.* 66. *num.* 51. ex *d. deciſ.* 209. Putei, quæ eſt *in noviſ.* 204. *lib.* 2. Caputaquenſi *deciſ.* 344. *num.* 2. *& deciſ.* 347. *part.* 3. & Seraph. *deciſ.* 1272. *in princ.* ex alia Rotæ deciſione apud Farinacium *la* 626. *num.* 2. *part.* 1. *recentior.* ubi etiam fuit dictum, *hujuſmodi enuntiativas, licèt non ſint individuæ unionis, tamen ſufficere, quod virtualiter eam contineant.* Ita Barboſa. Nicol. Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 248. *& ſeqq. uſque ad* 260. in quibus plura tradit utiliſſima. Et primò, *num.* 249. ex Puteo, Caputaquenſi & Maſcardo *locis modò hic citatis*, reddit rationem: quia verba enuntiativa plurium inſtrumentorum antiquorum habent vim famæ. Baldus, Salicetus, & Paulus *in l. Cùm aliquis, C. de jure deliberandi.* Aymon *de Antiquit. tempor.* 1. *p. ſect. Ampliatur nunc, num.* 14. Hieronymus de Monte *de Finibus regund. cap.* 66. *num.* 2. Valaſcus *de Iure Emphyteutico, quæſt.* 9. *n.* 25. Menochius *conſ.* 191. *num.* 79. *lib.* 2. Caputaquenſis *deciſ.* 337. *p.* 3. & Rota *deciſ.* 130. *n.* 1. *p.* 2. *diverſor. & alibi ſæpe.*

218. Et fama in antiquis benè probat, etiam quod agatur de gravi præjudicio. Innocent. *in cap. Veniens* 1. *de Teſtibus*, & *ibi* Felinus *n.* 16. Decius *num.* 20. *&* 21. & alii. Idem Decius *in cap.* 1. *de Appellat. num.* 43. Alexander *conſ.* 89. *num.* 4. *lib.* 5. Aymon *d.* 1. *p. ſect. Viſo, in* 1. *p.* Alciat. *de Præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 3. & *ibi* Additio, Boërius *deciſ.* 42. *num.* 32. Lambert. *de Iurepatron.* 2. *p.* 2. *lib. quæſt.* 10. *art.* 4. *n.* 13. Hieron. de Monte *ſuprà, c.* 55. Greg. Lopez *in l.* 19. *tit.* 16. *p.* 3. *gloſſ.* 2. Dueñas *Regul.* 299. *num.* 7. Maſcard. *concl.* 105. *à num.* 1. *& concl.* 753. *num.* 7. *&* 1129. *num.* 10. Farinacius *in Praxi crimin.* 1. *p. quæſt.* 47. *num.* 106. *& ſeq.* plures referens, & dicens magis communiter receptum, & in Rota Romana canonizatum, & Ioan. Garcia *de Nobilitate, gloſſa* 18. *§.* 1. *num.* 6. *&* 7. plures etiam referens. Zevallos *q.* 302. *num.* 8. Rota *deciſ.* 171. *num.* 7. *&* 176. *num.* 6. *p.* 1. *diverſor. & d. deciſ.* 130. *p.* 2. Dummodò ſit uniformis, & ſolida. Menochius *d. conſ.* 191. *num.* 86. ac conſtans, & illæſa, ſine varietate, & contrarietate. Ioan. Garcia *ibi, n.* 13.

219. Et quod verba enunciativa inſtrumentorum antiquorum probent, tradunt Hieronymus de Monte *ſuprà, cap.* 60. Valaſcus *ſuprà, num.* 22. *&* 23. Maſcardus *concl.* 106. *&* 622. *à num.* 15. Chiſanenſis *deciſ.* 68. & Rota *deciſ.* 684. *num.* 1. *p.* 1. *diverſor.* & *deciſ.* 591. *noviſſimar. Farinacii, & deciſ.* 767. *n.* 2. Et ita *in una Parmenſi Prioratus S. Iacobi,* 28. *Iunii* 1594. *coram D. Lita,* fuit etiam reſolutum, *Ex pluribus enunciativis privilegiorum antiquorum probari Prioratum eſſe membrum Monaſterii, & ſic Abbatem dicti Monaſterii videri habere fundatam ſuam intentionem reſpectu collationis illius Prioratus, & non Epiſcopum; & enunciativas duas antiquas habere vim famæ, &c.* Et *in Ferrarienſi Prioratus,* 4. *Decembris* 1609. *coram D. Penna*, fuit reſolutum, de Regularitate conſtare ex pluribus inſtrumentis antiquis excedentibus metam centum annorum,

quæ

quæ cùm habent vim famæ, probant in antiquis iſtam qualitatem beneficii, cum quibus concurrebant multa adminicula, &c.

220. Quod procedit quando iſta inſtrumenta antiqua haberent originem à diverſis perſonis, non ab eiſdem. Aretinus, & Felinus *num.* 4. *in cap.* 4. *Cùm cauſam, de Probat.* Aymon. *d. ſect. Ampliatur nunc, num.* 17. Hieron. de Monte *d. cap.* 60. *num.* 7. *&* 10. *& cap.* 66. *num.* 7. Caputaquenſis *d. deciſ.* 337. Achilles *deciſ.* 8. *de Iurepatr.* Maſcardus *d. concl.* 622. *num.* 18. Rota *deciſ.* 388. *p.* 1. *diverſor. & d. deciſ.* 130. *&* 289. *num.* 1. *p.* 2. *diverſor. & in Mediolanenſi Iuriſpatr. coram D. Comitolo, de anno* 1589. de qua *ſuprà*, 5. *p. c. ult. num.* 88. Et quando verba enunciativa ſunt clara, Aymon *de Antiquit. ubi proximè, num.* 26. Rota *deciſ.* 168. *n.* 9. *p.* 2.

221 Sufficiat tamen virtualiter enunciari unionem, ut *in una Albenſi plebis*, 8. *Aprilis* 1598. *coram Illuſtriſſ. Seraphino*, in qua fuit reſolutum, *Conſtare de unione, ſeu annexione plebis de Dugliano, Præpoſituræ Ferrariæ, ex enunciativis antiquiſſimis, de quibus in literis Innocentii III. & IV. in quibus enunciatur plebs, tanquam de pertinentiis dictæ præpoſituræ, quæ confirmatæ ſunt per Bullam Sixti IV.* Puteus *deciſ.* 209. *lib.* 2. *& fuit dictum in pluribus cauſis, ut in Tiraſſonenſi annexionis Canonicatus, coram Bubalo, & in Burgenſi juriſdictionis, coram Orano, in & Tudertina Prioratus, coram Litta, & aliis. Nec obſtare in dictis literis, quod non fiat mentio de unione, ſeu annexione, quia ſufficit, quod id virtualiter in eis contineatur.* Socinus *in l. In ambiguo, num.* 7. *de rebus dubiis.* Pariſius *conſ.* 44. *num.* 5. *lib.* 1. Aymon. *conſ.* 149. *num.* 11. *& fuit dictum in cauſa Alexandrina Sancti Stephani*, 20. *Iunii* 1597. *coram Litta, ubi enunciabatur quædam Eccleſia membrum: Iſta plebs eſt de poſſeſſione, & pertinentiis Præpoſituræ, quod idem importat, cùm una Eccleſia alteram non poſſit poſſidere, niſi ſit ei annexa. Nec obſtare, quod iſtæ literæ non exhibeantur, ſed de eis tantùm conſtet per inſertum in literis Sixti; quia cùm inſerantur de verbo ad verbum, faciunt fidem, & operantur diverſas enunciationes.* Mohedanus *deciſ.* 3. *de Fide inſtrumentor. &c.*

222. Et intellige, debere habere originem à diverſis perſonis non ſuſpectis. Hieron. de Monte *ſuprà*, *d. c.* 60. *num.* 11. & fuit reſolutum *in Sutrina beneficii*, 18. *Decembr.* 1587. *ſuprà poſita*, 7. *p. cap.* 15. *num.* 34. *Nam enunciativæ plurium inſtrumentorum antiquorum non habent vim publicæ vocis, & famæ, ſi videntur emanaſſe à perſonis ſuſpectis.* Hieron. de Monte *ibi*, & Caputaquenſ. *d. deciſ.* 337. Achilles *d. deciſ.* 8. *de Iurepatr.* Rota *d. deciſ.* 130. *num.* 2. *p.* 2. Et fuit reſolutum *in una Novarienſi coram D. Pamphilio*, 5. *Novembris* 1586. *& in cauſa Tarviſina plebis de Medulo*, 16. *Decembr.* 1588. *coram D. Bubalo, & in Albanenſi Prioratus*, 26. *Novembris* 1588. *coram D. Orano*, adducta 6. *p. c. ult. num.* 99. *deciſ.* 590. *num.* 3. *&* 593. *num.* 5. *noviſſimar. Farinacii.*

Et ſufficiunt, & requiruntur ad 223.
minus duo inſtrumenta: Aretinus, Felinus, Aymon *num.* 19. & Maſcardus *ubi proximè*, Hieron. de Monte *d. cap.* 60. *n.* 9. *& cap.* 66. *à n.* 3. Valaſcus *num.* 24. *ſuprà*, Puteus *in terminis d. deciſ.* 209. *lib.* 2. Chiſan. *d. deciſ.* 68. Rota *deciſ.* 186. 388. *&* 462. *num.* 3. *p.* 1. *& deciſ.* 130. *n.* 1. *&* 168. *n.* 8. *&* 288. *& ſeq. n.* 1. *p.* 2. *diverſor. & in illa Parmenſi Prioratus, de qua ſuprà, n.* 255. & fuit aliàs reſolutum *in d. Sutrina beneficii*, 18. *Decembr.* 1587. & eſt *deciſ.* 723. *noviſſim. Farinacii.* Hactenus Nicol. Garcia *d. p.* 12. *cap.* 2. *à n.* 248. *uſque ad* 259. *incluſivè.*

Circa deciſionem Seraphini re- 224.
cenſitam *num.* 221. venit videnda *deciſ.* 1304. ejuſdem Eminentiſſ. Domini, quæ habetur poſt meas Paſtorales, *edita* 14. *Decembr. ejuſdem anni* 1598. in qua *num.* 8. dicitur: *Ultimò non obſtat, quod non conſtet de annexione, ſive unione iſtius Parochialis Monaſterio de Hyrache; quia virtualiter de ea conſtat, ex ſuprà deductis, ut fuit reſolutum coram me in Albenſi Præpoſituræ*, 8. *Aprilis* 1598. *Non enim poteſt Monaſterium alio modo eam obtinere, quàm per viam unionis, ex largitione Epiſcopi, vel conceſſione Papæ, vel præſcriptione cum titulo, & curſu* 40. *annorum, ut per Vitalinum in d. Clem. Frequens, num.* 9. *Et ita concluſum pro Abbate, & Monaſterio.* Hæc ibi. Unde utrobique dicta duo reſoluta fuerunt.

Limitationem adductam *ſuprà*, 225.
num. 222. quod enunciativæ, ut probent, emanare debeant à perſonis non ſuſpectis, tenet etiam Barboſa *allegat.* 66. *num.* 51. Aliam addit Maſcardus

cardus *concluſ.* 1418. *num.* 14. id intelligendum procedere, quando quis probare intendit per enunciativa verba; ſecus ſi vellet per viam præſcriptionis unionem probare: quia tunc (ait) debet probari præſcriptio immemorabilis, uti declaravit Puteus *in d. deciſ.* 209. *in Bononienſi*, *num.* 3. Sed ſufficere probare quadragenariam cum titulo, tenuit Seraphinus *ubi proximè.*

226. Quintò probatur unio per partis adverſæ confeſſionem. Barboſa *d. allegat.* 66. *num.* 52. Nicol. Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *n.* 174. cum Oldrado *conſ.* 296. *num.* 4. Caputaquenſi *deciſ.* 344. *n.* 3. & 4. *part.* 3. Maſcardus *d. concl.* 1418. *num.* 15. ex Veral. *deciſ.* 344. *num.* 3. & *ſeq.* ubi dicit, quod ſi aliquis in litteris ſuis narret unionem, & petat diſmembrationem, & ſeparationem Eccleſiarum, reſultat ex hoc unionis confeſſio. Quia qui petit divortium, fatetur Matrimonium. Et per conſequens unio erit probata. Oldradus *conſ.* 296. Ego ipſe *in Paſtor. d. p.* 2. *quæſt.* 7. *num.* 8.

227. Sed hæc ſententia (inquit Garcia *ſub d. num.* 274.) patitur difficultatem, primò ex eo, quod titulus beneficii non probatur per confeſſionem adverſarii, licèt ex ea poſſit juſtificari, & coadjuvari. Gloſſa *in c. Duobus*, *verb. Si non appareat*, & ibi DD. *de reſcript. in* 6. Rebuffus *de Pacificis poſſeſſorib. num.* 194. *aliàs* 162. Aymon *conſ.* 93. *num.* 5. Azevedus *conſ.* 12. *à num.* 16. Rota *deciſ.* 9. *de Reſtit. ſpoliat. in novis*, & ibi Additio, & *in deciſ.* 8. *de cauſa poſſeſſ. in antiq.* & *deciſ.* 44. *de Teſtib. in antiquis*, quæ ait, quod confeſſio partis non ſufficit ad effectum adjuvandi beneficium alteri, licèt ſufficiat ad imponendum ſilentium parti confitenti, & Rota *deciſ.* 534. *num.* 3. *p.* 1. *diverſor.* ergo nec unio.

228. Secundò, quia juſpatronatus non probatur ex ſola confeſſione adverſarii, ut S. Congregatio Concilii cenſuit *ſuper cap.* 9. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* his verbis: *An per confeſſionem ſupplicantis, & narrativam, quod beneficium eſt juriſpatronatus alicujus ex fundatione, vel dotatione, probetur titulus juriſpatronatus, ad formam hujus Capituli Concilii in principio, itaut non ſit neceſſe eundem titulum oſtendere, etiam ex authentico documento, ſive ex multiplicatis præſentationibus, per tempus, quod hominum memoriam non excedat? Congregatio reſpondit, non ſufficienter probari per ſolam confeſſionem.*

Unde prædicta ſententia non videtur vera, niſi concurrentibus adminiculis, & conjecturis, ut in ſimili *de jurepatronatus*, aliàs tenuit Rota *in una Regienſi juriſpatronatus*, 9. *Maii* 1586. *coram D. Pamphilio*, ut in Deciſione ſequenti: *Domini pro majori parte tenuerunt, ſatis conſtare de jurepatronatus, &c. Accedit etiam pro confirmatione juriſpatronatus confeſſio ipſius Domini Camilli in ejus proviſione, quæ ſaltem in ſui præjudicium ſufficit ad probandum juſpatronatus, etiam ex fundatione, vel dotatione. Caſſadorus* deciſ. 7. de Jurepatr. *Puteus* deciſ. 6. lib. 3. *Peregrinus* deciſ. 62. lib. 2. *Præſertim ubi eſt adminiculata ex pluribus adminiculis, & conjecturis, Achilles deciſ. unica, de confeſſis. Sic non obſtat reſolutio S. Congregationis Concilii, quæ loquitur ubi quis ſola confeſſione nititur.* Refert Genuenſis *in Praxi, cap.* 66. *num.* 26. *in Annot.* 229.

Recenſet idem Garcia *num.* 277. deciſionem *in una Gerundenſi permutationis*, 17. *Maii* 1593. *coram Lita*, in qua reſolutum etiam fuit, confeſſionem in præjudicium confitentium plenè probare, ad textum *in l. Cùm te*, *C. de Tranſactionib. in l. Generaliter*, *C. de Non numerata pecunia*, Bald. *conſ.* 192. *n.* 8. *lib.* 8. Oldrad. *conſ.* 296. *num.* 4. Caputaquenſis *deciſ.* 344. *n.* 3. *lib.* 3. *Et in terminis juriſpatronatus tenuit Rota*, (ait ibi Lita) *concurrentibus tamen aliis adminiculis, in illa Pampilonenſi juriſpatronatus*, 26. *Iunii* 1586. *coram R. P. D. meo Orano, & in una Regienſi Iuriſpatronatus, coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Mediolanenſi Capellaniæ, coram R. P. D. meo Decano.* Et immediatè addit adminicula, quæ in caſu, de quo agebatur, aderant, ultra confeſſionem partis, videlicet actus viſitationum, in quibus dicebatur, beneficium illud eſſe de jurepatronatus, & collationem illius, ſeu præſentationem ſpectare ad illum patronum. Actus etiam proviſionum ejuſdem beneficii, ab Ordinario editi, eo expreſſo, quod ad dictum Patronum præſentatio ſpectaret. 230.

Et tandem dari teſtes deponentes de auditu, quod dictum beneficium ſit de tali jurepatronatus. Et concludit deciſio illa: *Quæ omnia viſa fuerunt Dominis ſufficientia pro adminiculis, hoc in caſu, cùm non agatur, ut dixi, ad canonizationem dicti Iuriſpatronatus*; ſed ad effectum, de quo agebatur, hoc eſt, ad effectum, ut permutatio dicti beneficii, facta ſine conſenſu Archidiaconi Patroni, non valeat.

231. Idem Garcia recenſet ſimilem huic deciſionem *in Placentina Capellaniæ, num.* 278. editam 24. *Novembr.* 1597. *coram Penna*, in qua reſolutum fuit, juſtificari gratiam, de qua ibi, ex confeſſione, *præſertim* (addit deciſio) *cùm eſſet adminiculata ex duabus præſentationibus de annis* 1495. *&* 1507. *nec ageretur ad canonizationem juriſpatronatus, &c.* ſed *dicebatur juſtificata quoad præſentationem narratam factam à patronis de perſona Iulii infra quatuor menſes, cum inſtitutione ſubſecuta.* Et *n.*279. allegat ſimilem deciſionem editam *in una Lucana Parochialis*, 25. *Iunii* 1601. *coram Pamphilio.*

232. Juxta quas deciſiones (concludit Garcia *num.*280.) ita demùm ex confeſſione partis adverſæ, concurrentibus etiam adminiculis, & conjecturis, probabitur unio, ſi non agatur ad illius canonizationem; ſi enim ageretur ad canonizationem unionis, ſeu ad declarandum beneficium unitum, id non ſufficeret, ut dicitur de Jurepatronatus; ſed probanda erit per inſtrumentum, ſeu literas unionis ipſius, aut per immemorialem, ſeu quadragenariam cum titulo, vel ex verbis enunciativis inſtrumentorum antiquorum, juxta dicta. Quanvis confeſſio etiam non ſola revocata actoris præcedentis beneficium, tanquam non unitum, ſufficeret ad imponendum ei ſilentium, juxta dictam *deciſionem* 44. *de Teſtibus in antiquis, &c.* & Aymon. *d.conſ.*93. *num.*5. Hæc Garcia.

233. Sed eſto agatur ad canonizationem unionis, ſeu ad declarandum beneficium unitum, concludi ex conjecturis in hac materia admitti conſuetis, noviſſimè tenuit S. Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Elizondo*, 3. *Martii* 1664. *coram D. Veroſpio, la* 10. *poſt mea Commentaria, num.* 1. *verſic. Hæc verò unio*, per hæc verba: *Hæc verò unio pluribus conjecturis concluditur in hac materia quoque admitti conſuetis, ut cenſuit Felinus in conſ.* 1. *num.* 21. *&* 23. *cum ſeqq. Menochius de Præſumptionib. lib.* 5. *c.* 80. *num.* 2. *&* 3. *Rota coram Seraphino deciſ.* 1334. *num.* 5. *Merlino deciſ.* 625. *n.*2. *& in recentiorum deciſ.* 153. *num.* 1. *ad finem, &* 204. *num.* 2. *p.* 1. *recentior. quarum prima colligitur ex binis enunciativis de anno* 1584. *&* 1606. *ſuper exiſtentia unionis ab Ordinariis emiſſis, quorum aſſertioni conſuevit plurimùm deferri, ut tradit Geminianus, in conſ.* 87. *ſub num.* 2. *verſic.* Et eſt ratio. Et inferiùs *num.* 3. dicitur: *Altera verò depromitur ex nominatione Vicarii à Monachis ſemper ab antiquiſſimo tempore perhabita, necnon ab Ordinariis admiſſa, nullo præcedente concurſu, in Parochialibus liberæ collationis abſolutè requiſita ex diſpoſitione S. Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 18. *de reformat. in unitis nullatenus neceſſario, ut notat Navarr. conſ.* 11. *num.*3. de Statu Monachor. Et *num.* 4. dictæ deciſionis ſubditur: *Prædictis conjecturis accedit exactio decimarum ſpectantium ad Eccleſiam Parochialem, nomine Monaſterii aſſiduè ſubſecuta. Necnon præſtatio congruæ Vicario ab eodem peracta. Quam ad arguendam Unionem, advertit in ſpecie Ioan. Andr. in c. Expoſuiſti*, 33. *num.*7. *cum ſeqq. de Præbend. Cardinal. in Clem. unica, de Offic. Vicarii, num.* 10. *quæſt.* 9. *Felin. in cap. Poſtulaſti*, 27. *num.* 1. *verſ. Sed Abbas, de reſcript. Rebuffus de Congrua portione, num.* 117. *Rota coram Seraphino, deciſ.* 1304. *num.* 1. (*la* 13. poſt Quæſt. Paſtorales, omninò videnda, & ponderanda) *Buratto deciſ.* 214. *num.* 4. *& in recentior. deciſ.* 710. *num.* 3. *p.* 2. *&* 580. *num.* 9. *p.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 88. *num.* 12. *p.* 9. *Necnon liber taxationis decimarum, ubi in anno* 1590. *ac quatuor ſeqq. Eccleſia Parochialis Monaſterio annexa deſcribitur. Quibus ſanè enunciativis editis à perſona ſuſpicione quacumque carenti, fides non modica debet adhiberi, ut admonet Maſcardus de Probat. concl.* 1411. *num.* 12. *Garcia de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 248. *&* 257. *cum* 3. *ſeqq. Barboſa de Poteſt. Epiſc. alleg.* 56. *num.* 51. *licèt eædem nequeant inter antiquiſſimas reputari, &c.* Et inferiùs numerum concludit dicens: *Tum denique deputatio Coadjutoris, ad petitionem Civium oppidi, per Monachos conſtituta, ut advertit Oldradus conſ.*67. *num.*2. *poſt medium, Gabriel conſ.*9. *num.*8. *cum ſeqq.*

*lib.*2.

lib.2. Rota coram Seraph. deciſ. 1304. *num.*1. *verſic. Quintò ponderatum fuit,* & *coram Gregorio deciſ.* 370. *num.* 5. & 6. ibique Addit. *ſub lit.B.* Et immediatè ſubjungit: *Ex quo ſanè multiplici actuum concurſu nequit inficiari, quin concludens unionis probatio reſultet*; canonizatæ utique, per quam fuit concluſum, & declaratum, ut ex contextu totius deciſionis apparet, Eccleſiam de Elizondo, & ejus beneficium Parochiale, pleno jure, quoad curam animarum, eſſe unitum, & incorporatum Abbati, & Conventui de Urdax.

234. In eadem cauſa, *die* 23. *Martii* 1667. *coram Eminentiſſimo D. Cerro, loco citato, deciſ.* 17. ex præſumptionibus, & conjecturis in præcedenti contentis, & à D. Veroſpio in ea enumeratis, & ex aliis, quas addit, concludit *num.* 3. *in fine*, perfectam unionis plenariæ conſtitui probationem. Et *num.* 5. dicitur: *Reſultat quoque ex prædictis, & infraſcriptis reſolutio alterius dubii concernentis remotionem Vicarii: ſubſiſtit enim, quod unio Parochialis Elizondi Monaſterio facta, eſt plenaria, quoad ſpiritualia ſcilicet, & temporalia. Quo caſu Abbas ad libitum ſuæ voluntatis poteſt Vicarium ab ipſo nominatum amovere, ex allegatis in deciſione coram me, §. etenim, & coram bon. mem. Veroſpio*, 28. *Novemb.* 1664. §. *Cùm enim. Quia licèt non conſtet de inſtrumento unionis, ex cujus verbis dignoſci poſſit, an unio ſit plenaria*; *tamen id optimè deſumitur ex ſignis, & conjecturis, ad quas recurritur, quoties dubitatur, cujus naturæ ſit, & quomodo facta fuerit unio, juxta conſ. Ancharani* 114. *ſub num.* 3. *verſic. Et in dubio, & n.* 7. juxta aliam impreſſionem, *de conſtitut. Menoch. de Præſumptionbi. lib.* 6. *præſumpt.* 8. *num.*6. *Rota deciſ.*102. *num.*1. *p.*1. *recent. ubi deficiente inſtrumento, ſigna, & conjecturæ deſerviunt ad probandam unionem eſſe pleno jure, & de menſa.* Hactenus *d. num.* 5. & ſtatim *n.* 6. dat ſequentia.

235. *In præſenti verò plura adſunt ſigna denotantia unionem eſſe plenariam. Primò enim, ultra ſuprà deducta, reſultat ex perceptione decimarum, & oblationum, fieri ſolita per Monaſterium ab antiquo, & ferè immemorabili tempore. Rota deciſ.* 204. *ſub num.* 2. *p.*2. & *deciſ.*16. *ſub num.*7. *verſic. Concurrunt etiam teſtes, p.* 6. *recent. Addent. ad Gregorium deciſ.* 196. *num.* 3. §. *Arguitur, circa medium. Ex deputatione coadjutoris, ad petitionem incolarum, ut pluribus allegatis, firmat d. deciſio bon. memor. Veroſpii*, §. *Prædictis conjecturis*, 3. *Martii* 1664. *Ex confeſſionibus incolarum petentium augeri ſalarium Vicarii, & coadjutoris. Seraphinus deciſ.* 1304. *ſub num.* 1. *verſic. Quintò ponderatum fuit. Necnon ex celebratione Miſſæ popularis, & Prædicatione Abbatis in Eccleſia Elizondi, Summario impreſſo num.* 2. *Et ex aliis adductis in d. deciſ. Veroſpii*, §. Hæc verò unio, cum ſequentib. 3. Martii 1664.

In eadem deciſione, *in num.*7. & 8. 236.
pro juſtificatione unionis plenariæ, ſigno, & conjectura illius, adducitur amovibilitas Vicariæ. *Data autem amovibilitate* (concluditur *d. n.*8.) *per neceſſe infertur ad unionem plenariam, tituli extinctivam, cùm ex iſta, non ex alia pleno jure facta, reſultet amovibilitas, ut pluribus allegatis, firmat d. deciſio Veroſpii*, 28. *Decembr.* 1664. §. *Cùm enim.* Et *in d. num.*7. aſſignatur pro ſigno, & conjectura unionis plenariæ, de qua agebatur, & modò agimus, ſolutio ſimplicis ſalarii Vicario facta per Abbatem percipientem decimas Eccleſiæ. Allegat inter alios Seraphinum *d. deciſ.* 1304. *la* 13. *poſt qq. Paſtor.* & Ottaloram *la* 5. *poſt commentaria*: ibi, *num.* 1. hic, *num.*16.

Huic Diviſioni finem imponendo, 237.
dico, quod ſi liber taxationis decimarum Excuſadi, de quo *in d. deciſ.*10. *Veroſpii, num.*4. & *in deciſ. d. D. Cerri, num.*2. probat unionem Eccleſiæ Monaſterio factam eſſe plenariam, quoad ſpiritualia, & temporalia, & ad menſam; efficaciùs, ac evidentiùs illam probabunt libri Conſtitutionum Synodalium Epiſcopatus, in quo tam Eccleſia, quàm Monaſterium ſitum eſt. In illo enim enunciatur Eccleſia annexa Monaſterio; in iſtis verò Eccleſia dicitur eſſe propria Monaſterii. Sic enim lego in vetuſtiſſimo volumine conſtitutionum Diœceſis Pampilonenſis, typis edito anno Domini 1532. *titulo de Taxis*, & in alio Conſtitutionum de anno 1590. Tomo de Eccleſiis ad Monaſteria pertinentibus,

& de earum qualibet dicitur, *eſt Monaſterii Legerenſis*; *Eſt S. Salvatoris de Urdax*; *Eſt Monaſterii Traſcenſis*, *&c.* ut ſuprà adverti *quæſt. 2. num. 166.* Eſſe autem quamlibet Eccleſiam, hujus, vel illius Monaſterii, quid aliud eſſe poteſt, quàm eſſe illius membrum, eſſeque illi incorporatam, & ad ejus menſam unitam? Nihil certè: cùm illam poſſidere nequeat, niſi per viam unionis, ut diximus *ſuprà, num. 224.* ex Seraphino.

ARTICULUS III.

De Unionis revocatione, an, & quomodo, & à quo fieri poſſit, & debeat?

238. TRia continet Articuli titulus. *Primum*, an unio ſemel facta revocari poſſit. *Secundum*, à quo: & *Tertium*, quomodo revocatio fieri valeat, & debeat. Illa omnia breviter expediam, & dilucidabo.

Circa primum ita ait Azorius *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 6. cap. 29.* Quintò quæritur: Quibus ex cauſis conjunctio Eccleſiarum diſſolvi queat? Reſpondeo, diſtinguendum eſſe. Si conjunctio ſit facta, eo quòd tenues eſſent fructus Eccleſiarum, illis excreſcentibus, conjunctio diſſolvetur, *cap. Cùm N. de Conſtitutionib.* & *Clementina Ne in agro*, §. *Ad hæc*, *de Statu Monachor.* Si ob peſtem, vel bellum, vel pericula, vel aëris intemperiem, vel ſoli ſterilitatem, deficiente populo, Eccleſia ſit alteri conjuncta, poſtea, redeunte populo, conjunctio dirimetur, *cap. Quia*, *de Religioſis domibus*, & *cap. ult. de Parochiis.* Item ſi conjunctio cœperit eſſe Eccleſiæ noxia, diſſolvi jure poteſt: ut ſi fraudentur eleemoſynæ, ſi tollatur, & pereat hoſpitalitas, ſi Religio relaxetur, *cap. 1. Ne Sede vacante*, & *cap. de Monachis*, *de Præbendis.* Item ob neceſſitatem evidentem, vel ob magnam utilitatem conſervandam, vel ob offenſionem multorum tollendam, jure conjunctio diſſolvitur, *cap. Expoſuiſti*, & *cap. Vacante*, *de Præbend.* Cauſa tamen probari debet, ut ait Oldradus *conſ. 261.* Hæc Azorius. Sequitur Caſtrus Palaus *tom. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 12. §. 4. num. 4.* maximè *verſic. Ad revocandum*, *in fine*, dicens: Quare, ſi cauſa, ob quam facta unio eſt, ceſſet, revocari unio poteſt, ut benè expendit Azor, &c.

Circa ſecundum dicit Azorius *ubi proximè*: Quintò quæritur, quiſnam poſſit Eccleſias, vel beneficia conjuncta disjungere? Reſpondeo Papam, Epiſcopum, etiam jure ſuo, Legatum à Latere, qui ſicut conjungere Eccleſias poſſunt, ſic & disjungere. Quæres, an Epiſcopus poſſit diſſolvere conjunctionem Eccleſiarum, non ſolùm à ſe factam, ſed etiam à Papa, vel Legato? Reſpondeo, poſſe: nam Papa conjungendo, noluit Ordinarii poteſtati derogare. Federicus *conſ. 263.* Petrus Peruſinus *in tract. de Unionibus*, *cap. 4.* Rebuffus *in Praxi benefic. tit. de Unionis revocat. n. 16.* Quæres, an Collegium Canonicorum, Sede vacante, poſſit Eccleſias conjunctas dividere? Reſpondeo poſſe, ubi cauſa ſubeſt. Ita Rebuffus *ibidem*, *num. 19.* Cæteri verò Ordinarii Epiſcopo inferiores, quamvis conſuetudine, præſcriptione, vel privilegio poſſint Eccleſias conjungere, nequeunt tamen conjunctas disjungere. Idem Rebuffus *ibidem*, *num 20.* Si Eccleſiæ item ſint Cathedrales, vel exemptæ, eas nequit Epiſcopus conjungere: ſic nec earum conjunctionem dirimere. Sicut etiam, ſeclusâ omni contraria conſuetudine, non poteſt ſine Collegii conſenſu Eccleſias connectere, ſic nec conjunctas diſſolvere. Rebuffus *ibidem.* Subſcribit in omnibus Palaus *d. num. 4.* excepto puncto unionis, & disjunctionis Cathedralium, & exemptarum Eccleſiarum, quarum minimè meminit. 239.

Azorii in eo ſententiæ libens acquieſco. Dubito tamen, an ſit verum, quod Epiſcopus valeat unionem à Papa factam, vel confirmatam, ſaltem ex certa ſcientia, dirimere: tum quia ſi beneficium, in quo Papa manum appoſuit, eſt illi reſervatum, ut dictum eſt *quæſt. 3. n. 326.* quare unionis à Papa factæ revocatio ab ullo alio ei inferiore fieri poſſit, non capio. Tum etiam, quia ſi nemo poteſt operari contra Papæ confirmationem, maximè ex certa ſcientia factam, etiam ad ſui ipſius inſtantiam, quia Papa rem confirmatam, ſuam propriam, per confirmationem facit, & ligat ejus, & aliorum omnium manus, ut ampliùs non poſſint cognoſcere ſuper re confirmata. Abb. *in cap.* 240.

Si

Si quis, el 1. *de Confirmat. utili, vel inut. n.* 4. *&* 6. & *in c. Ad noſtram, n.* 6. *eod. tit.* & *in cap.* 6. *num.* 4. Hoſtienſis *in Summa, dicto tit.* Henricus Boich. *in c. Examinata, num.* 1. *eod.* Ananias *in d. cap.* 1. *num.* 1. Peyrinus *de Privilegiis, ad Conſtitut.* 2. *Sixti V. n.* 2. Pellizarius *en el Manual de los Regulares, tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 2. Duval *in Comment. Regulæ S. Auguſt. p.* 2. *q.* 7. *difficult.* 2. *n.* 61. ibi: *Porque aunque el Capitulo General, no pueda derogar los eſtatutos confirmados por el Papa, Ex certa ſcientia, &c.* Barboſa *in c. Cùm dilecta, num.* 9. *&* 22. *el* 3. *de Confirmat. utili*, Lezana *in Mari magno Servitarum*, §. 28. *num.* 98. minimè poterit diſſolvere unionem Eccleſiæ, aut beneficii per Papam factam, aut ab eo confirmatam, maximè ex certa ſcientia.

241. Circa tertium ait Palaus *d.* §. 4. *ſub num.* 4. quæ ſequuntur, videlicet: Ad revocandam unionem cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ probanda eſt, ſicut ad illam faciendam: aliàs nulla erit revocatio. Non tamen exiſtimo ita clarè probandam eſſe Eccleſiæ neceſſitatem, vel utilitatem ad revocationem, ſicut ad unionem; quia unio beneficiorum eſt odioſa, & juri communi adverſa, quod prætendit, ut ſingula beneficia ſingulis conferantur. Quare ſi cauſa ob quam facta unio eſt, ceſſet, revocari unio poteſt, ut benè expendit Azor 2. *p. lib.* 6. *cap.* 29. *quæſt.* 4.

242. Deinde requirendus eſt Capituli conſenſus, ſicuti requiritur ad unionem faciendam, ut probat textus *in Clement. fin. de rebus Eccleſ. non alienand.* Rebuffus *d. tit. de Unionis revocat. à num.* 24. Azor. *cap.* 29. *quæſt.* 5. *fine.* Garcia 12. *p. cap.* 2. *num.* 307.

243. Item vocandi ſunt ad revocationem ii omnes, quorum intereſt eam unionem non revocari. Quapropter inquit Azor *quæſt.* 6. vocandum eſſe Prælatum utriuſque Diœceſis, ſi beneficium ad duas diœceſes ſpectet, *c. Ne ſede vacante, c. Sicut unire, de Exceſſib. Prælator.* Deinde Patronus, cum ſua interſit, utpote ad quem juſpatronatus redit. Similiter is, qui Eccleſiam conjunctam poſſidet, & ejus Vicarius, qui in ea commoratur; quia utriuſque cauſa agitur. Conſentit Rebuffus *d. tit. de Unionis revocat. n.* 29. Garcia *num.* 308. Denique ſi Eccleſia poſſeſſore vacat, conſtituendus eſt defenſor, quia unionis revocatione beneficium, quod erat Eccleſiæ, ab ea disjungitur, & ſeparatur; ac proinde eſt vera alienatio. Debet ergo defenſor conſtitui. Et ita tradit Garcia *d. num.* 308. cum Gloſſa *Clement. final. de rebus Eccleſ. non alien.* verbo *Vacabat*, juncto verbo *Defenſor.*

Hæc Palaus: ſed quod de Vicario dicit, de Vicario perpetuo, in quem tota cura animarum, tam quoad habitum, quàm quoad exercitium tranſlata fuit, intelligi debet; non verò de Vicario, qui ſolùm habet nudum exercitium, & ad nutum amovibile, ad arbitrium principalis, ad quem Eccleſia acceſſoriè, & per viam incorporationis unita, & annexa fuit. Ducor, quia hujuſmodi Vicarius amovibilis nullum jus habet in Eccleſia, cui deſervit, ſed ſolum jus ad ſalarium à principali deſignandum, & perſolvendum interim dum ab eo non removetur. Tum etiam, quia nullam habet authoritatem tranſigendi ſuper decimis, aut ſuper aliis, in quibus nullum jus habet. Ita Rota *in Auguſtana decimarum*, 28. *Martii* 1631. *coram Card. Vbaldo, la* 27. *poſt meas qq. Paſtor.* ubi *num.* 5. ſic habetur: *Nec Vicarius per Monaſterium ad exercendam curam animarum deputatus, habet authoritatem tranſigendi ſuper decimis, in quibus nullum jus habet, cum ſolum ſit ei debita ſua congrua à Monaſterio. Ioan. Andr. in c. Expoſuiſti, num.* 8. *de Præbend. Felinus in cap. Poſtulaſti, n.* 1. *verſ. Aut perceptio, de Reſcript. Veral. deciſ.* 339. *num.* 3. *&* 5. *lib.* 3. *Rota deciſ.* 710. *ſub num.* 3. *p.* 2. *recentior.* cum aliis adductis *per Addent. ad deciſionem Gregorii* 174. *num.* 8. *circa finem.* Hæc coram Ubaldo. Si ergo hujuſmodi Vicarius authoritatem tranſigendi non habet, nec illam habebit conſentiendi in revocatione unionis Eccleſiæ, cui deſervit: in utroque enim actu relucet rei Eccleſiæ alienatio, cui neutro actui conſentire poteſt, qui jus in Eccleſia non habet, niſi id ei ſit expreſsè à jure conceſſum, quod minimè dicto Vicario conceſſum apparet. 244.

Et per hoc patet ad doctrinam Azorii ſimilia docentis *d. cap.* 29. *quæſt.* 6. per ſequentia verba. Sextò quæritur, quinam citari, & vocari debeant, cum 245.

beneficium conjunctum disjungitur. Reſpondeo eos eſſe vocandos, quorum intereſt, eam conjunctionem non reſcindi, *cap. ult. de Elect. in 6.* In primis igitur vocandus eſt Prælatus utriuſque diœceſis, ſi beneficium ad duas ſpectet diœceſes, *cap. Ne Sede vacante, & cap. Sicut unire, de Exceſſib. Prælator.* Patronus item vocandus eſt, quia ſua intereſt, cùm ad eum juſpatronatus redeat. Similiter tum is, qui Eccleſiam poſſidet conjunctam; tum ejus Vicarius, qui in ea commoratur, & reſidet: quia utriuſque intereſt. Præterea cùm Papa conjunctionem Parochialium Eccleſiarum diſſolvit, ſolet clauſulam adjicere: *Dummodo quælibet earum ad Clericum commodè ſuſtentandum ſufficiat.*

246 Quæ de revocatione unionis docet Nicol. Garcia *p. 12. cap. 2. à n. 302. ad* 309. in ſumma, quæ ſequuntur, ſunt. *Primò*, quod ille poteſt unionem diſſolvere, qui potuit illam facere. Caccialup. *tract. de Vnione, art. 9.* & Rebuff. *in Praxi, tit. de Vnionis revocat. n. 15. Secundò*, quod poteſt Epiſcopus unionem non ſolùm à ſe factam, ſed etiam à Papa, vel Legato, revocare cauſa ſubſiſtente; nam Papa uniendo, noluit tollere poteſtatem Ordinarii, *cap. 2. de Religioſis domibus*, Federic. *conſ.* 263. Azor *d. c. 29. quæſt. 5.* Sed circa hoc vide quod ſuprà, *num.* 240. dixi. Nec contra me *dictum caput 2. Quia Monaſterium, de Religioſis domibus*, facit; quia in eo ſolùm decernitur, quod Monaſterium, quod ibi Papa unit, maneat ſub juriſdictione Epiſcopi Nucerini, cujus eſt diœceſis; non autem ſub juriſdictione Epiſcopi Surrentini, in cujus civitate ſitum erat Monaſterium, cui alterum uniebatur. *Nam ſic* (ait Papa) *hujus loci ordinationem diſponimus, ut tamen jura ſua ſingulis Epiſcopis inviolata ſervemus.* Hæc ibi, quæ nihil commune habent cum caſu noſtro præſenti. Quocirca Bauny *in Praxi, diſp. 8. quæſt. 4.* dixit, & benè: In beneficiis unitis jura Epiſcoporum antiqua, ac ſubjectionem illis debitam, non tolli. Hæc enim in eorum poteſtate remanent. Patet, quia in qualibet ſuorum Epiſcopatuum parte juriſdictionem habent, *cap. Cùm Epiſcopus, de Officio Ordinarii, in 6.* Et quamvis Garcia *num.* 304. poſt Petr. Peruſium *tract. de revocat. unionis, c. 4.* reſtringat doctrinam ſuam ad unionem à Papa factam ex ordinaria poteſtate; ſecus ſi ex plenitudine poteſtatis: noſtra tamen ſemper procedit, ſive univerit unâ, ſive alterâ poteſtate utendo, quia ſemper Epiſcopus eſt Papâ inferior: lex autem, & diſpoſitio Superioris, per inferiorem tolli non poteſt, *Clement. Ne Romani 2. de Elect.* Rota *in Pampilonenſi Vicariæ de Stella, 28. Martii 1659. coram Albergato, la 9. poſt mea Comment. num. 4.* ubi Gratianus *diſceptat. forenſ.* 894. *num. 13. & ſeq.* & Lotterius *de re beneficiar. lib. 1. quæſt. 21. num. 98.* & ego ipſe latiſſimè in dictis Commentariis *ad Conſtitut. 6. num. 464. pag.* 141. juncto maximè quod dixi *tom. 2. Diſquiſitionum, diſq. 1. dub. 14. num. 87. 88. & 89.* nimirum, quod eſto Papa diverſis modis ſuam explicet voluntatem, & præcepta intimet, ſive in Concilio, ſive in jure, ſive in Bulla, Brevi, Reſcripto, ſimplici ſignatura, aut vivæ vocis oraculo, eandem vim illa inducit, quoquo modo illa intimetur.

Deinde dicit Garcia *n.* 305. quod 247.
unio revocari poteſt, ceſſante cauſa propter quam facta eſt, ex Caccialupo *d. art. 9.* Rebuffo *num. 1. & 2.* vel aliàs ex cauſa neceſſitatis, & utilitatis Eccleſiæ, vel quia redundat in ejus damnum. Rebuff. *num. 3.* & Azor *d. c. 29. quæſt. 4. & cap. 28. quæſt. 21.* Advertit tamen ex Petr. Peruſio *cap. 3. quæſt. 3.* quod unio facta de Eccleſia debili, ſeu paupere, non diſſolvitur, ſi pervenerit ad pinguiorem fortunam. Conzellinus *Clement. final.* verbo *Defenſor, de Rebus Eccleſiæ*: tribuit tamen talis reſtauratio juſtam cauſam diſſolutionis. Azor *d. c. 29. q. 5. & 6.*

Et *num.* 307. dicit, quod in revo- 248.
canda unione, requiritur cauſæ cognitio, & conſenſus Capituli, ſicut in facienda, ex P. Peruſio *cap. 3. 4. 5. & 6.* Rebuffo *à num.* 24. Azorio *d. cap. 29. quæſt. 5. & 6.* Et ulteriùs requiritur (addit,) vocatio defenſoris. Gloſſator *in d. Clement. fin.* verbo *Vacabat*, Petr. de Peruſio *d. cap. 3.* & Rebuffus *num. 13.* & citatio eorum, quorum intereſt unionem non revocari. Petr. de Peruſio *d. cap. 6.* Rebuffus *ſuprà, à num. 26.* & Azor. *d. quæſt. 6.* Concludit *num.* 309. dicendo, quod

revocatio

revocatio unionis operatur, quod Eccleſia unita remaneat in ſtatu antiquo, & ſicut erat ante unionem. Caccialupus *artic.*10.Petrus de Peruſio *ſup.c.*7. *& ult.* & Rebuffus *à n.*38.

QVÆSTIO V.

De diſmembratione beneficii, & Eccleſiæ.

1. PEr diſmembrationem, licèt non extinguatur beneficium, ſeu Eccleſia, alteratur tamen, & diminuitur in bonis, fructibus, & redditibus. Eſt enim diſmembratio, cùm aliqua bona, fructus, ſeu redditus beneficii ab eo ſeparantur, & alteri applicantur, ut benè Nicol. Garcia *de beneficiis, part.*12. *cap.*3. *num.*1. & Palaus *tom.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct.*11. *§.* 10. *num.* 1. dicens: Diſmembratio, eſt ſeparatio aliquorum fructuum, & reddituum beneficii ab ipſo beneficio, ut alteri beneficio, vel loco pio applicentur. Quapropter diſmembratio titulum non extinguit, ſed titulo beneficii intacto remanente, aliqui fructus ab eo ſeparantur,& alteri beneficio applicantur. Palaus *d.num.*1. Unde Garcia *d. p.*12. *cap.* 2. *num.* 4. dicit: Adverte tamen, quod uniri, ſeu incorporari poſſunt fructus beneficii, remanente beneficio penes ſuum Rectorem; quia aliud eſt habere beneficium, aliud fructus beneficii. Bonifacius *in Clement.* 1. *num.* 40. *de Præbend.* Mandoſius *regula* 12. *quæſt.*2.*& reg.*22. *quæſt.*4. Ita fuit reſolutum per Rotam *in cauſa Portalegrenſi unionis, coram D. Iuſto*, 16. *Decembris* 1594. *&* 17. *Februarii* 1595. Sed iſta potiùs eſt diſmembratio, de qua *in cap. ſeq.* Hæc ibi: *in cap.* autem 3. *num.* 2. ſequentia profert. Et ita, quando fructus alicujus beneficii alteri uniuntur, remanente beneficio penes ſuum Rectorem, potiùs eſt diſmembratio, quàm unio, ut diximus *cap. præcedente, in principio, num.* 4. Garciam ſui ſecutus ego ipſe *in qq. Paſtoralib. part.*2. *quæſt.* 2. *§.*7. *num.*33. quò loci addidi, ſæpè Ordinarios, ad tollendas lites,uni ex litigatoribus aſſignare beneficium, alteri verò aliquos beneficii fructus. Quem morem ſe practicaviſſe, ſcripſit Pax Jordanus *tom.*2. *de Re beneficiaria, lib.*9.*tit.*1.*n.*417.

In diſmembratione autem, ſeu diminutione beneficii eædem cauſæ, & ſolemnitates requiruntur, quæ in unione, & ſic conſenſus Capituli. Abbas *conſ.* 106. *num.* 4. *p.*2. Pavinus *de Poteſtate Capituli Sede vacante, q.*3.2. *parte, n.* 19. Mandoſius *reg.*22. *quæſt.*3. *num.*8.*&* 9. Practicabilia Rotæ *de union. num.*12. *verſic. Item ſcias*, quos recenſet, & ſequitur Garcia *d. cap.*3.*num.*3. Sequitur & Palaus *d.n.*1. Requiritur etiam vocatio Rectoris, vel defenſoris, & aliæ ſolemnitates in alienatione rei Eccleſiæ requiſitæ, *cap.*1. *de rebus Eccleſ. non alienandis in* 6.*cap. Ne Sede vacante*, & ibi DD. Gloſſa *in Clement. Si una, de rebus Eccleſ.verb. Defenſor*,& ibi etiam DD. Rota *deciſ. unica, de his quæ à Prælatis, in novis*, Gambarus *de Officio Legati, lib.*5. *rubrica de Diſmembratione, num.*14. *&* 15. Mandoſius *d.q.*13. *num.* 12. & Practicabilia Rotæ *ſuprà, n.*15. *&* 16. *verſic. penult.* Genuenſis *in Praxi, cap.* 75.*num.* 17. *&* 18. ubi refert deciſionem Marſicanam. Rota *deciſ.*574. *part.* 1. *diverſor.* Et *in una Marſicana diſmembrationis fructuum*, 14. *Februarii*, *&* 28. *Martii* 1564. *coram Pamphilio*, & *in una Toletana Parochialis de Madrid*, 27. *Iunii*,*&* 19. *Novembris* 1601. & 1. *Februarii* 1602. *coram Corduba.* Sequitur Garcia *dicto num.*3. Palaus *d. num.*1. & Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.*3.*allegat.*67.*num.*16. *& ſeqq.* qui præter ſuprà citatos allegat Rotam *deciſ.*1. *de Rebus Eccleſ. non alien. in novis*, & *in Aquilana nullitatis erectionis*, 24. *Maii* 1610. *coram Pirovano*, apud Farinacium *deciſ.*239.*num.*5.*p.*1.*recentior.* & *in Toletana beneficii*, 12. *Octobris* 1579. *coram Seraphino, inter ejus impreſſas la* 414. ubi fuit tentum, diſmembrationem beneficii, cauſa cognita, & de conſenſu Rectoris valere. Et *in altera Toletana beneficii*, 2. *Decembris d. anni* 1579. *coram eodem Seraphino, la* 428. in qua fuit reſolutum, pinguedinem Parochialis eſſe cauſam ſufficientem diſmembrationis. Et *in alia Mediolanenſi diſmembrationis*, 28. *Ianvarii* 1595. *coram ipſo Seraphino, la* 1062. ubi dictum fuit, non poſſe Epiſcopum diſmembrare fructus unius beneficii, & illos alteri applicare, ſine ſolemnitatibus in alienatione locorum Eccleſiæ, & de conſenſu Rectoris:

Rectoris, quod iterum tenuit eadem Rota *in una Salernitana Parochorum*, 1. *Iunii* 1611. *coram Illuſtriſſ. Cardin. Bonon. poſtea Sanctiſſ. Greg. XV.* & eſt apud Farinac. *p.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 348. *n.* 2.

3. Non poſſe Ordinarium beneficia curata diſmembrare, ac beneficiis unire ſimplicibus: nec poſſe ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, ſi illis unita eſſent, quamvis illis ſeparatis, Parochiales non egeant, ait Barboſa *n.* 21. & ait referri deciſum ab Aloyſio Riccio *in Praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 492. *in* 1. *edit. & reſol.* 383. *num.* 6. & 7. *in* 2. *editione.* Quocirca Garcia *p.* 12. *cap.* 2. *num.* 87. poſtquam *num.* 86. dixerat facultatem uniendi reſtringi à Tridentino, primò in terminis *cap.* 9. *ſeſſ.* 14. *de reformat.* ut beneficia unius Diœceſis non uniantur beneficiis, ſeu locis alterius, ut notant Fuſcus *lib.* 2. *cap.* 26. *num.* 24. Hojeda *de incompatibilit. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Zerola *p.* 1. *verb. Vnio*, §. 8. & Azorius *p.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 17. addit *d. n.* 87. Secundò in terminis *capitis* 13. *ſeſſ.* 24. *de reformat.* ut beneficia curata non uniantur Monaſteriis, dignitatibus, præbendis, ſeu aliis beneficiis ſimplicibus, &c. Hojeda *ibi*, & Zerola *ibi*, & §. 2. Azor *d. quæſt.* 17. Et ſtatim *num.* 88. dicit: Quo decreto, ut cenſuit S. Congregatio: *Non ſolùm unio Parochialis eſt prohibita, ſed etiam aliqua pars fructuum earum uniri non poteſt:* ſicut in terminis *cap.* 16. *ſeſſionis* 25. *de rformat.* beneficia curata in ſimplex converti non poſſunt, etiam pro parte fructuum, &c. ut in ſequentibus declarationibus *ſuper d. cap.* 16. Prima: *Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium converti non poſſunt, quod intelligendum eſt etiam in aliqua parte fructuum ipſius Parochialis.* Secunda: *Nec Ordinarius diſmembrare poteſt beneficia curata, ac unire beneficiis ſimplicibus.* Tertia, ibi: *Non convertantur, etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum Parochialis, conſtituere beneficium ſimplex.* Quarta: *Non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, ſi illis unita eſſent, etiamſi illis ſeparatis, Parochiales non egeant.*

4. Gonzalez tamen *ad Regulam* 8. *Cancell. gloſſa* 6. *num.* 96. à Garcia relatus *num.* 89. ait decretum Concilii *d. cap.* 13. ubi diſponitur, quod Eccleſiæ Parochiales non uniantur, locum habere quando verè ſit Eccleſia Parochialis, & habet certos fines, aliàs non, ut cenſuit Congregatio Concilii, per hæc verba: *Parochiæ, quæ certos fines non habent, ſed certum tantùm populum, & per certas familias diſtinguuntur, uſque adeò, ut Sacramenta promiſcuè non adminiſtrentur, hoc Concilii decreto utiquam non comprehenduntur.* In quo certè (ait Garcia) fallitur Gonzalez; nam iſta declaratio non refertur ad dictum decretum *in verſic. In unionibus*, ſed *in verſic. In iis quoque*, ſicut alia declaratio, quæ ait: *Congregatio Concilii cenſuit, ſufficere ad hoc, ut non ſit locus* capiti 13. ſeſſ. 24. de reformat. *curam eſſe diſtinctam.*

5. Doctrinam ſuprà traditam ſequitur Caſtrus Palaus *d.* §. 10. *num.* 2. dicens: Advertendum tamen eſt, non poſſe Epiſcopum Parochiales fructus diſmembrare, ut ſimplici beneficio applicentur. Quia Tridentinum *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. prohibet Parochiale in ſimplex beneficium converti. Quod S. Congregatio declaravit, prout refert Garcia 12. *p. de benefic. cap.* 2. *num.* 88. intelligi debere, etiam in parte fructuum. Secundò adverte, non poſſe Epiſcopum ſeparare, ſeu diſmembrare ab Eccleſia Parochiali beneficia ſimplicia, ſeu Oratoria unita, tametſi ſeparatis Parochialis non egeret; quia eſſet parochialem ex parte in beneficium ſimplex convertere, contra Tridentinum *d. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Sic refert deciſum à S. Congregatione Garcia *ſuprà.* Aloyſius Riccius *in Praxi fori Eccleſ. deciſ.* 492. *in* 1. *edit. & in* 2. *reſol.* 383. *num.* 6. & 7. Circa diſmembrationem plures recenſet Garcia Rotæ Deciſiones, prædicta firmantes, quas apud eum videre poteris *d. cap.* 3. *num.* 4. 5. 6. 7. & 8. & Pacem Jordanum *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 3. *per totum*, tres numeros continentem.

Quæstio VI.

De Beneficiorum diviſione, & ſectione.

1. Diſmembrationi beneficii proxima eſt, & vicina ejus diviſio, quæ in eo conſiſtit, ut ex uno beneficio

ficio plura fiant; ex una Parochiali, plures Parochiales; ex uno canonicatu, plures Canonicatus, vel unus canonicatus, & una portio. Per illam itaque dividitur, & ſecatur beneficium, ita ut ex uno duo efficiantur, aut plura. Sic Nicol. Garcia *de benefic. part. 12. cap. 4. num. 1.* & Caſtrus Palaus *tom. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 11. §. 10. num. 3.* Pax Jordanus *tom. 2. de re beneficiaria, lib. 10. tit. 31. num. 1.* quò loci ait, convenire diſmembrationem & diviſionem in hoc quod in utraque pars bonorum, fructuum, & reddituum auferatur: diſconvenire tamen in hoc, quod in diſmembratione integer remaneat apud beneficiarium titulus: ſecus autem in diviſione, qua mediante, ex uno titulo, duo, aut plures efficiuntur.

2. Diviſio iſta, & ſectio regulariter eſt à jure prohibita, *cap. Majoribus*, ubi Gloſſa & Doctores, *de Præbendis*, & *cap. Dilecto, eod. tit.* ubi Abbas, Barboſa *num. 6.* Garcia *loco cit. num. 2.* Palaus *num. 3.* qui addit *cap. Vacante, d. tit.* Pax Jordanus *num. 2.* Rota *in Calagurritana beneficii de Ondategui*, quam tradit Garcia *num. 4.* ubi: *reſolutum, quod diviſio portionis integræ non potuit fieri per Ordinarium, quia licèt plures patroni præſentaverint plures, ita ut præſentati fuerint pares, optio eſt Epiſcopi in gratificando cui voluerit*, ut poſt Ioan. Andr. notat Abbas *cap. Autem, num. 8. de Iurepatr.* Et *in alia Calagurritana de Ariola, 18. Iunii 1593.* apud dictum Garciam *num. 5.* ubi: *Una tantùm parte informante Domini concluſerunt, diviſionem integræ portionis, de qua agitur, in unam dimidiam portionem, & duo quarta, de jure non ſubſiſtere, quoniam ſectio beneficiorum eſt prohibita, cap. Majoribus, cap. Dilecto, ubi poſt alios* Abbas *de Præbendis, ut dixerunt Domini in alia Calagurritana beneficii de Ondategui, coram Illuſtriſſimo Lancelloto, 28. Martii 1583.*

3. Iuſta tamen ſubſiſtente cauſa, ſufficientibuſque facultatibus ratis, diviſionem, & diſſecationem facere, jus ipſum permittit, *cap. Vacante, cap. Cùm cauſam, de Præbendis*, Gloſſa *verb. Diviſionem, in d. cap. Majoribus*, Abbas *in d. cap. Vacante.* Garcia *d. c. 4. num. 3.* Pax Iordan. *d. tit. 31. num. 3.* Palaus *d. num. 3.* & 8. Rota *in d. Calagurritana de Ondategui, coram Lancellotto*, ibi: *Et licèt id fieri poſſit ex cauſa rationabili, cap. Vacante, de Præbendis; tamen cauſas allegatas in dicta diviſione, Domini dixerunt eſſe vanas, quia litibus, & ſcandalis, quæ narrantur, potuit occurri per dictam gratificationem. Concordia etiam de jure admittitur, dummodo non ſequatur ſectio beneficii, cap. Niſi eſſent, de Præbendis.* Hæc *in d. de Ondategui.* Et *in altera de Ariola*, ibi: *Niſi ex juſta cauſa fiat, cap. Vacante, cap. Cùm cauſam, eod. tit.* Gloſſa *in d. cap. Majoribus. Iuſta enim cauſa in propoſito caſu non apparet: non quidem reſpectu indigentiæ beneficiatorum, quia in dicta Eccleſia adſunt duo integri beneficiati, qui regulariter ſufficiunt pro cura, & gubernio unius Eccleſiæ, cap. Ut quiſque*, ubi Abbas *num. 1. de Vita, & honeſt. Clericor. cap. Propoſuit, de Filiis Presbyteror. Caſſadorus deciſ. 19. n. 1. verſic. Sed pro affirmativa, de Præbend. Non ex augmento divini cultus, quia hujuſmodi augmentum non habetur in conſideratione, ex numero beneficiorum, niſi ubi Eccleſia propter defectum beneficiatorum ſuis debitis ſervitiis defraudaretur. In hoc conſiſtit cultus divinus, ut officia divina celebrentur, cap. Ex parte, de conſtitution. cap. fin. de Reſcript. in 6. Pet. de Ubald. tract. de Canonica Epiſcopi, cap. 7. n. 6. Nec dicatur, quod immò ex augmento numeri beneficiatorum, divinus cultus augeatur*, ut colligitur *ex d. cap. Ex parte. Quia reſpondetur, quod hæc ſola cauſa non eſt ſufficiens ad inducendam diviſionem beneficiorum, & præbendarum. Abbas, & Imola d. cap. Vacante, Lambertinus de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæſt. 12. art. 7. & inter alia requiritur, quod fructus ſufficiant pro omnibus beneficiatis, ſed non eſt probatum in caſu propoſito, quod fructus d. integræ portionis, ſufficiant pro tribus beneficiatis, juxta diviſionem prædictam. Et ſi aliter diceretur, ſequeretur, quod ſemper ex iſta cauſa augmenti divini cultus eſſet locus diviſioni beneficiorum, contra jura prædicta. Non obſtat, quod ad lites dirimendas diviſio beneficiorum aliquando permittatur; quia alio modo dirimi potuiſſet dicta lis, ut per reſervationem penſionis, ſub beneplacito Apoſtolico: & concordia ſemper fieri debent, dummodo non*

ſequatur ſectio beneficii, cap. Niſi eſſent, de Præbend. ut benè deducitur in d. Calagurritana beneficii, cujus copia data fuit. Hactenus in dicta beneficii de Arriola.

4. Et quod non ſufficiat ad diviſionem juſta cauſa, ſed quod alia etiam requirantur, Caſtrus Palaus docet *d. num.* 3. dicens, triplici conditione intercedente, illam permitti. *Prima*, ut fructus pro ſingulis beneficiis deſignatis ſufficientes ſint ad honeſtè beneficiatum alendum: aliàs irrationabilis eſſet diviſio, ſi beneficiatus denuò conſtitutus, ſuſtentari ex beneficio non poſſet. Quæ certè conditio benè firmata manet ex modò reddita deciſione S. Rotæ, ibi: *Et inter alia requiritur, quod fructus ſufficiant pro omnibus beneficiatis. Secunda*, ut cauſa honeſta, & rationabilis intercedat ad hanc diviſionem. De qua *in d. deciſione de Ondategui*, ibi: *Et licèt id fieri poſſit ex cauſa rationabili.* Et *in dicta de Arriola*, ibi: *Niſi ex juſta cauſa fiat. Tertia*, ut in hac diviſione facienda, ſolemnitates in alienatione rerum Eccleſiaſticarum requiſitæ ſerventur, quia hæc diviſio eſt vera alienatio. Conſonat Garcia *d. cap.* 4. *num.* 7. & Pax Jordanus *d. tit.* 31. *n.* 19. ubi ait: In diviſione, cùm ſit ſpecies alienationis, & quidem gravior quàm diſmembratio, quoniam in ea ſoli fructus, & proventus alienantur: in hac verò, unà cum ipſis etiam proprietas, ac titulus beneficii ſecatur, prout dicitur in principio; ideo ſolemnitates omnes in alienationibus adhibendas, etiam in diviſione ſervare opus erit.

5. Quod ſi petas, quæ cauſa rationabilis, & honeſta ad diviſionem, & ſecationem cenſeatur beneficii? Reſpondebit Palaus *num.* 4. eam ſolam eſſe, quæ munera, & obligationem beneficii exequeretur, aliàs non exequendas: ſi enim beneficium eſſet curatum, & unum cùm ſit, non poſſet curæ ſatisfacere, diviſione verò facta id fieret, poſſet in plura dividi. Idem dicit de Canonicatu, aliove beneficio ſimplici, ſi munus haberet, cui nullatenus, ſecluſa diviſione, fieri poſſet ſatis, poſſet dividi.

6. Hinc fit, non eſſe ſufficientem cauſam beneficia dividendi, quod multiplicatione beneficiorum cultus augeatur divinus. Quia hoc cultus augmentum à beneficio non expoſtulatur. Sic Palaus, allegatis Abbate, & Imola *in cap. Vacante, de Præbendis*, Lambertino *de Iurepatr. lib.* 2. *part.* 1. *& quæſt.* 12. *art.* 7. Rota *in dicta de Arriola, num.* 3. *recenſita*, ibi: *Non ex augmento:* & ibi, *Nec dicatur.*

Item, non eſt ſufficiens cauſa diviſionis beneficii litis extinctio, & litigantium concordia. Quia hæc obtineri poteſt, ſicut & illa, quin beneficium dividatur cum ſola penſionis reſervatione. Ita Palaus *ibidem*, & priùs Rota *d. deciſ. de Arriola, verſ. Non obſtat, d. num.* 3. *in fine.* 7.

8. Tertiò, non eſt ſufficiens cauſa dividendi Parochiale beneficium, multitudo parochianorum; ſi ſecluſa diviſione, his omnibus parochianis commodè Sacramenta poſſunt adminiſtrari ab ipſo Rectore, & ab aliis Clericis in adjutorium aſſumptis. Colligitur ex S. Concilio Trident. *ſeſſ.* 21. *cap.* 4. *de reformat.* Sic, ut ſequitur, decernente: *Epiſcopi, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati, in omnibus Eccleſiis Parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo, cogant Rectores, vel alios ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adjungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum divinum celebrandum. In his verò, in quibus ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem, parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & divina officia audienda, accedere non poſſunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam conſtitutionis Alexandri III. quæ incipit Audientiam, conſtituere poſſint.*

9. Hæc S. Concilium, in quibus obſervat Palaus *d. num.* 4. Concilium priuſquam diviſionem beneficii Parochialis concedat, præmittere ut Epiſcopi intentent remedium adhibendi tot Sacerdotes, quot ſufficiant cum Rectore ad munera adminiſtrandi Sacramenta, & celebrandi officia divina, ſi ipſe Rector per ſe ſolum ad id non ſufficiat. Quocirca Barboſa *in Collect. in d. caput Concilii, num.* 1. *& ſeqq.* ait Epiſcopum cogere poſſe Rectores adjungere alios Clericos ad adminiſtrationem Sacramentorum, & divina

divina officia, ſi unus Rector non ſufficiat. Cenſuit Rota *in Tiraſſonenſi congrui ſervitii*, 6. *Iunii* 1594. *coram Giptio*, cujus meminit Nicolaus Garcia *de benefic. part.* 12. *cap.* 3. *num.* 10. Non debere expectari, quod parochiani decedant ſine Sacramentis, ut Epiſcopi cogant Rectores ſibi adjungere alios Sacerdotes in Eccleſiis Parochialibus, in quibus populus ita numeroſus eſt, ut unus Rector non ſufficiat, refert deciſum Nicolaus Garcia *d. cap.* 3. *num.* 9. Epiſcopum in vim hujus decreti non poſſe erigere coadjutoriam, ſed utique cogere Rectorem ad adjungendum ſibi tot Sacerdotes, qui ſufficiant Eccleſiis in Sacramentis miniſtrandis, aſſerit reſolutum Armendariz *in Addit. ad recopilat. legum Navarræ*, *lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Epiſcopis*, *num.* 43. Quando ſolus Curatus eodem tempore pluribus infirmis providere non poteſt, non dari juſtam cauſam dividendi Parochiam, ſed adhibendi miniſtros coadjutores, cenſuit Rota *in Aquilana nullitatis erectionis*, 10. *Maii* 1613. *coram R. P. D. Pirovano*, apud Farinac. *deciſ.* 484. *num.* 5. *p.* 1. *recentior.* Epiſcopum non poſſe diſmembrare partem curæ animarum ab Eccleſia Parochiali ſubjecta Religioni Hieroſolymitanæ, & applicare alteri Eccleſiæ ejuſdem loci, ſub prætextu quod populus eſſet numeroſus, reſolvit Aldanus *in Compendio reſolution. Canonicarum*, *lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 18. ubi teſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Oſtunenſi*, 12. *Iulii* 1631. Hactenus Barboſa in quinque primis numeris.

10. Et *in numero* 6. proſequitur: Parochianis Parochiæ, quæ citra civitatem ſita eſt, qui extra civitatem habitant, & ob locorum diſtantiam, ſeu difficultatem patiuntur incommoda in percipiendis Sacramentis, & divinis officiis, ſuccurrendum eſſe remedio hujus decreti, & *capitis Ad audientiam*, *de Eccleſiis adificandis*, refert deciſum Aldanus *citato loco*, ut ſcilicet erigatur nova Capella extra civitatem, quæ non ſit Eccleſia de per ſe, ſed in proprietate Eccleſiæ, in qua ponatur Sacerdos amovibilis approbatus ab Ordinario, qui adminiſtret Sacramenta illis, qui ſunt extra civitatem, quibus non poteſt in nocte, quia portæ civitatis claudun-

tur. Et hinc teſtatur reſolutum, *ſub die* 12. *Auguſti* 1628 non licuiſſe Epiſcopo Laudenſi diſmembrare à Parochia ſita extra muros civitatis partem Parochianorum habitantium in civitate, ſub prætextu, quod ad illos non detur aditus de nocte; ſed eſſe conſtituendam Capellam per Abbatem Parochum intra civitatem.

Et *numero* 7. refert Stephanum Vveyms *conſtit.* 19. *num.* 13. *cum ſeqq. pag.* 236. aſſerentem cum Lapo *allegat.* 67. ſufficientem cauſam exſtruendæ novæ Parochiæ eſſe, ſi aliqua pars veteris Parochiæ ſit in ſuburbano extra portas urbis, quæ ſoleant de nocte firmiter claudi, & non niſi cum magna difficultate aperiri, quaſi talis difficultas reputari debeat pro aliqua impoſſibilitate. Et ſimiliter ſi Parochiani ruri commorantes cogantur venire ad ſuam Parochiam in urbe ſitam: quia cùm id decenter facere non poſſint cum mulieribus, & familia communiter indutis ruſtico habitu, præſertim diebus ſolemnioribus, ſe commiſcendo honeſtioribus ex ditioribus, idoneam dant cauſam exigendi novam Parochiam, ne ob diſparitatem conditionis, fortunæ, & morum, riſui, vel ludibrio habeantur, & ſic retrahantur ab audiendis divinis Officiis. Rota apud Tamburinum *poſt tom.* 3. *de Iure Abbatum*, *deciſ.* 32. *num.* 3. *cum ſeqq.* ubi advertit, quod quamvis inter cauſas ædificandi novas Eccleſias, recenſeatur etiam incrementum populi, *cap. Præcipimus*, 16. *quæſt.* 1. tamen Concilium Tridentinum deſideravit majorem neceſſitatem, ſive diſtantiam loci, & difficultatem Parochianorum accedendi ad percipienda Sacramenta. 11.

Deinde *num.* 8. ait Barboſa: Epiſcopi arbitrio relinqui, quantum una Eccleſia ab altera diſtare valeat, ut Parochiani Sacramenta commodè inde ſumere valeant: reſolvunt Rebuffus *in Praxi benefic. p.* 1. *tit. de Erectione in Curatam, & Parochiam*, *num.* 9. Menochius *de Arbitrariis*, *caſu* 497. *per totum.* Aloyſius Riccius (*in Praxi rerum fori Eccleſiaſt. in* 2. *edit.*) *reſol.* 46. *num.* 5. ubi etiam advertit à decreto erectionis facto per Epiſcopum, etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatum, licere quidem appellare, ſed ſolùm ad Sanctiſſimum. 12. Pro hoc puncto addo Pacem Iordanum *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 31. *num.* 5.

13. Addo Jordanum *num.7.* Et *num.9.* ait Barboſa, procedere diſpoſitionem hujus capitis Concilii, etiamſi Eccleſiæ ſubjectæ eſſent Regularibus, ut atteſtatur deciſum Franciſc. Leo (*in Theſauro Fori Eccleſiaſt. part.1.*) *cap.2. num.69.*

14. Limitari tamen, niſi in loco minimè difficilii, nec incommodo, Oratorium adeſſet, vel Eccleſia cum fonte Baptiſmali, & cæteris ad Parochiam neceſſariis, ibique proponeret in ſui adjutorem Sacerdotem, qui ibidem reſideret, & Sacramenta poſſet adminiſtrare, quia tunc non poſſet fieri ſeparatio, ex Menochio *conſ.477.* & Joan. Baptiſta Coſta (*de remediis ſubſid.*) *remedio 76.* reſolvit Aloyſ. Riccius *d. reſol. 476. num.6.* Trullench *in Expoſit. Decalogi, lib.3. cap.3. dub.8. n.7.* Ego ipſe *alleg.68. num.7.* Rota apud Tamburin. *loco citato, d. deciſ.32. n.6.* ubi advertit, quod quando Eccleſia non eſt capax totius populi, ſatis provideri poteſt per erectionem novæ Capellæ, quæ ſit in proprietate Parochialis antiquæ, & *deciſione 33. per totam.* Hæc Barboſa *num.10. & n.11.* quæ ſequuntur.

15. De hoc puncto vide Jordanum. *num.9.* Epiſcopo non licere in Eccleſia ſub Parochia inſtituta, & à Parochiali duodecim diſtante milliaribus, fontem baptiſmalem conſtituere, prohibente *cap. Plures, 16. q.1.* etiamſi ad hoc cohoneſtandum id peterent rationes *c. Ad audientiam, el 1. de Eccleſiis ædificandis*, reſolvit Aldanus *d.tit.8. n.20.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 17. Auguſti 1626.* Et ſub eodem *n.11.* ad illa Concilii verba: *Ob locorum diſtantiam, ſive difficultatem*, hæc ait Barboſa, videlicet: Habet enim diſtantia locorum, & difficultas itinerum in ſe evidens animarum periculum, ne contingat infantes mori ſine Baptiſmo, infirmos ſine Sacramentis, aut benè valentes ſæpè eſſe ſine ſacrificio Miſſæ diebus Dominicis, & feſtivis, ut proinde talibus periculis omninò ſit occurrendum, ac ſaluti animarum providendum per novarum Eccleſiarum extructiones. Ita Stephanus Vveyms *d. conſt. 19. num.13.*

16. *Etiam invitis Rectoribus.* Dummodo tamen ſine præjudicio nimirum poſſidentium fiat, ut per Piaſecium *in Praxi Epiſcop. part.1. cap.5. num.1.* Si enim penes Vicarium, aut Rectorem non ſit, ſed tantùm exercitium, quia non percipit fructus Parochialis, ſed tantum ſuam congruam, de manu ſcilicet Capituli, tunc ad ipſum Capitulum ſpectabit defenſio, & non ad Vicarium. Abbas *in cap. Extirpandæ, §. Quia verò, in repetitione num.15. de Præbend.* Rota apud Tamburin. *d. deciſ.32. num.10.* Hæc Barboſa *num.12.* quæ à me ipſo dicta *q.4. præcedente, num.244.* bene aſſerta efficaciter probant. Sed verba *d. deciſionis, in Aquilana nullitatis erectionis, 24. Maii 1610. coram Pirovano*, reddam: *Nec ſuffragatur conſenſus Vicarii, quia cura non eſt penes ipſum, ſed tantùm exercitium: nec percipit fructus Parochialis, ſed percipit ſuam congruam de manu Capituli: & ideo defenſio Eccleſiæ non ſpectat ad Vicarium, ſed ad Capitulum, cujus citatio propterea omittenda non erat. Abbas in c. Extirpandæ, §. Qui verò, in repetit. num.15. poſt princip. de Præbend. Et eo magis videbatur annullanda etiam diſmembratio prædicta, quia Epiſcopus reſervaverat juſpatronatus ſuper Eccleſia erecta ad favorem ſuorum conſanguineorum, quod propriè ſpectabat ad Capitulum, cap. Ad audientiam, il 1. de Eccleſ. ædifican.* Proſequitur Barboſa *ſub n.12.* ad quem prædicta ſpectant, dicendo:

17. Addo Jordanum *num.6.* Epiſcopum poſſe, ſine majoris partis parochianorum conſenſu, ad ſeparationem agere, tenet Aloyſius Riccius *d. reſolut.476. num.6.* quem refero *d. allegat.68. num.4.*

18. Eccleſiam matricem, ſeu parochialem non acquirere juſpatronatus in Eccleſia fundata intra ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit, refert deciſum Nicolaus Garcia *de benefic. part.5. cap.9. num.57.*

19. Ad acquiſitionem juriſpatronatus, dotem debere aſſignari tempore fundationis, & non poſt, niſi quando ex neceſſitate populi conſtruitur Eccleſia, refert deciſum idem Nicol. Garcia *d. cap.9. num.58.*

20. Ad verba, *Conſtituere poſſint*, ſequentia tradit Barboſa *ſub n.14.* Priuſquam Epiſcopi diœceſani aſſenſum ſuum præbeant ad erectionem novæ Parochiæ, advertit Stephanus Vveyms *d. conſt. 19. num.14. cum ſeqq.* quatuor diſpicere debere. *Primum*, an cauſa ſubſit idonea, & ſufficiens, cur erigi expediat novam Eccleſiam, non ſecus quàm inquirere debet in cauſa: priuſquam res Eccleſiaſtica alienetur.

Secundum

Secundum, curare debet provideri de neceſſariis, putà luminaribus, cuſtodia, ſtipendio cuſtodum, & ſimilibus: qua in parte hoc commodi habebit, quod ad iſta tacitè obligatus ſit is, qui extruxit, vel extruere cœpit, *cap. Cùm ſicut, de Conſecrat. Eccleſiæ. Tertium*, quod Epiſcopus citare, & audire debeat Eccleſiæ antiquæ Rectorem, & Patronum, ſi fortè cauſam habeant juſtam contradicendi, propter regulam Juris, quæ non patitur cuiquam auferri, quod ſuum eſt, ſine ſuo facto, vel conſenſu, *cap. Quod noſtrum, de Regulis Iuris, lib. 6. Quartum*, ut diœceſanus providere debeat utrique Rectori, tam veteris, quam novæ Parochiæ, de competente ſuſtentatione, dummodo Rector Eccleſiæ matricis poſſit commodè in ſua ſuſtentari; qui tamen ſi redditibus abundaverit, poterit ex illis aliquid detrahi, quod Rectori novæ Parochiæ adjiciatur, ſive ex decimis, ſive ex aliis corporibus reddituum, cui alioquin providendum erit aliundè, vel per eum, qui novum opus fieri deſiderat, vel per ſubditos, in quorum uſum, & commoditatem nova Eccleſia deſtinatur. Hactenus Steph. Vveyms.

21. Denique Barboſa *num.* 15. ad illa verba Concilii, *illius autem Sacerdotibus, &c.* ita ait: Ubi de neceſſitate eſt ædificanda Eccleſia propter periculum animarum ex abundantia populi, & non eſt unde poſſit dotari, teneri Parochianos providere Rectori de victu, reſolvunt Lambertinus *de Iurepatr. lib. 1. p. 1. quæſt. 5. art. 18. in fine, verſic. Advertendum, & lib. 3. quæſt. 7. art. 2. num. 7. verſic. Et ſi iſti beneficiati.* Belletus *diſquiſition. Clerical. p. 1. tit. de Clerico debitore, p. 14. num. 7.* & concludit Collectaneam, *num.* 16. dicendo:

22. Decimas ad Eccleſiam matricem pertinentes, non tranſire ipſo jure in Eccleſiam Parochialem noviter erectam, juxta formam Conſtitutionis Alexandri III. quæ incipit, *Ad audientiam*, ſed remanere penes matricem, & Epiſcopum poſſe arbitrio ſuo, ſive de decimis, ſive de aliis fructibus providere, tenet Aldanus *d. tit. 8. num. 25.* aſſerens ita deciſum *in Mediolanenſi de Carlatio*, 11. Martii 1617.

Conſultò recenſui totam Barboſæ collectaneam; tum pro majori declaratione Conciliaris decreti; tum pro comprobatione doctrinæ ſuperiùs traditæ, & inferiùs tradendæ, & pro ampliori præſentis quæſtionis dilucidatione; tum tandem, quia ejus doctrina plurimùm Lectoribus deſervire poterit, nedum ad reſolutionem dubiorum circa eam occurrentium, ſed aliorum plurium. At redeamus jam ad Palaum, cujus doctrinam, ad præſens inſtitutum pertinentem, recenſere cœpimus. 23.

Palaus igitur *d. §. 10. ſub num. 4. verſic. Hinc fit, ad medium*, docet ad compellendum Rectores, ut Clericos in ſui adjutores deſignent, non eſſe opus, ſi procedatur ex officio, ut Epiſcopus probet aliquem, vel aliquos parochianos ſine Sacramentis deceſſiſſe, defectu congrui ſervitii: ſufficit ſi periculum decedendi extrajudicialiter cognoſcat. Secus verò eſt, ſi ad inſtantiam partis Rector compellendus eſſet clericos in ſui adjutorium aſſumere. Quia difficilè pars probare poteſt neceſſitatem, niſi probet aliquem ſine Sacramentis deceſſiſſe. Sic ex deciſione Rotæ comprobat Garcia *12. p. de benefic. cap. 3. num.* 10. Quocirca, ea eſt ſufficiens cauſa dividendi Parochialem, quando ob locorum diſtantiam, aquarum inundationem, aliamve continuam difficultatem parochiani non poſſunt ſine magno incommodo pro recipiendis Sacramentis, & divinis officiis audiendis ad Eccleſias Parochiales accedere. Sic tradit Tridentinum *ſeſſ. 21. cap. 4. de reformat.* & priùs deciſum erat *in cap. Ad audientiam, el 1. de Eccleſiis ædificandis.* Quando hoc incommodum contingit, arbitrio Epiſcopi relinquitur. Rebuff. *in Praxi benefic. 1. p. tit. de Erectione in Curatum, & Paroch. num. 9.* Menochius *de Arbitrariis, caſu 497. num. 2. & 3.* Aloyſ. Riccius *reſol. 476. n. 5.* Aug. Barboſa *Allegat. 68. n. 1.* Illud tamen eſt advertendum, quod ſi in illo diſtanti parochianis provideri poteſt erectione alicujus Capellæ, vel Oratorii, in qua conſtituatur Vicarius ad nutum Rectoris amovibilis, qui ibidem reſideret, & Sacramenta adminiſtraret, beneficium dividendum non eſt. Aloyſ. Riccius *reſol. 476. num. 6. & allegat. 68. num. 7.* 24.

25. Pax Jordanus *d. tit. 31. num 11.* ait, quod Rector vocandus sit; eo tamen invito fieri posse divisionem.

Consensus Rectoris, cujus est beneficium dividendum, non requiritur, cùm Concilium dicat, *etiam invitis Rectoribus*, id fieri posse. Neque item requiritur consensus parochianorum, cum tota hæc causa judicio Episcopi remittatur à Concilio. Poterit tamen Rector, & Parochiani à decreto divisionis, & erectionis facto per Episcopum, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatum, appellare; sed hæc appellatio necessariò interponenda est coram Sanctissimo, si Episcopus novam Parochiam erigit, tanquam Apostolicæ Sedis delegatus. At si ut Ordinarius procedit, coram Metropolitano interponi appellatio poterit. Barbosa *in Declarat. Concilii, num.* 4. Hæc autem appellatio solùm effectum devolutivum, non suspensivum, videtur habere: colligitur *ex dicto cap. Ad audientiam, de Ecclesiis ædificandis*, ibi: *Et virum bonum, appellationis cessante diffugio, instituere non omittas.*

26. Parochus constitutus provideri debet ex obventionibus parochianorum, pro quibus denuò Rector constituitur, quia in eorum gratiam Parochia providetur. Si autem hæ obventiones insufficientes sint, ex redditibus antiquæ Ecclesiæ, si abundantes sint, suppleri defectus debet: sin minùs, compellendi sunt parochiani integram Parocho sustentationem concedere. Colligitur à Tridentino, juncta Cardinalium declaratione, relata à Barbosa *loco allegato*. Hactenus Palaus. Decisio autem Rotæ, quam suprà allegat ex Garcia, edita fuit *in una Tirassonensi congrui servitii, 6. Iunii* 1594. coram Gipsio, in qua sic, ut sequitur, & ut recenset Garcia, fuit resolutum, videlicet:

27. Pax Jordanus *num.* 16. sentit cum Rota, non esse cogendum Rectorem ad hoc, nisi probetur aliquem decessisse sine Sacramentis.

Licèt Episcopus possit cogere Rectores adjungere alios Clericos ad administrationem Sacramentorum, & divina officia, si unus Rector non sufficiat, juxta cap. 4. sess. 21. de reformat. *tamen Rota non solet ad id compellere, nisi probatum sit aliquem decessisse sine Sacramentis, defectu congrui servitii. Quæ decisiones non repugnant, cum declaratione S. Congregationis, quæ declaravit posse Episcopum cogere ad id, si viderit esse necessarium, nec esse expectandum, quod aliquis moriatur sine Sacramentis. Intelligendum enim est, Episcopum ita posse ex officio, si sibi extrajudicialiter videbitur ita esse opus, & arbitretur. Rota tamen ad instantiam partis, nisi sibi judicialiter appareat de necessitate ex prædicta probatione, non compellit; alias enim ipsa non potest arbitrari necessitatem. Maximè, quod alii Clerici participantes de decimis, tenentur adjuvare Rectorem in administratione Sacramentorum, prout fuit dictum in Toletana Primitiarum, &c.* Et fuit confirmatum in eadem, 19. Decembris ejusdem anni 1594. ut *in decis. 603. novissimar. Farinacii.*

28. Declaratio autem S. Congregationis, in hac Rotæ decisione relata, edita fuit *in una Tirassonensi causa*, sub sequenti tenore reddita à Nicol. Garcia *p. 12. cap. 3. num. 9.*

Congregatio Concilii censuit, non debere expectari, quod parochiani decedant sine Sacramentis, ut Episcopi cogant Rectores sibi adjungere alios Sacerdotes in Ecclesiis Parochialibus, in quibus populus ita numerosus est, ut unus Rector non sufficiat, juxta caput 4. sessionis 21. de reformat.

Hieronymus Cardinalis Matthæus.

29. In *Marsicana dismembrationis fructuum*, 14. *Februarii* 1594. adducta à Garcia *d. part. 12. cap. 3. num.* 4. dicto, quod *ad dismembrationem adesse debeat causa vel necessitatis, vel evidentis utilitatis*, immediatè additur: *Minùs constat, quod aliqua vigeat, ut potuerit fieri dismembratio pro erigendis istis novis canonicatibus, cùm numerus Parochianorum non sit talis, quod Rector cum uno Clerico in administratione Sacramentorum non possit supplere* Capitulo, ut quisque: *ubi Cardinalis, Imola, & alii, de vita, & honestate Clericor. Cassadorus decis. 19. de Præbend. Rebuffus de congrua, num. 65. præsertim, cùm non probetur defectus servitii, ita quod propter paucitatem ministrorum, & multitudinem incolarum, seu parochianorum, aliqui decesserint sine Sacramentis, ut requiritur, ad augendum servitium, per ea, quæ aliàs deducta fuerunt in pluribus causis, & ultimo loco in causa Tirassonensi congrui servitii, de mense Maii præteriti, coram me. Et tanto magis, quod istis Canonicis, seu coadjutoribus noviter erectis non fuit impositum aliquod onus adjuvandi Rectorem in administratione Sacramentorum, & aliàs non sunt necessarii, cùm ministri pro cantandis Missis, & Horis Canonicis in Ecclesia Parochiali, sint tantùm ad benè esse, ut aliàs fuit resolutum in causa Legionensi congruæ, sub die 1. Octobris 1557. coram bonæ memoriæ*

moriæ Lauretano: nec iſta diſmembratio poteſt ſuſtineri vigore Concilii Tridentini, quia per Illuſtriſſimos Dominos Cardinales dicti Concilii Interpretes fuit reſolutum, Epiſcopum non potuiſſe ex fructibus hujus Parochialis erigere Canonicatus. Hæc *in dicta Marſicana* S. Rota *coram Pamphilio*, ut præmittit Garcia *in d. cap. 3. num. 3. in fine*, de qua & aliis ſuprà relatis, ait Pax Jordanus *d. tom. 2. lib. 10. tit. 31. num. 13.* Quia tractatur de re magni ponderis, & in qua lento gradu procedendum eſt, propterea loco limitationum conſulas Rotæ deciſiones in hac materia, ſignanter *in d. Aquilana nullitatis erectionis, in Marſicana diſmembrationis fructuum, 14. Februarii, & 28. Martii 1594. coram Pamphilio ſeniore*, relatas à Garcia *d. p. 12. cap. 3. n. 4. & 5.* Omitto recenſere dictam ſub die 28. Martii editam, quia eadem continet, ac præcedens menſis Februarii.

Quæstio VII.

De beneficiorum ſuppreſſione, & extinctione.

DE extinctione, & ſuppreſſione beneficiorum agit Pax Jordanus tomo ſecundo de Re beneficiaria, *lib. 10. tit. 29.* Ex his, quæ ibi docet, quæ ſufficiant pro meo inſtituto, aliquanto breviùs in præſentiarum recenſere, & tradere aggredior. Agit etiam Garcia *p. 12. cap. 1.*

1. In primis dico, ſuppreſſionem, & extinctionem dici beneficii, quando ita extinguitur, & ſupprimitur, ut non ſit ampliùs beneficium, & ejus redditus ad alios Eccleſiaſticos uſus deſtinentur, & nunquam ampliùs vacet, cum ampliùs non ſit. Sic Jordanus *num. 8.* cum Azorio *part. 2. lib. 6. cap. 30. quæſt. 12.* Garcia *d. c. 1. num. 1. ex cap. Cùm acceſſiſſent, de Conſtit.* & DD. ibi, P. Greg. & aliis.

2. Pro aliis dicendis ſupponuntur tria. *Primum*, omnia beneficia cenſeri congrua, *cap. Nemo, de Conſecr. diſt. 1.* Caputaquenſis *deciſ. 62. num. 1. part. 1.* Cardin. Seraphinus *deciſ. 1385.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. allegat. 67. n. 7.* quos recenſet & ſequitur Pax *num. 2.*

3. *Secundum* eſt, in dubio, redditus Eccleſiaſticos magis auctos præſumi quàm diminutos. Idem Pax *n. 3.* cum Angelo Juriſperito *conſ. 27. num. 3. in fine*, Barboſa *num. 6.* Gigas *de Penſionib. quæſt. 9. num. 10.* & cum Rota *deciſ. 316. num. 2. p. 2. noviſſ.*

4. *Tertium* eſt, quod interpretatio fieri debeat, quæ favorabilior ſit divino cultui, & illius augmento Dictus Jordanus *n. 4.* ex *cap. Ex parte, de Conſtitutionib. d. deciſ. 316. num. 4.* ubi plures aliæ deciſiones referuntur, & Barboſa *num. 8.*

5. Quibus nihilominus præmiſſis, dicendum nobis eſt, quod quando vera ſubſit cauſa ſuppreſſionis, & rationabilis, ſuppreſſio, & extinctio beneficii, & dignitatis Eccleſiaſticæ permittatur, tam in Jure communi antiquo, *cap. Cùm acceſſiſſent*, ubi Baldus *num. 8.* Abbas *n. 4.* Felinus *n. 17.* Decius *num. 43. de Conſtitutionib.* Rota *d. deciſ. 316. num. 1. & per totam*, Barboſa *d. allegat. 67. num. 5.* Garcia *de Benefic. p. 12. cap. 1. num. 2.* & Azorius *d. cap. 30. quæſt. 11. & 12.* & poſt illos Pax *num. 5.* quàm in jure novo Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat.* ibi: *Liceat Epiſcopis, cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regularia, iis unire; vel ſi hac ratione provideri non poſſit, aliquibus ex his ſuppreſſis, cum patronorum conſenſu, ſi de jurepatronatus laicorum ſint, quorum fructus, & proventus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotannis applicentur, eas ad paucarum numerum reducere.* Et ſignanter, quod fructuum diminutio ſit neceſſaria, ad hoc, ut fiat tituli ſuppreſſio, ſtatuitur *in d. cap. Ex parte, de Conſtitut.* ut notat Pax *d. num. 5.* poſt Felinum *in c. Conſtitutus, num. 1. de Reſcriptis*, Barboſa *num. 5.* & Rotam *d. deciſ. 316.*

6. Sed eſt advertendum, quod ut fieri poſſit extinctio, & ſuppreſſio, diminutio fuctuum plenè, & concludenter probari debeat, eo quòd juris præſumptio ſit in contrarium, ut *num. 3.* vidimus. Talis autem præſumptio onus probandi contrarium in adverſarium transfert, ut benè advertit Jordanus *num. 6.*

7. Deinde eſt advertendum, diminutionem fructuum debere eſſe perpetuam, ut fieri valeat beneficii extinctio, & ſuppreſſio: & ob id *in d. deciſ. 316.* reſolvitur diminutionem contingentem occaſione peſtis, tanquam tranſitoriam, & non perpetuam, non

ſuffra

ſuffragari; quia curſu temporis locus poteſt incolis repleri, & terræ poſſunt per colonos aliunde conductos benè coli, fructuſque iterum multiplicari? Et ita Pax *num.*7.

8. Poſſe fieri extinctionem, & ſuppreſſionem, per fructuum diminutionem, quamvis beneficii erectio fuerit à Papa facta, vel de ejus authoritate, colligit ex dicto Tridentini decreto Pax Iordanus *num.*9. & Garcia *d.p.*12. *cap.*1. *num.*4. Et in hunc ſenſum intelligendum dicit *cap. Cùm acceſſiſſent, de conſtit.* & ibi Abb. *num.* 4. Dec. *num.*44. quatenus dicunt, certum numerum authoritate Papæ præfixum, aut confirmatum, per inferiorem minui, aut ſupprimi non poſſe, etiam ex cauſa, excepta nimirum prædicta diminutione fructuum. Concordat Azorius *d.cap.*30. *quæſt.*13.

9. Si beneficium ſupprimendum ſit de jurepatronatus laici, conſenſus patroni ad extinctionem requiritur. Docent Abbas, Felinus, & alii *in d.cap. Cùm acceſſiſſent*, Azor *d.cap.*30. *q.*14. quos refert, & ſequitur Pax *num.* 11. & patet ex præfato Concilii decreto. Quod non procedit in Patrono Eccleſiaſtico, cùm de eo nulla fiat à Concilio mentio. Si tamen Patronus laicus ſine cauſa legitima renueret conſenſum præſtare, compelli ad id poterunt, prout regulare eſt in omnibus habentibus conſentire, ad tradita per Pacem Jordanum *d.lib.*10. *tit.*7. *de Iurepatronatus*, *num.*18. & 19. per ſequentia verba: Subamplia 5. ut diœceſanus conſenſum hujuſmodi præſtare recuſans, poſſit juſta cauſa ceſſante, à proprio Superiore, veluti Metropolitano, ad conſentiendum compelli. Cardin. *in capite Nobis fuit, de jurepatronatus*, Abbas *conſ.*59. *col.*3. *Principaliter part.* 2. Vivianus (*de jurepatr. part.*2.) *lib.*2. *cap.*1. *num.*19. & 20. Lambertinus (*de jurepatr. p.*2. *lib.*1.) *quæſt.* 2. *art.* 16. & 17. Barboſa *alleg.*70. *num.*26. Azorius *part.*9. *c.*3. *q.* 10. & concordantes omnes. Quod generaliter traditur in omnibus reliquis actibus, in quibus conſenſus requiritur in gratiam, & commodum alicujus; ſi enim conſentire habens, recuſet abſque cauſa id facere, compellitur à Superiore ad conſentiendum, niſi legitimam habuerit cauſam diſſentiendi. Azor, & Barboſa *citati*, Riccius *in Praxi, reſol.* 194. *per totam*, ubi exemplificat de multis. Hactenus Pax *d. tit.*7. *num.* 18. & 19. & *tit.*29. *num.*11. Huc ſpectat, quod dixi in Commentariis *conſtit.* 6. *n.*729. *verſ. Circa ea*, videlicet quod recuſante Generali aſſentire, ſine legitima cauſa, electioni Abbatis, ſeu Provincialis, & illam confirmare, poſſunt electus, & electores ad Generalis recurrere Superiorem, ut illum compellat ad confirmandum, vel ipſe confirmet. Quod firmat Lezana *in Mari magno Servitarum*, §.10. *num.*34. conſonant inferiùs *num.*35. dicenda.

10. Suppreſſio etiam permittitur Canonicatus, & dignitatis, ſubſiſtente cauſa, *cap. Cùm acceſſiſſent, de conſtit.* Azorius *d.cap.*30. *quæſt.*12. & Garcia *d.part.*12. *cap.*2. *num.*172. quos recenſet, & ſequitur Pax Iordanus *d.tit.*29. *num.*12. & pro contrario refert Zerolam *in Praxi, part.*1. *verb. Beneficium*, §.1. *verſ.*11. *circa medium.*

11. Quod ſi quæras, an ſicut Epiſcopus cum conſenſu Capituli poteſt dignitates, & canonicatus, & alia beneficia ſupprimere, & extinguere, ac deſtruere, poſſit cum eodem Capituli conſenſu novam creare dignitatem, numerumque Canonicorum augere, etiamſi redditus aucti non fuerint, & numerus fuerit à Papa confirmatus, nec alia ſubſit cauſa, quàm divini cultus augmentatio? Pro parte affirmativa allegat Pax Iordanus *n.* 13. Innocentium *in cap. Cùm olim, verſic. Conceſſimus, de conſuetudin.* ubi Anton. & Abbas, iidem *in cap. Cùm acceſſiſſent, de conſtitutionib.* Bertachin. *de Epiſcopo, part.*2. *lib.*4. Spec. *de diſpenſat. verſic.* 107. Pro negativa verò recenſet Gloſſam *verb. Conceſſimus, in fine*, per illum textum *in d.cap. Cùm olim, de conſuetud.* & *in d.cap. Cùm acceſſiſſent, in ult. gloſſa, de conſtitutionib.* & Apoſtil. ibi citat *c. fin. de Conceſſione præbendæ, in* 6. Gloſſa 1. *in c.*1. *diſt.*22. Gloſſ. *in Clement. fin. verſ.* 8. & *verb. Menſæ ſuæ, de rebus Eccleſiæ non alienandis*, Selva *de beneficiis*, 2. *p. q.* 3. *num.*6. *verſ.*8. Praxis Zerolæ *d.part.*1. *verb. Beneficium*, §.1. *verſic.*11. *ad medium*, ubi ait, habuiſſe de facto, & ita ſibi fuiſſe reſponſum ab Urbe. Azor *d.p.*2. *lib.*6. *cap.*30. *quæſt.* 10. *in fine*, relatis hinc inde authoritatibus, inclinat in partem affirmativam, & ita

conclu

concludit : *Res tamen ut certiùs fiat, Papa ſæpè conſulitur.* Hactenus Pax.

12. Negativa ſententia plus mihi arridet, ob ea, quæ in Commentariis, in ſimili dixi de numero Monachorum, & aliorum Regularium non augendo in Monaſteriis, tam virorum, quàm Sanctimonialium, Monachalium & Mendicantium, ſine Papæ, aut Sacræ Congregationis facultate, ſemel præfixo numero cuilibet Monaſterio competente, juxta ſubſtantiam bonorum ſuorum, tam ex propriis redditibus, & adminiſtrationibus, quàm ex conſuetis eleemoſynis reſpectivè provenientium, quamvis bona ipſa augeantur, & creſcant. Vide me ipſum *ad conſtitutionem* 13. *à num.* 13. *ad num.* 36. ubi plura ad intentum cumulavi, & multiplices congeſſi Apoſtolicas diſpoſitiones, ſub decreto irritante, & ſub cenſuris, ac pœnis gravibus obſervandas. Plura etiam priùs dixeram in Diſquiſitionum Canonicarum, & Moralium *tom.* 2. *diſq.* 6. *dub.* 23.

13. Quod ſi iterum quæras, ſuntne aliqui caſus, in quibus de jure concedatur facultas deſtructionis, extinctionis, & ſuppreſſionis Eccleſiæ, & beneficiorum? Reſpondeo, quod ſic: & ſequentes ſunt. *Primus* decernitur *in cap.* 1. & *cap.* 2. *de Novi operis nunciatione*, quando nimirum Eccleſia, & beneficium conſtructum, & erectum fuit poſt novi operis nunciationem, *ſive jure, ſive injuria aliquid conſtruatur, legalibus debet conſtitutionibus demoliri, & quia nulla Eccleſia in præjudicium alterius eſt conſtruenda*, ait Lucius *in d. cap.* 1. ubi Barboſa *num.* 1. cum Abbate Antiq. Innocentio, Zabarella, Joan. Andrea, Hoſtienſe, Butrio, Ancharano, Panormit. Marian. Socin. Viviano *in rationali, lib.* 5. *Iuris Pontificii, pag.* 192. Alagona *in Compendio Iuris Canonici, pag.* 710. & alii. Pax Jordanus *d. tit.* 29. *num.* 15. cum Gonzalez *ſuper reg.* 8. *gloſſa* 5. §. 7. *num.* 148. & *in c.* 2. dicit Innocentius III. *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædificatum eſt in Eccleſia de Lamech, poſt novi operis nunciationem, expenſis tuis facias penitus demoliri, &c.*

14. Idem dicit Gonzalez *d.* §. 7. *n.* 149. quando cives Epiſcopum necant; nam in tanti delicti pœnam aufertur ab illa civitate dignitas Epiſcopalis, & deſtruitur Eccleſia Cathedralis, ut *in cap. fin.* 25. *quæſt.* 2. Sed quod attinet ad Eccleſiæ deſtructionem (ait Pax Iordanus *d. tit.* 29. *num.* 16.) minimè decernitur in illo textu. Sed potiùs mandatur viſitari ab Epiſcopis viciniori-bus. Et quidem Iordani dictum, verum ex inſpectione illius textus, apparet.

15. Similiter (ait Pax *num.* 17.) quando Summus Pontifex permitteret alicui Monaſterio aliquam Eccleſiam in proprium uſum convertere, *cap. Paſtoralis, de Privilegiis.* Idem Gonzalez *num.* 150. Sed quod ibi expreſsè decernitur eſt, ut Religioſis, quibus conceſſum eſt, ut Eccleſias ſuas in proprios uſus ſuos poſſint convertere, decedentibus perſonis earum, non liceat authoritate propria poſſeſſionem earundem intrare, ſed quod per diœceſanum Epiſcopum in ipſa ſint potiùs inducendi, niſi aliud in conceſſione ipſa caveatur, & explicetur. Videatur Barboſa *in Collectanea in dictum caput*, ubi illud intelligit de Eccleſiis Religioſis unitis, Rectoribus earum viventibus, quarum unio habitura non eſt effectum, niſi poſt Rectorum deceſſum.

16. Alius caſus eſt, quando propter defectum Religionis, & abuſum deſtruitur templum, & Eccleſia, ut *in cap. Placuit, de conſecrat. diſt.* 1. Gonzalez *d.* §. 7. *num.* 151. Pax Iordanus *num.* 18. Quod autem in illo Canone decernitur, hoc unicè eſt, quod evertantur Altaria, quæ ſine Sanctorum reliquiis eriguntur.

17. Ceſſat, & deſtruitur etiam beneficium, quando locus ab infidelibus occupatur, ita ut ibi nullus ſit cultus divinus. Gonzalez *ubi ſuprà, n.* 152. & Pax Iordanus *d. tit.* 29. *num.* 19. ex *cap. Paſtoralis*, 7. *quæſt.* 1.

18. Item quando deſtruitur univerſus Ordo, prout contigit in Ordine Templariorum, per univerſum Orbem ſublato. Pro quo caſu allegatur à Pace Iordano *cap. Cùm & plantare, de Privilegiis*, *el* 3. ſed in eo, licèt de Templariis agatur, minimè quidem de eorum deſtructione; ſed de eo, quod de manu laicorum decimas recipere ſine conſenſu Epiſcopi non poſſent, ſicut nec alii Religioſi. Poterat tamen allegare conſtitutionem *Ad providam*,

à Clemente Quinto editam, *in Concilio Viennenſi, anno* 1311. quæ habetur *in Bullario Magno Romano Angeli Cherubini, la* 3. *dicti Pontificis, pag.*212. *& ſeqq.* in primo enim §. ſic ſtatuit, ut ſequitur.

19. *Dudum ſiquidem Ordinem Domus Militiæ Templi Hieroſolymitani, propter Magiſtrum, & Fratres, cæteraſque perſonas dicti Ordinis in quibuſlibet mundi partibus conſiſtentes, variis, & diverſis, non tam nefandis, quàm infandis (proh dolor) errorum, & ſcelerum obſcœnitatibus, pravitatibus, maculis, & labe reſperſos, quæ propter triſtem, & ſpurcidam eorum memoriam præſentibus ſubticemus, ejuſque Ordinis ſtatum, habitum, atque nomen, non ſine cordis amaritudine, & dolore, Sacro approbante Concilio, non per modum definitivæ ſententiæ, cùm eam ſuper hoc, ſecundum inquiſitiones, & proceſſus ſuper his habitos, non poſſemus ferre de Iure; ſed per viam proviſionis, ſeu ordinationis Apoſtolicæ, irrefragabili, & perpetuò valitura ſuſtulimus ſanctione, ipſum prohibitioni perpetuæ ſupponentes, diſtrictiùs inhibendo, ne quis dictum Ordinem de cætero intrare, vel ejus habitum ſuſcipere, vel portare, aut pro Templario gerere ſe præſumeret: quod ſi quis contrà faceret, excommunicationis incurreret ſententiam ipſo facto. Univerſa etiam bona Ordinis prælibati Apoſtolicæ Sedis ordinationi, & diſpoſitioni, authoritate Apoſtolica duximus reſervanda. Inhibentes diſtrictiùs, ne quis cujuſque conditionis, vel ſtatus exiſteret, ſe de perſonis, vel bonis hujuſmodi aliquatenus intromitteret, vel circa ea in præjudicium Ordinis, ſeu diſpoſitionis Apoſtolicæ per Sedem eandem, ut præmittitur, faciendæ, aliquid faceret, innovaret, vel etiam attentaret; decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

20. Similem deſtructionem paſſus eſt Ordo Humiliatorum per Pium Quintum factam, in ſua Conſtitutione *Quemadmodum*, Romæ publicata *die* 2. *Martii* 1570. quæ habetur in dicto Bullario Magno Romano Angeli Cheribini *tom.* 2. *la* 119. *pag.* 326. in cujus §. 4. ſic ut ſequitur, habetur.

Habita itaque cum Fratribus noſtris deliberatione matura, de illorum conſilio, & nobis attributæ poteſtatis plenitudine extinguimus, & abolemus Ordinem prædictorum Fratrum Humiliatorum, & Officium Præpoſiti Generalis, ac Provincialium, & quæcumque alia miniſteria Ordinis ſic ſuppreſſi, necnon omnia, & quæcumque ſtatuta, conſuetudines, & decreta ejuſdem, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia quacumque firmitate munita, & pariter privilegia, & indulta generalia, & ſpecialia, quorum omnium tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus habemus pro expreſſis, quibuſcumque illa conceptia ſint formulis, necnon irritantibus aliis decretis, & vinculis roborata. Et ſtatim §. 5. addit.

Privamuſque Generalem, ac cæteros omnes Præpoſitos, & Fratres, omnibus Præpoſituris, dignitatibus, adminiſtrationibus, officiis, & beneficiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, necnon domibus, Conventibus, & locis immobilibus, & ſe moventibus, in Italia, & ubicumque gentium conſtitutis, Sacra quoque, & communi ſuppellectile, ac ipſorum omnium uſu, uſufructu, adminiſtratione, ac poſſeſſione ſpirituali, & temporali, ac etiam jure, & actione, ſive per ſtatuta noſtra, ſive aliàs quomodolibet pertinente. Ac tollimus eis omnimodam facultatem, uſum, & authoritatem generalia, provincialia, & alia capitula de cætero celebrandi.

Et aliis diſpoſitis in §§. intermediis, in §. 9. reducit ad ſtatum ſecularium omnes præpoſituras, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, officia, cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, dicti Ordinis extincti: & ſtatuit, quod deinceps per Sedem Apoſtolicam provideantur, tanquam apud illam vacantia per privationem prædictam.

21. Ordo etiam Sancti Hieronymi Congregationis Lombardiæ, extinctus eſt ab Urbano Papa Octavo; & ejus redditus menſæ Epiſcopali fuerunt applicati, ut credit Pax Jordanus *d. tit.* 29. *num.* 20.

22. Idem Urbanus ſuppreſſit, & annullavit anno 1630. Congregationem novam Virginum Jeſuitarum, ut apparet ex conſtitutione *Paſtoralis, la* 111. apud dictum Bullarium Magnum *tom.* 4. *pag.* 170.

23. Denique, ſi nova Religio reprobetur, & rejiciatur, etiam bona, & Collegia illius diſſolvuntur, *cap. Nemimia* 9. *& fin. de Religioſis domibus*, ex Concilio Generali Lateranenſi ſub Innocentio III. anno 1215. celebrato

cum

cum 412. Epiſcopis, & *cap. unico, eod. tit. lib. 6.* ex Concilio Generali Lugdunenſi, ſub Gregorio X. anno 1275. coacto, & *l. 3. ff. de Collegiis illicitis.* Pax Iordanus *loco citato, num. 21.* cum Gonzalez *d. §. 7. num. 154.*

§ 24. Prædicta poteſtas extinctionis, & ſuppreſſionis Epiſcopis tantùm permittitur, & in Eccleſiis Cathedralibus, & in Collegiatis inſignibus ad augendas diſtributiones earum, & divinum cultum. Ita deciſum teſtatur Moneta *de Diſtributionibus, quæſt. 1. cap. 5. num. 28.* Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 67. num. 2.* ubi ſic ait: Quod quidem ſolùm in ſuppreſſionibus perpetuis, non autem ad tempus locum habere reſolvit Moneta *d. cap. 12. num. 289.* & quod etiam ſolùm in Eccleſiis Cathedralibus, aut Collegiatis inſignibus locum habet; in aliis verò nulla datur Epiſcopis poteſtas extinguendi præbendas, ut augeantur diſtributiones, etiam ad augmentum cultus ut divini, deciſum refert Moneta *d. quæſt. 5. n. 28.* Sequitur Pax Iordanus *num. 22.* qui teſtatur, ſe ipſum vidiſſe ſuper hoc aliquas Declarationes, ſignanter *in Vercell. & Cumenſi.*

25. Et quod Epiſcopus poteſt cum Capitulo dignitatem Eccleſiæ ſupprimere (proſequitur Barboſa *num. 3.*) propter diminutionem reddituum, reſolvunt Abbas *in cap. Cùm M. num. 1.* ubi Ripa *num. 20. de conſtitut.* Felinus *in cap. Cùm acceſſiſſent, num. 23. eod. tit.* Rebuffus *in Praxi benefic. tit. de unionib. num. 22.* & illis citatis, cenſuit Rota *in Forolivienſi Decanatus, 4. Iunii 1590. coram Illuſtriſſ. Cardin. Mantica*, inter ejus deciſiones impreſſas *deciſ. 114. num. 2.*

26. Idem Barboſa *in Summa Deciſionum Apoſtolicarum, Collectanea 87. n. 23.* in ſequentia prorumpit: Canonicatuum alicujus Collegiatæ ſuppreſſio, ut ritè per Epiſcopum fiat, ob tenuitatem, debet ultra conſenſum Capituli Collegiatæ, intervenire conſenſus Capituli Cathedralis, ita ut ſuppreſſio, & unio facta ſine hujuſmodi conſenſibus, ſit ipſo jure nulla: de quibus debet legitimè conſtare, nec ſufficit, ut ab Epiſcopo enuncietur. Sacra Congregatio Concilii *in Troplen. 1. Septembris* 1618. ex Aldano *d. tit. 29. (in compendio Canonicar. reſolut. lib. 2.) n. 12.*

Et non licere Capitulo Sede vacante ſupprimere beneficia vigore Concilii Tridentini *d. cap. 15.* aſſerit Barboſa *d. allegat. 67. num. 3.* cum Cucho *Inſtitution. major. lib. 2. tit. 9. num. 87.* Azorio *Inſtitut. Moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. quæſt. 9. in medio*, Moneta *d. cap. 12. num. 117. & d. quæſt. 5. num. 29.* ubi *num. 30.* reſolvit Prælatum Eccleſiæ Collegiatæ, hanc ſuppreſſionem facere non poſſe præbendarum tenuium, licèt ſit exemptus, & Eccleſia ſit inſignis; cùm hoc ſolùm Epiſcopis Concilium conceſſerit, cum ſuorum conſenſu Capitulorum. Utrumque docet Pax Iordanus *d. lib. 10. tit. 29. n. 23.* & teſtatur ſe habere reſolutum *in Aretina*, & *Alexandrina*, ita cavent ibus: *Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ hanc præbendarum ſuppreſſionem facere non poteſt, licèt ſit exemptus, & Eccleſia inſignis; cum hoc ſolùm Epiſcopis Concilium conceſſerit, cum conſenſu Capituli.* Et *in Hieraten. Capitulo non licet Sede vacante ſupprimere portiones, per hoc capitulum.* Sic illas recenſet Pax Iordanus.

Quod ſi quæras, quænam cenſeantur Eccleſiæ Collegiatæ inſignes, in quibus Epiſcopi poſſint præbendas ſupprimere, in vim Concilii Tridentini *d. cap. 15.* 27.

Reſpondet Barboſa *d. allegat. 67. n. 5.* duo. In primis Cardinalem Manticam *deciſ. 175. num. 2.* ad oſtendendum Eccleſiam, de qua agebatur, non eſſe inſignem, aſſerere hoc probari ex numero exiguo Canonicorum, ex modicis redditibus, & qualitate ſervitii, ac depoſitionibus teſtium: & tradere hoc eſſe arbitrarium, & citare Doctores *in cap. Statutum, de reſcriptis, lib. 6.* & Albericum *in Dictionario, verb. Inſignis*, quibus addit Barboſa Lapum, Speculatorem, & Tiraquellum, & alios apud Menochium *de Arbitrariis, caſu 158. num. 4.* 28.

Secundò dicit, in dijudicatione hujuſmodi inſignitatis fieri poſſe conſiderationem ex qualitate loci, prout deciſum videtur à S. Congregatione Rituum *in una Collegiatæ Eccleſiæ Sancti Pauli, oppidi civitatis novæ, Firmanæ diœceſis*, ad inſtantiam *D. Ludovici Centoflorenni*, qui obtinuit prædictam Collegiatam dici inſignem, eo quòd oppidum, in quo ſita eſt, inſigne reddat numerus quatuor mille habi- 29.

tatorum, hoc eſt, Focularium 820. quatuor Regularium, & unum Sanctimonialium Monaſteria, ibi exiſtentia, copia peritorum, & nobilium. Refert (addit) Ioan. Anton. Maſſobrius *in tract. de Synodo Epiſcopi, cap.4. dub.14. num.9. & ſeq.* Ego ipſe *in Collectanea ad cap.ultim. n.3. de verborum ſignificat.* ubi *in Addit.* de Prælatione Canonicorum Collegiatarum inſignium in omnibus actibus, & ſeſſionibus publicis, refert Maſſobrius *in ſua Praxi habendi concurſum, prælud. 2. dub. 3.* ſecundùm Romanam impreſſionem: & locus inſignis quando dicatur, vide Navarrum *conſ.1. aliàs 3. de Verborum ſignificatione.* Hæc Barboſa.

30. Eſt advertendum, quod dicta poteſtas extinctionis, & ſuppreſſionis conceſſa non ſit, quando Epiſcopi, & Capituli menſa non ſit diviſa, ſed unita, & bona ſint communia. Ratio eſt, quia Epiſcopus uniret ſibimet, & Capitulum præberet aſſenſum, & authoritatem ad ſui favorem, quod non benè procederet: & ob id non permittitur in tali caſu ſuppreſſio. Sic Iordanus *loco citato, num.24.* ex *Clement. Si una*, & ibi Gloſſa *verb. Menſæ ſuæ, verſic. Item facit, de rebus Eccleſ. non alien.* Cardin. ibi, *num.1.* Gambar. *de Officio Legati, lib.5. rubrica de Diſmembrat. num.22.* Abb. *in cap. Cùm acceſſiſſent, num.5. de Conſtitutionibus*, Garcia *de benefic. p.12.c.2. à num.167.* & Barboſa *allegat.61.n.9.* Idem ſtatuitur, quando bona eſſent diviſa, ſed unio cederet in utilitatem ipſius Capituli. Pax ipſe *num.25.* cum Felino *in d.cap. Cùm acceſſiſſent, n.22.* Decio *n.* 53. Butrio, & Imola *ibidem*, ne Capitulum præſtet aſſenſum ad proprium commodum.

31. Uni tamen præbendæ, vel ſingulis etiam Canonicis, concedunt fieri poſſe applicationem, non obſtante dicta ratione authorizandi in facto proprio; cum aliud ſit applicare capitulo, aliud ſingulis Canonicis, aut ſingulis de Capitulo. Decius, poſt Imolam *in d.cap. Cùm acceſſiſſent, à n.54.* Hieronymus Gabriel *conſ.186. lib.2.* Barboſa *alleg.67. num.* 10. & Pax Iordanus *num.26.* dicentes, Epiſcopum ſupprimere poſſe dignitatem, officium, vel præbendam, & ejus fructus applicare, non Capitulo, ſed diſtribuendos inter ſingulos Canonicos, aſſignando cuique Canonico, vel præbendæ certam portionem, quo caſu dicunt procedere *d. cap. Cùm acceſſiſſent.* Et addit Pax: Satius ducerem applicare pro diſtributionibus, juxta litteram ipſius Concilii. Reperitur tamen apud me Sacræ Congregationis ad hoc capitulum Declaratio, *in Hieracenſi*, his verbis: *Nec unciones fieri poſſunt diſtributionibus quotidianis, ubi illæ tenues ſunt, etiamſi præbendæ tenues ſint, ſed tenuitati diſtributionum ſuccurratur per cap.3. ſeſſionis 21.* Hactenus Pax Iordanus.

Eſt etiam advertendum, ut non 32.
concedatur per Concilium unio ſuppreſſi, & extincti pro aliis beneficiis inferioribus, veluti Capellaniis, & hujuſmodi, etiam Eccleſiæ Cathedralis, quantumcunque illæ tenues ſint; neque Sacriſtiæ, aut fabricæ: quia Concilium loquitur de ſolis præbendis. Ita per hæc verba reſpondiſſe Sacram Congregationem, *in Tudert. ad citatum cap.15.* teſtatur dictus Pax *num.* 27.

Ulteriùs eſt advertendum, ad ex- 33.
tinctionem, & ſuppreſſionem, eaſdem cauſas, & ſolemnitates debere concurrere, quæ in unione requiruntur: & ſignanter deſideratur conſenſus Capituli, prout ſtatuitur in prædicto decreto Concilii, *cap. 15. ſeſſ. 24.* ſuprà *num.5.* reddito: & ita docet Pax *num.28.* cum Pavino *de Poteſtate Capituli, Sede vacante, 3. q. 2.p.num.19.* Mandoſio *regula 22.q. 10. num.* 18. Barboſa *d. allegat. 67. num.9. & 11.* Garcia *de benefic. part.12. cap.1. num.* 2. ubi ſic ait: Suppreſſio, & diminutio, licèt ſine cauſa fieri non poteſt, *cap. Ex parte, de Conſtitut.* tamen ex cauſa, putà propter diminutionem reddituum, benè poteſt fieri ab Epiſcopo de conſenſu Capituli, ſicut unio. Ait autem Pax *num.* 29. Ex poſtfacto tamen ſatis erit intervenire hujuſmodi conſenſum. Sed *tit.* 32. *de Unione*, *num.* 68. ſequentia docet ipſemet Pax.

Plurimi ſunt, qui putant hujuſ- 34.
modi conſenſum poſſe intervenire ex poſtfacto, quos citat ipſe Garcia *num.* 147. *& ſeq.* quorum opinio, etſi probabilis videatur, magis tamen tuta cenſenda eſt ſententia Burſati *conſ.185. lib.2. num.14.* dicentis, quod

cùm

cùm Capituli conſenſus requiratur à lege per modum ſolemnitatis, in ipſo actu, & expreſsè adhiberi debet, ex Imola, Anton. & cæteris *in cap. Cum vos, de his, quæ fiunt*, Garcia *ſuprà, num.* 149. Quibus adjungitur, quod ſi Capitulum in ipſo unionis actu interveniſſet, forſitam talia propoſuiſſet, ex quibus ab unione ceſſatum eſſet. Et quod dicitur de Capitulo, extenditur ad omnes, qui vocandi ſunt, de quibuus infrà. Azorius *loco citato* (*part. 2. lib. 6. cap.* 28.) *quæſt.* 12. *in fine*, poſt Rebuffum *in regul. de Unione, gloſſ.* 11. *num.* 9. Hæc ibi Pax Jordanus, ubi *num.* 67. ait: Nomine Capituli intelligitur major pars Capituli, *cap.* 1. *& toto tit. de iis, quæ fiunt à majori parte Capituli.* Et in ſeqq. numeris tres ampliationes apponit ad unionis validationem.

35. *Prima* eſt, ut conſenſus Capituli requiratur etiam in unionibus faciendis ab Epiſcopis, etiam uti Sedis Apoſtolicæ delegatis: & ait colligi *ex cap.* 5. *ſeſſ.* 21. *de reformat.* & deciſum referri à Garcia *num.* 158. & Barboſa (*alleg.* 66.) *num.* 29. contra Navarrum *conſ.* 10. *de Offic. delegati. Secunda*, quod ſi Capitulum conſentire recuſet, non eſt ad unionem procedendum, donec illud à Superiore ad conſentiendum compellatur, niſi juſtam non conſentiendi cauſam habuerit. Azor *loco cit.* poſt Rebuffum. *Tertia* eſt, ut de nullitate unionis, ratione omiſſionis conſenſus iſtius, à quocumque dari poſſit, utpote forma non ſervata, ex Rota *deciſ.* 247. *n.* 5. *part.* 1. *diverſorum*, & Garcia *ſuprà*, (*part.* 12. *cap.* 2. *de Unione*) *num.* 166.

36. Item requiritur ad extinctionem, & ſuppreſſionem, vocatio Rectoris, vel defenſoris, ſi Eccleſia ſit vacans. Jordanus *dicto tit.* 29. *num.* 30. *ex cap.* 1. & ibi Gloſſa verbo *Defenſores, de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. *cap.* 1. *Ne ſede vacante.* Mandoſius *d. quæſt.* 13. *num.* 12. Gambar. *de Officio Legati, lib.* 5. *rubr. de diſmembrat. n.* 14. *&* 15. Seraphin. *deciſ.* 414. Barboſa *allegat.* 67. *num.* 17. cum eiſdem, & Marco Ant. Genuenſi *in Praxi Archiepiſcop. Neapol. cap.* 57. *num.* 17. *&* 19.

37. Præterea tractatus diligens, & cauſæ cognitio requiritur ad extinctionem beneficii, ſicut ad alienationem bonorum Eccleſiæ, *d. cap.* 1. & ibi Gloſſa verbo *Tractatus, de reb. Eccleſ. non alien.* Seraph. *deciſ.* 1662. ubi fuit reſolutum, non poſſe Epiſcopum diſmembrare fructus unius beneficii, eoſque alteri applicare, ſine ſolemnitatibus in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſitis. Idem pariter fuit reſolutum *in Salernitana Parochorum*, 1. *Iunii* 1611. *coram Papa* (tunc Cardin. *Bononienſi, poſtea Gregorio XV.*) quæ eſt *deciſio* 348. *tom.* 1. *part.* 2. *noviſſimarum.* Pax Jordanus *d. tit.* 29. *num.* 31. *& finali*, & Barboſa *d. allegat.* 67. *n.* 20.

QUÆSTIO VIII.

De erectione beneficii, ſeu Eccleſiæ, de illius mutatione, & tranſlatione, & idem eſt de Religionibus ac Monaſteriis, ac de eorum deſertione.

1. ECcleſia, & beneficium dupliciter mutari poteſt, & transferri, aut de loco ad locum, aut de uno ſtatu in alium. De utroque modo mutationis in hac quæſtione agendum nobis eſt. Et primò de hoc ſecundo, quem præcipuum in ea locum habere, nefas ſit dubitare. Erectio, & mutatio beneficii, & Eccleſiæ in hoc ſenſu eſt, quando beneficium, & Eccleſia ſecularis in Regularem mutatur, & econtrariò Regularis in ſæcularem transfertur. Item, quando Eccleſia Collegiata erigitur in Cathedralem, vel Cathedralis in Collegiatam mutatur, vel in Metropolitanam. Item quando Parochialis in Collegiatam, vel è contra. Similiter, quando Eccleſia Conventualis unius Ordinis Regularis, in conventualem Eccleſiam alterius Ordinis transfertur. Omnes iſtæ mutationes Eccleſiarum, & beneficiorum dicuntur erectiones, & tranſlationes dici poſſunt. Videatur Rebuffus *in Praxi, tit. de Erectione Eccleſiæ in Cathedralem.* Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 1. Garcia *de Beneficiis, part.* 12. *cap.* 5. Barboſa *de Poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 68. *à num.* 9. Pax Iordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 34. *à num.* 1. & Caſtrus Palaus *tom.* 2. *tractatu* 13. *diſp.* 6. *punct.* 11. §. 11. *à num.* 1.

2. Hoc unum adverto, quod ex his omnibus mutationibus, & tranſlationibus, illæ verè erectiones dicuntur, & ſunt, quæ in altiorem ſtatum fiunt: verbum enim *Erigo*, Paſſeratio

teſte, idem eſt, ac *Elevo, attolo, extollo*, quod *Hiſpanè* idem importat, ac *Alçar*, ut ipſemet Author exponit; & participium *erectus*, ait, *Levantado en eſtado*. Hoc dicitur de mutatione Eccleſiæ ſimplicis in Parochialem; de Parochialis tranſlatione in Collegiatam; & de Collegiatæ aſcenſu in Cathedralem; & de iſtius in Metropolitanam mutatione. Omnes namque iſtæ, propriè Erectiones dicuntur, quia in earum qualibet fit elevatio uniuſcujuſque Eccleſiæ, & beneficii ad altiorem ſtatum, reſpectu illius, quem antea habebat: contraria verò earum mutatio, *erectio* dici non debet, ſed potiùs *dejectio*: cùm non Eccleſiam extollat, ſed potiùs deprimat, *vulgò, la heche de arriba abajo, la abata, humille, y reduzga à eſtado inferior, al que antes tenia*. Erectio etiam propriè dicitur beneficii, & Eccleſiæ, quamvis ſimplicis, quando de novo conſtituitur; quia elevatur de non eſſe beneficii, aut Eccleſiæ, ad eſſe illius, qui altior ſtatus eſt, ut ex ſe patet, & liquet. Unde Palaus *dicto num.*1. dixit: *Beneficium erigitur, ſi jus percipiendi fructus ob ſpiritualem titulum, authoritate Superioris ſtatuatur*. Et Azorius *d. c.*30. *quæſt.*4. de Eccleſiæ primordiis ait: *Eccleſia autem non erigitur, niſi idonea dos à fundatore, vel alio aſſignetur, &c.*

3. Quod ſi quæras: Quinam erectiones, mutationes, & tranſlationes Eccleſiarum, & beneficiorum earum facere poſſint, & valeant? Reſpondeo, quod cùm diverſa ſint beneficia, diverſæque Eccleſiæ, præter Papam, non eſt alius Superior, qui earum erectioni, mutationi, & tranſlationi authoritatem præſtare valeat, & poſſit, ut bene Azorius *q.*1. Garcia *d. cap.* 5. *per totum*, Palaus *d. num.*1. Barboſa *alleg.*68. *à num.*8. Pax Jordanus *d. tit.* 34. *num.* 2. *&* 3. Conſultò dixi, *præter Papam*, quia ob ſuam Supremam in Eccleſia poteſtatem, eſt Ordinarius Ordinariorum, *cap. Cuncta per mundum, el* 1. 9. *quæſt.* 2. *& cap. Cuncta per orbem, el* 2. *ead. cauſa, & q.* & Papa Gelaſius, apud Bullarium Magnum Angeli Cherubini *tom.* 1. *Conſtit. unica, pag.*24. & concurrit in his, quæ juriſdictioni ſunt, cum quolibet ſibi inferiore, *cap. Ad Romanam, quæſt.*6. *cap. Cuncta per orbem, cit. cap. Per principalem*, 9. *quæſt.* 3. Cardinalis, & Imola *in cap. Cùm Eccleſia, de Cauſa poſſeſſion.* Quæſitui igitur reſpondendum duxi cum diſtinctione, tribuendo cuilibet Superiori, quæ competunt illi ſecundùm ſuam ordinariam poteſtatem, praxim, & ſtylum; beneficia etiam diſtinguendo & Eccleſias, ſequentes ſtatuentes concluſiones.

Prima concluſio. Solius Papæ, Summi Eccleſiæ Catholicæ Romanæ Prælati, & Præſulis eſt creare, & erigere de novo dignitates Primatum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Abbatum, ſeu Priorum, aut Præpoſitorum Eccleſiarum Collegiatarum, & Regularium etiam, ſicut & etiam ipſas Eccleſias tales conſtituere. Et ejuſdem ſolius eſt deponere Primates, Archiepiſcopos, &c. & eorum Eccleſias in altiores attolelre, & erigere; & in ſtatum inferiorem contrà dejicere, & deprimere. 4. Papæ ordinaria facultas quoad Erectionem.

Concluſionem probo *primò*, producendo Azorium *d. p.*2. *lib.*6. *cap.*30. *quæſt.* 2. dicentem, penes ſolum Papam jus eſſe mutandi aliquam Eccleſiam in Cathedralem; quia talis Eccleſia non eſt, niſi in ea creetur Epiſcopus: at Epiſcopi ſolius Papæ authoritate creari poſſunt. Solus item Papa jus habet Cathedralem Eccleſiam in non Cathedralem mutandi, quia ſolius Papæ eſt Epiſcopos dejicere, vel Epiſcopatus ſupprimere, & extinguere. Et *quæſt* 4 inquirit: Quis poſſit Eccleſias erigere? Reſpondeo (addit) Metropolitanas quidem, & Cathedrales, & Collegiatas, ſolum Papam, *c.*1. *Ne Sede vacante, & c. Quod tranſlationem, de Officio Legati.* Conventuales Eccleſiæ Regulares, olim quidem Epiſcopi authoritate erigebantur: modo verò, quia ſunt ab Epiſcopis exemptæ privilegiis Romanorum Pontificum impetratis, Superiorum Regularium authoritate eriguntur. Et infrà: Item, quando Eccleſia Collegiata Romani Pontificis authoritate conſtituitur, certum numerum Canonicorum vel ipſe Papa per ſe inſtituit & creat, vel ipſe aliis committit, ut id faciant. Collegiata Eccleſia abſque numero Canonicorum certo, vel incerto, non erigitur. 5.

Secundò produco Nicol. Garciam *d. cap.* 5. 6.

cap. 5. *partis* 12. ſic fantem. Tandem alteratur beneficium in melius, per erectionem in alium ſtatum ſuperiorem, ut cùm Eccleſia Collegiata erigitur in Cathedralem, & Epiſcopalis in Metropolitanam. Quod tamen ſolus Papa facere poteſt, *cap.* 1. *Ne Sede vacante.* Et facit *cap. Quod tranſlationem*, & Gloſſa *ibi*, *de Officio Legati*, & docet Rebuffus *in Praxi*, *tit. de Erectione Eccleſiæ in Cathedralem*, qui de materia iſtius erectionis videndus eſt, & Azorius 2. *p. lib.* 5. *cap.* 29. *q.* 25. *& lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4.

7. Barboſa *d. allegat.* 68. *num.* 8. etiam ait: Cùm ſolus Papa Eccleſiam Collegiatam erigere poſſit in Cathedralem, & Epiſcopalem in Metropolitanam, *cap.* 1. *Ne Sede vacante*, Azorius *Inſtitut. Mor. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *q.* 25. *& lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4. Garcia *de Benefic. p.* 12. *cap.* 5. *num.* 1. cum aliis citatis *allegat.* 50. *num.* 5. non exilis hinc oritur dubitatio, an etiam ſolius Papæ ſit erigere Eccleſiam in Collegiatam, &c. *In dicta autem allegatione* 50. ſub hoc titulo: *In Epiſcopis, quæ ſibi Summus Pontifex reſervavit?* ſic *d. num.* 5. proceſſit: Solus ipſe Eccleſiam erigit, & conſtituit in Cathedralem, *cap. Fœlix* 50. *cap. Præcipimus* 54. 16. *quæſt.* 1. Rebuffus *in Praxi*, *tit. de Erectione in Eccleſiam Cathedralem*, *num.* 1. *&* 5. Azor. *Inſtitut. Mor. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *quæſt.* 25. *in princ. & lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4. Nicol. Garcia *de Benefic. part.* 12. *cap.* 5. *num.* 1. Moneta *de commutat. ultimar. volunt. cap.* 11. *num.* 251. ubi *num.* 252. idem dicit de Erectione Eccleſiæ Cathedralis in Metropolitanam. Gambarus *de Officio*, *& poteſt. Legati*, *lib.* 2. *tit. de Variis Ordinariorum nominibus*, *num.* 160. & eam divellit, conjungit, aut alia ratione mutat, *cap.* 1. *& cap. Inter corporalia*, *de Tranſlatione Epiſcopi*, *cap. Mutatione*, 7. *quæſt.* 1. Gloſſa *verb. Cathedralem*, *in cap. Cùm inferior*, *de Majoritate*, *& obed.* Moneta *d. cap.* 11. *num.* 253. Gambarus *d. loco*, *num.* 159. *&* 166. Molfeſius *in Summa Moralis Theologiæ*, *tract.* 6. *cap.* 14. *num.* 56. & ſolus ipſe poteſt diœceſim ſeparare, & illam alicui Abbati, ſeu inferiori Prælato ſupponere. Hoſtienſis *in cap. Cùm contingat*, *num.* 1. *de Foro competente*, ubi Butrius *num.* 11. *verſic. De conſuetudine*, Panormitanus *num.* 18. & Bellin. *num.* 5. *verſic. Tamen certum eſt.* Rota *deciſ.* 324. *n.* 2. apud Farinacium *part.* 1. *recentiorum.* Et quàm ampla, & abſoluta ſit poteſtas Summi Pontificis, in conſtitutione novæ Sedis Epiſcopalis, per diſmembrationem aliarum diœceſum, probat *cap. Præcipimus* 53. & ibi præ cæteris Turrecremata *verſiculo Nam etiam Concilium*, 16. *q.* 1. Gloſſa *verb. Pertinere*, *in cap. Sicut unire*, *de Exceſſib. Prælator.* ubi Hoſtienſis *num.* 1. Zabarella *num.* 3. & Ancharanus *num.* 1. Selua *de Benefic. part.* 2. *quæſt.* 3. *n.* 10. latè, & eleganter Lotterius *in tract. de Re beneficiaria*, *lib.* 1. *q.* 11. *à principio.*

Cavendum igitur eſt à Gloſſa *verb.* 8. *Diviſiones*, *in cap. Lege Imperatorum*, 10. *diſt.* quæ pronunciavit Papam, invito Epiſcopo, non poſſe dividere Epiſcopatum, præterquam ex cauſa: quam videntur ſequi Abbas *in cap. ult. ſub num.* 12. *verſic. Et vide*, *de confirmat. utili*, & inter ſuas quæſtiones, *quæſt.* 1. *num.* 17. & Felinus *in cap. Quæ in Eccleſiarum*, *num.* 42. *ad finem*, *de conſtitutionibus*, quorum fundamentis reſpondet dictus Lotterius *d. quæſt.* 11. *num.* 33. *cum ſeqq.* & *num.* 44. *cum ſeqq.* declarat doctrinam Abbatis *d. quæſt.* 1. *ſub num.* 12. *verſ. Conſilium tamen Collegii*, aſſerentis in hujuſmodi nova conſtitutione Sedis Epiſcopalis, & diſmembratione, ac aſſignatione diœceſum, requiri conſilium Collegii Cardinalium, ut procedat reſpectu neceſſitatis directivæ, & intrinſecæ, non verò reſpectu neceſſitatis coactivæ, & extrinſecæ; nam ſic conſtitueretur judex ſupra ipſum Summum Pontificem, contra textum *in cap. Nemo*, 9. *quæſt.* 3. prout declarat Cardinalis Paleot. *de Sacr. Conſiſt. conſultat. part.* 1. *quæſt.* 3. *in reſponſ. ad* 3. *argum.* Ex quibus jam colligitur, quod cùm Epiſcobus non habet diœceſim ex ſe, aut ab alio inferiore, ſed ab ipſo Summo Pontifice, non poſſit authoritate ſua illam minuere, aut diſmembrare, conſtituendo territorium diſtinctum à proprio territorio; nam id ſolùm pertinet ad Papam ex ſpeciali ejus privilegio. Hoſtienſis *in cap. Cùm contingat*, *n.* 1. *de Foro competenti*, ubi eum ſequitur Joan. Andreas *ſub num.* 4. *verſic. Alii dicunt*, Butrius *ſub n.* 11. *verſic. Si quæritur*, *an habeat territorium*, & Abbas *ſub num.* 18.

Sine

9. Sine ſpeciali illius mandato,& licentia, nullus poteſt Paſtorem dare Eccleſiæ Cathedrali, ſibi qualitercumque exemptæ, quæ Clero careat, & Paſtore Chriſtiano. *Clement. In pleriſque, de electione.*

10. Eccleſiæ Cathedralis adminiſtrationem nemo poteſt dare, niſi Papa, *cap. Is cui, 42. de elect. in 6. cap. Eccleſiæ Cathedrali, de ſupplenda negl. Prælat. eod. lib.* Rebuffus *in tract. Nomin. q.8. n.29.* Et ſolus Papa Curatorem dare poteſt Eccleſiæ Cathedrali, & ejus bonis, quoad effectum agendi. Gigas *de Penſionib. q.65. n.5. & 6.*

11. Epiſcopo adjutorium nemo dat,niſi Papa, *cap.1. de Electione in 6. cap. unico, de Clerico ægrotante, eod. lib.* Quaranta *in Summa Bullarii*, verbo *Archiepiſcopi authoritas, n.9.* Flamin. *de reſignat. lib.7. q.20.n.14.* Campanilis *in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.7.cap.6. n.105. verſ. Eſt tamen*, Gambarus, *de Officio, & poteſt. Legati de latere, tit. de Coadjutoribus, num.4.*

12. Ipſe ſolus poteſt concedere,ut Monachus,laicus, vel Clericus ſæcularis, minoribus ſolùm Ordinibus initiatus, Epiſcopus creetur, *cap. Miramur, 61. diſt.*

13. Epiſcoporum, & ſuperiorum Antiſtitum majores cauſas ſolus dirimit, & cognoſcit. Conc. Trident. *ſeſſ.24. de reformat. cap.5.* Gambarus *loco cit. n.159.*

14. Epiſcopos è gradu dignitatis dejicit ex cauſa, *cap. Quamvis, & cap. Dudum,3.q.5.* Deponit, & reſtituit, *cap. Ideo, 2. q.6.* Gloſſ. verbo *Reſervata, in cap. Tranſlationem, de Offic. Legati.* Gonzalez *ad regul.8. Cancellar. gloſſa 41. n.21.*

15. Epiſcoporum admittit renunciationes. Gloſſa verbo *Manibus, in Clement. 1. de renunciat.* Flaminius *de Reſignat. lib.7. quæſt. 11. num.17.*

16. Solus ipſe eximit, & excipit aliquos à jure, & poteſtate Epiſcoporum. Gloſſa *in cap. Frater, 16.q.1.* Gloſſa verbo *Exemptum, in cap. Cùm inferior, de Majorit. & obed.* Gloſſa verbo *Reſervata, poſt princip. in cap. Quod tranſlationem,de Offic. Legati.* Gloſſa *in cap.1. in princip. de Privilegiis, in 6.* Mandoſ. *de ſignat. gratiæ, tit. Exemptiones, verſic. Eximere propriè eſt Apoſtolicæ Sedis*, Ancharanus *conſ.132. n.5.* Quos à ſe, vel Romana Curia eximere non poteſt, Abbas *in cap. Si quis, n.1. de Majoritate, & obed.* Selva *de Benefic. p.3.q.8. n.16. & tract. de Iure jurand. p.4. n.39.* Barthol. Bellencin. *de Charitativo ſubſidio, q.58. n.4.* Reſtaur. *de Imper. q.50. n.12.* quia ut dicunt Abbas, & Joan. Andr. non eſt credendum, quod Papa poſſet aliquem privilegiare; ne teneatur venire ad eum, vel ut per eum non poſſit excommunicari; quia cùm ipſe teneat locum Dei in terris, *cap.2. de Tranſlat. Prælat.* non debet aliquem eximere ſua poteſtate, cum per hoc eximeretur à poteſtate Dei; unde contra ſummam Papæ poteſtatem non valet præſcriptio. Innocent. *in cap. Bonæ,2.de Poſtulat. Prælat.* Felinus *in cap. Cùm non liceat, n.14. in fine, de Præſcript.* tum, ne dentur acephali, ſine Rege, ſine capite, ut locuſtæ. Abbas *in cap. Per venerabilem, n.9. & 37. Qui filii ſint legitimi*; quia ſic negaret ſe eſſe caput totius Eccleſiæ. Auguſtinus de Ancona *de Poteſt.Eccleſiæ,q.7.art.8.* Anton.Ricciul. *de Iure perſonarum, lib.9. cap.2.n.12. in fine*: tum ne ſit in manu Pontificis abjicere à ſe Claves, ac ſibi manus ligare, *cap. Innotuit, de electione, cap.fin.* ubi Gloſſa, *de Reſcriptis in 6.* Gloſſa *in cap.fin. de ſententia excommunic. eod.lib.* Hucuſque Barboſa *alleg.50. à num.5. ad 14.*

17. *Quartò* adduco Pacem Jordanum *d. tit. 34.num.2.* ſupponentem,ut videbimus *num.25.* erectiones omnes, & mutationes Eccleſiarum, præter Parochialium, ad ſummum Pontificem pertinere.

18. *Quintò* produco Caſtrum Palaum, dicentem *d. §.11. num.2.* Hinc fit, quid ſit de mutatione Eccleſiæ. Solius, inquam, Pontificis authoritate Eccleſia Collegiata, aut Parochialis in Cathedralem mutari poteſt. Quia de ratione Cathedralis Eccleſiæ eſt Epiſcopatus, qui ſolùm à Pontifice creari poteſt. Item ſolus Pontifex poteſt Parochialem Eccleſiam, vel ſimplicem in Collegiatam mutare. Quia ſolus ipſe poteſt novam dignitatem cæteris præexcellentem, & dignitatem habentem inſtituere. Azor. *2. p. lib.6.cap.30. q.2.* tametſi contrarium ſentiat Rebuff. *in Praxi benefic. tit. de erectione in Collegiatam*, quem ſequitur Garcia *12. part. de benefic. cap.5.* Idem eſt dicendum de mutatione Eccleſiæ ſæcularis in regularem. Sola, inquam, Pontificis authoritate

thoritate id fieri poteſt. Quia ſolus Pontifex eſt utriuſque ſuperior. Hæc Palaus.

19. *Secunda Concluſio.* Solius Summi Pontificis eſt transferre ex uno loco ad alium Eccleſias Cathedrales, Metropolitanas, Collegiatas, & alias exemptas, ac earum beneficiarios.

Ita Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *q.* 5. ubi ſic ait: Quintò quæritur, quis poſſit Eccleſiam ex uno loco ad alium transferre? Hoc eſt facere, ut beneficiarii ex una Eccleſia ad aliam tranſeant? Reſpondeo Eccleſias Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, & cæteras exemptas, ſolum Papam transferre poſſe. Sic etiam Epiſcopi, & alii Superiores, non niſi authoritate Papæ transferuntur, *cap.* 1. *de Tranſlat. Epiſcoporum*. Item, qui ſunt præditi dignitatibus, etiam inferioribus, ſed exemptis, ſola authoritate Papæ ad alias Eccleſias tranſeunt. Hæc Azorius, & *quæſt.* 8. ait: Octavò quæritur, an jure communi cautum ſit, ne Epiſcopi ad alias Eccleſias tranſeant? Reſpondeo, cautum eſſe, niſi juſta, & debita cauſa, & authoritate legitima transferantur, ut conſtat ex Concilio Nicæno, *cap.* 15. Sardicenſi *cap.* 1. Antiocheno *cap.* 16. & 21. Chalcedonenſi *cap.* 5. Carthaginenſi 3. *cap.* 38. Item *cap. Epiſcopi*, *cap. Propter*, 7. *q.* 1. Porrò hujuſmodi Epiſcoporum tranſlationes Jura pernicioſas appellant, quia Clericis avaritiæ, & ambitionis datur occaſio: & quia ex eis Eccleſiarum detrimenta non pauca naſcuntur: quia cùm Epiſcopi ſoleant ex una Eccleſia ad aliam transferri, inde fit, ut quaſi alieni, & mercenarii Paſtores Eccleſias ſibi commiſſas gubernent, eo quòd de tranſitu ad aliam Eccleſiam ſubinde cogitant.

20. Et quæſtione ſequenti ſic procedit. Nonò quæritur, quibus de cauſis Epiſcopi licitè transferantur? Reſpondeo, his de cauſis. Primò, ſi continuis bellis, vel crebris hoſtium incurſionibus divexentur, *cap. Tribus*, *de Conſecrat. diſt.* 1. Secundò, ob intemperiem aëris, *cap. Quorumdam*, *diſt.* 74. Tertiò, ob malitiam populi ſuum Paſtorem, & Epiſcopum odio proſequentis, & malè tractantis, *cap. Ita vos*, 25. *q.* 2. *cap. Sicut* 7. *q.* 5. Modò verò frequentiores ſolent eſſe Epiſcoporum tranſlationes aliis de cauſis, quæ quales eæ ſint, & quàm juſtæ, viderint ipſi. Iſta Azorius.

Tertia Concluſio. Ad Epiſcopi poteſtatem, in hac materia, pertinet Eccleſiam ſimplicem in Parochialem erigere. 21.

Ita Azorius *d. cap.* 30. *quæſt.* 2. dicens: Cæterùm Eccleſias alias inferiores poteſt Epiſcopus proprio jure mutare, cum jus habeat, & authoritatem Eccleſias in ſua ditione conſtitutas adminiſtrandi, & regendi. Poteſt igitur Epiſcopus ſimplicem Eccleſiam in Parochialem mutare, & è contrario, *cap. Ad audientiam*, 1. *de Eccleſ. ædificand.* At neceſſe eſt, ut Parochi primæ Eccleſiæ, & ſecundæ conſenſus interveniat, alioqui enim damno afficeretur. Item opus eſt, ut damnum, quod accipit Parochus, re alia compenſetur, ſiquidem aliquid ipſi detrahitur, ac proinde dari aliquid debet, unde commodè ſuſtentetur.

Et ſtatim quærit tertiò, quibus de cauſis Eccleſiæ aliæ in alias mutentur? Et reſpondet id fieri, vel ob evidentem neceſſitatem, vel ob magnam utilitatem earum. Velut ſi Parochus Eccleſiam deſeruerit ob bella aſſidua, ob peſtem frequenter ſævientem, ob aëris intemperiem, ſoli ſterilitatem, aquarum inundationem, crebros hoſtium incurſus, *cap. Eccleſias*, 7. *q.* 7. *cap. Mutationes*, *cap. Epiſcopus*, & *cap. Scias*, *ead. cauſa*, *q.* 1. Eiſdem porrò cauſis, quibus Eccleſia una in aliam mutatur, poteſt quoque mutatio reſcindi, ut ſi populus redierit: & *in q.* 5. ubi agit de mutatione Beneficiariorum ex uno loco ad alium, ait: Inferiores verò Prælati non exempti, immò in univerſum Beneficiarii ad alias Eccleſias tranſire jure non poſſunt ſine Epiſcopi conſenſu, ſine quo ſuis ſe beneficiis abdicare nequeunt. 22.

Nicolaus Garcia *part.* 12. *cap.* 5. *n.* 2. hanc ſententiam ſequitur, dicens: Aliquando etiam Eccleſia ſimplex erigitur in curatam, & parochialem, quod ex cauſa facere poteſt Epiſcopus, ut per Rebuffum *tit. de Erectione in curatam, & parochialem*, qui eſt videndus de hoc, & Azor. *d. cap.* 29. *quæſt.* 3. & 4. Cui tamen obeſt declaratio Sacræ Congregationis Concilii, *ſuper cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de reformat.* quæ ſic ait: *Nec beneficia ſimplicia in curata converti ab Ordinario poſſunt.* 23.

24. Barboſa *in Collectanea ad d. cap.16. ſeſſ.25.de reform.n.5.* eandem interpretationem Declarationis Sacræ Congregationis tenet, dicens: Nec etiam vice verſa beneficia ſimplicia in Curata ab Ordinario converti poſſunt, ſicut atteſtantur reſolutum Aloyſius Riccius *in Praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 492. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 383. *num.* 6. *&* 7. *in* 2. *edit.* Nicol. Garcia *d. p.*12. *cap.*5. *num.*3. ubi intelligit, ceſſante cauſa, & neceſſitate; nam ea interveniente, Eccleſiam ſimplicem in curatam, & parochialem, erigere poſſe Epiſcopum, tenent Rebuffus *in Praxi beneficiali, tit. de Erectione in Curatam, & parochialem,* Azor *Inſtit. moral. p.*2. *lib.*5. *cap.*25. *& lib.*6. *cap.*30. *q.*3. *&* 4. Hæc ibi Barboſa, qui ſimilia profert *alleg.* 68. *num.*13.

25. Conſonat Pax Jordanus *tom.*2. *lib.*10. *tit.*24. *num.* 2. ubi ita ait: Quod attinet ad Epiſcopi poteſtatem, conceditur ei, ut ſimplicem Eccleſiam in parochialem erigere valeat. Azor *loc. cit. quæſt.* 2. Rebuff. *d. tit. de erect. in Curatam, & parochialem.* Garcia *d. cap. ult. num.*2. ubi exſcribit ſequentem Declarationem S. Congr. Concilii *ſuper cap.* 16. *ſeſſ.* 25. *de reformat. Nec beneficia ſimplicia in Curata converti poſſunt ab Ordinario.* Sed ſubaudit, ceſſante cauſa, & neceſſitate. Et ita omninò interpretandum eſt, ne contradicat Concilio *ſeſſ.*21. *cap.* 4. *de reformat. & cap. Ad audientiam* 1. *de Eccleſ. ædificandis.* Et concludit Pax dictum titulum, dicens: Quæ de mutatione diximus, ad Eccleſiarum tranſlationem extendenda ſunt; Epiſcopus enim, quas Eccleſias erigere, vel mutare valet, eaſdem & transferre, aliàs non: tranſlatioque ſine manifeſta neceſſitate, vel utilitate attentanda nequaquam eſt. Azor *d. cap.*30. *quæſt.*4. *&* 5. Hæc ille.

26. Palaus denique *tom.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct.*11. *num.*2. in ſequentia prorumpit: Authoritate Epiſcopi ſolùm poteſt mutari Eccleſia ſimplex in Parochialem. Azor 2. *p. lib.*6. *cap.*30. *q.*2. Garcia 12. *p. de benefic. cap.*5. *n.*2. Barboſa *allegat.* 68. *n* 9. Et licèt S. Congreg. cenſuerit id ab Ordinario fieri non poſſe, intelligendum eſt ceſſante cauſa, & neceſſitate. Garcia, & Barboſa *ſuprà.*

Concluſio quarta. Epiſcopus mutare non poteſt Eccleſiam Parochialem, & eam in ſimplicem dejicere. Expreſsè illam definivit Concilium Trident. *d. cap.*16. *ſeſſ.*25. *de reformat.* per hæc verba: *Statuit ſancta Synodus, ut Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur, non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ.* 27.

Firmat concluſionem Barboſa *in Collectanea in dictum caput, n.*2.3. *&* 4. ſequentia docens: Quod dicatur beneficium Curatum, & quæ Parochialis Eccleſia, dixi latè *de Offic. & poteſt. Parochi, cap.*1. *ex n.*35. Et ad hunc effectum, ne in ſimplex converti poſſit per Epiſcopum, Aloyſius Riccius *in Praxi rerum fori Ecoleſiaſt. deciſ.*2. *in* 1. *edit. aliàs reſolut.*618. *in* 2. *editione.* Beneficia ſæcularia Eccleſiaſtica, quæ curam animarum habent quomodocumque, non poſſunt converti in ſimplex beneficium, ut per Zerolam *in Praxi Epiſcop. part.*1. verbo *Unio,* §. 3. Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium converti non poſſunt, etiam in aliqua parte fructuum ipſarum Parochialium, ut refert deciſum Nicol. Garcia *part.*12. *cap.*2. *num.*88. & Aloyſius Riccius *d. reſolut.*383. *n.*6. *&* 7. Beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus, ſi illis unita eſſent, etiamſi illis ſeparatis, Parochiales non egeant. Nicol. Garcia, & Aloyſ. Riccius *locis proximè citatis.* Hæc omnia tradit Barboſa in dicta Collectanea, *in dictis numeris* 2. 3. *&* 4. Et *allegat.* 68. *n.*14. ait: Sic etiam Eccleſia curata in ſimplicem ab Epiſcopo reduci non poteſt. Mar. Anton. *Variarum lib.* 1. *reſolut. ultima, caſu* 69. 28.

Dictus Garcia *loco citato, cap.*ſcilicet 2. *n.*88. ita ait: Quo decreto cenſuit S. Congregatio, *quod non ſolùm uni Parochialis eſt prohibita, ſed etiam aliqua pars fructuum earum uniri non poteſt:* ſicut in terminis *cap.*16. *ſeſſ.*25. *de reformatione*, beneficia curata in ſimplex converti non poſſunt, etiam pro parte fructuum, &c. ut in ſequentibus 29.

quentibus Declarationibus *ſuper d. cap.* 16. Prima : *Parochiales Eccleſiæ in ſimplex beneficium converti non poſſunt: quod intelligendum eſt etiam in aliqua parte fructuum ipſius Parochialis.* Secunda : *Nec Ordinarius diſmembrare poteſt beneficia Curata, ac unire beneficiis ſimplicibus.* Tertia, ibi : *Non convertantur etiam pro parte, videlicet ex parte etiam minori fructuum Parochialis, conſtituere beneficium ſimplex.* Quarta : *Non poterit Ordinarius ſeparare ab Eccleſiis Parochialibus beneficia ſimplicia, ſive Oratoria, ſi illis unita eſſent, etiamſi illis ſeparatis, Parochiales non egeant.* Hactenus Garcia.

30. *Concluſio quinta.* Epiſcopus non poteſt Eccleſiam ullam in Collegiatam erigere. Hanc tenent Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 34. quatenus dicto *in num.* 2. quod attinet ad Epiſcopum, ut ſimplicem Eccleſiam in Parochialem erigere valeat, vel è contra, Parochialem ad ſimplicem Eccleſiam reducere, *in ſequenti num.* 3. ſic ait: De cæteris verò mutationibus non debet ſe ingerere, quoniam Papæ authoritati reſervantur. Palaus *d. punct.* 11. *num.* 2. ibi : Item ſolus Pontifex poteſt Parochialem Eccleſiam, vel ſimplicem, in Collegiatam mutare. Quia ſolus ipſe poteſt novam dignitatem cæteris præexcellentem, & digniorem inſtituere. Et infrà : Quapropter authoritate Epiſcopi ſolùm poteſt mutari Eccleſia ſimplex in Parochialem. Similiter Azorius *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. ibi : Solus item Papa poteſt Eccleſiam aliquam in Collegiatam mutare, quia Collegiata Eccleſia non erigitur, niſi principalis aliqua dignitas in ea inſtituatur, cujus ſit toti Eccleſiæ Collegiatæ præeſſe : at hujuſmodi dignitates, non niſi Papæ authoritate creari poſſunt.

31. Denique Barboſa *allegat.* 68. concluſionem noſtram firmat, dicens: Cùm ſolus Papa Eccleſiam Collegiatam erigere poſſit in Cathedralem, & Epiſcopalem in Metropolitanam, *cap.* 1. *Ne Sede vacante*, Azor *Inſtit. Moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *quæſt.* 25. *& lib.* 6. *c.* 30. *quæſt.* 2. *&* 4. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 5. *n.* 1. cum aliis citatis ſuprà *alleg.* 50. *num.* 5. non exilis hinc oritur dubitatio, an etiam ſolius Papæ ſit erigere Eccleſiam in Collegiatam. In qua affirmativa opinio communior eſt, & receptior, ut concludunt Rebuffus *in ſua Praxi benefic. tit. de Erect. in Collegiatam*, Filliucius *tract.* 41. *de benefic. cap.* 3. *num.* 112. Azor. *Inſtit. Moral. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 29. *quæſt.* 25. *& lib.* 6. *cap.* 30. *quæſt.* 2. quod tutius videtur Fuſco *de Viſitat. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 6. ſequitur Joan. Antonius Maſſobrius *in ſua Praxi habendi concurſum, prælud.* 2. *lib.* 1. quamvis Nicolaus Garcia *de benefic. p.* 12. *cap.* 5. *num.* 4. dicat, aliquando Eccleſiam erigi in Collegiatam per Epiſcopum, licèt ſoleat fieri authoritate Papæ.

Idem Barboſa *num. fin. d. allegat.* 68. 32.
ſic ait: Et demùm quod Epiſcopus ſua Ordinaria authoritate, vel alius quivis inferior Papâ nequeat erigere Collegiatam, cenſuit S. Congregatio ſuper Concilium *in una Converſana*, 27. *Iunii* 1626. ut refert Lotherius *in tract. de re benefic. lib.* 1. *quæſt.* 14. *n.* 49. Et ideo audiendi non ſunt, qui exiſtimarunt Epiſcopum poſſe erigere Parochialem Eccleſiam in Collegiatam, per textum *in cap. Quoniam, de vita, & honeſt. Clericor.* ubi Abbas antiquior, *num.* 1. Joan. Andr. *num.* 3. Butrius *num.* 2. *ad finem*, Panormit. *num.* 2. *&* 6. Imola, qui atteſtatur de communi, *num.* 1. quos retulit, & ſequi viſa eſt Rota *in Regienſi unionis*, 12. *Maii* 1625. *coram Reverendiſſ. D. meo Coccino.* Hactenus Barboſa ibi.

Concluſio Sexta. Novas Religiones, 33.
earum Eccleſias, & Beneficiarios, ſeu Religioſos, abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate conſtituere nemo poteſt. Iſta definita eſt concluſio in Concilio Generali Lateranenſi à 1215. Patribus, ſub Innocentio III. anno Domini 1198. *in cap.* 13. in quo ſic habetur, prout refert Petrus Creſpetius *in Summa Eccleſ. Diſciplinæ*, verbo *Religio*, ex quo deſumptum eſt *caput Ne nimia, el* 9. *& ultim. de Religioſis domibus*, videlicet : *Ne nimia Religionum diverſitas gravem in Eccleſia Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat : Sed quicumque voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis aſſumat. Similiter, qui voluerit Religioſam domum fundare de novo, Regulam, & inſtitutionem accipiat de Religionibus approbatis. Illud etiam prohibemus, ne quis in diverſis Monaſteriis locum Monachi habere*

præſumat, nec unus Abbas pluribus Monaſteriis præſidere.

34. Hæc textus, in quem Abbas *n.2. & ſeq.* ita ait: Nota primò unam regulam, quod nulli eſt licitum invenire novam Religionem, nec ædificare novam domum religioſam, niſi velit accipere unam de Regulis approbatis. Licèt ergo de Jure civili videantur approbata Collegia concernentia pium uſum, & cultum divinum, *l.1.ff.de Collegiis illicitis*; tamen reſpectu Religionis hodie eſt ſtandum huic decreto: ut enim evitetur confuſio in Eccleſia Dei, hæc nova inventio reprobatur. Nam videmus, quod propter novas Conſtitutiones, vel inventiones, tot ſunt varietates inter Monachos S. Benedicti, ut vix invicem ſe recognoſcant. Sed quæro, nunquid Epiſcopus poſſit dare licentiam contra diſpoſitionem hujus textus? Dic, quod non, quia generaliter hoc omnibus prohibetur: & iſta eſt Conſtitutio Concilii generalis, contra quam Epiſcopus diſpenſare nequit, ut *in cap. Cùm dilecti, ſuprà de Elect.* Unde ſicut non licet alicui citra Papam Sanctum de novo canonizare, ut *in cap.1. & 2. de Reliquiis, & Veneral. Sanctor.* ita nec novam Religionem invenire. Hodie eſt quædam Extravagans Joannis XXII. quæ incipit *Sancta mater Eccleſia*, qua videtur ipſo facto excommunicare iſtos, qui adinveniunt novam Religionem, aſſumendo ſcilicet certum habitum, & congregando ſe ſimul, & recipiendo de novo ad eorum Congregationem intrare volentes, & facientes ſibi Præſidentem inter ſe. Item excommunicat Prælatos dantes eis facultatem ſervandi talem ritum. Et adverte, quod multi credunt excuſari, quia licita agunt, confidentes de propria conſcientia; ſed certè decipiuntur, quia inventio Religionis non prohibetur, quòd in ſe mala ſit, ſed propter confuſiones, quæ generantur in Eccleſia Dei. Item quia non approbata tali Religione per Superiorem, inſtituti ibidem, utplurimùm idiotæ, in pluribus errant: unde etiam propter mala, quæ poſſunt inde accidere, emanavit prohibitio. Simile in juramento; non enim prohibetur, quia in ſe ſit malum, ſed propter malum perjurii, quod ex incauta juratione ſæpè provenit, ut *in cap. Si Chriſtus, de Iurejurando.*

35. Hucuſque Abbas Panormitanus, qui ſi hæc ſcripſit tot ab hinc ſæculis, maximè de ſuo, & noſtro Benedictino Ordine, de quo noviſſimè Gregorius XV. conſtitutione ſua 6. Erectionis Hoſpitii, & Collegii Gregoriani in Urbe, pro omnibus ſub Regula S.P.N. Benedicti militantibus, incipit *Salvatoris noſtri*, edita 15. Kalend. Junii 1621. dixit *in Proœmio: Inter multiplices curas, quæ nobis ex Apoſtolatus officio incumbere dignoſcuntur, illam, per quam Religio ipſa, præſertim S. Benedicti, quæ longa, & continuata multorum ſæculorum ſerie effloruit, multiplicatis illius cultoribus, quorum aſſiduis precibus, & fructuoſis operibus Deus ipſe propitiatur, noſtris temporibus amplificetur, &c.* Si ergo Abbas prædicta ſcripſit circa annum Domini 1420. quid hodie ſi viveret, poſſet in puncto ſcribere, cùm poſtea noſtri Ordinis novæ Congregationes, & quamplurimi alii Ordines novi, ſub variis Conſtitutionibus adinventi fuerint. Recenſere libet aliquas hujuſmodi Congregationes, & Ordines novos, poſt tempus Panormitani erectos, & in ejus vita.

36. In primis Congregatio S. Juſtinæ, ſub Regula S.P.N. Benedicti, exorta eſt tempore ipſius Panormitani, anno 1408. teſte Henrico Spondano *tom.1. continuationis Annalium, ſub anno illo, n.xxi.*

37. Ordo Eremitarum S. Hieronymi reſtitutus fuit anno 1425. à Lupo de Olmedo, ſub regula ab eo conſcripta, & excerpta ex Epiſtolis dicti Sancti. Spondanus eodem anno, *num.VI.*

38. Ordo Sancti Iſidori, ſeu Congregatio in Bætica, ab eodem Lupo de Olmedo, ſeu Olivetano erecta fuit anno 1422. ut refert Spondanus dicto anno 1425. *num.VI.*

39. Congregatio S. Bernardi Hiſpaniæ creata fuit anno 1425. à Martino Vargas, Monacho Cœnobii Petræ in Aragone, in Monaſterio Montis Sion, non procul à Toleto, Martino V. approbante. Spondan. *num.VII.*

40. Congregatio Burſfeldenſis Benedictina, in Saxonia, & diœceſi Moguntina, apud Germaniam, erecta eſt anno 1429. à Ioanne Rodio Abbate S. Mathiæ, propè Treverim. Spondanus

danus *num. XIII.* ex Trithemio *in Chronico*, & aliis.

41. Congregationem Oratorii inſtituit anno 1575. S. Philippus Neri, Gregorii XIII. authoritate, cujus ſtatuta, & conſtitutiones confirmavit Paulus V. anno 1612. Spondanus anno 1575. *num. XI.*

42. Congregatio Barnabitarum inſtituta eſt anno 1533. in Eccleſia S. Barnabæ Mediolanenſi, & approbata à Clemente VII. *conſtitut. ſua* 37. *in Bullario, tom.* 1. & poſtea à Paulo III. à Gregor. XIII. & aliis Pontificibus. Spondanus anno 1533. *num. XIV.* Appellatur Congregatio iſta Clericorum Regularium S. Pauli Decollati.

43. Religio Clericorum Regularium Theatinorum erecta fuit anno 1524. à Ioan. Petro Caraffa Epiſcopo Theatino, poſtea Paulo IV. & à Clemente VII. confirmata, per *conſtit.* 11. *apud d. tom.* 1. *Bullarii Romani.* Spondanus eodem anno, *num. XIII.*

44. Capucinorum Ordo originem habuit anno 1525. quem Clemens VII. eodem anno confirmavit 5. Nonas Iulii, *conſtitut.* 21. *tom.* 1. *Bullarii*, & poſtea Paulus III. octavo Kalendas Septembris 1536. ſub nuncupatione *Congregationis Ordinis Minorum Capucinorum, in conſtitut.* 11. Spondan. anno 1525. *num. XXVII.*

45. Congregatio Clericorum Regularium *S. Majoli*, ſeu *de Somaſcha* confirmata eſt die 6. Decembris 1568. à Pio V. *conſtit.* 78. poſt approbationem ejuſdem factam à Paulo III. anno 1540. Spondanus *anno* 1568. *num. XXVIII.*

46. Ordo Carmelitarum Excalceatorum incœpit anno 1568. Spondanus eod. anno, *num. XXIX.* Illum confirmavit Gregorius XIII. anno 1580. *conſtit.* 64. *Bullarii, tom.* 2. Spondanus *num. XXI.*

47. Ordo Sancti Baſilii Hiſpaniæ erectus eſt à Gregorio XIII. anno 1577. *in conſtitut.* 46. erigendo in Monaſteria dicti Ordinis duo illa Eremitoria, 20. ab illinc annis extructa in eremo del Tardon, Cordubenſis diœceſis, per Matthæum de la Fuente, de Almiriute, Toletanæ diœceſis, & vallis de Galleguillos, Iſpalenſis diœceſis, & illis aggregando Monaſterium S. Mariæ de Oviedo, dicti Ordinis, Giennenſis diœceſis, à Pio IV. erectum; & omnia alia Monaſteria in poſterum erigenda. Adeſt *tom.* 2. *Bullarii, pag.* 413.

48. Ordo Annunciationis Virginum inventus eſt anno 1498. à Ioanna Regina Franciæ, & confirmatus ab Alexandro VI. Iulio II. & Leone X. Spondan. dicto anno, *num. V.*

49. Ordo S. Urſulæ inſtitutus à B. Angela Brixiana, confirmatus eſt à Gregorio XIII. anno 1572. Spondanus anno 1611. *num. VI.*

50. Novus Ordo S. Urſulæ, Virginum, & viduarum, pro educatione puellarum erectus anno 1611. Pariſiis, cura, & ſolicitudine Bominæ S. Bobæ, approbatus fuit à Paulo V. 23. Septembris ejuſdem anni, qui poſtea fuit ad multas alias civitates dilatatus. Spondanus *d. num. VI.*

51. Duæ aliæ Congregationes ſub invocatione S. Mariæ, ad idem ferè intentum erectæ ſunt, paucis antè annis, una Burdigali, & altera Lotharingiæ, quas idem Paulus V. confirmavit. Ita Spondanus eodem anno 1611. *num. VI. citato.*

52. Ordo Conceptionis B. Mariæ, erectus Toleti anno 1484. approbatus ab Innocentio VIII. anno 1489. ad preces Reginæ Catholicæ Eliſabeth, ſub Regula Ordinis Ciſtercienſis, cum tunica, & ſcapulari albis, ac chlamyde cærulea, & ſub obedientia Ordinarii: mortua fundatrice Beatrice à Sylva, Sodales Regulam S. Claræ ſuſceperunt anno 1494. & anno 1511. à Julio II. exemptæ ſunt, & Franciſcanorum Obſervantium curæ commiſſæ fuerunt. Spondanus anno 1484. *num. IX.*

53. Anno 1473. Ordo Minimorum S. Franciſci de Paula confirmatus eſt à Xiſto IV. ſexto Calendas Junii, & poſtea ab Alexandro VI. qui voluit ejus alumnos nominari, *Eremitas Ordinis Minimorum, Fratrum Eremitarum S. Franciſci de Paula.* Spondanus dicto anno 1473. *num. XV.*

54. Ordo *Pœnitentium* mulierum, ex proſtitutis initium cepit anno 1494. Pariſiis. Spondanus eodem anno, *num. XIII.*

55. Ordo Clericorum Regularium Societatis Jeſu, cœpit fundamenta jacere Pariſiis anno 1534. ſub Ignatio de Loyola, nobili Cantabro Hiſpano. Confirmatur vivæ vocis oraculo à Paulo III. anno 1539. & ſcripto,

anno 1540. ab eodem Papa, *conſtit. ſua* 25. *tom.* 1. *Bullarii.* Spondanus anno 1534. *num. XXI.* & anno 1539. *num. IX.* & anno 1540. *num. XIV.*

56. Religio Fratrum Excalceatorum SS. Trinitatis, erecta eſt à Clemente VIII. *conſtitutione ſua* 62. quam poſtea Paulus V. confirmavit *conſtitut.* 61. cum additione duorum votorum, de non prætendenda aliqua Prælatione, aut officio intra Congregationem, neque etiam extrà. Spondanus anno 1599. *num. XI.* Adſunt Conſtitutiones citatæ *tom.* 3. *Bullarii Magni Cherubini.*

57. Religio Fratrum Joannis Dei, approbata eſt à Pio V. *conſtit.* 143. *tom.* 2. Bullarii, *Licet ex debito*, & à Paulo V. *conſtit.* 100. *Romanus Pontifex, tom.* 3.

Omitto recenſere quamplures alias Congregationes, Ordines, & Religiones erectas, & à Summis Pontificibus approbatas, poſt tempus Abbatis Panormitani, quorum diplomata non pauca extant in Bullario Magno Romano Angeli Cherubini, cum ad meum intentum recenſitæ ita ſufficiant, ut ſupervacaneum ſit aliarum mentionem facere.

58. Concluſio noſtra, quoad erectiones Monaſteriorum, moderata, & limitata per novas Apoſtolicæ Sedis diſpoſitiones reperitur, ita ut Epiſcopi authoritatem habeant concedendi licentias ad ædificanda Monaſteria in locis non exemptis, ſervatis in dictis diſpoſitionibus ſervari mandatis. De quibus *in cap. Avaritiæ, de Privileg. in* 6. *in Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 3. *in fine*, Clemens VIII. *in Brevi* edito 25. Julii 1603. Gregorius XV. 17. Auguſti 1622. Urbanus VIII. *Conſtit. Romanus Pontifex, la* 25. *Bullarii, tom.* 4. qui revocavit, quaſcumque facultates à ſe, vel prædeceſſoribus conceſſas, talia loca erigendi, non ſervata forma Conſtitutionis Gregorianæ, & Decretorum Conſiſtorialium. Videatur Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *à num.* 35. Barboſa *de Poteſtate Epiſc. allegat.* 26. *à num.* 4. Lezana *in Summa Quæſt. Regul. tom.* 1. *part.* 1. *cap* 9. *n.* 34. 35. & 36. & alii apud ipſos. De quibus ego ipſe *tom.* 2. *diſquiſitionum, diſq.* 6. *dub.* 23. *n.* 20. & 24. *& in Commentariis ad Conſtit.* 7. *à n.* 2. Peyrinus *tom.* 1. *Privileg. ad Conſtit. Pyrrhi, num.* 48.

59. Sed circa has diſpoſitiones aliqua obſervari debent. Primò, quod ædificantes, præter Epiſcopi licentiam, debeant obtinere Papæ authoritatem. Pax Iordanus *num.* 39. & Barboſa *d. allegat.* 26. *num.* 4. dicens: Verùm prædictus Epiſcopi conſenſus non ſufficit in erigendis Regularium Monaſteriis, niſi etiam Summi Pontificis authoritas accedat: nam *in cap.* 1. *de Exceſſib. Prælat. lib.* 6. *& in cap. unio, de Religioſis domibus, eod. lib.* ſtatutum eſt ne Prælati Religionum recipere valeant Conventum aliquem, ſeu locum abſque Sedis Apoſtolicæ ſpeciali indulgentia, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, ſi de hujuſmodi prohibitione non fecerint ſpecialem mentionem. Nec Concil. Tridentinum *d. cap.* 3. *in fine*, abrogavit diſpoſitionem Iuris communis, ſed præterea indixit, ut altera quoque adhiberetur Epiſcopi loci, & ita declaraſſe Sacram Congregationem Cardinalium, referunt Praxis Epiſcopalis (Piaſecii) *d. paragr.* 2. & Campanilis (*in Diverſorio Iuris Canonici, rubr.* 12. *cap.* 13.) *num.* 80. *in fine.* Et concludit Barboſa dicens: Unde non ſunt audiendi Sorbus ad compendium Mendicantium, verbo Ædificare, *in ſua annotatione, verſic. Circa*, §. 20. & Fr. Emmanuel *d. quæſt.* 49. (*tom.* 2.) *art.* 3. *cum ſeqq.* exiſtimantes Epiſcopi tantùm licentiam eſſe neceſſariam. Eadem docet *in Collect. ad d. cap.* 3. *ſeſſ.* 25. *de Reg. num.* 28.

60. Eandem doctrinam tradit Lezana *d. num.* 34. per hæc verba: Prohibitum eſt Religioſis Mendicantibus, ſub pœna excommunicationis, adquirere nova loca ad habitandum, vel antiqua alienare, ſeu mutare, abſque ſpeciali Summi Pontificis licentia, à Bonifacio VIII. *in cap. Cùm ex eo, de Exceſſib. Prælat.* & Clemente V. *in cap. Cupientes, de Pœnis.* Et recenſitis variis privilegiis Julii I. & Pauli V. conceſſis Minoribus, Minimis, Carmelitanis Excalceatis, Capucinis, & Monachis Fulienſibus, ut poſſint de ſola Ordinariorum licentia nova conſtruere Monaſteria, quæ etiam recenſuit, *ubi proximè*, Barboſa, concludit, ſicut ille, dicens: Hæc tamen omnia, & alia privilegia, revocata ſunt à SS.D.N. Urbano VIII. in litteris in forma Brevis, anno 1624. *tom.* 4. *Bullarii*, inter Conſtitutiones hujus

Ponti

Pontificis, *num.* 27. Ubi omnes licentiæ, & facultates conceſſæ Regularibus erigendi Monaſteria, & loca Regularia, abrogantur, & annullantur, ſimulque præcipitur, in hujuſmodi locis Regularibus erigendis ſervari debere Decreta SS. Canonum, & Concilii Tridentini, & Conſtitutionis Clementis VIII. ejuſdemque Clementis VIII. & Gregorii XV. Decreta, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub privationis vocis activæ, & paſſivæ, necnon officiorum quorumcunque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futurum obtinendi, necnon etiam excommunicationis ipſo facto incurrendis pœnis. Demùm in Decretis de celebratione Miſſarum à S. Congregatione Concilii juſſu ejuſdem Sanctiſſ. D. Urbani, anno 1625. editis, præcipitur obſervantia prædicti Decreti Gregorii XV. de quo poſtea, præſertim quoad numerum 12. Fratrum, ita quod nullum Monaſterium recipi poſſit in poſterum, niſi in ipſo duodecim Fratres degere, ac ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant. *Alioquin talia Monaſteria Ordinarii loci viſitationi, correctioni, atque omnimodæ juriſdictioni ſubjecta eſſe intelligantur.*

61. Quare in erigendis, ſeu conſtruendis Monaſteriis, aut locis Regularibus, in poſterum ſervandum in primis Decretum Concilii Trident. *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3.* ſcilicet, quod nova loca non recipiantur, *ſine Epiſcopi, in cujus diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta.* Deinde id, quod præcipit Clemens VIII. *in conſtit.* quæ incipit, *Quoniam ad inſtitutam*, anno 1603. 3. *tom. Bullarii, inter Bullas Pontificis num.* 99. videlicet: *Locorum Ordinarios, non poſſe licentiam ad novos Conventus cujuſque Mendicantium Ordinis, in Civitatibus, & locis eorum ordinariæ juriſdictioni ſubjectis erigendum impertiri, niſi vocatis, & auditis aliorum in eiſdem Civitatibus, & locis exiſtentium Conventuum Prioribus, ſeu Procuratoribus, & aliis intereſſe habentibus, & cauſa, ſervatis ſervandis, cognita, conſtiterit, in eiſdem Civitatibus, & locis novos hujuſmodi erigendos Conventus, ſine aliorum detrimento commodè ſuſtentari poſſe.*

62. Similiter obſervari debet Decretum S. Congregationis, ſub Gregorio XV. quo cavetur, ne aliqua Monaſteria de novo erigantur, niſi in eis *ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeu Religioſi inhabitare, ac ex redditibus, & conſuetis eleemoſynis ſuſtentari valeant, ac Priores, ſeu Procuratores aliorum Monaſteriorum, Conventuum, ſeu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum, aut Societatum, ſeu Inſtitutorum hujuſmodi, non ſolùm in prædictis, ſed etiam in aliis, per quatuor millia paſſuum circunvicinis locis, ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni conſenſerint, vel aliàs Ordinariis locorum conſtiterit Religioſos Monaſterii, Conventus, ſeu Domus Regularis ſic erigendi, ſeu erigendæ, abſque detrimento Religioſorum in Monaſteriis, ſeu Domibus antea in Civitatibus, ſeu locis hujuſmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali poſſe. Si verò novi Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas hujuſmodi inſtituendæ erunt, nullique alii Regulares inibi reperiantur, Ordinarii locorum nihilominus diligenter inquirant, an locorum incolæ, & habitatores, quorum & conſenſum requirant, ac adhibeant, hujuſmodi duodecim Religioſos in Conventibus, ut præmittitur inſtituendis, commodè alere, & manutenere valeant.*

63. Ex Decreto etiam S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium de anno 1645. pro 11. Aprilis habetur, erectionem novi Conventus non poſſe fieri per Regulares, niſi concurrentibus requiſitis juxta Conſtitutionem Clementis Octavi, & in particulari, quod ſit diſtantia quatuor milliarium, quæ debent menſurari per terram, & non per aërem; & quod milliare ſit mille paſſuum, & quilibet paſſus quinque pedum Romanorum, conformiter ad menſuram lapidis exiſtentis in Capitolio. Unde, quod duo periti, unus ex qualibet parte, debeant menſurare hanc diſtantiam.

64. Item pro 17. Januarii 1631. admiſit eadem S. Congregatio novum Conventum ſine conſenſu aliarum Religionum; ſed fundatum, & dotatum propriis expenſis cujuſdam fœminæ: & conceſſit quod per tres annos, uſquedum fabrica finita eſſet, poſſent ibi eſſe ſex dumtaxat Religioſi. Sed

his

his annis finitis, vel ibi collocari duodecim, vel ſubditos manere Ordinario.

65. Ac pro 9. Septembris 1645. conceſſum eſt novum Monaſterium Minoribus Conventualibus in Poſnania, *dummodò non quæſtent in illa Civitate.* Pro cujus Decreti obſervantia, vidi litteras ejuſdem S. Congregationis, de anno 1646. pro 5. Octobris, ad Illuſtriſſimum Nuntium Poloniæ tranſmiſſas. Omnia in ſex his numeris dicta, tradit P. Joannes Baptiſta Lezana *num.* 34. *citato*, & *n.* 35.

66. Secundò eſt obſervandum, licentiam pro ædificandis Monaſteriis in locis exemptis, à Papa obtentam, ſufficere. Ita Pax Jordanus *d. tit.* 14. *de Viſitat*, *num.* 39. Barboſa *d. alleg.* 26. *n.* 3. & non obſcurè dicitur in Tridentino, & in Bulla Clementis Octavi, *ſuprà num.* 61.

67. Tertiò, omnes licentias Papæ pro Monaſteriis fundandis, ante Urbanum Octavum, per illum fuiſſe revocatas anno 1624. conſt. 27. ut dictum eſt *num.* 60. ex Lezana, & docet Pax Jordanus *n.* 40.

68. Quartò ædificantes ſine licentia, jura ſua perdere, totumque ædificium cum fructibus Epiſcopum acquirere. Pax Jord. *n.* 38. ex Franco, *in cap. Authoritate, n.* 2. *de Privileg. in* 6. Anton *de Prætis de Iuriſdict. Epiſc. cap.* 2. *n.* 3. *&* 4. Barboſa *alleg.* 26. *n.* 3. *in fine*, cum Fumo *verbo Exemptio*, *num.* 10. Uterque citat Eraſmum Chokier *de Iuriſdict. Ordinarii in Exemptos*, *p.* 2. *q.* 35. *n.* 30. Sed fateor me id, nec ibi, nec alibi apud eum diligenter inquiſitum, reperiſſe.

69. Quintò eſt obſervandum, non eſſe prohitum mutare, & transferre Conventum, ſeu Monaſterium in eadem Civitate, vel oppido, de uno loco in alium, nec dici novum recipi Monaſterium. Ita Emman. Roderiq. *tom.* 2. *qq. Regular. q.* 49. *art.* 9. dicens: Nota etiam, quod dicta excommunicatio non comprehendit eos, qui mutant in eodem loco eadem Monaſteria: verbi gratiâ exiſtentia in valle, mutant in colle, propter ſanitatem. Ita in ſimili caſu fuiſſe determinatum Bononiæ, referunt Geminianus, & Baptiſta de Salis *in Summa*, *tit. Excommunicatio I. excom.* 44. quòd Religioſi cujuſdam Ordinis Mendicantium habebant locum contiguum muro Civitatis, cives, ut facerent viam, per quam poſſent ire circumcirca muros Civitatis, deſtruxerunt partem, & dederunt Fratribus aliquas domos ex alio latere, inter quas erat quoddam flumen dividens Conventum ab illis domibus, & dederunt eis licentiam faciendi pontem ſuper flumen, per quem poſſent ire ad illas domos. Quæritur, an poſſint? Hanc quæſtionem format Lapus, & arguit, quod non, cum in Jure prohibeatur acquirere novas domos ad habitandum. Contrarium tamen determinat Geminianus (*in d. c. Cùm excom. de Exceſſibus Prælator.*) quia talis acquiſitio, & poſt acquiſitionem ædificatio, eſt de actibus jam permiſſis, argumento cujuſdam legis (*Ab ea, ff. de Probationib.*) Iſti ergo juri antiquo oportet ſtare, niſi quatenus ei derogatur per jus novum (*d. cap. Cum excom.*) quod immutatum in duobus tantùm caſibus eſt, ſcilicet in acquiſitione habitationis in loco de novo, & in mutatione, & tranſlatione: ſed caſus noſter in nullo illorum includitur: Ergo. Et pro hac parte facit, quod ille, qui eſt prohibitus acquirere novum jus in re, non dicitur venire contra prohibitionem, ſi poſt prohibitionem augmentet priſtinum jus, ut eſt quidam caſus, (*cap. finali, in* 2. *reſponſ. de Conceſſ. præbendæ, lib.* 6.) Sic in propoſito augmentant iſti. Primum jus, unde debet judicari additamentum novi juris, eſt naturæ prioris juris. Et per prædicta poteſt teneri, quod augmentantes datias, & gabellas, per hoc non dicantur nova pedagia ponere. Ita Baptiſta de Salis, ad hoc aliqua jura allegans (*in Summ. tit. Excommunicatio* 44. *Clement. unic. de Supplenda de neglig. Prælat. cap. Conſuluit, de Iudæis, cap. Prohibemus, de Cenſibus.* Et pro omnibus prædictis faciunt, quæ poſt Paulum ſcribit Franciſcus de Platea (*de Excommunicat.* §. 11. *de Religioſ. Mendic.*) quod illud verbum *de novo*, poſitum in dicta Clementina, & in aliis juribus, non intelligitur novum, quod fuit, & poſtea deſiit eſſe, & iterum renovatur; ſolùm autem intelligitur in hoc loco *novum*, quando quæruntur novo titulo; quando autem domui antiquæ aliquod fit augmentum, licet novum quid addatur,

tur, novus tamen titulus minimè applicatur. Hucuſque Emman. Rodriquez.

Ita & Laur. de Peyrinis *de Privilegiis, tom. 2. circa conſtitut. 6. & ultimam Gregorii XV. num. 1.* ſequutus dictum Emmanuelem, dicens: Et nota, quod non dicitur novus Conventus, quando in eadem Civitate, vel Oppido fit mutatio de uno in alium locum. Ita Rodriquez *tom. 2. qq. Regul. quæſt. 49. art. 9.* Quia tunc nullum fit præjudicium aliis Religioſis, niſi fortè per accidens, ratione propinquitatis. Et ratio eſt, quia locum mutantes jam habent jus eleemoſynas quærendi in dicta Civitate, vel Oppido. Joan. Bapt Lezana recenſet, & ſequitur Peyrinum *d. part. 1. cap. 9. num. 35. ad finem*, ejus verba referendo.

70. *Concluſio ſeptima.* Monaſteria antea ædificata transferri non poſſunt de uno loco in alium, ſine licentia Papæ, & diœceſani. Hæc concluſio intelligenda eſt juxta modò dicta, licèt illam abſolutè teneat, & fundet Barboſa *d. allegat. 26. num. 8.* prout ſequitur dicens.

Eccleſia, ſive Monaſterium mutari non poteſt de uno in alium locum, ſine licentia Papæ, & diœceſani, ut probat textus *in d. cap. unico, de Exceſſ. Prælator. in 6.* ubi Bonifacius VIII. æqualiter, & pariformiter loquitur de Monaſteriorum mutatione, & de Erectione, conſtructione, ſive nova ædificatione, ibi: *Seu hactenus recepta mutare.* Neque Concilium Trident. prædicti textus conſtitutionem revocat; ſolummodò enim ait, quod *de cætero ſimilia loca non erigantur ſine Epiſcopi, in cujus diœceſi erigenda ſunt, licentia priùs obtenta*: & ſic nullam mentionem faciens de locorum mutatione, videtur voluiſſe, ut id remaneret in diſpoſitione juris communis, *argum. textus in l. Commodiſſimè, ff. de Liberis, & poſthumis, & l. Cùm prætor, ff. de Iudiciis, & l. Si cùm dotem, ff. Soluto matrimonio*, cum ſimilibus citatis *in libello De principiis utriuſque Iuris, lit. C. num. 4.* De jure autem communi id ipſum clarè deciditur *in cap. Si quis vult, 16. quæſt. ult.* ibi: *Si quis vult Monaſterium ſuum ad meliorandum, in alium locum ponere, fiat cum conſilio Epiſcopi, & Fratrum ſuorum, & dimittat Presbyterum in priori loco ad miniſteria Eccleſiæ.* Vide Aloyſium Riccium *in Deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. deciſ. 168. part. 4.* Hactenus Barboſa *loco citato.* Quem etiam vide *in Collect. ad Concilium Trident. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 3. num. 27.* ubi etiam remittit Lectorem ad Emman. Roderiq. *tom. 1. qq. Regul. quæſt. 23. art. 7. & tom. 2. quæſt. 49. art. 3.* ad Zerolam *in Praxi Epiſcopali, p. 1. verb. Monachi, §. 1. & 2.* Piaſecium *in ſimili Praxi, p. 2. cap. 3. num. 47.* Ugolinum *in tract. de Poteſt. Epiſc. cap. 20. §. 6.* Fr Ioan. à Cruce *de ſtatu Religion. lib. 2. cap. 8.* ad dictum Riccium *p. 1. deciſ. 182. n. 4. & p. 2. deciſ. 75.* Campanilem *in Diverſor. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 80. & 81.* Ludovic. Mirandam *in Manuali Prælator. tom. 1. quæſt. 33. art. 1. concl. 3.* Novarium *in Singularibus, concl. 10.* Hieronymum Venero y Leyva *in Examine Epiſcopor. lib. 6. cap. 10. ex num. 1.* & ad Eraſmum Chokier *de Iuriſdict. Ordinarii in Exemptos, p. 1. quæſt. 36. & p. 2. quæſt. 45. num. 36.* quem operæpretium duxi hîc recenſere pro his, quæ dicta ſunt ſuprà.

In dicta *quæſt. 36. num. 1.* ita fatur: 71. Exemptis non licet ædificare Eccleſias in diœceſi Epiſcopi, ſine ejus licentia, *cap. Cùm olim 2. de Privileg. cap. Authoritate, eod. in 6.* alioquin enim cederet dominio, & juriſdictioni Epiſcopi. Abbas *d. cap. Cùm olim, n. 9.* Franchus *d. cap. Authoritate*, Speculator *tit. de Privileg. p. 4. num. 3.* Anton. de Prætis *de Iuriſdict. Epiſc. cap. 1. num. 3. 4. & 7.* Angelus *in Sum. verb. Exemptus, num. 11. & ſeqq.* & Fumus *num. 10.* Eadem, & eoſdem repetit *d. quæſt. 45. num. 36.* & addit Selvam *de Benefic. p. 1. quæſt. 6.*

Congregationes tamen Benedictinæ, Valliſoletana, & Luſitana, facultatem habent ad transferenda Monaſteria ſua de uno loco ad alium. Valliſoletana quidem, in vim Bullæ à Pio II. expeditæ octavo Idus Septembris, anno 1463. & 6. ſui Pontificatus, *fol. 58. Bullarii authentici ejuſdem Congregationis, fol. 118.* ibi: *Ac alia Monaſteria, in locis eorumdem temporalium Dominorum, vel ſterilibus, & inaquoſis exiſtentia, ſi ſecundùm Deum hoc expedire videritis, de dictis Oppidis, ſive locis, ad alia loca, vel oppida transferendi, necnon fructus, redditus*

72.

redditus, & proventus prædictorum omnium Monaſteriorum, ut præmittitur, uniendorum, quos pro expreſſis haberi volumus, pro ſuſtentatione Monachorum in magis commodis domibus, & Monaſteriis commorantium deputandi, plenam, & liberam, tenore præſentium, concedimus facultatem. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. Et infrà: *Et inſuper ex nunc irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Hæc Piana Conſtitutio uſque ad hodiernum diem viguit, & viget. Non enim derogavit illam Concilium Tridentinum, ut docet Barboſa *num.*70. relatus ibi: *Neque Concilium Tridentinum, &c.* Ex quo nullam ibi mentionem faciat de locorum mutatione, ſed de erectione. Et idem dico de Conſtitutionibus, & decretis Clementis Octavi, Greg. XV. Urbani Octavi, & Sac. Congregat.

73. De facultate autem Congregationis Luſitanæ, teſtis eſt Barboſa *allegat.*26. *num.* 9. in ſequentia prorumpens, videlicet: Speciali igitur privilegio Sixtus V. Pontifex Maximus, anno Domini 1587. 7. Kalend. Decembris, Pontificatus ſui anno 3. conceſſit Abbati Generali Congregationis S. Benedicti Regni Portugaliæ, cum conſilio, & aſſenſu Capituli generalis, ut Monaſteria dictæ Congregationis, quæ in locis incommodis, & minùs populoſis reperiuntur, ad commodiora loca, ubi Monachorum doctrina, & vitæ exempla populo Chriſtiano magis utilia futura ſint, & fructuoſa, propria authoritate (Ordinariorum locorum, vel cujuſvis alterius licentia minimè requiſita) cum eorum Monachis, ſupellectilibus, paramentis, ornamentis, aliiſque rebus neceſſariis, tranſferre, & mutare poſſit, ac fructus, redditus, & proventus eorumdem Monaſteriorum, ſeu cujuſlibet eorum, vel illorum partem, Generalis, & Capituli prædictorum arbitrio, alio, ſeu aliis ejuſdem Congregationis Monaſteriis magis indigentibus, perpetuò, vel ad tempus (etiam renitentibus Abbatibus Monaſteriorum eorundem, & quibuſvis aliis perſonis) applicare, & aſſignare. Proviſo tamen, quod animarum cura perſonarum ſæcularium incumbens Abbatibus, & Conventibus Monaſteriorum transferendorum hujuſmodi, nullatenus oblivíſcatur, ſed per Monachos dictæ Congregationis regulares, vel Presbyteros ſæculares idoneos, & ab Ordinariis probatos, laudabiliter exerceatur, liberè, & licitè valeant, plenam, & liberam Apoſtolica authoritate, earumdem tenore præſentium, licentiam conceſſit, & facultatem. Non obſtantibns, &c. Refert Fr. Miranda (*in Manuali Regular. Prælator. tom.*1.) *dicta quæſt.*33. *art.*2. *concl.*2. Hactenus Barboſa. Idem privilegium recenſet Roderiquez *tom.* 2. *qq. Regul. quæſt.*49. *artic.*4. & teſtatur ſe hoc privilegium, ſub ſigillo authentico, vidiſſe. Illud etiam recenſet Peyrinus *de Privilegiis, tom.* 1. *ad Conſtit.*2. *Iulii II.* §. 27. *num.*79. qui *tom.* 3. *cap.*12. tradit Conſtitutionem 14. aliàs la 24. Urbani Octavi, ſub die 23. Junii 1633. de qua mox *num.*75.

Concluſio Octava. Non licet Regu- 74.
laribus ſine Summi Pontificis licentia Monaſteria ſemel accepta deſerere. Hanc tenet Lezana *tom.*1. *Summæ qq. Regular. p.*1. *cap.*9. *num.*36. ex *cap. Unio, de Religioſis domib.* & ex *cap. Cùm ex eo, de Exceſſib. Prælat. lib.*6. Et eſt lata excommunicatio (addit) contra oppoſitum facientes. Sylveſter verbo *Caſus, quæſt.*1. *caſu* 8. Eccleſia etiam, ſive Monaſterium ſemel Deo dicatum, non poteſt fieri habitaculum ſæculare, ſeu converti in uſus profanos, niſi forſan in caſu alicujus magnæ neceſſitatis, & de conſenſu Epiſcopi diœceſani. Ita ferè *in cap. Quæ ſemel*, 19. *quæſt.* 3. & eſt regula Juris *cap. Quod ſemel dicatum, de Regul. Iuris, lib.*6. Miranda *in Manuali, tom.* 1. *quæſt.* 34. *art.*2. ubi etiam aliqua pro hoc puncto refert privilegia. Quæ autem bona Monaſterii, quod deſeritur, & qualiter transferri poſſint ad aliud Monaſterium, tractant Roderiquez *tom.*2. *qq. Regul. quæſt.*49. *ab art.*4. Laurent. de Peyrinis *in Privileg. Minimor. in Conſtit.*2. *Iulii II.* §. 27. *à n.* 77. ubi etiam varia Religionum privilegia referuntur. Ita Lezana.

Unum pro præſenti puncto tran- 75.
ſcribit dictus Peyrinus *tom.*3. *Privileg. cap.* 12. conceſſum Generali ſui Ordinis Minimorum, per Urbanum Octavum, die 23. Junii 1633. in quo

ſic

ſic §. 2. diſponit : *Nos de tua fide, virtute, prudentia, & diligentia plurimùm in Domino confiſi, necnon Conventuum hujuſmodi ſituationes, confines, qualitates, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis Regularium præpoſitorum conſilio, Tibi, ut Conventus tenues hujuſmodi, facta per Ordinarios locorum eorum Eccleſiarum profanatione, ſive Confraternitatibus, vel aliis locis piis applicatione, eorumque onerum, ut infrà, tranſlatione, ſupprimere, & extinguere; & eorum bona quæcumque majoribus Conventibus perpetuò unire, & incorporare, & ad ipſos majores Conventus, quibus bona hujuſmodi unita, & incorporata fuerint, onera etiam ipſorum minorum Conventuum transferre; ac ſi magis utile Eccleſiis futurum judicaveris, bona hujuſmodi, vel eorum partem, vendere, permutare, aut aliàs alienare, dummodò id in Conventuum hujuſmodi, & illorum Eccleſiarum utilitatem cedat, ac pretium inde redigendum in alia bona ſtabilia, dictis Conventibus majoribus applicanda, & incorporanda, omninò, & unico contextu convertatur, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, licentiam, & facultatem impartimur.* Hæc in dicto privilegio, in forma Brevis expedito.

76. Plura circa illud, pro ejus intelligentia, reſolvit Peyrinus. *Primò*, non poſſe Generalem hanc facultatem Vicario Generali committere, quia eſt electa induſtria perſonæ, ex Barboſa, cum multis *in cap. Quoniam, num. 9. de Offic. Legati*, ubi *n.* 3. quod quando eſt electa induſtria perſonæ, delegatus non poteſt ſubdelegare. Ait tamen dictus Peyrinus, quod ſi Generalis habet notitiam, quod aliquis Conventus non ſit utilis de præſenti, neque futurus ſit utilis in futurum, poteſt committere dicto ſuo Vicario, ut illum relinquat; quia tunc Vicarius in hoc ſolùm habet nudum miniſterium, non autem ullum arbitrium: neque hic, cui miniſterium commiſſum eſt nudum, poterit illud alteri ſubdelegare, ut probat (inquit) Barboſa *loco citato, num.* 14.

77. *Secundò*, non poſſe relinqui Conventus, qui de brevi futuri ſunt pingues; ſed illos tantùm, de quibus nulla ſit ſpes, quod unquam reduci poſſint ad formam Conventus, ut patet ex §. 1. Super narrativa enim fundatur iſta facultas. Unde Generalis, antequam aliquem Conventum relinquat, debet probare dictam narrativam, nimirum juridicè examinare multos teſtes, qui ſub juramento affirment, dictum Conventum relinquendum, eſſe in præſenti tenuem, & nullam exiſtere ſpem, quod futurus ſit aliquando pinguis, & conſequenter, quod poſſit aliquando reduci ad formam Conventus. Et in dubiis Conventus ſunt retinendi, per regulam, *In dubiis potior eſt conditio poſſidentis*, ut probat Barboſa *in axiomatib. Iuris, axiomate* 182. *num.* 5. Quod ſi, ſtante dubio, Generalis hac facultate utatur, incidet in pœnas contra alienantes; nam conditione illa, *Necnon Conventuum hujuſmodi, &c.* non purificata, privilegium eſt nullum. Atque ita ſtandum eſt diſpoſitioni Iuris communis.

78. *Tertiò* reſolvit, quod ſi Eccleſiæ ſunt conſecratæ, earum profanatio fieri debeat per locorum Ordinarios; ſi autem ſolùm ſunt benedictæ, profanatio fieri poſſit per Prælatum, poteſtatem illas benedicendi habentem: Per eaſdem enim cauſas reſolvitur contractus, per quas fit. Allegat ſic docentem Sylveſtrum *verb. Eccleſia* 2. *quæſt.* 5. *num.* 7. *dicto* 3. Angelum *verb. Altare, n.* 6. Roſellam verbo eodem, *num.* 2. Modum profanandi, ſeu exſacrandi Eccleſiam, vide apud Tabienam *verb. Altare, num.* 5. Angelum eodem verbo, *num.* 2. Si autem Eccleſia ſit conſecrata, & nolit Epiſcopus eam exſacrare, poterit per Archiepiſcopum compelli, & hic per Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, juxta *cap. Nullus, de jurepatronatus.* Colligitur ex Azorio *tom.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *quæſt.* 8. Et interim poteſt Generalis bona illius in Conventus majores transferre. Nam licèt ablativus abſolutus regulariter formam importet, ad aliquid validè agendum, ut probat Sanchez *lib.* 3. *de Matrimonio, diſp.* 5. *num.* 2. tamen aliquando connotat modum ad aliquid licitè, vel ex æquitate præſtandum, ut docet idem Sanchez *ibidem, num.* 4. *ad* 2.

79. *Quartò* reſolvit, quod applicatio dictarum Eccleſiarum Confraternitatibus,

tatibus, & piis locis, fieri debeat per Episcopos, si antequam illas possiderent Fratres, erant de jure Episcoporum, quia Episcopi eas Fratribus concesserant. Si autē à Fratribus fuerint constructæ, vel ex propriis pecuniis, vel piorum eleemosynis, tunc putat Author, quod fieri debeat per Prælatum Regularem, cùm in eis nullum jus Episcopi acquisierint: & ad summum, quod fieri debeat per dictum Prælatum de consensu Episcoporum.

80. *Quintò*, onera Monasteriorum delictorum, transferenda esse in majora à Generali: & similiter illorum bona vendere, & transferre in majores Conventus, in quos onera transfert.

81. *Sextò* resolvit, , hoc privilegium non esse personale, concessum scilicet personæ Generalis, qui erat tempore concessionis illius; sed reale, ita ut transeat ad omnes Generales pro tempore futuros. Tum quia fuit concessum nomine dignitatis, juxta ea, quæ dixerat ipse *tom.* 1. *Privileg. ad Constit.* 1. *Sixti Quarti*, *num.* 3. & Abbas *in cap. Quoniam, de Offic. Delegati, num.* 7. ubi Barbosa quamplures referens *num.* 2. & habetur *in d. cap. Quoniam.* Tum, quia verba illa, *de tua fide, virtute, prudentia, & diligentia plurimùm in Domino confisi*, sunt proportionabilia personæ, & dignitati: cumque hic non sit expressum nomen personæ, proprium scilicet personæ Generalis tempore concessionis regnantis, sed tantùm appellativum dignitatis, faciunt quod dispositio sit realis, ut probat Panormitanus *loco citato, num.* 8. Tum denique, quia hac intentione, ut scilicet esset reale, fuit hoc privilegium obtentum, & pro tali concessum, & habitum à tota Religione.

82. *Septimò* resolvit Peyrinus, quod quando Generalis committit suo Vicario eo modo, quo dictum est (*n.* scilicet 76.) debeat in commissione dictum Urbani Breve de verbo ad verbum apponi. Ita colligit ex *constit.* 98. dicti Urbani, (incipit *Commissi nobis, pag. mihi*, 158.) ubi §. 5. sic disponit: *Sed si eos* (Generales, & Vicarios Generales Ordinis S. Augustini) *aliqua facultate, seu concessione Apostolica Motu proprio concessa, vel ab eis jam obtenta uti oportuerit, literas nostras, & Romani Pontificis pro tempore existentis desuper expeditas, scilicet earum tenorem de verbo ad verbum integrè in suis patentibus literis inserant, aliàs firmis remanentibus pœnis prædictis, eorum literæ patentes hujusmodi nullæ sint eo ipso.* Quando autem ipse facit decretum, seu sententiam, quod aliquis Conventus relinquatur, non videtur necessarium, quod ista constitutio de verbo ad verbum inseratur, sed sufficit, quod dicat: *Authoritate nobis concessa à S. D. N. D. Urbano Octavo, per suam Constitutionem* Cum sicut, *datam Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die* 23. *Iunii* 1633. *Pontificatus ejus anno* 10. Et ratio diversitatis est, quia in primo casu expresse Papa dicit, quod totus tenor inseratur; de hoc secundo non loquitur. Cùm ergo quoad hoc sit odiosa, ad hunc ille casus non est extendendus.

QVÆSTIO IX.

Quibus modis amittantur beneficia Ecclesiastica, & dignitates.

ARTICULUS I.

De modis amittendi in genere: & de vacantibus ipso jure, absque delicto, vel quasi delicto.

1. PLures modi amittendi beneficia, & dignitates continentur in Jure, & Constitutionibus Apostolicis extravagantibus, quos recensent Staphil. *de litteris grat. tit. de Variis modis vacationum, per totum.* Pavin. *de Offic. & potest. Capituli sede vacante*, Garcia *de Benefic. part.* 11. *c.* 1. Rebuffus, & Corrasius *locis ab eo citatis.* Steph. Baunius *in Praxi nova benefic. disp.* 7. *& in Epitome d. disputationis.* Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. Barbosa *allegat.* 57. *à num.* 195.

2. Vacant beneficia aliquando de jure, & de facto; aliquando de jure, & non de facto; aliquando de facto, & non de jure. Garc. *cap.* 1. *num.* 2. cum Mandosio *cons.* 4. *à num.* 20. & Gonzal. *ad Regul.* 8. *glos.* 15. §. 1. *à num.* 2. De jure vacant, quando per Canonem eis aliqui privantur, absque aliqua Judicis declaratione. Baunyus *in Epitome, cap.* 1. ex *Extravag. Ambitiosæ, unica de Rebus Eccles. non alienand.* ubi habetur, *absque declaratione aliqua vult sic*

ſic vacare, ut poſſit per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos ejus collatio pertinet, perſonis idoneis liberè de jure conferri. De facto vacant, quando à nemine poſſidentur. Baun. *d. cap.* 1. qui *in diſp.* 7. *quæſt.* 1. dicit: Vacat ipſo facto, quod eſt collatum alicui, ſed ab eo non poſſidetur, ut ſunt ea, quorum jus, & proprietas certi, ac deſignati eſt hominis, qui eorum tamen poſſeſſionem necdum eſt ingreſſus, aut ſi eam iniit tanto tamen abeſt tempore, ut neſciatur ubi ſit, nec eſt, qui ejus vices in obeundis beneficii functionibus propriis expleat. De jure, & de facto vacat, cujus titulus, & poſſeſſio eſt nullius. Idem Baun. *d. q.* 1. De quibus etiam Palaus, & Barboſa locis citatis.

3. Ipſo jure vacat beneficium in multis caſibus. *Primò*, per defectum qualitatis in beneficiario, quam in eo fundator eſſe voluit, ut valida eſſet beneficii à ſe inſtituti collatio. Baun. *d. diſp.* 7. *quæſt.* 2. *aſſert.* 1. *ex cap. Significatum, de Præbend.* & *Clement. Quia contingit, de Religioſis domibus*, & Choppino *lib* 1. *de Sacra Politia, tit.* 5. *n.* 16. Et ratio eſt, quia ſi in contractu, ut validus ſit, apponatur conditio aliqua, illa non poſita, contractus irritus eſt, & nullus: At inter beneficii fundatorem, & illud acceptantem, intervenit tacitus contractus, vi cujus non tenetur collator beneficium dare, niſi qualitatem requiſitam habenti; nec qui ea caret, illud retinere, aut accipere. Ergo valida non eſt collatio, dictam qualitatem non habenti facta.

4. *Secundò* vacat ipſo jure beneficium Clerici in minoribus conſtituti, per matrimonium ab eo contractum per verba de præſenti. Baun. *d. q.* 2. *aſſert.* 2. poſt Navarrum *in Manual. cap.* 25. *n.* 120. Covarr. 2. *p. cap.* 6. §. 3. *n.* 6. Reginald. *tom.* 2. *lib.* 30. *tract.* 3. *c.* 21. *num.* 112. Aufrerium *deciſ.* 229. Allegat *cap.* 1. *de Clericis conjugatis*, ubi Alexander III. ſic decrevit: *Quod ſi qui è Clericis infra Subdiaconatum uxores acceperint, ad relinquenda beneficia, & retinendas uxores compelli debeant.* Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. *de vacatione ob matrimonii contractum, num.* 1. cum Gloſſa, *in c.* 1. & 3. *de Clerico conjugato*, & cum Maſcardo *de Probationibus, concluſ.* 182. *num.* 1. & 2. Navarr. *cap.* 15. *n.* 120. Sanch. *de Matrim. diſp.* 41. *n.* 4. Gonzalez *gloſſ.* 15. *n.* 43. Leſſio *lib.* 3. *c.* 34. *rub.* 21. *n.* 12. Garc *p.* 11. *c.* 7. *n.* 1. Guttier. *de Matrim. q.* 97. *n.* 2. Barboſa *alleg.* 57. *n.* 202. Farin. *Fragment.* 1. *part.* verbo *Clericus, n.* 133. & Azor. *p.* 1. *lib.* 1. *c.* 18. *q.* 8. & *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 16. *q.* 4. Ratio eſt, quia incompatibile eſt beneficium cum ſtatu matrimonii.

Tertiò vacat ipſo jure beneficium primò poſſeſſum, ſi cum eo acquiratur aliud, & pacificè habeatur, quod ſit cum priori incompatibile, ut ſunt duæ dignitates, duæ Parœciæ, &c. Ita Baun. *d. diſp.* 7. *q.* 2. *aſſert.* 3. & probat *ex cap. Licet Epiſcopus, el* 28. *de Præbend. lib.* 6. ubi habetur, Epiſcopum, de jure alteri poſſe conferre beneficium curatum ejus, qui aliud conſimile, ipſiuſque poſſeſſionem pacificam habet, vel per eum ſtat, quominus habere eam poſſit. *Ex cap.* etiam *Eam te, el* 4. *de Ætate & qualitate*, ubi dicitur, qui duabus præeſt Parochiis, poteſt authoritate Epiſcopi cogi ad alterutram ſibi retinendam. Ex quo apparet, vacationem, juris tantùm eſſe, non facti. Probat etiam *ex cap. Cum in cunctis*, §. *Cum verò, el* 7. *de Electione*, ibi: *Cum verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit, is ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem.* Hoc de Epiſcopo ſtatutum eſt. Et quoad eum ita docet etiam Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 5. *n.* 1. ex *d. cap. Cum in cunctis*, & *Trident. ſeſſ.* 7. *c.* 9. & *ſeſſ* 25. *c.* 2. *de reformat.* Garcia *p.* 11. *cap.* 6. De quo dicit Gigas *de Penſionibus, q.* 56. *num.* 3. quod cum Epiſcopatus adeptione pacificia ceſſent penſiones, quas habebat; ſed Baunyus ei non aſſentit: quod quia ſine fundamento, ac Authorum teſtimonio aſſerit (inquit,) ei non facilè credi oportere ſentio. Quod certè dictum, omnino ſimile, aut idem quidem eſt cum eo, quod nos non ſemel protulimus, maximè *ſuprà, q.* 3. *n.* 37. quod ſcilicet Doctori, quantacumque authoritate polleat, & gaudeat, credendum non ſit, ſi ſine lege, aut ratione loquatur. Probat etiam *ex d. c. licet*, ubi habetur: *Licet Epiſcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas, poſtquam aliud recepiſti conſimile, ac ipſius pacifi-*

5.

cam poſſeſſionem habuiſti, vel per te ſtetit, quominus haberes eandem, poſſit alteri de jure conferre. Hæc in dicta Decretali.

6. *Quare*, ipſo jure vacat beneficium, quod habebat Abbas, ſtatim ac pacificam poſſeſſionem Abbatiæ apprehendit, vel per eum ſtat, quominus haberet eandem. Ita Palaus *d.§.5.n.7.* poſt Garciam *de Benefic. p.11.cap.7.à num.1.* ex *regula 25. Cancellar. de benefic. vacantibus ob promotionem ad Eccleſias, vel Monaſteria.* Baunyus *ubi proximè*, dicens: Porrò, quod de Epiſcopis, idem quoque eſt aſſerendum de Abbatibus; nam Epiſcopatus, & Abbatiæ in hoc æquiparantur, ſecundùm Rebuffum *in Concordatis, §. Statuimus, de Mandatis Apoſtolicis*; cùm ſint de numero majorum dignitatum, ſintque Abbates Prælati. Decius *in cap. Decernimus, de Iudiciis*, ſicut & Priores Conventuales. Flaminius *de Reſignat.lib.3. quæſt.1.n.95.& ſeq.* Hæc Baunyus. Quocirca Barboſa *tract. de Appellativa verborum ſignificat. Appellativo* 3. ait ſic: Abbatia, eſt de majoribus dignitatibus, quæ ſunt in Eccleſia, & ob id ſpeciali notâ digna. Lapus *alleg.* 84. *num.* 11. Ludov. Gomez *Epiſcopus Sarnenſis, de Infirmis reſignant. quæſt.* 16. & *de Valor.quæſt.*3. æquiparatur enim Epiſcopatibus, ex Rebuffo *ſuper Concordat. tit.de Mandatis Apoſtol. §. Statuimus, verb. Monaſteria.* Mandoſ. *in Regul. de Beneficiis vacantibus per promotionem, quæſt.3.num.*8. Menoch. *conſ.*52. *num.* 133. Flam. Pariſ. *d. quæſt.* 1. *n.*66. Aſcan. Tamburin. *de Iure Abbat. cæterorumque Prælator. tam Regular. quàm ſæcular. Epiſcopis inferiorum, tom.*1. *diſp.*13. *quæſt.*2. *num.*18. Hactenus Barboſa. Tamburinus autem *loco citato*, in ſequentia, ad rem præſentem prorupit, videlicet: Abbatia, & Epiſcopatus æquiparantur, ut ex pluribus juribus allegatis per Hojedam *d. p.* 1. *(de Incompatibilitate) cap. 6. num.*5. Et ideo (addit Aſcanius) ſicut per aſſecutionem Epiſcopatus vacat quodcumque Eccleſiaſticum beneficium per promotum antea obtentum, *text. in d.cap. Cùm in cunctis, §. Cùm verò, de Elect.* & ibi Gloſſa *in verb. Ad quem*, Innocent. Panormit. & communiter DD. prout de communi teſtatur Hojeda *d.tract.p.*1. *cap.*4. *in princ.* Pariſ. *de Reſignat. benefic.lib.*3. *quæſt.*1. *num.*76. *& plurib. ſeqq.* ita per aſſecutionem Abbatiæ: & hoc ſive Abbatia ſit ſæcularis, ſive Regularis. Hojeda *d. cap.* 5. *num.* 6. Pariſius *loco cit. num.*99. Et ea, quæ dicta ſunt de Abbate, habent etiam locum in Priore Conventuali; nam promotus ad Prioratum in Regulari, vel Collegiata Eccleſia, non poteſt renunciare in favorem, beneficia priùs obtenta, quia vacant ipſo jure, ſicut beneficia promoti in Abbatem. Ea enim, quæ locum habent in Abbate, vel Abbatia, militant etiam in Priore, & Prioratu, qui eſt principalis Prælatura in Eccleſia Regulari, vel Collegiata, & habet juriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Joan.de Selva *in tract.de Benefic. quæſt.*2. *num.*53. Hojeda *d. p.*1. *cap.*6. *num.*2. Pariſ. *d.quæſt.*1. *n.*100. *& duobus ſeqq.* Idem dicendum eſt de aliis Prælatis Epiſcopo inferioribus juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus; eadem enim ratio militat. Hucuſque Tamburinus noſter.

Et quanquam de ſtylo Curiæ, ſimul ac quis in Conſiſtorio Epiſcopus eſt renunciatus, ejus beneficia conferantur ut vacantia, non expectata conſecratione, ut docet Baunyus *d.q.*3. ex Paulo Piaſecio, & Caſſadoro *deciſ.*2. *de Conſtitut. num.*23. & aliis penes eum; non tamen habet effectum collatio illorum, niſi ſubſecuta poſſeſſione pacifica Epiſcopatus, ex Flaminio *num.* 78. Et idem docet de beneficiis, quæ Abbates habent tempore ſuarum promotionum, ob ea, quæ modò dicta ſunt *num.*6. præcedente. 7.

Ex dictis apparet, quod qui in una Eccleſia dignitatem aut perſonatum poſſidet, admittere non poſſit in alia ſimilem dignitatem, aut perſonatum, ſine prioris amiſſione, aut ejus faciendæ periculo: cùm adeptione ſecundæ dignitatis, prima ipſo jure vacet, ut ait Baun. *ex Extrav. Execrabilis, §. Qui verò, la* 4. *de Præbendis, & dignit. inter communes, cap. De multa, eodem tit.* & *ex cap.* 1. *de Offic. Vicarii.* 8.

Quod ſi quæras, poteritne ille ad quem ſpectat collatio dignitatis, aut beneficii vacantis, per adeptionem alterius incompatibilis cum illo, ſtatim ac ſecundum obtinuit, illud alteri conferre? Reſpondeo, quod ſic: apprehenſio tamen poſſeſſionis illius ſuſpendi debet donec, qui illud amiſit, 9.

ſit, poſſeſſionem apprehendat illius, per cujus obtentionem iſtud vacavit. Ita Baun. Quoad primam partem, quia collatio eſt donatio juris, quod eſt in poteſtate collatoris: at donatio rei, quæ eſt in diſpoſitione donantis, non pendet, niſi ab ejus voluntate. Ergo, &c. Secundò, quia id ſupponitur *in cap. Licèt, el 28. de Præbendis, lib. 6.* ubi dicitur: *Illum tamen, cui contulerit, non debet, te non vocato, in poſſeſſionem mittere corporalem.* Ex quo certè habemus, collationem factam, eſſe validam, ſine conſenſu beneficium poſſidentis: in poſſeſſionem iſtius tamen, illo non citato, mitti non poſſe noviter proviſum. Multæ namque exceptiones, & defenſiones in hoc caſu allegari poſſunt per antiquum beneficii dominum. *Prima*, ex *cap. Si gratiosè, el 5. de reſcriptis, in 6.* vi cujus poſſet obtinere, & ſimul poſſidere plura beneficia. *Secunda*, dicendo quod unum in commendam habeat, & alterum in titulum, quod licere patet *ex cap. Qui plures, el 3. 21. quæſt. 1. Tertia*, dicendo, quod ſecundum beneficium, imprudenter, inconſultò, & per iracundiam acceptaverit: in quo caſu primum non vacat. Abbas *in cap. De multa, de Præbend.* Ratio, quia quod ex ira, aut per inconſiderationem fit, pœnitentiam admittit, *cap. Si quis iratus. 2. quæſt. 3. Quarta*, quia primo beneficio ſuo non eſt privatus, qui ſimul, & ſemel, hoc eſt eodem tempore, ab uno, & eodem duo beneficia Curata accipit; nam ei optare, & eligere unum de duobus, quod maluerit, liberum eſt, *ex cap. Eam te, de Ætate, & qualitate.*

10. Quoad ſecundam verò partem, colligitur reſponſio noſtra *ex dicto cap. Licet.* Et patet ex dictis numero ſeptimo; quia ſicut tenet collatio beneficiorum vacantium per renunciationem Epiſcopi in Conſiſtorio factam ante ejus conſecrationem, & ſuſpenditur illius effectus donec Epiſcopatus poſſeſſio apprehendatur: ita in præſenti caſu; cum eadem in utroque ſit ratio.

11. Non tamen me latet, aliquos docere, beneficia, quæ habebat Epiſcopus ante Epiſcoparus adeptionem, non vacare ante illius conſecrationem, quæ fieri debet intra tres menſes, poſt confirmationem electionis illius, *ex cap. Cùm in cunctis, §. cùm verò, el 7. de Elect.* aut poſt lapſum dictorum trium menſium. Corraſius *1. p. cap. 19.* quia ante conſecrationem Epiſcopus propriè nomen non habet Epiſcopi, ſed electi: nec ea, quæ ſunt Ordinis exequi poteſt, nec Eccleſiam jure pleno adhuc eſt adeptus. Et colligitur *ex cap. Cùm in cunctis, citato*, in quo Concilium Lateranenſe ſic ſtatuit: *Cùm verò electus fuerit, & confirmationem electionis acceperit, & Eccleſiaſticorum bonorum adminiſtrationem habuerit: decurſo tempore de conſecrandis Epiſcopis à Canonibus definito, is ad quem ſpectant beneficia, quæ habebat, de illis diſponendi liberam habeat facultatem.* Hæc Conciliaris diſpoſitio.

Si iterum quæras: An ſi Epiſcopus poſt conſecrationeu, obtineat novam dignitatem, aut beneficium, per obtentionem illius amittat Epiſcopatum? Reſpondet Baunyus *loco citato*, juxta Corraſ. *d. p. 1. cap. 8.* quod non: Quia non poteſt Epiſcopus inconſulto Papa Epiſcopatui renuntiare: quare, qui ſine ejus authoritate (ait ille) admittit ſecundum, amittit utrumque, decreto Innocentii III. *in cap. Quantò 3.* non poteſt tamen primò acquiſitum relinquere, *cap. Inter, 2. de tranſlatione Epiſcopi.* Ergo nec illum, per aſſecutionem novæ dignitatis, aut alterius beneficii, perdere. 12.

Quartò vacat Eccleſia Parochialis ipſo jure, per non promotionem ad Sacerdotium intra annum, à die obtentæ poſſeſſionis. Habetur expreſsè *in cap. Licèt Canon, el 14. & in cap. Commiſſa, el 35. de Electione, in 6.* In priori enim ſic habetur: *Et intra annum à ſibi commiſſi regiminis die numerandum, ſe faciat ad Sacerdotium promoveri. Quod ſi intra idem tempus promotus non fuerit, Eccleſia ſibi commiſſa (nulla etiam præmiſſa monitione) ſit præſentis Conſtitutionis authoritate privatus.* Et Gloſſa verbo *Annum*, ſic exponit Decretalem illam: Impedimento ceſſante, *cap. Quàm ſit, in fine, el 6. eod. tit. & lib.* Et currit iſte annus, (addit Gloſſa ibidem) ex quo habuit poſſeſſionem pacificam, vel per eum ſtetit, quo minùs haberet. Vide me ipſum *in Commentariis ad Conſtitut. 6. num. 727. & 801.* & Baunyum *in d. Praxi, diſp. 7. quæſt. 2. aſſert. 4.* quò loci addit, concluſionem 13.

cluſionem procedere extra Galliam, quia intra eam biennium conceditur. Et concludit dicens: Eſt ergo hoc peculiare parochiæ, ut hæc ipſo jure, & ſine alia ſententia declaratoria vacet, ac ut vacans dari queat. Ita & Palaus *d. diſp. 5. punct. 6. n. 2.* Barboſa *allegat. 57. n. 209.* Vacat etiam beneficium Parochiale ipſo jure ob non ſervatam formam Conſtitutionis Pii V. *In conferendis*, editæ 15. Kalend. Aprilis 1566. Idem Barboſa *d. allegat. 57. num. 245.* poſt Gonzalez *gloſſ. 15. num. 88.* & Maſſobr. *dub. 2. num. 43.*

14. *Quintò* vacat ipſo jure beneficium per non expreſſionem ejus, quod poſſidebatur ab obtinente, antequàm illud ſecundum acquireret. Sic definitur *in cap. Si proponente, el 42. de Reſcriptis*, per hæc, quæ ſequuntur verba: *Si proponente aliquo nondum ſe beneficium Eccleſiaſticum aſſecutum, ſuper ipſius proviſione (licèt minùs competens obtinentis) reſcriptum Apoſtolicum de hoc mentionem non faciens impetretur, illud veluti fraudulenter obtentum, dicimus non valere.* Ita ibi, & *in cap. Si motu proprio, el 23. de Præbendis in 6.* prout ſequitur: *Si motu proprio, alicui aliquod beneficium obtinenti, conferamus aliud, de illo non habita mentione, non ob hoc gratiam hujuſmodi, quæ de noſtra mera liberalitate proceſſit, invalidam volumus reputari. Secus ſi ad petitionem illius, vel alterius pro eodem oblatam, gratiam hujuſmodi faciamus; tunc enim (quantumcunque modicum beneficium taceatur in ea) ipſam veluti ſubreptitiam, vires nullumus obtinere.* Et ita tenet Baunyus *diſp. 7. q. 2. aſſertione 5.* cum Hoſtienſi, & Butrio *in c. Cùm noſtris, de Conceſſ. prahendæ*, Abbate *ibi, n. 17.* dicente: *Illud tacitum habet invalidare literas, quo expreſſo, Papa non dediſſet literas, vel non ita de facili.* Et Gloſſ. *in d. c. Cum noſtris*, ubi ait: *Narranda ſunt ea, quæ ſunt juris, & facti, ut non ſit vitioſum reſcriptum*; cum Gloſſa *in cap. Gratia, de reſcriptis, lib. 6.* Pariſio *conſ. 30. n. 22.* Rebuffo *in Praxi, p. 1. rubr. de forma, & declaratione novæ proviſionis, n. 4.* Flam. Pariſio *de reſignat. lib. 10. q. 2. n. 4.* Joanne de Selva *de Benefic. p. 3. q. 11. n. 13.* Et ratio eſt, quia obreptio, & ſubreptio in beneficiis gratiam vitiant, ut patet ex juribus modò redditis, & *ex Clement. Si Romanus Pontifex, de Præbendis.* Faciunt dicta à me ipſo, non ſemel, ſignanter poſt Commentaria, *in Addit. ad deciſ. 19. S. Rotæ, num. 3. & 4.* maximè, quod obreptio, & ſubreptio in impetratione literarum gratiæ, & privilegii, illas annullet, & irritet.

Sed quæres, quænam ſunt exprimenda in ſupplica, ut beneficium obtentum non vacet ob defectum dictæ expreſſionis? Reſpondeo, exprimi debere qualitates omnes, tam quæ jure, quàm quæ ſtylo Curiæ ſunt neceſſariæ. Baunyus *d. diſp. 7. q. 3.* cum Decio *de Præſumptionib.* Flamin. *lib. 10. q. 2.* Quia Praxis, & Stylus Romanæ Curiæ legem facit. Guido Papa *conſ. 119. num. 4.* Cardinalis Pariſius *conſ. 44. n. 17. volum. 1.* Actio ergo Stylo contraria, inanis eſt, & nulla. Gigas *reſponſ. 22. n. 8.* 15.

Secundò exprimi debet Diœceſis in qua exiſtit Eccleſia, ſub cujus tecto eſt beneficium, quod petitur. Deinde dici debet, quod vacet, & quo vacationis genere, ut per reſignationem, permutationem, obitum, aut quolibet alio modo ſimili. Et *in cap. Cùm noſtris 6. de Conceſ. præbendæ*, habetur, nullum beneficium poſſe ab Apoſtolica impetrari Sede ob vacationem, niſi ab impetrante dicatur, poſſeſſore vacare: non enim ſatis eſt jure illud vacare, & id exponere Papæ, niſi vacet de facto, & hoc ipſum eidem ſignificetur, ut eſt in prædicto capite. Ita Baunyus *loco citato*, cum Comitolo *lib. 1. q. 20.* 16.

Tertiò impetrans beneficia omnia, quæ poſſidet, exprimere debet, & ea exponere Papæ. Ita *in cap. Si motu, de Præbendis, lib. 6.* & extra *de reſcriptis, cap. Si proponente, el 42.* cum reſcripta Apoſtolica ſuper proviſione beneficii obtenta, eorum, quæ impetrans jam eſſet aſſecutus, mentione non facta, fraudulenta eſſe dicantur, & non valere. 17.

Conſultò dictum eſt, *& ea exponere Papæ*, ut excludatur Ordinarius, quem de eadem re certiorem facere, neceſſarium non eſt, eo quòd præſumatur omnia noſſe beneficia, quæ ſui poſſident Diœceſani: & quia cùm hæc expreſſio odioſa ſit, & pœnalis, extendi non debet ad caſum non expreſſum in lege illam inducente. Sicut ex oppoſito, quia beneficii abſolutè, 18.

ſolutè, & diſtinctè mentio in illa fit, quo nomine etiam modicum venit, de eo admonere Papam in ſupplica neceſſe eſt, quando novum aliud impetrari intenditur. *Primò*, quia ex ſubreptione, ut dictum eſt, & tenet Baunyus *loco citato*, ex Fabro Sebuſiano *in lib. 1. Codicis, tit. 12. definit. 12.* inducitur nullitas gratiæ, & literarum, quaſi ex defectu voluntatis in providente. *Secundò*, quia quæ à jure præſcripta ſunt pro forma, hæc quantum fieri poſſit, exactè obſervari debent, alioquin firma non erunt, & valida. Sed in citatis juribus indefinitè impetranti præcipitur, ut beneficium, quod jam habet, in poſtulatione, quam de novo conſequendo concipit, Papæ exponat, eo quòd id, quod ab impetrante poſſidetur, hac habita de eo notitia à Papa, forſan à novo concedendo illum divertet. Ergo cùm hac voce, *Beneficium*, abſolutè ſumpta, intelligantur beneficia quælibet, etiam minima, hæc in ſupplica, quæ Papæ ſuper impetratione novi beneficii datur, declaranda erunt. Ita Baun. cum Loueto *in Arreſtis, lit. B, art.* 3. & Joan. Selva *de Benefic. p.* 3. *q.* 11. *n.* 13.

19. *Quartò*, explicanda eſt in literis ſupplicationis, beneficii, quod impetrari intenditur, qualitas, ut quod ſit regulare, aut ſæculare, quod dignitas ſit, aut ſimplex, aut curatum, aut reſervatum, quod monoculare, litigioſum, aut pacificum. Ita Baunyus *d. diſp.* 7. *q.* 3. cum Rebuff. *ad Concordata, ſub forma mandati Apoſtolici*, ſub verbo *Pro expreſſis*, & *in tract. de Nominat. q.* 45. Et ratio eſt, quia ut non eſt omnium ad beneficia omnia par, & æqualis capacitas, hocque major in beneficia ambienti poſtuletur, quo his plura, magiſque ardua adnexa ſunt miniſteria, cauſam in eo reperire juſtam aliquam Papa poteſt, quæ eum à concedenda illi dignitate ejuſmodi, quam poſtulat, dimovere queat. Quare natura beneficii, conditio, & qualitas Papam latere non debent, de quo illum quoque à beneficii candidatis doceri, ac inſtrui oportere, habetur *in rubrica de Graduat. art.* 3. *& in Pragmat. ſanctione, §. Item quod Vniverſitates.*

20. *Quintò* exprimendum eſt, nedum quod beneficium Regulare ſit, ſed per quos Religioſos regi conſueverit. Baunyus *ubi ſuprà*, cum Forgeto *tract. de Perſonis Eccleſiaſticis, cap.* 39. *n.* 4. Ratio eſt, quia debent Papæ ſpeciatim declarari beneficii qualitates. Sed quod ſit Regulare, non eſt exprimere conditionem, & qualitatem in ſpecie, ſed in genere tantùm, cum id ſit ei commune cum omnibus, quæ ſæcularia non ſunt: Ergo declarari debet Papæ, in Supplica, Religio ad quam beneficium, quod prætenditur, pertinet. Et ita etiam tenet Bleyanus *tract. de Beneficiis propriè, vel impropriè dictis, n.* 21. *lit. C, ad marginem.*

21. *Sextò* declarari debet valor beneficii. Baunyus *d. q.* 3. *ex cap. Ad aures, de Reſcriptis, Clement.* 1. *de Prabendis*, & *ex Regula* 63. *Cancellariæ*, ac *ex Concordatis, rubr. de Mandatis, §. Statuimus inſuper, quod in proviſionibus per Nos, & ſucceſſores noſtros faciendis, ut obtenta beneficia per eos retineri poſſint, illorum verus annuus per florenos, aut ducatos auri de Camera, aut libras Turonenſes, ſeu alterius monetæ valor, ſecundum communem æſtimationem exprimi debeat, alioqui gratiæ ipſæ ſint ipſo jure nullæ.* Advertit tamen Baunyus ex Rebuffo *ibi*: & ex longa conſuetudine, ut in Gallia id non ſervetur; ſed ſufficere, quod Papæ narretur, *quod fructus beneficii non excedant ſummam* 24. *ducatorum auri de Camera, & hæc expreſſio* (addit) *in hoc Regno ſervatur.*

22. *Septimò*, narrari etiam debent Papæ circunſtantiæ, ex quibus demonſtratur beneficiorum vera, fideliſque expreſſio, cujuſmodi ſunt Diœceſis, in qua exiſtit, Eccleſia ſub cujus tecto eſt, nomen Sancti, ſeu Patroni, cui dedicatur. Bauny *ubi ſuprà*, cum Rebuffo *tract. de Nominat. q.* 9. *n.* 6. & *in Summa mandati, rubr. de Mand. n.* 30. Non tamen fore nullam Papæ collationem, ſi erraretur in nomine Sancti, in narrativa, & ſupplicationis literis, tenet Rebuffus *d. q.* 9. *n.* 6.

23. *Octavò* exprimi debet numerus beneficiorum, quæ impetrans poſſidet, alioqui novi impetratio nulla erit, & irrita; quia à dicto numero retardari poteſt Papa, ne jam poſſeſſis beneficiis novum, quod petitur, adjiciat. Quare cum illum de omnibus certum reddi oporteat, per quæ, aut non concederet, aut non niſi cum difficultate, & labore, *cap. Poſtulaſti, de Reſcriptis*, de beneficiorum numero,

quæ jam poſſidet impetrans, Papa doceri debet.

24. *Nonò*, explicari debet, an beneficium, quod petitur, vacet in Curia; quia viventis dari, aut poſtulari non poteſt. Baun.

25 *Decimò* exprimi debet modus, quo beneficium vacet, ut per defectum natalium, per crimen, aut per obitum, aut alium quidem modum. Baunyus *ſuprà*, *ex cap. Suſceptum*, *de reſcriptis*, *lib.6.*

26. *Undecimò* explicanda eſt qualitas perſonæ, & conditio ejus, cujus obitu beneficium vacat, ut ſi erat Papæ familiaris, aut è Cardinalis familia. Baunyus *ibidem*, *ex regula* 30. *Cancellariæ*, Si Parochus, &c.

27. *Duodecimò* exprimi debet, ſi beneficium eſt de claſſe, & numero eorum, quæ reſidentiam peculiari poſtulant lege; quia id Papa neſcire poteſt, maximè cum eſt hæc obligatio ad reſidendum ex ſtatuto, aut Eccleſiæ conſuetudine; ſecus quando eſt ex jure communi: tunc enim illud plenè cognitum habere creditur, quia ut eſt dictum *in cap.* 1. *de Conſtitut.* in ſcrinio pectoris ſui omnes leges habet: & ideo de eo Papam docere, opus non eſt. Baunyus poſt Rebuffum *ad formam mandati*, *in Concord. num.* 22.

28. *Tertiodecimò* debet beneficium impetrans exponere quod ſit Clericus, quia laico aditus omnis ad honores, & bona Eccleſiæ eſt intercluſus. Baunyus *ex cap. Cùm adeo*, *de reſcriptis*, & *cap. Ex literis*, *de Tranſaction.*

29. *Quartodecimò* exprimere tenetur, ſi ſit ex illegitimo natus concubitu; quia cui aliqua ex natalibus ſuis inhæret labes, ad beneficia aſpirare non licet, niſi ſit hæc Papæ, aut Epiſcopi diſpenſatione deterſa. Bauny *ex cap.* 1. *de Filiis Presbyt. in* 6. & quia in re beneficiaria turpe valdè eſt filium patri ſuccedere, *cap. Expreſſa*, 2. & *cap. Præſidentium*, 3. *eodem titulo.* Eum enim à Sacris Altaribus, ubi unigenitus Dei Filius, æterno Patri pro ſalute humani generis victimatur, Eccleſiæque beneficiis removere placuit Summis illius Præſulibus Innocentio III. & Alexandro III.

30. *Quintodecimò*, ſi beneficium ex fundatoris voluntate, vel Eccleſiæ, majorumque conſuetudine, longo firmata uſu exigat, ut ritè, & validè donari poſſit, ut perſona, cui conferri debeat, certam habeat qualitatem, nimirum quod ſit Nobilis, vel Sacerdos, collatio impetranti facta non erit valida, ſi dicta qualitate carens, Papæ non ſignificaverit, illa non eſſe præditum; quia ſi ille ſciviſſet, nec à fundatoris voluntate, nec ab Eccleſiæ, majorumque conſuetudine abiiſſet. Quare cùm ab obreptione collatio vitietur, ut dictum eſt, vitiata erit & iſta, & proinde nulla erit. Ita Baunyus *d. quæſt.* 3.

Denique exprimenda ſunt in impetratione omnia, tam quæ jus explicari imperat, quàm quæ concedentem à concedendo abducerent, aut ad potentis preces minùs eum propitium, ac facilem redderent. Itaque collatio à Papa facta, inanis, & nulla erit, ſi per vim, & dolum impetrantis ad beneficium aditio fuerit. Videatur Baunyus *diſp.* 7. *quæſt.* 3. *in fine.* Sed redeamus ad recenſionem caſuum, in quibus beneficia ipſo jure vacent. 31.

Sextò vacant ipſo jure per obitum beneficiariorum. Baunyus *d. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *ex cap. Suſceptum*, *el* 6. *de Reſcriptis*, *lib.* 6. Palaus *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 1 *num.* 2. ex eodem capite, & Gloſſa, & DD. ibi: Mors enim (ait) omnia iura ſolvit, *Authentico de nuptiis*, §. *Deinceps*, *collat.* 4. Quod adeo verum eſſe addit, ut etiamſi miraculosè beneficiatus reſurgeret, nullum jus ad beneficium recuperandum haberet: ex Gonzalez *gloſſa* 15. *ad regul.* 8. *Cancell. à n.* 3. quem etiam, & Garciam *de Benefic. part.* 11. *cap.* 2. *à num.* 1. recenſet, & ſequitur Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 75. *num.* 199. 32.

Tres caſus excipiuntur, in quibus non vacat beneficium per mortem, & obitum obtinentis illud. I. Quando beneficium eſſet ab habente poteſtatem ſuppreſſum, vel eſſet alteri beneficio unitum, cùm tunc non ſit beneficium, ſed ſuppreſſione extinguatur, & per unionem fiat quaſi prædium illius, cui unio facta eſt. Gonzalez *gloſſ. allegata*, *num.* 7. Barboſa *n.* 199. Garcia 11. *p. cap.* 2. *num.* 2. II. Quando beneficium eſt de menſa Prælati, aut Capituli, ob mortem Vicarii ei inſervientis non vacat: quia inſervit non proprio, ſed alieno nomine, 33.

ſcilicet

ſcilicet nomine Prælati, vel Capituli, cui eſt beneficium unitum. Sic Gonzalez, Barboſa, & Garcia *ſuprà*. III. Si beneficium ſitum ſit in Eccleſia non numerata. Quia tunc morte beneficiati non permanet beneficium, ſed exſpirat, & ceſſat, ut habetur expreſsè *in cap. Dilecto, §. Præterea, el 25. de Præbendis*, & latè Gonzalez *gloſſa 9. §. 3. à num. 9.* ubi concludit, nec reſervari poſſe hæc beneficia, neque reſignari, neque devolvi ad Superiorem, ob negligentiam in providendo. Hæc omnia Palaus.

34. *Septimò*, vacat ipſo facto beneficium, quando ejus poſſeſſor per Superiorem eo juridicè privatur. Sic Baunyus *d. quæſt. 5. ex c. Literis, el 10. cap. Gravem, el 15. de Exceſſibus Prælat.* Boërio *deciſ. 2.* Rebuffo *in Praxi, de modo amittendi beneficii, p. 1.* & *in Concordatis, titulo de Regia ad Prælaturas nominatione, §. Monaſteriis.* Palaus *dicta diſp. 6. in principio*, ibi: Amiſſio beneficii propriè eſt, quando illo per delictum privaris. Barboſa *alleg. 57. num. 247.* ex dictis juribus. Gonzalez *in Reg. 8. gloſſa 15. num. 97.* & Maſſobrio, latè Garcia *p. 11. cap. 10.*

35. *Octavò* vacat ipſo jure per profeſſionem in Religione approbata, non autem per ſolum ingreſſum in eam. Baunyus *diſp. 7. quæſt. 5. ex cap. Beneficium, el 4. de Regularibus, in 6.* ubi Bonifacius VIII. decernit ſic: *Beneficium illius, qui Religionem ingreditur, non eſt intra probationis annum alicui conferendum.* Pro nobis eſt Henriq. *in Sum. p. 2. lib. 12. cap. 5. §. 4. in comment. lit. X*, Flamin. *de Reſignat. lib. 5. quæſt. 6. num. 164. & ſeqq. & lib. 7. quæſt. 14. num. 28.* Cald. Pereyra *in l. Si curatorem, verb. Implorare, num. 27.* Sanch. *de Matrim. lib. 9. diſp. 25. n. 19.* Gonzalez *gloſſa 15. num. 45.* Roderiq. *tom. 1. quæſt. 37. art. 1.* Sayrus *in Clavi Reg. lib. 6. cap. 5. num. 25.* Garcia *p. 11. cap. 9. à princ.* Maſſobrius *requiſit. 1. dub. 2. num. 9.* Molfeſ. *in Sum. tract. 6. cap. 12. num. 18.* quos recenſet, & ſequitur Barboſa *alleg. 57. num. 208.* Staphileus *de lit. gratiæ, tit. de variis modis vacationis, in 6. modo.* Flamin. *de reſignat. lib. 3. q. 3.* Fuſc. *de Viſitat. lib. 2. cap. 15. num. 84.* Cardin. Tuſchus *lit. B, concl. 72.* Ugolin. *de Offic. Epiſc. cap. 50. §. 1. verſ. 4.* Rota *in Toletana beneficii, 6. Iunii 1605. coram Lita*, apud Garciam qui plura congeſſit *loco citato*, & allegat etiam *cap. Conſaldus, 17. quæſt. 2.*

Nonò vacat beneficium Parochiale per ignorantiam idiomatis vulgaris Parochianorum, & communis. Baun. *diſp. 7. quæſt. 5. ex regula Cancellar. De idiomate*, in qua ſic diſponitur: *Item voluit, quod ſi contingat ipſum alicui perſonæ de Parochiali Eccleſia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animarum Parochianorum quomodolibet habente providere, niſi ipſa perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, ubi Eccleſia, vel beneficium hujuſmodi conſiſtit, proviſio, ſeu mandatum, & gratia deſuper, quoad Parochialem Eccleſiam, vel beneficium hujuſmodi, nullius ſit roboris, vel momenti.* Nota clauſulam: *Vel quovis alio beneficio, exercitium curæ animarum, &c.* includere, nedum Parochum, ſed etiam Epiſcopum. Et ita ſentit Baunyus. 36.

Decimò vacat beneficium per poſſeſſionem non initam intra triennium à reſignatione ejus, ad ſui favorem, & gratiam facta. Baunyus *d. quæſt. 5.* cum Flamin. *de Reſignat. lib. 1. quæſt. 5. num. 34.* & Puteo *deciſ. 150.* Ratio, quia hæc eſt capiendæ poſſeſſionis, à reſignatario virtualis omiſſio, & tacita per eum beneficii acceptati facta reſignanti retroceſſio, ſeu veriùs derelictio. Quare ſi reſignantem mori in poſſeſſione ejuſdem beneficii contingat, non per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſebitur, per regulam de publicandis reſignationibus. 37.

Undecimò vacat beneficium ipſo jure, & etiam facto per ſimplicem reſignationem, & per factam causâ permutationis. Baunyus *ex cap. Ex tranſmiſſa, el 3. de renunciatione*, ubi Alexander III. aſſerit, Abbatem, & Socios ejus, ad beneficium, quod reſignaverant, recipi non oportere. Huc ſpectat doctrina Barboſæ *allegat. 57. num. 200.* dicentis: Secundò vacat beneficium per renunciationem ſeu reſignationem, ut *toto titulo de renunciat.* per quam amittitur omne jus in beneficio competens, proprietas, titulus, & poſſeſſio. Flamin. *de reſignat. lib. 1. q. 3. à num. 15.* Gonzal. *gloſſ. 15. à num. 8.* Nicol. Garcia *p. 11. cap. 3. à n. 1.* ubi *n. 3.* id verum dicit, etiamſi ex cauſa permutationis facta ſit renunciatio. 38.

39. *Duodecimò* vacat, cum electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum, confirmationem non petierit: nam ipſo facto privatur jure ſibi per electionem quæſito. Barboſa *num.*213. *ex cap. Quàm ſit, §. Cæterum.* Petro Gregorio *rei benefic. c.*25. *n.*12. & Gonzalez *d. gloſſ.*15. *num.*51. Baunyus *d. quæſt.*5. *ex d. cap. Quàm ſit, de Elect. in* 6. Qui addit: Item ſi electus ipſe ultra menſem à tempore ſibi præſentatæ electionis conſenſum præſtare diſtulerit, jure, ſi quod ei ex ſua electione fuerat acquiſitum, ex tunc eo ipſo eſt privatus, *cap. Quàm ſit, 6. de Elect. in* 6. *& extra Si Religioſus, de Elect.* Hæc ille. Ego ipſe *in Commentariis ad Conſtitut.* 6. *num.*727. ſequentia dixi: Secundum, quod electionem ſequitur, eſt electi conſenſus, qui illum intra menſem præſtare debet à die, in quo illi intimata fuerit electio, ſi impeditus tamen non fuerit; aliter jure per electionem acquiſito ipſo jure privatur. Ita Azorius *d. cap.*14. (*p.*2. *lib.*6.) *q.*16. Filliucius (*de ſtatu Clericor. tract.*41. *cap.*3.) *num.*7. *citato*, Bauny *in Praxi benefic. diſp.*3. *q.*15. Tamburinus *d. quæſito* 7. (*tom.*1. *de Iure Abb. diſp.*5.) *num.* 6. Lezana (*tom.*2. *verbo Electio*) *d. num.*213. Ego *in qq. Paſtoral. p.*1. *quæſt.*3. §.2. *n.*5. Peyrinus *in Formulario, lit. E, cap.*7. *n.*1. qui *tom.*3. *de Privileg. c.*9. *num.* 21. docet electum, qui non poteſt electioni conſentire abſque ſui Superioris licentia, ea obtenta, habere adhuc menſem ad conſentiendum; nam ante obtentam conſentire non poterat: unde cùm non ſit in mora, tempus ei currere non debet, ſed incipiet ſtatim currere, habita licentia, argumento *cap. Quia diverſitatem, de Conceſſ. Præb.* Boërius *ad cap.* 37. 1. *p. Mandag.* Hæc ibi à me dicta ſunt.

40. *Tertiodecimò*, quando electus, vel præſentatus ante confirmationem, vel inſtitutionem, per ſe, vel per alium ſe ingeſſerit, vel adminiſtraverit, eo ipſo privatur jure ſibi quæſito, & beneficium vacat, ut priùs. Barboſa *d. allegat.*57. *num.*214. ex *cap. Avaritiæ, el* 5. *de Electione, lib.*6. Gonzalez *gloſſ.*15. *num.*52. Maſſobrio *d. dub.*2. *num.*13. & addit: Procedit in præſentatione. Flamin. *de reſignat. lib.*12. *quæſt.*3. *n.*26. Et per præſtationem obedientiæ, dicitur quis adminiſtraſſe, & incidiſſe in pœnam illius textus. Puteus *deciſ.*45. *part.*3. Non procedit tamen in eo, qui ante electionem aliquid fecit. Tuſchus *tom.*1. *lit. C, concluſ.*44. *n.*24. Hactenus Barboſa. Palaus *p.*2. *tract.*13. *diſp.*6. *punct.* 8. *num.*15.

His conſonant à me ipſo dicta *in Commentariis ad Conſtit.* 6. *n.*774. 775. 779. 785. quibus in locis plura congeſſi ſcitu digna, ad quos, ſi Author non diſplicet, Lectores meos remitto.

Advertit tamen Barboſa *d. num.*214. Gonzalez *ubi proximè*, quod tres modi vacationis, de quibus egimus *n.*39. & 40. non ſunt proprii, ſed improprii, quia per electum non dicitur vacare beneficium, ſed ſemper durat prima vacatio, ex quo collatio non adeſt.

Quartodecimò vacat ipſo jure beneficium per militiam ſæcularem. Barboſa *alleg.*57. *num.*216. poſt Gloſſam verbo *Redierint, in cap. ult. de Clericis non reſidentibus*, ex Flaminio *lib.*1. *q.*1. *num.*22. Antonio Fabro *lib. definit. Forenſ. tit.*3. *definit.*25. Gonzalez *gloſſa* 15. *num.*54. Farinacio *Fragment. criminal. p.*7. *lit. C, num.*183. Maſſobrio *d. requiſit.*1. *dub.*2. *num.*15. Et ratio eſt, quia Eccleſia pro derelicta habetur, eo ipſo quod beneficiarius fit miles, ita ut Ordinarius jure poſſit illam alteri conferre, ut dicit Azorius *Inſtit. Moral. p.*2. *lib.*7. *cap.*15. *in princ.* 41.

Quintodecimò vacat ipſo jure, non ſolùm beneficium, ſed etiam penſio illius, qui tonſuram, & habitum Clericalem, veſtes ſcilicet talares, non aſſumit, vel jugiter non defert: ita Palaus *num.*19. & Barboſa *d. alleg.*57. *num.*217. per Conſtit. Sixti V. incipit, *Cùm Sacroſanctum, ſub* 5. *Idus Ianuarii* 1588. *la* 92. *apud Angel. Cherubinum, in Bullario Magno, tom.*2. *pag. mihi* 658. De quo etiam Conc. Trid. *ſeſſ.*14. *c.*6. *& ſeſſ.*23. *c.*6. *&* 17. *de reformat. in utraque ſeſſ.* Allegat Barboſa *d. num.*217. Gonzalez *gloſſa* 15. *num.*56. & Azorium *p.*2. *lib.*7. *cap.*17. *q.*1. *verſ. Decimum quartum.* Et in Collectanea *in d. cap.*6. *ſeſſ.*14. recenſita dicta Sixtiana Conſtitutione, *num.*4. ait: Sed hanc Conſtitutionem, dum diſponit cum pœna privationis ipſo jure beneficii, hoc reſpectu, & parte, non eſſe uſu receptam in Hiſpania, aſſerit Nicolaus Garcia *de benefic. p.*7. *c.*1. *num.*14. 42.

quem

quem refert noviſſimè Salgado *de Supplicat. ad Sanctiſſ. p. 1. c. 1. n. 137. verſ. Item Conſtitutionem.* Hæc Barboſa. Garcia autem *in d. c. 1.* recenſita dicta Conſtitutione, *à n. 15.* & ponderato, quod in fine ejus habeatur decretum irritans: *Quicquid ſecus à quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari*; quod refertur ad omnia præcedentia, *ex cap. Inquiſitioni, de Appellationib.* & Deciſ. Rotæ *in cauſa Toletana profeſſionis.* Et cùm ſit in jure poſitum, ligabit etiam ipſum Papam, niſi Papa ex certa ſcientia contrafecerit, *ad leg. Quidam conſulebant, ff. de re judicata*, cum aliis. Et dicto, quod requiritur, quod tempore collationis beneficiorum ſint actu Clerici in habitu Clericali, & tonſura incedentes, aliàs collatio eſt nulla, concludit *num. 23.* dicens: Et forſan non eſt uſu recepta dicta Conſtitutio, ſaltem quoad hoc, ut non deferentes prædictum habitum Clericalem, maximè tonſuram, ſint ipſo facto privati beneficiis, & quod collatio illis facta ſit irrita, & nulla. Hæc Garcia: in quibus non aſſerit, non eſſe uſu receptam in Hiſpania Conſtitutionem Sixti; ſed *forſan*, quod plurimùm diſtat ab aſſertione illi falsò attributa. Vide infrà, *num. 84. in fine.*

43. Aliam edidit Conſtitutionem Sixtus V. pridie Kalend. Februarii dicti anni 1588. incipit *Paſtoralis*, quam refert Barboſa *in d. Collectanea, n. 5.* in qua declaravit habitum clericalem non teneri deferre Clericos non recipientes penſionem, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica, ſibi in una, vel pluribus vicibus reſervata, & conceſſa, ſummam, ſeu valorem annuum 60. ducatorum auri de Camera inſimul non excedentes, ſeu excedentia. Item declaravit non teneri in habitu, & tonſura Clericali incedere inſervientes Palatio Apoſtolico in inferioribus miniſteriis, ut ſunt paraphernarii, credentiarii, & ſimiles, qui penſiones, aut fructus, bonave Eccleſiaſtica loco penſionum, uſque ad quamcunque ſummam, & valorem percipiunt. Item declaravit, eos Clericos, aut milites, quibus penſiones, aut fructus, bonave, aut prædia Eccleſiaſtica, ad quamcunque ſummam reſervata, aut reſervari conceſſa ſunt, non aliter ad gerendum militarem habitum teneri poſtquam penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quominus exigant, vel percipiant. Habetur hæc conſtitutio in dicto Bullario, immediatè poſt præcedentem, *pag. mihi* 660.

44. *Decimo ſextò* vacat beneficium per electionis caſſationem. Barboſa *d. alleg. 57. num. 218.* ex *cap. Conſideravimus, el 10. cap. Super eo, el 12. cum ſimilibus, de Electione.* Gonzalez *d. Gloſſa 15. n. 56.*

45. *Decimo ſeptimò*, vacat per poſtulationem, vel repulſionen. Barboſa *num. 219. ex cap. 2. & 3. de Poſtulat. Prælat.* & *ex Extrav. Ex debito*, §. *Hujuſmodi, de Electione.* Advertit tamen hunc, & præcedentem modum, non eſſe propriè ex modis vacationum, per ea, quæ Gonzalez tradit *d. gloſſa 15. num. 52. in fine.*

46. *Decimo octavò* beneficium per violentam ingreſſionem in poſſeſſionem, vacat ipſo jure, & perdit quis eo ipſo jus, quod ad illud habebat. Ita Barboſa *d. alleg. 57. num. 220.* ex *cap. Eum qui, el 18. de Præbend. lib. 6.* Cavarr. *lib. 3. Variar. cap. 16. n. 6.* Rebuff. *de Pacificis poſſeſſorib. n. 231. cum ſeqq.* Menoch. *remedio 9. recuperandi, n. 306.* Zerol. *in Praxi Epiſcop. p. 2.* verbo *Poſſeſſio beneficii*, §. 2. Gonzalez *d. gloſ. 15. n. 58. & gloſſ. 57. n. 46.* Leſſ. *de Juſt. lib. 2. cap. 34. n. 187.* Farinac. *in Praxi crimin. p. 4. deciſ. 66. n. 1. & ſeqq. & p. 6. q. 175. à n. 64.* Maſſobr. *d. dub. 2. n. 18.* Ita & Garcia *part. 11. cap. 10. n. 208.* cum aliis pluribus. Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 8. n. 11.* qui limitat vacationem ad illud beneficium, non ad alios antea poſſeſſos.

47. *Decimononò* vacat per violationem ſequeſtri impoſiti, vigore ſententiæ definitivæ in Curia Romana prolatæ in cauſa beneficiali. Barboſa *n. 221. ex Clement. 1. de ſequeſtratione poſſeſſionis, & proprietat.* Mohedano *deciſ. 2. de ſequeſtrat. poſſeſſionis, & fructuum*, Perez *l. 1. verſ. Quærere oportet, tit. 10. lib. 3.* Ordinam. *pag. 661.* Gonzalez § 3. *Proœm. n. 45. & 46. & gloſſ. 15. n. 59.* Procedit in ſententia lata ſuper quocumque beneficio Eccleſiaſtico, ſive illud ſimplex, ſive curatum ſit, ſive dignitas, ſive Perſonatus, ſive etiam

penſio perpetua, quæ conceditur in titulum Eccleſiaſtici beneficii: hæc enim omnia, appellatione beneficii continentur in terminis illius textus. Idem Barboſa cum Mareſcot. *variar. lib.2. cap.77. num.20. & 39.* Ita quod beneficium, quod vacat per violationem ſequeſtri, impetrari poſſit per quemcunque, ſub generali clauſula, *vel alio quovis modo.* Barboſa cum dicto Mohedano *deciſ.2.* relato per Gonzalez *d.gloſſ.15. num.59. in fine*, Aloyſ. Riccium *in Collect. deciſ. p.1. collect. 225. in fine*, Palaus *d.punct.8.n.12.*

48. Nonnullas limitationes apponit Barboſa doctrinæ traditæ. *Prima* eſt quando ſententia lata non eſſet ſuper petitorio, vel poſſeſſorio; ſecus ſi prolata ſit in cauſa attentatorum, ex Puteo *deciſ.33.* & *deciſ.45. lib.2.* Lancelloto *de Attentatis, p.3. cap.28. n.143.* Gonzalez *gloſſ.15. n.60.* Aloyſ. Ricc. *d.Collectan.225. verſ. Limita. Secunda* eſt, ut dictus textus non procedat, quando ſequeſtrum non eſt appoſitum principaliter ſuper beneficio, ſed ſuper membro, vel re ipſius. Caputaquenſis *deciſione 153.p.3.* quam refert Aloyſ. Riccius *d.collect.223. verſ. Limita ſecundò. Tertia* eſt, ut hoc ſequeſtrum ceſſet, ſi beneficium fuerit per triennium pacificè poſſeſſum, ut ille textus habet. Mareſcot. *d. cap.77. à num. 35.* Caldas Pereyra *qq. Forenſ. lib.1. quæſt. 21. num.54.* Gonzalez §.7. *Proœm.num.72.* Et tunc non eſt neceſſe, quod immediatè quis triennio poſſederit, ſed ſufficit, quod ſemel per triennium continuè poſſederit. Caputaquenſis *deciſ.159. part.3.* quem refert Aloyſ. Ricc. *d.Collect.225. prope finem.* Sic & Palaus.

49. *Vigeſimò* vacat ipſo jure beneficium per non oſtenſionem tituli ſuæ diſpenſationis ad obtinenda incompatibilia, coram Ordinario, poſtquam beneficiatus monitus fuerit. Barboſa *d.alleg.57. num.222. ex cap. Ordinarii, §. Quod ſi fortè*, ubi Gloſſa *verb. Eo ipſo, de Offic. Ordinarii, in 6.* qui textus renovatur à Concil. Trid. *ſeſſ. 7. cap.5.* Gonzalez *gloſſ.15. n.62.* Maſſobr. *d.dub.2. num.23.* Poſſeſſor enim etiam pacificus tenetur probare, & oſtendere titulum, cùm Superior ex officio inquirit. Maſcard. *de Probat. concl.1371. à num.18.* Covarruvias *in Regul. Poſſeſſor, part.2. §.10. num.9. col.2.* Flamin. *de Reſignatione, lib.11. quæſt.14. n.35. cum ſeqq.* Praxis Epiſcopalis *p.1. verb. Bullæ, §.5.* Aloyſ. Ricc. *in Collect. Deciſionum, p.4. collect.889.* Et etiam Ordinarius poteſt, non obſtante regula *de Triennali*, poſſeſſorem compellere ad oſtendendam diſpenſationem. Idem Barboſa *num. 224.* poſt Flores de Mena *lib. 3. variar. quæſt.23. num.61. cum ſeqq.* Non enim præſcriptione tituli beneficiorum Eccleſiaſticorum acquiruntur. Barboſa *num. 225.* cum Caldas Pereyra *de renovat. Emphyteuſis, quæſt.15. num.22.* An autem, & per quod tempus poſſit Epiſcopus compellere beneficiatos, ut oſtendant ſuorum beneficiorum titulos, videantur citati à Cenedo *ad Sextum, collect. 18. num. 2.* Idem, quod prædicti DD. tenet Palaus *d. punct.8. num.13.*

Vigeſimo primò, vacat ipſo jure beneficium, ſi habeatur pro derelicto. 50. Barboſa *n.227.* ex *cap. Ex parte, el 8.* ubi Abbas *num.2. de Clericis non reſidentibus.* Pavino *de Offic. & poteſt. Capituli Sede vacante, prælud.7. num.12. verſic. Septima ſi habeatur pro derelicto.* Flamin. *lib. 1. quæſt.15. n.21.* Maſſobr. *d.dub.2. n.25.* Gonzal. *gloſſa 15. num.64.*

Vigeſimo ſecundò vacat ipſo jure beneficium quando reſignans non ſupervixit per viginti dies, juxta *regulam 19. in novis.* Gonzalez *d.gloſſa 15. num.84.* Maſſobr. *d.dub.2. num.39.* niſi fuerit dictæ regulæ derogatum. Flamin. *lib.12. quæſt. 14. n.2.* ubi aſſerit, quod hodie communiter, & de ſtylo derogatur illi regulæ, quando reſignans eſt abſens à Curia. An ſub diſpoſitione illius regulæ comprehendantur reſignantes coram Ordinariis, vide Rebuffum *in Praxi, tit. de Infirmis reſignantib. gloſſ.12. num.3. & in tract. nominat. quæſt.16. num.18.* Mandoſium *ad illam regul. quæſt.15.* Gomez *q.26.* Flamin. *d.lib.12. quæſt.5. num.8.* Et an reſignantes beneficia patrimonialia, vide Mandoſium *ad illam regulam, quæſt.15. num.10. in fine.* Gomez *q.21.* Flamin. *d.lib.12. quæſt.3. num.10.* Quid in Beneficiis juriſpatronatus, vide Gomez *quæſt.17.* Flamin. *lib.12. quæſt.3. num.28.* Azor *p.2. lib.7. cap.28. verſic. Sextò quæritur*, ubi concludunt pro affirmativa. Quid in beneficiis Regularibus, vide Anaſtaſ. Germon. *in tract.*

tract. de Indultis Cardinalium, §. *Regularia*, *num.* 33. Rebuffum *ad illam regulam*, *gloſſa* 5. *in fine*, ubi ſcribunt, locum eſſe illi regulæ. Quid in comenda? vide Flaminium *lib.* 12. *q.* 13. & Rebuffum *d. tit. gloſſa* 7. ubi ſcribit commendatarium morientem intra viginti dies, ſub hac regula comprehendi, quod caret dubio, cùm regulis poſteriorum Pontificum expreſsè nominentur. Quid in renunciatione, ſeu tranſlatione penſionis? vide Gomez *quæſt.* 16. Mandoſ. *quæſt.* 11. Flaminium *d. lib.* 12. *quæſt.* 3. *num.* 56. & *lib.* .. *quæſt.* 4. *num* 34. qui reſolvunt pro negativa: ſed hodie attentis dictis noviſſimis regulis, res eſt explorata, ut ſub illis includatur. Quid in unione vide eundem Mandoſium *q.* 10. Gomez *q.* 15. Flamin. *d. q.* 3. *n.* 47. ubi reſolvit pro affirmativa: ſed hoc etiam clarum eſt, cùm in noviſſimis regulis expreſsè contineatur. Quid in reſignatione beneficii, reſervatis fructibus? vide Mandoſium *quæſt.* 14. & Gomez *quæſt.* 20. ac Flaminium *lib.* 12. *quæſt.* 5. Quid in beneficiis Conſiſtorialibus? Flamin. *d. lib.* 12. *quæſt.* 3. ubi etiam quid in conceſſione juris. Poſtremò, quid in beneficiis reſervatis litigioſis, & piis, quæ Electiva dicuntur? vide Azor. *d. lib.* 7. *cap.* 28. ubi cum Rebuffo ſentit regulam illam in his beneficiis locum obtinere. Omnia ſuprà in hoc numero 51. dicta tradit Barboſa *allegat.* 57. *numero* 243.

52. *Vigeſimotertiò* vacat beneficium ipſo jure ob non publicationem reſignationis, juxta formam conſtitutionis Gregorii XIII. de publicandis reſignationibus. Barboſa *alleg.* 57. *num.* 244. poſt Flamin. *de reſign. lib.* 11. *quæſt.* 7. Maſſobr. *d. dubio* 2. *n.* 40. Gonzal. *gloſſ.* 15. *num.* 85. dicentem *num.* 86. quod iſta vacatio eſt ita fortis, & potens, ut quamvis reliquæ omnes vacationes comprehendantur ſub clauſula, *Vel alio quovis modo*, vacatio tamen iſta, ob non factam publicationem, nullatenus comprehenditur ſub quibuſcumque clauſulis ampliſſimis, niſi ſpecialiter exprimatur. Palaus mox citandus *num.* 17.

53. *Vigeſimoquartò* vacat ipſo jure beneficium collatum à Papa, per apprehenſionem poſſeſſionis illius, ante expeditionem literarum. Barboſa *alleg.* 57. *num.* 248. ex Conſtit. 13. Julii III. ſub data 1553. Mondoſ. *in Regula* 27. *de non judicando juxta formam ſupplicationis*, *quæſt.* 3. *à n.* 3. Gonzalez *gloſſa* 15. *num.* 98. & Maſſobr. *d. dub.* 2. *num.* 46. Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 8. *num.* 16.

ARTICULUS II.

Recenſentur alii caſus, in quibus ob varia crimina amittuntur, & vacant beneficia.

SECTIO I.

PRimò vacat ipſo jure beneficium per alienationem rei Eccleſiæ, ſive ipſius beneficii, ſine ſolemnitate debita, *ex Extrav. Ambitioſæ*, §. *Inferiores verò*, *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* Barboſa *allegat.* 57. *n.* 226. cum Petro Gregorio *rei beneficiariæ cap.* 25. *num.* 16. Maſſobrio *regula* 1. *dub.* 2 *n.* 24. juxta editionem Romanam, & cum Gonzalez *in regulam* 8. *gloſſ.* 15. *num.* 6. Baunyus *in Praxi*, *diſp.* 7. *quæſt.* 5. dicens: Decimò, qui bona Eccleſiæ, juraque Clericus uſurpat, quibuſcumque beneficiis eſt privatus, & ad quæcumque alia fit inhabilis. Trident. *ſeſſ.* 22. *c. ult. de reformat.* Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 8. *n.* 14. 54.

Secundò vacat ipſo jure beneficium ob crimen hæreſis. Barboſa *d. alleg.* 57. *num.* 228. ex *cap. Ad abolendam*, §. 1. ubi Gloſſa *de Hæretic.* Covarruv. *lib.* 2. *variar. c.* 8. *n.* 4. & *ſeq.* Maſſobr. *d. dub.* 2. *n.* 26. Azorio *p.* 2. *lib.* 7. *c.* 17. *in princ.* Flamin. *lib.* 3. *q.* 1. *n.* 31. & *ſeq.* Gonzalez *gloſſ.* 15. *n.* 65. Petro Pedeſma *in ſum. p.* 2 *tract.* 1. *c.* 4. *concluſ.* 14 Sanch. *in Decalog. lib.* 2. *c.* 26. *n.* 5. Farinacio *de Hæreſi*, *q.* 149. *n.* 77. & cum Ricciulo *de Iure perſonar. lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 9. Nicolaus Garcia *de Beneficiis*, *p.* 11. *cap.* 10. §. 1. *à n.* 60. dicens: Et quidem communis ſententia eſt, eſſe privatum ipſo jure, quam tenent Joan. Andreas, Dominicus, Francus, & DD. communiter, *in c. Ut commiſſi*, §. *Privandi*, *de Hereticis*, *in* 6. Allegat etiam Abbatem, Millis, Probum *ad Monachum*, Caſſadorum, Rebuffum, Corraſium, Roſiniacum, Duarenum, Bernardum Diaz, Salzedum, Rojas, Pennam *in Directorio*, Lancellottum, Quintanadueñas, Rodrig. Leonem *in Theſauro*, Rotam, & plures alios à prædictis 55.

dictis

dictis relatos. Stephanus Bauny *loco citato*, & ego ipſe *in Diſquiſitionum tom. 2. diſq. 1. dub. 12. n. 20. ex d. c. Commiſſi.*

56. *Tertiò* vacant ipſo jure beneficia obtentà tempore admiſſi criminis, & inhabiles ad alia obtinenda fiunt, per credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, & per eorum filios. Garcia *ubi proximè, n. 72. & ſeq. ex d. c. Commiſſi, §. Privandi*, ex *Conſtitut. 8. Innocentii IV.* Bullarii *tom. 1.* & *ex Conſtit. 2.* Nicolai III. apud *d. tom. 1. Bullarii.* Allegat Joan Andr. Dominicum, Francum, & alios, *in d. c. Commiſſi*, Henricum & Ananiam *in c. Vergentis, de hæreticis*, Palacios Rubios *in tract. de Iuſtitia retentionis, & obtentionis hujus Regni Navarræ*, Rotam, & alios, quibus addo Barboſam *d. alleg. 57. n. 229.* cum Gonzalez *gloſſa 15. n. 67.* & Farinacium *de Hæreſi, q. 191. n. 44. & 45.* & me ipſum *d. n. 20.*

57. *Quartò* vacant ipſo jure beneficia obtenta per hæreticorum preces. Barboſa *d. alleg. 57. n. 230.* ex *cap. 2. §. Ad hæc, de Hæreticis, in 6.* Gonzalez *gloſſa 15. n. 68.* Azor *p. 1. lib. 8. cap. 13. q. 8. verſic. Octava pœna.*

58. Quod ſi petas, eritne inhabilis ad beneficia, ſuſpectus de hæreſi, qui abjuravit de vehementi, & fuit publicè pœnitentiatus? Reſpondet negativè Garcia *loco citato, num. 87.* ex S. Rota *in una Gadicenſi Canonicatus, 20. Iulii 1587. coram Comitulo*, apud Farinacium *lib. 1. deciſ. 51.* relata per Genuenſem *in Praxi, c. 35. in Annotat. n. 6.* Sa verbo *Hæreſis, n. 5.* Navarr. *conſ. 18. & 19. aliàs 5. & 6. de Hæreticis, tit. de reſcript. lib. 4. quæſt. 3. n. 17.* Henriq. *lib. 13. cap. 56. §. 1.* & Sanchez *in Decalog. lib. 2. c. 25. num. 12.* contra Azorium *p. 1. lib. 8. c. 21. q. 8. ad finem*, quò loci ait, irregularitatem contrahere, aut ſaltem tanquam irregularem haberi.

59. *Quintò* vacant ipſo jure beneficia per apoſtaſiam à Fide. Garcia *d. p. 11. cap. 10. num. 147. & ſeqq.* cum Abbate *in cap. 1. de Apoſtatis, num. 3.* Rebuffo *in Praxi, tit. de Modis amittendi beneficia, num. 47.* Gonzalez *gloſſa 15. n. 66.* Accedunt Simancas *de Catholicis Inſtitutionibus, tit. 6. n. 6.* Summiſtæ verbo *Apoſtaſia*, Azor. *1. p. lib. 8. cap. 21. quæſt. 7.* & Sanchez *lib. 2. cap. 9. à n. 16.* cum aliis, dicentes quod omnes pœnæ impoſitæ hæreticis, procedunt in hujuſmodi apoſtatis, veluti verè hæreticis: licèt alii apoſtatæ non ſint privati ipſo jure beneficiis, ut per eundem Rebuffum *ibi*, quia non eſt in jure expreſſum. Hæc Garcia. Circa primum ego ipſe dixi *tom. 2. diſquiſitionum, diſq. 1. dub. 6. n. 58.* ea omnia, quæ *dub. 1.* de hæreſi, ac de hæretico dixeram, de apoſtaſia, & de apoſtata dici debere: & quæ hæretico conveniunt, apoſtatæ convenire: & conſequenter in illis locum habere omnia jura loquentia de hæreticis. Circa ſecundum dixi *ibidem, num. 37.* inter alias pœnas Regularibus apoſtatis à Religione, ſeu ab Ordine ſuo, inflictas, hanc undecimam eſſe, ut præſentationes de ipſis factæ à Patronis, tam laïcis, quàm Clericis, eo ipſo inanes, irritæ ſint, & nullæ, & quod ipſi Patroni jure præſentandi alios ad eadem beneficia, pro ea vice tantùm privati exiſtant.

Sextò, Schiſmaticus hæreticus ipſo jure amittit beneficia. Garcia *n. 150.* dicit: Similiter etiam dicendum eſt de ſchiſmaticis, quod ubi ſchiſma eſt cum hæreſi, ſunt ipſo jure privati beneficiis, ut hæretici, ut per Rebuffum *d. tit. de modis amittendi beneficia, num. 29.* & Flaminium Pariſium *lib. 3. de Reſignat. q. 1. num. 36.* & ut tales etiam ſunt excommunicati jure antiquo. Si verò ſchiſma eſt ſine hæreſi, non video jus expreſſum, ubi ipſo facto priventur beneficiis. Ita Garcia. Sed ut ego ipſe dixi, *ubi proximè, dub. 7. num. 1.* D. Hieronymum *in Epiſt. ad Titum, cap. 3.* referens, & habetur *in cap. Inter hæreſim, 24. q. 3. Nullum ſchiſma eſt, niſi ſibi aliquam confingat hæreſim, ut rectè ab Eccleſia receſſiſſe videatur.* Qua Hieronymi ſententia ſuppoſita, dicendum cenſeo, ipſo jure vacare omnia beneficia ſchiſmatici cujuſlibet obtinentis illa, abſque ulla prorſus diſtinctione. Et ita Bauny *diſp. 7. Epit. c. 2.* 60.

Septimò vacat ipſo jure beneficium per crimen ſimoniæ realis commiſſæ. Barboſa *alleg. 57. n. 231.* ex *Extravag. Cùm deteſtabile, de Simonia, inter communes*, cum Menochio *remedio 1. recuperand. num. 135. & 336. remed. 5. n. 68. & conſ. 67. num. 4.* Covarruv. *in reg. Peccatum, p. 2. §. 2. num. 7.* Flamin. *lib. 7. q. 2. à num. 12.* Gonzalez, & pluribus 61.

ab

ab eo citatis *gloſſ.15. num.69.* Paulo Comitolo *reſponſ. Moral. lib.6.cap.41.* Maſſobrio *d.dub.2.num.26.* & cum Farinacio *in Praxi crimin.p.7. in Fragment. lit.C,n.299.* Palaus *p.2.tract.13. diſp.6.punct.8.num.7.* Sola autem conventionalis (addit Barboſa *num.232.*) inhabilem reddit ad obtinenda, non autem inducit vacationem obtentorum ipſo jure. Puteus *deciſ.80. lib.2.* Achil. de Graſſis *deciſ.2. de Simonia.* Gutierrez *Canonicar. lib.9. à princ.* Azor *p.2. lib.7. cap.17. quæſt.1. verſ. Nonum.* Henriq. *in Sum.lib.13.cap.37. §.3.lit.X,* Suarez *de Relig. tract.de Simonia, lib.4. cap.53.& cap.55. n.4.* & Roderiq. *qq.regul. quæſt.20.art.13.*

62. Hic dubitari poteſt, an ipſo jure vacet beneficium per actum ſimoniacum, factum cum ignorantia qualitatis ſimoniæ?

Pro reſolutione difficultatis hujus ſuppono, ignorantiam, quoad præſens, eſſe triplicem. Una eſt antecedens, alia comitans, & alia conſequens. *Antecedens* ignorantia eſt, quando quis, ſi rem ſciret, ſeu illius qualitatem, aut malitiam, illam non faceret, ſeu patraret, & ideo peccat, quia rem ignorat. Et antecedens dicitur, quia peccatum, quod admittitur, antecedit; aut quia antecedit voluntatem ex ignorantia peccantem. Et meritò antecedere peccatum dicitur, quia eſt cauſa peccati: cùm illud quis non perpetraret, ſi notitiam rei, aut malitiæ haberet. Et hæc ignorantia probabilis, & invincibilis dicitur, qua non poſita, actus malus non fieret.

Ignorantia *comitans* eſt, & contingit, quando quis peccando, ſe peccare ignorat; peccaret tamen, etiamſi non ignoraret. Unde hæc ignorantia non eſt cauſa, neque effectus peccati, quod patratur. Exemplum ſit in eo, qui inimicum occidit, neſciens eſſe inimicum; occideret nihilominus, ſi id ſciret.

Ignorantia *conſequens* eſt, quæ tanquam effectus naſcitur ex peccato. Vel talis dicitur, quia conſequitur actum voluntatis, negligentiam utique directè, & expreſsè, vel indirectè, & implicitè volitam, quæ quovis modo voluntaria eſt, culpabilis, & peccaminoſa. Unde ignorantiæ *affectata*, & *craſſa*, ſunt *conſequentes*, quia conſequuntur voluntatem negligentem ſcire, quod poteſt, & tenetur. De quibus egi *d. diſq.1. dub.14. num.37.38.& 39.* poſt Azorium *p.1. lib.1.cap.12. quæſt.1. verſ. Quintò*, & Baſſæum *verb. Ignorantia, num.5.*

Quo ſuppoſito, reſpondeo *primò:* 63.
Si actus ſimoniacus factus fuerit, interveniente ignorantia antecedente circunſtantiæ ſimoniæ, non vacat beneficium ratione illius. Ducor, quia illa ignorantia eſt invincibilis, & probabilis. At operans ex ignorantia invincibili, & probabili, non peccat. Ergo non meretur pœnam ullam, maximè privationis beneficii, aut habilitatis ad illud obtinendum. Pœna enim eſt menſura culpæ, & ubi iſta non eſt, nec illa eſſe debet. Gloſſa *in cap. Sine culpa, verb.eodem, el 23. de Regulis juris, in 6.* Plura de hoc non ſemel dixi *poſt QQ. Paſtorales, in diſquiſit. de Iure Prioris annexi, n.76. in tomo commentariorum ad conſtit. 6. num.478.1133.* & ſæpè alibi. Et Gabr. Vazquez *tom.1. in 1.2. diſp.139.cap.2. num.8.* ait: Ex eo enim aliquis dignus eſt pœna, quia eſt in peccato, non econtrà: nam dignitas pœnæ eſt commenſuratio quædam cum pœna. Sic ille. Sed fortè incuria Typographi appoſitum eſt *cum pœna*, cum apponi debuiſſet, *cum peccato.*

Pro nobis eſt Palaus *in Sum. Moral.* 64.
li, p.1. tr.2. diſp.1. punct.17. ubi quæſito, *An ignorantia legis, vel pœnæ impoſitæ per legem, excuſet à pœna?* Reſpondet: Si nulla alia lege actus prohibitus eſt, niſi ab illa, à qua eſt pœna impoſita, ignorans invincibiliter legem illam, pœnam non contrahis, quia non peccas. Ergo non es à lege puniendus, ex *regula Sine culpa, 23. de regul. juris, in 6.* & *cap.2. de Conſtitutionib.* & eſt res omninò manifeſta. Difficultas autem eſt, quando actus prohibitus eſt alia lege, præter illam, quæ pœnam imponit, & ignoras legem imponentem pœnam; cognoſcis tamen, actum alia lege prohiberi, & illum efficis, v.gr. cognoſcis, percuſſionem Clerici eſſe prohibitam jure divino, & naturali; ignoras tamen adeſſe Eccleſiæ prohibitionem ſub excommunicatione; *contrahiſne, ſi Clericum percutias excommunicationem, vel irregularitatem, aliamve pœnam?*

Reſpondeo probabilius eſſe, te nullo

modo contrahere, quia non deliquisti contra legem Ecclesiasticam, utpote ignarus illius. Ergo non debes pœnis illius puniri. Neque enim pœna est ulterius protrahenda, quàm delictum fuerit, ut dicitur *in cap. 2. De iis, quæ fiunt à majore parte Capituli,* & *in cap. Felicis, vers. Aliud autem, de Pœnis in 6.* Judex enim pœnam metiri debet ex culpa.

65. Respondeo *secundò*, actus simoniacus factus interveniente ignorantia comitante, non inducit vacationem beneficii, nec illum efficiens meretur beneficii privatione puniri.

Probo hanc responsionem ex doctrina dicti Gabrielis Vazquez *dict. tom. 1. disp. 126. cap. 3. n. 9. pag. mihi* 545. quam sequitur Nicol. Garcia *de benefic. tom. 2. part. 11. cap. 10. num. 97.* pro qua etiam allegat Franciscum Suarez *tom. 5. in 3. p. de Censuris, disp. 4. sect. 8. & 9.* Sanchez *de Matrim. lib. 9. disp. 32. n. 26.* & *lib. 1. cap. 16. n. 13.* Zumel *1. 2. quæst. 76. art. 4. disp. 3.* Avilam *de Censuris, 2. p. cap. 5. disp. 5. dub. 6.* Molinam *de Iustitia, tract. 3. disp. 53. num. 2. & 3.* Lorcam *1. 2. disp. 32. de Peccatis, num. 2. & disp. 33. memb. 1.* & Salas *tract. 13. disp. 8. sect. 5.* licèt contrarium penes eum teneant Covarr. *in cap. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 15.* Ugolinus *de Censuris, tabula 1. cap. 9. §. 8. num. 8.* Graffis *lib. 4. cap. 9. n. 42.* Ludov. Lopez *tom. 2. p. 2. cap. 13.* & alii. Doctrina autem Vazquez hujusmodi est.

66. Ex dictis sequitur, ignorantiam comitantem, semper excusare operantem ab excommunicatione, irregularitate, & obligatione restituendi, etiamsi adsit pravus affectus circa id, quod ignoratur, ut circa homicidium, vel aliquid hujusmodi. Nam hæc tria non incurrimus ob solum affectum, sed propter opus exterius, quod sit peccatum. Primum quidem de excommunicatione, & irregularitate, certum est: nam Ecclesia non ligat, nec ligare potest propter actus omnino internos, neque propter externos, qui non sunt peccata. Cùm autem aliquis peccat ignorantia comitante, solo affectu peccare potest, ut ex dictis patet. Ergo nec excommunicationem, nec irregularitatem incurrit. Cujus oppositum immeritò putavit Covarruvias, existimans cum reliquis prioris opinionis, ignorantiam comitantem non excusare à culpa opus exterius. Denique obligatio restituendi non nascitur ex solo affectu, sed ex inæqualitate opere ipso constituta; siquidem restitutio ad hoc tendit, ut inæqualitatem, re ipsa factam, ad æqualitatem reducat.

Hæc magnus ille Theologus. Si ergo ignorantia comitans semper excusat operantem ab excommunicatione, irregularitate, & obligatione restituendi, quare non liberabit à pœna vacationis, & privationis beneficii, quæ maximam habet propinquitatem cum irregularitate, ob quam Clerici inhabiles sunt ad Ordines, & beneficia, etiam simplicia, ut suprà dictum est, *quæst. 4. n.* 550. *&* 747. 67.

Deinde probatur responsio ex doctrina Palai, modò tradita, quia non peccat in legem, qui eam ignorat. Ergo pœnis per eam inflictis puniri non debet, nec meretur, ob ea, quæ in prima dicta sunt responsione. Ac per consequens, si operans cum ignorantia, occidit Clericum inimicum, excommunicationem non incurrit; qui operatur cum eadem ignorantia id, quod verè simoniacum est, illi tamen sub hac qualitate ignotum, non incurret excommunicationem latam in jure contra simoniacè beneficia obtinentes, nec incurret pœnam nullitatis collationum illorum, & inhabilitatis ad illa obtinenda: quia non est major ratio ad unam, quàm ad aliam pœnam incurrendam. 68.

Et certè maximè locum habent prædicta, quando ei, qui simoniacè operatur, nulla notitia, nec ratio dubitandi in universum, aut peculiariter occurrit de malitia actus. Tunc enim ignorantia omnino invincibilis censeri debet, quia nulla humana diligentia vinci debet, & expelli, ut optimè docet Vazquez *d. tom. 1. disp. 107. cap. 3. & disp. 124. cap. 2. num. 6.* nisi enim naturaliter nobis occurrat aliqua dubitatio, vel notitia de re aliqua, non est in nostra potestate de illa consultare, aut illam amplecti, & rejicere: prima namque de aliqua re cogitatio debet esse naturalis, nec est in nostra potestate primam cogitationem in nobis excitare. Hoc autem verum existimat Vazquez, tam de legibus pertinenti 69.

tinentibus ad ſtatum alicujus, quàm de aliis : nam quod alicui imputetur, ſi neſciat legem pertinentem ad ſtatum ſuum, ideo eſt, quia priùs novit eſſe aliquas leges circa diſpoſitionem ſtatus ſui : quod ſi id non noviſſet, aut nullam de hac re habuiſſet dubitationem, eſſet ipſi ignorantia invincibilis : ſuperat enim humanam diligentiam expellere ignorantiam illius rei, cujus nulla prorſus incidit cogitatio. Et concludit dicendo, tunc eſſe ignorantiam, vel inconſiderantiam invincibilem, quando nulla ſubiit cogitatio, aut ratio dubitandi.

70. Reſpondeo *tertiò* : Actus ſimoniacus, factus cum ignorantia conſequente, inducit vacationem ipſo jure beneficii, & inhabilitatis ad illud obtinendum. Ratio eſt, quia ut dictum reliquimus, dictus actus culpabilis eſt, & peccaminoſus, utpotè procedens à voluntate nolente, & potente ſcire, illum eſſe ſimoniacum, & tanquam talem prohibitum. Ignorantia enim affectata, qualis eſt conſequens, ſcientiæ æquiparatur in jure, *cap. Eos qui, de Temporibus Ordinationum, lib.6.* ibi: *Scienter, ſeu affectata ignorantia.* Ubi Gloſſa *verb. affectata*, ait : Æquipollent ergo ſcientia, & affectata ignorantia. Vbi etiam Barboſa *n.7.* qui allegat etiam Tiraquellum *de retractu lig. §.35. gloſſ.4. n.28. & 29.* & *de pœnis temper. cauſa 13. num. 23.* Maſcardum *de Probation. concluſ.879. num.31. cum ſeqq.* Et addit Barboſa : Et ideo affectata ignorantia nullo pacto ignorantem excuſat. Honded. *conſ. 87. n.41. lib.1.* Seraphinus *de privilegiis juramenti, privil.4. n.102. cum ſeqq.* Card. Tuſchus *verb. Ignorantia, concluſ.21. n.3.* Joan. Baptiſta *de facti ſcientia, & ignorantia, inſpect.81. n.9. cum ſeqq.* & Farinacius *fragment. crimin. p.2. litera I, num.167.* Et *num.8.* addit Barboſa dictam Gloſſam dicentem : Et dicitur affectata, ex quo ſcire potuit, ſed noluit, immò diſſimulavit. Allegatis pro ea Cardoſ. *in Praxi Iudicum, verb. Ignorantia, num.8.* & Sayro *in Clavi Regia, lib.1. cap.2. n.18. & cap.9. num.5.* Et hæc pro digreſſione dubii propoſiti, dicta ſufficiant. Redeamus ergo ad incœptum argumentum caſuum, in quibus vacent beneficia ipſo jure.

71. *Octavò* vacat ipſo jure beneficium, per crimen læſæ majeſtatis. Barboſa *allegat. 57. num.233.* poſt Rebuffum *in Praxi, tit. de modis amittendi beneficia, num.32.* Gonzalez *gloſſ.15. n.72.* & Maſſobrium *in regul.1. dub.2. n.30.*

Nonò vacat ipſo jure propter falſitates literarum Apoſtolicarum. Palaus *p.2. tract.13. diſp.6. punct.8. n.10.* Garcia *de Benefic. p.11. cap.10. §.2. n.170. & ſeqq.* ubi ait : Quartò principaliter dubitatur de falſariis literarum Apoſtolicarum, an ſint privati beneficiis? Et reſpondendum eſt affirmativè, *ex cap. Ad falſariorum, de crimine falſi*, ex quo textu falſarii literarum Papæ, qui per ſe, vel per alios eas falſant, excommunicati ſunt, cum ſuis fautoribus, & defenſoribus, *& beneficiis privati ipſo jure, &c.* Abbas, Anania, & alii *ibi*, Lamb. *1. p.2. lib.q.9. art.22.* Rebuffus *d. tit. de Modis amittendi beneficia, n.43.* Petrus de Baiſio *c.21. 2.p.* & alii. Hæc Garcia *n.170.* Quoad punctum privationis beneficiorum ipſo jure, per dictam falſam, ſequitur illum Barboſa *alleg.57. n.254.* & Petr. Gregorium *rei beneficiariæ cap. 26. num.12.* Gonzalez *gloſſ.15. n.73.* Azorium *p.2. lib.7. cap.17. quæſt.1. verſic. Tertium*, & Maſſobrium *d.dub.2. n.31.* Et addit Garcia *num.171.* Bullam Cœnæ excommunicare *in caſu 5. & 6.* falſarios literarum Apoſtolicarum, & ſupplicationum, quem explicant, uti ipſe refert, Rebuffus *poſt practicam*, Cajetanus *verb. Excommunicatio, c.26.* Navarr. *cap.27. à num.62.* Salzedus ad Bernard. Diaz *in Practica, cap.117.* Candelabrum Aureum *in Explanat. Bullæ Cœnæ, à num.46.* Ugolinus *in d. Bullam, 2.p.c.6.* Toletus *in Sum. lib.22.* Sayrus *de Cenſuris, lib.3. cap.10.* & Suarez *tom.5. diſp.21. à num.44.* & alii, quos allegat *num.172.* 72.

Decimò vacat ipſo jure beneficium percutientis Cardinalem. Barboſa *allegat.57. num.235. ex cap. Fœlicis, §. Si quis verò, de Pœnis lib.6.* cum Rebuffo *in Praxi, tit. de modis amittendi beneficia, n.39.* Gonzalez *gloſſa 15. n.74.* Azorio *p.2. lib.7. cap.17. quæſt.1. verſ. Tertium*, Maſſobr. *d.dub.2. num.32.* & cum Garcia *p.11. c.10. num.55.* qui tamen non de percutiente, ſed occidente Cardinalem ibi loquitur, cum Toleto *in Sum. lib.1. cap.88.* & quidem verè, cum dictus textus dicat, *ſi quis verò per ſe, vel per alium, occiderit Cardinalem,* 73.

dinalem, vel dederit cauſam mortis. Palaus *p.2. tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 8. *num.* 5.

74. *Undecimò*, beneficia filiorum, & nepotum offendentium Cardinalem vacant, & eorum dignitates, & efficiuntur inhabiles ad illa, & illas in poſterum obtinenda, & obtinendas. Barboſa *num.* 236. cum Farinacio *in Praxi crimin. part.* 5. *quæſt.* 112. *n.* 121. & 122. & cum Sanchez *in Decalog. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 20. Nam (ait Barboſa) Cardinalem hoſtiliter inſequens, tenetur crimine læſæ majeſtatis, etiam quod non ceperit, aut percuſſerit, *d. cap. felicis*, Farinacius *d. quæſt.* 112. *n.* 82. ubi *num. ſeqq.* plura cumulat de hac materia.

75. *Duodecimò* vacant ipſo jure beneficia occidentis, vel percutientis Epiſcopum, illa ſcilicet, quæ obtinet in Eccleſia, cui præeſt Epiſcopus. Garcia *loco cit. num.* 65. *ex Clement.* 1. *de Pœnis*, cum Toleto *ubi ſuprà*, Gonzalez *gloſſ.* 15. *n.* 75. & Molina *de Iuſt. tract.* 3. *diſp.* 65. *n.* 7. Barboſa *d. alleg.* 57. *n.* 237. *ex cap. Felicis, citato*, & *ex d. Clementina*, §. *A feudo*, poſt Petr. Gregorium *rei beneficiariæ cap.* 26. *num.* 10. Azorium *d. cap.* 17. *q.* 1. *verſ. Quartum eſt*, Maſſobrium *d. dub.* 2. *num.* 33. & poſt Garciam, & Gonzalez *locis proximè citatis.* Et declarat Barboſa, dictam pœnam non procedere in occidente Epiſcopum tantùm electum: pro qua declaratione allegat Gonzalez *gloſſ.* 9. §. 5. *num.* 27. Mandoſium *in Regul.* 16. *quæſt.* 19. *num.* 13. & Ricciulum *de Iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 9. ſubſcribit Palaus *d.* §. 8. *num.* 5.

76. *Tertiodecimò*, vacant ipſo jure beneficia aſſaſſini. Barboſa *num.* 238. cum Gonzalez *gloſſa* 15 *num.* 76. Azorio *d. quæſt.* 1. *verſic. Octavum eſt*, Maſſobrio *num.* 34. & Farinacio *in d. Praxi*, *p.* 5. *quæſt.* 123. *per totam.* Nicolaus Garcia *ubi ſuprà*, *num.* 54. *ex cap.* 1. *de Homicidio, lib.* 6. cum DD. *ibi*, Hieron. Gabriele *conſ.* 196. & 197. *lib.* 1. & 2. Petro Gregorio *de Benefic. cap.* 26. Toleto *d. c.* 88. *verſ.* 7. & 8. Suarez *d. tom.* 5. *diſp.* 44. *ſect.* 4. & aliis. Palaus *d. num.* 5.

77. *Quartodecimò* vacant ipſo jure beneficia occidentis Rectorem ſuæ Eccleſiæ. Barboſa *num.* 239. *ex cap. In quibuſdam*, *el* 12. *de pœnis*, cum Rebuffo *tit. de modis amittendi beneficia, num.* 45. Turſan. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 50. *pag.* 185. Hieron. Gabr. *conſ.* 196. *num.* 6. *lib.* 1. & *conſ.* 187. *num.* 8. *lib.* 2. Petro Greg. *rei benefic. cap.* 26. *num.* 13. Gonzalez *gloſſa* 15. *à num.* 77. Maſſobrio *d. dub.* 2. *num.* 35. & Farinacio *d. p.* 5. *quæſt.* 119. *n.* 68. Nicolaus Garcia *d. cap.* 10. *num.* 57. ubi ampliat dictam pœnam ad occidentem ſuum combeneficiatum, *ex d. cap. In quibuſdam*, & DD. *ibi:* quamvis in hoc (ait) contrarium teneat Felinus *in cap. Acquiſitionis, de Accuſationibus, n.* 3. & *in cap.* 2. *de reſcriptis, num.* 3. dicens, quod textus *in d. c. In quibuſdam*, non loquitur de beneficio Eccleſiaſtico, ſed de beneficio temporali, ſeu profano, id eſt feudo, vel ſimilibus: & placet Abbati *ibi*, *num.* 6. ſed revera de utroque videtur loqui expreſsè, & tenent Rebuffus *d. tit.*, *num.* 45. Hier. Gabr. Petr. Gregor. & Toletus *ſuprà*, & Farinac. *num.* 68. & dicit communem Abbas *d. num.* 6. & communem, & veriorem Alexander de Nevo *in addit. ad eum*, *ibi.* Et tenuit Rota *in Verdunenſi Canonicatus*, 1. *Martii*, & 19. *Iunii* 1595. *coram Card. Pamphilio*, adductis à dicto Garcia 5. *p. c.* 3. *num.* 43. & *ſeq.* & *in eadem*, *coram eodem, ibidem*, adducta, *num.* 332. & poſt hæc Gonzalez *gloſſa* 15. *à num.* 77. Palaus *num.* 5. *citato.*

78. Et ita tenendum firmant Garcia *d. cap.* 10. *ſub num.* 57. & Barboſa *d. n.* 239. dicentes, non obſtare, quod dicunt Abbas *in d. c. In quibuſdam*, *num.* 7. & Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 17. *verſic. Deinde quæres*, quod *in d. cap. In quibuſdam*, non dicitur vacare ipſo jure, vel ipſo facto; ſed ſimpliciter, quod *amittant:* quod verbum, ut omnes teſtantur, non continet ſententiam ipſo jure latam, ſed Judicis ſententiam ferendam. Reſpondetur enim, in textu illo non apponi ſimpliciter *amittant*, ut opponitur, ſed *prorſus amittant*; dictio autem *prorſus*, quæ præcedit, importat *ipſo jure*, vel *ipſo facto*, ut ibi tenent communiter ſcribentes, Abbas *d. num.* 7. & Zacharias *in addit. ult. ejus*, cum pluribus, quos allegat Tiraquellus *in l. Si unquam*, verbo *revertatur*, *num.* 71. Bernard. Muſcatel. *de modo fidejubendi*, *p.* 1. *modo* 14. *num.* 12. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *diſp.* 53. *num.* 8. Matheſilan. *ſingul.* 112. Corſet. verbo *Penitus*, Felin. *in c. Rodulphus*, *num.* 34. *de reſcript.* Ludov. Lopez *Inſtruct. Conſcientiæ*,

ſcientiæ tom. 2. p. 2. cap. 18. circa finem, Sayrus *in Clavi Reg. lib. 3. cap. 8. n. 21. verſic. Fallit*, & alii apud Barboſam, & Garciam. Libet Abbatem recenſere, *ad finem d. cap.* Et nota (ait) ſemper hoc dictum, quod hæc dictio *prorſus*, juncta cum verbo futuri temporis, inducit diſpoſitionem pœnæ ipſo facto. Idem dic de hac dictione *penitus*, pro hoc textu *infrà, cap. proximo, in fine.* Hæc Panormitanus. Et notat Barboſa *d. n. 239.* cum Farinacio *d. n. 68.* quod hæc privatio ipſo jure, procedit ex ratione ſpeciali in beneficio illius Eccleſiæ, in qua videtur deliquiſſe; non autem in aliis beneficiis, quæ obtinet in aliis Eccleſiis. Pro quo facit quod diximus *num. 75.*

79. *Quintodecimò* vacat ipſo jure beneficium illius, qui carceraverit Clericum, donec reſignaverit ſuum beneficium. Ita Barboſa *d. allegat. 57. n. 241.* ex *Clementina Multorum, §. Quod ſi inferiores, de Pœnis*, Gonzalez *d. gloſſa 15. num. 80.* & Maſſobrio *d. dub. 2. num. 37.*

80. *Decimoſextò* vacant ipſo jure beneficia crimen comittentis nefandum, *ex conſtit. Horrendum illud ſcelus, la 72. Pii V.* apud Angelum Cherubinum *in Bullario Magno Romano, tom. 2. pag. 267.* qui *in §. 3.* ita ſtatuit: *Omnes, & quoſcumque Presbyteros, & alios Clericos ſæculares, & Regulares, cujuſcumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni privilegio Clericali, omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, præſentis Canonis auctoritate privamus.* Quam Conſtitutionem citat Palaus *part. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 8. n. 23.* & illam exponit Barboſa *allegat. 44. à num. 21.* qui *num. 29.* ad verba illa, *Et beneficia, &c.* ita ait: Verba hæc important privationem beneficiorum ipſo jure, ita ut ante ſententiam illa poſſint impetrari: retineri poſſunt tamen, quouſque ſententia declaratoria intercedat, prout reſolvunt Lapus *alleg. 16.* incipit, *An valeat*, & *ibi* Mandoſius *addit. 1.* & Bonacina *de Matrimonio, quæſt. 4. punct. 11. num. 2. in fine*, Rota *deciſ. 728. part. 3. lib. 3. diverſorum*, Quaranta *in Sum. Bullar. verb. Sodomia, ad finem*, Laërtius Cherubinus *ad d. conſtit. Pii V. ſcholio 1.* & Campanilis *in diverſorio Iuris Canonici, rubr. 11. cap. 22. num. 10.* ibi etiam aſſerens, quod tunc non eſt neceſſaria poſſeſſoris citatio, niſi cum peteretur immiſſio in poſſeſſionem.

Interim tamen (addit Barboſa) non 81.
tenetur in foro conſcientiæ cedere beneficio, officio, & dignitati, aut reſtituere fructus, ante judicis ſententiam. Ita Bonacina *d. punct. 11. n. 2. verſic. Advertendum eſt tertiò.* Qui enim commiſit crimen, ſeu delictum, propter quod incurrit pœnam privationis ipſo jure, non amittit ſtatim titulum, ita ut teneatur in conſcientia illud dimittere ante declaratoriam Judicis ſententiam. Ita Sahagun *in cap. fin. de Sequeſtrat. poſſeſſionis, n. 79. cum ſeqq.* Morla *in Emporio Iuris, p. 1. tit. 1. quæſt. 9. num. 42.* poſt Gutierr. *can. qq. lib. 2. num. 28. cap. 5.* Henriq. *lib. 7. cap. 36. §. 1. & lib. 13. cap. 56. §. 2.* Emman. *Sum. tom. 1. cap. 129. num. 3. c. 149. num. 3. cap. 208. num. 2. & tom. 2. cap. 56. ſub num. 6. verſ. 9.* Molina *de Iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 96.* Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 8. quæſt. 3.* Suar. *tom. 5. de cenſur. diſp. 27. ſect. 1. num. 3. fine, & diſp. 40. ſect. 2. n. 17. & 22.* Petr. Ledeſma *Sum. p. 2. tract. 1. cap. 6. concl. 14.* & *tract. 9. c. 4. concl. 21. diffic. ult. & tract. 27. c. 15. concl. 4. diffic. ultima*, Vazq. 1. 2. *tom. 2. diſp. 168. à num. 23.* Leſſ. *lib. 2. cap. 29. à num. 63. & cap. 34. num. 14. & 188. & cap. 53. n. 47. & 148.* & alios, quos Nicol. Garcia *p. 11, cap. 10. num. 8.* allegat, videlicet Covarruv. *in 4. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 8. verſic. quod ipſe intelligerem*, Navarr. *in comment. de datis, & promiſſis, n. 61.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 8. lib. 2. Ordinam.* Simancas *de Catholicis Inſtitut. cap. 46. num. 72.* ibi: *Tum quia ſemper.* Vgolin. *de Simonia, tabula 1. cap. 21. §. 3. verſic. Quoad privationem, & c. 22. §. 4. num. 4.* Zerola *in Praxi Epiſcopali, verb. Privatio.* Piaſec. *in ſimili Praxi, p. 2. cap. 4. num. 96.* Suar. *de Legib. lib. 5. cap. 8.* Salas *diſp. 15. ſect. 2. & 3. præcipuè à num. 45.* Sanch. *in Decalogi præcepta, lib. 2. cap. 22. quæſt. 2. & cap. 26. num. 7.* & *cap. 39. num. 32.* Sot. *de Iuſt. & jure, lib. 1. quæſt. 6. art. 6.* præſertim *ad ultim.* Vega *2. p. cap. 101. caſu 68.* Zechius *de Beneficiis, & Penſionib. cap. 5. n. 4. circa finem*, Proſper de Auguſtin. *in addit. ad Quarantam, verb. Beneficiorum reſignationes, verb. Simonia*, & *verb. Sodomia.*

Pro quo facit (addit Garcia *n. 9.*) 82.
quod de lege pœnali imponente pœ-

nam ipſo jure, ſeu ipſo facto, ultra iſtos, tradunt Covarr. *ibi*, *num.*10.& *in regulæ Peccatum*, 2. *p. cap.*8. §.6. Navarr. *in Manual. cap.* 2.*num.*69. Simanchas latiſſimè *d. tract. cap.* 9. *à n.* 157. Ludov. Mexia *in Pragmatica frument. concl.* 6. *à num.*64. Penna *in Director. Inquiſitor. p.* 3. *comment.* 158. Ant. Gomez *tom.*3.*Variarum*, *cap.*3.*num.*5. ſignanter *in novis editionibus*, *& c.ult. n.*3. Botteus *de Synodo*, *p.* 3. *art.* 2. *n.* 106. *&* 107. Padilla *in l.Si quis major*, *n.*5. *C. de Tranſaction.* Azevedo *in initio tit.* 1. *lib.* 2. *Recopilat. à num.* 23. Joan. Gutierr. *Canonic. qq. lib.* 1. *cap.* 1. *n.*25. & *lib.* 2. *cit. cap.* 5. *num.* 28. Ugolin. *loco cit. tab.* 2. *cap.* 6. §. 1. *num.* 2. Zerola *d. verbo Privatio*, §. 3. Morla *d. quæſt.* 9. Vela *de Pœnis delictorum*, *cap.* 14. *verſic. Tertiò Hæretici*, & *cap.*31.*verſic. Contra eos verò.* Zeval. *quæſt.* 113. *&* 687. Parlad. *differ.*1. *num.*17. Cajetanus 2.2. *quæſt.*62. *art.* 3. *& in Sum. verbo Pœna.* Sylveſter verb. *Aſſaſſinus*, *num.* 4. & verbo *Hæreſis*, 1. §. & verbo *Pœna*, *num.*25. Victoria *in relect.*1. *de Inſulanis*, 1. *p. num.* 14. Corduba *lib.*1. *q.*36. Barth. Medina 1.2.*quæſt.*96.*art.*4. Bannez 2. 2. *quæſt.* 12. *artic.* 3. *& quæſt.*62. *artic.*3. Aragon. *quæſt.*12.*art.*2. *& q.*62. *art.* 3. & *ibidem* Salon *controverſ.*1. Valentia 2. *tom. diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 6. *&* 3. *tom. diſp.*1. *quæſt.* 11. *punct.*3. Molina *d. diſp.* 96. *& præced. &* 715. *n.*10. Ludovic. Lopez *inſtruct. negotiantium*, *lib.* 2. *cap.* 30. *& inſtruct. conſcientiæ*, 1. *tom. cap.* 296. Philiarcus *de Offic. Sacerdotis*, 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. Graffis *in deciſ. Aureis*, *lib.*2. *cap.*11. Ludov. Carb. *de legib. lib.* 8. *diſp.* 9. Vega *in Sum.* 2. *p. cap.*23. *caſu* 6. *&* 7. Roderiq. *qq. Regular.*1. *tom. quæſt.*6. *art.*16. Azor *lib.*5. & alii plures, quos refert Cenedo *Collect.*2. *ad Decretum*, *num.*3. qui contra Abbatem, & Felinum *in cap...de Conſtitut.* Corſetum *in Singular. verſic. Pœna ubicumque*, Ludov. Gomez *in cap.*1. *de reſcriptis*, *in* 6. *num.*9. Tiraquellum *d. verbo Revertatur*, *num.* 446. *ſeu* 236. Guillelm. Benedict. *in repetit. cap.* 1. *Raynutius*, *verb. & uxorem* 5. *num.*276. Alphonſum à Caſtro *de juſta hæreticorum punitione*, *lib.*2. *cap.*6. *& de lege pœnali*, *lib.* 2. *per totum*, & Fr. Franciſcum à Chriſt. *in* 3. *diſt.* 23. 24. *&* 25. *de Hæreſi*, *quæſt.* 6. & alios, quos ipſi referunt, docent, quod etſi lex pœnalis imponens ipſo jure, ſeu ipſo facto, pœnam, quæ conſiſtit in mera privatione, & non requirit aliquam actionem, ſeu executionem poſitivam, ſed quod in idem recidit, primam rei acquiſitionem impedit, obligat in conſcientia ad pœnam, abſque aliqua Judicis declaratione, ut in excommunicatione, ſuſpenſione, irregularitate, inhabilitate, incapacitate, & ſimilibus: tamen quando pœna requirit aliquam actionem, ſeu executionem poſitivam, ſeu imponitur in re jam quæſita, non obligat in conſcientia ad pœnam ante ſententiam, ſaltem declaratoriam, ſeu condemnationem de crimine, *cap. Cùm ſecundum leges*, *de Hæreticis*, *in* 6. facit lex *Ejus*, *qui delatorem*, *ff. de Iure fiſci.* Hactenus Garcia *d.num.*9. & *num.* 20. in ſequentia prorumpit.

Quod adeo verum eſt, ſecundum aliquos ex citatis, ut committens delictum, propter quod ipſo jure privatur bonis, non amittat dominium eorum ante ſententiam, ſed illud retineat, & non ſolùm legitimam poſſeſſionem. Archidiac. *in d. c. Cùm ſecundùm leges*, Simanch. *ſuprà*, *à n.*228. Joan. Gutierr. *d.num.*28. Victoria, Soto, Medina, Bannez, Enriq. Molina, Rodriq. *ſuprà*. Ludovic. Lopez *inſtruct. conſc.*1. *tom.*1.*cap.*111. Ledeſma *d.tract.*1.*cap.*6.*concl.*1.*& tract.*8. *c.*9.*concl.*7. Vazq.*tract.*5.*diſp.*170.*à n.*4. Salas *d. diſp.* 15. *ſect.* 4. *à n.*54. & probabile dicit Corduba *ſuprà*, & Sanchez *d.cap.*22.*num.*3. *&* 30. qui tamen *cap.* 26. *num.*7.10. *&* 12. *de titulo beneficii* aliter dicit, non procedens conſequenter. 83.

Pro eo autem, quod ſtatim amittat dominium, & illud acquirat fiſcus, recenſet Ancharanum, Dominicum, Francum, & alios *in c. Cùm ſecundùm leges*, Cajet. *d.art.*3. & plures alios ex ſuprà allegatis. Et utramque conciliat ſententiam dicendo, quod prima intelligatur de dominio naturali, ſeu de jure naturali: ſecunda verò de dominio civili, ſeu de jure civili, & Canonico: ſeu prima, de dominio imperfecto, quod amittit. Fr. Franc. à Chriſt. *ſuprà*, & Simanch.*n.*230.233. *&* 242. Sed ait Garcia *n.* 13. ex Molina *d.diſp.*96. illud in beneficiis, præſertim Eccleſiaſticis, intelligendum eſſe, quando non ſubjungitur aliud verbum, unde conſtet mentem Sum- 84.

mi

mi Pontificis eſſe, ut amittantur, nulla exſpectata ſententia, quale ait, videtur eſſe illud Pauli Secundi *in Extrav. Ambitioſæ:* Clericus, qui bona Eccleſiæ alienaverit, ipſo facto privatus exiſtat beneficiis Eccleſiaſticis, *illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur.* Idem tenet Sylveſter *verb. Aſſaſſinus, in fine*, & videtur tenere Sot. *d. art. 6. ad finem*, & ſequuntur Joan. Gutierr. *d. num. 28.* Salon. *d. controv. 1. ad fin.* Philiarc. *ſuprà, in fine*, Ludov. Carb. *circa fin.* Azor *d. cap. 7. quæſt. 6. & cap. 8. quæſt. 3.* Zech. *ſuprà*, Avila *de cenſur. p. 1. dub. 7.* Suarez *de Legib. d. lib. 5. cap. 8. 3. reg. & cap. 5. n. 8.* & Vivaldus *in Candelabro Aureo, in Explanat. Conſtit. Sixti V. de Habitu, & Tonſura, 11. notabili*, in terminis illius conſtit. (de qua *ſuprà, num. 42.*) ubi Clerici obtinentes beneficia, non deferentes habitum clericalem, & tonſuram, elapſo tempore eis præfixo, privantur beneficiis, ac ſine ulla alia monitione, citatione Iudicis, decreto, aut miniſterio, ipſo facto privati declarantur, &c. licèt Ledeſma contradicat *2. p. Sum. tract. 7. cap. 2. circa 14. concluſ. ad fin. pag. 384. & 385.* Hucuſque Garcia. Sed ultimam ejus in puncto reſolutionem vide infrà, *n. 93.*

85. *Decimoſeptimò*, ipſo jure vacant omnia illorum beneficia, qui pro obtinendis beneficiis ſeipſos pro aliis examini ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, ut ab his aliquid conſequantur, vel quando pro ſeipſis impetrant beneficia cum intentione illa reſignandi, reſervata ſibi penſione, vel non reſervata ad favorem aliorum, ut cavetur *in Conſtitutione 12. Pauli IV.* incipit *Inter cæteras, ſub die 26. Decembris* 1557. quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales, à qua abſolvi nequeant, niſi à Pontifice, præterquam in mortis articulo, & *privationem omnium beneficiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda eo ipſo, abſque alia deſuper declaratione, incurrant.* Verba ejus ſunt. Citatur à Palao *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 8. n. 21.* Refertur à Barboſa *alleg. 57. num. 246.* & habetur apud Bullarium magnum Angeli Cherubini, *tom. 1. pag. 821.* Ideoque inolevit jam in Curia Stylus, ut exigatur juramentum à petente beneficium, quod non accipit animo illud dimittendi, ut teſtatur ibi Barboſa, poſt Flamin. *de reſignatione, lib. 9. quæſt. 10. num. 4. & 5.* Et contra ita ſe pro aliis ſupponentes, Benedictus XII. edidit Conſtitutionem ſuam, *Quoniam, la 7. & ultima apud d. tom. 1. Bullarii, pag. 274.* illis eaſdem pœnas infligentem. Et contra mentientes perſonas in literis Apoſtolicis, ut earum expeditionem gratis aſſequantur, conſtitutionem *Cum ſicut, la 11.* edidit Innocentius Octavus, *pag. 453.*

Decimooctavò vacant ipſo jure be- 86.
neficia retinentis indebitè ſcripturas ſpectantes ad Cameram Apoſtolicam, & illas non reſtituentis, necnon ſcientis, & non revelantis. Barboſa *d. allegat. 57. n. 249. ex Conſtit. Iulii III. ſub ultima die Aprilis*, 1552. Maſſobr. *d. dub. 2. num. 46.* Refertur dicta Conſtitutio à Barboſa, ſed non exiſtit *in d. Bullario*, inter hujus Papæ conſtitutiones. Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 8. n. 18.* vacare etiam tenet.

Decimononò vacant ipſo jure bene- 87.
ficia offendentium litigantes in Curia Romana, eorumque Iudices, Advocatos, Procuratores, vel Notarios. Barboſa *d. allegat. 57. n. 250.* ex conſtit. 2. Alexandri Sexti, incipit, *In eminenti Sedis*, quæ habetur *in d. tom. 1. Bullarii, pag. 474.* & comprehendit etiam offendentes procuratores, & negotiorum geſtores, & qui conſilium, auxilium, vel favorem, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè, pro ſe, vel pro aliis præſtiterint. Et ultra alias cenſuras, & pœnas, imponit amiſſionem omnimodam cauſæ, *& omnis juris, tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ac in re, vel ad rem, cauſa, vel occaſione hujuſmodi quomodolibet competens, eo ipſo perdant penitus, & amittant. Si verò alii fuerint, ab ipſa Curia, & omnibus ejuſdem Romanæ Eccleſiæ terris, perpetui exilii, omni ſpe reſtitutionis adempta; & ſi mutilatio membri, vel mors (quod Deus avertat) ſubſequatur, ultra cauſæ, & juris amiſſionem, ac exilii pœnam hujuſmodi, tam ipſi, quàm pro eis præmiſſa exequentes, & omnes alii ſupradicti, depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, ac læſæ Majeſtatis criminis ſententias incurrant ipſo facto. Eorumque officia, etiam ejuſdem Romanæ Curiæ, ac beneficia quæcumque ex*

tunc

tunc ipſo jure vacare decernimus, & quæ, ut præmittitur, vacatura, noſtræ, & Sedi prædictæ collationi, & diſpoſitioni, de ſimili Fratrum eorumdem conſilio reſervamus, & liberè aliis per nos, & Sedem prædictam dumtaxat conferentur: inhibentes, ne quis, præter Romanum Pontificem, quacumque ſit ſuper hoc auctoritate munitus, de illis diſponere, vel circa illa, per viam permutationis, vel alias innovare quoquo modo præſumat. Decernentes ex tunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Sintque etiam in ſuis bonis omnibus, à cunctis perpetuò diffidati nihilominus, & banniti, ac infames, & inhabiles habeantur, &c. Hæc Alexander Papa *in §. 4.* dictæ Conſtitutionis. Et quoad excommunicationem Sedi Apoſtolicæ reſervatam, quotannis fertur in die Cœnæ Domini ſententia, *in Canone 12.* contra hujuſmodi perſonas offendentes per ſe, vel per alios, recurrentes ad Curiam Romanam ſuper eorum cauſis, & negotiis, ac illa in eadem Curia proſequentes, negotiorum geſtores, procuratores, advocatos, Judices, &c. De dicta vacatione teſtatur etiam Palaus *p. 2. tract. 13. diſp. 6. punct. 8. num. 5.*

88. *Vigeſimò* vacant ipſo jure beneficia per confidentiam, utpote quando quis reſignat alicui beneficium, ſub confidentia, quod reſignatarius poſtea reſignet alteri perſonæ, reſignanti dilectæ, vel in aliis caſibus contentis *in Conſtitutione Pii IV.* incipit *Romanum Pontificem, ſub 17. Kalendas Iunii 1564. & in Conſtit. Pii V. ſub Kalendas Iunii 1569.* Referuntur à Barboſa *d. alleg. 57. num. 252.* qui citat Maſſobrium *de Confidentia, q. 58. per totam*, Palaum *num. 6.*

89. *Vigeſimoprimò* vacant ipſo jure beneficia blaſphemi in Deum, beatamque Dei Matrem, tertiò de hoc crimine accuſati. Bauny *diſp. 7. in Epitome, cap. 2. verſic. Sextò*, ex Conſtitut. Julii III. incipit, *In multis, la 23. apud d. Bullarium, tom. 1. pag. 803.* qui *in §. 2.* ita ſtatuit: *Tertia vice convictis Nobilibus, tam divitibus, quàm pauperibus, tripliciter pœna pecuniaria reſpectivè, ut ſuprà, ulterius ſint ipſo jure privati beneficiis Eccleſiaſticis, & officiis quibuſcumque, dignitatibus, titulis, magiſtratibus, honoribus, ſint inteſtabiles, tam activè, quàm paſſivè. Sint inhabiles ad ferendum teſtimonium. Sint banniti publicè per triennium ab Vrbe. Vilibus imponatur fuſtigatio, aut deportatio ad triremes per triennium, & exulent perpetuò.* Hæc ibi, poſtquam pro prima, & ſecunda vice alias pœnas inflixerat, inter eaſque notam infamiæ, & inhabilitatem ad quæcumque beneficia, ad gradus, dignitates, & honores obtinendos. Addo Palaum *d. punct. 8. n. 9.*

Pluribus aliis modis vacare ipſo 90.
jure beneficia ait Barboſa *d. allegat. 57. n. 251.* ex Maſſobrio *d. dub. 2.* Videlicet *num. 52.* per inſordeſcentiam in excommunicatione. *Num. 53.* per decretum de dimittendo. *Num. 54.* per malam promotionem ad Ordines. *Num. 56.* per diſpoſitionem fundationis. *Num. 57.* per novam creationem beneficii, & *num. 59.* per collationem factam conſanguineis, aut affinibus, vel familiaribus collatoris, vel reſignantis in manibus Ordinarii, *ex Conſtit. Gregorii XIII.* incipit, *Humano*, & *num. 63.* per intruſionem. Non tamen omnes iſti modi ad præſentem articulum ſecundum, de Vacatione ob delictum, ſpectant, ſed ad *primum*, de inſordeſcente, quem nos hic pro vigeſimoſecundo aſſignamus. *Tertium* etiam de mala ad Ordines promotione, pro vigeſimotertio firmamus. *Quartum* de collatione facta conſanguineis, &c. fateor me in illa non invenire Conſtitutiones. De *quinto* denique, jam diximus ſupra, *num. 46.* ipſo jure vacare beneficia ob crimen intruſionis, ſeu violentæ ingreſſionis in poſſeſſionem. De *ſecundo* diximus *num. 34.* De caſu diſpoſitionis fundationis, dictum eſt *num. 3.* De nova beneficii creatione, diximus *quæſt. 6. ſignanter num. 1. 4. 5.*

SECTIO II.

Referuntur effectus aliqui vacationum beneficiorum, dignitatum, & officiorum ipſo jure.

SUppoſito, quod non inducatur 91.
privatio ipſo jure beneficiorum, & aliorum in titulo ſectionis contentorum, niſi jure, aut Conſtitutionibus Apoſtolicis extra illud vagantibus, ſit cautum, & expreſſum; & in dubio præſumatur quis per ſententiam Judicis privandus, ut benè Barboſa,

boſa *alleg.*57.*n.*252. cum Tiraquello *in l.Si unquam, C.de revocandis donat. verb. revertatur, num.* 248. *ſeu* 205. Farinacio *in Praxi crimin. p.* 1.*q.*19. *n.* 46. Rebuff. *de Pacificis poſſeſſorib. num.*318. Gonzalez *in Reg.*8. *Cancell. gloſſa* 15. *num.* 153. Nicol. Garcia *de benefic. p.*3.*quæſt.*2.*n.*6. *&* 9. Corraſio *de benefic. p.*1.*cap.*10. *num.*1.*& p.*3.*c.*6. *num.* 12. Bernardo Diaz de Lugo *in Pract.crimin.Canonica, cap.*131. Mandoſio *de Signat.gratiæ, tit. de privatis, in princ. & verſic. Secundum eſt, quod pœna.* Plaza *de delictis, cap.*11. *num.* 2. Hojeda *de Incompatibilitate benefic. cap.* 24. *n.*82. Azevedo *in l.*2. *tit.*1.*lib.*2.*regula* 10. Hieron.Gabriele *conſ.* 196.*lib.*1. *&* 187. *lib.* 2. Henriq. *lib.*13.*cap.*56. §. *Quartò.* Joan. Quint. *in repet. cap. De multa, de Præbend. num.*80. Suarez *de Relig.tract.*3.*lib.*4. *cap.*58. *num.*4.*& tract.*5.*lib.*3. *cap.ult. num.*4. *&* 6. & Rota *deciſ.* 134. apud Farinacium, Achilles *deciſ.*366. *unica de Pœnis, p.*1. *diverſor. deciſ.*769. *n.*2. idem Garcia *d.cap.*10. *num.*2. pro eodem adducit Aymonium *de Antiquit. temporis, p.*4.*ſect.*2. *num.*148. Achilles *deciſ.*201. *ſeu* 1. *de Iurejurando, num.*5. ex gloſſa *in cap. fin. de jurepatr.* communiter approbata, ut per Tiraquellum *loco citato, num.*249. *vel* 206. Didac. Perez *ad Seguram, tract. de bonis lucratis conſtante matrim. num.*166. & *ad Villad. de Irregularit.cap.*1.*à n.*17. Hojeda *de Incompatibil. c... num.*5. *& ſeqq.* Piaſec. *in Praxi, p.*2.*cap.*5. *n.*59. & Gonzalez *d.gloſſ.*15. *n.*136.*& ſeqq.*

92. Quo igitur ſuppoſito, ad recenſendos effectus privationis, ſeu vacationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum, deveniamus.

Primus effectus eſt, quod ſi vacat beneficium, &c. ipſo jure, ratione alicujus capitis ex ſuprà relatis, vacat in ipſomet puncto, quo contrahitur matrimonium, emittitur ſolemnis profeſſio religioſa, aut committitur delictum, aut quaſi delictum, &c. Ita Barboſa *d.alleg.*57. *n.*253. cum Probo *in Addit. ad Monachum, in cap. fin.de conſuetudine, num.* 19. Gonzalez *d. gloſſa* 15. *num.*141.

93. *Secundus* effectus eſt, quod committens delictum, ob quod ipſo jure privatur beneficiis, ſeu officiis publicis, ita illorum amittit titulum, & dominium illorum, ut ea in conſcientia dimittere teneatur, non ſolùm poſt ſententiam Iudicis, ſed etiam ante illam: & fructus ſuos non facit, ſed ad illorum tenetur reſtitutionem. Ita Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.* 11. *cap.*10.*num.*18.*& ſeqq.* ibi enim dicit: Verius mihi videtur, quod committens delictum, ob quod privatur ipſo jure, ſeu ipſo facto beneficiis, ſeu Officiis publicis, tenetur in conſcientia illa dimittere, non ſolùm poſt ſententiam, quod certum exiſtimo, quicquid dicant Covar. Henriquez, & Azor; ſed ante ſententiam, ut in ſpecie tenent Abbas *in repetit. cap. Exſtirpandæ, §. Qui verò, n.*24. *de Præbend.* Felin. *in cap. In noſtra, de reſcript. corol.*2. *num.*12. *&* 13. & *in cap. Inquiſitionis, de Accuſation. num.*7. Navar. *in Manual.cap.*23.*num.*67. Flamin.Pariſ. *lib.*3.*q.*1.*n.*22.*&* 81. & poſt hæc Lorca 1.2.*diſp.*24.*de Legib.n.*2.§.*ult.*

Nam licèt in pœna amiſſionis propriorum bonorum non debeat lex, immò nec ſecundùm aliquos ex citatis, poſſit obligare in conſcientia delinquentem, ut ſit executor illius contra ſe ante ſententiam; talis enim non eſſet tolerabilis, & moraliter poſſibilis, ut requiritur, *cap. Erit autem lex,* 4. *diſt.* quamvis ad aliquas parvas pœnas rectè poſſit lex obligare in conſcientia, ante condemnationem. Navar. *d.cap.*23.*n.*67. Molina *d. diſp.*95. (*de Iuſt.tom.*1. *tract.*2.) *circa finem,* & alii, juxta tradita per Suarez *d.tom.*5. *diſp.*3. *ſect.*1. *num.*10. *&* 11. Vazq. *d. diſp.*168.(1.2.*tom.*2.)& Lorca *d.diſp.*24. Suar. *de Legib. d.lib.*5. *cap.*5. *num.*15. *&* 16. & *cap.*7.*n.*5.*& cap.*8. *num.*9. & Salas *diſp.*15.*ſect.*2. & ſic per illa verba *ipſo jure*, ſeu *ipſo facto*, non cenſeatur ad id obligare. 94.

Tamen in bonis communibus, qualia ſunt beneficia, & officia publica, rectè poteſt obligare delinquentem ad illa dimittenda ante ſententiam; cùm illa particulariter dependeant à lege Eccleſiæ, ſeu Republica, vel Principe, à quibus conferuntur, & ſic poſſint ab eis dari, vel auferri, ut placuerit, maximè ex cauſa, & tenent Sylveſter, Soto, Ioan. Gutierrez, Salon, Molina, Vivaldus, & Azor ſuprà relati *num.* 13. & Enriquez *d.cap.*56.§.1. *in princ.* cum aliis citatis in gloſſa, *lit.T*, ait: Ius, ob crimen, poſſe clericum 95.

ricum titulo beneficii habiti, quod tanquam bonum commune pertinet ad diſpenſationem Eccleſiæ, privare ipſo facto, abſque alia declaratione.

96. Et confirmatur, nam ut eſt in confeſſo apud omnes, lex poteſt in pœnam impedire acquiſitionem fructuum, & proventuum beneficiorum & aliorum officiorum publicorum, ita ut in conſcientia debeant reſtitui abſque aliqua ſententia. Ita de facto ſæpè facit, ut in non recitantibus horas, & non facientibus profeſſionem Fidei, &c. Ergo poteſt etiam obligare ad illa dimittenda. Aliàs enim non poſſet impedire dictam acquiſitionem fructuum, cum eſſet indirectè obligare ad illa dimittenda, ſicut in bonis privatis propriis, quemadmodum non poteſt, aut non debet lex obligare aliquem in pœnam ad illa dimittenda in conſcientia, & ſe illis ſpoliandum; ita non poteſt, aut non debet obligare ad reſtitutionem fructuum illorum, &c.

97. Quod autem per illa verba, *ipſo jure*, ſeu *ipſo facto*, cenſeatur velle obligare in conſcientia ad illa dimittenda ante ſententiam, patet ex ipſa ſignificatione, & vi verborum, & ex ſubjecta materia. Tum etiam, quia in pœna excommunicationis, ſuſpenſionis, inhabilitatis, & ſimilibus, ex ſolis illis verbis cenſetur lex obligare ad pœnam in conſcientia ante ullam ſententiam. Ergo ſimiliter in propoſito dicendum eſt, per illa verba velle obligare in conſcientia ad pœnam amiſſionis beneficiorum, ſeu officiorum publicorum, ſtante quod ad illam rectè poteſt obligare, ut dictum eſt: & ſi aliquando adduntur alia verba, eſt ad majorem declarationem, & abundantiam. Facit quod tradit Suarez *d.* 5. *tom. diſp.* 3. *ſect.* 3. *num* 8. & *de legib. d. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 1. & Salas *diſp.* 15. *ſect.* 3. & ita tenet Lorca *d. diſp.* 24. *mem.* 1. *reg.* 1. *mem.* 2. §. *ult.*

98. Et confirmatur prædicta ſententia; nam ſecundùm DD. communiter, cum quis eſt privatus beneficio ipſo jure, etiam in pœnam, ſtatim, nulla expectata ſententia, nec citato poſſeſſore, poteſt conferri, & impetrari, & præſentatio, vel electio fieri, ut *in c. licèt Epiſcopus, de Præbend. in* 6. & Gloſſa verbo *Te non vocato*, & Franc. *in fine, & in cap.* 1. *de Homicidio, eod. lib.* & *ibi* Gloſſa *ult.* Dominicus, & alii, & *in c. Felicis, de Pœnis, eod. lib.* & *ibi* DD. & *in d. Extrav. Ambitioſæ, in d. Conſtit. Sixti V. de Habitu, & Tonſura*, ibi: *Ac tam beneficia ipſa per privationem hujuſmodi vacare, & liberè aliis conferri poſſe.* Et in Bulla Sixti IV. de qua in motu proprio, & in Bulla Leonis, de Canonicatu Doctorali, & Magiſtrali, *ſuprà adductis, p.* 5. *cap.* 4. *num.* 169. Et inferiùs ait Garcia: Si ergo beneficium, quo quis eſt ipſo jure privatus, poteſt tanquam vacans alteri conferri ante ſententiam, ſequitur quod ille non habet in eo titulum, nec poteſt illud retinere, ſed tenetur relinquere ei, cui proviſum eſt, &c.

99. Confirmatur etiam prædicta ſententia; nam ſecundùm DD. communiter, geſta ab eo, qui eſt privatus beneficio, ſeu officio ipſo jure, non valent, ſi privatio eſt notoria, ut per DD. citatos *d. p.* 5. *cap.* 4. *num.* 329. ubi de hoc: quæ tamen deberent valere, ſi ille ante ſententiam non teneretur dimittere beneficium, ſeu officium; aliàs enim daretur quædam implicatio. [Quæ autem dixerit loco citato, & qui fuerint DD. paulò poſt referam.]

100. Rurſus confirmatur: nam in caſu *cap. Licèt canon, de Elect. lib.* 6. omnes ferè concedunt obtinentem Parochialem, ſi non ſit infrà annum ad Sacerdotium promotus, ob quod ipſo jure illa privatur, non poſſe illam retinere, ſed debere relinquere.

101. Nec ſatisfacit, quod dicit Navar. *in Manual. cap.* 25. *num.* 117. & *de Oratione, cap.* 21. *num.* 54. Salzedo *in Praxi, cap.* 53. *Addit.* 1. Joan. Gutier. *d. cap.* 5. *num.* 15. Ludov. Lopez 1. *tom. cap.* 256. Coſm. Philiarc. *d.* 2. *p. lib.* 6. *cap.* 22. *circa fin.* Man. Rodrig. 1. *tom. cap.* 30. *num.* 3. & Vega 1. *p. cap.* 36. *caſu* 20. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 101. quod in illo caſu conſtat de mente Legiſlatoris id volentis, & quod privatio, de qua ibi, non imponitur propriè ut pœna, ſed ut quædam conditio, vel modus rei traditæ, ſub qua beneficia conferuntur quodam modo, &c. Ad quod etiam alludit, quod aiunt Soto *lib.* 5. *quæſt.* 5. *art.* 6. & Barthol. Medina 1. 2. *d. q.* 96. *art.* 4. *ad* 9. quod iſta lex non eſt pœnalis, ſed conventionalis, &c.

Nam

102. Nam magis conſtat de iſta mente in illo caſu, quàm in aliis, in quibus imponitur pœna privationis beneficiorum ipſo jure, & ſi in illo caſu eſt, ut quædam conditio, vel modus rei traditæ, idem etiam erit in aliis: & ita Navar. ibi non ſolùm loquitur in illo caſu, ſed etiam in aliis, ut patet ibi, *ut illo, vel illo caſu, &c.* conſequenter ad id, quod dicit *d. cap.* 23. *num.* 67. Negari tamen non poteſt illam eſſe propriè pœnam, & legem pœnalem. Suar. *d. lib.* 5. *de Leg. cap.* 5. *num.* 8. & *cap.* 8. *à num.* 10. qui tamen malè ait, illam obligationem in conſcientia apertiſſimè declarari *d. cap. Licèt Canon*, ibi: *Nulla etiam præmiſſa monitione*; ibi enim non agitur de monitione circa dimiſſorias beneficii, ſed circa promotionem.

103. Nec audiendus eſt Zerola *1. p. verb. benefic. §.* 4. *d.* 4. dicens *in d. cap. Licèt Canon*, non teneri Parochum dimittere Parochialem, niſi poſt latam ſententiam.

104. Nec etiam audiendus eſt Doctor Sahagun *in d. cap. fin. de Sequeſtratione poſſeſſionis*, *n.* 81. dicens, Judicis pronuntiatione opus eſſe in ſpecie *d. cap. Licèt Canon*, quem videtur ſequi Morla *d.* 1. *p. tit.* 1. *quæſt.* 9. *n.* 45. in quo malè loquitur, & contra communem.

105. Et pejus ibi loquitur idem Sahagun, dum ait, Iudicis pronunciatione opus eſſe in ſpecie *d. cap. Licèt Epiſcopus*, 2. *p. de Præbend. in* 6. quem etiam videtur ſequi Morla *ibi*, *num.* 46. nam in ſpecie illius textus, abſque controverſia debet dimitti, etiam ante ſententiam judicis, primum beneficium, quod vacavit per aſſecutionem ſecundo incompatibilis; quia ibi non agitur de pœna. Enriquez *d. lib.* 13. *c.* 56. §. 2. *verſ. Sic ſine crimine, & in gloſſa, lit. C*, & alii.

106. Requiritur autem ibi vocatio poſſeſſoris, cui forſitan jus poſſet competere retinendi: nam & injuſtus poſſeſſor non debet removeri à poſſeſſione inauditus, & ſine cauſæ cognitione, *argum. cap. In literis, de reſtitut. ſpoliatoriam*, Felin. *in cap. fin. de Præſumptionibus*, *n.* 24. Navar. *in cap. Accepta, de reſtitut. ſpoliat. oppoſit.* 8. *ſolut.* 1. *n.* 18. Ferret. *conſ.* 1. *num.* 4. & 9. & *conſ.* 10. & *conſ.* 339. *num.* 7. Mandoſ. *regula* 16. *quæſt.* 23. *num.* 5. & *ad Lapum d. alleg.* 16. *lit. H*, Gravatius *ad Veſtrium, in Pract. lib.* 5. *cap. ult. n.* 22.

Ex quibus tandem planè convincitur, meo judicio, illa communis ſententia, de qua *ſuprà*, *n.* 8. quæ non poteſt admitti niſi fortè ex uſu, & conſuetudine, ſi illa recipitur: nec tunc eſſet admittenda, ut beneficium, uti vacans per privationem ipſo jure, eſſet alteri collatum, juxta ſuprà dicta: nec ubi privatio eſſet notoria, ut *ſuprà*, *num.* 27. 107.

Et ex ſupradictis infertur, leges Collegiorum, imponentes pœnam privationis Collegii *ipſo jure*, ſeu *ipſo facto*, tale quid facientibus, obligare in conſcientia ad pœnam ante ſententiam. Soto *d. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 6. Medina *quæſt.* 96. *art.* 4. *ad* 4. & alii, maximè cùm iſtæ leges in effectu impediant acquiſitionem eorum, quæ accepturi ſunt à Collegio. Aragon *d. quæſt.* 11. *art.* 3. *verſic. Ad aliud, de legibus Collegiorum*, licèt contrà teneant Navar. *cap.* 23. *num.* 61. Ioan. Gutier. *d. cap.* 5. *num.* 17. Molina *d. diſp.* 96. *circa fin.* & Coſm. Philiarcus *ſuprà*. Hucuſque doctiſſimus Nicol. Garcia *de benefic. p.* 11. *cap.* 10. *à num.* 18. *ad n.* 36. *incluſivè*. Quæ autem ipſemet dixerat *p.* 5. *cap.* 4. *num.* 329. ad quem ſe remiſerat *ſuprà*, *num.* 99. quæ ſequuntur ſunt, pro reſponſione dubii, *num.* 328. propoſiti, ſub tenore ſimiliter ſequenti. 108.

Quartum dubium eſt, an valeat collatio facta ab Epiſcopo, ſeu Prælato, qui commiſit aliquod crimen, ob quod ipſo facto, & ipſo jure privatus eſt Prælaturâ, putà quia incidit in hæreſim, juxta dicenda *infrà*, 11. *part. cap. ult.* 109.

Et dicendum eſt valere, cùm privatio eſt occulta; quandiu enim toleratur in officio, nec privatio eſt notoria, rata eſſe debent, quæ ab eo interim geruntur, *ex d. l. Barbarius*. Ita Butrius *in d. cap. Nihil, de Electione, num.* 32. & *ibi* Abb. *num.* 12. Iaſon *in d. l. Barbarius*, *num.* 52. Selva *d. 2. p. q.* 12. *num.* 1. Corraſius 2. *p. tap.* 4. *n.* 13. Greg. Lopez *in l.* 21. *tit.* 4. *partita* 1. *verb. No puede*, & *ibi* Humada *in addit. n.* 1. Navarr. *in cap. Placuit, de Pœnit. diſt.* 6. *n.* 179. & *in Man. cap.* 9. *num.* 11. *aliàs* 8. & *conſ.* 1. *de Offic. Ordinarii*. Ugolin. *d. tabula* 1. *cap.* 2. §. 22. *n.* 4. & *de Offic. Epiſcopi, cap.* 4. §. 1. *num.* 2. & 3. Azor 2. *p. lib.* 7. *cap.* 17. *quæſt.* 4. Man. Rodrig.

dicto cap. 12. *del Orden Iudicial, num.*6. Leſſius *d. lib.* 2. *cap.* 20. *num.*64. *&* 67. Avila *d. diſp.* 6. *dub.*7. Angelus, Roſella, Tabiena, Silveſt. Armilla, Aragon, & Ludov. Lopez *ubi ſuprà*, & Enriquez *d. lib.* 6. *cap.*7. §. 2. *in gloſſa, lit. G. & lib.*11. *cap.*3. §.4. *in gloſſa littera* I. *lib.*13. *cap.* 7. §. 6. *in gloſſa, lit. B.* Azor. *d. lib.*5. *cap.*8. *q.*... & Thom. Sanchez *d. diſp.* 22. *quæſt.*6. qui alios citat. Hæc, & alia, ad propoſitum, dicit Garcia poſt *d. num.* 329.

110. Dictis ab iſto graviſſimo Authore, conſonant à me ipſo dicta *in diſquiſit. tom.*2. *diſq.*1. *dub.*13. *à num.*5. Ibi enim dixi, pœnam diſtingui in poſitivam, & privativam, cum Amico *tom.*5. *diſp.*5. *ſect.*11. *num.*253. Poſitivam appellavi eam, quæ requirit activam executionem, qualis eſt ſolutio pecuniæ, exilium, deportatio, quæ eſt exilium perpetuum, fuſtigatio, occiſio, &c. Privativam verò, eam quæ in ſola paſſione, vel privatione conſiſtit: hujuſmodi eſt pœna inhabilitatis, privationis vocis activæ, cenſuræ, excommunicationis, ſuſpenſionis, interdicti, & aliæ hujuſmodi.

111. *Num.*6. *& ſeqq.* recenſui ſententias circa obligationem ſubeundi utramque pœnam, à lege humana inflictam; & primò recenſui Cajetanum 2.2. *q.*62. *art.* 3. docentem, non poſſe legem obligare ad ſubeundam pœnam poſitivam, quia lex pœnalis, quà talis, non obligat deliquentem ad pœnam infligendam, ſed ad tolerandam tantùm. Poſſe tamen obligare ad ſubeundam pœnam privativam ante Judicis ſententiam, abſolutè aſſerit.

112. *Num.*7. recenſui Sotum *lib.* 1. *de Iuſt. & Iure, quæſt.* 3. *art.*6. partim concordantem Cajetano, & partim diſcordantem. Concordat enim quoad primam partem de pœna poſitiva: quia pertinet ad officium Judicis (inquit) pœnam infligere, & nemo eſt contra ſeipſum judex. Quoad ſecundam verò partem, convenit cum Cajetano in hoc, quod lex obligare poſſit ad ſubeundam pœnam aliquam, quæ in ſola paſſione conſiſtat, v. gr. pœnam excommunicationis, & alias ſimiles ſpirituales, ante Judicis ſententiam: quia per excommunicationem, v. gr. non privatur ſubditus bonis propriis, ſed communibus totius Eccleſiæ, quibus per legem, abſque ſententia privari poteſt. Diſconvenit autem, quatenus docet aliquam pœnam, quæ in ſola paſſione, vel privatione conſiſtit, non poſſe obligare ante Judicis ſententiam. Exempla apponit in pœna privationis vocis activæ, in electione Cathedratici, perpetuæ manſionis in carcere, & abſtinentiæ ab omni cibo, & potu: & probat, quia ſi lex humana poſſet aliquem juſtè obligare, ut ipſo facto damnetur ad perpetuos carceres, vel ad perpetuam abſtinentiam, ſequeretur illum non poſſe fugere è carcere, vel aliquid comedere, & bibere: quod eſt abſurdum.

Num. 8. recenſui tertiam ſententiam Alphonſi de Caſtro *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 5. *&* 8. quem alii ſequuntur, docentem, quod quandocumque lex pœnam ipſo facto, vel ipſo jure infligit, ita obligationem inducit, ut eam pœnam reus perſolvere cogatur in foro conſcientiæ, etiam ante ullam criminis declarationem, & condemnationem, ita ut criminoſus ſtatim in pœnam ipſam incurrat: at verò quando lex pœnam non latam ipſo facto, vel ipſo jure, ſed dumtaxat continet inferendam, poſt criminis condemnationem, reus in foro conſcientiæ, ante judicis ſententiam, eam pœnam non contrahit, ita ut ſibi eam infligere nullo jure compellatur, nec ipſam ſolvere debeat. 113.

Pro quibus ſententiis plura in dicto dubio congeſſi, & ſignanter *à num.*71. pro eo, quod pœna privationis beneficii, officii, gradus, aut adminiſtrationis, ipſo jure inflicta, non obliget delinquentem, nec in conſcientia, antequam per Judicem declaretur commiſiſſe crimen, cui illa eſt impoſita. Pro qua concluſione allegavi Naldum, Palaum, Covarruv. Molinam, Sanchez, Navarr. Barboſam, Granadum, Peyrinum, Ventrigliam, Vazquez, Azorium, Lezanam, Sotum, Abbatem, Tamburinum, Sà, Noctinot, Valero, Dianam, Souſam, Bonacinam; in locis ibi citatis. Et potuiſſem inibi quamplures alios allegare, quos ſuprà, *num.* 80. *&* 81. *ac* 82. recenſitos habemus. Quibus tamen, & noſtra dicta aſſertione, non obſtantibus, re maturiùs, & meliùs conſiderata, & 114.

in

inſpecta, contrariam libentiſſimo amplector animo: ſapientis enim eſt mutare conſilium, & paratus ſum, & ſemper ero, illud mutare, quoties occurrit authoritas, ratio, ſeu textus præponderans, ad illud mutandum inducens. Et quid mirum? ſi Eccleſiæ Doctor Maximus Auguſtinus, de quo ipſa canit, quod adhuc *puer docilitate ingenii æquales longè ſuperans, brevi omnes doctrina antecelluit*, non ſemel, ſed ſæpè à ſe ipſo dictis, doctiſve diſceſſit, ut *in lib. ſuarum Retractationum* demonſtrat ipſe.

115. Dico ergo, quandocumque Summus Pontifex, ſive in jure, ſive extra illud, imponit ipſo facto, ſeu ipſo jure amiſſionem adminiſtrationis, beneficii, officii, dignitatis, aut gradus, aliquid patranti, aut omittenti, aut amiſſionem, & reſtitutionem fructuum, ad id obligat in conſcientia, ante omnem ſententiam, etiam criminis, ſeu facti declaratoriam.

116. Ducor primò, quia adminiſtrationes rerum Eccleſiæ, beneficia, dignitates, gradus, & officia omnia Eccleſiaſtica, propria ſunt Summi Pontificis; ipſi enim ſoli illa omnia commiſit Chriſtus Dominus, & tradidit, *Ioannis ult.* dicens: *Paſce oves meas*; ac per conſequens ad Papam ſolum pertinet providere de iis, qui curam gerant fidelium, ut cum Samuellio *tract. de Electione Canonica, tract. 1. diſp. 1. controverſ. 1. concl. 1.* dixi *in Commentariis, ad Conſtitut. 6. n. 710. & aliis in locis.* Unde bene poteſt adminiſtrationes, beneficia, &c. ſub conditionibus ſibi beneviſis concedere, quibus non adimpletis, & ſervatis, conceſſio ipſa ipſo facto, & ipſo jure irrita reddatur, ſine alia ſententia, aut declaratione.

117. Huc ſpectat, quod dixit Rota *in Ferrarienſi, ſeu Comaclenſi bonorum de Naſſellis*, 7. *Iunii* 1627. *coram Coccino Decano, num.* 11. ſub hoc tenore: Quæ omnia tanto magis habent locum in noſtro caſu, quia Papa poteſt tollere bona uni Eccleſiæ, & illa affigare alteri, *argum. Clement. Si una, de rebus Eccleſ. non alienand. & cap. Conſultationibus, & cap. Paſtoralis, de donat.* Dominium enim bonorum Eccleſiaſticorum eſt penes ipſum Papam, qui ideo eorum Dominus dicitur. Abb. *in cap. Conſtitutus, num.* 15. *de Religioſis domibus*, Æneas de Falconibus *de Reſervat. præl. 2. num. 2.* Pariſius *de Reſignat. lib. 2. quæſt. 34. num. 35.* Habetque in illis pleniſſimam poteſtatem, & diſpoſitionem, *cap. 2. in princ. de præbend. in 6. cap. Propoſuit, eod. tit. Clement. 1. in fine, ut lite pendente.* Hactenus *in d. deciſione*, quæ habetur apud Tamburin. *de Iure Abbat. tom. 3. deciſ. 20. & in Toletana Monaſterii*, 24. *Februarii* 1668. *coram Carpineo*, me & aliis citatis, §. *Nec obſtitere plura, &c.* Et multò minùs quod has prærogativas obtinuiſſet in recompenſam diſmembrationis Sancti Martini, quia cùm illa facta ſit per Summum Pontificem ex certa ſcientia, & cum ampliſſima, quam habet, facultate transferendi dominium bonorum Eccleſiaſticorum ad libitum ſuæ voluntatis, *cap. 2. in princ. de Præbend. in 6. Clement. 1. Ut lite pendente*, Abb. *in c. Conſtitutus. n. 15. de Religioſis Domibus*, nullam poterat de jure recompenſationem prætendere. Rota *deciſ. 20. num. 4.* poſt Tamburinum de Jure Abbat. *tom. 3. & coram bonæ mem. Merlino, deciſ. 775. num. 19. & ſeqq.* & in ſpecie de bonis, quæ ſunt ſub proprietate Religioſorum, Petrus de Murga *Diſquiſitionum Moral. diſq. 6. dubit. 23. num. 49. tom. 2.* Habetur hæc deciſio poſt mea Commentaria, *la 20. pag. 69. Appendicis.*

Ex quibus comprobatur, & convincitur veritas ſententiæ Nicolai Garciæ, & noſtræ, & ſoliditas fundamentorum ab illo Doctore ſuperiùs *num. 95. & ſeqq.* jactorum. Immò & Barboſæ *alleg. 57. num. 254.* aſſerentis, quod committens delictum, ob quod privatur ipſo jure, & ipſo facto beneficiis, ſeu officiis publicis, ita illorum amittit titulum, & dominium, ut ea in conſcientia teneatur dimittere, non ſolùm poſt ſententiam, ſed etiam ante illam: fructuſque ſuos non facit, ſed ad illorum reſtitutionem tenetur, ut per plures citatos à Gonzalez *gloſſa 15. num. 150.* Hæc ibi Barboſa, cùm tamen contrarium ſenſerit ipſe *allegat. 44. num. 29.* prout ſuprà, *num. 80. & 81.* & ab ibi dictis, & doctis, hic re meliùs inſpecta, uti ex eiſdem ejus verbis appareret, recedit. 118.

Noſtra, & iſtorum Doctorum ſententia, ni fallor, concludenter probatur ex Decreto SS. D. N. D. Ale- 119.

xandri VII. edito 24. Septembris 1665. in Congregatione Generalis Inquiſitionis in tota Republica Chriſtiana, ſuprà *quæſt. 2. num. 563.* ſcripto, in quo viginti octo ſententiæ damnatæ ſunt, & prohibitæ, ad minus tanquam ſcandaloſæ, de quarum numero eſt *la 20.* quæ ſic aſſerebat: *Reſtitutio à Pio V. impoſita beneficiatis non recitantibus, non debetur in conſcientia, ante ſententiam declaratoriam Iudicis, eo quòd ſit pœna.* En ſententia damnata. Impoſitio autem reſtitutionis à Pio V. facta 12. Calend. Octobris 1571. *in conſtitut. Ex proximo, la 135. Bullarii Magni Romani Angeli Cherubini, tom. 2. pag. 344.* hujuſmodi eſt, in ejus §. 2. *Nos huic rei evidentiùs, atque expreſſiùs providere volentes, ſtatuimus, ut qui horas omnes Canonicas uno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficii, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie dividerentur; qui verò Matutinum tantùm, dimidium; qui cateras omnes horas, aliam dimidiam; qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum ejuſdem diei amittat: tamen ſi aliquis choro addictus non recitans, omnibus horis Canonicis cum aliis præſens adſit, fructuſque, & diſtributiones fortè aliter aſſignatas, ſolâ præſentiâ, juxta ſtatuta, conſuetudinem, fundationem, vel aliàs, ſibi lucrifeciſſe prætendat, etiam præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem. Item ille, qui primis ſex menſibus officium non dixerit, niſi legitimum impedimentum ipſum excuſaverit, grave peccatum intelligat admiſiſſe. Declarantes præſtimonia, præſtimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omninò ſervitium habentia obtinentes, cum prædictis pariter conveniri. At quicumque penſionem, fructus, aut alias res Eccleſiaſticas, ut Clericus percipit, eum modo prædicto ad dicendum Officium parvum Beatæ Mariæ Virginis decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium.*

120. Hactenus Pius Quintus. Et valdè veniunt notanda, & ponderanda verba, quibus imponit, & injungit beneficiatis non recitantibus, obligationem reſtituendi: hujuſmodi illa ſunt, *amittat*, ſcilicet vel totam partem fructuum correſpondentem dici, in quo totum officium recitare quis omiſerit; vel dimidiam, ſi Matutinum, aut reliquas horas non legerit; vel ſextam denique partem, ſi unicam horam ex eis non perſolverit. Item: *Præter fructuum, & diſtributionum amiſſionem.* Et denique: *Decernimus obligatum, & penſionum, fructuum, rerumque ipſarum amiſſioni obnoxium.* Verbum namque, *amittat*, majorem vim, & efficiam non habet, ad inducendam in conſcientia obligationem amittendi fructus beneficii, diſtributiones, & res, quas ratione illius, aut penſionis percipit, & ante ſententiam declaratoriam Judicis, quàm habet clauſula *in c. Licèt Canon*, ſuprà *n. 13.* appoſita, ſcilicet: *Sit præſentis conſtitutionis authoritate privatus:* cui ſimilis habetur *num. 80.* ibi: *omnique officio, dignitate, & beneficio Eccleſiaſtico, præſentis Canonis auctoritate privamus:* quam habet clauſula illa *numeri 85. Et privationem omnium beneficiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda eo ipſo, abſque alia deſuper declaratione incurrant.* Immò & quam habet appoſita *num. 87.* videlicet: *Depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, ac beneficio... ſententias incurrant ipſo facto:* & quam denique poſuimus *num. 89.* ſub his verbis: *Ulteriùs ſint ipſo jure privati beneficiis Eccleſiaſticis, &c.* & ſimilis reperitur paſſim in aliis recenſitis caſibus amiſſionis, ſeu privationis ipſo jure, vel ipſo facto, beneficiorum, &c. Si ergo majorem vim, & efficaciam non habet verbum *amittant*, Pii Quinti, quàm alia memorata, ad hoc ut beneficiati non recitantes, teneantur in conſcientia, ante ſententiam, vel declarationem judicis, reſtituere fructus, &c. ut declarat Alexander Septimus, condemnando, & prohibendo ſententiam contrariam; quare in vim aliarum dictionum, & clauſularum, quas recenſuimus, non teneantur in conſcientia, ante Iudicis ſententiam, ſeu declarationem, amittere beneficia, dignitates, &c. capere, ingenuè fateor, non valeo, cum majorem actum executionis pœnæ ſibi inflictæ, in ſeipſum videatur exequi, qui reſtituit fructus perceptos, quàm qui abſtinet ab uſu tituli beneficii, quo eſt ipſo jure privatus, ſive ob crimen admiſſum,

miſſum, ſive ob non ſervatam conditionem, ſub qua illum obtinuit ab Eccleſia, ſeu à Papa, cujus priùs erat, & ſub cujus dominio adhuc eſt. Obſerva dictionem, *Decernimus*, inducere novum jus: ante Pium namque Quintum circa diſpoſitionem ratæ reſtituendæ, nihil erat conſtitutum: ſed ſolùm in Lateranenſi Concilio, ſub Leone X. fuerat ſtatutum, ut beneficiati cum cura, & ſine cura, qui poſt ſex menſes non recitarent, non facerent fructus ſuos, pro rata omiſſionis Officii; ſed eos, tanquam injuſtè perceptos, in fabricas ipſorum beneficiorum, vel pauperum eleemoſynas erogare teneantur. Et hæc de ſecundo effectu privationis, ſeu vacationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum dicta ſufficiant: ad tertium deveniamus.

121. Tertius effectus eſt, quod cum quis eſt privatus ipſo jure, etiam in pœnam, ſtatim, nulla exſpectata ſententia, nec citato poſſeſſore beneficii, &c. poteſt illud conferri, & impetrari, præſentatio, vel electio fieri. Ita Barboſa *allegat. 57. num. 255. ex cap. Licèt Epiſcopus, de Præbend. lib. 6.* Gloſſa *verb. Te non vocato, in cap. 1. de Homicidio, eod. lib.* Flamin. *de Reſignat. lib. 3. quæſt. 1. num. 81.* Gonzal. *gloſſ. 15. àn. 148.* Nicolaus Garcia *de benefic. p. 11. cap. 10. num. 23.* ex dictis *cap. & Gloſſa*, Franco *ibi, in fine, & in cap. 1. de Homicidio, in 6.* & *ibi* Gloſſa ult. Dominico, & aliis, & *in cap. Felicis, de Pœnis, eod. lib.* & *ibi* DD. & *in Extravag. Ambitioſa*, & *in Conſtitutione Sixti V. de habitu, & tonſura*, de qua ſuprà, *n. 42.* ibi: *Ac tam beneficia ipſa per privationem hujuſmodi vacare, & liberè aliis conferri poſſe*, & ex Bulla Sixti IV.

122. Adverte tamen ex dicto Garcia *num. 25.* quod tempus datum ad conferendum, ſeu præſentandum, currit Collatori, ſeu Patrono, à die ſcientiæ commiſſi criminis, ob quod quis privatur ipſo jure beneficio, ſeu ipſo facto: ſed probabiliter, & juſtè ignoranti non curret. Lapus *allegat. 78. ad 4. quæſtionem*, Lambertin. *2. p. 2. lib. art. 20.* & ego ipſe *tract. de Appellationibus, p. 1. quæſt. 12. num. 446.* cum Barboſa *axiom. 113. n. 15. ex l. Annus, ff. de Calumniatoribus, l. Quinquaginta, ff. de Excuſationib. tutorum, l. Quandiu, C. Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem*, Pariſio *de Reſignat. lib. 11. q. 4. à num. 38.* Cald. Pereyra *de renovat. Emphyteuſis, quæſt. 7. num. 13. & ſeqq.* Surdo *conſ. 371. n. 86.* Ioan. Bapt. Coſta *de Facti ſcientia, & ignorantia, inſpect. 87. num. 5. & inſpect. 88. num. 2.* & addidi Aſcanium Tamburin. *tom. 3. de jure Abbat. diſp. 6. quæſt. 3. n. 6.* Idem tenueram *in tom. 4. Commentariorum, ad conſtit. 6. num. 215.* In dicto autem *n. 446.* etiam dixi, non currere tempus impedito: & currere verè contumaci. Ex dicta doctrina, ſic *n. 26.* infert Garcia: Si ergo beneficium, quo quis eſt ipſo jure privatus, poteſt tanquam vacans alteri conferri ante ſententiam, ſequitur quod ille non habeat in eo titulum, nec poteſt illud retinere, ſed tenetur relinquere ei, cui proviſum eſt. Et concludit in hoc ſenſu Barboſa *alleg. 37. citata, n. 256.* dicendo: Unde jam non poterit ſic privatus ipſo jure, beneficia in favorem alicujus reſignare: plures per Flaminium *d. quæſt. 1. num. 21.* Gonzalez *gloſſa 15. à num. 146.*

ARTICULUS III.

Recenſentur plures caſus, in quibus privandi veniunt beneficiarii ſuis beneficiis Iudicis miniſterio.

IN præcedentibus Articulis recen- 123.
ſuimus multos ex caſibus, in quibus ipſo jure, ſeu ipſo facto, abſque ſententia, & miniſterio Iudicis, ſunt à jure ipſo beneficiis, dignitatibus, & officiis Eccleſiaſticis privati, qui illa obtinuerunt: in præſenti operæpretium exiſtimavi alios referre, ob quos debeant ab illis rejici per judices, & ſuperiores competentes, ſive caſus pendeant, & procedant ex delicto, ſive ex quaſi delicto, aut aliunde.

In primis, homicidæ non qualifi- 124.
cati, quales ſunt quos retulimus *n. 73. 75. 76. 77. & 87.* non ſunt ipſo jure privati, ſed privari debent à Iudice. Ita Nicol. Garcia *de benefic. part. 11. cap. 10. n. 1.* ubi ſic ait: Denique beneficium vacat, & amittitur privatione, ſeu depoſitione, quæ propter grave delictum imponitur, ut homicidium, &c. Selva *de benefic. 3. p. quæſt. 2. & 3.* Rebuff. *in Praxi, tit. de Modis amittendi beneficia, n. 61. & 62.* Corraſius *de benefic. p. 1. cap. 10. num. 1.* Roſiniacus *cap. 20. n. 1. & 2.* Bernard. Diaz de

de Lugo *in Pract. crimin. Canonica, c.* 131. & Mandoſius *de Signat. gratiæ, tit. de Privatis, in princ. & num.* 39. ait idem Garcia: Et concludendum eſt, homicidam non eſſe privatum beneficio ipſo jure, ſed privandum per ſententiam, *cap. Cùm non ab homine, de Iudiciis, cap. Clericis, Ne Clerici, vel Monachi, & cap. Ex literis, de Exceſſib. Prælat.* ubi DD. Ipſe Garcia eandem probat concluſionem *in ſeqq. numeris.* Illam etiam tenet Palaus *p.* 2. *tract.* 13. *de beneficiis, diſp.* 6. *punct.* 3. §. 8. *num.* 4. ibi: Specialiter de homicidio, non privare ipſo jure beneficiis obtentis, docent communiter DD. Covarr. *Clement. Si furioſus,* 2. *p.* §. 1. *num.* 6. Bern. Diaz *Practic. cap.* 94. *num.* 1. & ibi Salcedo, Iulius Clarus §. *Homicidium, num.* 21. Garcia 11. *p. cap.* 10. *à num.* 40. Gutierrez *lib.* 2. *Canonicar. qq. cap.* 5. *n.* 6. Azor. 2. *p. lib.* 7. *cap.* 17. *quæſt.* 1. Gonzalez *gloſſ.* 15. *num.* 79. *&* 80. Franc. Suarez *lib.* 5. *de Cenſuris, diſp.* 44. *ſect.* 4.

125. *Secundò* irregulares non ſunt ipſo jure privati ſuis beneficiis, regulariter loquendo; ſuis, inquam, id eſt jam quæſitis, & obtentis; ſed beneficia ante irregularitatem obtenta retinere poſſunt uſquedum per ſententiam illis priventur, per quam tamen privantur quando irregularitatem contrahunt ob culpam, ſeu delictum. Ita Garcia *d. cap.* 10. *n.* 47. cum Rebuffo *de Pacificis poſſeſſoribus, n.* 280. *aliàs* 226. Navarro *in Manuali, cap.* 27. *num.* 251. *aliàs* 249. *verſ.* 5. *& in c. Cùm contingat, de reſcriptis,* 2. *rem. num.* 5. *& conſ.* 3. 41. *&* 43. *de homicidio, &* 44. *& conſ.* 10. *de Temporib. ordin. n.* 2. *& conſ.* 69. *&* 91. *num.* 2. *& conſ.* 97. *num.* 14. *de Simonia.* Flamin. Pariſio *lib.* 5. *de reſignat. quæſt.* 3. *à num.* 181. Ugolino *de Irregularitate, cap.* 65. §. 2. Zerola 2. *p.* verbo *Irregularitas,* §. 4. Valentia 4. *tom. in* 3. *p. diſp.* 7. *quæſt.* 19. *punct.* 3. Suarez *tom.* 5. *de Cenſuris, diſp.* 40. *ſect.* 2. *ex n.* 14. Toleto *in Summa, lib.* 1. *cap.* 88. *verſ.* 7. Sayro *de Cenſuris, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 24. Vega *in libro Eſpejo de Curas, cap.* 2. *n.* 313. & cum Avila 7. *p. diſp.* 2. *dub.* 6. 4. *concl.* ac Molina *d. quæſt.* 78. *n.* 2. *de Iuſt.* ſcilicet *tract.* 3.

126. Alii quamplures caſus ſine dubio ſunt, ob quos beneficiati privari poſſint per Judicum ſententiam. Sufficiat prædictis addere concubinatum, quod quantumcunque grave ſit, & ſcandaloſum, inquit Caſtrus Palaus *dicto* §. 8. *n.* 22. non inducit ipſo jure pœnam privationis beneficiorum actu obtentorum, ſed eſt imponenda per Judicem. Sed priuſquam illam imponat, monendus eſt hujuſmodi beneficiarius concubinarius: quod ſi monitus non abſtinuerit ſe, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum beneficiorum quorumcunque & penſionum, ipſo facto privatur, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Epiſcopi applicetur: ſi verò in delicto eodem cum eadem, vel alia fœmina perſeverans, ſecundæ monitioni adhuc non paruerit, non tantùm fructus omnes, ac proventus ſuorum beneficiorum, & penſiones eo ipſo amittit, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quóad Ordinarius, etiam uti Sedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpenditur. Et ſi ita ſuſpenſus, nihilominus eàs non expellat, aut cum illis etiam verſetur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis perpetuò privatur. Expreſsè hæc omnia decernuntur à S. Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. *de reformat.* & immediatè ſubjungit: *Atque inhabiles, ac indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem, ab eorum Superioribus cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. Sed ſi, poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias hujuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adjungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas, excommunicationis gladio plectantur.*

Circa quod Conciliare Decretum 127.
aliqua obſervanda veniunt. *Primum eſt*, Pium V. per ſpecialem Conſtitutionem, *Cum primum, la* 5. *Bullarii Magni Angeli Chrerubini, tom.* 2. *pag.* 180. §. 12. ita ſtatuit: *Monemus præterea omnes locorum Ordinarios, & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipimus, ut ſtatuta Tridentini Concilii contra concubinarios, tam Clericos, quàm laicos edita, diſtrictè faciant obſervari, reddituri Deo ac Nobis, ſi id omiſerint, rationem.* Cujus meminit Barboſa *in Collect. ad d. caput, num.* 2. poſt Gutierrez *Canonicar. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 68. *& ſeq.* & Nicol. Garc. *p.* 11. *cap.* 10. *pag. mihi* 694.

Secundum

128. *Secundum eſt*, concubinarium in hoc decreto dici illum, qui non ſolùm concubinam domi retinet, ſed qui ſub aliquo colore in domo ſuæ matris, vel aliquarum conſanguinearum, vel alibi habet, & cum ea tenet aſſiduam conſuetudinem. Ita reſolvit Barboſa *num.* 3. poſt Franc. Leonem *in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p.* 3. *cap.* 4. *ſub num.* 27. Aloyſ. Riccio *in Praxi rerum fori Eccleſ. in* 2. *edit. deciſ.* 307. *in fine*, & *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 1. *deciſ.* 76. *num.* 3. Marco Ant. Genuenſi *in Praxi Archiep. Neapol. cap.* 30. *num.* 4. Belletto *diſq. Clerical. p.* 1. *tit. de Diſcipl. Clericali*, §. 15. *num.* 56. Tiberio Deciano *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 21. *num.* 1. ubi ait, concubinarium illum proprium dici, qui ſolutam, & corruptam domi retinet ad libidinem explendam ſæpius: & Bernardo Diaz *in Tract. crimin. Canon. c.* 79. *num.* 1. affirmante, Clericum concubinarium illum propriè dici poſſe, qui ſolutam mulierem, & corruptam, nulloque ſibi ſpiritualis, vel carnalis cognationis vinculo conjunctam domi retinet, cum qua conſuevit carnaliter commiſceri. Quam Bernardi definitionem refert Farinacius *in Praxi crim. p.* 5. *quæſt.* 138. *n.* 4. & *num.* 6. dicit, quod Clerici concubina dicetur, ſi ad libidinem domi quocumque modo ab ipſo retineatur, etiam ſub nomine pediſſequæ ejus matris, ſororis, amitæ, vel alterius, cujus cohabitatio ipſi non prohibeatur.

129. Ex dictis fit, Decretum locum non habere, in ſimplici incontinentia, abſque qualitate concubinatus, quia ut Palaus ait *d. n.* 22. delicti petit continuationem. Et ita Barboſa docet *num.* 6. non procedere Decretum in ſimplici incontinentia, fuiſſe deciſum. Allegat dictum Riccium *in Praxi fori Eccleſiaſt. deciſ.* 361. *in fine*, *in* 1. *edit.* & *in* 2. *reſol.* 307. *num.* 5. Farinacium *d. quæſt.* 138. *num.* 12. & 74. Armendariz *in Addit. ad Recopilat. legum Navarr. lib.* 4. *tit.* 5. *de Stupro*, *l. unica*, *num.* 4. & Ioan. Sanch. *in Selectis*, *diſp.* 50. *n.* 10. *in fine*. Et Nicol. Garcia *d. p.* 11. *c.* 10. *n.* 186. ſequentes S. Congreg. Concilii Declarationes reddit. I. *Hoc decretum de concubinatu, & impudicitiæ ſordibus Clericorum, non procedit in ſimplici incontinentia, abſque qualitate concubinatus.* II. *Habet locum, etiamſi quis Clericus, modò cum una, modò cum alia comprehendatur.* III. *Patroni poſſunt, ſi ad eos ſpectat præſentatio alicujus beneficii per concubinarium detenti, vel alii laici parochiani pro ſuo intereſſe, quia ab iis percipiunt Sacramenta, eos accuſare, quinimmò poteſt Ordinarius procedere contra ipſos, prout de jure, non expectata forma hujus textus, & hujus litteræ, ex Congregationis ſententia.* IV. ibi: *Quod ſi à Superioribus moniti ſpecialiter, non autem generaliter, putà per edictum.* V. *Monitiones, ex eodem Decreto faciendæ, non tantum in viſitatione, ſed aliis quoque temporibus fieri poſſunt.* VI. *Tempus, quod inter unam, & aliam monitionem intercedere debet, arbitrio Epiſcopi relinquitur.* VII. *Poterit Epiſcopus contra eos procedere etiam incarcerando, quando timetur de fuga, juxta formam traditam in c. ſexto, abſque monitione.* VIII. Epiſcopo Salamantino: *Ordinarius poteſt ipſe ſolus, ex Decreto Concilii, ſeſſ.* 25. *cap. In crimine concubinatus, ad informationem ſummariè, & incarcerationem procedere, ubi de fuga timetur, idque abſque forma, & monitione illa, quæ præſcripta eſt Decreto Concilii Tridentini, ſeſſ.* 25. *cap.* 14. 2. *Iunii* 1575. IX. *Pœna, de qua in verſic. Quod ſi à Superioribus moniti, non habet locum in Clericis, qui primò deliquerint, etiamſi edicta generalia ordinaria præceſſerint; ſed incurritur ubi Clericus ſecundò deliquit: in primo enim puniri debet aliis pœnis à Sacris Canonibus, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis: & demùm ſi monitus fuerit, & quidem ſpeciali monitione, & ſecundò delinquat, privatus eſt tertia parte fructuum, non tamen diſtributionibus quotidianis, quas ratione Canonicatus, vel dignitatis divinis intereſſendo percipit, præter fructus præbendæ diſtinctæ.* X. *Eadem pœna cenſetur repetita in verſic. Sin verò, ſi in delicto eodem, ſi ſecundæ monitioni non paruerit, qui ſuſpendendus eſt ab adminiſtratione beneficiorum: & cùm non poſſit intereſſe Choro, amittit etiam diſtributiones quotidianas.* XI. *Epiſcopus poteſt procedere per denunciationem, inquiſitionem ex officio, vel quo alio ſibi videbitur modo.* XII. *Prædictam executionem exemptio, aut appellatio ante, vel poſt diffinitivam ſententiam ſuſpendere non poteſt.* XIII. *In hoc cap. qui ſunt Subcollectores, vel commiſſarii ſpoliorum, non comprehenduntur ſub diſpoſitione Ordinariorum, ſed Nuntii Apoſtolici, juxta eorum privilegia, quemadmodum reſpondit S. D. N. Gregorius Decimuſtertius.* XIV. ibi: *Non ad Archidiaconos: Congregatio cenſuit hoc non intelligi in immemoriali.* Sic recenſet Garcia præfatas

Declarationes S. Congregationis *ad dictum caput* 14. *ſeſſ.* 25. *de reformatione.*

130. Quod ſi petas, an qui per ſententiam privandi veniunt beneficiis ſuis à Judice, putà per homicidium, &c. interim dum illis non privantur, faciant fructus ſuos? Reſpondet quod ſic Garcia *d. cap.* 10. *num.* 48. cum Felino *in c. De quarta, de Præſcript. ex n.* 33. Boërio *deciſ.* 98. *num.* 4. Petr. de Baiſio *in Directorio Election. 2. p. cap.* 30. *num.* 3. Ludov. Gomez *in cap.* 1. *de Reſcript. in* 6. *num.* 9. Plaza *de delictis, cap.* 11. *à num.* 3. *&* *num.* 8. *&* 12. Salzedo *ad Bern. Diaz, in Praxi crimin. Canonica, cap.* 94. *in Addit.* 1. *verſ. Ex quibus omnibus*, Navarro *conſ.* 41. *de Homicidio, & conſ.* 69. *&* *conſ.* 97. *num.* 1. *de Simonia, & conſ.* 14. *de Clerico excom.* Flamin. Pariſio *de reſignat. lib.* 3. *quæſt.* 16. *num.* 7. D. Ioanne Vela *de Pœnis delictor. c.* 15. *pag.* 74. Zevallos *in ſuis communib. contra commun. quæſt.* 569. Cord. *in Sum. quæſt.* 41. Ludov. Lopez *Inſtruct. conſcient.* 1. *tom. c.* 193. Graffis *lib.* 2. *cap.* 62. *num.* 11. Eman. Rodrig. *in Sum.* 1. *tom. cap.* 179. *num.* 1. *&* 2. *&* 2. *tom. cap.* 21. *num.* 10. Vega *in Sum.* 1. *p. cap.* 36. *&* 2. *p. cap.* 23. *caſu* 6. *& cap.* 65. *caſu* 8. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 56. *§* 4. Suarez *de Cenſuris, diſp.* 40. *ſect.* 2. *n.* 20. *& ſeq.* Gonzalez *gloſſa* 15. *num.* 150. Azorio 2. *p. lib.* 7. *cap.* 17. *quæſt.* 2. *effectu* 2. & Molina *de Iuſt. tract.* 3. *diſp.* 78. *num.* 2. & aliis penes ipſos: Quamvis contradicat poſt alios, Ant. de Burgos *in c. Ad noſtrum, de Empt. & vendit. num.* 34. & quiquid teneant Bern. Diaz *in d. Praxi, c.* 131. *aliàs* 123. Jul. Clarus *lib.* 5. *quæſt.* 73. *n.* 9. Zerola 2. *p. Praxis*, verbo *Irregularitas*, §. 4. Graffis *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 30. & Covarr. *in* 4. 2. *p. c.* 6. §. 8. *num.* 7. cum quo ſemper aſſentiendum exiſtimat in propoſito Didac. Perez *Addit. ad Villad. de Irregularit. cap.* 1. *num.* 22. Joan. Gutier. *Canonic. qq. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 8. & Farinacius 4. *part. quæſt.* 119. *num.* 7. Hæc omnia Garcia.

131. Quod ſi iterum petas, pro complemento eorum, quæ dicta ſunt in hac quæſtione, quo loco beneficia vacare cenſenda ſunt, quæ per delictum, aut quaſi delictum vacant? Reſpondeo cum Caſtro Palao *part.* 2. *tract.* 13. *diſp.* 6. *punct.* 3. §. 8. *n.* 14. *pag. mihi* 330. quod ſi delictum inducit ipſo jure privationem, eo loco beneficia vacant, quo delictum committitur; quia ibi eſt cauſa formalis vacationis; ſi verò delictū non inducit ipſo jure, aut ipſo facto vacationem, ſed per Judicis ſẽtentiam, ubi iſta fuerit diffitivè pronnciata, ibi cenſebuntur beneficia vacare.

QVÆSTIO X.

De obligationibus, & oneribus Beneficiati.

ARTICULUS I.

De obligatione incedendi in habitu, & Tonſura Clericali.

INter plures obligationes, quibus adſtricti ſunt obtinentes beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, prima eſt delatio habitus, & tonſuræ Clericalis, de qua nonnihil egimus in præcedenti quæſtione nona, *num.* 42. *&* 43. Azorius *p.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. quoad tonſuram, *quæſt.* 3. inquirit, an beneficiarius etiam ſolis minoribus Ordinibus initiatus, deferre debeat primam Clericorum tonſuram? Reſpondeo, debere, *c. Ioannes, de Cleric. conjug. & cap.* 1. *de Bigamis, in* 6. Et qui eam non geſtat, graviter peccare firmat ex communi opinione; nam Canones, & decreta Pontificum id graviter, & ſeverè præcipiunt: & in eos qui non parent admoniti, gravem pœnam conſtituunt. Et *quæſt.* 4. de habitu, & veſte Clericali, ait jure communi cogi beneficiarios honeſtè, & moderatè indui, & incedere, *ex cap. Clerici, de vita & honeſtate Clericor. & Clement. Quoniam, eod. tit.* & aliter facientes graviter peccare aſſerit, niſi juſtam aliunde cauſam habuerint. Additque cum Sylveſtro verbo *Clericus* 2. *num.* 2. *verſ. Tertiò peccat*, mortaliter peccare, ſi veſtem admodum pretioſam deferre conſueverint, qualis eſſet, ſi omni ex parte ſerica eſſet, vel viridis, aut rubri coloris. Et *quæſt.* 5. inquirit, an liceat beneficiariis, ubi eſt conſuetudine receptum, alio genere veſtis, quàm talari uti? Reſpondet, Gloſſam *in cap. penult.* verbo *De curatis, de vita, & honeſt. Clericor.* docere, in genere veſtium ſervandam eſſe conſuetudinem locorum. Unde quidam aiunt, inquit, ſi alicubi conſuetudo vigeat, ut Clerici eodem genere veſtis utantur, quo laici, eam eſſe ſervandam.

1.

Ita

Ita ut Clericus tunc habitum Ordini Eccleſiaſtico convenientem deferre videatur, cùm utitur veſte honeſtè compoſita, & qua cæteri Clerici provinciæ, vel loci uti conſueverunt. Alii verò dicunt, eos Clericos habitũ Ordini Eccleſiaſtico convenientem geſtare, qui utuntur eodem genere veſtis, quo Scholaſtici honeſtè incedentes, ſi id uſu receptum ſit, ut Clerici ea veſte induti incedant. Meo certè judicio, concludit ipſe Azorius, habitus Clericorum, quo uti tunc debent, eſt talaris veſtis, & nigri coloris, tam exterior, quàm interior. Cæterùm conſuetudo, moribus utentium recepta, pro loco, & tempore plurimùm in hac parte juri derogare poteſt; quia veſtium genera pro ratione locorum, & temporum maximè variantur: ita ut pro more patriæ,& loci etiam in Clericis beneficiariis, pretioſæ veſtes licitè deferantur. Hucuſque Azorius.

2. Pax Iordanus *tom.2.de re beneficiaria, lib.*10. *tit.*37. latè agit de iſta habitus, & tonſuræ Clericorum obligatione. Et poſtquam recenſuit plura jura illam inducentia, *num.* 4. dicit: Deſumitur itaque ex prædictis certa, communis, & indubitata concluſio, quod Clerici incedere debeant in habitu decenti, ac tonſura, quodque contra facientes ab Epiſcopo corripi, & caſtigari poſſint, ac debeant, ut juribus ſuprà citatis, & alibi frequentiſſimè, prout videre eſt apud Farinac. *in Praxi, lib.*1.*quæſt.*8.*num.*56. Abb.& DD.*in cap.Cùm non ab homine, de Iudiciis*, Scacciam *de judic.lib.*1. *cap.* 11. *num.*83.*& inf.* Barboſam *alleg.*9.*à n.*1. Cucchum *Inſtitut.major. lib.*3. *tit.*10.*à num.* 1. Vivianum *in Praxi juriſpatr. cap.ult. lib.ult. à num.*1. & concordantes apud eos.

3. Difficultas autem eſt, quando Clericus dicatur in competenti habitu,& tonſura incedere. Et omiſſis DD. altercationibus, ait Pax, quod ille, qui veſtes talares, vel à conſuetudine regionis approbatas, aut ab Epiſcopo proprio deſcriptas, & coronam ſuo Ordini competentem geſtat. Quia in hac materia, clericalem habitum magis prohibendo, quàm præſcribendo jura deſcribunt. *In cap. enim penult. de vita, & honeſt.Cleric.* prohibentur veſtes rubræ, ac virides, nimis longæ, & nimis breves, cum manicis vel ſotularibus conſutitiis: necnon equorum frena, ſellæ, pectoralia, vel calcaria deaurata: fibulæ item, ac zonæ auro, vel argento ornatæ: annuli etiam, niſi ex dignitate competant.Et *in Clement.* 2. *eod. tit.* prohibentur Clerici,præſertim beneficiarii,caligis uti diverſi coloris, ſive ſcavatis, aut rubeis,vel viridibus,& veſte variegata, vel partita publicè uti, niſi juſta ratione excuſentur, 21. *quæſt.*4.

Plura de habitu, & tonſura Cleri- 4.
corum, docet etiam Garcia *de beneficiis, p.* 7. *cap.*1. & ſignanter *num.* 20. ait, quod quamvis veſtes talares in rigore dicantur, quæ hominem uſque ad pedes tegunt; tamen ex æquitate talares veſtes judicabuntur, quæ juxta conſuetudinem Clericis ſunt decentes, quamvis non ſint nimis longæ, neque ad pedes deſcendant,etiam ſine tunicella, ſeu veſte longa interiori, Hiſpanè *Sotana:* non enim neceſſarium eſt portare duas veſtes longas, ſed una ſufficit: & ita dicta conſtitutio (ſcilicet Sixti V.de habitu,& tonſura) videtur recepta,& interpretata, & docet Vivaldus (*in Candelabro aureo*) *in d.Explicatione, ſub nono notabili.* Et cum dicta doctrina ferè conſonat Moſconius *de Majeſtate militiæ Eccleſiaſticæ, lib.*5.*p.*2. *cap.*2. *pag.*412. qui ait, quod ex dicta Conſtitutione Sixti V. veſtes ſint talares, uſque ad pedes, vel quaſi, juxta rationabilem menſuram, conſuetudinem loci, & honeſtatem Clericorum; & quod nigro colore, magis quàm alio utantur. De birreto verò, vel pileo, multùm conſuetudo attenditur, cum in contrarium leges ſancitæ non reperiuntur. Hæc ex Moſconio refert Garcia. Et pro eo, quod illæ cenſeantur Clericis veſtes honeſtæ, & quibus induti in habitu Clericali incedere dicantur, quæ communi uſu, & conſuetudine fuerunt admiſſæ in ea provincia, attendendo conſuetudinem ſimilium perſonarum, & Clericorum ejuſdem conditionis, allegar Covarruviam *Practicar. cap.*31.*num.*7. Salzedum *in Praxi crim.* Bern. Diaz, *cap.*75. Farin. *quæſt.*8. *num.*69. Add. ad Quarantam *in Sum. Bullarii*, verbo *Habitus clericalis*, Ugolinum *de Offic.Epiſc. cap.*12.*num.*13. *&* c.13.§.2. *n.*7. cum aliis, & Piaſecium *in Praxi*

Epiſc. p. 2. cap. 3. n. 14. dicentem, quod dum in itinere, vel in villa moratur Clericus, uti eum poſſe veſte talari, ultra genua tantum procedente, reſpondiſſe legitur Congr. Epiſcoporum, Epiſcopo Tridentino, 15. Januarii 1591. Ita Garcia, ſed id, quod ait, ſufficere unam veſtem clericalem (longam ſcilicet,) nec opus eſſe portare duas, non placet Paci Jordano, qui *num.* 5. ait: Sed ſalva conſuetudine contraria, non adhærerem huic ſententiæ, per ea, quæ ſuperius, & infra traduntur.

SECTIO I.

De privilegio Fori Clericalis.

5. HIc dubium occurret diſcuſſione digniſſimum, & pro quotidiana ferè praxi apprimè nedum utile, ſed neceſſarium: *An ſcilicet Clerici non incedentes in habitu, & tonſura, priventur privilegio Fori, quo à laica poteſtate reddebantur immunes, ita ut criminaliter capi, & caſtigari poſſint à Iudice laico?*

6. Procedit difficultas in terminis Concilii Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 6.* ſtatuentis: *Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus conſtitutus, ante decimumquartum annum beneficium poſſit obtinere. Is etiam fori privilegio non gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ, ex mandato Epiſcopi inſerviat, vel in Seminario Clericorum, aut aliqua Schola, vel Univerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad majores Ordines ſuſcipiendos verſetur.* Et quod de prima tonſura, & minoribus Ordinibus ſtatuit S. Synodus, de promotis ad Sacros Ordines, & de in qualibet approbata Religione profeſſis ſtatuere, quoad Fori privilegium, nefas ſit dubitare: exprimit enim illos, in quibus major erat ratio dubitandi. Quocirca Delbene *de Immunit. Eccleſ. cap. 4. dubit. 1.* quæſito, quoſnam Eccleſiaſticos cognoſcendo, ſeu ad ſuum Forum laicalem trahendo, laica poteſtas violet immunitatem Eccleſiaſticam? Reſpondet ſic: Si cognoſcat quemcumque ex iis, qui privilegio fori gaudet, qualis eſt, *præter eos, qui ſunt in Sacris*, prima tonſura, vel minoribus Ordinibus initiatus, *ſive beneficium habeat*, ſive non habeat, ſed ſervet certas conditiones infra explicandas; quin immò ſive ſit conjugatus, *ſive etiam nec prima tonſura initiatus; ſi tamen Religioſus ſit, vel nomine Religioſi veniat*; quia omnes ii, *cum ſint Deo dicati, privilegio Fori gaudent*, ut clarè habetur *ex cap. 2. de Foro competent. c. Unio, de Cleric. conjug. in 6. c. Clerici, & cap. Cùm non ab homine, de judiciis*, & clarè habetur ex iis, quæ dicebam *c. 1. dubit. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. & cap. 2. dubit. 4. & cap. 5. 6. & 7. per totum.* Hæc omnia Delbene *part. 1. pag. 163.* Difficultatem autem noſtram, pro nunc procedere non intendimus reſpectu Clericorum conjugatorum, ſed aliorum omnium ſuprà tam à Concilio, quam à Thoma Delbene nominatorum. Sed notandum eſt

7. I. Ut Clerici in minoribus conſtituti, *beneficium habentes*, Fori privilegio gaudeant, neceſſari ò non requiri, quod habitum clericalem, & tonſuram deferant, quia id ſolùm in aliis requirit Concilium, propter diſjunctivam *aut*, quæ infrà ponitur. Ita Barboſa *in illius Collectanea, n. 11.* cum Claro §. *fin. quæſt. 36. num. 16. & 19.* Lælio Zecch. *de Republic. Eccleſ. tit. de Clericis, verſ. Ad hoc.* Salzedo *ad Bernard. in Pract. cap. 61. num. 9. verſ. Si tamen.* Emman. Rodr. *Sum. p. 1. cap. 155. concl. 2.* Azevedo *l. 1. num. 9. verſ. Sed ſi benefic. tit. 4. lib. 1. novæ recopil.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 5. §. 5. num. 6.* Curia Philip. *p. 3. §. 1. num. 3. ad fin.* Aponte *conſ. 24. vol. 1.* Cevall. *commun. contra comm. quæſt. 563. num. 3.* Bobadilla *in Politica, lib. 2. cap. 18. num. 102. lit. E*, Gutier. *lib. 1. quæſt. 7.* Thom. Valaſc. *allegat. 10. n. 9.* Carolo de Graſſis *de effectib. clericalib. effect. 1. num. 1195. cum ſeqq.* Farinac. *in Praxi crimin. q. 8. num. 7.* Cenedo *Practic. & Canonic. qq. lib. 1. quæſt. 4. num. 29.* Belleto *diſq. clerical. 1. p. tit. de favore Clericor. perſonali, §. 8. num. 7. verſ. diſtinguendo*, Bonac. *de Legib. diſp. 10. quæſt. 2. punct. 1. §. 4. num. 10.* Marco Anton. Genuenſi *in Praxi Archiep. Neapol. cap. 7. n. 7.* Laymanno *in Theol. Moral. lib. 4. tract. 9. c. 6. num. 2.* Diana *p. 1. tract. 2. reſol. 28. & p. 4. tract. 1. reſol. 89.* Squillante *de Privileg. Clericor. cap. 7. num. 23.* Donato Anton. de Marinis *Quodian. Reſolut. cap. 56. per totum*, Gabr. Pereira *de Manu Regia, p. 2. cap. 26. num. 2. verſ. Clerici*

rici tandem, Thoma Valaſco *tom.1. alleg.10. num.9.* dicto Bonacina *in 8. Decalogi præcep. diſp.10. quæſt.2. punct.1. §.4. n.11.* March. *de Sacram. Ordinis, tract.2. p.1. cap.15. diff.1.* & cum Torreblanca *in Practicabil. Iuris ſpiritualis, lib.15. cap.6. à princ.* Ita & Nicolaus Garcia *de beneficiis, p.2. cap.2. num.4. pag. mihi* 112. qui ampliat *num.* 5. concluſionem, ut procedat etiam ſtante dicta Conſt. Sixti V. de Habitu, & Tonſura; ſed hoc procedere non poteſt, niſi in ſententia aſſerentium, requiri ad effectum privationis beneficii, declarationem Judicis. Tunc enim ſolùm valere poteſt, quod ibi ait, habere ſcilicet beneficium de facto, & ſolam poſſeſſionem, ſeu intruſionem in beneficio, ſufficere ad effectum gaudendi dicto privilegio, ex traditis per Mandoſ. *in reg.* 18. *Cancell. q.* 39. *num.*3. quidquid contrà videatur ſentire Gutier. *d. quæſt.7. num.*16. *Can.* & Emman. Rodrig. *in Sum. tom.*1. *c.*155. *num.*2. ibi: *Canonica ponit.* Concluſionem principalem tenet Palaus 2. *p. Operum Moral. tract.*12. *de reverentia debita perſonis Eccleſiaſticis, diſp. unica, punct.2. num.6.*

8. Et ad effectum gaudendi privilegio Fori, ſufficere obtinuiſſe collationem, & titulum beneficii, etiam ante adeptam illius poſſeſſionem, modò collatio valida fuerit, tenet Barboſa *in d. Collectan. num.*12. cum Gigas *de Penſionib. q.*94. *num.*12. Flam. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.7. quæſt.*1. *num.*47. Aloyſ. Riccio *collect.*540. *ampl.*6. *& in Praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.*388 *in* 1. *edit. aliàs reſol.*327. *n.*1. *in* 2. *edit.* & *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*188. *p.*2. *& deciſ.* 128. *p.* 4. Marco Anton. Genuenſi *d.c.7. num.6.* Franc. Leone *in Theſauro fori Eccleſ. p.*1. *c.*11. *n.*2. Bonacina *de legib. diſp.*10. *quæſt.*2. *punct.*1. §4. *n.*12. *&* 13. *& de Cenſuris in Bulla Cœnæ contentis, diſp.*1. *q.*10. *ſect.*1. *punct.*6. *num.*24. Cenedo *Practic. & Canonic. qq. lib.*1. *quæſt.*4. *num.*22. Diana *p.*1. *tract.*3. *reſol.* 28. Squillante *d. cap.* 7. *num.* 16. Tenet etiam Garcia *d. cap.* 2. *num.*13. *&* 14. ubi hanc refert declarationem *ad d. cap.6. Concilii*, videlicet: *An clericus primæ tonſuræ præſentatus ad Capellam Sacerdotalem, qui ſuper tali præſentatione obtinuit à Papa novam proviſionem, etiam in vim motus proprii, poſſit in ſuis cauſis civilibus gaudere privilegio fori, quamvis poſſeſſionem beneficii non habeat, propter intruſum, contra quem litem movit. Congregatio cenſuit gaudere.* 16. *Iulii* 1587. Tenet & Palaus *d. punct.*2. *n.*5. cum Millio *in Repertorio*, verbo *Obtinere dicitur quis beneficium*, Covarruvia *lib.*3. *Variar. cap.*16. *in princ.* Rebuffo *in praxi*, 3. *p. tit. de Simonia in reſignat. à num.*25. & aliis ex citatis, adducitque dictam S. Congregationis, & probabiliorem hanc, quàm contrariam ſententiam judicat.

Poſt adeptam verò poſſeſſionem beneficii, non eſſe (quoad dictum effectum) inquirendum, an validè obtinuerit; quia etiamſi beneficium obtinere non poſſet, utpote quia illegitimus erat, ſeu irregularis, vel impeditus clericatum aſſumere, adhuc gauderet privilegio fori, ſi de facto in poſſeſſione reperiretur. Ita Barboſa *num.*13. cum Carolo de Graſſis *d. effectu* 1. *num.* 340. *&* 1194. Joan. Bapt. del Toro *in Compend. deciſ. Neapol.* verbo *Clericus, pag.*94. *d. cap.* 7. *n.* 22. 9.

Beneficii appellatione, quoad intentum, venit quodlibet beneficium, quamvis modici valoris, ita ut illud obtinens, privilegio gaudeat fori. Ita Barboſa *num.*14. cum Genuenſi *d.c.*7. *in fine*, Riccio *in Collect. deciſ. p.*3. *collect.*540. *verſ. Amplia* 8. *& in Praxi rerum fori Eccleſ. reſol.* 327. *verſ. Sufficeret tertiò.* Carolo de Graffis *d. effectu* 1. *n.*1224. Selio *in Selectis Canonicis, c.*18. *num.* 3. atteſtante ſic fuiſſe deciſum *in Ianuenſi*, 18. *Martii* 1628. ubi fuit dictum, quod promotus ad Ordines, cum collatione unius beneficii redditus duorum ſcutorum annuorum, qui in habitu laicali cum armis, dum caperetur à birruariis, unum ex illis occidit, & ad carceres laicales adductus fuit, gaudere privilegio fori. Ita & Garcia *de benefic. p.*1. *cap.6. n.*37. dicens: Sed oportet animadvertere, quod appellatione beneficii, largè ſumpto vocabulo, ſeu in generali ſignificatione, omnia comprehenduntur beneficia, tam majora, quàm minora, tam curata, quàm ſimplicia, dignitates, & præbendæ, & tam ſæcularia, quàm Regularia, &c. Gloſſa *in regula Beneficium*, & *in cap. Si gratioſè, verb. Beneficia, de Reſcript.* & *cap.*1. *verb. Beneficia, de Rerum permut. in* 6. & *in Clement. Auditor, verb. Beneficium, de Reſcript.* & *in Clement.* 1. *verb. Beneficiali, de* 10.

cauſa poſſeſſ. Franc. *in d. reg. num. 1. addit. 2.* Din. *ibidem.* Abb. *in cap. Poſtulaſti, num. 2.* Felin. 4. & Decius 12. *de reſcript.* idem Decius *in rubr. de reſcript. n. 33.* Selva 1. *p. quæſt. 3.* Rebuff. *in Praxi, tit. Quid ſit beneficium, n. 10. & tit. de unionib. n. 3. & in regul. Cancell. de unionib. gloſſa 1. & in tract. de Nominat. quæſt. 9. n. 5. & 6.* Corraſius 1. *p. cap. 5. n. 3.* Mandoſ. *ad Lapum, alleg. 84. lit. Z, & lit. A,* Medices *de diffinition. 2. p. cap. 16. n. 5.* Ferretus *conſ. 220. num. 10.* Doct. Sahagun, *in cap. fin. de Sequeſtrat. poſſeſſion. num. 20. & in cap. Ad aures, de reſcript. num. 3. & in cap. 1. de offic. deleg. n. 23.* & Tuſchus *concl. 59. lit. B.* Idem Garcia *p. 2. cap. 2. num. 3.* in ſequentia prorumpit.

10. Et hujuſmodi Clerici primæ tonſuræ, ſeu minorum Ordinum, beneficium habentes, gaudent privilegio fori, in civilibus, & criminalibus, etiamſi Clericatui renunciaverint, & etiamſi beneficium ſit exiguum, & tenue, ut in ſequenti declaratione S. Congreg. Concilii, *ſuper d. c. 6. Quidam Clericali charactere inſignitus, beneficium Eccleſiaſticum obtinuit, cui poſtea animo uxorem ducendi, unà cum Clericatu renuntiavit: deinde non ſequuto matrimonio, clericalem habitum reaſſumpſit, & aliud beneficium exigui redditus adeptus eſt. Dubitatur, an gaudeat privilegio fori. Congregatio 11. Junii 1587. cenſuit gaudere, quia Clericali privilegio renuntiare non poteſt, cum in favorem totius Ordinis introductum ſit, cap. Si diligenti, & ibi Gloſſa, de Foro compet. DD. in cap. Tua, de Apoſtatis. Rolandus conſ. 4. volum. 1. num. 9.* Hactenus ibi.

11. Poſſidentem ſolum beneficii titulum abſque redditibus, privilegio fori gaudere tenet Barboſa *in Collect. in d. cap. 6. ſeſſ. 23. num. 15.* cum Carolo de Graſſis *d. effect. 1. num. 1224.* Riccio *in deciſ. Curiæ Neapol. p. 2. deciſ. 189. & p. 4. deciſ. 198.* Diana *p. 1. tr. 3. reſol. 29.* & cum Squillante *d. cap. 7. n. 17.* Item tenet *n. 16.* Capellaniam collativam, & in titulum perpetuum collatam habentem, gaudere privilegio fori. Allegat Salzedum *ad Bernard. in Practica, cap. 64. aliàs 67. num. 11. & 12.* Armendariz *in Addit. ad recopil. leg. Navar. lib. 2. tit. 19. de Foro comp. num. 26.* Squillant. *d. cap. 7. num. 18.* Cenedum *d. lib. 1. quæſt. 4. n. 37.* Aloyſ. Riccium *p. 2. deciſ. 190. num. 10.* Torreblancam *d. lib. 15. cap. 6. n. 6.* & ſeipſum *alleg. 12. num. 10.* Et *num. 17. Collectanea*, idem docet de obtinente Coadjutoriam à Papa, cum Garcia *p. 1. cap. 5. num. 98.* Armendariz *d. n. 16.* Squillante *n. 21.* Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſ. Hierar. diſp. 14. §. 9. num. 8.* Torreblanca *n. 7.* Utrumque, & alios ſimiles, dicto privilegio gaudentes, recenſet Palaus *d. tract. 12. diſp. unica, punct. 2. num. 3.* per ſequentia verba.

12. Nomine autem beneficii, ad hujuſmodi effectum intelligo quodlibet jus perpetuum percipiendi fructus, tametſi fructus, ob penuriam temporum, vel alia de cauſa, non percipiantur. Sic Garcia *de benefic. 1. p. c. 6. n. 37. & p. 2. cap. 2. num. 9.* Auguſt. Barb. alios referens *2. p. de Poteſt. Epiſc. alleg. 12. num. 7.* Hinc fit, habentem præſtimonium in titulum, ſicuti ſunt omnes Hiſpani, privilegio fori gaudere, quia beneficium propriiſſimè habet, ut tradit alios referens Salzedo *Pract. c. 61. num. 11.* Garcia 1. *p. cap. 2. n. 117.* Aloyſ. Ricc. *Pract. reſol. 327. verſ. Sufficit tertiò.* Gonzal. *ad reg. Cancell. gloſſ. 15. §. 2. num. 11.* Auguſt. Barb. *alleg. 12. n. 11.* & alii. Secundò fit, habentem Capellaniam collativam à Pontifice, vel Epiſcopo, eodem privilegio fori frui, quia verè eſt beneficium. Sic aliis relatis, Salzedo *num. 12.* Barb. *n. 10.* cum Gloſſa *in Clement. fin. in Gloſſa 1. de Decimis,* & *in Extrav. Execrabilis, verb. Quæ aliàs, de Prabend. inter communes.* Fit tertiò, coadjutorem Canonicatus à Pontifice aſſignatum, hoc privilegio gaudere; quia illa coadjutoria, cùm habeat annexum officium ſpirituale, perpetuum beneficium nominatur, ſaltem ad hunc effectum: ſic Garcia *2. p. cap. 5. n. 98.* Barboſa *2. p. de Poteſt. Epiſcopi, alleg. 12. num. 1.* Hæc omnia Palaus.

13. De penſione autem an ſit, & cenſeatur beneficium, ad hunc effectum, controvertitur inter DD. Negant apud Barboſam *in d. Collectan. num. 19.* & apud Palaum *n. 4.* Garcia *p. 1. cap. 5. num. 70.* & alii 8. ex ſeqq. I. Quia penſio non eſt propriè beneficium, eo quòd non ſit jus perpetuum percipiendi fructus, ob ſpirituale obſequium; ſiquidem exſpirat penſionarii morte. Et poteſt confirmari *ex cap. Quamvis 1. de Prabend. in 6.* ubi mandatus

datus provideri de beneficiis, non poteſt ex vi hujus decreti de penſionibus provideri. Item *in cap. Ad audientiam 2. de reſcriptis*, penſio à beneficio diſtinguitur, ibi: *Annuas penſiones, ſeu beneficia.* Et in Trident. *ſeſſ. 21. de reformat. cap. 2.* nullus permittitur ſacris initiari ad titulum patrimonii, vel penſionis, niſi neceſſitas, aut commoditas Eccleſiæ arbitrio Epiſcopi id ſuadeat: ſecus verò ad titulum beneficii. II. Quia penſionarius non eſt obligatus ad Officium divinum, ſed tantum ad parvum Virginis. III. Quia fuit deciſum: *Cui reſervata fuit penſio, ut Clerico, ſi non incedit in habitu, & tonſura, non gaudet privilegio fori.*

14. Affirmant tamen Palaus *d. num. 4.* & Barboſa *d. num. 19. & allegat. 12. n. 23. & allegat. 57. num. 151.* cum Creſcent. *deciſ. 14. de ſent. & re judic.* Laſſarte *de decima vendit. cap. 19. n. 24.* Gigante *de Penſionib. quæſt. 28. num. 18.* Salzedo *ad Bernard. in Pract. cap. 64. aliàs 67. num. 10.* Villar *del Patronado de Calatayud, p. 4. §. 3. num. 12.* Fr. Emman. *in Sum. tom. 1. cap. 155. num. 11.* Squillante *d. cap. 7. num. 20. verſ. Supradictas.* Zerola *in Praxi Epiſc. p. 1. verb. Clericus, §. 2. dub. 2.* Armendariz *d. tit. 19. de Foro compet. num. 5. & 7.* à Ponte *tom. 1. conſ. 24. num. 33. & tom. 2. conſ. 36. n. 24.* Diana *p. 1. tract. 2. reſol. 30.* Torreblanca *d. lib. 15. cap. 6. num. 10.* Vveyms *ad conſtitutiones 24. ex jure communi deſumptas, & per Concil. Trident. innovatas, conſtit. 9. num. 15.* Marchin. *de Sacram. Ordinis, tr. 2. p. 1. c. 15. diffic. 2.* & cum Sellio *d. cap. 18. n. 4.* atteſtante ſic fuiſſe deciſum *ſub die 18. Decembr. 1595.* Ad adducta in contrarium, reſpondet Palaus non obſtare, quia illa veriſſima ſunt, & probant penſionem ſub beneficio non comprehendi in odioſis, & quæ Eccleſiæ, vel particulari infeſta ſunt. Et ad reſponſionem S. Congregationis (addit) dicit Suarez *lib. 4. de Immunit. Eccleſiaſt. cap. 27. num. 11.* ſe non credere, eſſe fideliter tranſcriptam. Ego tamen non tam incredulus ſum, eo quòd aliam ſimilem tranſcribat Barboſa *d. num. 151.* cujus proprium originale ſeipſum vidiſſe & legiſſe teſtatur. Libet illius ſententiam, & verba reddere.

15. An (inquit) obtinens penſionem habeatur pro Clerico, forique privilegio gaudeat, quæſtio eſt admodum controverſa apud DD. ut videre eſt per citatos *allegat. 12. num. 3.* Verior tamen opinio eſt affirmativa; nam cùm quæſtio hæc noviſſimè incidiſſet inter Reverendiſſimum Epiſcopum D. Rodericum à Cunha, & inter Senatum Regium ejuſdem civitatis, de mandato prædicti Reverendiſſimi ejus Agens in hac Curia Paulus de Barros de Beſa, nobilis Luſitanus, in S. Congreg. Concilii dubium ita propoſuit: *An Clericus in minoribus habens penſionem, & incedens in habitu, & tonſura, gaudeat privilegio fori?* Cui ſic reſponſum fuit. *S. Congreg. Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum, cenſuit gaudere, die 10. Aprilis 1622. R. Cardinalis Ubaldinus.* Cujus declarationis proprium originale ego vidi, & legi. Hæc Barboſa.

Secundò prænotandum eſt, privilegio fori gaudere alios præter eos, qui beneficium habent Eccleſiaſticum, jus perpetuum percipiendi fructus Eccleſiaſticos, aut penſiones titulo Eccleſiaſtico, de quibus in præcedentibus, & nedum qui Ordinibus ſacris initiati ſunt, de quibus nemo eſt, qui ambigere valeat, & qui ex Catholicis neſciat. Fide (enim) tenendum eſt Clericos à poteſtate laicali exemptos eſſe: (ait Palaus *tract. 12. Religionis, diſp. unica, punct. 1. num. 1.*) ſic enim habetur *cap. At ſi Clerici, cap. Clerici, cap. Cùm non ab homine, cap. Qualiter, de Iudiciis, cap. Si diligenti, c. Significaſti, de Foro compet. Authent. Statuimus, de Epiſcopis, & Clericis*; & tradunt omnes Catholici, & meritò: quia hac exemptione eorum dignitas commendatur, & major illis reverentia exhibetur; ſed etiam alios, qui etſi nullis Ordinibus initiati ſint, Clerici reputantur, & dicto gaudent fori privilegio. Hi ſunt Religioſi, ſive viri, ſive fœminæ, etiam converſi, vulgò *Laici*: ſic dicti, non quia veri Religioſi non ſint (ſunt etenim, ex quo profeſſionem trium votorum eſſentialium emittunt in Religione approbata) ſed quia temporalibus miniſteriis deputantur. Ita Palaus *d. diſp. unica, punct. 2. n. 10.* cum Deciano *tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28.* Carolo de Graſſis *de Effectib. Clerical. effect. 1. num. 97.* Farinacio *quæſt. 8. n. 46. ampl. 20.* Auguſtinus Barboſa *allegat. 12. n. 38.* cum 16.

Flores

Flores de Mena *lib.2. quæſt.21. n.194.* Peregrino *Variar. lib.6. n.70.* Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr. 11. §. videndum, num.6. verſic. Item comprehendi.* Eugen. *conſ.26. num.10.* Camillo de Curte *in Diverſorio, ſeu comprehenſ. Iuris feud. p.2. cap.2.num.92.* & Miranda *in Manual. Prælat. tom.1. quæſt. 29.art.1. concluſ.1.* & Nicolaus Garcia *de beneficiis, part.1. cap.4. num.10.* Qui omnes firmant dictos Fratres laicos, revera eſſe perſonas Eccleſiaſticas. Item Eccleſiaſtici ſunt, & gaudent fori privilegio Novitii in Religione approbata, & ſub nomine Clericorum veniunt, & Religioſorum in favorabilibus; quia licèt verè Religioſi non ſint, cum profeſſionem non emiſerint, ſunt tamẽ in via ad Religionem, & hoc ſufficit, ut fori privilegio gaudeant. Sic Palaus *n.10.* poſt Farinacium, pluribus exornantem, *d. quæſt. 8. num. 46. verſ. Ampliat. 16.* Gutierr. *de Gabellis, q.95. num. 22.* Barboſa *d. alleg. 12. num. 37.* cum Gloſſa *in c. Relig. §. Quamvis non poſſit, de ſentent. Excom. in 6.* Et privilegio etiam fori gaudent (addit Barboſa) ut non poſſint conveniri coram Judice laico. Ita Jaſo *in Authent. Si qua mulier, num. 59. C. de Sacroſanct. Eccleſiis.* Brunor. à Sole *in locis communib.* verbo *Novitius.* Galet. *in Margarita caſuum Conſcientiæ, eod. verbo 2.* Martha *de Iuriſdict. p.4. caſu 121. num. 24.* Curia Philip. *p. 3. §. 1. num. 12.* Sayro *in Florib. deciſ. lib.2. tit.2. deciſ. 3.* Cevallos *commun. contra com. tom.4.quæſt.897. num.1026.* Emman. *tom.3.qq. regul.q.51. art.12.* Campanil. *in diverſor. Iuris Canonici, rubr.12. cap.3.n.27.* Ita & Azorius *part.1. lib. 12. quæſt.3.*

17. Sub nomine etiam Clerici, ſeu Religioſi gaudentis fori privilegio venit familiaris Religioſorum, vulgò Donatus ſeu Oblatus, qui ſe, & ſua in Religionis ſervitium tranſtulerunt. Palaus *d.num.10.* cum Tuſcho *lit. O, concl.16.* Peregrino *Variar. lib.6. num.71.* & Barboſa *d.allegat.12. n.39.* cum eiſdem, & cum Marta *de Iuriſdict. p. 4. caſu 113. num. 37.* cum Paulino Berti *in Praxi crimin. Regul. tit.1. cap.3. num.3.* Veniunt etiam Rectores Xenodochiorum, Epiſcopi authoriatte erectorum, eo quòd loci ſacri ſint, & à laicali juriſdictione exempti, & eorum Rectores exempti eſſe debent. Palaus *d. n.10.* Barboſa *num.40.* cum Valaſco *conſult. 105. num. 32.* & Carolo de Graſſis *d. effectu 1. n.117.* Item veniunt ſub eodem nomine, & gaudent dicto privilegio fori, Fratres tertii Ordinis S. Franciſci, in communi viventes; quia hi Religioſi ſunt, vel Religioſam vitam imitantur. Palaus *d.num.10.* cum Jacobo de Graffis *in Deciſionib. Aureis, lib.2. cap.49.n.17.* Molina *de Iuſtitia, tom.4. tract. 3. diſp.50. num. 4.* Suarez *tom.5. in 3.p. de Cenſuris, diſp.22. ſect.1. n.20.* Auguſtinus Barboſa *d. alleg. 12. n.41. ex Ordinat. Regia Luſitana, lib. 2. tit. 2. §.1.* ibi: *Porem ſe alguns de tercera Orden viverem em comunidade, &c.* Curia Philip. *p.3. §. 1. num. 15.* Miranda *in Man. tom.1. quæſt. 36. concl.2.* Paulino Berti *tit.4. cap.30. num.6.* Aloyſio Riccio *in Praxi fori Eccleſ. deciſ.663. in edit. 1.* Controverſum autem eſt, an hujuſmodi Tertiarii, ſi in communitate non vivant, ſed ſuæ quiſque domi, fori privilegio potiantur. Affirmant apud Barboſam Emman. Roderiq. *tom. 2. qq. Regul. quæſt.65. art.4.* Marc. Anton. Eugen. *conſ. 26. num. 1.* Petr. de Ubaldis *de Portione Canon. quæſt. 17. n.13.* & alii, quos ad utramque refert partem Card. Tuſchus *tom.4. lit.E, concluſ.470.* Marta *de Iuriſdict. p.4. cent.2. cap.113. num.36.* & latius, quàm omnes, Beatus Joan. Capiſtranus *in tract. defenſorio, quem ſcripſit tertii Ordinis S. Franciſci*, conferens argumenta pro hac parte. Negativam tamen tenent Palaus, & Barboſa cum Dueñas *regula 100. limit. ult.* Calderino *conſ. 4. de Regularib.* Abb. *in cap. 2. num.11.* & Felino *num. 10. de Foro compet.* Marian. *in cap.1. num.12. eod. tit.* Deciano *tract. crimin. lib.4.c.9. num. 34.* Bologn. *conſ.22. num. 12.* Vulpell. *de Immunit. Eccleſ. p.3. num.29.* Intrig. *deciſ.30.n.4.* Franciſc. Viu. Neapolit. *deciſ.49. num.10.* Maſcard. *de Probat. concl. 957. num. 6.* Nicolao Feſtas *in tract. de æſtimo, p. 4. cap.1. à num. 10.* Molina *d. diſp. 50. num. 4. verſic. de his.* Camill. Borell. *in Sum. omnium deciſ. tit.43. de Foro compet. num.139.* latè Carol. de Graſſis *d. effectu 1. à num.92.*

Hanc negativam ſententiam ejus fundant Patroni. *Primò*, quia propriè non habent Regulam dicti Tertiarii, quoad tria vota eſſentialia, ſecundùm modum vivendi per Sedem Apoſtolicam approbatum, ſic ut ait Gloſſa 18.

Gloſſa *verb. Obedientiam, in Clement. 1. de Religioſis domib.* Gloſſa *verb. Tertiò, in Clement. 3. de ſent. excom.* quas communiter receptas, pluribus adductis, teſtantur Dueñas *d. Regula* 100. *limit.* 18. & Azevedo *ad l. 1. n. 4. tit. 14. lib. 6. Novæ recopilat. Secundò*, quia dicti Tertiarii, ſicut cæteri laici, tempore interdicti, à Fratribus Minoribus admitti non poſſe ad divina, expreſsè deciditur *in d. Clementina* 3. quod certè non decideretur, ſi illi veri eſſent Religioſi. *Tertiò*, quia exemptionem à tributis conſequi non poſſe prædictos Tertiarios, decidit apud noſtram Hiſpaniam *l. 19. tit. 4. Ordin.* & *l. 2. tit. 14. lib. 6. Novæ Recopil.* ubi Azevedo, Laſſarte *de Decim. vendit. cap. 19. à n. 90.* Avendan. *de Exequend. mandatis, lib. 2. cap. 14. num. 28. de Gabellis quæſt. 95. num. 5. & 6.* Flores de Mena *d. quæſt. 21. num. 197.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 224. num. 34. & cap. 363. num. 29.* Barboſa *d. num. 41.*

19. Gaudent etiam privilegio fori Milites Ordinum S. Joannis Hieroſolymitani, S. Jacobi, S. Stephani, S. Lazari, Chriſti, Avis, Calatravæ, Alcantaræ, Monteſæ, &c. Ita Palaus *d. n. 10.* cum Graſſis *d. effect. 1. n. 109.* Navarro *conſ. 12. & 13. de Regularib.* Barboſa *allegat. 12. num. 45.* cum dicto Navar. *locis citatis, & conſ. 22. eod. tit.* Mend. à Caſtro *in Praxi Luſitaniæ, lib. 2. c. 1. num. 12.* Curia Philip. *p. 1. §. 1. num. 13.* Eman. *tom. 2. qq. Regul. quæſt. 62. art. 13. & ſeqq.* Petro Gambacurta *de Immunit. Eccleſ. lib. 7. cap. 10. n. 2.* Leonard. Duard. *ad Bullam Cœnæ, can. 15. q. 28. num. 1. quæſt. 1. concl. 5. & quæſt. 18. n. 50.* Menchac. *Illuſt. cap. 105. num. 46.* Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 47. à n. 16.* Menochio *de Arbitrariis, caſu 135. n. 31. in addit.* Ioan. Maria *de Elect. & variat. fori, quæſtion. 37. n. 2.* Caballo *in criminalib. reſolut. caſu 56. n. 9. & 10. & caſu 225. à num. 11.* etiamſi profeſſi non ſint, per textum *in cap. Religioſo, §. 1.* ubi Archidiac. *de Sent. excom. lib. 6.* Et faciunt quæ Iaſo *in l. Cùm quædam, n. 13. ff. de Iuriſdict. omnium Iudicum*, Tiraq. *de Retract. lig. §. 1. gloſſa 8. n. 21.* Curia Philip. *p. 3. §. 1.* Et addit Barboſa, in Senatu Regio Portugaliæ ſic judicari ſe vidiſſe, quamvis contrarium reſolvant Bobadilla *in Politica, lib. 2. c. 18. num. 86. & cap. 19. num. 17. in fine*, & Roderiq. *d. quæſt. 62. art. 14.*

Aliqui extendunt privilegium fori ad Eremitas: ſed intelligi hoc debet, ſi in communitate Religionis approbatæ vivant; ſecus ſi extra Religionem, ſub nullius obedientia, quia verè laici ſunt, nulloque fruuntur privilegio, nulloque Ordine Clericali ſunt inſigniti, nec habent certum vivendi modum ab Eccleſia approbatum. Unde nec à poteſtate ſæculari exempti ſunt, nec fori privilegio gaudent. Ita Palaus *loco citato*, cum Graſſis *d. effectu 1. num. 102.* Roderiq. *qq. Regul. quæſt. 60. art. 2.* Molina *tom. 3. tract. 3. diſp. 50. num. 4. in fine*, Sanch. *in Decalog. lib. 4. cap. 16. n. 10.* Barboſa *d. alleg. 12. n. 42.* cum Dueñas *regula 100. limit. fin.* Armendariz *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 1.* Covarr. *Practicar. cap. 34. n. 4. verſ. 2. intellige.* Curia Philip. *p. 3. §. 1. num. 15.* Boërio *in tr. de ſtatu, & vita Eremitar. n. 13. & 14.* Flores de Mena *d. q. 21. num. 194.* Morl. *in Emporio juris, p. 1. tit. 2. in præludio.* Cevallos *Communium contra comm. tom. 4. quæſt. 896. num. 585. cum ſeqq.* Molina *tract. 2. diſp. 141. verſ. Eremita, & d. diſp. 50. num. 4. in fine*, Camill. de Curte *p. 2. cap. 2. n. 93.* Zerola *in Praxi Epiſcopali, verb. Eremitæ*, Paulino Berti *tit. 1. cap. 3. num. 4.* & Belletto *diſq. Cleric. p. 1. tit. de Diſcipl. Clericali, §. 2. num. 23.* Et addit Barboſa minimè gaudere dictos Eremitas immunitate ſolvendi collectas, & gabellas, poſt Avendañ. *de exequend. mandatis, lib. 2. cap. 14. num. 24.* Gutier. *de Gabell. quæſt. 95. num. 7.* Mena *d. q. 21. à n. 195. & num. 204.* & poſt Rodriq. *tom. 3. quæſt. 74. art. 11.* Si tamen Eremitæ profeſſionem emittant, ut in aliquibus Provinciis extare (ait ipſe Barboſa *num. 43.*) aliqua Monaſteria illorum, tunc privilegio fori, & exemptionis à tributis eos gaudere, diſponit Ordinatio Regia Luſitaniæ *lib. 2. tit. 11. in princ.* & fatentur omnes ſuprà relati, addit ille Doctor, & in hoc eventu credit, accipiendas eſſe reſolutiones præſtitas à Marta *de Iuriſdict. d. caſu 113. num. 1.* 20.

Pœnitentes ſæculari judicio eſſe ſubjectos, & nullo fori privilegio gaudere, aſſerunt Barboſa *num. 44.* & Palaus *d. num. 10.* cum Covar. *d. cap. 34. num. 4.* Deciano *tract. crimin. lib. 4. c. 9. num. 35.* Morl. *in Emporio Iuris, p. 1. tit. 2. in præluditis, num. 143.* Carolo de Graſſis 21.

d. effectu 1. *num.* 127. poſt Simanch. Rolandum, Azevedum, Cenedum *ad Decretum, collect.* 34. Idem reſolvit Barboſa de eo genere mulierum, vulgò *Beatas*, & apud Italos *Pinzoccheres*, poſt Parladorum *lib.* 3. *rerum quotidianarum, difficul.* 9. §. 1. *num.* 5. Farinacium *in Praxi crimin. quæſt.* 8. *num.* 46. & poſt Bobadillam *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 199. Quoad pœnitentes verò S. Inquiſitionis judicio punitos, certum eſt eidem Tribunali eſſe ſubjectos. De quibus ait Antonin. Diana *p.* 4. *tract.* 7. *reſol.* 14. quod ſi pœnitentiam ab Inquiſitoribus impoſitam non implent, non ut relapſi, ſed ut impœnitentes, arbitrariè puniuntur. Quod ſi pertinaciter implere recuſent, tradendi ſunt Curiæ ſæculari.

22. Famulos Epiſcoporum, qui propriè eorum famuli ſunt, & ſervi, non mercede conducti, privilegio fori gaudere, docet Palaus loco ſæpè citato. Et Dianæ Compendium noviſſimum ab anonymo Authore Jeſuita editum Anturpiæ anno 1575. apud Jacobum Meurſium, verbo *Eccleſiaſtici, & Clerici, num.* 42. ita habet: Familia Epiſcopi, vel Nuncii Apoſtolici, licèt laica, gaudet privilegio fori, neque poteſt Iudex laicus in illam inquirere. Bonacina &66. Idem dicendum de Officialibus Epiſcopi, ut ſunt Carcerarii, Fiſcales, Commiſſarii, Magiſtri, Notarii, Lectores, &c. Barboſa & 20. Idque non ſolùm in delictis commiſſis in Officio, ſed in quibuſvis aliis. Idem eſt de familia Epiſcopi titularis tantùm; ſed hi tunc puniendi ſunt ab Ordinario loci, in quo degunt, non verò ab Epiſcopo titulari. Idem eſt de iis, qui non ſunt Epiſcopi, ſed habent jura Epiſcopalia, cum poteſtate juriſdictionis; quia hoc Epiſcopis convenit, non ratione Ordinis, ſed ratione dignitatis, *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 98. *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 12. *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 30. *part.* 5. *tract.* 1. *reſol.* 1. & 25. & *part.* 6. *tract.* 2. *per totum.* Item familia Vicarii Epiſcopi. Novar. & 3. Immò & Clerici cujuſcunque, ſaltem quoad ſervos perpetuos, etiam Mauros, & Turcas. Menochius, & duo. Et fortè etiam quoad conductitios. Menochius, & quatuor. *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 46. & 47. & *part.* 7. *reſol.* 61.

23. In eodem Compendio, & verbo *Eccleſiaſtici, &c. n.* 43. ſequentia lego: Filii Clericorum legitimi, vivente patre gaudent privilegio fori. Barboſa, & quatuor, *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 7. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 111. Sicut & privilegium Clericorum non hoſpitandi milites, extenditur ad eorum patres, & fratres in eadem cum ipſis domo in communi viventes. Riccius, & Graffis *part.* 4. *tr.* 1 *reſol.* 32.

In *num.* 44. habetur: Ordinatus 24.
ante legitimam ætatem, aut extra tempora, vel per ſimoniam, vel ab Epiſcopo, qui excommunicatione, vel ſuſpenſione erat impeditus Ordines conferre, gaudet privilegio fori; quia non obſtantibus iſtis eſt verè ordinatus. Squillante. Idemque olim erat de ordinatis à non ſuo Epiſcopo, ſine litteris dimiſſorialibus: ſed hoc nunc per Urbanum Octavum, conſtit. Anni 1624. eſt ſublatum. *Ibidem reſol.* 26. Nota hanc Conſtitutionem, *la* 35. apud Angel. Cherubin. *tom.* 4. *pag.* 80. ſolùm de Italis hoc diſponere §. 4 dicendo, *Italos verò, ſi quos in poſterum Clericali charactere inſigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Epiſcopo, cum falſis dimiſſoriis contigerit, etiamſi qualitatibus per Conc. Trid. Decretum, cap.* 6. *ſeſſ.* 23. *requiſitis præditi ſint: nihilominus, ſequuta tamen priùs deſuper Iudicis Eccleſiaſtici declaratione, fori privilegio minimè gaudere, ſed ſæculari juriſdictioni, ut antea, plenè in omnibus ſubjacere, & ſubjectos eſſe reſpectivè volumus.* Nota etiam hanc fori privationem non afficere, & comprehendere ſacris initiatos, nec beneficiarios, ſed eos tantùm, qui Clericali tonſura initiati, vel etiam Ordinibus minoribus aliàs gauderent, incedentes in habitu Clericali, & tonſura. Conſtat expreſsè ex dicto Concilii Decreto.)

Numero 45. dicitur: Si Clericus ſe 25.
obligavit per publicum inſtrumentum guarentigiatum tempore, quo erat laicus, non poteſt factus Clericus pro executione illius inſtrumenti conveniri coram Iudice laico. Graffis, & duo. *Ibid. reſol.* 23.

Iudex laicus (dicitur *num.* 46.) non 26.
poteſt procedere nec criminaliter, nec civiliter contra eum, qui poſt admiſſum crimen, immò & poſt inchatam litem factus eſt Clericus, vel Novi-

tius

tius, & aſſumpſit habitum ea intentione, ut ſe ſubduceret juriſdictioni ſæculari; quia ſi confugiens ad Eccleſiam poſt delictum, animo evadendi judicium ſæculare, gaudet immunitate; multò magis qui ſe Deo conſecrat. Bonacina, & quinque *ibid. reſol.* 38. 84. *&* 95. *& part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 27. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 33. *&* 67.

27. Laicus relegatus, ſi tempore relegationis fiat Clericus, & frangat exilium, non poterit puniri à Iudice laico. Riccius, & duo *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 22. Secus ſi relegatus Clericus tempore relegationis fieret laicus, adhuc poterit à Iudice Eccleſiaſtico puniri. Genuenſis *part.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 119.

28. Viduæ, pupilli, &c. perſonæ oppreſſæ, etiam ſine Iudicis ſæcularis negligentia poſſunt adverſarios ſuos trahere ad Eccleſiaſticum Tribunal. Scaccia, & quatuor *ibidem, reſol.* 118. *& part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 90.

29. Clericus hæres laici, non tenetur coram Iudice ſæculari proſequi litem jam inchoatam contra eum, cui ſucceſſit: ſed denuò eſt conveniendus coram Iudice Eccleſiaſtico. Bonacina, & ſex. Etſi communiter contrà ſentiant Reginaldus, & octo *part.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 25. *& part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 31. & *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 21.

30. Clericus non poteſt compelli ad comparendum coram Iudice laico, tanquam creditor, aut legatarius in confectione inventarii. Bonacina, & tres. Neque ad reſtitutionem depoſiti, vel ſequeſtri, Bonacina & quatuor *p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 21. *&* 22. Neque ſi ſpoliavit ſe ſua poſſeſſione, eſt ab hac iterum dejiciendus per Iudicem laicum, ſed per Eccleſiaſticum. Squillante, & duo. Neque Clericus venditor interpellatus ab emptore, tenetur eum defendere coram Iudice laico; quia hic ibi eſſet ejus Iudex. Marta, & quatuor *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 74. *&* 25.

31. Ius congrui, ſeu retractus, non habet locum in Clericos paſſivè, ſed activè tantum. Ideò poſſunt Clerici jure congrui agere contra laicos, non autem laici in Clericos; quia ſtatuta laicorum prodeſſe poſſunt Clericis, non autem nocere. Surdus, & octo *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 43.

32. Clericus non poteſt reconveniri apud Iudicem laicum de re, quæ non habet connexionem cum petitione: v. gr. ſi ipſe exigat mutuum, & ab eo petatur commodatum; cum enim cauſæ hæ diverſæ ſint, debent dividi, & quælibet ad ſuum Iudicem remitti. In caſibus autem, quibus poteſt reconveniri, quamvis teneatur ſtare ſententiæ Iudicis laici, non tamen ab eo cogi ad ſolvendum. Bonacina *p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 6. *&* 3. Et generatim non poteſt Iudex laicus facere realem executionem ſententiæ à ſe latæ contra Clericum, in caſibus, quibus ipſi cognitio à jure permittitur. Belletus. Quamvis contrà ſentiat Barboſa, & ſex *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 4.

33. Si Clericus, qui vendidit agrum, conveniatur pro evictione, debet conveniri coram Iudice Eccleſiaſtico; ſi verò lis mota fuerit contra laicum qui rem à Clerico emit, & Clericus reſiſtat defenſioni emptoris, tunc non poteſt trahi ad Tribunal Eccleſiaſticum, quia agitur contra laicum; & Clericus tantùm aſſiſtit Iudicio nomine, & pro defenſione emptoris. Tamburinus *ibid. reſol.* 22.

34. Debitor petens admitti ad beneficium ceſſionis bonorum, non poteſt trahere Clericum creditorem ſuum ad forum ſæculare, ſed debet adire Epiſcopum. Duardus *part.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 23.

35. Si Clerici in debitis regalibus poſſunt conveniri in Curia ſæculari, id eo fit, quòd bona regalia Clericis cum hac tantùm conditione concedantur, ut docet Suarez *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 66.

36. Clericus in feudalibus poteſt conveniri coram Judice laico, quia non ſubjicitur judicio feudi tanquam perſona Eccleſiaſtica, ſed tanquam Dux, Marchio, &c. Suarez, & ſex *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 59.

37. Speculativè loquendo, Clericus, qui patitur violentiam, poteſt recurrere ad Judicem laicum, quando Judex Eccleſiaſticus non adeſt; aut ſi adeſt, non vult reprimere. Alioquin non licet Judici ſæculari cauſam Eccleſiaſticam ad ſe revocare, & vim Clerico illatam propulſare. Suarez, & undecim. Ad *c. Filiis, vel nepotibus*, 17. *quæſt.* 7. Reſpondetur hoc jus fuiſſe ſublatum, & abrogatum ab Innocentio II. Azorius, & decem. Quidam tamen docent, Regem Hiſpaniarum habere privilegium in his cauſis violentiæ arcendæ. Suarez, & quatuor. Quod tamen alii negant.

Bonacina, & Zevallos *part.1. tract.2. reſol.14. & 15. part.3. tract.1. reſol.53. & 64. & part.5. tract.1. reſol.13.* Vide me ipſum *in tract. de Appellationibus, part.2.* 224.227.240.241.242. & 251.

38. Clericus in civilibus poteſt ſe Judici laico ſubjicere ut arbitro; non autem ab illo cogi, ut ſtet illius ſententiæ. Leſſius, & Tannerus *part.1. tract.2. reſol.107.*

39. Epiſcopus poteſt delegare Judici laico cauſam Eccleſiaſticæ Juriſdictionis merè civilem, & pecuniariam, non autem ſpiritualem. *Ibidem, reſol.113.* Omnia hactenus ſcripta, *à num.21.* in dicto Dianæ Compendio continentur, verbo *Eccleſiaſtici, & Clerici*, quæ libenter hic inſerui, quia maximè faciunt pro præſenti inſtituto.

40. Tertiò prænotandum cenſui, privilegium Fori reale eſſe, & perſonale, & non tam perſonale, quàm reale. Conceſſum enim eſt intuitu ſtatus Clericalis, & Eccleſiaſtici, ut dixit S. Congregatio Concilii in Declaratione *ſuprà, num.10.* tradita. Quod quidem, & quod renunciare non poſſint Eccleſiaſtici huic privilegio, expreſsè diffinivit Celeſtinus III. *in cap. Si diligenti, el 12. de Foro compet.* poſt Concil. Milevitanum, & Carthaginenſe, quæ habentur 11. *quæſt.1. c. Inolita, & c. Placuit.* Sic igitur Celeſtinus *ad finem d. c.12. Manifeſtè patet, quod non ſolùm inviti, ſed etiam voluntarii paciſci non poſſunt, ut ſæcularia judicia ſubeant, cùm non ſit beneficium hoc perſonale, cui renuntiari valeat, ſed potius toti Collegio Eccleſiaſtico ſit publicè indultum, cui privatorum pactio derogare non poteſt. Nec juramentum licitè ſervari potuit, quod contra Canonica ſtatuta illicitis pactionibus informatur.* Huc ſpectat quod Innocentius III. decrevit *in c. Cùm tempore, el 5. de Arbitris*, pro Abbate, & Conventu de Pigravia, dicens: *Quia legitimè conſtitit, quod fide hinc inde data, compromiſſum eſt in Archiepiſcopum memoratum, nos arbitrium ab eo prolatum decernimus obſervandum, illis dumtaxat capitulis exceptis, quæ contra libertatem ipſius Monaſterii, & duarum Capellarum ejuſdem in arbitrio ſunt expreſſa: cum etſi ſponte volueris, de Iure tamen nequiveris, ſine licentia Summi Pontificis, renuntiare privilegiis, vel indulgentiis libertatis, quæ Monaſterium illud indicant ad jus, & proprietatem Romanæ Eccleſiæ pertinere.*

Sacra etiam Rota *in Licienſi Quartæ, 27. Iunii 1642. coram Rojas*, poſt *tom.1. diſquiſ. mearum, la 5.* in qua ſic *num.4.* habetur: In omnem caſum dicti Fratres non poterunt præjudicare ſucceſſoribus, aut Monaſterio, nec renuntiare privilegiis toti Ordini conceſſis, *cap. Cùm acceſſiſſet*, ubi Decius *colum. penult. verſic. Secunda prædicta concluſio, & n.18. de Conſtitut.* Balañez *conſ.43. num.84. cum ſeqq. lib.1.* Rota *in Hiſpalenſi Quartæ Funeralium, 4. Iulii 1590. coram bon. memor. Cardin. Pamphilio*, & *in Treverenſi bonorum, 15. Martii 1621. coram bon. mem. Dunozet.* Hæc in Licienſi: in Hiſpalenſi autem in ea citata, *coram Pamphilio, la 6. poſt dictas diſquiſitiones*, ſequentia *in numero 4.* lego: Ultra quod iſtæ aſſertæ ſolutiones, cum ſint factæ vel ab exequutoribus ultimarum voluntatum, vel à Monachis particularibus, qui non potuerunt renunciare privilegio toti Ordini conceſſo, non præjudicant Monaſterio, ad notata *in cap. Cùm acceſſiſſet*, Decius *colum. penult. verſic.2. prædicta concluſio, & colum. finali, num.18. verſic.6. & ultima concluſio, &c. de Conſtitutionibus.* 41.

Hanc doctrinam ſuprà tenuimus, & firmavimus *quæſt.2.n.381.* cum Petro ab Angelis, Bonacina, Pellizzario, Bordono, Chaſſaing, Donato, &c. & *num.414.* cum Diana Coordinato *part.10. tract.12. reſol.52. aliàs 53.* Caſtro Palao *part.2. tract.10. diſp. unic. punct.13. num.3.* Illam propugnat Delbene *de Immunit. Eccleſ. p.1. c.4. dub.31. à n.1.* ex *c. Si diligenti, de Foro compet.* cum Innoc. & Abb. *in c. Novit, de ſentent. Excom.* Cajetano verbo *Immun.* Suar. *de Immunit. cap.1. n.11. & de Cenſuris, diſp.21. ſect.2. num.89.* Quibus omnibus eruditionis gratiâ prænotatis, dubium *ſuprà, num.5.* propoſitum, ſequentibus reſolvere concluſionibus duxi. 42.

Prima Conclusio.

Clericus prima tonſura, aut minoribus etiam Ordinibus initiatus, qui tamen beneficiarius non ſit, ſi cum habitu Clericali, & tonſura non incedit, non ſolùm in civilibus, ſed etiam in criminalibus, poteſtati laicali 43.

cali ſubjectus eſt, & ab ea capi, & puniri benè poteſt. Concluſio iſta veriſſima eſt: quia hujuſmodi habitum, & tonſuram deſerens, ipſo jure amittit privilegium fori, ex S.Concilii Trid. diſpoſitione *ſuprà, num.6.* reddita. Reaſſumptis tamen illis, recuperant privilegium amiſſum hujuſmodi Clerici in minoribus conſtituti, & non beneficiarii, ut benè Pax Jordanus *tom.2. de Re beneficiaria, lib.10. tit.37. num.27.* Delbene *p.1.c.4. dub.8. ſect.4. num.24.*

SECUNDA CONCLUSIO.

44. Clerici ſacris Ordinibus initiati, & perſonæ Religioſæ, de quibus ſuprà, etiam incedentes ſine habitu, & tonſura proprio ſtatui convenientibus, non amittunt fori privilegium, eſto ab Epiſcopo, vel à Prælato Regulari moniti fuerint, ut reaſſumant: unde poteſtati non ſubſunt ſæculari, nec ab ea capi, aut puniri poſſunt. Ita Pax Jordanus *num.28.* ex *cap. Eos qui ſemel, el 3.20. quæſt.3.* cum Iſernia *in Conſtitut. Apoſtatantes,* Scaccia *de Iudiciis, cap.11. num.82. poſt medium,* & Thoma Treviſin. *deciſ.48. lib.2. à n.9.* Proſper Fragnanus *in c. Perpendimus, de ſentent. Excomm.* ſic ait, *num.17.* poſtquam dixerat Clericos in Sacris, ter à ſuis Superioribus admonitos amittere privilegium Fori, ſi non reſipiſcant, & ab enormitatibus ſe abſtineant; ſecus tamen ſi admoniti non fuerint, quamvis depoſito Clericali habitu, enormitatibus ſe immiſceant: Si verò (inquit) agitur de Clericis in Sacris, tunc ſunt opiniones; ſed verior, & communior ſententia eſt, eos non perdere privilegium fori, ut oſtenſum eſt *ſuprà, à num.4. uſque ad num.12.* Et hoc ſervat Curia, ut dixi *in c. Cùm non ab homine, num.106. ſuprà, de Iudiciis.*

45. Pro nobis etiam eſt Carolus de Graſſis *de Effectibus Cleric. effectu 1. num.920.* per hæc, quæ ſequuntur verba: Sed in hoc Regno, neque Clerici in Sacris, neque in minoribus conſtituti, puniuntur à Judicibus laicis, etiam quod quantumvis enormia, & reiterata delicta commiſerint. Et utcumque ſit, tutius eſſe & verius, ut degradatio fieret actualis, priuſquam Judex ſæcularis cognoſcat.

Covarruvias *Practicarum cap.32.* relata ſententia aſſerente, Judicem ſæcularem poſſe cognoſcere de Eccleſiaſticis enormiter delinquentibus, limitationem illi addidit dicens: *Modò ita ſint his ſceleribus dediti, ut inveterati dici poſſint ſcelerum Miniſtri.* Et concludit *n.2. in fine,* contrariam approbans ſententiam negantem Iudicem ſæcularem poſſe contra Clericos criminoſos procedere, dicens: *Unde mihi potiùs placet poſterior opinio.* Cujus graviſſimi Doctoris placitum ſequuti ſunt Avendañus, Farinacius, & Bobadilla *in Politica, lib.2.cap.18.n.96.* dicens primam opinionem procedere ſolùm poſſe in Clericis ſola prima tonſura initiatis.

Noſtram item concluſionem pro- 46.
pugnant P.Anton.Diana *part..tract.1. de Immunit. Eccleſ. reſol.11.* quò loci ait ſententiam contrariam Rabardei, opponi Sacris Canonibus, & Eccleſiaſticæ libertati. Et *part..tract. 1. de Immunit. reſol.9. num.5.* illum convincit, dicens: Unde ſciat P. Rabardeus, anno 1632. quemdam Miniſtrum Regium, cum allegationem Granatæ typis excudiſſet, defendentem conſuetudinem judicandi Clericos in quibuſdam delictis enormibus, à propria dignitate detruſum, Sanctæ Inquiſitionis cenſuram ſubiiſſe, ut teſtatur Torreblanca *in Pract. juris ſpiritualis, lib.15. cap.4. num.7.* Vide quæ ex ipſo recenſuimus Diana, & ex ab eo citatis *ſuprà, num.26. & 27.*

Corroborat concluſionem Lotte- 47.
rius *de Re beneficiaria, lib.3. q.33. n.30.* dicens Judicem laicum, in Clericum non degradatum non poſſe procedere: Quod ſi laicus Judex degradatione hujuſmodi (inquit) non expectata, executionem ſententiæ in perſona Clerici præcipitaret, utique eſſet inexcuſabilis: Licèt enim Geminianus *in cap.1. §.ult. num.12. de Homicidio, in 6.* opinatus fuerit, in crimine aſſaſſinii degradationem factam eſſe ipſo jure, tamen iſta opinio eſt erronea. Ita Lotterius, qui *num.29.* præmiſit, doctrinam ſuam procedere, etiamſi Clericus profiteretur ſe eſſe laicum.

Firmant concluſionem noſtram De- 48.
clarationes Cardinalium, quas refert Thomas Delbene *de Immunit. Eccleſ. cap.6. dub.10. num.10.* per hæc, quæ ſequuntur verba. Quapropter S.Cardi-

nalium Congregatio, ſpecialiter ab Urbano Octavo die 9. Aprilis 1641. & die 1. Octobris eodem anno ad id deputata declaravit, Miniſtros Regios Sardiniæ violaſſe immunitatem Eccleſiaſticam, & contraxiſſe cenſuras, temporalitates Epiſcopi Algarenſis occupando, & illum è Regno expellendo. Et poſtea anno 1642. S. Congregatio Indicis in Decreto particulari publicavit, & appoſuit inter Authores prohibitos Ioannem Lopez de Baylo, qui ex principiis, & rationibus ubi ſuprà adductis conatus eſt in quadam allegatione defendere, potuiſſe dictos Miniſtros Regni Sardiniæ expellere è Regno dictum Epiſcopum, & ejuſdem temporalitates occupare. Hæc Delbene. Principia autem, & rationes, in quibus dictus Baylo fundabatur, ſequentia ſunt.

50. *Primum:* Quod Clerici, ut cives, debent parere Principi in re juſta, quæ ad bonum commune pertineat. Ergo & puniri pœna etiam exilii, & emiſſionis è Regno, impoſita iis, qui commiſerint aliquid, quod bono communi adverſetur.

Secundum: Quod licèt Clericus non poſſit è Regno expelli à Principe authoritativè, ſeu per modum juriſdictionis contentioſæ, & judicialis, non eſt cur non poſſit expelli defenſivè, ſeu per modum juriſdictionis œconomicæ, ad eum modum, quo expelli poſſunt è domo filii Clerici à patre, & ſervi Clerici à domino, ſi domus pacem perturbant.

Tertium eſt: Quod in Hiſpania ſit praxis, quod Clerici, & Epiſcopi juriſdictionem Regiam, v. gr. perturbantes, expellantur è Regno, ſi non authoritativè, ſeu per viam juriſdictionis contentioſæ, vel judicialis, ſaltem defenſivè, ſeu per viam juriſdictionis œconomicæ, ſicuti teſtantur Salgado *de Retentione Bullar. p. 1. c. 3. §. 7. n. 68.* Gonzalez *de Lege Politica, lib. 1. cap. 10.* Larrea *in Allegat. Fiſcal. p. 1. allegat. 64. num. 16.* & Solorzanus *de Indiarum jure, tom. 2. dub. 3. cap. 27. num. 34. & ſeqq.* Ergo.

51. Ad *primum* reſpondet P. Delbene, conceſſo antecedente, negando conſequentiam. Et reddit diſparitatem, quia in ordine ad primum Princeps ſufficientem habet, & idoneam poteſtatem dirigendo; ſecus in ordine ad ſecundum: cùm Clerici exempti ſint ab ejus juriſdictione, præſertim coërcitiva, ſeu punitiva, *cap. Etſi Clerici, & cap. Clerici, de Iudiciis.* Baunius *p. 1. tract. 11. quæſt. 37. dub. 11.* & ipſe Delbene *tom. 2. de Immunit. cap. 9. dubit. 1. & ſeqq.* & *de Parlamentis, dub. 4. ſect. 19. ſubſect. 7. dubit. 22. & dubit. 23. per totam.*

Ad *ſecundum* reſpondet, diſparitatem reddendo, quia filii, & ſervi Clerici, jus non habent commorandi apud patrem, vel dominum, niſi quandiu, & quanto tempore patri, vel domino placuerit: quod non contingit in Clericis in ordine ad Principes; cum non à Principibus, ſed à Papa illi ad miniſteria Eccleſiæ adhibeantur: quapropter à Principibus expelli non poterunt, utpotè ad regimen Eccleſiæ conſtituti à Papa, cujus voluntati Principes adverſari non poſſunt, nec debent. 52.

Ad *tertium* reſpondet diſtinguendo antecedens: Eſt praxis de facto, concedo: eſt praxis de jure, ſubdiſtinguo: ſi Papa non poſſit conſuli, & periculum ſit in mora; vel ſi Papa conſultus, nolit providere, concedo; quia tunc fit per modum defenſionis purè naturalis, & locum habet jus puræ naturæ: aliter, nego. Ita Doctor ille. 53.

Exornat, & fulcit concluſionem noſtram Pax Iordanus *d. tit. 27. num. 28.* dicens: Conſtituti verò in Sacris, ſeu Religionem aliquam profeſſi, quamvis non deferant habitum, & tonſuram, & quamvis à proprio Epiſcopo, ſeu Prælato moniti fuerint, ut reaſſumant; tamen adhuc non ſpoliantur ejuſmodi privilegio, *cap. Eos, 20. q. 3. &c.* prout ſuprà, *num. 44.* Et dictus Doctor graviſſimus, & peritiſſimus, loquens de Clerico beneficiario, nondum ſcilicet in ſacris conſtituto, ſequentia profert: Item Clericus beneficiatus, non efficitur de foro laico, etiamſi incederet armatus, ut miles. Clarus *quæſt. 36. num. 19. in fine*, atteſtans ita Senatum Mediolanenſem declaraſſe. Scaccia *de Iudiciis, cap. 11. n. 82.* ante finem, ubi confutat Farinacium (*de Inquiſit.*) *d. quæſt. 8. n. 56.* 54.

Latè concluſionem propugnat noſtram noviſſimè illuſtriſſimus, & Excellentiſſimus Dominus D. Fr. Ioannes Thomas Rocaberti, Archiepiſcopus 55.

pus Valentinus, 22. Septembris hujus præſentis anni 1680. in Epiſtola Paſtorali ad Excellentiſſimum Ducem de Beraguas Regni Valentiæ Proregem miſſa, in qua pluribus demonſtrat Iuribus, Doctrinis, exemplis, & rationibus, graviſſimè fuiſſe violatam immunitatem Eccleſiaſticam, & ejus forum, mediante pœna capitali inflicta, executionique demandata juſſu, & authoritate laicali dicti D. Proregis, Fr. Ioanni Facundo de Ribera, Religioſo profeſſo, & ad Sacrum Ordinem Subdiaconatus aſſumpto, ſub prætextu, quod ſine habitu, & tonſura ſtatui Eccleſiaſtico, & Religioſo debito captus fuiſſet, *con quatro eſcopetas, y trage formal de vandolero.... Y que haviendole tomado la confeſſion a dicho reo, ſe ſujeto al Iuez ſecular, y mediante Iuramento confeſſo juridicamente ſus delictos, con nombre de Pedro Antonio de Ribera, ſin haber proteſtado ſer Frayle, ni averlo manifeſtado en alguno de ſus dichos, ſolo en la firma pone Fray Pedro Antonio Ribera, &c.*

56. Quod quidem facinus impunitum non manet, tum temporaliter, Catholico Rege noſtro Carolo deponente dictum D. Proregem de illius Valentiæ Regni gubernio: tum ſpiritualiter, fulminatis Eccleſiaſticis cenſuris per dictum Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Archiepiſcopum. Unde non acquieſco doctrinæ Illuſtriſſ. D. Pacis Iordani, Epiſcopi Tragurienſis *d. lib. 10. tit. 37. num. 29.* dicentis: Requiritur enim ultra prædicta (dimiſſionem ſcilicet habitus, & tonſuræ, & admonitionem Epiſcopi, aut Prælati) ad perdendum privilegium, quod enormitatibus ſe immiſceant, quo caſu perdunt illud quidem quoad hoc, ut poſſint etiam à ſæculari judice puniri ratione enormitatum; non autem privativè quoad Iudicem Eccleſiaſticum: quia ratione characteris in anima impreſſi, non perditur ſubjectio ex delictis commiſſis. Sed Summi Pontifices tantùm permittunt, & certo modo relaxant privilegium Clericis conceſſum, ut Iudex laicus, ſi prævenerit (habet enim in his locum prævention) poſſit caſtigare delinquentem, remanente ordinaria poteſtate, & ſubjectione apud Superiores Eccleſiaſticos, quatenus & ipſi prævenientes caſtigare queant, ut faciliùs puniantur hujuſmodi delinquentes duos habentes Iudices. Ita Triviſanus, dicens hoc modo intelligenda eſſe jura Canonica, videlicet *cap. 1. de Apoſtatis, cap. Cùm non ab homine, §. 1. de Iudiciis, cap. Perpendimus, de ſentent. excom. cap. fin. de vita, & honeſtate Clericor. cap. In audientia, cap. Si contingat, el 2. d. tit. de Sent. excom.* reprobando *conſilium* 59. Alexandri de Nevo, & convincendo, quod malè locutus ſit in multis eò loci. Sicque fuiſſe obſervatum Venetiis, & à Sereniſſimo Principe, Ampliſſimoque Collegio fuiſſe remiſſum ad Illuſtriſſimum D. Nuncium Apoſtolicum quendam Religioſum carceratum. Et Triviſanum ſequitur Scaccia *d. num. 82.* ante finem. Si verò delictum leve ſit, non prorogatur juriſdictio ad laicos, ſed reſervatur ſoli Eccleſiaſtico. Scaccia *à n. 82. in fine*, & plenius *num. 64.*

Hactenus Pax Jordanus, cujus doctrinæ, quatenus docet Judices laicos habere juriſdictionem cumulativam cum Judicibus Eccleſiaſticis, ad cognoſcendum de criminibus enormibus Eccleſiaſticorum, charactere in anima impreſſo, medio Ordine ſacro prædictorum, non acquieſco, propter omnia in ſuperioribus dicta. Maximè quia privilegium Fori conceſſum eſt Statui Eccleſiaſtico in communi, & nemo illi, etiam ſponte renunciare poteſt, expreſsè quidem, aut tacitè, ut expreſsè decernitur in Jure, *cap. Si diligenti, de Foro competenti, cap. Cùm tempore, de Arbitris,* ſuprà *num. 40.* & ita declaravit Sacra Congregatio Eminentiſſ. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, *ſuprà num. 10.* & ſimiliter S. Rota ſæpè dixit, *num. 41.* & docent communiter omnes ferè Doctores, quorum quamplures recenſuimus, videlicet Gloſſam, & Rolandum *d. num. 10.* Delbene, Petrum ab Angelis, Bonacinam, Bordonum, Chaſſaing. Dianam, Donatum, & Palaum *n. 42.* Immò & ipſum Iordanum, Scacciam, & Triviſanum, & Fagnanum, *num. 44.* Carolum de Graſſis *num. 45.* Covarruviam, Avendañum, Bobadillam, & Farinacium *num. 46.* dictum Dianam *num. 47.* Lotterum *n. 48.* Sacram Congregationem ſub Urbano Octavo, & S. Congregationem Indicis

57.

num. 49.

*num.*49. dictum Delbene, & Baunium *num.*5. Eundem Iordanum, Clarum, & Scacciam *num.* 54. & D. Archiepiſcopum Valentinum *n.*55. Ergo per nullum, aut per plura, quantumvis enormia delicta, patrata per beneficiarium, aut per Sacris initiatum, aut per Religioſum, non amittit fori Eccleſiaſtici privilegium, ita ut Iudex laicus de eo, & de ſuis ſceleribus cognoſcere poſſit, nec cumulativè. Conſequentia patet: tum, quia aliàs quilibet Eccleſiaſticus renunciare poſſet foro, & de facto renunciaret, ſaltem indirectè, & tacitè, delinquendo. Tum quia in illo caſu, ſine cauſa, & ſine culpa ſua puniretur ſtatus Eccleſiaſticus in communi, cùm ab eo auferretur exemptio, & immunitas ſua: & utrumque, utpotè abſurdum, & iniquum, admitti non debet.

58. Et ad non acquieſcendum dicto Jordani placito, ſufficiebat mihi exemplare, quod ipſemet Doctor refert, remiſſionis Religioſi carcerati ad Nuncium Apoſtolicum, per Sereniſſimum Principem Venetiarum, & ejus Collegium factæ: ſed nonnulla alia libet recenſere, ex quibus convincatur deeſſe Principibus, & Judicibus laicis poteſtatem judicandi Eccleſiaſticos, ob delicta etiam enormiſſima ab eis patrata. Quem defectum in ſe, & ſuis Miniſtris recognoſcens Carolus Quintus Imperator, & Hiſpaniarum ampliſſimus Monarcha, obtinuit Apoſtolicum diploma à Clemente Papa VII. ut in Neapolis Regno poſſet procedi ſine tribus monitionibus, contra Clericos, qui habitu ſui ſtatus dimiſſo, ſe immiſcent in enormibus delictis. Similem facultatem à Leone X. obtinuit Rex, in cujus literis, Canonicis Sanctionibus derogatis, permiſit Judicibus laicis cognitionem Clericorum, qui dimiſſo habitu, & tonſura Clericali, ſe immiſcent in enormibus delictis; & punitionem eorum, non obſtante, quod admonitiones non præceſſerint, pro quibus ſubſtituit publicationem ſuarum literarum quotannis fiendam, ut ſuppleant pro tribus monitionibus. Leoninam conceſſionem interpretatur Chaſſaneus *in Conſuetudinibus Burgendiæ, rubr.* 1. §. 5. *num.* 59. Ex quo deducitur, trinam monitionem eſſe neceſſariam, ut advertit Marta *de Iuriſdict. part.* 2. *caſu* 135. *num.*9. ad hoc, ut Judex laicus cognoſcat de Eccleſiaſticis, in caſibus aliàs ſibi permiſſis.

59. Deinde Rex Philippus II. obtinuit à Papa Breve ad puniendum per Miniſtros ſuos, Clericos illos, qui rebellionis Regni Luſitaniæ participes fuerant, de quo illuſtriſſ. Joannes Caramuel *in Philippo Prudente, pag.*77. *& in Ioanne Bragantino*, & D. Leander Vander, idiomate Latino, *pag.*75. Et in caſu illius, qui ſe Regem Luſitaniæ Sebaſtianum fingens, voluit contrahere matrimonium cum Excellentiſſ. D.N. Auſtriaca, noluit Rex Philippus, ut Eccleſiaſtici in eodem crimine rei, ab alio, quàm à ſuis punirentur Superioribus, ut teſtantur dictus Caramuel, & alii. Et in rebellione Catanzari, idem præcepit Philippus III. ſervari in punitione Eccleſiaſticorum, qui in rebellionis ſe immiſcuerant facinore, ut videre licet apud Baſtidam *in Antidoto contra Paulum Venetum, part.*2. *num.* 58.

60. Clemens VIII. Commiſſarium Raguſam miſit adverſus Rempublicam illam, ob mortem illatam cuidam Religioſo enormibus immerſo delictis, ut læſæ majeſtatis reo: & ob illud facinus Magiſtratus gladiis Eccleſiæ percuſſi, humiliter à Papa veniam, & abſolutionem petitam, à Clemente obtinuerunt. Quorum author eſt Horatius Capon. *in Rempublicam Venetam, part.* 2. *cap.* 7. qui plura alia refert exempla. Et cùm Imperator imperaſſet capi Epiſcopum Tornenſem, eo quòd in Moſcobia conſpirationes ſolicitaret ſecretas, ſtatim ac Nuncius Apoſtolicus cauſam ad ſe avocavit, & Archiepiſcopum petiit; iſte fuit ad eum, & ad Nunciaturam remiſſus, de ejuſdem Imperatoris mandato, eo non obſtante, quod ſchiſmaticus ipſe eſſet. Dux item Sabaudiæ, eo quòd Epiſcopum Vercellenſem in carcere detineret, ob materiam gravem, mucrone excommunicationis ictus, Eccleſiæ obediens humiliter veniam, & abſolutionem petiit, ac obtinuit.

61. De Paulo V. refert Spondanus *anno* 1606. *num.*2. *in Annalium Eccleſiaſticorum* 2. *tomo*, quod cùm Republica Veneta ſeveriùs agens, ob leges

ges à Senatu latas, quibus *in Ordinem Eccleſiaſticum ſibi poteſtatem in puniendis quibuſdam delictis arrogaret*; ac fundos, prædiaque, & alia ſtabilia bona Eccleſiis addici, & donatione, aut teſtamento relinqui, vel ab iis alio titulo acquiri, ſacraſque ullas ædes, ac etiam Xenodochia ædificari, abſque Senatus permiſſu vetaſſet: poſtquam ſæpiùs monitus Senatus minimè ſatisfaceret, quinimmò licitè id à ſe fieri poſſe, abſque ulla Religionis, aut immunitatis Eccleſiæ læſione contenderet: demùm 17. Aprilis diploma ad omnes Præſules ditionis Venetæ ab his publicandum direxit; quo niſi intra 24. dies Senatus ſatisfaceret, Ducem, & Senatum excommunicatos declarabat, totamque ditionem Venetam interdicto ſupponebat. Contra quod diploma, cum Leonardus Donatus Dux Reipublicæ (qui nuper in locum Grimanii defuncti ſuffectus fuerat) aliud ad eoſdem Præſules 6. Maii publicaſſet, quo ejuſmodi Pontificiam ſententiam publicari prohiberet: fuere nihilominus ex Epiſcopis, & aliis Prælatis, qui juſſioni Pontificis detulerunt, & Ordines Religioſorum, qui poſt elapſum tempus præſcriptum, interdictum obſervantes in ſuis Eccleſiis, elegerunt è Veneta ditione diſcedere, quàm in illud peccare: putà Ieſuitæ, Capuccini, aliorumque recentiorum Ordinum profeſſores; antiquis, cum pleriſque Præſulibus, domi quietis remanentibus, & Officiis ſuis ut priùs defungentibus. Sunt autem de hoc publico diſſidio quamplurima hinc inde pro utriuſque partis defenſione exarata, promulgataque ſcripta; armaque etiam parata, quouſque fuit diſſidium anno ſequenti, ut vidimus, compoſitum. Hæc Spondanus *loco citato*, qui *anno* 1607. *n.* 2. refert quomodo controverſia iſta fuerit compoſita, & terminata, interventu, & authoritate Henrici Francorum Regis, & miniſterio Legati ſui Cardinalis Joyoſæ, & Cardinalis Perronii, ita ut Veneti legibus controverſis ſe non uſuros promiſerint, quouſque inter partes de iis conveniſſet, & qui carcere ab iis detenebantur, in manus delegati Pontificii traderentur; edicta contra interdicta facta revocarentur; cuncti, qui aut ſponte abierant, aut dimiſſi fuerant, reſtituerentur: viciſſim Pontifex interdictum revocaret, & pacem cum Republica coleret. Quibus ſic ſtabilitis, Joyoſa Venetiis, adducto ſecum Oratore ordinario Regis ibi reſidente, vigeſimo primo Aprilis, coram Duce, & viginti quinque primariis Senatoribus, valvis clauſis, voce præconis interdictum authoritate Apoſtolica revocavit; & Senatum, univerſoſque ſubditos, & Ordines, qui in cenſuras incurrerant, ab iis abſolvit. Quod præſentibus teſtibus actum: & inſtrumentum ea de re Joyoſa confectum, ad Pontificem Romam confeſtim miſit. A beneficio tamen reſtitutionis excluſi fuerunt Jeſuitæ, quamvis eam Pontifex, & Joyoſa omni contentione urgerent: ſed ne propter eos negotium præcipuum intermitteretur, rem in aliud tempus, cum ſuſpiciones utrimque purgatæ eſſent, remitti placuit: quod quidem nondum factum, obfirmatis hactenus Venetis in ſententia de iis in ullam ſuæ ditionis partem non recipiendis. Hactenus Henr. Spondanus.

62. Alios caſus, in quibus Eccleſiæ Prælati obſtiterunt Principibus, & Iudicibus laicis, ne Eccleſiaſticas perſonas, etiam prætextu enormium criminum judicarent, & punirent, refert Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopus Valentinus, in præcitata ſua Paſtorali Epiſtola, quos adamuſſim recenſere libet.

Mis operaciones (inquit) han ſido reguladas à los preceptos de los Sagrados Canones, y à la obſervancia, que en todos tiempos ha tenido la Igleſia Catholica; y ſon notorias las demonſtraciones, que en caſos ſemejantes han hecho mis Predeceſſores, deſde el Obiſpo Hugo, que es el mas antiguo, que ſe lee, por haver dado garrote à un Eccleſiaſtico, que en trage indecente fue aprehendido por el Iuſticia criminal, con la nota de eſtar embuelto en enormes delictos, de cuya penitencia, y cauſa, quedan los monumentos en el Archivo de eſta Cathedrale.

63. Y por caſos de menos circonſtancias, hallo averlas executado los mayores Santos de la Igleſia, pues ſolo porque la Corte ſecular de Florencia prendio dos Clerigos de noche, que iban a cometer algunos inſultos, y por la mañana con grande ruydo, y

eſtrepito los remitio al Fuero Eccleſiaſtico San Antonino, de mi Sagrada Religion, que à la ocaſion era Arçobiſpo, deſcomulgo a todo el Magiſtrado, por aquella leſion, que el Eſtado Eccleſiaſtico recebio en el exceſſo, conque havian ſido reſtituidos los reos: y aunque le quiſieron obligar con amenaças, para que levantara las cenſuras, no cedio, haſta que un dia feſtivo, pueſta una cuerda al cuello, fueron todos los del Magiſtrado à la puerta de la Igleſia à recibir la abſolucion.

64. Y en otra ocaſion, que à la miſma Republica embio Eugenio IV. un Comiſſario Apoſtolico, al qual le detuvieron en rehenes de algunos Florentinos, que eſtavan priſioneros en Roma, los deſcomulgo el miſmo Santo, y aunque pretendio el Magiſtrado haverlo podido hazer, no queriendoſe tener por deſcomulgado, fueron à la Igleſia, lo qual ſabido por el Santo, mando que el Sacerdote, que eſtave en el Altar, y todos los Clerigos deſamparaſſen el Templo: pero los Varones del Magiſtrado, con pecho Religioſo, le ſuplicaron humilmente por la abſolucion, que ſe les concedio deſpues de una aſpera reprehenſion. Surio *in ejus vita*, 16. *Maii.*

65. San Anſelmo Obiſpo Bellicenſe, havienſe preſo por el Conde Uberto (Surio *in vita S. Anſelmi*, 20. *Iunii*, Sperell. *in Politic. Sacra*, *part.* 3. *cap.* 36. *fol.* 192.) un Clerigo, tuvo modo para hazerlo ſacar de la priſion, y queriendo el Conde ſegunda vez reſtituirlo à ella, en la reſiſtentia murio el Clerigo, y deſcomulgando el Santo al Conde, no obſtante que pretendio tener privilegio de no poder ſer deſcomulgado ſino del Sumo Pontifice, no tratandoſe por tal, agravo las cenſuras con el anathema, y aunque reclamo à ſu Santidad, que embio con un Arçobiſpo orden para la abſolucion, reſpondio con intrepidez el Santo, que ſi no es ſatisfaciendo la penitencia digna de la abſolution, no podia ſer oido, y aunque fue abſuelto del Papa, conſiderando el zelo del Santo, y por recibir la abſolucion de ſu immediato Paſtor, ſe la pidio ſujetandoſe à la penitencia, que le impuſo.

Omnes caſus, & exempla ſuprà adducta militant contra D. Pacem Jordanum, in ea parte, qua in delictis enormibus tribuit Judicibus laicis juriſdictionem cumulativam in Eccleſiaſticos; & noſtram ſecundam concluſionem exornant, & firmant: evincuntque ſententiam Rabadei *ſect.* 2. *num.* 8. *folio* 41. aſſerentem in multis caſibus Clericos à Judice laico puniri poſſe, falſam eſſe: pro qua allegat Hunnium, Beſoldum, Scipionem Gentilem, Paurmeiſterium, Joachim Stephanum, Teunerium Paræum Harprectum, Anonymum de Aveſtphallia, Vvinterum, & Boërum, & alios hujus generis, quorum nemini ulla fides adhiberi debet, aut poteſt, cùm omnes illi hæretici ſint, ut advertit Anton. Diana *tract.* 1. *de Immunit. reſol.* 10. *verſ.* 7. 66.

Et etiam evincunt non ſubſiſtere, quod addit Pax Jordanus *d. tit.* 37. *n.* 29. videlicet, Summos Pontifices permittere, & certo modo relaxare privilegium Clericis conceſſum, ut Judex laicus, ſi præveniat, poſſit caſtigare delinquentem: & ſic intelligenda eſſe Jura Canonica, *cap.* 1. *de Apoſtatis*, *c. Cùm non ab homine*, *§.* 1. *de Iudiciis*, *c. Perpendimus*, *de ſent. excomm. c. fin. de vita*, *& honeſtate Clericor. c. In Audientia*, *& c. Si contingat*, *el* 2. *de ſent. excom.* Et ſi hoc eſſet verum, ut exiſtimat ex Triviſano Pax, Pontifices ſuprà recenſiti inutiliter conceſſiſſe facultatem Principibus, & Judicibus laicis puniendi Clericos, dicendum eſſet, & inutiliter ab eis fuiſſe petitam, cùm ipſi illam haberent ex permiſſione, & relaxatione Summorum Pontificum: nec impedirent ne Regii Miniſtri Eccleſiaſticos delinquentes punirent, ſed potiùs ad eorum Prælatos, ad debitas pœnas ſubeundas, & de ipſorum authoritate infligendas remiſerunt: cùm talis ſit hominum ambitio, maximè ſæcularium poteſtatum, & tantus dominandi amor, ut minimè, etiam in minimo, patiantur ut ſuæ authoritati, & juriſdictioni detrahatur, immò illius ampliationi, & extenſioni maximè incumbant. Nec Clemens Octavus illo rigore uſus fuiſſet contra Magiſtratus Raguſæ, ob mortem illatam Religioſo illi, criminis læſæ majeſtatis reo: nec denique Paulus V. 67.

contra

contra Venetos tam rigidus ſtetiſſet, & implacabilis, propter legem ab eis latam, continentem facultatem à Pontificibus permiſſam (ut in contrarium aſſeritur) Eccleſiaſticos in aliquibus caſibus puniendi. Et ſi vera eſſet ſententia, quam impugnamus, nec tanti Epiſcopi tam enixè noſtram, & ſtrenuè opere, & ſermone ſententiam propugnaſſent; nec tanti eſſent Doctores, qui illam amplecterentur, ſicut oſtendimus, & ad multò majorem numerum eos reducere poſſemus. Nec jura illa intelligi poſſunt, ut Triviſanus, & Iordanus volunt; clara enim ſunt pro noſtra, & communi intelligentia. Quid clarius, quàm *cap. Si diligenti*, & *c. Cùm tempore*, ſuprà *n.* 40. recenſita, & quàm *caput*, *Ut famæ*, *de ſentent. excomm.* ubi ſtatuitur: *Laici verò citra excommunicationis ſententiam capere Clericos, & ad judicium trahere poſſunt, ſi oportet etiam violenter: dum tamen id de mandato faciant Prælatorum, quorum illi ſunt juriſdictioni ſubjecti, & quorum eſt corrigere criminoſos: cùm hoc non ipſi, ſed illi, quorum authoritate id faciunt, facere videantur.* Vbi Gloſſa *verb. De mandato*, ait: Speciale mandatum hic expectandum eſt; quandiu enim non eſt notum ipſos eſſe incorrigibiles, & *traditos Curiæ ſæculari*, non licet ſine mandato Prælatorum, quia adhuc ſub regula Clericali tenentur, etiam depoſiti, 81. *diſt. Dictum*, vel niſi ſe immiſceant enormitatibus, *ſuprà eod. Cùm non ab homine*, & *c. Perpendimus.*

68. Vbi nota I. ſpeciale mandatum requiri, ut Iudex laicus capere poſſit Clericum abſque incurſione in excommunicationem. Ergo Summi Pontifices non permittunt, & relaxant generaliter privilegium Fori, etiam in caſibus criminum enormium. II. Non ſufficere, ut Clericus incorrigibilis ſit, & quod in enormitatibus ſe immiſceat; ſed requiritur ut ei tradatur de ſui Prælati mandato: quod, ut advertit Ioan. Andr. in marginali, potiùs eſt invocari ab Eccleſia auxilium brachii ſæcularis, quàm quod Iudex ſecularis poteſtatem habeat in Clericum. III. nota Gloſſam ibi: *Niſi ſe immiſceant, &c.* non ſubjicere in eo caſu Clericum poteſtati judicis ſæcularis, ſed judicem ſæcularem abſolvit ab incurſione excommunicationis: quod patebit ex mox numero proximo dicendis.

Ad jura à Iordano pro ſe, & Triviſano adducta, convenit reſpondere. 69.
Ad primum *de Apoſtatis*, dico ibi non concedi Iudici laico ullam in Clericum poteſtatem, nec iſtum privilegio Fori privat, ſed tantùm Canonis privilegio. Conſtat ex epigraphe, & ex ſumma textus illius, quæ hujuſmodi eſt: *Clericus, qui dimiſſo habitu, & tonſura immiſcet ſe enormitatibus, perdit privilegium Canonis Si quis ſuadente (diabolo) unde cum deprehendentes non incidunt in Canonem, ſcilicet excommunicationem.* Et in formatione caſus, in fine: *Dicitur in iſto cap. quod Clerici, qui habitum Clericalem, & tonſuram dimittunt, & in apoſtaſia tanquam laici converſantur, ſi in criminibus deprehenſi teneantur, præcipit Papa per cenſuras Eccleſiaſticas illos non liberari.* In textu autem illius *cap. Præterea*, quæ ſequuntur tantùm leguntur: *Præterea Clerici, qui relicto Ordine Clericali, & habitu ſuo, in apoſtaſia tanquam laici converſantur, ſi in criminibus comprehenſi teneantur, per cenſuras Eccleſiaſticas non præcipimus liberari.*

Nec *c. Cùm non ab homine*, *el* 10. *de Iudiciis*, benè à Iordano pro ſua ſententia allegatur; in vim enim illius Iudex laicus de Clerico criminoſo non poteſt cognoſcere, neque illum judicare, niſi priùs depoſitum à Iudice Eccleſiaſtico: *Qui ſi depoſitus incorrigibilis fuerit, excommunicari debet, deinde contumacia creſcente, anathematis mucrone feriri, poſtmodùm verò ſi in profundum malorum veniens contempſerit, cùm Eccleſia non habeat ultra quid faciat, ne poſſit eſſe ultrà perditio plurimorum, per ſæcularem comprimendus eſt poteſtatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima pœna inferatur.* Ex qua quidem Celeſtini III. conſtitutione habemus, Eccleſiaſticum à Iudice laico puniendum, poſtquam depoſitus, excommunicatus, anathematizatuſque à Iudice Eccleſiaſtico, & in eo ſtatu conſtitutus in quo nullo privilegio, aut communi bono Eccleſiæ gaudeat, & traditus denique ſæculari Curiæ fuerit, ut non obſcurè apparet ex textu, & expreſsè ait Gloſſa in caſus formatione, ibi: *Cùm Eccleſia non habeat, quid* 70.

ultra faciat ; tradendus eſt Curiæ ſæculari.

71. Neque ex *cap. Perpendimus, el* 23. *de ſentent. excom.* aliquid contra nos infertur, cùm in illo ſolùm legatur, quod interfectores Clerici, de quo ibi, non cogantur Apoſtolicam Sedem adire ad abſolutionem obtinendam, ſi ille exceſſit, *& non propulſando, ſed inferendo injuriam, fuit occiſus.* Ubi Gloſſa *in fine caſus*, ait : *Nota, quod vim vi repellere licet.* Item, *Clericus immiſcendo ſe enormitatibus, amittit privilegium Canonis, Si quis ſuadente, &c.* Et notandum venit, non dixiſſe privilegium *Fori*, ſed *Canonis.* Præterquam quod ille textus procedit in caſu mortis Clerici, patratæ jure belli ab eo moti injuſtè, ſe Regis fingens filium, ac proinde ſe occiſores defendendo.

72. Ad caput *Ex litteris*, 16. *& fin. de Vita, & honeſt. Cleric.* reſpondeo in eo ita decerni contra Clericos negotiatores : *Mandamus quatenus, ſi tales tertiò commoniti, ab hujuſmodi non reſipuerint, ſed prætermiſſis divinis officiis, negotiationibus inſiterint ſupradictis, cùm facto privilegium abjiciant clericale, tu quominùs, dum his ſe implicant, de ſuis facultatibus ſtatutis, & conſuetudinibus patriæ ſubjaceant, non defendas eoſdem.* Quo textu benè ponderato, ex eo non colligitur, ut in oppoſitum prætenditur, quod Papa permittat ut Judex laicus, ſi præveniat, caſtigare poſſit clericum negotiatorem ; ſed quod Epiſcopus Ambianenſis, ad quem Epiſtolam illam Decretalem mittit, in his, quæ ad negotiationes pertinent, Clericos negotiatores, poſt tres monitiones non defendat ab obligatione ſervandi ſtatuta, & conſuetudines illius patriæ, negotiationes concernentes, ſolvendi ſcilicet de ſuis facultatibus, quæ alii negotiatores laici. Unde Barboſa *in Collectanea* ad hoc caput, *num.* 2. dicit : Collige ex textu, Clericum negotiatorem, & artificem, qui poſt trinam monitionem ſui Epiſcopi deliquerit in negociatione, & artificio, quod exercet, *poſſe conveniri coram Iudice laico, & ab eo puniri in rebus negotiationis, ſed non ad pœnam corporalem*, ut per Bertachinum *de Epiſcopo, p.* 1. *lib.* 4. *n.* 96. *& de Gabellis, p.* 3. *num.* 3. Aufrerium *de Poteſt. Iudicis laici ſuper perſonas Eccleſiaſticas, regula* 1. *fallent.* 16. *num.* 24. Carolum de Graſſis *de Effectibus Clerical. effectu* 1. *num.* 844. ubi *num.* 845. intelligit *in concernentibus negotiationem, non in reliquis.* Imbrian. *tract. de Iudic. Regni, in præfat. num.* 41. Cened. *ad Decretum, collect.* 37. *num.* 2. Hæc Barboſa *d. n.* 2. & *ſub num.* 4. ad verba, *De ſuis facultatibus*, ait cum Gloſſa verbo *Suis facultatibus : Quia propter hoc facultatibus Eccleſiæ non fit præjudicium.*

Ad *cap. In Audientia, el* 25. *de ſentent. excom.* reſpondetur *primò*, in illo nihil de privilegio *Fori*, ſed *Canonis* tantùm eſſe diſpoſitum, ut ex illius apparet inſpectione, maximè juncta Gloſſa *in Caſus formatione*, dicente: Clerici aliquando, relicto habitu Clericali, aſſumunt arma militaria ; quæritur utrum illi, qui injuriam corporalem talibus Clericis inferunt, ſint excommunicati, & an illi Clerici adhuc privilegio gaudeant Clericali? Reſpondet Papa, quod hujuſmodi Clerici, ſi à Prælatis ſuis tertiò commoniti noluerint arma militaria deponere, de privilegio Clericorum ſubſidium aliquod habere non debent, cùm fruſtra legis imploret auxilium, qui committit in legem. 73.

Idem tenet Barboſa *in Collect. n.* 1. pluribus allegatis, per hæc verba: Clericus, qui relicto habitu Clericali arma militaria portat, ſi ter admonitus à Prælato minimè deponit arma, non gaudet privilegio *Canonis Si quis ſuadente*, quia fruſtra implorat Eccleſiæ auxilium, qui committit in ipſam. Colligunt ex Ordinariis Abbas antiquior, Innocentius, Collect. Zabarella, Joan. Andreas, Hoſtienſis, Butrius, Ancharanus, Panormitanus, Felinus, Mar. Socinus, Vivianus *in Rationali, lib.* 3. *Iuris Pontificii, pag.* 280. Alagona *in Compendio Iuris Canonici, pag.* 760. remiſſivè, Ximenez *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *Collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 14.

Reſpondetur *ſecundò*, præfatam Decretalem non procedere, niſi reſpectu Clericorum, qui in minoribus ſunt conſtituti. Ita idem Barboſa *n.* 2. dicens : Probat hic textus, Clericum in minoribus conſtitutum amittere clericale privilegium, ſi miles effectus exerceat arma, ut per Belletum *diſquiſit. Clerical. part.* 1. *de favore Clericorum Canonis*, §. 2. *num.* 39. poteſt enim renuncia- 74.

renuntiare privilegio, tam fori, quàm Canonis, si dimittat habitum clericalem, & laicaliter vivat. Zerola *in Praxi Episcop. p.1.* verbo *Clericus*, §.17. Intellige, si tertiò monitus non resipiscat, ut textus habet; non potest enim, sine trina monitione, privilegium clericale amitti. Covarr. *Practicar. cap.* 31. *num.* 1. *in princ.* Azevedus *de Exequendis mandatis, p.* 1. *cap.* 22. *num.* 14. Decianus *in tract. criminal. lib.*4. *cap.*9. *num.* 88. Farinac. *in Praxi crimin. p.*1. *quæst.*8. *num.* 60. Barbosa *in l. Titiæ, num.*34. *&* 35. *vers. Unde in hac materia, ad finem, ff. Soluto matrimonio.* Aloysius Riccius *in Collectan. decisionum, p.*5 *collect.*1610. Hodie post Concilium Trident. *sess.* 14. *de reformat. cap.*6. non requiritur talis admonitio, immò si hujusmodi Clerici in minoribus constituti, reperiantur sine habitu, & tonsura, amittunt statim privilegium fori: ita Clarus *lib.*5. *§. fin. quæst.* 36. *vers. Hæc autem*, ubi testatur apud suos sic servari. Navarr. *cons. ult., num.* 6. *sub tit. de Privileg.* Decianus *d. cap.* 6. *num.* 88. dicit, quod stantibus concessionibus Pontificum factis Hispaniæ, & Galliæ Regibus, possunt Iudices sæculares Clericos sine illis monitionibus punire, & etiam in terminis Concilii, tenet Lælius Zechius *de Republica Ecclesiastica, cap.*19. *de Clericis in communi, tit. de Clericorum privilegiis, quando amittantur, num.* 6. dicens, quod usus ita recepit. Unde ut Clericus in minoribus fori privilegio potiatur, attendi tempus delicti, resolvunt Clatus *d. quæst.* 36. *num.*11. Bobadilla *in sua Politica, lib.*2. *cap.*17. *n.*34. Curia Philippica *p.*3 §.1 *n.*10. Hæc omnia Aug. Barbosa, ex quibus habemus *d. caput In audientia*, non procedere nisi respectu Clericorum, qui in minoribus sunt constituti. Unde non probat, quod in contrarium intenditur à Jordano.

75. Ultimum caput, quod pro se allegat Pax, est *cap. Si contingat, el* 2. *de sent. excom.* qui certè non extat, sed benè *cap. Contingit interdum*, quod est *el* 45. *eod. tit.* in quo quidem non exprimitur de quibus Clericis Constitutio procedat illa, de beneficiariis scilicet, de Sacris initiatis, vel in minoribus constitutis, aut denique de conjugatis: unde non est cur intelligatur de constitutis in Sacris, aut de beneficiariis, seu de iis, qui in minoribus, non beneficiariis, aut dē conjugatis: tum quia ejus dispositio odiosa est, nedum personis ipsorum Clericorum, sed etiam Ordini, & Statui Ecclesiastico. Ergo ampliari & extendi non debet, nec potest, sed arctari, ita ut quantum minùs fieri possit, præjudicet Statui, & personis: odia enim restringi, & favores convenit ampliari, *cap. Odia, el* 15. *de Regulis juris, l. Cùm quidam, ff. de liberis, & posthum. & c. Statutum, de Elect. in* 6. Vidal *in Arca Vitali, tit. de Duello, inquisit.* 6. *num.*10. Caramuel *in Theolog. fundament. fundam.*38. *num.* 924. ibi: *Odia sunt restringenda ad minimum, ad congruam tamen verborum significationem: ideo & pœnæ.* Et *num.*925. ait: *In pœnis benignior interpretatio facienda est.* Ipsos allegavi *tom.*2. *Disquisition. disq.*11. *num.*13. *pag.*382.

Tum etiam, quia alia jura in præ- 76.
cedentibus reddita, eodem ferè modo loquentia, de Clericis intelliguntur, ut vidimus *num.*69. quòd hujusmodi Clerici delinquentes non liberentur per censuras. *Num.*70. quod postquam illi à Judice Ecclesiastico fuerint anathematizati, privati omni privilegio Ecclesiastico, & Iudici sæculari traditi, ab isto puniantur *N.*72. quod negotiatores, post trinam monitionem, in rebus solùm negociationis puniantur, & non in personis *N.*75. vidimus textum *capitis In audientia*, solùm procedere in Clericis in minoribus constitutis. Et denique Concilium Tridentinum relatum *suprà, num.*5. solùm expressè privat privilegio fori Clericos in minoribus constitutos habitum, & tonsuram dimittentes. Ergo ad summum reliqua jura, eodem jure tacitè alios Clericos non privāt, quàm in minoribus constitutos: patet consequentia, quia taciti, & expressi idem est judicium. Barbosa *axiom.*218. *num.*1. *ex l. Cùm quid, ff. Si certum petatur, l. Si filiusfamilias, ff. eod. tit. l. ultima, ff. de Legatis* 2. *l. Item quia sufficit, ff. de Pactis, l. ult. C. Qui bonis cedere possunt.* Et ego ipse sæpè, signanter in commentariis *ad constit.*6. *n.*10. quò loci dixi, dictum axioma procedere, quando utrumque, tacitum scilicet, & expressum, ex potentia ejusdem causæ procedit, ut declaravit Rota *decis.*608. *num.*2. apud Farina

rinacium *p.2.recentior.* teſte dicto Barboſa *num.* 2. At in noſtro caſu, omnia præfata jura, ab eadem cauſa, Sede Apoſtolica, & ſumma ejus potentia procedunt. Ergo.

Pro pleniori probatione concluſionis noſtræ videantur quæ cumulavi *tract. de Appellationib. p.2. quæſt.*10. *à num.*189.*ad num.*212.

CONCLUSIO TERTIA.

78. In caſu, quo Eccleſiaſtici ſuis criminibus Reipublicæ moleſtiam ingerant & periculum, poteſtas laica poteſt contra illos procedere, ſi ex alio capite remedium neque à Superiore Eccleſiaſtico, neque à Papa obtineri poſſit, vel quia aures dare nolunt, vel periculum eſt in mora, & ad eos recurrere tempus non permittit, cùm res temporis non patiatur dilationem. Ita Thom. Delbene *de Immunit. Eccleſ. part.2. cap.9. dubit.*4. Ratio eſt, quia tunc id ſe habet non per modum imperii, & juriſdictionis, ſed per modum juſtæ, & neceſſariæ naturalis defenſionis ſuorum; quia jure naturali dictante licet vim vi repellere, *cap. Si verò, el* 3. *de ſent. excom.* ubi Gloſſa *verb. Vim*, ex *l. Ut vim, de juſt. & jure, & l. Scientiam, ff. ad l. Aquiliam, cap. Significaſti, el* 18. *de Homicidio*, ibi: *Quamvis vim vi repellere omnes leges, & omnia jura permittant*, ubi Gloſſa *verb. Repellere.* Et addit Delbene, id etiam licere prævenindo; ſiquidem metuenda, & antevertenda ſunt damna, quæ evenire probabiliter poſſunt, argum. *cap. Bonæ*, ubi Gloſſa *verb. Metuebat, de Electione*, & docent Grammaticus *deciſ.*5. *num.*7. Gaill. *de Pace publica, lib.* 1. *cap.*2.*num.*6. Barboſa *de pot. Epiſc. p.*3. *allegat.* 106. *n.*34. (ubi de conſervatoribus, & judicibus Eccleſiaſticis) & alii, quos citat, & ſequitur Cutellius *in Codice Politico, nota* 24.*n.*5.*fol.*143.

79. Confirmatur, quia ubi fruſtratio judicii, ex judicii mora, vel abſentia, periculo inſtante, timetur, quiſque Judex eſt, *l. Nulli, C. de Iudiciis, & l.*3. *§. Si debitorem, ff. Quæ in fraudem creditor.* Idemque dicitur de nocturno fure, *in l.*1. *C. Quando liceat unicuique ſine judice vindicare ſe.* Quapropter ubi Judex Eccleſiaſticus renueret mederi, vel abeſſet, id licere tradunt Victoria *Relect.*1. *de Not. Eccleſ. quæſt. fin. num.*8. Sotus *in* 4. *diſt.*25. *art.*2. *quæſt.*2. Azorius *p.*1. *lib.*5. *cap.*14. *quæſt.*2. Molina *de Iuſt. & jure, tom.*1. *tr.*2. *diſp.*31. *concl.*4. Henriq. *in Sum. p.*2. *lib.*4. *c.*12. *n.*6. Salas *de Legib. diſp.*14. *ſect.*9. *n.*11. Suarez *in Regem Angliæ, lib.*4. *cap.*34. *n.*6. *& ſeqq.* Baldell. *lib.*5. *diſp.*33. *n.*18. Vvaldenſis *lib.*2. *doctrinæ Fidei, cap.*8. & alii, quos citat, & ſequitur Cutellus *in Codice, nota* 24. *ad Legem Federici, fol.*145. *col.*2. *& fol.*155. *col.*1. & *in cap. Nec licuit*, 17. *diſt. cap. ut Famæ, de ſentent. excomm.*

Secundò confirmatur, quia Reſpu- 80.
blica civilis ſibi ſufficiens eſſe debet: unde ſicut propria authoritate poteſt ſe defendere, & indemnem conſervare à quacumque alia civili Republica, ſic etiam poterit ab Eccleſiaſticis.

Quæ adeo ſunt vera, quod ſi Supe- 81.
rior Eccleſiaſticus ſuſcitaret turbationem, poſſet illi reſiſti, exemplo Salomonis animadvertentis in Abiathar Summum Sacerdotem, tentantem ſeditionem, & perduellionem, 3. *lib. Regum, cap.*2. licèt non in eum juridicè ſtatui, doceant Felinus, & Decius *in cap. Si quando, de Reſcriptis*, Socinus ſenior *in cap. Nulli, de Sent. excomm.* Navarr. *in c. Cùm contingat, remed.*2. *de Reſcript.* Ortiz *p.* 2. *oppoſit.* 1. *fol.* 136. Sotus *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.*2. *art.*2. *concl.*2. *n.*23. Victoria *de Poteſt. Papæ* (ubi ait, quod ſi Papa faceret aliqua mandata in deſtructionem Eccleſiæ, poſſit Princeps ſæcularis facto, vel vi reſiſtere illis, & impedire executionem talium mandatorum.) Gerſon *in Regulis Moralib. tit. de Præceptis Decalogi, & conſ.*10. *de unitate Eccleſiæ*, Silverius *verb. Papa* 4. Cajet. *de Poteſtate Papæ, cap.*27. Corduba *lib.*4. *quæſt.*10. *dict.*13. Turrecremata *lib.*2. *c.*106. Toletus *in Sum. in Expoſit. Bullæ Cœnæ, excom.*9. & Bellarminus *de Romano Pontifice, lib.*2. *cap.*29. *ad* 7. ubi docet, quod *ſicuti licet reſiſtere Pontifici invadenti corpus, ita liceat reſiſtere invadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multò magis ſi Eccleſiam deſtruere niteretur*; liceat, inquam, ei reſiſtere, non faciendo quod jubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem ſuam. Quapropter ſi licet in Pontificem, multò magis licebit in Eccleſiaſticos, quando neceſſitas inevitabilis ſic ſuadet; quia ſcilicet Superior abeſt, vel quia mederi recuſat, cùm

tunc

tunc non ſit niſi facultas præventiva, & medicinalis, ad avertendum tantum malum directa; non autem poteſtas juriſdictionalis, vel imperium, ut docent Suarez *in Regem Angliæ, lib.* 3. *cap.* 3. Baldell. *d. lib.* 5. *diſp.* 10. *num.* 7. *& diſp.* 35. Driedus *de libertate Chriſtiana, cap.* 2. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 11. & Molina *de Juſt. diſp.* 31. Eſtque poteſtas unicuique indita, non ſubjecta poſitivis diſpoſitionibus in rebuſpublicis rectè ordinatis; reſidetque in Principe, ne ſi liceret cuicumque id agere, majora ſcandala & incommoda ſequantur.

82. Atque ita in dicto caſu poſſe, extraordinaria arrepta poteſtate, Magiſtratum laicum exercere vim punitivam, coërcitivam, ſeu coactivam in Eccleſiaſticos, docent præter jam citatos, Fernandez *p.* 2. *cap.* 6. §. 1. *num.* 4. Simancas *de Catholicis Inſtitutionib. cap.* 44. *num.* 31. Aufrerius *de Poteſt. ſæcularis Judicis ad Eccleſiaſticas perſonas, regula* 2. Benedict. *in c. Rainutius, verſ. Et uxorem, num.* 454. Souſa *in Bullam Cœnæ, cap.* 16. *diſp.* 82. *num.* 9. Bañez 2. 2. *quæſt.* 67. *art.* 1. *dubit.* 2. Lorca 1. 2. *tom.* 2. *de Legibus, diſp.* 25. *membro* 4. Joan. de la Cruz *in Directorio, p.* 1. *præcepto* 8. *q.* 3. *art.* 1. & dictus Delbene ſæpè ſæpiùs, videlicet *in lib. de Parlamentis, dub.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 1. 2. 3. 4. *&* 15. & *dubit.* 23. *ſect.* 1. & *de Immunit. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 215. *ſect.* 5. *&* 6. *& cap.* 3. *dub.* 8. *ſect.* 3. *&* 4. *cap.* 6. *dub.* 10. *cap.* 7. *dub.* 8. *& p.* 2. *d. cap.* 9. *dub.* 4.

SECTIO II.

De privilegio Canonis Eccleſiaſticis competente, in quo Canon ipſe declaratur exactè.

83. IN præcedenti ſectione egimus latè de privilegio Fori Eccleſiaſticis perſonis competente; in præſenti autem multò breviùs de privilegio Canonis, quo ipſi Eccleſiaſtici gaudent, agere intendo. Privilegium Canonis communiter dicitur, quia conceſſum *in can. Si quis ſuadente diabolo*, 17. *q.* 4. in quo Innocentius II. ſic ſtatuit: *Si quis ſuadente diabolo, hujus ſacrilegii vitium, vel crimen incurrerit, quòd in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo ſubjaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſolvere, niſi mortis urgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & ejus mandatum ſuſcipiat.* Hæc textus, à cujus regula multi excipiuntur caſus, in quibus excommunicatio iſta non incurritur, ob injectionem manuum in Eccleſiaſticas perſonas.

84. *Primò* excipiuntur pueri, & alii, qui doli, & malitiæ capaces non ſunt, ſeu qui ad peccandum judicium non habent, ut advertit Barboſa *in Collectanea ad d. Canonem, num.* 3. poſt Navarrum *in Manuali, cap.* 27. *num.* 76. Rayner. *in Catalogo cenſurarum, tit. de Excommunicationib. extra Bullam, cap.* 9. *notab.* 1. Bonacinam *de Cenſuris, diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *à princ.* Henriq. *in Sum. lib.* 13. *cap.* 11. §. 3. Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. E, num.* 12. Carolum de Graſſis *de Effectib. Cleric. effect.* 9. *n.* 13. Idem Barboſa *in cap.* 1. *n. ult. de ſentent. Excom.* poſt multos alios ibi allegatos. Et denique Gloſſa in dictum Canonem, verbo *Violentas.* Huc ſpectat actus imperfectio, non pertingentis ad culpam mortalem, putà ob ſubitam paſſionem iræ, animo non plenè advertente ad id, quod agitur, vel ob circunſtantias perſonarum, &c. minuentes culpam. Barboſa *num.* 56. cum Laym. *d. cap.* 5. *num.* 8. *verſ. Altera.*

85. *Secundò* excipiuntur, qui jocoſâ levitate ſe percutiunt. Ita dicta Gloſſa. Barboſa *num.* 55. *ex cap.* 1. & ibi Abbas *num.* 4. *de ſentent. excom.* Gloſſa verbo *de familia, in c. Cùm voluntate,* §. *fin.* ubi Hoſtienſis *num.* 12. *eod. tit.* Belletus *tit. de favore Clericorum Canonis,* §. 2. *num.* 1. Coriolan. *de caſib. reſervat. p.* 2. *caſu* 10. *de Judic. Regul.* §. 10. *num.* 13. & Carolo de Graſſis *de Effectib. clerical. effect.* 9. *num.* 306. *& ſeqq.*

86. *Tertiò* excipitur Magiſter diſcipulum percutiens. Gloſſa *in d. canonem Si quis*, ex *d. cap.* 1. *de ſent. Excom.* Barboſa *num.* 65. *ex d. cap.* 1. *& ex c. Ex tenore, eod. tit.* Excipiuntur etiam Abbates, & alii Prælati, & parentes, ſi bono Zelo ducti, diſciplinæ, & correctionis cauſâ Clericum percutiant, aut Monachum. De Abbate eſt textus *in c. Univerſitatis* 24. *de Sentent. Excom.* ubi decernitur, ut Abbas per ſeipſum, non per alium, regularis diſciplinæ cauſa, Monachum percutiat, vel ſi neceſſitas poſtulet, per aliquem Clericum, vel Monachum (ſub quo comprehenduntur omnes verè Religioſi, etiam quos vocant *Converſos*,

verſos, ait Barboſa *num.*64. ut contra aliquos benè notat Suarez *diſp. 22. ſect.1.n.42.*)non per laicum, niſi forſitan neceſſitas excuſet, ut advertit Suarez *num.* 43. id fieri jubeat: alioquin, tam qui tales verberari præcipit, quàm illi, qui verberant, quamvis ob delictum, excommunicationis ſententiam incurrunt. Et ita obſervant Layman *tract.5.p.2.cap.5.n.8.* Barboſa *d.n.64.* & *in cap. univerſitatis, citato, num.* 2. cum Navar. *conſ.* 42. *de ſent. excom.in antiq.* & *in comment.3.de Regularib.n.52.* Soarez de Pace *in Practica, p.5. tom.5. cap.3. §.12. num.49.* Salzed. *ad Bernard.in Pract. cap.126. lit. E*, Peña *p.3. comment.* 110. *num.2.* Farinac. *in Praxi crimin.quæſt.41.n.15.* Aldrete *de Religioſa diſciplina tuenda, lib.2.cap.17.àn.20.* Roderiq. *tom.1. qq. Regular. quæſt.* 19. *art.8.* Cabedus *p.1. Luſitaniæ, deciſ.83.n.8.cum ſeqq.* Ricc. *in Praxi Eccleſiaſt.deciſ.*355. & Conink *de ſacram.& cenſuris, tom.2. diſp.*14.*num.*190.*verſ.Tertiò.* Et ſi textus ſolùm loquatur de ſolis Prælatis Regularibus, illum communiter intelligunt DD. de omnibus Eccleſiaſticis Prælatis, quoad hoc, ut per laicos non poſſint ſuos Clericos verberare. Ubi tamen, addit, conſuetudo adeſt, prout eſt in Gallia, ut Clerici per laicos verberentur, Prælati, & verberantes non incidunt in excommunicationem, ut per Fr.Emman. *d.art.8. in medio*, Suarez *d.diſp.22.ſect.1.n.48.* Zeroſa *in Praxi Epiſc. p.1.verb. Excommunicationis cauſa efficiens*, §.8.

87. *Quartò* excipit quoad reſervationem ad Papam, dicta Gloſſa, Clauſtrales ſe percutientes, *ex cap. Cùm illorum, de ſent.excom.* Barboſa *num.*81. dicens: Regularis Regularem ejuſdem clauſtri percutiens non enormiter, à Prælato ſuo abſolvi poteſt: ſin verò Abbatis diſcretio ad delinquentis correctionem non ſufficiat, adhibendus eſt Epiſcopus, *cap. Monachi, cap. Cùm illorum, c. Canonica, de ſent. excom.* Nav. Bonacina, Belletus, Layman, Car.de Graſſis, Eman. Roderiq.

88. *Quintò* excipitur hoſtiarius, qui ratione officii ſui aliquem verberat, & idem eſt de eo, qui ratione officii arcet aliquem à turba. Dicta Gloſſa, & Barboſa *num.* 75. *&* 88. qui tamen limitat, dummodò animo maligno Clericum non percuſſerit: & addit, quod ſi illo animo deficiente, illum percuſſerit ſine ſufficiente neceſſitate, poſſit ab Epiſcopo abſolvi, ſi percuſſio gravis non fuerit, *ex c.Si verò, el* 1.*§.Officialis, de ſent.excom.* Sayro, Conink, Bonàcina, & Belleto.

Sextò, excipitur, qui ſe defendendo, Clericum percutit. Dicta Gloſſa. Barboſa *num.*57. ubi ita fatur: Qui in defenſionem ſui, vel alieni corporis Clericum aggreſſorem detinet, vel percutit, excommunicationem non incurrit, dummodò modus non excedatur, & ea in continenti aggreſſionem ſubſequatur: ita probat textus *in cap. Si verò, el* 1. ubi Abbas *num.*14.*de ſent. excommunicat.* & ſentiunt Covarr. *in Clem. Si furioſus, p.3. §.unico, num.5. in princ.* Anton. Gomez *tom.3.variar. cap.3.n.20. ad medium*, Clar. *in §.Homicidium, n.23.verſ.Præterea.* Ugolin. *de cenſur. p.2. cap.* 11. *§.Propoſuimus, num.1. & 2.* Jacob. Ayer. *de Homicidio neceſſario, p.1.num.63.* Farin. *in Praxi crimin.p.5.quæſt.125.num.32.* Carol.de Graſſis *de Effectib. Clerical. effectu 9. n.196.cum ſeqq.* Bellet. *d.tit.de Favore Clericor. Canonis, §.2.num.2.* Layman *tract.5.p.2.cap.5.n.8.verſ.Tertia.* 89.

Septimò excipitur, qui invenit Clericum cum uxore ſua, matre, ſorore, filia. Gloſſa ſæpe citata *ex d.c. Si verò.* Barboſa *n.59. ex eod.textu*, & Gloſſa ejus *verb. Turpiter*, reddente rationem, quia juſtum talem dolorem compeſcere, difficillimum eſt. Et ulteriùs allegat Covarr. Navarr. Clarum, Perez, Ant. Gomez, Henriquez, Cevallum, Farinacium, Molinam, Sayrum, Suarez, Intrigl. Car.de Graſſis, Bonacinam, Conink, Belletum, Layman, & Homobonum in locis ab eo adductis. Nomine autem matris, ſororis, vel filiæ, in præſenti veniunt etiam illegitimæ, non tamen adoptivæ, nec avia, neptis, &c. Quia verba *d.cap. Si verò*, propriè ſunt intelligenda, præſertim cùm ſimus in materia odioſa, & pœnali, reſtringente Clericorum privilegium, ut docet Barboſa *num.* 61. cum Molina, Conink, & Bonacina. Nomine verò uxoris, in præſenti materia, venit Sponſa de præſenti. Barboſa *num.62.* cum Covarr. Claro, Perez, Farinacio, Sanchez, Conink, & Bonacina. Non tamen venit Sponſa de futuro. Idem Barboſa *num.* 3. cum Gutierrez, & Riccio. 90.

Hæc

91. Hæc autem excuſatio procedit, ſi mox, ut maritus, filius, &c. invenit Clericum, & deprehendit in crimine cum ea; non autem ſi interjecto temporis intervallo, quo juſtus dolor ſedari potuerit, illum occidat, vel percutiat. Tunc enim cenſuram incurret, ſicut incurrit, ſi data opera in loco ſe abſcondit occulto, ut illum deprehenſum percutere poſſit (ſi tamen percutiat.) Barboſa *num.*63. cum Layman, & Belleto, qui ait, maritum non effugere excommunicationem, qui procuraret, quod Clericus vocaretur, ut eum verberare poſſet, cùm hujuſmodi percuſſio ſit doloſa, & frudulenta.

92. Quod ſi inquiras, quiſnam ſit actus, in quo inventus Clericus cum uxore, matre, ſorore, aut filia, effugiat excommunicationem Canonis, qui eum occiderit, aut percuſſerit? Reſpondet Barboſa *n.*60. eſſe actum quemcumque impudicum cum hujuſmodi perſona, uxore, matre, &c. exercitum, veluti oſculando, amplexando, vel ſi reperiatur ſolus cum ſola in loco ſuſpecto, & apto ad turpes actus exercendos, ſicuti docent Covarr. *de Sponſal. p.*2.§.6.*n.*3. Suarez *tom.*5 *in* 3.*p.diſp.*22. *ſect.*1. *n.*37. & Bonac. *de cenſur. diſp.*2. *quæſt.*4.*punct.*4.*num.*5.*verſ. Rogabis ſecundò*, ubi ſubdit, ſufficere ut maritus percutiat Clericum loquentem cum uxore ſua, abſque alio turpi actu, quando illum priùs ter admonuerat, & ipſe noluit deſiſtere. Belletus *tit. de Favore Clericor. Canon.*§.2.*num.*9.*verſ. Item ſi Clericus*, ubi limitat, ſi deoſculetur eaſdem mulieres in publico, ſecundùm conſuetudinem patriæ, prout fit in Gallia, in Sabaudia, & in Polonia.

93. *Octavò*, mulieres, & debiles perſonæ, excipiuntur à Gloſſa *in d. Canonem*, *verb. Violentas*, non quoad incurſionem excommunicationis, ſed quoad reſervationem ejus ad Papam. Quas certè ſeorſim exprimere operæpretium duxi. Et *primò*, de mulieribus cujuſcumque ætatis, & conditionis, ait Barboſa *ibi*, *num.*95. poſſe ab Epiſcopo abſolvi ab excommunicatione, de qua hîc, cùm illis periculoſum ſit peregrè proficiſci, & ſe virorum cœtibus immiſcere, *c. Mulieres*, 6. & *cap. Ea noſcitur, de ſent. excomm.* Navarr. *in Manu. cap.*27 *num.*88. Tiraquel. Sayr. Hieronym. de Monte, Carol. de Graſſis, Bellet. & Bonacina.

II. Æger, valetudinarius, aut quacumque corporis impotentia impeditus, & fortitudine membrorum deſtitutus, poteſt ab Epiſcopo ſuo ab hac abſolvi excommunicatione, etiamſi infirmitas temporalis ſit, putà in febre tertiana, quartana, vel podagra. Barboſa *n.*92. cum Abbate, & Innocentio, per textum *in cap. Quod de his, de ſent. excom.* Graſſis, Sayro, & Belleto. 94.

Tertiò. Item ſenex abſolvi poteſt ab Epiſcopo, quamvis fortis ſit ad ambulandum. Barboſa *num.*93. *ex d. cap. Ea noſcitur, el* 12. *de ſent. excom.* Graſſis, Sayro, Belleto. Quis autem ſenex dicatur, arbitrio Judicis relinquitur, ait ex Menochio *de Arbitrariis, caſu* 59. & *de Præſumpt. lib.*6.*præſ.*46.*num.*25. Flamin. *de Reſignat. benefic. lib.*5.*q.*6.*à num.* 4. Farinac. *in Praxi crimin. p.*3. *quæſt.*92.*num.*22. ubi refert ſenem dici de anno 50. perfecto, uſque ad annum 70. Et benè quidem, quia uti ſuprà dictum eſt, ab anno 70. homo decrepitus eſt. 95.

Servus, & filiusfamilias, ſeu quivis exiſtens in alterius poteſtate, poteſt ab Epiſcopo ab hac abſolvi excommunicatione, modò dominus grave patiatur damnum abſque ſua culpa, ex ſervi abſentia. Barboſa *num.*94. *ex d. cap. Mulieres* 6. *de ſentent. excomm.* Graſſis, Bonacina, & Belleto. 96.

Regularis percutiens Regularem ſub alio conſtitutum Prælato, ſi enormis percuſſio non fuerit, præſente tamen percuſſi Prælato, ait Barboſa *n.*82. ut injuriam condonet; & pœnam in ſatisfactionem definiat, ſicut colligitur *ex cap. Cùm illorum*, §. *Si verò Clauſtralis*, *de ſent. excom.* ubi Hoſtienſis *num.*14. Abbas *num.*13. & Paul. Laym. *in Theolog. Morali, lib.*1.*tract.*5.*p.*2. *cap.*5. *num.*10. *verſ.*11. 97.

Si Prælatus, proprium, citrà debitam, & juſtam correctionem, percuſſerit ſubditum, abſolvi poterit per privilegia ab alio Sacerdote ſubdito ſuo, à ſeipſo in Confeſſorem electo: & ſi Prælatus, & ſubditus ad invicem ſe percuſſerint, & in Monaſterio non ſit alius, qui eos abſolvere valeat, ad invicem ſeipſos abſolvere poſſe, docet Barboſa *n.*83. poſt Rodriquez *tom.*1. *quæſt.*20. *art.*12. & Coriolanum *de caſib. reſerv. p.*2.*caſu* 10. *de Iudic. Regul.* §.10. *num.*17. *verſ. Nam licet*, ubi advertit, 98.

vertit, quod licèt de Jure communi, excommunicatus majori excommunicatione non poſſit alium pariter excommunicatum abſolvere, ex notatis *in cap. Audivimus*, 24. *quæſt.* 1. in caſu tamen neceſſitatis, ubi non eſt alius Religioſus, qui poſſet eos abſolvere, poteſt excommunicatus alium excommunicatum abſolvere.

99. Novitius, qui ante Religionis ingreſſum excommunicationem hujus Canonis incurrit, ab Abbate abſolvi non poteſt, ait Barboſa *num* 84. cum Tiraquello *de Retract. lig.* §. 1. *gloſſa* 8. *num.* 31. quidquid dicat Bonacina *de Cenſur. diſp.* 4. *quæſt.* 4. *punct.* 5. *n.* 1. *prope finem*, & Layman. *d. cap.* 5. *in fine*, *verſ. Cæterùm*. In Congregationibus tamen Caſſinenſi, & Vallisoletana noſtris, vera eſt, & irrefragabilis Bonacinæ, & Laymani ſententia, ex Conſtitutione 9. Bullarii noſtri authentici, *fol.* 32. *num.* 8. in quo Eugenius IV. pridie Kalendas Julii 1436. ſic ſtatuit: *Cum verò aliquis quocumque excommunicationis vinculo innodatus, velit Congregationem ipſam Altiſſimo famulaturus ingredi, liceat dictæ Congregationis Prælatis, & qui loco ipſorum in eorum abſentia conſtituuntur, ingredienti hujuſmodi, injunctis ei, juxta poſſibilitatem, reſtitutione, & pœnitentia ſalutari, tanquam uni ex Monachis præfatæ Congregationis, beneficium abſolutionis impendere, ac ad probationem admittere, ita tamen, ſi in prædicta perſeveraverit Congregatione uſque ad profeſſionem inclusivè, aliàs in eandem ipſo facto reincidat excommunicationem.* Hactenus Eugenius.

100. Religioſus, qui Clericum percuſſerit, ab Epiſcopo poteſt abſolvi eo in caſu, quo poſſet Clericum ſæcularem abſolvere, ſi alium Clericum percuſſiſſet, videlicet ſi percuſſio levis eſſet, juxta caput *Religioſi*, *de ſent. excom. lib.* 6. Barboſa *num.* 86. poſt Roderiq. *tom.* 1. *quæſt.* 20. *art.* 12. Molinam *tract.* 3. *diſp.* 60. *in fine*, & Layman *loco proximè citato.*

101. Monialis monialem, vel converſam, aut Clericum percutiens, per Epiſcopum Diœceſis, in qua Monaſterium eſt ſitum, abſolvi poteſt. Barboſa *num.* 86. *ex cap. de Monialibus*, ubi Gloſſa fin. & DD. *de ſent. Excom.* Sylveſtro verbo *Abſolutio* 4. *num.* 4. Belleto *d.* §. 3. *n.* 4. qui aſſerunt hoc procedere, tam in exemptis, quàm non exemptis.

Impuberes ab Epiſcopo poſſunt 102.
abſolvi, nedum à levi, ſed etiam à mediocri, & enormi percuſſione, tempore impubertatis facta. Barboſa *n.* 87. *ex cap. ult. de ſent. Excom.* Belleto *d.* §. 3. *n.* 20. Carolo de Graſſis *effect.* 9. *n.* 172. & Bonacina *d. punct.* 5. *n.* 3. *verſ. Quintus caſus.*

Deinde, impedimentum habens 103.
legitimum, propter quod excommunicatus non poteſt Summum adire Pontificem ſine gravis ſuæ vitæ periculo, poteſt ab Epiſcopo abſolvi. Barboſa *num.* 89. *ex cap. De cætero, de Sent. excom.* Henriq. *lib.* 6. *de Pœnit. cap.* 11. *num.* 5. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 30. *ſect.* 3. *num.* 4. Molina *d. tract.* 3. *diſp* 63. *num.* 2. Sayrus *lib.* 3. *cap.* 28. *n* 39. Hieron. de Monte *quæſt.* 15. *num.* 29. & 30. Zambran. *de Caſibus in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 14. Belletus *d. tit. de Facultate Clericor. Canon.* §. 3. *n.* 12. Bonacina *d. num.* 3. *verſ. Tertius.* Carolus de Graſſis *d. effectu* 9. *à num.* 181. Sanchez *in Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9.

Quod ſi quæras, quis habeat legi- 104.
timum impedimentum in caſu præſenti? Reſpondet Barboſa *num.* 90. juſtum habere impedimentum, qui ire non poteſt, licèt mittere valeat pro abſolutione, ſecundùm Henriquez *d. lib.* 6. *cap.* 9. §. 7. & *lib.* 13. *de excommunicatione*, *cap.* 29. §. 3. Ugolinum *de Cenſuris Pontifici reſervatis*, *cap.* 2. *p.* 3. verbo *Niſi in articulo mortis*, §. 4. *num.* 1. *verſic. Item habet locum*, & *de Cenſuris tabula* 1. *cap.* 4. *num.* 13. *in fine.* Sanchez *d. cap.* 31. *num.* 41. exemplificando in habente curam animarum, ſi timet eas, ob abſentiam ſuam, damnum notabile accepturas; niſi tamen idoneum conſtituere Vicarium queat: & in habente uxorem, & filios, quos in neceſſitate extrema relictos eſſe agnoſcat: illos enim ab Epiſcopo poſſe abſolvi, reſolvit Sayrus *lib.* 3. *c.* 28. *n.* 38. Idem dicendum eſſe de eo, qui propter capitales inimicitias Romam adire non valeat, etiamſi eas ex culpa contraxerit propria, tradit Barboſa *ex d. c. De cætero*, ibi: *Capitales inimicitias*, ubi ipſe Barboſa, Sayrus *d. cap.* 28 *n.* 16. Zambran. *de Caſibus in articulo mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 14. Carol. de Graſſis *d. effectu* 9. *num.* 158. Bellet. *d.* §. 3. *n.* 12. & 18.

& 18. Bonacina *d. num. 3. verſic. Tertius.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 13. num. 9.*

105. Item inops, id eſt, tanta gravatus paupertate, quod Romam pro abſolutione accedere non valeat, ſi Clericum percuſſerit, abſolvi ab Epiſcopo poteſt. Barboſa *n. 91. ex cap. Quod de his, cap. Quamvis, de ſent. excom.* Hieron. de Monte *d. q. 15. à num. 6.* Graſſis *d. effectu 9. num. 164.* Alvarez de Velaſco *de Privilegiis pauperum, p. 2. q. 65. §. 1. num. 177. pag. 42.* Bellet. *d. §. 3. n. 24.* ubi cum Hoſtienſi *in d. c. Quod de his, num. 1.* & Abbate *in cap. Ea noſcitur, num. 5. de ſent. excom.* reſolvit, hoc habere locum in eo paupere non mendicante, ſed vivente ex arbitrio ſuo: de quo etiam Azevedo *l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. novæ recopil.*

106. Ab incurſione hujus cenſuræ excuſat ignorantia probabilis de eo, quod percuſſus Eccleſiaſticus ſit. Barboſa *n. 50. ex cap. Si verò, el 4. de ſent. excom.* Covarr. *in cap. Alma mater, p. 1. §. 10. n. 15.* Suarez *diſp. 22. ſect. 1. n. 54.* Maſcard. *de Probat. concluſ. 848. num. 4. cum ſeqq.* Comitol. *reſponſ. Moral. lib. 5. quæſt. 3.* Conink *diſp. 14. num. 197.* Sayr. *de Cenſur. lib. 3. cap. 27.* Alterio *de Excommunicat. lib. 2. cap. 3. verſ. Qua in re, tom. 1.* Bonacina *eod. tract. diſp. 1. q. 2. punct. 1. num. 16. cum ſeqq.* Graſſis *d. effectu 9. num. 189.* Belleto *d. tit. de favore Clericor. Canon. §. 2. num. 14.* Layman *d. tract. 5. part. 2. cap. 5. num. 8.* & Sanchez *de Matrim. lib. 10. diſp. 32. n. 41.* ubi ſubdit, hujuſmodi Clerici percuſſorem, ex lata culpa, & ignorantia craſſa non excuſari: de quo etiam latè Merola *tom. 1. diſputat. 1. c. 1. n. 243.*

107. Sed petes: Si exiſtimans quis percutere Joannem Clericum, percutit Jacobum Clericum, eritne hac excommunicatione innodatus? Reſpondet Barboſa *num. 51.* quod ſic, quia tam intentio, quàm opus externum, injurioſum eſt ſtatui Clericali, propter cujus reverentiam impoſita illa fuit. Et quia in hoc caſu nulla excuſat ignorantia, cùm habeat intentionem percutiendi Clericum, & re ipſa hunc Clericum percutiat. Ita Doctor ille, ex Covarr. *d. §. 10. n. 15.* Vega *in Sum. tom. 1. cap. 85. caſu 107.* Sanch. *d. diſp. 32. num. 27.* Bonacina *d. diſp. 1. quæſt. 2. punct. 1. num. 20.* Farin. *in Praxi crimin. p. 5. quæſt. 125.* & Layman. *ubi proximè.*

108. E contra verò, ſi quis volens nunc Clericum percutere, ab eo aberret, & præter intentionem alterum percutiat Clericum proximè adſtantem, excommunicationem non incurret. Ita Barboſa *n. 52.* cum Suar. *d. diſp. 22. ſect. 1 n. 54.* & Conink. *d. diſp. 14. n. 197.* Et ratio diſparitatis eſt, quia in primo caſu, voluntariè percutit hominem, quem ſcit Clericum, in quo tota conſiſtit ratio, ob quam excommunicatio hujus Canonis lata eſt: in ſecundo verò, voluntariè non percutit hominem, quem ſcit eſſe Clericum; ſiquidem ut ſupponitur, aberravit à Clerici percuſſione intenta, & alium hominem, qui proximè adſtabat, & Clericus erat, involuntariè, & præter intentionem percuſſit.

109. Ex quo fit, in excommunicationem non incidere, qui percuſſit Petrum Clericum, percutere intendens Joannem laicum. Sic Barboſa *num. 53.* cum Covarr. *d. num. 15. verſic. 12.* Jacobo de Graffis *in deciſ. aureis, p. 1. lib. 4. cap. 9. num. 43.* Sanchez *d. diſp. 32. num. 28.* & Farinacio *d. quæſt. 125. num. 164.* Per quod addit *num. 54.* non eſſe veram doctrinam Romani *in rubrica de receptis arbitr. col. 24. verſic. Quid autem ſi compromiſſum*, dicentis, vulnerantem conſanguineum Clerici eſſe excommunicatum, ſicut ſi immediatè vulneraſſet Clericum; nam licèt metus illatus conſanguineis Clerici cenſeatur illatus Clerico, *cap. ſciant cuncti, de Elect. in 6.* Gloſſa verbo *quomodolibet, in Clement. 2. de ſent. Excom.* tamen hujuſmodi injurias inferentes ipſo facto excommunicationis ſententia innodati non ſunt, niſi quando in contemptum, & injuriam libertatis Eccleſiaſticæ, & Prælatorum, ſeu Judicum Eccleſiaſticorum, conſanguinei eorumdem, vel aliorum Clericorum carcerantur, percutiuntur, eorum bonis, gradibus, & dignitatibus ſpoliantur, ſive aliàs injuſtè contra illos fit perſecutio, & gravamen, ut probant *d. c. Sciant*, & ibi Gloſſa verbo *Conſanguineos, in d. Clem. 2.* Felin. *in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 99. ad med. de Conſtit.* Hippol. *ſingul. 204. n. 1.* Tiraquel. *de Pœnis temper. cauſa 51. num. 74.* Apoſtil. *ad Decium in l. In omnibus, num. 18. l. 1. B. de Regulis Iuris.*

110. Mulier, ſi Clericum pudicitiam ſuam ipſo facto tentantem percutiat,

excommunicationem Canonis non incurrit: ſecus tamen ſi Clericus eam ſòlis verbis aggrediatur; tunc enim etiam ſufficit illum verbis repellere, niſi valdè moleſtus ille ſit, ut aliter ab eo liberari non poſſit, quàm fuſte, aut verbere. Barboſa *num.* 58. cum Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 33. Conink *d. dub.* 15. *num.* 194. Avila *p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 13. *caſu* 18. & Belleto *tit. de Favore Clericor. Canonis*, §. 2. *num.* 13. Et addit Barboſa idem dicendum de puero, qui injecit manus violentas in Clericum, ſe de ſodomiæ vitio tentantem. Allegat Bajardum *ad Clarum*, verbo *Sodomia*, & Homobonum *de Caſib. reſervatis*, *part.* 2. *caſu* 4. *& in Reſp. qq. Moral. p.* 2. *reſp.* 152.

111. Judex laicus, & immò privata perſona, quando videt Clericum præparatum ad injuriam alterius, & non adeſt ejus Prælatus, ſi ipſum Clericum aliàs compeſcere non poteſt, ſine excommunicationis metu, illum ligare valet, & capere, ut conſignet Epiſcopo ſuo Superiori. Ita Barboſa *num.* 70. ex Gloſſa *in poſitione caſus*, *in c. Si Iudex*, *de ſentent. excom. in* 6. Gloſſa 1. *in c. Cùm non ab homine*, *de Iudiciis*, Abbate ibi, *num.* 11. *&* 12. Hoſtienſi *num.* 4. Decio *num.* 41. *& ſeqq.* Abb. *in cap. Ut famæ*, *num.* 6. *de ſent. excom.* & ex pluribus aliis, quos allegat. Et *num.* 71. docet, idem eſſe dicendum de Religioſo in fragranti delicto reperto, qui capi poteſt à Iudice ſæculari, ut ad ſuum remittatur Superiorem, ſecundùm Navarr. *in cap. Non dicatis*, 12. *quæſt.* 2. *n.* 96. *cum ſeqq.* & plures citatos à Cenedo *in decretales*, *Collect.* 86. *num.* 4.

112. Quæ tamen remiſſio fieri debet ſine ignominia Clerici, vel Religioſi; quia ſi remitteretur cum ignominia, eſſet puniendus judex, & committeret vim publicam. Barboſa *num.* 72. *ex l. Iulia*, ubi Bart. & Alexander, *ff. Ad l. Iuliam*, *de Vi publica*, Caravit. *ſuper rit. M. Curiæ*, *tit.* 235. & Bellet. *tit. de favore Cleric. Canonis*, §. 2. *num.* 29. ubi *num.* 28. quærit, an hujuſmodi remiſſio fieri debeat expenſis ejuſdem Clerici, an Iudicis laici capientis, an verò inſtigatoris. Addo ego incurrere excommunicationem hujus Canonis, ut plenè probat factum D. Antonini *ſuprà*, *num.* 63. relatum, memoriæ perpetuæ tradendum.

Si fuga Clerici debitoris ex cauſa civili timetur, poſſe Iudicem laicum, & creditorem illum capere abſque metu excommunicationis, dummodo eum quantocyùs remittat ad ſuum Superiorem, docet Naldus *in Sum.* verbo *Clericus*, *num.* 27. & verbo *Debitor*, *num.* 14. ex Minſyngerio *p.* 2. *deciſ. Cameræ Imperialis*, & Decio *in cap. Cùm non ab homine*, mox citando, *num.* 34. Barboſa *num.* 73. cum Innoc. *in c. ut famæ*, & ibi Abb. *num.* 6. *de ſent. excom.* & cum eodem Abb. *in c. Cùm non ab homine*, *n.* 11. *in fine*, *&* 17. Felino *ibi*, *num.* 4. & Decio *num.* 48. Boſſio *in tit. de Captura*, *num.* 27. Belleto *d.* §. 2. *num.* 30. ubi cum Baldo *in d. c. Cùm non ab homine*, *num.* 7. ſubdit, hunc Clericum detineri non poſſe ultra viginti horas, quin conſignetur Judici Eccleſiaſtico, & excommunicationem eo caſu non evitari, ſi Clericus offerat cautionem idoneam, & creditor illam acceptare nolit, ſed eum ducere malit ad Iudicem. 113.

Si violentia facta fuerit Clerico propter recuperationem rei ablatæ, ſeu ob defenſionem rerum, nullam incurri excommunicationem, tenet Barboſa *num.* 74. ex Innocentio *in cap. Nuper*, & Felino ibi, *num.* 9. *de ſent. excom.* ubi dicit, quod ſi Clericus emphyteuta non vult ſolvere canonem, poteſt dominus armata manu expellere, abſque excommunicationis metu, dummodò perſonam non tangat: refert Belletus *d.* §. 2. *num.* 31. 114.

Pro majori cognitione, & intelligentia Canonis, & cenſuræ in illo inflictæ, aliqua operæ pretium duxi advertere. *Primum* eſt, ad illam incurrendam requiri mortale peccatum, etiam in ratione ſacrilegii, cùm hoc ſit proprium objectum hujus Eccleſiaſticæ pœnæ. Sic Barboſa *num.* 6. ex Cajetano *in Sum.* verbo *Excommunicatio*, *cap.* 10. *notando* 6. *dicto* 4. & Navarro *in Man. cap.* 27. *num.* 76. *verſ. Secunda*, ſubdens non ſufficere ut injectio ſit mortalis, niſi ſit ſuadente Diabolo, licèt id rarò contingat. Layman *d. cap.* 5. *num.* 5. adjiciens, utrumque requiri ad excommunicationem hujus Canonis contrahendam, ut animi affectus, ſeu internus lædendi, mortale peccatum ſit, & ut externa injuſta violentia gravis ſit, vel in corpore, vel ſaltem in honoris læſione. 115.

Injuſta

116. Injuſta autem violentia externa, eſt quævis injurioſa, ſeu contumelioſa actio contra Eccleſiaſticam perſonam immediatè, conſiſtens in facto, & opere, ſive actio ſit manibus, ſive pedibus facta. Dicitur autem manus violenta, deſumpta denominatione à manu, quæ eſt inſtrumentum conſuetum, per quod alteri vis injurioſa ſolet inferri. Barboſa *n.* 29. qui remittit ad Navarrum *d. cap.* 27. *n.* 77. Suarez *d. diſp.* 22. *ſect.* 1. Avilam *p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. Sayrum *de cenſur. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. Bonacin. *in ſimili tract. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 11. Belletum *tit. de favore Clericor. Canonis*, §. 1. *num.* 3. *verſ. Quod non ſolùm*, Laymanum *in Theolog. Morali, lib.* 1. *tract.* 5. *de excom. p.* 2. *cap.* 5. *ſub num.* 5. *verſ. Manus*, & ad Pedrazam, & Bejam.

117. Unde ex Bonacina, & aliquibus ex modò citatis, infert actionem, per quam incurritur excommunicatio iſta, debere ipſam perſonam Eccleſiaſticam aliquo modo contingere, & non incurri ab eo, qui attentat percutere Clericum, quando re ipſa illum non percutit; nec ab eo, qui tantummodò verbis contumelioſis Clericum afficit, abſque percuſſione. Pro quo ultimo refert Covarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 11. *à n.* 5. Sebaſt. Medic. *in Sum. Peccator. part.* 2. *tit.* 9. *quæſt.* 78. *num.* 39. & Petr. Plaz. *de Delictis*, *cap.* 1. *à num.* 28. Sic Barboſa *num.* 30. Qui in ſeq. plures addit illationes.

118. *Prima* eſt, detinentem Clericum in cuſtodia publica, vel in loco privato, ut in domo propria, vel aliena, ex qua exire non poſſit, excommunicationem hujus Canonis incurrere, *cap. Nuper*, & ibi Gloſſa 1. Abb. *n.* 1. *&* 2. Felin. *num.* 1. *de ſent. excom.* Bellet. *d. tit.* 1. *n.* 4. & Layman *loco citato*. Sic ille *num.* 31. qui addit Judicem ſæcularem illam incurrere detinendo, vel curando Clericum detineri in cuſtodia, vel in domo, aut ponendo cuſtodes ad domum, qui Clericum exeuntem capiant, ita ut Clericus liberè exire nequeat. Sayrus *d. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 13. & Bonacina *d. punct.* 1. *num.* 16. qui tamen ſubdunt, illum non eſſe excommunicatum, qui per metum, abſque ulla vi, vel tactu, cogit Clericum exire è fundo.

119. *Secunda* eſt, ſpuentem in Clericum, ſeu aquam, aut aliud ſuper eum effundentem, incidere in excommunicationem hujus Canonis. Ita dictus Barboſa *num.* 32. ex Gloſſa *hîc*, verbo *Manus*, gloſſa 1. *in cap. Si quis pulſatus*, *de Pœnit. diſt.* 1. Innocentio, & Cardinali, quos refert, & ſequitur Belletus *d. tit.* 1. *n.* 4. *verſic. Et in ſpuente.*

Tertia eſt, eripientem aliquid per vim, & injuriam, de manibus Clerici, vel de ejus corpore, v.gr. librum, pileum, veſtem, aut ſimilia, aut illam ſcindentem, ſive frangentem, aut detinentem Clericum per veſtem, ut non permittatur abire, ſeu capientem frenum equi, in quo Clericus inſidet, incurrere excommunicationem hujus Canonis. Ita Barboſa *n.* 33. ex Navarro *d. cap.* 27. *num.* 77. Honded. *conſ.* 103. *num.* 1. *cum ſeqq. & num.* 24. *vol.* 1. Hippol. *ſing.* 188. Bernardo Diaz *reg.* 95. Joan. Garcia *reg.* 175. *num.* 3. Menochio *de Arbitrariis*, *caſu* 389. *num.* 17. Bonacina *d. diſp.* 2. *quæſt.* 4. *punct.* 1. *num.* 12. Belleto *d.* §. 1. *num.* 5. Carolo de Graſſis *d. effectu* 9. *num.* 88. *&* 95. & Laymano *loco cit.* Secus verò eſt ſi nulla vi adhibita, clam, & per fraudem marſupium Clerico præſcindatur, aut veſtes in lecto jacentes, ſine directa eum in loco concludendi intentione, auferantur; quia tunc excommunicatio hæc non incurritur, ſicuti docet Barboſa *num.* 34. cum Suarez *d. diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.* 32. Molina *de Iuſt. tract.* 3. *diſp.* 51. Conink *d. diſp.* 14. *dub.* 15. *n.* 166. contra D. Antonin. *p.* 3. *tit.* 24. *cap.* 1. §. 1. 120

Quarta eſt, occidentem Clericum per cibum, vel potum veneno infectum, hanc Canonis excommunicationem contrahere; quia hujuſmodi actio ita eſt violenta, ut diſſolvat compoſitum; & eſt magis violenta, & injurioſa, quàm ſit injectio alapæ, aut pulveris, vel ſalivæ. Ita Barboſa *n.* 35. poſt Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 5. *ſect.* 1. *num.* 15. *verſ. Addo quæſtionem*, Sayrum *eod. tract. lib.* 3. *c.* 26. *n.* 11. 12. *&* 17. Portellum *in dub. Regular. verb. Manus violentæ*, *num.* 1. ex Ludovico Beja, & Molina, Bonacina *d. punct.* 1. *num.* 13. contra Emman. Roderiq. *in Sum. p.* 1. *cap.* 81. *concl.* 13. Avilam *p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. Secus verò, (addit Barboſa) dicendum videtur de Moniali gravida, quæ ſibi propinat potionem mortiferam fœtui; nam iſta actio cenſetur violenta fœtui, non ipſi Moniali, nec videtur injurioſa ſtatui Eccleſiaſtico, ſecundùm Molinam 121

d.diſp.51. num.4. Sayr. *d.lib.3. cap.23.* Avilam *d.dub.12.* Eodem modo (proſequitur Barboſa) procurans abortum Monialis, eique potum propinans, ea conſentiente, non incurrit excommunicationem, ſecundùm Sayrum *lib.5.cap.19.n.4.* Portellum dicto *verb.Manus violentæ, num.2.*

122. *Quinta* eſt, excommunicationem hujus Canonis incurrere illum, qui Clericum volentem, & conſentientem percutit: quia Clericus ad hoc conſentire nequit, cùm injuria toti Ordini Clericali fiat. Sic Barboſa *n.36.* ex communi Doctorum ſic deducente *ex cap. Contingit, el 36. de ſent.excom.* Mantua *dialog.35.* Jacobus de Graffis *in deciſ.aureis, p.1.lib.2.cap.49.num.6.* Gutier. *de Iuram.confirm. p.1.cap.16.à n.52.* Suarez *d.diſp.22. ſect.1. à n.57.* Sayr. *d.lib.3. cap.26.num.18.* Belletus *loco cit. §.1. n.10.* Avila *d.dub.12.* Bonacina *dicta diſp.2. quæſt.4. punct.21.* Laymanus *d.cap.5.num.5.in fine, verſ. His adde*, & Carolus de Graffis *d. Effect.9.num.77.& ſeqq.* Ipſe tamen Barboſa ab hac communi recedit ſententia, ob ea, quæ ibi dicit.

123. Et hinc provenit, Clericum qui ſeipſum injuriosè percutit, irato ſcilicet animo, vel vitæ tædio, aut ex alia irrationabili cauſa, excommunicationem hujus Canonis incurrere. Barboſa *n.37.* poſt Abbatem, & Navarrum *d.cap.27. num.88.in fine.* Jaſo *in l.1.n.8. C. de ſervis fugitivis.* Clarum *§. fin. quæſt.77.num.3.* Mantuam *ſingul.1.n.4.* Grammaticum *deciſ.44.n.2. cum ſeqq.* Menochium *d. caſu 284.n.37.* Gutier. *d.cap.16.num.54.* Suarez *d.ſect.1.n.59.* Sayrum *d. cap.26. num.20.* Avilam *d. dub.12. circa medium*, Belletum *d.§.1. num.11.* Laymanum *ubi proximè*, & Carolum de Graffis *d. effectu 9. n.82. & ſeqq.*

124. *Sexta* eſt, mandantem, vel conſulentem verberari Clericum, ſi ſequatur percuſſio, incidere in excommunicationem, ut probat textus *in cap. Mulieres 6. §.ult. de ſent. excom.* & tenet Barboſa *n.40.* cum Suarez *d. diſp.22. ſect.1.num.55.* Avila *p.2.cap.5. diſp.3. dub.6.* Sayro *d.lib.3. cap.15.n.10.* Bonacina *d. quæſt.4.punct.3. n.1.* Conink *de Sacram.& cenſuris, tom.2. diſp.15. num.27.cum ſeqq.* Farinac. *in Praxi crimin. p.5.quæſt.129.num.57.* Molina *d. tract. 3. diſp.52. num. 2.* Belleto *d.§.1. num.6.* Laymano *d.cap.5.n.6.* & Carol. Graffis *d.effectu 9. à n.16.* Quæ doctrina vera eſt, quamvis mandans pœnitentia ductus mandatum revocaverit, dummodo revocatio ad notitiam non pervenerit mandatarii; quia etiam tunc, ſequuto mandati effectu, mandans excommunicationem incurret, licèt curaverit revocationem mandatario innoteſcere, cui reipſa non innotuit. Barboſa *num.41.* poſt Gloſſam *verb. Auctoritate, verſ. Sed pone, in d. cap.Mulieres*, Molinam *d.diſp.52.n.3.* Leſſium *de Iuſt.lib.2.c.13. dub.3. n.17.* Conink *d. dub.15. n.183.* Avilam *p.2. cap.5.diſp.3. dub.7.concl.1.* Bonacinam *d.punct.3. num.2.* Graffis *num.30.* Laymanum *num.7. verſ. Sed quæſtio.* Secus verò, ſi revocatio mandati ad mandatarii notitiam pervenerit, re integra. Idem Barboſa, cum Gloſſa *verb. Iurare, verſ. Sed quid ſi Domino, in cap. Tibi Domino, 63. diſt.* & *verb. Mandato, in cap. Cùm quis, de ſent.excom. in 6.* Anton. Gomez *variar. tom. 3. cap.3. num.40.* Menochio *d.caſu 352.num.7.* Deciano *tract. crimin. lib.9. cap.36. n.32.* Jacobo Ayrer. *tract.de Homicidio, p.2. cap.48.* Belleto *d. §.1. num.6. verſ. Quod autem*, & cum Farinacio *d.p.5. quæſt.135. num.174.cum ſeqq.* ſubdente *n.175.* mandatum revocari, non ſolùm expreſſe, ſed etiam tacitè, veluti quando mandans contraxit parentelam, vel fecit pacem cum ſuo inimico. Et *num. 178.* ſubjicit, quod mandato revocato, & revocatione intimata mandatario, mandans amplius non tenetur, etiam quod talis revocatio non fuerit occidendo intimata. Unde fit, (addit Barboſa *num.43.*) quod ſi moriatur mandans ante manuum injectionem, tunc non erit excommunicatus, quamvis deinceps, poſt ejus mortem, mandatarius Clericum percuſſerit, prout obſervant Sayrus *in Theſauro, lib.1. c.8. num.12.* Azor *p.2. lib.5.cap.26. quæſt.2. verſ. Sed dubia quæſtio eſt.* Graffis *d. effectu 9.num.40.* & Belletus *d.§.1.n.6. verſ. Qui tamen*, ubi intelligit, ſi conſtiterit eum ante mortem pœnituiſſe. Credo tamen ego id verum, eſto non conſtet, ante mortem eum pœnituiſſe. Morte enim mandantis, ut addit Barboſa, tacitè cenſetur revocatum mandatum, *l.Inter cauſas, §.1. ff. Mandati, cap.Relatum, cap. Licèt, de Officio delegati*, Farin. *d.quæſt.135. num.180.*

Septima

125. *Septima illatio* eſt, dictam incurrere excommunicationem, qui ratam habet percuſſionem nomine ſuo, licèt non de ſuo mandato, Clerico factam. Barboſa *num.*44. *ex cap. Cùm quis*, & ibi Gloſſa verbo *Suo nomine*, *de ſent. excomm. in* 6. Deciano *lib.*6.*cap.*18.*n.*5. & Belleto *d.* §.1.*n.* 7. Suarez *d.diſp.*22. *ſect.* 1.*n.*55. Sayro *d.lib.*3. *cap.*20.*n.*52. Molina *d.tract.* 3.*diſp.*52. *n.*4. Graſſis *d.effect.*9.*n.*55.*cum ſeqq.* quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, *c.Ratihabitionem*, *de Regul. Iuris*, *lib.*6.

126. *Octava* eſt, in dictam incidere excommunicationem, qui potuit prohibere percuſſionem Clerici, & non prohibuit. Ita Barboſa *num.*45.*ex c. Quanta*, & ibi Gloſſa verbo *Interpretans*, *de ſent. excom.* Suarez *num.*56. Beja *reſponſ. caſuum conſcient. p.*1. *caſu* 60. Sayro in Clavi Regia, *lib.*10.*tract.*2. *cap.*14.*n.*2. *& de cenſur. d.cap.*26.*n.*24. Covarr. *in Clement.* Si furioſus, *p.*2.*§.*2. *num.*7. Belleto *d.*§. 1. *num.*8. & Graſſis *d.effect.*9. *num.*61. *& ſeqq.* An autem dictam incurrat, non ſolùm qui ex officio impedire deberet, quia habet poteſtatem & juriſdictionem in percutientem, ut eſt Judex, Poteſtas, Præfectus; ſed etiam ille, qui licèt non habeat ex officio talem poteſtatem, doloſè tamen non prohibet, controverſum eſt. Hoc ultimum tenet Barboſa *n.*46. cum Hoſtienſi *in c Quantæ*, *num.*5. Abb. *num.*7. Felino *num.* 3. *de ſent. Excom.* & Belleto *d* §.1.*num.*8.*verſ. Quod intelligitur*, ubi ſubdit cum Abbate *loco citato*, quod ſi talis non doloſè, ſed ex negligentia, vel quia non vult ſe immiſcere rumoribus aliorum, non prohibeat Clerici percuſſionem, tunc non incidat in excommunicationem. Primum verò de eo, qui ex officio debet impedire, aſſerit Barboſa, tenere opinionem communem. Navarrus *d.cap.*27. *num.*78. Avila *p.*2. *cap.*5. *diſp.*3. *dub.*8. Conink *d.diſp.*14. *dub.*15.*num.*174. Layman *d.cap.*5. *num.*6. & alii, quos recenſet, & ſequitur Bonacina *d.quæſt.* 4. *punct.*3. *num.*5.

127. *Nona* eſt, percutientem Clericum mortuum, hanc excommunicationon evadere. Barboſa *num.*47. cum Felino *in c. A nobis*, *el* 2. *num.*4. *verſ. Nunquid percutiens*, *de ſent. Excom.* Boërio *deciſ.*316. *num.*12. Duen. *regula* 99. *ampliat.*6. Decio *in c.Hæc*, *num.*24. *de Privileg.* Mortuo enim injuria fieri poteſt. Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit*, *p.*3.*num.*61. Bajard *ad Clarum*, *§.fin. quæſt.*77. *num.* 16. Decianus *lib.*6. *cap.*17.*n.*19. Carol. de Graſſis *d.effect.*9. *num.*140. *cum ſeqq.*

Decima illatio eſt, in hanc incidere excommunicationem illum, qui auxilium, & conſilium percutienti Clericum dat. Barboſa *num.* 48. *ex d.c. Quantæ*, & ibi Hoſtienſ. *n.*1. Abb. *n.*3. & Felin. *num.* 1. Bellet *d.*§.1.*n.*19. Item & illum, qui Clericum inſequitur, & eum impellit ut cadat, & lædatur: per Gloſſam verbo *Inſecutione*, *in c. felicis*, *de Pœnis*, *in* 6. Et remittit ad Mantu. *ſing.* 515. Belletum *num.* 22. & ad Carolum de Graſſis *d. effectu* 9. *num.*86. 128.

Limitat tamen Barboſa *n.*49. hanc illationem, quando quis auxilium præſtat, poſtquam delinquens manum injecit in Clericum; quia is excommunicationem non incurrit, tali auxilio poſtea præſtito: ſicut nec puniri poteſt aliqua temporali pœna, de auxilio præſtito poſt delictum, niſi præceſſerit tractatus ante; quia talis non dicitur propriè opem dediſſe delicto, ut per Boërium *deciſ.*167. *num.*4. *in fine*, Menochium *de Arbitr. caſu* 349. *num.*24. & alios, quos refert, & ſequitur Graſſis *d.effectu* 9. *num.*48. ubi *num.* 50. limitat etiam ut non procedat in dantibus favorem, vel auxilium de Jure, veluti advocando, vel procurando: & *num.*52. limitat quoque in eo, qui delicto aſſiſtit, vel dat auxilium, vel favorem; qui tamen neſcit verberandum eſſe Clericum. 129.

Secundum, quod adverto eſt, quod percuſſus in platea, vel in Eccleſia, etiam leviter, dicitur atrociter injuriatus, propter quod ſic percutiens non valet per Epiſcopum abſolvi; quia hæc percuſſio non poteſt dici levis, ex quo eſt notoria. Ita Barboſa *num.*79. ex Gloſſa verbo *Mutilationem*, *in c.Cùm illorum*, *de ſent. Excom.* ubi Abb. *n.*9. Jacobus *de Graffis in deciſ. aureis*, *p.*1. *lib.*2. *cap.*49.*num.*56 Bellet *d.*§.3.*àn.*36. & Bonacina *d.quæſt.*4. *punct.* 5. *num.*2. *verſ. Mediocris.* Unde qui in publica via civitatis, coram multitudine hominum nobilium, & plebeiorum, aſſiſtentium pilæ ludo, Clerici faciem alapa notoriè percuſſit cum adſtantium nota, & publico ſcandalo, 130.

dalo, à nullo alio, quàm à Summo Pontifice, abſolvi poterit.

131. *Tertium* eſt, aliquos Eccleſiaſticos perdere privilegium, nedum fori, ſed etiam Canonis, de quorum numero ſunt, qui ſe enormitatibus immiſcent. Barboſa *num.16.* cum Alex. de Nevo *conſ.59.à num.14.* Molina *de Iuſt.tract.3. diſp.54. n.6.* Bonacina *d.quæſt.4.punct.4 num.8.* Belleto *tit. de favore Clericor.§.7. n.2.* & Laymano *d.cap.5. n.4.verſ.4. in fine.* Tunc autem ſe enormitatibus immiſcet Clericus, quando facit ſeditionem, prælia, & aggreſſiones, & hujuſmodi in populo, *cap. Perpendimus*, & ibi Abbas *num.5.& 6. de Sent.excom.* Belletus *tit. de favore Clericor. Canonis*, §.2. *num.42.* quos recenſet, & ſequitur Barboſa *num.17.* Sed de petitione dictorum privilegiorum, vide quæ ſuperiùs dicta reliquimus.

132. Clericos etiam, qui in minoribus conſtituti, dimiſſo habitu Clericali, & Tonſura, ſe in negotiis ſæcularibus immiſcent, ſi tertiò ab Epiſcopo admoniti, emendare ſe contempſerint, amittere privilegium Canonis docet Barboſa *num.18. ex cap. In adventu, c. Contingit 2. de ſent. excomm.* Laymano *loco citato*, Avila *part.2. cap.5. dub.13. caſu 4.* Graſſis *d. effect.9. num.126.* & Bonacina *d.quæſt.4.punct.4. num.6.* ubi ſubdit, dictum Clericum non amittere privilegium Canonis per ſolam dimiſſionem habitus clericalis, niſi ter fuerit ab Epiſcopo ſuo monitus.

133. Perdere hoc privilegium, qui per annum exercet artem ignominioſam mimi, hiſtrionis, ſeu jaculatoris, aut bufonis, immò omnia privilegia clericalia, quin etiam ante annum, ſi poſt trinam monitionem Epiſcopi non reſipiſcat, & quidem ipſo jure, docet Barboſa *num.19. ex cap. unico, de Vita, & honeſt. Clericor. in 6.* Belleto *p.1. tit. de Diſciplina Clericali*, §.23. *num.1.* Laymano *d.cap.5. num.4. verſ.6.* & Graſſis *num.208.*

134. Item exercens publicè officium lanionis, aut cauponis, ſi conjugatus ſit, vel habitum clericalem dimiſerit, aut ter monitus ab Epiſcopo ſuo, non deſtiterit, ſed idem officium reaſſumat, omni clericali privilegio privatur. Si autem conjugatus non ſit, & habitum retineat clericalem, privilegia amittit, quoad res tantùm, ita ut inſtar laicorum tributa, & vectigalia ſolvere cogatur; non item quoad perſonam circa quam gaudet privilegiis fori, & Canonis. Ita Barboſa *n.10. ex Clement.1. de Vita, & honeſt. Cleric.* Laymano *d.n.4.verſ.5.* Molina *d.tract.5. diſp.54. nnm.7.* & Bonacina *d. quæſt.4. punct.4. num.9.*

135. *Ultimò* adverto, in articulo mortis iſtam excommunicationem non eſſe reſervatam, ſicut nec ullam aliam: immò ab omnibus abſolvere poſſe ſimplicem Sacerdotem, etiamſi ſint excommunicati, etiam ob hæreſim, vel aliud quodcumque delictum, per Concil. Trid. *ſeſſ.14. de ſacram. Pœnit. cap.7. verſ. ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis.* Et ita docet Barboſa *in d. Canonem, num.96.* cum Sayro *de Cenſur. lib.2. cap.18.* Bonacina *in ſimili tract. diſp.1. quæſt.3. punct.3. num.3. & diſp.2. punct.2. §.4. num.3. verſ. ſecunda*, Conink *tom.1. diſp.8. à num.90.* & cum quampluribus aliis. Articulus autem mortis in hac materia, non ſolùm dicitur periculum mortis ex infirmitate proveniens, ſed quodlibet probabile periculum mortis, quod contingat, quando adeſt probabile illius periculum, quæ utplurimùm ſoleat in illo eventu contingere. Id colligit Barboſa *n.67.* ex reſolutis per Vivaldum *in Candelabro aur. tit. de Abſolut. n.60.* Zerola *in Praxi, de Pœnit.c.15. q.7.* Vaſquez *de Pœnit. q.93. art.1. dub.5. n.2.* Roderiq. *in Bullam*, §.9. *dub.3.* Molfeſ. *in Sum. tract.7. cap.15. num.77.* Coriolan. *de Caſib. reſerv. p.1. ſect.2. art.16. à num.2.* Franc. Molin. *de Ritu nuptiar. lib.1. compar.18. num.18.* & Joan. Valerum verbo *Pœnitentia*, *differentia 23.*

ARTICULUS II.

De obligatione Clericorum Beneficiariorum, circa penſum officii divini, & Horarum Canonicarum perſolvendum.

136. DE hac obligatione agunt Nicol. Garcia *in ſimili tractatu, lib.10. tit.39.* Scortia *in Selectas Summorum Pontificum Conſtitutiones, theorem.316. verſic. Secundò*, Caſtrus Palaus *in Sum. Morali, part.2. tract.13. diſp.2. punct.1. §.2.* & communiter alii Theologi Morales.

Hæc obligatio injuncta eſt in Concil. ult. Generali Lateranenſi, ſub Leone

Leone X. *ſeſſ.9.cap.9.* ſub onere reſtitutionis fructuum beneficii, inflicto non recitantibus, poſt ſex menſes ab adeptione beneficiorum. Quia tamen Leo non ſtatuerat, quid reſtituendum eſſet pro omiſſione ſingularum Horarum, ſed omnium cuilibet diei reſpondentium, Sanctiſſimus Pius V. id determinavit anno 1571. *in conſtit.Ex proximo, la* 135. apud Angelum Cherubinum, *in Bullario Magno Romano, tom.2. pag.*344. dicens §.2. *Statuimus, ut qui Horas omnes Canonicas, uno, vel pluribus diebus intermiſerit, omnes beneficii, ſeu beneficiorum ſuorum fructus, qui illi, vel illis diebus reſponderent, ſi quotidie dividerentur; qui verò Matutinum tantùm, dimidiam; qui cæteras, aliam dimidiam; qui harum ſingulas, ſextam partem fructuum ejuſdem diei amittat.*

137. In hoc articulo, aliquæ difficultates dilucidandæ veniunt, remittendo reliquas ad dictos Doctores, & ad Theologos de hac tractantes materia. *Prima* ſit, an omnis Beneficiarius teneatur ſub culpa mortali, & ſub dicto reſtitutionis onere, Horas Canonicas perſolvere, & recitare, ſive beneficium pingue ſit, aut tenue in fructibus. *Secunda*, per quod Breviarium teneatur quilibet Beneficiarius officium divinum perſolvere, ad hoc, ut ſine peccato mortali, & abſque reſtitutionis onere, ſuæ ſatisfaciat obligationi. *Tertia eſt*, quando incipiat obligare Beneficiarium, onus divini officii.

138. Circa primam difficultatem duplex adeſt ſententia. Prima fuit Soti *de Iuſt.& jure, lib.*10. *quæſt.*5. *art.*3. docentis, non obligare ad officium divinum beneficium valdè tenue, quod ſaltem non adjuvat bonæ parti ſuſtentationis, ſeu non præbet mediocrem ſuſtentationis partem; quia iſtud pro nihilo reputatur. Illum ſequitur Aragon 2.2. *quæſt.*83. *art.*12. dicens, quod Sotum communiter ſequuntur recentiores Theologi, Rodriquez *tom.*1. *Sum.cap.*140. *num.*3. Vega 1. *p.cap.*128. *caſu* 13. Ledeſma *p.*2. *tract.*9. *cap.*4. *concl.*6. *difficul.*4. Leſſius *de Iuſt. lib.*2. *cap.*54. *dub.*31. *num.*169. & Torre *de Religione, tract.de Horis Canonic. controv.*6. *diſp.*5. *à n.*5. *& controv.*7. *n.*16.

139. Secunda verò ſententia, quæ antiqua, communis, & vera dicitur à Garcia *tom.*1. *de Benefic. p.*3. *cap.*1. *num.*39. tenet, beneficium quantumvis tenue, obligare ſub mortali ad Horas Canonicas; & pro ſe & illa allegat Gloſſam *in cap. Clericus victum, verb. Vigiliis, el* 3.91. *diſt.* quam ibi ſequuntur DD. & *in cap.*1. *de Celebrat.Miſſar.* Cardinalem *in Clement.*1. *eod. tit. n.*6. Joan. de Lignano *quæſt.* 3. & Abbatem, & Ferret. *num.* 10. *de Horis Canonic.* D. Antoninum *in Summa*, 3. *p. tit.*13. *c.*4. §.1. Roſellam *verb.Horæ Canonicæ, n.*1. Tabienam eod. *verb. num.*1. Coſtam *in Pragmat. tit. Qualiter Horæ Canonicæ ſunt dicendæ, verb.teneantur.* Navarrum *de Oratione, cap.*7. *n.*27. *c.*21. *num.*11. *& in Man. cap.*25. *num.*102. *& conſ.*3. *num.*1. *Ne Clerici, vel Monachi.* Martin. Ledeſma 2. 4. *quæſt.*15. *art.*4. *dub.* 5. Sandovalium *de Officio Eccleſiaſtico,* 5. *p.cap.*5. Joan. Medina *de Oratione, quæſt.*7. Cuchum *in Inſtitutionib. Majorib.lib.*5. *tit.*7. *num.*9. Durandum *de Ritib.Eccleſiæ Catholicæ, lib.*3. *c.*22. *num.* 10. Philiarchum *p.*1. *lib.*1. *cap.*4. *&* 9. Graffium *in deciſ.aureis,* 1. *p.lib.*2. *c.*30. *n.*18. Bejam. *in Reſponſis caſ. conſcientiæ, caſu* 54. Sum. Coronam *p.*1. *cap.*1. *n.*92. Corradum *in reſponſis caſuum, q.*140. Valentiam *tom.*3. *diſp.*6. *quæſt.*2. *punct.*10. *circa ſeptimum,* Zerolam *in Praxi Epiſcopali, p.*1. *verb.Beneficium*, §.4. & *verb. Horæ Canonicæ,* §.2. Covarrûviam *lib.*3. *variarum, c.*13. *n.*8. *verſ.*12. dictum Graffium *de caſib. reſervat. lib.*2. *n.*34. Toletum *in Sum. lib.*1. *cap.*14. 5. *cauſa*, Victorellum *in Annotat. ad d. lib.*2. *cap.*12. Azorium *p.*1. *lib.*10. *c.*3. *quæſt.*3. Ludovic. Lopez *tom.*1. *Inſtruct. conſcientiæ, cap.*244. *& tom.*2. *cap.*105. Cevallos *quæſt.*643. *n.*1. *&* 2. Villar del Prado de Calatayud *p.*4. §.3. *n.*24. Ugolinum *de Offic.Epiſc. cap.*13. §.1. *num.*2. Suarez *de Religione, tom.*2. *tract.*4. *lib.*4. *c.*21. Quibus addo Pacem Jordanum *tom.*2. *de Re beneficiaria, lib.*10. *tit.*39. *n.*7. qui ultra Navarrum, & Garciam *locis citatis*, allegat Vivianum *de jurepatr. c.fin. n.*23. Addo & Auguſt. Barboſam *in Collect. ad d. cap. Clericus victum, num.* 4. ex Gloſſa dicto *verb.Vigiliis*, Naldo *verb. Divinum Officium, num.*2. Peſant. 2.2. *quæſt.*62. *art.*2. *diſp.*2. *propè finem*, Valer. Regin. *in Praxi fori Pœnit.lib.*30. *tr.*3. *num.*34. Comitol. *Reſponſ. Moral.lib.*1. *cap.*68. Carolo Macign. *de Horis Canonis, cap.*11. *num.*3. Filliucio *tract.*23.

cap. 5. *n.* 181. Bonacina *de Horis Canon. disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 17. & ex pluribus aliis, ex suprà à Garcia allegatis.

140. Pro eo quod sententia ista communis sit, plures referuntur Doctores, de quorum numero sunt Garcia, Navarrus, Mart. Ledesma, Philiarchus, Corradus, Victorellus, Azorius, & Suarez, qui addit, & benè, in praxi regulariter esse servandam. Quia, ut dixi *in disquisit. tom.* 2. *disq.* 14. *dub.* 16. *n.* 14. & *in Commentariis ad constit.* 6. *n.* 623. cum Lessio *de Iust. & jure, lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 6. *num.* 24. non est facilè in praxi à communi sententia recedendum, in rebus moralibus.

141. Sententia autem secunda, quam libenter amplector, probatur ex eo, quod ob quodlibet beneficium, quantumvis simplex, exiguum, & tenue, deputatur quis ad laudandum, & rogandum Deum, eique inserviendum pro populo, seu Ecclesia, ab ea recipiens aliquem proventum, licèt sibi sustentando imparem. Et sibi imputet, qui tale acceptavit beneficium. Beneficium enim, non in invitum confertur, seu potiùs, non acceptatum, obligationem nullam inducit. Cùm igitur nullus sit Canon qui eximat eum, qui beneficium acceptavit, ab onere pensi officium divinum persolvendi, etiamsi illud exiguum sit, & tenue, illud persolvere tenebitur. Pro quo maximè facit Sanctiss. Pius V. in Constit. *Ex proximo Lateranensi Concilio, versic. Declarantes*, ibi: *Et quæcumque alia beneficia.* Tum quia *quod lex non dicit, non est ab homine præsumendum.* Barbosa *axiom.* 136. *num.* 7. Tum etiam, quia dictio *quæcumque*, quâ Pius V. utitur, est universalis, & omnia includit beneficia, & nullum excludit. Item Barbosa *dictione* 317. *num.* 1. Et latè fundatur per Suarez *d. cap.* 21. *n.* 4. 5. *&* 6. (ait Garcia *num.* 40.) & conducunt tradita per Perez de Lara *de Anniversariis, & Capellaniis, lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2.

142. Circa secundam difficultatem, etiam sunt diversæ sententiæ. Pro prima ait Garcia *p.* 3. *cap.* 1. *num.* 145. Nonò dubitatur, an Beneficiarius dicens officium per aliud Breviarium à Romano, v. gr. per Breviarium Cisterciense, seu S. Dominici, vel dicens de Sancto, cum erat dicendum de feria, satisfaciat suæ obligationi, ita ut non peccet, saltem mortaliter, nec teneatur ad fructuum restitutionem. Et videbatur satisfacere ex doctrina Cajetani *in Sum.* verbo *Horæ Canonicæ*, §. 2. Sylvest. *verb. Horæ, q.* 12. *n.* 15. Armil. *verb. Horæ Canonicæ, n.* 7. Soti *de Iust. lib.* 1. *q.* 5. *art.* 4. Barthol. Medinæ *in Sum. lib.* 1. *c.* 14. §. 11. Angles *de Oratione, q.* 10. *difficult.* 10. Cuchi *d. lib.* 5. *tit.* 9. *n.* 61. Fr. Ludov. Lopez *tom.* 2. *cap.* 105. Vegæ *p.* 1. *cap.* 128. *casu* 17. Zerolæ verbo *Horæ Canonicæ*, §. 6. qui docent non esse peccatum mortale mutare Breviarium, nec recitare de Sancto, quando esset recitandum de feria, sed solùm veniale, quando ad libitum, & sine rationabili causa fieret. Nam substantia præcepti consistit in hoc, quod Canonicæ Horæ dicantur; & non in qualitate Horarum, quæ solùm est servanda, tanquam justa, & debita ceremonia, ritus, & modus, seu de qua non est aliud præceptum, quàm consuetudo, quæ si vim habet præcepti, non est tam strictè interpretanda.

143. Alii Authores, quos idem recenset Garcia *num.* 147. *&* 2. *sequentibus*, partim conveniunt cum præcedentibus, & partim disconveniunt. Hi sunt Navarrus *de Oratione, cap.* 21. *n.* 23. & Roderiquez *in Sum. tom.* 1. *c.* 141. *num.* 3. *&* 144. *& tom.* 1. *qq. Regul. q.* 41. *art.* 8. *ad finem*, & Aragon. 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 12. qui docent, non esse mortale unum, aut alterum officium mutare, seu in uno, aut altero die, recitando scilicet de Sancto in die, quo Breviarium præcipit recitare de Feria, vel è contra; esse tamen culpam lethalem, si crebrò, aut frequenter id fiat.

144. Tertia tandem, & vera sententia docet, non solùm peccare mortaliter, & ad fructuum restitutionem teneri beneficiarium, qui crebrò, & frequenter officium mutat; sed etiam qui semel tantùm, unòve, aut altero die. Illam tenet Garcia *à n.* 150. ita ut quilibet teneatur ad unguem servare Breviarium Ecclesiæ, aut Religionis, cui addictus est. Allegat pro ea Bellarminum *tom.* 3. *controv. ultima* 3. *controversiæ, lib.* 1. *cap.* 18. Genuensem *in Praxi, c.* 80. *in Annotat.* Graffium *lib.* 2. *cap.* 51. *num.* 10. Felinum & Philiarchum *lib.* 1. *cap.* 6. *concl.* 3. Sum. Coronam *p.* 1. *cap.* 1. *num.* 100.

Corradum

Corradum *in Reſponſ. Caſuum conſcientiæ, quæſt.* 243. *à princ.* Toletum in editione Romana, *lib.* 2. *cap.* 13. Eandem ſententiam Gavant. *in Rubric. Breviarii*, recenſendus *infrà*, *num.* 146. tenet, Pax Jordanus *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 39. *n.* 12. 15. *&* 19. Ego ipſe *in Paſtoralib. p.* 1. *quæſt.* 2. *diviſ.* 1. *n.* 13. & *ſuprà*, *quæſt.* 3. *num.* 192. *& ſeqq.* & *in Quæſt. variis*, *tit.* 6. *quæſt. unica*, latè.

145. Et quidem, quoad Breviario Romano addictos, evidens mihi eſt ex Bulla Pii V. illi præfixa, ibi: *Statuentes, Breviarum ipſum, nullo unquam tempore, vel totum, vel ex parte mutandum, vel ei aliquid addendum, vel omninò detrahendum eſſe, ac quoſcumque, qui Horas Canonicas ex more, & ritu ipſius Romanæ Eccleſiæ, jure; vel conſuetudine dicere, vel pſallere debent, propoſitis pœnis per Canonicas ſanctiones conſtitutis in eos, qui Divinum Officium quotidie non dixerint, ad dicendum, & pſallendum poſthac, in perpetuum Horas ipſas, diurnas, & nocturnas, ex uſu Romani Breviarii, & ratione omnino teneri, neminemque ex his, quibus hoc dicendi, pſallendique munus neceſſariò impoſitum eſt, niſi hac ſola formula, ſatisfacere poſſe.* In qua conſtitutione Piana obſervari debent dictio *omninò*, primò poſita, quæ ut dixi *ſuprà*, *quæſt.* 3. *num.* 195. importat, inviolabiliter obſervari debere Breviarum, abſque ulla prorſus additione, diminutione, & alteratione. Quod ſatis ipſe textus expreſſit: & ſecundò poſita importat obligationem præciſam ſervandi omnia in Breviario diſpoſita. Item obſervari debet clauſula ultimò poſita: *Neminemque... niſi hac ſola formula, ſatisfacere poſſe.* Ex qua manifeſtè patet (verba reddo Garciæ *n.* 132.) non recitantem per hoc Breviarium, nec ſecundum ipſius præſcriptum, rationem, & formulam, atque ſecundum ipſius Regulas, non ſatisfacere ſuæ obligationi, ſed incurrere pœnas conſtitutas in non recitantes, atque adeo obligationem reſtituendi fructus beneficiorum, & ſic, cum in dicta Bulla expreſſè præcipiatur qualitas, & modus Horarum, ceſſat hodie dicta ratio Cajetani, & aliorum citatorum, quod de qualitate Horarum non ſit aliud præceptum, niſi conſuetudo, &c. quinimò idem olim præcipiebatur, ut exiſtimo, in Breviariis uniuſcujuſque Eccleſiæ, ſeu Diœceſis, & hodie etiam in Breviariis Religionum, quæ ſunt in uſu, & eſt conforme juri antiquo, *cap. De his*, *cap. Placuit*, 12. *diſt.* & arg. *Clement. de Celebrat. Miſſar.* Alber. de Ferrariis *de Horis Canonicis*, *num.* 94. Nic. Plorius *de Modo dicendi Horas*, *in princ.* Sandoval *de Officio Eccleſiaſtico*, 6. *p. c.* 18. dicens communiter receptum. Hactenus Garcia. Et quidem, quod hujuſmodi præceptum etiam injunctum ſit ab Urbano Octavo noſtræ Congregationis Hiſpanæ Monachis, conſtat ex ejus Brevi pro omnimoda obſervantia Breviarii, & Miſſalis pro Benedictinis authoritate Pauli Quinti editorum, quod certè Breve *ſuprà*, *quæſt.* 3. *num.* 194. reddidi, & expoſui, ſicut in variis *d. tit.* 6. *quæſt. unica.*

Pro dictis non parum facit Declaratio S. Congregationis Rituum *in Carpenſi Nullius*, 19. *Ianuarii*, 1608. quam refert ex Sellio *in Selectis Canonicis*, *cap.* 33. *num.* 17. Barboſa *in Sum. deciſ. Apoſtolic. verb. Officium divinum*, *collect.* 802. *n.* 10. Pax Jordanus *d. tit.* 39. *num.* 15. Gavant. *in Rubric. Breviarii*, *ſect.* 1. *cap.* 5. *tit.* 2. *n.* 8. in qua habetur, *non licere officium recitare ſub ritu duplici, ſi in Breviario ſub ſimplici aſſignetur, niſi in caſibus expreſſis in dicto Breviario.* Item facit Declaratio ejuſdem S. Congreg. *in Salamantina*, 29. *Novembris* 1603. ubi habetur: *Officium, quod ex debito recitatur, non eſſe relinquendum cauſa recitandi Officium devotionis.* Refertur à Barboſa *loco citato*, *num.* 12. *& de Officio Parochi*, *c.* 10. *num.* 14. à Jordano *n.* 17. & à Gavanto *num.* 1. qui *num.* 7. ſequentia profert. Non licet mutare Officium unius diei in Breviario Romano præſcriptum, in Officium alterius diei: & qui mutat, præcepto non ſatisfacit. Doctores apud Bonacinam *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 17. & fuſiùs probat Hieron. Onuphrius *in aureo hac de re opuſculo Bononiæ edito.* Tum, quia Pius V. in Bulla, non modò præcipit ſubſtantiam; ſed modum, & formam Horarum Canonicarum. Tum, quia motus ille fuit, graviſſimè ferens varietatem orandi. Et Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 12. *&* 14. ita improbat mutationem, ut ſi fiat ſine cauſa rationabili, improbabilem eam eſſe mutationem prorſus exiſtimet. Quod ſi mutatio fiet etiam ex in- 146.

advertentia, debent dimiſſa ſuppleri. Toletus *in ſum. lib. 2. cap. 13. num. 6.* & Bonac. *num. 18. loc. cit.* Quare in hac re non audiendus Sylv. verbo *Hora, quæſt. 12.* qui ante Pium V. vixit: neque Navarrus, qui *cap. 19. num. 217.* ante Pium, ſcribens permiſit, ſi rarò mutatio fiat Hactenus Gavantus.

147. Cum dictis tamen ſtat, quod Capellani Epiſcopi, & qui cum eo recitant, poſſunt, & tenentur ſe illi conformare, ſive ſæculares ſint, ſive Regulares. Ita Gavantus *num. 3.* Pax Jordanus *num. 18.* & Barboſa *num. 13.* poſt Joan. Mariam Novarium *in Lucerna Regularium*, verbo *Officium*, *n. 6.* ex Sacra Congr. Rituum *14. Junii 1605. in Viſent. pro Regulari promoto ad Epiſcopatum.*

COROLLARIUM.

148. Ex dictis infertur, omnes, & ſingulos, qui ſunt de gremio cujuſlibet Eccleſiæ, tam intra, quàm extra eam, & etiamſi extra diœceſim morentur, debere recitare Officium proprium Eccleſiæ ipſorum, & quod in ejus Choro recitatur, aut recitari debet. Ita Gavantus *loco citato, num. 4.* Barboſa *d. Collect. 552. num. 17.* ex S. Congr. Rituum *8. Septembris 1602.*

149. Unde Epiſcopus Regularis tenetur recitare Officium ſuæ Diœceſis, non autem ſuæ Religionis, habentis Breviarium, aut Officium peculiare, & proprium. Pax Jordanus *n. 18. ex S. Congregat. 11. Junii 1605.* Et Regularis habens Breviarium proprium ſui Ordinis, ſi deſerviat Eccleſiæ ſæculari, tenetur recitare Officium divinum juxta ritum Eccleſiæ, cui inſervit. Ita dixi *in qq. Paſtor. part. 1. q. 2. diviſ. 1. num. 13.* cum Gloſſa *in cap. de Monachis*, verbo *Diſcedere*, *el 3. 16. q. 7.* ibi: *Unde non debet regere Eccleſiam illam ſecundùm Officium Monachale. Nam ad quamcumque Eccleſiam veneris, illius conſuetudinem ſervabis, 12.* diſt. Illa, *41.* diſt. Quiſquis.

150. E contra verò Clerici ſæculares inſervientes Eccleſiis Regularibus, quæ Breviarium, aut Officium proprium & Regulare habeant, juxta illud recitare tenentur. *Primò*, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, *l. 1. ff. de His, qui ſunt ſui, vel alieni juris, l. fin. ff. de Legatis 3. l. In fundo, ff. de rei vendicat. l. Inter ſtipulantem*, §. *Sacram, ff. de Verborum obligat. l. 1.* §. *Si quis ultrò, ff. de Quæſt. l. Et ſi contra, in fine, ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutione, l. Nihil tam naturale, ff. de Regulis Iuris,* §. *1. Inſtitut. de His qui ſui, vel alieni Iuris ſunt,* §. *1. Inſtit. de Tutelis, cap. Tranſlato, de Conſtitut. cap. Intellectum, de Iure jurando.* Ariſtoteles *lib. 7. Topicorum, cap. 1.* Barboſa *Axiom. 58. num. 11.* cum pluribus aliis, quos allegat pro caſibus, ſaltem in quibus eadem militet ratio, ſicut in noſtro præſenti militare, in dubium revocari non licet.

151. *Secundò*, quia ſic S. Rota decidit contra Clericos ſæculares ſervientes in Eccleſia Monachorum S. Benedicti Montis Regalis, in Regno Siciliæ, *14. Maii 1604. coram R. P. D. Coccino*, cujus Deciſio *179.* inter impreſſas Lugduni anno *1623.* ſumptibus Laurentii Durand, hujus tenoris eſt.

152. Fuit per Dominos unanimiter reſolutum, Clericos ſæculares teneri intereſſe Divinis Officiis, & Monachis ſe conformare, per verba Pauli III. ibi: *Quodque Clerici, & Presbyteri ſæculares cum ſuperpelliceis, in inferioribus ſtallis dextri, & ſiniſtri Chori ſedere, ac omnibus, & ſingulis divinis Officiis unà cum dictis Priore, Decano, & Monachis intereſſe, & cum eiſdem ſe conformare debeant.* Et ideo omninò teneantur intereſſe, & ſe conformare Monachis. Verbum enim *debeant*, importat neceſſitatem, *l. 1.* §. *1. ff. Quod quiſque juris.* Bart. *in repetit. l. 3. num. 3. C. de Pignor.* Et eſt propria ſignificatio hujus verbi. Bart. *ubi ſupra.* Gloſſ. *in Clement. Attendentes*, in verbo *Debeant, de Statu Monach.* Et quoad conformationem, non modò Monachi habent verba Bullæ, verùm etiam diſpoſitionem Juris communis, ut per Vitalin. *in Clement. fin. num. 52. & 53. de Celebrat. Miſſar.* & bene facit textus *in c. fin. prope fin. in verſic. Præcipimus*, ibi: *Opportunè obſequia in Monaſteriis fideliter impendentes*; & ibi Gloſſa *ult. de Statu Monachor.* Et hæc ſententia fulcitur ex regula generali, quod quilibet debet ſe conformare moribus Eccleſiæ, in qua converſatur, *c. Illa, verſic. Sic etiam tu, 12. diſt. c. Recolentes, verſic. Cæterùm domus*, & ibi in Gloſſa, verbo *Coaptent, de Statu Monachor.* Cardinalis *in d. Clement. fin. num. 1. verſ. 4. not.* Vital. *n. 82.* Alber. de Ferrar. *in Tract. de Horis Canonicis.*

Et

153. Et hujuſmodi confirmatio eſt, ut divina Officia celebrentur ſecundum Regulam B.P.Benedicti Habent enim Monachi pro ſe, tam diſpoſitionem Bullæ Pauli Tertii, ubi *in §. Denique, quod Prioris*, expreſsè hoc præcipitur, quàm etiam diſpoſitionem Juris communis. Nam cùm Eccleſia Montis Regalis ſit Cathedralis regularis, Monachi juxta ritum, & morem ſuæ Regulæ debent officiare, ad text. *in c. de iis, §. Abbatibus, & c. fin.* ibi: *Neque Monachorum Conſtitutiones*, 12. *diſt.* Archidiac. *in d. cap. De iis, num.* 1. Ægid. *in princ.* Cardinal. Turrecremata *num.* 1. Vital. *in d. Clement. fin. in princ. de Celebr. Miſſar.* Tabiena in verbo *Horæ Canonicæ, num.* 11. Et ſunt etiam in hac poſſeſſione, pro qua eis per Dominos fuit conceſſa manutentio.

154. Nec eſt verum, quod D. Archiepiſcopus poſſit immutare hujuſmodi ſtatutum. Licet enim *in d. c. de iis*, dicatur, quod debent celebrare ſecundum ritum ſuæ regulæ, juxta voluntatem ſui Epiſcopi; tamen verba illa, *juxta voluntatem ſui Epiſcopi*, intelliguntur, quia Epiſcopus hoc etiam velle debet. Nam quod formam hujus rei dare debeat, vel ſecundum voluntatem requiſitam, etſi non habitam, ait Archid. *ibid. n.* 5. *verſ. Secundum voluntatem*, Turrecremata *num.* 2. *verſic. Hic eſt caſus.*

155. Nec minus verba Bullæ poſſunt ad hunc effectum ſuffragari D. Archiepiſcopo, in qua datur facultas pro tempore Archiepiſcopis, minuendi, & addendi; quia per talem facultatem non poteſt in totum tollere, & alterare. Additio enim non importat mutationem præcedentis ſtatus, ſed potiùs continuationem, ad textum *in l. ſi proprietate, ff. de Iure dot. l. etiam, C. eod. titulo*, cum aliis per Decianum *reſp.* 11. *n.* 23. *lib.* 1. Immò ſecundùm præcedentem ſtatum regulatur, *d. l. etiam*, ubi DD. *l. inter ſocerum, §. Cùm inter, de Pactis dotalib.* Socinus *ſenior conſ.* 296. *n.* 5. *in princ. lib.* 2. Et idem dicendum eſt de diminutione, quæ ejuſdem juris eſt, cujus augmentum, ad textum *in l. Scribit, ff. Ad Trebellian.* Et conceſſa facultate minuendi, non cenſetur conceſſa facultas in totum tollendi, quæ difficiliùs conceditur, *l. juris gentium, §. Adeo, ff. de Pactis, l.* 2. *C. de Precibus Imperatori offerendis.* Fulgoſius *conſ.* 210. *in fine.*

156. Eoque magis procedunt prædicta, quia cum Monachi habeant diſpoſitionem Juris pro ſe, non poteſt D. Archiepiſcopus in contrarium diſponere. Felinus *in c. Super his, n.* 4. *in* 1. *fallent, & n.* 11. dixit etiam mirabiliter, *de Majorit. & obed.*

157. Non obſtat, quod prædicta ſint diſpoſita particulari ſtatuto Archiepiſcoporum, quod non ligat ſucceſſores; quia ſumus in ſtatuto confirmato à Sede Apoſtolica, & inſerto in Bulla; unde non eſt ampliùs ſtatutum Epiſcopale, ſed Papale, quod ligat etiam ſucceſſores, ut fuit reſolutum *in cauſa Vicent. Iuriſdictionis*, 28. *Maii* 1601. *coram R. P. D. meo Sacrato*: & in omnem eventum remanet diſpoſitio Juris communis pro Monachis.

158. Non intelligunt tamen Domini propterea impedire quo minus Vicarius poſſit facere officium in diebus Reſurrectionis, Nativitatis, & aliis ſolemnitatibus, de quibus in eadem Bulla, §. *Quod nullus.* Hæc omnia, & nihil amplus in dicta deciſione habetur.

159. *Tertiò*, quia ita invenio practicatum à Clericis ſæcularibus, Eccleſiis regularibus inſervientibus: videlicet in Cathedrali Pampilonenſi, Ordinis Sancti Auguſtini, & in Monaſterio Sanctimonialium Recollectarum ejuſdem Ordinis, in Civitate eadem Pampilonenſi ſitum, qui omnes Officium divinum perſolvunt, quod Canonici, & Moniales in Choro, & extra canunt, & recitant.

160. Unde ulteriùs tenentur Clerici ſæculares, Vicarii, beneficiarii, & Capellani Eccleſiarum Parochialium acceſſoriè, jure pleno, quoad ſpiritualia, & temporalia ad menſam unitarum Monaſteriis, quales ſunt Eccleſiæ Mendaviæ, Luquin, Urbiolæ, Viloriæ, Ayegui, Arbeycæ, S. Joannis de Stella, S. Salvatoris, de Oteyza, Arizalæ, Ugar, & Lete: quæ omnes ſic huic Hyrachenſi Cœnobio unitæ ſunt, ut oſtendi *in Quæſt. Paſtoralib.* & probari poteſt ex dictis ſuprà, *q.* 4. ſignanter *à num.* 196. *ad* 237. tenentur, inquam, Officium divinum, & Miſſas perſolvere, & celebrare per Breviarium, & Miſſale, quibus utitur Monaſterium, cui hujuſmodi Eccleſiæ ſic

ſunt unitæ, & juxta eorum formulas, Ritus, & Rubricas, aliàs non adimplebunt præceptum, & reſtituere tenebuntur juxta præſcriptum Concil. Lateranenſis, & Pii Quinti, fructus perceptos. Ratio fundamentalis in promptu eſt, quia dictæ, & ſimiles aliæ Eccleſiæ, ſæculares non ſunt, ſed regulares, & earumdem qualitatum, & naturæ, ac eſt Eccleſia Monaſterii, cui illæ ſunt unitæ, & eodem foro, ac iiſdem juribus, & privilegiis gaudent, ac potitur & gaudet Eccleſia intra ſepta, & clauſuram Monaſterii ſita. Ergo in dictis Eccleſiis unitis ad menſam Monaſterii, tenentur earum miniſtri, Vicarii, Beneficiarii, & Capellani perſolvere Officium divinum, & Miſſas celebrare, per Breviarium, & Miſſale Monaſticum quibus utuntur Monachi in Eccleſia Monaſterii, & juxta eorum formulas, Ritus, & Rubricas.

160. Conſequentia liquet ex ſuperiùs dictis. Antecedens verò probatur. Quoad primam partem, de amiſſione ſtatus ſæcularitatis, & acquiſitione ſtatus regularis, demonſtratur *primò*, ex Declarationibus, & Deciſionibus Sacræ Rotæ, in ſpecie, ſeu in individuo editis, in cauſis dictarum Eccleſiarum Stellæ, & Mendaviæ. De prima ſic dixit 14. *Decembris* 1648. *coram Ottobono*, *n.* 5. Minùs obſtare poteſt prætenſum juſpatronatus Parochianorum S. Ioannis de Stella, *quia cum agatur de Eccleſia Regulari*, Parochiani tenentur exhibere privilegium Apoſtolicum, ſine quo *in Eccleſiis Regularium* juſpatronatus non acquiritur. Et in eadem cauſa dixit *coram Meltio*, 26. *Maii* 1653. *num.* 14. Cùm hodie agatur de dicta Eccleſia *pro Regulari habita*, præſentationes factæ à Parochianis, remanent deſtitutæ omni titulo, cum prætenſum juſpatronatus non poſſit habere locum *in Eccleſia Regulari*, niſi quatenus doceatur de privilegio Apoſtolico. Habentur duæ iſtæ Deciſiones *poſt meas qq. Paſtorales*, *las* 19. *&* 20.

161. *Secundò* demonſtratur ex dicta S. Rota, in cauſa Mendaviæ. Sic enim dixit 19. Januarii 1663. *coram Bevilaqua*, *num.* 1. Per quam unionem ſic factam, *ſequitur Eccleſiam à primæva ſui natura receſſiſſe*, & prædium Monaſterii, cui fuit unita reputari. Et *n.* 4. ibi: Et primò, quia agitur *de Eccleſia Regulari ratione unionis Monaſterio factæ*. Et *in eadem* dictum eſt *coram Otalora*, 11. *Martii* 1667. *num.* 13. Ex quo reſultat, & ſuppletur conſenſus Ordinarii, & ſic cum extinctum fuerit juſpatronatus, non potuerunt incolæ *in hac Eccleſia Regulari*, novum juſpatronatus acquirere. Duæ iſtæ deciſiones, habentur poſt mea Commentaria *in Conſtit. 1a* 2. *&* 5. Et in cauſa Vicariæ de Elizondo, ad favorem Monaſterii de Urdax, dictum eſt 3. *Martii* 1664. *coram Verospio*, *in deciſ.* 10. *num.* 10. Hæc quippe beneficia curata, *virtute unionis*, *regularia cenſentur evaſiſſe*.

Quod ſecundam autem partem 162.
probatur antecedens, per ea, quæ latè tradidi *ſuprà*, *quæſt.* 4. *à num.* 162. ubi oſtendi, unionis, de qua agimus, effectum, eſſe extinctionem omnium prærogativarum, qualitatum & naturæ Eccleſiæ, & beneficii alteri uniti, & ſortitio prærogativarum, privilegiorum, qualitatum, & naturæ Eccleſiæ, & beneficii, cui unitur, in quod quaſi transformatur.

ARTICULUS III.

De Obligatione Beneficiariorum, quoad reſidentiam.

UNa ex beneficiariorum obligationibus, eſt reſidentia, ſeu permanentia in loco beneficii, eidemque inſervire beneficio. Ita habetur *in c.* 3. *& toto tit. de Clerico non reſidente*, ibi: *Cùm igitur Eccleſia*, *vel Eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit*, *talis ad hoc perſona quæratur*, *quæ reſidere in loco*, *& curam ejus perſe ipſam valeat exercere*. Reperiturque *in c.* 4. & alibi frequenter; cum enim beneficium detur propter Officium, *c. fin. de Reſer. in* 6. qui non reſidet, & conſequenter officium non exercet, non debet beneficium habere, *cap. Ex parte*, *cap. Qualiter*, *cum ſeqq. de Clerico non reſidente*. Pax Jordan. *tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 40. *num.* 1. 163.

Procedit ſaltem dicta concluſio in 164.
Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis juriſdictionem Epiſcopalem habentibus, juxta Trid. *ſeſſ.* 6 *cap.* 1. *de Reform. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. *de Reform.* Pium IV. *in conſt.* 115. incipit, *De ſalute gregis Dominici*. Urbanum VIII. incipit, *Sancta Synodus*, *de anno* 1634. 12. *die*

die Decembr. Jordan. *num.*2. poſt Sotum, Navarr. Garciam, Barboſam, Ugolinum, Vivianum *locis ab eo citatis*, & poſt concordantes.

165. Procedit etiam in Parochis. Trid. *d.c.*1. *ſeſſ.*23. Pius IV. *conſt. Cupientes, la* 64. Immò de jure communi, *in cap. Quia nonnulli, cap. Conquerente*, & *cap. Relatum, de Clerico non reſidente.* Jordanus *num.*3. poſt Vivianum, Garciam, Barboſam, & alios.

166. Procedit etiam in Decanis, & habentibus dignitatem, perſonatum, vel Officium, *cap. Ad hæc*, ubi Decius, *de Præbendis*, & *cap. Ex parte, de Clerico non reſid.* Jordanus *n.* 7. cum Viviano.

167. Item procedit in Canonicis Cathedralium, & Collegiatarum, *cap. De cætero, cap. Inter quatuor, cap. Cùm dilectus, de Clerico non reſidente.* Trident. *ſeſſ.*24. *cap.* 12. Iordanus *num.* 8. cum Garcia *p.*3. *cap.*2. §.1. *per totum.*

168. Procedit etiam in Cardinalibus, quoad reſidentiam in Cathedralibus, quibus præſunt, in quo parificantur Epiſcopis. Trident. *locis citatis.* Immò in ſuis titulis, *ex cap.*2. *de Clerico non reſidente.* De conſuetudine tamen ſex Cardinales Epiſcopi, non in Epiſcopatibus, ſed in Curia Romana reſidere, ait Pax *num.*9.

169. Beneficiarii tamen ſimplices, prædictis exceptis, quamvis de jure communi reſidere deberent, *cap. fin. de Reſcript. in* 6. At de generali conſuetudine ampliùs non obligantur ad reſidentiam, niſi conſuetudine particulari, ſtatuto, privilegio, aut conſimili ratione ſpecifica, talis obligatio introducta reperiatur. Pax Jordanus *n.*11. *ex cap. fin. de Clerico non reſidente*, & Innoc. *ibi.* Trid. *ſeſſ.*6. *cap.*2. *de Refor.* Pariſ. *de Reſignat. lib.*1. *quæſt.*2. *num.*3. Hojeda *de Incompatibil. cap.*17. *à n.*1. Garcia *d. cap.* 2. *à num.*3. Viviano cum aliis *d. cap. fin. n.*100. Allegat Garcia Sbrozium, Rebuffum, Mandoſium, Lapum, Ferretum, Menochium, D. Joan. Ocon, Zerolam, Zechium, Cæſar. de Graſſis, Gonzalez, Gratianum, Leonem, & Moſcon. Thuſcum, Ugolinum, Azorium, & Rotam in pluribus Deciſionibus, quas recenſet. Atque ita (proſequitur Pax) poſſidens beneficia ſimplicia, regulam pro ſe habet, quod reſidere non teneatur, & onus probandi contrarium, incumbit aſſerenti, ut in confeſſo eſt apud omnes, & ſæpiſſimè cenſuit Rota.

Circa reſidentiam Parochorum, & 170.
aliorum aliqua percurrit *loco citato, à num.*43. I. ad illam teneri, etiamſi Parochia tenuis ſit, putà trium, aut quatuor incolarum: ſecùs ſi in totum Eccleſia deſinat Parochianos habere. Quia tunc eſt curata habitu, & non actu, & providetur de illa, ſicut de ſimplici beneficio, neque ad plus tenetur beneficiarius. Garcia *de cap.*2. *num.*179. ubi in medio refert hanc declarationem S. Congregationis, *la* 9. *in ordine: In Monaſteriis, & Abbatiis, quæ Cura, & conventu carent, non eſt neceſſaria reſidentia.*

II. Ait teneri reſidere eum, qui ha- 171.
bet Eccleſiam baptiſmalem, cui ſolùm incumbit onus baptizandi omnes populi infantes; quia cenſetur Coadjutor Parochi. Pax *n.* 44. cum Barboſa *allegat.*53. *n.*79. qui citat Armendariz *in Addit. ad recopilat. legum Navar. lib.*2. *tit.*23. *l.*2. §.2. *num.*178.

III. Si in limine poſſeſſionis Eccle- 172.
ſiæ Parochialis moveatur lis, dubium eſt an teneatur proviſus ad reſidentiam, lite non obſtante? Barboſa *de Offic. Parochi, cap.*8. *num.*8. docet teneri, ſi in petitorio lis ſit mota. Negat Pax in petitorio, & concedit fieri ſi in poſſeſſorio mota ſit. Ita ille *num.*45.

IV. Habens plures Parochiales ex 173.
diſpenſatione, in digniori reſidere tenetur. Si non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori: aut ſi una ſit in urbe, alia verò extra, in ea, quæ in urbe. Pax *num.*46. Garcia *d. num.*179. ex hac Declaratione S. Congr. *la* 14. ex his, quæ recenſet: *Rector, ſeu Parochus, qui habet Parochiam, intra cujus limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea reſidere, etiamſi tantum eſſent in illa Parochia tres, vel quatuor incolæ: & ubi fuerint duæ Eccleſiæ unitæ, reſidendum eſt in digniori: quod ſi non conſtet quæ ſit dignior, in frequentiori: quod ſi una fuerit extra, & altera intra urbem, reſidendum eſt in ea, quæ eſt intra.* Idem tenet Barboſa *de Parocho, cap.*8. *num.*9. & 39. ubi ait idem eſſe, quamvis minor pars Parochianorum in urbe degat, & major extra. Et ita habetur *in Declaratione* 20. relata à Garcia *d. n.*179. ſub hoc tenore: *Licèt Eccleſia Parochialis ſit in loco, ubi minor pars Parochianorum habitat, & major pars habitat longè in oppidis, nihilominus*

hilominus Parochus habitare tenetur prope Eccleſiam in civitate, ſed ſuccurrendum eſt eis, qui longe habitant, ſecundum antiquam loci conſuetudinem, per diſpoſitionem cap. 4. ſeſſ. 21. de reformat. Ita Declaratio.

175. V. Qui Canonicatum ſimul cum Curatu poſſidet, regulariter in Curatu reſidere tenetur, eo quòd animarum Cura, prima eſſe debeat, & præcipua, juxta Conſtit. *Cupientes*, Pii V. Si tamen utrumque in eodem ſit loco, utrique deſervire poterit. Pax *n.* 47. cum Barboſa *d. cap.* 8. *num.* 12. *& ſeq.* Allegat etiam Garciam *declarat.* 16. ſed nihil de hoc habetur in illa; tamen *la* 13. hujus tenoris eſt: *Obtinens Canonicatum, cui ſit unita Parochialis ad vitam obtinentis, tantum tenetur in Parochiali reſidere, ſi unio ſit ad vitam obtinentis tantum.*

176. VI. Qui obtinuit ſibi dari coadjutorem, ratione infirmitatis, vel ſenectutis, aut alterius impotentiæ, reſidere etiam tenetur. Pax, *n.* 48. cum Barboſa *d. c.* 8. *n.* 20. *&* 33.

VII. Qui habet animarum curam, non excuſatur, à reſidentia ad effectũ exercendi officium Vicarii generalis, Viſitatoris, Procuratoris fiſcalis, & ſimilium, quod permittitur Canonicis, & aliis non habentibus curam animarum, obligatis ad reſidendum, exercere. Pax *num.* 49. cum Gonzalez *ad reg.* 8. *gloſſ.* 6. *n.* 258. Garcia *d. c.* 2. *à n.* 40. Poſſevino *de Offic. Curati, cap.* 1. *n.* 12. Alzedo *de Præſtantia Epiſc.* 1. *p. c.* 5. *n.* 128. Barboſa *d. c.* 8. *n.* 23. *& alleg.* 53. *n.* 85.

177. VIII. Cauſa ſtudiorum non poteſt hodie Parochus, de Epiſcopi licentia ultra duos menſes abeſſe. Trid. *c.* 1. *ſeſſ.* 23. *de reform.* & S. Congregatio in pluribus Declarationibus, quas exſcribit Garcia *d. c.* 2. *n.* 81. & Proſp. *ad Quarantam*, verbo *Reſidentia*, & *verſic. Item limita.* Jordanus *n.* 50. Gonzalez *d. gloſſ.* 6. *n.* 251. Alzedo *de Præſtantia Epiſcopalis dignitatis, p.* 2. *c.* 9. *n.* 37. Barboſa *d. c.* 8. *n.* 27. Garcia *n.* 20. non obſtante *c. Cum ex eo, de Elect. in* 6. & omnes, ait Pax.

178. IX. Neque Epiſcopus poteſt Parocho licentiam concedere ad abſentiam, etiam ex cauſa docendi, & legendi Theologiam, aut aliàs Facultates, etiam poſito idoneo Vicario, quamvis nullus alius idoneus ad docendum reperiretur. Pax *n.* 51. cum Gonzalez *num.* 254. Barboſa *d. cap.* 8. *num.* 28. *& alleg.* 53. *num.* 76. & concordantibus.

X. Neque abeſſe poteſt, propter Officium Inquiſitoris. Pax *d. num.* 51. cum Gonzalez *n.* 265. contra Riccium *in Praxi rerum quotidian. reſol.* 390. qui ad ejus officiales extendit, ex decreto Innoc. III. 179.

XI. Item neque abeſſe poteſt propter aëris intemperiem, etiamſi Parochus inde oriundus non ſit, nec de Epiſcopi licentia, quamvis idoneum Vicarium ſubrogare velit. Jord. *n.* 52. cum Ugolino *de Offic. Epiſc. cap.* 15. §. 3. *verſ.* 6. Zerola *in Praxi, p.* 1. verbo *Reſidentia*, §. 7. & Barboſa *d. cap.* 8. *n.* 29. *&* 30. citato Armendariz. 180.

Concedunt tamen iſti Authores, quod ſi Medicorum defectu curari non poſſit in loco beneficii, valeat ab Ordinario obtinere licentiam per tres aut quatuor menſes, commorandi, curationis gratia, in locis vicinis, conſtituto interim ab ipſo Ordinario Vicario idoneo. 181.

XII. Neque propter peſtem, aut alium morbum contagioſum, ſive ob populi furorem excuſatur à reſidentia, quando immineret detrimentum ovium ſuarum in ſpiritualibus, nec adeſſent, qui vices ejus ſupplere poſſent. Pax *num.* 54. cum Barboſa *d. c.* 8. *num.* 31. qui exſcribit reſolutionem S. Congregationis, ex qua colligitur, Ordinarium non poſſe dare licentiam non reſidendi, etiam ob capitales inimicitias; ſed recurrendum ad ipſam S. Congregationem, quæ non ſolet concedere ultra ſex menſes, ad effectum interim reſignandi, vel permutandi; quicquid aliàs concedere potuiſſe Epiſcopum, doceant Zerola *in Praxi, p.* 1. verbo *Privatio*, §. 3. *dub.* 1. Bonacina *de Oneribus, & obligat. beneficiatorum, punct.* 5. *num.* 2. & alii. 182.

XIII. Debet reſidere in propria Eccleſia, & in domo ipſius Parochiæ, non alibi, aut in alia domo, niſi Eccleſia propriâ careat domo: tunc enim permittitur habitatio in alia, intra limites tamen Parochiæ, ut indigentiis Curæ præſto eſſe poſſit. Ita Pax *n.* 55. Barboſa *d. cap.* 8. *n.* 34. *& alleg.* 53. *num.* 71. cum Armendariz *ubi ſuprà, num.* 150. Recenſet Garcia *loco cit.* Declarationem S. Congr. de hac re, & plures alias circa reſidentiam Parochi. 183.

XIV. Reſi

184. XIV. Reſidentia iſta debet eſſe cum effectu, nimirum itaut per ſe paſtoralia munera obeat, & non per ſubſtitutum, niſi quatenus per ſeipſum ſupplere non valeat. Concilium enim *d. c.* 1. *ſeſſ.* 23. perſonæ induſtriam requirit, quæ ſuppleri non poteſt per alium, *l. inter artifices, ff. de Solutionib.* Pax *n.* 58. cum Poſſevino *d. cap.* 1. *n.* 8. & Barboſa *c.* 8. *n.* 40. ſubdentibus, non adimplere in ullo foro interno, aut externo obligationem reſidentiæ, ſi per ſeipſum non deſerviat, quamvis corpore ſit præſens.

185. XV. Reſidentia continua eſſe debet: non tamen tam continue, ut videatur Parochus compedibus vinctus. Sed ſi careat infirmis cum periculo, per aliquas horas abeſſe poteſt, etiamſi nullum ſubſtituat; immò per integrum diem, rarò tamen. Per duos autem, vel tres dies nullo etiam infirmante, & nulla alia cauſa juſtificante, valde probabile eſſe ait Jord. *n.* 59. eſſe mortale, propter multa, quæ poſſunt contingere, præſertim in villis, & locis, in quibus non ſunt alii Sacerdotes, neque in propinquis Eccleſiis.

Plura alia circa reſidentiam tractant prædicti Doctores, ad quos me, & lectores remitto, quia pro meo inſtituto dicta à me ſufficere credo.

ARTICULUS IV.

De obligatione aſſiſtendi, & deſerviendi Parocho, Beneficiariis ſimplicibus incumbente.

HÆc obligatio penes Beneficiarios ſimplices reſidet, in caſu, quo in loco beneficii reſideant; cum enim, ut diximus *num.* 169. regulariter reſidere non teneantur, ad dictam aſſiſtentiam, & ſervitium, in caſu poſito non tenebuntur.

186. Primò firmatur hæc obligatio ex ſententia diffinitiva Rotali, lata per Coccinum, in cauſa, quæ verſa fuit inter Abbatem, & Conventum Monaſterii hujus S. Mariæ de Hyrache, Ordinis S. Benedicti, & Vicarium, & Beneficiatos Eccleſiæ S. Joannis de Stolla, quæ confirmata fuit per alias conformes, datas per Lancellotum 16. Martii 1606. & menſe Aprilis ejuſdem anni, & ultimò per Peñam die 2. Martii 1607. qui litteras executoriales die 18. menſis Maii dicti anni relaxavit. In prima igitur dictarum ſententiarum ſic dixit dictus Dominus Joannes Bapt. Coccinus. Videlicet:

Chriſti nomine invocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram diffinitivam ſententiam, quam de Dominorum Coauditorum noſtrorum conſilio ferimus in his ſcriptis, in cauſa, & cauſis, &c. dicimus, ſententias latas per prædictos Ordinarium Pampilonenſem, & Metropolitanum, fuiſſe, & eſſe iniquas, indebitas, & injuſtas, ac uti nullas, & injuſtas fore, & eſſe revocandas, irritandas, & annullandas, illaſque revocamus, improbamus, & annullamus, & invalidamus: necnon declaramus prædictum Abbatem, & Præſidentem, ac alios, qui pro tempore fuerint, & erunt prædicti Monaſterii, fuiſſe, & eſſe veros, & legitimos Rectores prædictæ Eccleſiæ Parochialis, *& illam fuiſſe, & eſſe unitam dicto Monaſterio*, & ad dictum Monaſterium ſpectaſſe, & ſpectare: ac prædictis Abbatibus, & Præſidentibus, qui fuerunt, & erunt dicti Monaſterii, licuiſſe, & licere viſitare Sanctiſſima Sacramenta in dicta Parochialia exiſtentia, Fontem Baptiſmalem, ac Reliquias, Miſſam Majorem, ſeu Popularem celebrare, ac omnia jura Parochialia exercere: & ad ipſum Abbatem, ſeu Præſidentem ſpectaviſſe, ac ſpectare Concionatores per Epiſcopum approbatos in dicta Eccleſia deputare, privativè quoad ipſum Vicarium, & Beneficiatos. *Necnon eoſdem Vicarium, & Beneficiatos, tam in actu Viſitationis, quàm etiam dum prædictus Abbas, & Præſidens celebrat Miſſam Majorem, aut facit alias functiones ad Rectorem Parochialis Eccleſiæ ſpectantes, teneri, & obligatos eſſe, cum eorum veſtibus, quas deferre ſolent in celebratione divinorum officiorum, ac etiam cum ſono campanarum, & cum debita ſolemnitate illi aſſiſtere, & deſervire, &c.*

Habetur per extenſum ſententia iſta in meis Quæſtionibus Paſtoralibus, *part.* 4. *quæſt.* 6. *ſect.* 2. *num.* 9. *pag.* 288. *& ſeqq.*

187. In eadem cauſa dictum etiam fuerat, 28. *Februarii* 1600. *coram Card. Pamphilio*

philio, num. 4. Quod dicitur, assòciationem esse de juribus plenæ subjectionis, quæ Abbas non habet, non facit ad rem; quia non prætenditur associatio ratione jurisdictionis, quam Abbas habeat in Vicarium, & Beneficiatos, *sed quia sunt deputati ad coadjuvandum Rectorem in Ministerio Sacramentorum, & Curæ: & consequenter quoad concernentia præfatum Ministerium, teneantur Abbati, tanquam Rectori assistere, & illum coadjuvare.* Hæc in dicta decisione, quæ post dictas Pastorales adest *la* 14. & in decisione 16. quæ edita est à *D. Coccino*, 8. *Novembr.* 1602. de hac associatione semel, & iterum fit mentio, *num.* 1. *&* 2.

188. Firmatur etiam dicta obligatio in alia S. Rotæ decisione *in Tirassonensi congrui servitii*, edita 6. *die Iunii* 1594. *coram Gipsio*, quæ confirmata fuit in eadem causa 19. Decembris ejusdem anni, *decision.* 603. *novissimarum Farinacii*: in illa enim priori, quam recenset Nicolaus Garcia *de Beneficiis, part.* 12. *cap.* 3. *num.* 10. *pag. mihi* 440. ita legitur: Rota tamen ad instantiam partis, nisi sibi judicialiter appareat de necessitate, ex prædicta probatione non compellit; aliàs enim ipsa non potest arbitrari necessitatem. *Maximè, quod alii Clerici participantes de decimis, tenentur adjuvare Rectorem in administratione Sacramentorum, prout fuit dictum in Toletana Primitiarum, &c.*

189. Pro dicta obligatione extat Glossa verbo *Assistos, in cap. Cùm ad hoc, el* 16. *de Clericis non residentibus*, & Joannes Baptista Lezana *tom.* 4. *consulto* 50. *numero* 189. *pag. mihi* 418. per hæc verba: Beneficiati autem sunt, veluti servitores tantum Ecclesiæ, prout habet Glossa *in cap. Cum ad hoc, de Clericis non residentibus*, verbo *Assistos*, & Rota *decis.* 183. *part.* 1. *recentior. num.* 2. & ego ipse *in Disquisition. tom.* 1. *tract.* 1. *disq.* 3. *dub.* 1. §. 1. *n.* 8. *pag.* 18.

Extat denique ratio urgens pro hac obligatione. Quia vel beneficiarii erecti sunt ex primaria Ecclesiæ institutione, pro administratione Sacramentorum, & curæ, vel pro cantandis Missis, & Horis Canonicis in Ecclesia: Non pro secundo: Ergo pro primo. Consequentia patet, quia nullum aliud motivum in Ecclesia excogitari potest, pro beneficiorum erectione, quàm duo assignata. Minor probatur ex decisione S. Rotæ *in Marsicana dismembrationis fructuum*, 14. *Februarii* 1594. *coram Pamphilio*, quam exscribit Garcia *d. cap.* 3. *num.* 4. in qua sic ad finem lego: *Et tanto magis, quod istis Canonicis, seu coadjutoribus noviter erectis, non fuit impositum aliquod onus adjuvandi Rectorem in administratione Sacramentorum, & aliàs non sunt necessarii, cùm ministri pro cantandis Missis, & Horis Canonicis in Ecclesia Parochiali, sint tantum ad bene esse, ut alias fuit resolutum in causa Legionensi congruæ, sub die* 1. *Octobris* 1577. *coram bonæ memoriæ Lauretano.* Hæc in dicta decisione, quam majori cum extensione invenies *supra, quæst.* 6. *num.* 29. 190.

ADDITA

ADDITAMENTA
AD TOMUM P. MAG. F. PETRI
DE MURGA
DE BENEFICIIS.

DECRETUM.

Innocentii XI. circa communionem frequentem, & quotidianam, & circa abſolutionem à venialibus per non approbatum.

DOn Luis Manuel, por la divina miſericordia del Titulo de Santa Sabina Presbytero Cardenal Portocarrero, Protector de Eſpaña, Arçobiſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas, Canciller Mayor de Caſtilla, del Conſejo de Eſtado de ſu Mageſtad, &c. Hazemos ſaber à todos los Fieles de nueſtro Arçobiſpado, que nueſtro muy Santo Padre Inocencio Undecimo, procurando deſterrar algunos abuſos, que aſſi en orden al uſo, y adminiſtracion del Santiſſimo, y Admirable Sacramento de la Euchariſtia, como en confeſſarſe de pecados veniales con ſimples Sacerdotes, ſe havian introducido; mando expedir un Decreto del tenor ſiguiente.

1. *De uſu quotidiana communionis, &c.*

Cùm ad aures Sanctiſſimi D.N. fidedignorum teſtimonio pervenerit, in quibuſdam Diœceſibus vigere uſum quotidianæ Communionis, etiam in feria ſexta Paraſceves, & ſimul affirmari eandem quotidianam Communionem præceptam eſſe à jure Divino, quin etiam in illius adminiſtratione aliquos abuſus inoleviſſe; videlicet, quod aliqui, non in Eccleſia, ſed in privatis Oratoriis, & domi, imò cubantes in lecto, & non laborantes ulla gravis infirmitatis nota, ſumant Sacroſanctam Euchariſtiam, quam argentea theca incluſam in crumena, aut ſecretò illis deferunt Sacerdotes ſæculares, aut Regulares; aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores ſolito; ac tandem quis confiteatur peccata venialia ſimplici Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Cùm autem hæc Sanctiſſimus conſideranda commiſerit S. Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, eadem S. Congregatio, prævia matura diſcuſſione ſuper prædictis, unanimi ſententia ita cenſuit: Etſi 2.
frequens, quotidianuſve Sacroſanctæ Euchariſtiæ uſus à Sanctis Patribus fuerit ſemper in Eccleſia probatus; nunquam tamen, aut ſæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abſtinendi, certos ſingulis menſibus, aut hebdomadis dies ſtatuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præſcripſit; ſed quaſi humanam infirmitatem ſecum reputaret, nihil præcipiens, quid cuperet tantum indicavit, cum inquit: *Optaret quidem Sacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis fideles adſtantes Sacramentali Euchariſtiæ perceptione communicarent.* Idque non immeritò; multiplices enim ſunt conſcientiarum receſſus, variæ ob negotia ſpiritus alienationes: multæ è contra gratiæ, & Dei dona parvulis conceſſa: quæ cùm humanis oculis ſcrutari non poſſimus, nihil certè de cujuſque dignitate, atque integritate, & conſequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis Panis eſu poteſt conſtitui. Et propterea quod ad negotiatores ipſos attinet, frequens ad Sacram alimoniam percipiendam acceſſus, Confeſſariorum ſecreta cordis explorantium judicio eſt relinquendus, qui ex conſcientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem proceſſu, laicis negotiatoribus, & conjugatis, quod proſpicient eorum ſaluti profuturum, id illis præſcribere debebunt. In conjugatis autem hoc ampliùs animadvertent, cum B. Apoſtolus nolit eos invicem fraudari, niſi fortè ex conſenſu ad tempus, ut vacent Orationi; eos

De frequentiore communionis Sacræ uſu: nihil certò ſtatui poteſt, & quare.

3. *Remittitur judicio prudentis confeſſarii, quoad negotiatores, & conjugatos, quibuſdam ab eo prohibitis.*

ſeriò admoneant, tanto magis ob Sacratiſſimæ Euchariſtiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cœleſtium Epularum Com-
4. munionem eſſe conveniendum. In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimùm invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis ſumptione unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut ſumendi dies generaliter conſtituantur; ſed magis quid ſingulis permittendum per ſe, aut Parochos, ſeu Con-
5. feſſarios, ſibi decernendum putet; illudque omnino provideat, ut nemo à Sacro Convivio, ſeu frequenter, ſeu quotidie acceſſerit, repellatur. Et nihilominus det operam, ut unuſquiſque pro devotionis, & præparationis modo, rarius, aut crebrius Domini Corporis ſuavitatem deguſtet. Itidem Moniales quotidie Sa-
6. *Quoad Moniales.* cram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis communicent: Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore Spiritus ità incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidiana Sanctiſſimi Sacramenti perceptione videri poſſint, id illis à Superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum,
7. & Confeſſariorum diligentiam, opera quoque Concionatorum uti, & cum eis conſtitutum haberi, ut cum Fideles ad Sanctiſſimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accenderint, ſtatim de magna ad illud ſumendum præparatione Orationem habeant, generatimque oſtendant, eos qui ad frequentiorem, aut quo-
8. tidianam ſalutifieri cibi ſumptionem *Quoad omnes.* devoto ſtudio excitantur, debere, ſive laici negotiatores ſint, ſive conjugati, ſive quicumque alii, ſuam agnoſcere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini judicii formidine diſcant cœleſtem menſam, in qua Chriſtus eſt, revereri. Etſi quando ſe minùs paratos ſenſerint, ab ea abſtinere, ſeque ad majorem præparationem accingere. Epiſcopi autem,
9. in quorum Diœceſibus viget hujuſmodi devotio erga Sanctiſſimum Sacramẽtum, pro illa gratias Deo agant; eamque ipſi, adhibitio prudentiæ, & judicii temperamento, alere debebunt, & ab eorum officio poſtulari ſibi maximè perſuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ, & ſcandali ſuſpicio, in veri, & immaculati Agni perceptione tollatur, virtuteſque, ac dona in ſumentibus augeantur. Quod abundè continget, ſi ii, qui devoto hujuſmodi ſtudio, divina præſtante gratia tenentur, ſeque Sacratiſſimo Pane frequentius refici cupiunt, ſuas vires expendere, ſeque probare cum timore, & charitate aſſueverint: Quibus Chriſtum Dominum, qui ſe Fidelibus manducandum, & ſe pretium in morte tradidit, atque in cœleſti Regno ſe præmium eſt daturus, precatur Sacra Congregatio, ut ſuam opem ad dignam præparationem, & ſumptionem largiatur. Porro Epiſcopi, & Parochi, ſeu Confeſſarii redarguant afferentes Communionem quotidianã eſſe de Jure divino, & doceant in Eccleſiis, ſeu Oratoriis privatis, ex diſpenſatione, ſeu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis ſumendam Sanctiſſimam Euchariſtiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut ſecretò ad exiſtentes domi, vel cubantes in lecto, niſi ad infirmos, qui ad illam ſuſcipiendam ad loca prædicta accedere non valeant; & ad eos, ſi ab Eccleſia deferatur, publicè, & cum pompa, juxta formam Ritualis Romani: ſi verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam, ut circa Communionem in feria ſexta Paraſceves, Miſſalis Rubricæ, & Eccleſiæ Romanæ uſus ſerventur. Inſuper admoneant nulli tradendas plures Euchariſtiæ formas, ſeu particulas, neque grandiores, ſed conſuetas. Non permittant, ut venialium confeſſio fiat ſimplici Sacerdoti, non approbato ab Epiſcopo, aut Ordinario. Si Parochi, & Confeſſarii, etiam Regulares, & quicunque alii Sacerdotes, ſecus egerint, ſciant Deo Optimo Maximo rationem reddituros eſſe, neque defuturam Epiſcoporum, & Ordinariorum juſtam, & rigoroſam animadverſionem in contrafacientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jeſu, facultate ipſis Epiſcopis, & Ordinariis per hoc Decretum per Sedem Apoſtolicam attributa. Et facta de præmiſſis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, San-

Admonitio ad Epiſcopos.

10. *Communio quotidiana non eſt de Jure divino.*

Euchariſtia, quomodo deferenda ad domos privatas.

In Paraſceve feria 6. rubrica Miſſalis, & uſus Romanæ Eccleſiæ ſerventur.

Forma, nec grandiores, nec plures ulli tradenda.

Confeſſio venialium fieri non poteſt Sacerdoti non approbato ab Epiſcopo, vel Ordinario.

11.

ctitas

ctitas ſua approbavit, ac præſens Decretum Typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c. Datum Romæ 12. Februarii 1679.

F. Cardinalis Columna Præfectus.
S. Archiepiſc. Brancacius Epiſcopus Viterbien. Secretarius.

Die 15. menſis Februarii 1679. ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit per Urbem ad Valvas Curiæ, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, per me Ægidium Felicem, Sanctiſſ. D.N. Papæ Curſorem.

Pro D. Magiſtro Curſorum, Gregorius Staggius, Apoſtolic. Curſor.

Por tanto, en execucion de dicho Decreto, y de lo que ſu Santidad ſe ſirvio de mandarnos, y encargarnos de palabra, eſtando en Roma, ſobre eſte miſmo punto, mandamos publicar dicho Decreto, y à todos los Fieles de nueſtro Arçobiſpado, de qualquier eſtado, y condicion que ſean, le vean, y obſerven à la letra, como mas largamente ſe expreſſa en el otro Edicto, que para ello avemos mandado deſpachar con la data de oy; y eſpecialmente exortamos en el Señor, à los Confeſſores, que para dar el conſejo, ò licencia de cotidiana, ò frequente Comunion à ſus Penitentes, atiendan mucho à la diverſidad de eſtados, y ocupaciones de cada uno, al trato interior con Dios, aumento de las virtudes, devocion, preparacion, y otras circunſtancias, de que (ſegun la mente de ſu Santidad, expreſſada en dicho Decreto, y a Nos, como dicho es, inſinuada) depende el ſer conveniente, ò no, la frequencia de la Comunion: Y aſſi miſmo exortamos à los Predicadores, à que lo declaren aſſi, y perſuadan à ſus oyentes en los Sermones: Y a todos, que lo cumplan, con apercibimiento, de que procederemos contra los inobedientes, en la forma, que por eſte Decreto ſe nos comete. Dada en Madrid, à primero de Septembre, de mil, y ſeiſcientos, y ſetenta, y nueve años.

El Cardenal Portocarrero.

Por mandado del Cardenal mi Señor

Don Pedro de Sagasta, y Zavala, Secretario.

Algunas advertencias acerca de eſte Decreto, del R. P. M. Fr. Raymundo Lumbier Cathedratico de Prima de Zaragoza, al fin del ſegundo tomo de Miſcelaneos, pagina 28. y ſiguientes.

QUatro coſas fueron las propueſtas al Papa. La *primera*, la comunion cotidiana: y tan cotidiana, que comulgavan aun el vierne Santo. La *ſegunda*, que la comunion cotidiana era de Derecho Divino. La *tercera*, algunos abuſos, que ſe cometian en la comunió, como era comulgar en Oratorios privados, y en ſus caſas, y aun en la cama, ſin que la enfermedad dieſſe mueſtras de neceſſidad, llevandoles la forma algun Sacerdote Secular, o Regular à eſcondidas en el pecho: y otro abuſo de recibir muchas formas, ò formas mas grandes de lo acoſtumbrado. Lo *quarto*, que algunos ſe confeſſavan los pecados venia- 12.
les con Sacerdotes ſimples, no aprobados por el Ordinario.

A eſtas dudas reſpondio la Con- 13.
gregacion. Ala *primera*, que aunque lo Comunion cotidiana, o frequente ha ſido ſiempre aprobada en la Igleſia, nunca ella, ni los Sanctos Padres han podido ſeñalar determinados meſes, ſemanas, dias, ni en que la huvieſſen de recibir, ni en que ſe huvieſſen de abſtener, porque ſon muchos los ſenos de las conciẽcias, y tambien mucha la gracia de Dios, ſin que podamos entrar, ni en uno, ni en otro; y aſſi lo remite todo à los Prelados, y Paſtores, para que mediante los Parorocos, y los Confeſſores, reſuelvan lo que los Penitentes deven hazer en eſte punto, y que los Prelados en orden à las Monjas, à lasque vean eminentes en pureza, y fervor, no les eſtorven la Comunion cotidiana. Y que aſſi ellos, como los Predicadores en los pulpitos prediquen de la grande preparacion que es meneſter para recibirla.

De eſta reſpueſta, ſe ſiguen tres co- 14.
ſas. La *Primera*, que ſon muy diſtintas queſtiones, la de ſi es razonable la Comunion cotidiana, y la de que preparacion ſea meneſter para ella. En quanto à lo primero, nadie deve condenar la Comunion cotidiana en los

laicos, hablando de ella *ſecundum ſe*: porque ſeria mucha animoſidad atreverſe à reſolver, y condenar lo que la Igleſia, deſpues de examen tan maduro dize del uſo frequente, y aun cotidiano de ella, que fue ſiempre aprobado en la Igleſia de Dios. *Etſi frequens, quotidianuſve Sacroſanctæ Euchariſtiæ uſus, à Sanctis Patribus fuerit ſemper in Eccleſia approbatus, num.* 2. Luego reprobar el uſo cotidiano *ſecundum ſe*, fuera temeridad. De donde manda à los Prelados, que ni por ſi, ni por los Confeſſores pongan la mira en apartar del uſo frequente, y cotidiano, ſino antes en como lo han de permitir, como conſta del *num.* 4. *In hoc igitur Paſtorum diligentia potiſſimum invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Communionis ſumptione, unica præcepti formula aliqui deterreantur, aut ſumendi dies generaliter conſtituantur; ſed magis quid ſingulis permittendum, per ſe, aut Parochos, aut Confeſſarios ſibi decernendum putet; illudque omninò provideat, ut nemo à Sacro Convivio, ſeu frequenter, ſeu quotidie acceſſerit, repellatur; & nihilominus, &c.*

15. De donde los que, ſin reparar ni hazerles fuerça la mucha virtud de algunos penitentes, ſe oponen à la frequencia de dos, ò quatro Comuniones à la ſemana, no ajuſtan el dictamen, como deven à la ſobredicha clauſula, ni al deſeo que la Igleſia muestra en todo el Decreto al uſo del Sacramento, *ex numero* 7.

16. Lo *ſegundo* ſe ſigue, y aun expreſamente el Decreto lo advierte, que en las Religiones donde eſtan ya eſtablecidos ciertos dias de Comunion por ley (lo miſmo ſera por coſtumbre legitima) para que comulgen las Monjas (y lo miſmo ſera de los no Sacerdotes, pues ay la miſma razon) ſe les amoneſta, à que cumplan con ella. *Item Moniales, &c. admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis inſtituto præſtitutis, communicent, &c. num.* 6. De aqui es, que el minorar en ellas las tales Comuniones eſtablecidas por ley, ò por coſtumbre, es oponerſe al Decreto, que ſe mueſtra tan encariñado à la frequencia, y por eſſo el Pontifice manda à los Prelados, que à las tales perſonas, que allaren, que ſobre ſalen en pureza, no les impidan la Comunion cotidiana. Todo eſto conſta de las clauſulas *del num.* 6.

Conque ſe vé, que el intento principaliſſimo de eſte Decreto es acerca 17.
de la preparacion, y que para lo frequente, ò cotidiano, ſea grande, y que à la medida de la preparacion, ſea la frequencia. Y eſte es el molde à que deven ajuſtar los Prelados, y Confeſſores (a quien comete la determinacion de los dias) en dar licencia à los penitentes para mas, ò menos comuniones en el año, mes, y aun en la ſemana; pues al paſo que creciere la devocion, y ſe conociere el fruto del Sacramento en las perſonas, aſſi en el retiro, oracion, exercicio de virtudes, como obras de ſupererogacion, ha de ſer lo frequente, ò lo cotidiano.

De donde, ſiguiendo el blanco, que 18.
lleva eſte Decreto, de no impedir, ni limitar por ſi el uſo, ni minorar las Comuniones, ſino que eſſo aya de provenir radicalmente de la menor diſpoſicion que aya de parte de los penitentes, el Decreto ni aun à los Mercaderes metidos en ſus trafagos, ni à los caſados, que han de pagar el debito, los quiſo de ſuyo poner ley limitativa, ſino dexarlo à los Prelados, y Confeſſores, dandoles el Decreto liciones a eſtos, para que eſtos la den à los tales, de continencia, y de otros exercicios virtuoſos, para que por eſſe camino ſe agan mas dignos, y e eſſe nivel ſea la menor, ò mayor frequencia, *num.* 3. *y num.* 8.

Lo *tercero* ſe ſigue de lo dicho, quan 19.
falſa es aquella propoſicion, que tantas vezes repiten los que pretenden, y recitan à todos la Comunion cotidiana, de que para ella no es meneſter mas, que no tener conciencia de pecado mortal: pues en las clauſulas miſmas de el Decreto, ſe vé la prevencion de la Sacra Congregacion, en que pide, que el Confeſſor explore la pureza, el fruto de las Comuniones, el aumento de la piedad, para poderles dar licencia de frequentar la Comunion. Y mas abaxo dize que el mas, ò menos de frequentar la Comunion, ſea ſegun el modo de devocion, y preparacion. De donde no ſe ha de atender ſolo à ſi carecen de pecado mortal, ſino à ſi eſtan devotos; y eſto no ſolo para lo cotidiano, ſino para lo frequente.

A la

20. A la duda *ſegunda*, reſponde mandando à los Obiſpos, Parrocos, y Confeſſores, que reprehendan ſeveramente aquella propoſicion, de que la Comunion cotidiana ſea de Derecho Divino. Y tambien à la tercera, que reprehendan los abuſos de comulgar en la cama, llevando el Sacerdote el Sacramento à eſcondidas deſde la Igleſia: y tambien el que comulguen el Vierne Santo, y el que reciban mas Hoſtias, ò mayores de las acoſtumbradas. Pero no quita el que ſe pueda comulgar en el Oratorio privado, ò de el (los ſanos, y enfermos, con tal, que à eſtos ſe les lleve deſde el Oratorio, con la devida decencia, y no à eſcondidas) los que tuvieren legitima licencia del Pontifice para tener Oratorio privado; antes expreſſamente lo concede en eſte Decreto.

21. Podra preguntar alguno, ſi eſtas coſas de eſta ſegunda, y tercera propueſta quedan prohibidas à los Fieles? Parece que no, pues el Decreto ſolo abla con los Obiſpos, y Parrocos, para que reprehendan eſſos modos de ſentires, y eſtilos, ò abuſos de Comuniones. Yo me inclino mas, à que los Fieles antes de la reprehenſion, con ſola la noticia, deven abſtenerſe de ellas: porque el Papa no dize que ſe les prohiban (que ſi eſto dixera, no quedavan obligados haſta la prohibicion) ſino que ſe les reprehendan, ò que ſe les enſeñe, que no lo hagan. Luego porque las tales acciones ſe ſupone ſer ya de parte ſuya reprehenſibles.

22. De todo lo dicho ſe ſigue, que deven tener delante los ojos eſte Decreto, y mirar en el repetidas vezes, como en eſpejo, las doctrinas, y enſeñança, que deven dar à los penitentes los Prelados, Confeſſores, y Predicadores todos: aſſi los que aora con buen zelo han hecho empeño de introducir la Comunion cotidiana, en todo genero de gentes, como los que con el miſmo lo tienen hecho de oponerſe, no ſolo à lo cotidiano, ſino à lo frequente. Eſtos ſegundos porque caſi à cada clauſula del Decreto encontraran en el, deſeos, y perſuaſiones de la frequencia, y aun de lo cotidiano: los primeros, por lo mucho que el Decreto inſta en que ſe perſuada, y predique la devida preparacion, la qual para la frequencia, no ſolo es eſtar en gracia, ſino que pide eſpecial devocion, y pureza, y eſperiencias del fruto, conque no es para tan vulgarizado, como pretenden.

23. A lo ultimo, de que no ſe confieſſen de veniales cum Sacerdote ſimple, reſponde la S. Congregacion, que no lo permitan los Ordinarios. Pero no anula la Confeſſion: y por lo menos, mientras ellos lo permitan, la Confeſſion ſera valida: pero hara mal el Sacerdote ſimple en ponerſe à confeſſar, y el penitente ſi ſabe eſto, en confeſſarſe con el.

24. Ultimamente adviertan *ex num.* 11. que qualquiera que contraviniere à eſtas diſpoſiciones Pontificias ſobredichas, puede, aunque ſea Regular, y eſſento, ſer caſtigado por el Ordinario, como Delegado de la Sede Apoſtolica, como conſta *del n.* 11. Y aſſi à conſejo, ſe ande contiento, aſſi en enſanchar, como en contradezir.

Additamentum II.

Indulgencia plenaria de N. SS. P. Innocencio XI. para el dia de las Animas en los Reynos de Eſpaña.

EX commiſſo Nobis cœlitus diſpenſationis munere, ſpiritualium gratiarum theſauros ad augendam fidelium religionem, & animarum ſalutem, pia, prudentique charitate largiter erogamus, ac tendentibus in id ipſum Orthodoxorum Regum, de Eccleſia Dei optimè meritorum ſtudiis paterna benignitate libenter obſecundamus, ſicut omnibus matura conſideratione perpenſis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & Chriſtiani populi ædificationem ſalubriter expedire in Domino arbitramur. Supplicationibus itaque Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici nomine Nobis per dilectum filium, nobilem virum Gaſparem de Guzman, y Haro, Marchionem de Carpio, pro eodem Catholico Rege apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem, ſuper hoc humiliter porrectis benignè inclinati, omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus in Reg-

nis

nis Hiſpaniarum degentibus, verè pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui Parochialem ſuam reſpectivè Eccleſiam, die Commemorationis defunctorum, à primis Veſperis uſque ad occaſum ſolis ejuſdem diei incluſivè, annis ſingulis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordia, hæreſum extirpatione, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, quam animabus fidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac Luce migraverint, per modum ſuffragii applicare poſſint, miſericorditer in Domino concedimus. Prætereà, ut omnes, & ſingulæ Miſſæ, quæ eodem die Commemorationis defunctorum per quoſcumque Sacerdotes, tam ſæculares, quàm cujuſvis Ordinis, Congregationis, vel inſtituti Regulares, in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ad quæcumque Altaria celebrabuntur, animabus fidelium defunctorum, pro quibus celebratæ fuerint, perinde ſuffragentur, ac ſi ad Altaria privilegio Apoſtolico pro animabus defunctorum decorata celebratæ fuiſſent, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus. Non obſtantibus noſtra, de non concedendis indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque, præſentibus ad decennium proximum tantùm valituris. Volumus autem ut ſi pro impetratione, præſentatione, admiſſione, ſeu publicatione præſentium, aliquid vel minimum detur, aut etiam ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint; utque earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, *manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die XIV. Martii, M. DC. LXXIX. Pontificatus noſtri anno Tertio.*

Hoc breve habetur tranſcriptum per Mag. Lumbier, poſt Tomum 2. ſuum Miſcellaneum, *pag.* 33. & ibi pro illius intelligentia, ſequentia docet.

Acerca de eſta Bulla, noto lo 1. que la dicha Bulla contiene dos favores (y eſtos limitados à ſolos los Reynos de Eſpaña, y por eſpacio de diez años, no mas.) El primero es, que aquel dia todas las Miſſas, que ſe dixeren en qualquier Altar de los Reynos de Eſpaña, de Clerigos, ò Frayles por las Almas, tienen el miſmo privilegio, que ſi ſe dixeran en Altar privilegiado, ora las digan Sacerdotes ſeculares, ora Regulares, *per quoſcumque Sacerdotes, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis, Congregationis, & inſtituti Regulares, ad quæcumque Altaria celebrabuntur.* De donde el ſer todos los Altares privilegiados aquel dia, no ſolo es favor concedido à las Ygleſias Parochiales, ſino à todas las de los Religioſos, y Religioſas, y aun à los Altares de las Hermitas, y à los Oratorios privados, y Altar portatil (porque eſta fuerça tiene aquella generalidad, *quæcumque Altaria*) y aſſi à nadie le podra cuerdamente venir al penſamiento, que tendra mas ſuffragio el alma, en la Miſſa de ſu Parochia, que en la Miſſa de qualquier Convento.

Advierto lo 2. que algunas perſonas dexan de hazer dezir las Miſſas de ſus diffuntos el dia de las Almas, y las reſervan para otro dia, porque eſtan en inteligencia, de que todos los ſuffragios de aquel dia ſon comunes à todas las Almas del Purgatorio, y que no las accepta Dios por el Alma particular, por quien ſe dizen, ſino por el comun, y ſu Mageſtad reparte à ſu voluntad. Pero los deſengañara la dicha Bulla en aquellas palabras: *Animabus fidelium defunctorum, pro quibus celebratæ fuerint, perinde ſuffragentur, ac ſi ad Altaria privilegio Apoſtolico pro animabus defunctorum decorata, celebratæ fuiſſent, authoritate Apoſtolica, tenore præſentium indulgemus.* Paſſe, que los que han de hazer dezir ſus Miſſas en aquellas Ygleſias, donde el dia de las Almas ay gran multitud de Miſſas, que cantar, y por eſſo ſe han de cantar con menos eſpacio, y aſſiſtencia de Eccleſiaſticos, las anticipen, ò poſpongan à otro dia, y ſe digan entonces en Altar tambien privilegiado, paſſe por eſſe motivo, pero no por eſſe otro.

El ſegundo privilegio es una Indulgencia plenaria para todos los Fieles,

les, aplicable por las Almas del Purgatorio : con tal, que confeſſados, y comulgados viſiten la Yglesia de ſu Parochia deſde las primeras Viſperas haſta el ocaſo del Sol de el dia ſiguiente, rogando à Dios por el aumento de la Santa Madre Yglesia, extirpacion de las heregias, paz entre los Principes Chriſtianos, &c. Noteſe, que la Confeſſion, Comunion, ò Miſſa, no es meneſter que ſea en la Paroquia, ſino ſola la viſita : y eſta la pueden hazer, como eſtan ya confeſſados, y comulgados à qualquier hora deſde las primeras Viſperas, ò el dia de las Almas. Eſta Indulgencia la ganaran los Religioſos, y Religioſas en las Yglesias de ſus Conventos, porque eſſa es para ellos ſu Parochia, pues alli ſe les adminiſtran los Sacramentos : pero los ſeculares no la ganaran ſino ſolo en ſu Paroquia, pues es como una indulgencia plenaria, de la ſuerte, que ſe concede à todos los Conventos de S. Franciſco, ò Santo Domingo en el dia de ſus Santos, para que ſe gane en ellas, y no en otra parte eſſe dia.

No porque eſta Indulgencia de eſte dia ſe aya limitado à las Paroquias, ſe dan por desfavorecidas las Religiones. Lo primero, porque haviendo favorecido la Sede Apoſtolica à cada Convento con tanta muchedumbre de Indulgencias para qualquier Fiel, que viſitare las tales Yglesias, que conſta del ſegundo tomo de la Summa, fol. 1065. que à las Yglesias de el Carmen ay concedidas cada año en differentes dias 27. Indulgencias plenarias, y totales, y las nombramos alli. Y tantas parciales para cada del año, para qualquier Chriſtiano, que viſitare la Igleſia del Carmen, que (pueſto que de tres terceras partes de Indulgencias, reſulta una plenaria, y total) cada dia ſe puede ganar una plenaria, y partiales muchas. Veaſe el Sumario del Carmen, y el Sumario de San Aguſtin, aprobados el año de 78. por la Sacra Congregacion, y otros Sumarios de otras Ordenes, donde ſe allara eſta verdad muy patente.

Hucuſque M. Lumbier, *loco citato.* Sed circa id, quod in hoc ultimo verſiculo ait, ibi : *Pueſto que de tres terceras partes de indulgencias, reſulta una plenaria, y total*; adverto, doctrinam ſolùm eſſe veram, quando partiales illæ indulgentiæ, ſeu earum quælibet, totam indulget remiſſionem tertiæ partis peccatorum : cùm autem indulgentiæ partiales variæ ſint, aliæ quæ ſolum concedant remiſſionem decem annorum, aliæ quæ centum, &c. fieri non poteſt, quod ex tribus partialibus hujus generis coaleſcat plenaria indulgentia, remittere potens debita peccatoris graviſſimi.

R.P. de Murga tract. de Benef.

Additamentvm III.

Decretum Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii XI. Feria V. die 5. Novembris 1679.

IN Congregatione S. R. & Univerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis, coram Sanctiſſimo D. N. D. Innocentio Papa XI. ac Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis DD. S. R. E. Cardinalibus, in univerſa Republica Chriſtiana adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

Cùm ſupradictis Eminentiſſimis, & Reverendiſſimis Dominis delatæ fuerint hæ duæ propoſitiones, *Deus donat nobis omnipotentiam ſuam, ut ea utamur, ſicut aliquis donat alteri villam, vel librum :* &, *Deus ſubjicit nobis ſuam omnipotentiam.* Eorum juſſu, per Theologos ad id ſpecialiter deputatos diligenter examinatæ fuerunt, quorum votis auditis, & re Sanctiſſimo Domino Noſtro relata, & coram ſua Sanctitate propoſita, unà cum votis ipſorum Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Sanctitas ſua decrevit, & mandavit, ut ambæ propoſitiones omnino prohiberentur, ſicut eas præſenti Decreto damnat, & prohibet, uti temerarias ad minimum, & novas; mandatque ne quiſquam deinceps, cujuſcumque gradus, ordinis, aut conditionis, illas, vel illarum alterutram audeat imprimere, vel imprimi facere, ſive ſcriptis, aut etiam oretenus docere, vel aſſerere, ſub pœnis, & cenſuris in Indice librorum prohibitorum contentis, aliiſque Sanctitati ſuæ benè viſis.

Loco † Sigilli.

Franciſcus Riccardus Sanctæ Ro-

manæ, & Universalis Inquisitionis Notarius.

Die 2. Decembris 1679. supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii, & in aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per me Franciscum Perinum SS. D.N. Papæ, & SS. Inquisitionis Cursorem.

Romæ, ex Typographia Rev. Cameræ Apostolicæ, 1679.

ADDITAMENTUM IV.

Magister Raymundus Lumbier Carmelitanus, Cathedraticus Cæsaraugustæ Universitatis, *in Tomo 2. Miscellaneæ, Append. 2. fragmento 8. §. 4. Dispensacion de Impedimentos dirimentes, num. 671. pag. 604.* quæ sequuntur ait.

DE esto se ha dicho mucho en varias partes, y en especial *fol. 348. n. 187.* En mas de 20. años, que tengo de Examinador Synodal, y son raros los Examenes, en que no me aya allado, no he visto caso mas embarazoso, assi para los Examinados (que son muchos, y muy aventajados los que concurren en este Arçobispado para cada Curato) como tambien para los mismos Examinadores, que resolver: *Que se ha de hazer, quando una muger casada llega con un impedimento dirimente de affinidad por copula ilicita?* Aqui no ay decirle a esta, que se ausente de su marido, porque en una muger es imposible regularmente hablando, y por gravissimos inconvenientes, que de parte de ella puede traer la separacion de cama; y mucho mas si el marido fuese malicioso.

La respuesta comun es que pidan dispensacion al Obispo. Y si este estuviese cinquenta leguas? Esse es medio muy largo. Y aunque estuviese mas cerca, se offrecen lances, en que, ni tendra la muger de quien valerse, ni de quien fiarse, ni dineros para el gasto. Por esso algunos suelen responder, que ella no puede pedir el debito, pero lo puede pagar, porque el marido esta en buena fé, y al possedor de buena fé, ella no le puede despojar por si misma.

Contra, que esso solo vale en caso de duda, de si el matrimonio es valido, ò no lo es, como diximos *fol. 354. num. 200.* atento que *in rebus dubiis*, es mejor la condicion del que possée. Pero aqui suponemos, que no ay duda, sino certeça de ser el matrimonio nulo; y que aquel accesso al varon de parte de ella, es fornicacion; la qual es intrinsecamente mala, y no deve cometerla, ni aun por conservar la vida.

Soy de parecer, y esto con aprobacion de otros gravissimos Examinadores Synodales (y lo que en el lugar citado dexe en duda, aora lo affirmo absolutamente, per los motivos, que alla dixe:) que puede el Parocho en casos tan apretados, como este, dispensar en el tal impedimento, no solo siendo muger la impedida, sino aunque fuesse el marido, quando tiene grandes inconvenientes el separarse, y lo mismo quando ya esta para contraerse el matrimonio, y pueden, de no hazerlo, resultar escandalos: porque la urgencia grande, haze practicamente probable esta opinion y segura en conciencia. Y pues, ni grandes doctos, ni pequeños allan cuerda salida en algunos de estos aprietos, y no es bien, que el matrimonio, que es vinculo de paz, sea ocasion de escandalosas discordias, se deve presumir de la benignidad de su Santidad que lo quiere assi, y lo aprueva (y lo mismo digo de qualquier impedimento, de que resulte esta urgencia.) Verdad es, que para mayor cautela, si despues se allase forma comoda para sacar la dispensacion del Obispo, yo aconsejaria que se sacasse.

Hactenus Author citatus, cujus sententia, salva illius magna authoritate, & bona ipsius venia, mihi omnium Scriptorum minimo, minimè arridet. *Primò*, quia suprà in hoc Opere, *quæst. 3. num. 563.* & alibi post alios dixi, Authoribus, quantumvis magnæ authoritatis sint, credendum non esse, si sine lege, aut ratione loquantur: Et erubescibile esse aliquid dicere, & per legem non probare. Dictus autem Author pro sua doctrina non producit legem, aut privilegium, aut rationem, quæ in quolibet ordinario Confessario militare non possit, sicut in Parocho, & in

quolibet

quolibet eorum executioni demandata, ſummè laxaret, ut reor, diſciplinam Eccleſiaſticam, in tantum quod ſi doctrina eſſet vera, tolleretur recurſus ad Sedem Apoſtolicam, & ad ejus S. Pœnitentiariam, nedum pro abſolutionibus, & diſpenſationibus ſuper impedimentis matrimoniis legitimè contractis ſupervenientibus, ſed ſuper ratificandis, & validandis matrimoniis invalidè, & irritè contractis. Quod omni Juri, & rationi maximè diſſonare non dubito.

Secundò, quia cum dictus Author, nec jure, nec privilegio, nec ratione alicujus momenti, aut Authorum allegatione, maximè antiquorum, ſententiam fulciat ſuam, illa probabilis cenſeri non debet, ut colligitur ex propoſitione 27. ab Alexandro VII. damnata.

Tertiò, quia in materia Sacramentorum, ſeu in illis conferendis, illicitum eſt ſequi opinionem probabilem, relicta tutiore, juxta decretum Sanctiſſimi Innocentii XI. *ſuprà, quæſt. 2. num. 565. in propoſitione 1. damnata.*

§. V. *Del inceſto.*

Idem Mag. Lumbier.

COmo impida el matrimonio, lo trato Sanchez de Matrimonio, *lib. 7. diſp. 15. num. 7. y num. 15.* Donde trae muchos Autores, y algunos textos, que unos privan al inceſtuoſo de poderſe caſar por el inceſto cometido con las conſanguineas ſuyas; y otros, por el cometido con las conſanguineas de ſu amiga. De aqui ha reſultado alguna equivocacion; por la qual penſaron algunos, que tambien eſſos modos de inceſto privaban al tal caſado de pedir el debito. Pero la ſentencia comun de los Doctores, y la verdadera es, que ſolo priva de pedir el debito aquel inceſto, que es cometido con parientas del otro caſado haſta el ſegundo grado, pero no los otros inceſtos dichos arriba... De donde, aunque la deshoneſtidad con pariente, ò afin, ſea inceſto... pero ſera inceſto en quanto à la culpa, pero no en quanto à la pena de no pedir el debito, porque eſta pena eſta limitada à ſolo inceſto con pariente de ſu conſorte haſta el ſegundo grado, porque ſolo eſſe induce afinidad. Y noteſe lo dicho arriba *fol. 359. num. 188.* quando ſe comete el inceſto, ignorando la pena de pedir el debito.

Quocirca videndus ego ipſe venio *in Diſquiſit. tom. 2. diſq. 1. dub. 13. num. 120.* ubi dixi cum pluribus ibi allegatis, Epiſcopum poſſe, non in rigore juris, ſed in vim praxis, & conſuetudinis præſcriptæ, diſpenſare in impedimentis, quæ matrimonio ſuperveniunt, & debiti impediunt petitionem, ſive impedimentum ſit cognationis ſpiritualis, ſive affinitatis. Et *n. 121. & 125.* aſſerui Prælatos noſtræ Congregationis Benedictinæ Hiſpanæ, & Monachos ab eis deputatos, poſſe hodie in vim Conſtitutionis Eugenii IV. ibi redditæ, quoties oportuerit, abſolvere, & diſpenſare in quibus poteſt Epiſcopus, *præter cenſuras, pœnas, vota, & caſus, de quibus eſſet meritò Sedes Apoſtolica conſulenda.* Et in ſpecie Major Pœnitentiarius Julii II. de ejus expreſſa authoritate declaravit vigore dictæ Eugenianæ, & verborum ejus, poſſe illos, *conjugatos, qui poſt contractum matrimonium conſanguineas uxorum ſuarum cognoverunt, vel uxores quæ à conſanguineis virorum ſuorum ſe carnaliter cognoſci permiſerunt, à talibus exceſſibus abſolvere, & eis ſalutarem pœnitentiam injungere: necnon cum eis, & eorum quolibet, ut non obſtante affinitate ſuperveniente, debitum conjugale reddere, & exigere valeant, diſpenſare liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, ac poſſint, & valeant, perpetuò declaramus: in contrarium non obſtantibus quibuſcumque.* Ita in dicta declaratione, quam authenticam habemus in Bullario dictæ Congregationis noſtræ.

ADDITAMENTUM V.

Inſtructio Parochorum, & aliorum Confeſſariorum, pro caſibus, quorum abſolutio, vel diſpenſatio ſpectat ad Sacram Pœnitentiariam, ſeu ad Sedem Apoſtolicam.

DEſumpta eſt à dicto P. Mag. Fr. Raymundo Lumbier Carmelitano, poſt tomum ſuum tertium, inſcriptum: *Noticia de las ſeſenta y cinco proposiciones, nuevamente condenadas por nueſtro Sanctiſſimo Padre Innocencio XI. mediante ſu Decreto de dos*

de Mayo del año 1679. pag. 9. & ſequentibus.

Cùm ſciam multos inter Chriſti Fideles utriuſque ſexus, ubique locorum exiſtentes, cenſuris, irregularitatibus, impedimentis votorum, & matrimonii, aliiſque hujuſmodi caſibus ad Sacram Pœnitentiariam, ſeu Sedem Apoſtolicam ſpectantibus, reſpectivè irretitos diu permanere, imò interdum miſerè perire, tanti mali cauſam ex his fontibus provenire comperi.

Primò, quia Parochi, & alii Confeſſarii, in quorum manibus hujuſmodi Pœnitentes veniunt, ii præſertim, qui ruri, & in pagis extra civitates habitant, ſæpiſſimè neſciunt ad quem in Urbe pro remedio confugiant, qui vel abſolutionis, vel diſpenſationis literas à Sacra Pœnitentiaria obtinere iis procuret. Unde fit, ut hac cura depoſita Pœnitentes vel ad Epiſcopos, vel ad alios mittant, ad quos iſti præ rubore, ac verecundia (fœminæ præſertim) accedere verentur.

Secundò. Alii verò, qui ſuos habent Romæ procuratores, tantam pecuniæ vim pro expenſis exigunt, ut hi præ inopia tantis ſumptibus impares omninò recedant, & fortè ſibi perſuadeant, (quod longè pejus eſſet) Sacrum Tribunal Pœnitentiariæ pro dictis literis aliquid reportare.

Tertiò. Facit etiam nonnullorum Confeſſariorum incogitantia, ut gratiæ obtentæ irritæ ſint, quia caſus, & caſuum circunſtantias neceſſariò explicandas malè interdum exponunt: quo fit, ut litterarum exequutores, præmiſſo Pœnitentium examine, rem aliter ſe habere, quàm expoſita fuerit, comperiant, ac proinde dictas literas exequi non poſſint. Unde Pœnitentes quaſi deſperati, pro novæ gratiæ impetratione, remedio privati manent.

Quartò accidit etiam rarò, ut Pœnitentes obtentis literis, non poſſint in ſuis pagis facilè reperire Doctorem Theologiæ, vel Sacrorum Canonum (his enim utplurimùm litteræ S. Pœnitentiariæ reſcribuntur) aut ſaltem ille ſuſpectus ſit, nec etiam in vicinia; eos quippe qui procul abſunt, difficile adire poſſint. Unde litteræ ſuo carent effectu, ac miſeri Pœnitentes in ſuis ſordibus perſeverare coguntur.

His præmiſſis, cum certum ſit Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal ſalutem dumtaxat animarum intendere, & omnia gratis concedere, exiſtimavi Parochis, & Confeſſariis aliquot capita à me proponi, pro remedio indicatorum incommodorum.

Primò. Ubi accedit aliquis ad illos caſu quopiam ad dictum Tribunal pertinente laborans, examinent diligenter Pœnitentem, ut rem totam ſincerè aperiat: obſervent genus cenſuræ, ſcrutentur etiam facti circunſtantias. Item requirant de Pœnitente, an ſit vir, aut fœmina; an laicus, aut Clericus; an Regularis, aut ſæcularis; an Sacerdos, vel in Ordine Sacro, aut ſimplex Sacerdos, aut Monialis, &c. Item appellent genus cenſuræ incurſæ, & caſum ex quo incurſa eſt; an publicus, vel occultus. Et circa irregularitatem videant, an ex delicto, aut ex quaſi delicto, cum ſuis circunſtantiis; an ex defectu, an ex homicidio, aut mutilatione; an ex violatione cenſuræ. In Matrimontis inquirant quale ſi impedimentum; an revera occultum; an de contracto matrimonio, an de contrahendo agatur? Item quid cauſæ allegetur pro diſpenſatione obtinenda. (Idem fiat pro votis, ſcilicet quid cauſæ pro commutatione, & ad quem effectum.) Sed præſertim de Clerici percuſſore diſquiratur, ſi ad Vrbem pro abſolutione accedere non valeat.

Secundò. Habita vera totius cauſæ notitia, ſcribant caſum in charta, quocumque charactere, dummodo legi poſſit, idque ſive Latina, ſive qualibet alia cujuſlibet Regionis nativa lingua, omiſſis inutilibus, reticito etiam nomine, & cognomine Pœnitentis (quamvis nullum ſit periculum rem, & perſonam prodendi) niſi fortè ageretur de cenſuris inflictis contra publicos Clericorum percuſſores, & duellantes in publicum. Tunc enim nomen, cognomen, & Diœceſim exprimant. In occultis verò, per ſimplex N.N. proceditur. Et caſum ſic inſcriptum, directè mittant per Poſtam, ſeu communem Tabellarium Romam Majori Pœnitentiario, in hunc modum.

Eminentiſſimo, & Reverendiſſimo Cardinali, Majori Pœnitentiario.

Qui certè pro ſua humanitate, & charitate, libenter omnes audiet, jubebit

jubebit litteras expediri, & reſcribendo mitti curabit.

Tertiò. In litteris, tum Romam ad eum miſſis, ſignificent quomodo, & qua via reſponſum mittendum ſit, per Poſtam, ſeu communem publicum Tabellarium, terminando litteras Eminentiſſimo inſcriptas, in hunc ferè modum.

Dignetur Eminentia veſtra reſcribere N.N. in Civitate N. pro tali oppido N.

Sic autem caſum proponent.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

N. Sacerdos contraxit irregularitatem ex homicidio occulto ab eo ob talem cauſam clam, tali modo patrato, vel procurato in perſona hominis laici. Ab eo tempore non abſtinuit ab exercitio Ordinum, vitandi ſcandali causâ, vel ne ſe proderet; ſive abſtinuit; ſed cùm diu abſque ſcandalo abſtinere non poſſit, humillimè ſupplicat pro remedio.

N.N. contraxit Matrimonium cum muliere, cujus matrem antea carnaliter cognoverat, conſcius, vel neſcius impedimenti (quod occultum eſt:) quare cum abſque ſcandalo ſeparari non poſſit, humillimè ſupplicat pro remedio.

N.N. Mulier emiſit votum caſtitatis perpetuæ; ſed cum adſit, vel futurum eſſe prævideat periculum incontinentiæ, humillimè ſupplicat pro diſpenſatione ad effectum nubendi.

Sed cùm innumeri ſint caſus, in quibus ſupplicari debet Eminentiſſ. Cardinali Majori Pœnitentiario, innumera quoque ſunt ſupplicationum exemplaria, pro quorum notitia hæc indicaſſe ſufficiat.

Denique ſi in illo oppido, ſeu Civitate, in qua Eminentiſſimo Pœnitentiario (ut præfertur) ſcribitur non fuerint Confeſſores, Doctores in Jure Canonico, vel Magiſtri in Sacra Theologia, vel ſi adſint, ſed Pœnitens non poſſit de facili induci eis aperire ſuam conſcientiam, cum jam aperuerit alicui Confeſſario non graduato, hoc ipſum in litteris miſſis ipſi Majori Pœnitentiario ſignificetur: quod idem ſignificandum eſt, ſi Confeſſarius Goticum characterem legere neſciat, quia (uti ſpero) de opportuno remedio providebitur.

Quod ſi fortè aliquando tardaverit reſponſum Eminentiſſ. Majoris Pœnitentiarii, tunc poterunt Confeſſarii, ſeu Pœnitentes iterum ſcribere, ut ſi fortè fuit deperdita prima epiſtola, altera ad manus Eminent. M. Pœnitentiarii perveniat, & ex his, adjuvante Deo, præmiſſis omnibus incommodis providebitur, & animas fratrum noſtrorum Deo noſtro lucrabimur. Hortantur Parochi, & Confeſſarii, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſuis Confeſſionariis illas affigere, & aliis quantum poterunt, reſcribendo, ſive typis mandando, communicare pro animarum ſalute.

Additamentum VI.

Decretum S. Inquiſitionis Hiſpanæ libros aliquos, & ſcripta prohibens.

NOs los Inquiſidores Apoſtolicos contra la heretica pravedad, y apoſtaſia, en todo el Reyno de Navarra, Obiſpado de Calahorra, y la Calçada, Condado, y Señorio de Vizcaya, Provincia de Guipuzqua, Arçobiſpado de Burgos, con todo lo que caè de Montes de Oca à San Vicente de la Barquera, y ſu diſtrito, &c. Hazemos ſaber à todos, y qualeſquiera perſonas, aſſi Eccleſiaſticas, como ſeculares, de qualquier eſtado, preheminencia, dignidad, y condiçion que ſea (exemptos, y no exemptos) de eſte nueſtro diſtrito, que por nos eſta mandado recoger, y prohibir in totum, un libro de à folio, cuyo titulo es, *Diſputationes Theologicæ de Iuſtitia Originali*, compueſto por el Padre Antonio Gonzalez de Roſende, de los Clerigos Menores, impreſſo Lugduni, ſumptibus Authoris, anno 1677. por contener proposiciones hereticas, erroneas, y condenadas por el Concilio de Trento, y los Sumos Pontifices Pio V. y Gregorio XIII. Urbano VIII. Innocencio X. y Alexandro VII. ſapientes hæreſim, impias, blasfemas, temerarias, malſonantes, eſcandaloſas, derogativas de la piedad divina, injurioſas à Santo Thomas, y à los Authores que explican ſu doctrina, y à los Padres de la Compañia, y otros Authores Catholicos, unas expreſas, y otras, que coinciden con la do-

Antonio Gonzalez de Roſende

ctrina de Cornelio Janſenio, y Michaël Bayo, condenadas por los Sumos Pontifices referidos. Otro libro, que ſe intitula *Nueva maravilla de la gracia, deſcubierta en la vida de la Venerable Madre Sor Ioana de Ieſus Maria, Monja de Santa Clara de Burgos*, compueſto por Fray Franciſco de Ameyugo, de la Orden de San Franciſco, impreſſo en Madrid, por Joan Garcia Infançon, año de 1677. por contener propoſiciones erroneas, abuſivas, adulterantes de los lugares de la ſagrada Eſcritura, irriſorias de los Miſterios de la Fé, y del Purgatorio, mal ſonantes, piarum aurium offenſivas, temerarias, eſcandaloſas, injurioſas à Chriſto nueſtro Señor, y la Virgen Sanctiſſima nueſtra Señora, à los Santos Angeles, pernicioſas, y contra la doctrina de los Santos, y muchas coſas fabuloſas, inveroſimiles, è indecentes, que cauſaran irriſion à los hereges, y à los hombres prudentes, y pueden ſer ocaſion à los Catholicos de cometer pecados, y en eſpecial à los caſados, y uſar de palabras diſontes, è irreverentes, è indecentes, hablando de Chriſto Señor nueſtro, y de ſu madre Sanctiſſima. Vna comedia, cuyo titulo es, Nueva maravilla de la gracia, Joana de Jeſu Maria, compueſta por *Don Franciſco Labien y Sagredo*, por contener muchas coſas de las que ſe contienen en dicho libro de la vida de la dicha Joana de Jeſus Maria, comprehendidas en la cenſura dada à dicho libro, y por fingir en ella milagros, que no eſtan en el. Vn pliego de papel impreſſo en quatro columnas ſin nombre de impreſor, lugar, ni año, que ſe intitula, Alibio ſingular, y modo faciliſſimo, para confeſar todos los dias muchas vezes con aumentos grandes de gracia, y ſin peligro de peccar, por el Padre fray Joan de Gavarri, Predicador Apoſtolico, è hijo de la ſanta Provincia de Aragon, de nueſtro Padre San Franciſco, por contener propoſiciones erroneas, è injurioſas à los que enſeñan, no es conveniente à todos comulgar todos los dias, y à los Prelados, y Preladas, que prohiben eſta comunion, por ſer contra ſus Reglas, y conſtituciones, y al Eſtado Eccleſiaſtico, è interpretar injurioſa, y diminutamente el Concilio de Trento. Vn ſermon de pliego, con veynte y cinco paginas, eſcrito en lengua Italiana, intitulado La univerſita della gracia, Oratione Panegirica deſſa Sacra litera, eſcrita dalla Beata Virgine à Meſſineſſe de Tanil Duſmodal, por el R. P. Joſeph Galleti, della Compañia de Jeſu Miſſene, predicado en la Igleſia de Meſſina al Duque de Vivona, el año de 1675. impreſſo en el miſmo año, en Meſſina, por Matheo de la Rocha, por contener propoſiciones impias, ſedicioſas, eſcandaloſas, y abuſivas de la ſagrada Eſcritura. Y que aſſi miſmo ſe han mandado recoger, y prohibir, haſta que ſe expurguen, un libro de à folio, cuyo titulo es Conſilia pro Ærario civili, Eccleſiaſtico, & militari, publico, atque privato: ſu Author Maximiniano Fauſt Abbaſca Sfeco Brugf, impreſſo Francofurti, ſumptibus Authoris, in Officina Secleliana, typis Humiaris, anno 1641. por ſer el Author herege, y contener propoſiciones hereticas, erroneas, ſapientes hæreſim, impias, injurioſas à la Sede Apoſtolica, y à la immunidad, y Eſtado Eccleſiaſtico, eſcandaloſas, mal ſonantes, ſedicioſas, y elogios de herejes. Otro libro en quarto, intitulado Cornelii Taciti opera, quæ extant, ex recognitione Juni Gruteris, cum obſervationibus, emendationibus, notis, & caſtigationibus virorum doctiſſimorum Alciati, Ferreti, Vſini, Merecri, Coleri, Rederari, Bertarii, Donati Pecheri, Gorreti, impreſſo Francofurti, ſumptibus Jobi Phodii, anno 1607. por ſer algunos de eſtos Authores hereges, y contener elogios de hereges, y algunas propoſiciones erroneas cõtra la ſagrada Eſcritura y la verſion vulgata, gentilicas, y temerarias. Por tanto, por el tenor de las preſentes, mandamos ſo pena de excomunion mayor latæ ſententiæ, trina Canonica monitione præmiſſa, y de cada cinquenta mil maravedis para los gaſtos de eſte Santo Officio, que nenguna perſona de qualquier eſtado, calidad, condicion, ò dignidad que ſea, no pueda tener, ni leer los impreſſos, ni manu eſcritos de las dichas, ni otras qualeſquiera impreſſiones, vender, ni imprimir de nuevo los dichos libros, ni demas papeles, ò alguno de ellos; y los que los tuvieren en ſu poder, dentro de tres dias los traygan ante nos, ò al comiſſario del Santo Officio en cuyo diſtrito

Fr. Franciſco de Ameyugo.

D. Franciſco Labien, y Sagredo.

Fr. Joan de Gavarri.

Joſeph Gallicti.

Maximiniano Fauſt, &c.

Cornelio Tacito.

diſtrito eſtuviere, que no lo haziendo dentro del dicho termino, procederemos contra los redeldes con todo rigor de Derecho, como contra perſonas inobedientes à los mandamientos, y cenſuras del Santo Officio. Dadas en la Inquiſicion de Logroño, à 18. dias del mes de Noviembre de 1679.

Licenciado Don Fernando de Vera.
Licenciado D. Bernardo de Vicuña, Zuazo.

Por mandado del ſanto Officio de la Inquiſicion.

Don Miguel Antonio del Buſto.

Aliud ſimile Decretum ejuſdem Inquiſitionis Hiſpanæ.

Ultimò non obſtat, quod deducitur de jure quæſito ex oppoſitione, & examine: quia id procedit in terminis ſtatutorum quarundam Eccleſiarum Patrimonialium, non in caſu iſto, in quo ex diſpoſitione Bullæ ſupradictæ, intra ſex menſes requiritur, quod quis fuerit examinatus, & proviſus de beneficio, aliàs ejus diſpoſitio ad ſolum Papam ſpectat. Et ex his ceſſant omnia ex adverſo deducta.

DECISIO II.

Coram R. P. D. Pamphilio.

In eadem Placentina Parochialis, 20. Decembris ejuſdem anni 1585.

Habetur apud Pacem Iordanum ubi ſuprà.

Facit Deciſio iſta, ſicut & 3. ſequens, pro q. 3. n. 393. & 494. ac 404.

DIXERUNT Domini, gratiam D. Bartholomæi eſſe canonizandam, ex rationibus aliàs per R. P. D. meum Seraphinum diligenter, & accuratè, more ſuo, conſideratis, in ejus deciſione ſub die 28. Iunii mox præteriti, non obſtantibus his, quæ nunc

nunc pro parte D. Michaëlis deducuntur: nam quod ſpatium ſex menſium datum Ordinariis ad conferendum Parochiales, ex conſtit. felic. recordat. Pii V. non currat Epiſcopo, niſi à die captæ poſſeſſionis Epiſcopatus, repugnat dicta Conſtitutio, quæ loquitur expreſſe à die vacationis; & tamen in caſu de quo agitur, etiam incipiendo à die notitiæ, quæ fuit 25. Decembris 1581. collatio fuit facta poſt ſex menſes, videlicet ſub die 3. Julii 1582. & eo magis, cum Epiſcopus haberet literas expeditas jam de menſe Novembris 1581. & ſic longè ante vacationem, ita quod potuit capere poſſeſſionem Epiſcopatus; & ideo cum per ipſum ſteterit, perinde eſt, ac ſi accepiſſet, & ideo tempus currit, *cap. fin. de Electione.* Non enim dicitur impeditus, qui de facili poterat impedimentum removere, *l. Qui poteſt facere, ff. de Regulis Iuris.* Et licèt fuerit detentus per Regem, nihilominus quia poterat capere poſſeſſionem per procuratorem, prout poſtea illam accepit de menſe Januarii, hujuſmodi impedimentum non ſuffragatur. Bart. *in l. Sed etſi per Rectorem, §. 1. ff. Quibus ex cauſis major.* Bald. *in l. Eos, §. Apoſtolos, in princ. C. de Appellat. &c.*

DECISIO III.

Coram R. P. D. Bubalo.

In eadem Placent. Parochialis, 24. Martii 1586.

In qua prædicta omnia fuſius comprobantur, ut Pax Jordanus teſtatur.

DECISIO IV.

Coram R. P. D. Bevilaqua.

In Ferrarienſi Decimarum, Veneris 8. Aprilis 1658.

1. *Facit iſta Deciſio pro dictis quæſt. 2. n. 360. & ſeqq.*

EUgenius IV. volens Congregationem Caſſinenſem Ordinis S. Benedicti, à ſolutione Decimarum, aliorumque onerum eximere, privilegium exemptionis, quod etiam refert Ferret. *in conſil. 123. num. 5. lib. 1.* per hæc verba conceſſit. *Inſuper volumus, & decernimus, Monaſteria, Prioratus, loca manualia, Grangias, Poſſeſſiones, & bona, quæ in præſenti ſunt ipſius, & erunt in futurum, ac Prælatos, Monachos, & perſonas præfatas ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, ſubſidio, aut alio quocumque gravamine, quovis nomine cenſeatur, per Nos, aut ſucceſſores noſtros faciendo, ſeu imponendo, &c. necnon à charitativi, & alterius cujuſcumque ſubſidii, & impoſitionis, collectæ, vel alterius cujuſcumque exactionis, & oneris realis, perſonalis, vel mixti ſolutione, de cætero prorſus exemptos, liberos, & immunes fore, itaut cogi, vel inquietari minimè poſſint, &c. Cæterùm de quibuſcumque poſſeſſionibus, ubilibet conſtitutis, quæ in præſenti ſunt, & in futurum erunt Monaſteriorum, Prioratuum, & bonorum prædictorum, quæ præfati Prælati, & Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c. nullus ab ipſis, vel ab aliis pro eis, primitias, decimas, quarteſia, aut alio quocumque nomine cenſeantur, exigere, vel extorquere præſumat, nec illas aliquibus ſolvere teneantur, ſive ad id à quoquam directè, vel indirectè compelli poſſint inviti. Generalis Concilii, & quibuſcumque aliis Apoſtolicis, vel Provincialibus, aut Synodalibus conſtitutionibus nequaquam obſtantibus. Decernentes ex nunc irritos, & inanes quoſcumque proceſſus, & ſententias, &c. Non obſtantibus in Conſtantienſi, & aliis Conciliis à felicis recordationis Innocentio IV. & Martino V. necnon aliis Summis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris editis conſtitutionibus, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio, ac de verbo ad verbum in præſentibus habenda eſſet, &c.*

Cum autem hoc privilegio non obſtante, Fratres de Beccariis prætenderent exigere Decimas de certis bonis ſitis in Villa Scientæ, ad Monaſterium S. Benedicti Ferrariæ ſpectantibus, ac in poſſeſſione illas percipiendi exiſtere, cauſa in gradu appellationis à ſententia per Auditorem Cameræ ſuper exemptione promulgata, ad Rotam devoluta, & re ad examen deducta, *de ejuſdem Monaſterii bono jure conſtare, deciſum hodie fuit.* Cujus reſolutionis effectus eò tendit, ut indultum exemptionis ei ſuffragetur. Et meritò, quia ex contextu verborum apparet, Papam ampliſſimè liberaſſe Congregationem à quibuſcumque Decimis prædialibus,

& perſonalibus, ordinariis, & extraordinariis, pro bonis de eo tempore acquiſitis, & in futurum acquirendis, ſub quocumque nomine exigi velint juxta naturam dictionum *quocumque*, & *quibuſcumque*, quibus utitur; ſunt enim univerſales, & quodammodo affirmativæ, & nullo obice continentur, quominus omnia comprehendant, *l. Qui autem* 14. §. *finali*, *ff. de Conſtitut. Principum*, *cap. Solitæ*, *in 6. in fine*, *de Majorit. & obedient.* Decius *conſ.* 529. *num.* 2. *lib.* 2. Rota *deciſ.* 93 *n.* 1. poſt primum volumen conſiliorum Farinacii, & *in recentior. deciſ.* 36. *n.* 4. & 5. *part.* 5. & in terminis ſimilis indulti, cum dictione *quibuſvis* concepti, Rota *deciſ.* 193. *num.* 2. *part.* 7. & *deciſ.* 30. *num.* 4. & 5. *part.* 8. Præſertim quia eſt munitum clauſula decreti irritantis, quæ adimit partibus facultatem illud impugnandi, & Judicibus manus ligat, & os claudit, ne aliter, quàm iſto favorabili modo interpretentur, *cap. Si eo tempore*, 45. *de Elect. in 6.* Bartol. *in l. finali*, *C. de Canone frumentario Urbis Romanæ*, *lib.* 11. Rota *coram Cardin. Cavalerio*, *deciſ.* 430. *num.* 3. apud Poſthium *de Manutent. deciſ.* 217. *num.* 57. & in recentior. *deciſ.* 173. *num.* 22. *part.* 4.

3. Nec videtur ambigendum, quin dictum privilegium contineat diſpoſitio Conciliaris capitis *Nuper* 34. *de Decimis*, quamvis explicitè ibi non legatur: Quia cum in illius diſpoſitiva ſit facta expreſſa mentio Generalis Concilii, addita clauſula, *quibuſcumque aliis Apoſtolicis*, *vel Provincialibus*, *aut Synodalibus Conſtitutionibus*; & in fine, ubi de generali derogatione loquitur, additum fuit, *Non obſtantibus in Conſtantienſi, aliiſque Conciliis Conſtitutionibus*, & ordinationibus per Pontifices prædeceſſores editis. Utique ſub tali forma cenſetur ſufficienter derogatum *dicto cap. Nuper*, continenti Conſtitutionem Concilii Lateranenſis. Decius *conſ.* 341. *n.* 10. *in fine*. Probus *ad Monachum*, *in cap. Cùm in tua* 4. *num.* 23. *verſic. & quod neceſſaria ſit*, *de Conſuetud. in 6.* Garcia *de Benefic. part.* 4. *cap.* 5. *num.* 37. *& ſeq.* & in individuo tenuit Antonell. *de Regim. Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 15. §. 3. *num.* 16. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp.* 15. *q.* ... Rota *in Conchenſi Exemptionis decimarum*, 17. *Maii* 1589. *coram Orano*, relata per eundem Garciam *ubi ſuprà*, *num.* 39. comprobata *in recentior. deciſ.* 316. *n.* 11. *part.* 5. Burattus *deciſ.* 704. *num.* 2. & ibi Addent. *num.* 14.

Nec obſtat reſponſio, quod non 4.
ſuffragatur generica derogatio Concilii generalis, vel omnium Conciliorum generalium; ſed ſpecificè, & nominatim debet derogari Concilio, de quo *in dicto cap. Nuper*, *de Decimis*, ut diſtinguit Archid. *in rubrica de Reſcript. verſ. Unde ſcias*, & *in cap.* 1. *num.* 2. *verſ. vel dic planiùs*, *de Conſtit. in 6.* Mohedan. *deciſ.* 7. *num.* 2. *de Locato*, Rota apud bonæ memor. Coccinum *deciſ.* 279. *num.* 6. & *in Toletana Decimarum*, *coram Reverendiſſimo D. Cardinale Ottobono*, inter ejus impreſſas *deciſ.* 185. *num.* 14. cum pluribus ibi allegatis. Quoniam iſti, & alii adducti, loquuntur de Privilegiis, & caſibus, in quibus fuit facta ſola expreſſio Conciliorum Synodalium, Provincialium, & Conſtitutionum in eis editarum, ſub qua non includitur Concilium Lateranenſe: ſecus quando, ut hic, ultra prædictorum expreſſionem in clauſulis derogatoriis, adeſt in privilegio etiam mentio Concilii generalis; in hoc enim caſu cenſetur ſpecificè, & individualiter derogatum, non verò in genere, ut benè colligitur ex deductis *in dicta Conchenſi Exemptionis Decimarum*, *coram Orano*, & in Annotat. ad Burattum *in dicta deciſ.* 704. *num.* 14.

Neque ferendus eſt intellectus In- 5.
dulto datus, quod Papa ibi intellexerit exemptionem de Decimis extraordinariis ab homine impoſitis, non autem de Ordinariis jure divino debitis; cum privilegium eximens à ſolutione Decimarum, intelligatur de illis, non de iſtis, per dictum Baldi *in l. Fiſtulas* 78. §. *Frumenta*, *in fine additionis*, *ff. de Contrahenda emptione*, Putei *deciſ.* 65. *lib.* 3. Cavaler. *deciſ.* 247. *num.* 11. Bonæ memoriæ Coccini *in citata deciſ.* 279. *n.* 4. Nam ubi tenor privilegii aliter ſuadet, & ex illo colligitur de intentione concedentis fuiſſe eximere ab omnibus, tunc trahitur, & comprehendit etiam extraordinarias; & in hoc caſu nos verſari, patet ex eo, quod *in* §. *Inſuper*, ſpecificantur decimæ, & collectæ, cujuſvis naturæ ſint, ac quocumque nomine nuncupentur, in illis

lis verbis, *ab omni exactione, Decima, ſubſidio, aut alio quocumque gravamine quovis nomine.*

6. In §. verò *Cæterum*, exprimuntur Primitiæ, Decimæ, Quarteſia, quæ Juris divini ſunt, & à Deo inſtitutæ pro Sacerdotibus, & miniſtrantibus in Eccleſia, & ſic dicuntur Decimæ ſpirituales, *cap. Decimas*, 16. *q.* 7. *cap. Non eſt*, 22. *& cap. Cùm nobis*, 26. *de decimis*, Rota *coram bonæ memor. Merlino deciſ.* 694. *num.* 15. quæ pari paſſu procedunt cum Primitiis, hæcque ut illæ, ſunt de præcepto, ut habetur *in cap.* 22. *Exodi*, & eſt textus *in cap. Revertimini*, 65. *cauſa* 16. *quæſt.* 1. Sotus *de Juſt. & jure*, *lib.* 9. *quæſt.* 3. *artic.* 44. *verſic. In contrarium.* Barboſa *de Officio Parochi*, *cap.* 27. *num.* 5. *&* 6. Peregrinus *deciſ. Patavin.* 143. *n.* 3. *&* 4. Rota *coram Puteo deciſ.* 169. *per totam*, *lib.* 3.

7. Non ſubſiſtit, quod etiam opponitur, hujuſmodi exemptivum indultum eſſe perſonale, & reſtrictum ad ſolos Monachos, & bona per eoſdem colenda, ad textum *in cap. Per exemtionem*, 9. *de Privileg. in* 6. Quia huic interpretationi omninò repugnant verba illius, quæ expreſſe referuntur, & complectuntur, nedum bona, quæ propriis manibus, & ſumptibus iidem Monachi colunt, ſed & cætera, quæ aliis colenda tradunt, ibi: *quæ præfati Prælati, & Monachi colunt, ſeu coli faciunt, &c.* Ne igitur inane ſit privilegium, & prædicta verba aliquid operentur, dicendum eſt, illud eſſe reale, & prodeſſe omnibus colentibus bona ad Religionem pertinentia. Gloſſa *in Clement.* 1. verbo *Excolendas*, *de Decimis*, ubi etiam Cardinalis *quæſt.* 22. *&* 23. Socin. *conſ.* 260. *col.* 1. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 276. *ſub n.* 21. Abbas *conſ.* 9. *num.* 2. *lib.* 1. Caſtropal. *de Decimis*, *diſp. unica*, *puncto* 12. *num.* 10. Suarez *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 14. Fontanel. *deciſ.* 307. *num.* 27. Rota *deciſ.* 4. *de Privileg. in antiquis*, & *deciſ.* 23. *n.* 6. *part.* 2. *diverſor.* & *in Carthagin. Decimarum*, 10. *Decembris* 1578. *coram Bubalo.*

8. Hinc clarè dignoſcitur, nullo pacto adverſari deciſiones *in Pampilonenſi Decimarum*, 26. *Aprilis* 1652. *coram Bichio*, §. *Neque Ioanni*, *& in Calagurritana Decimarum de Ocon*, 1. *Iulii* 1654. *coram Reverendiſſimo D. meo Cerro Decano*, §. *ultimò*, quia locum ſibi vendicant in caſibus privilegiorum merè perſonalium, & ex quibus deſumitur enixa voluntas Pontificis intendentis reſtringere exemptionem ad bona, quæ propriis ſumptibus, & laboribus excoluntur ab illis, ad quorum favorem fuerunt conceſſa dicta privilegia, ut non obſcurè colligitur *ex dicta Pampilonenſi Decimarum, coram Bichio*, & priùs *in Leodienſi Decimarum, coram Reverendiſſimo Vrgellenſi deciſ.* 215. *n.* 3. *cum ſequent.*

Et ita utraque, &c.

Circa quam deciſionem videantur, quæ addidi ego ipſe, & annotavi, poſt Commentaria *ad Deciſionem* 21. *pag.* 73. *& ſeqq.*

DECISIO V.

Coram Card. Veroſpio.

In Bononienſi exemptionis. Veneris 23. *Maii* 1618.

LIte coram me inter nonnullos Regulares, & Regimen Bononienſe ſuper exemptionibus introducta, ad inſtantiam Canonicorum Regularium Lateranenſium, & S. Salvatoris, dubitavi, circunſcriptis pro nunc eorum laboratoribus, colonis, & emptoribus, necnon ſubſidio triennali: An ipſi ſint ab aliis datiis, gabellis, vectigalibus, & oneribus, tam realibus, quàm perſonalibus exempti? Et Rotæ viſum fuit affirmativè reſpondendum, cùm iſtis Regularibus, tam ex juris communis diſpoſitione competat hæc exemptio, *cap. Quanquam, de cenſibus, in* 6. *cap.* 1. *de Immunit. Eccleſ. in* 6. *Clement. Præſenti, eod. tit. cap.* 1. *de Decimis, cap. Non minus, & cap. Adverſus, de Immunit. Eccleſ.* Cardin. *in d. cap. Non minus, eod. tit.* Abb. *in cap. Invocamus, de Cenſibus, num.* 4. & *conſ.* 13. *part.* 2. Bald. *in l.* 1. *num.* 9. *C. de Contrahenda emptione.* Bertazol. *de Gabellis, ſeu Vectigalibus*, §. 7. *princ. n.* 10. Et fuit dictum *in Corrigienſi Gabellæ, coram bon. mem. Iuſto*, 27. *Novembris* 1602. & *in Valentina Gabellæ*, 4. *Decembris* 1595. *coram Card. Pamphilio*, & *in Brunduſina Gabellæ*, 13. *Februarii* 1604. *coram Peña.* 1. *Facit etiam pro dictis quæſt.* 2. *à n.* 360.

Quàm vigore privilegii ab Eugenio IV. ſub datum Florentiæ 7. Ka- 2.

lend. Martii 1434. motu proprio conceſſi Monachis Caſſinenſibus, & per Sixtum IV. Congregationi Lateranenſi, necnon per Julium II. Congregationi S. Salvatoris communicati. Quæ communicatio idem operatur, ac ſi dictis Congregationibus fuiſſet in ſpecie talis exemptio conceſſa. Oldrad. *conſ.* 300. *verſic. Præſertim in facto.* Bertrandus *conſ.* 149. *Illud eſt generale, num.* 2. *lib.* 1. *in antiq.* Pariſius *conſ.* 22. *num.* 5. *lib.* 4. Doctores communiter *in d. l.* 1. *ff. de Legatis* 1. ubi Joannes Crot. *num.* 13. *verſ. Vltima concluſio*, Jacobus de Nigr. *n.* 5. *&* 6. *in fine*, Romanus *conſ.* 383. *poſt num.* 2. Natta *conſ.* 432. *num.* 9. *&* 15. *lib.* 1. Creſcent. *deciſ.* 9. *n.* 5. *verſic. Secundò quia, de Privileg.* Rota *deciſ.* 8. *num.* 5. *p.* 2. *diverſor.*

3. Stantibus præſertim clauſulis ampliſſimis in eadem communicatione appoſitis. Aymon. *conſ.* 294. *n.* 1. Rolandus *conſ.* 6. *num.* 2. *& ſeq.* Joan. Crot. *ubi ſuprà*, *num.* 13. Jacobus de Nigr. *ibidem*, *num.* 15.

4. Unde pluries dicta communicatio fuit in Rota canonizata, videlicet in Burgenſi Juriſdictionis S. Joannis, 20. *Decembris* 1596. *coram Orano*, & *in Burgenſi Procurationum*, 9. *Martii* 1598. *coram eodem.*

5. Nec poteſt controverti, privilegium hujuſmodi eſſe ampliſſimum, uti conceptum per verba ampliativa, & generaliſſima, nimirum ab omnibus Gabellis, taliis, & datiis, collectis, impoſitionibus, & oneribus, etiam ad pontium refectionem, & viarum reparationem, & ab alio quocumque gravamine, quovis nomine cenſeatur. Quæ verba ſunt apta pleniſſimam exemptionem quoad onerum, collectarum, & impoſitionum ſpecies importare. Joan. Andr. *in cap. Epiſcoporum*, *ſub num.* 7. ubi Geminianus, & Archidiaconus, *de Privileg. in* 6.

6. Nec valet dicere, communicationem ſuffragari non poſſe, tanquam expreſſe non facta mentione de exemptionibus ab omnibus oneribus realibus. Nam ſatis fuit generalis mentio, cum ſimus in materia favorabili. Pariſius *conſ.* 22. *num.* 5. *& ſeq. lib.* 4. Decius *conſilio* 113. *n.* 4. *&* 5. cum aliis ſuprà allegatis.

7. Tanto magis, quia fuerunt appoſitæ clauſulæ, *In omnibus*, *& per omnia*, *&c.* & *abſque ulla prorſus differentia*: & Ripa *in l.* 1. *num.* 1. *de Legatis* 1. & ibi ſcribentes. Rota *deciſ.* 8. *num.* 5. *part.* 2. *diverſor.* Creſcent. *deciſ. num.* 5. *de Privilegiis.*

8. Nec obſtat deciſio allegata *in valentina Decimarum*, 28. *Novembr.* 1603. *coram Illuſtriſſ. Lancellotto*: ibi enim de exemptione tractabatur à ſolutione decimarum, quæ tanquam exorbitans à Jure communi, ſub generalitate verborum comprehendi non valebat: quod ſecus accidit in caſu noſtro, ex allegatis.

Verùm, quia non obſtantibus dictis exemptionibus, pro parte Civitatis, & Regiminis Bononienſis prætendebatur, iſtos Regulares in aliquibus caſibus debere contribuere, Domini voluerunt hoc particulari Dubio eſſe diſcutiendum.

ANNOTATIO.

Sic tranſcribitur Deciſio iſta à noſtro Aſcanio Tamburino *de Iure Abb. tom.* 4. *la* 31. *fol.* 47. & ex eo ego ipſe *poſt Commentaria in Conſtit. Apoſtolic. la* 22. ubi illam nonnullis Additionibus, & Annotationibus exornavi: quas ſummariè, & breviter hic recenſere duxi, remittendo Lectorem ad illum locum, ad pleniorem notitiam pro ſui inſtitutione capiendam.

I. Fuit, Congregationem noſtram Valliſoletanam gaudere Eugeniana *n.* 2. *Deciſionis* recenſita, vigore Conſtitutionis Julii II. ita bene ac Congregatio Caſſinenſis, cui immediatè conceſſa fuit, gaudet.

Secunda. Dictam Congregationem Valliſoletanam, in vim dictæ Julianæ, eadem exemptione ab onere ſolvendi Decimas, & Primicias gaudere, qua Caſſinenſis gaudet vigore Eugenianæ: eo non obſtante, quod hujuſmodi exemptio difficilis conceſſionis ſit, & non cadat, veniatque in generali communicatione privilegiorum, ſed ſpeciali indigeat expreſſione, ut latè, & prolixè ibi ex pluribus probavi Doctoribus. Ratione hac fui præcipuè ad id ductus, quia Iulius in communicatione privilegiorum Caſſinenſium, Valliſoletanis facta, appoſuit clauſulam, *Quorum tenores*, quæ talis naturæ, & virtutis eſt, ut tollat neceſſitatem inſerendi tenores privilegiorum, quæ communicantur,

municantur, etiamsi de eis fieri deberet expressa mentio. Peyrinus, & alii ibi adducti. Quorum fundamenta sunt: I. quia dicta clausula importat communicationem facere Papam de plenitudine potestatis. II. quia eadem clausula indicat Papam habuisse notitiam de omnibus privilegiis. III. quia importat, & operatur individuam omnium privilegiorem expressionem cum suis qualitatibus. Tamburin. *tom.*1. *disp.*18. *quæst.*6. *num.*41. cum Menoch. *cons.*1003. *num.*47. *&* 48. Tuscho *verb. Clausula, concl.*354. *n.*1. Martha *de Clausul. p.*1. *clauf.*62. *num.*4. Barbosa *clausula* 53. *num.*7. Moneta *de commut. ultim. volunt. cap.*7. *num.*201. *&* 202. qui addit cum Mart. *clausula* 101. *num.*6. & Gabriele *commun. lib.*6. *tit. de Clausulis, concl.*5. *num.*1. continere insertionem tenoris. Quod pro IV. fundamento assigno. Plura alia loco citato cumulavi pro eodem argumento, quæ hic recensere superfluum videtur. Quare à recensione illorum libens supersedeo, dicta remissione contentus.

Hoc unum hic addo, quod Sacra Rota in mense Martii præsentis Anni 1681. declaravit vigore dictæ Eugenianæ, communicatæ Vallisoletanis per Julium II. & alios Pontifices, immunes esse, & exemptos colonos, & arrendatarios bonorum, & hæreditatum Prioratus S. Mariæ de Legarda, annexi huic Monasterio Hyrachensi, ab onere solvendi decimas, & primitias Ecclesiæ Parochiali loci de Mendavia, intra cujus limites existunt.

Decretum Bonifacii Papæ Quarti.

*Habetur apud Beatum Petrum Damiani, tom.*3. *Opusc.*28. *Apologetico Monachorũ adversus Canonicos, c.*2. *pag. mihi* 229. *Et in Decreto,* 16. *quæst.*1. *Deservit pro dictis quæst.*2. *n.*210. *& seqq. & 219.*

Sunt nonnulli, nullo dogmate fulti, audacissimè quidem, zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati, asserentes Monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo vivunt, Sacerdotalis Officii potentia indignos; neque pœnitentiam, neque Christianitatem largiri, neque absolvere posse per Sacerdotalis Officii divinitus sibi injunctam potestatem. Sed omninò labuntur. Nam si ex hac causa veteres æmuli vera prædicarent, Apostolicæ compar Sedis *Beatissimus Gregorius monachico cultu pollens*, ad Summum nullatenus apicem conscenderet, cui quidem hæc ligandi, solvendique potestas à Deo summa conceditur: Augustinus quoque ejusdem Sanctissimi Gregorii discipulus, Anglorum prædicator egregrius: & Pannonienſis Martinus beatissimus, cujus sanctitatis famam, longè, lateque diffusam, totus personat mundus; alii quoque quamplurimi viri sanctissimi, pretiosissimo Monachorum habitu fulgentes, nequaquam annulo Pontificali subarrarentur. Sed quia Monachi fuerunt, prædictis uti prohibentur. Neque enim Beatus Benedictus, Monachorum Præceptor almificus, hujus rei aliquo modo fuit interdictor; sed eos sæcularium negotiorum edixit expertes fore tantummodò. Quod quidem Apostolicis documentis, & omnium Sanctorum Patrum institutis, non solum Monachis, sed etiam Canonicis maximoperè imperatur. *Nemo* enim *militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus.* Nos verò tantorum Patrum instituti exemplis, quibus est periculosissimum refragari, *credimus à Sacerdotibus Monachis ligandi, solvendique Officium, Deo operante, dignè administrari, si eos dignè contigerit hoc ministerio sublimari.* Quod incunctanter affirmat quisquis statum Monachorum, & habitum, potestatemque evidenter considerat. Verbi gratia, Angelus Græcè, Latinè nuntius sonat. Sacerdotes igitur Monachi, atque Canonici, qui quotidie Dei præcepta populo nuntiant, Angeli vocantur, ratione non incongrua. Sed unusquisque Angelicus Ordo, quanto claritatem Dei viciniùs contemplatur, tanto majori virtute ejus divinitati adhærens, sine dubio roboratur: eorum Cherubim ordo eximius prædicatur, quorum figuram Monachorum cultus competenter habere comprobatur. Nam uti Cherubim, ita Monachi sex alis velantur. Duabus quidem in Capucio, quo caput tegitur: aliis verò duabus, quibus pedes teguntur, verisimilibus demonstratur assertionibus. Illud verò cucullæ, quod brachiis ostenditur, alias duas alas esse dicimus, & id tandem, quod dicitur, sex alarum numerum certissimè impleri asseritur. Decertantes igitur monasticæ professionis Presbyteros, Sacerdotalis potentiæ arceri officio, omni modo præcipimus, ut ab hujusmodi nefandis ausi-

*S. Benedictus in Regula, cap.*4. *2. ad Tim.*5.

Sacerdotes vocantur Angeli.

Cherubim figuram habent Monachorum indumenta.

bus

bus reprimantur in posterum, quia quanto quisque est celsior, tanto est & in his potentior.

Episcopus debet canere Missam in ordinatione Presbyteri, similiter & Abbas in ordinatione Monachi, quia remissio peccatorum est. Propter hoc relinquet Rex Regnum, & Summus Pontifex Pontificatum, Episcopus Episcopatum, Comes Comitatum, & multi divites utriusque sexus suas possessiones in sæculo, & venient in Monasterium Deo. Absit, ut Monachus vivens sub Regula, vel Abbate, subjiciatur aliis hominibus. Nefas est dicere: Monachus non habet potestatem ligandi, atque solvendi, ut quidam dicunt, quia mortui sunt. Verè mortui sunt huic sæculo, sicut Sancti Apostoli fuerunt. Numquid Sancti Apostoli non habuerunt potestatem ligandi, & solvendi, ex quibus unus dicebat: *Si enim mortui sumus cum Christo, credimus quia simul vivemus cum eo?* Quis melius dicere potest, solvere, vel ligare peccantem, quàm qui solutus est à Deo à peccatis? Quis meliùs valet animas dare Deo, quàm ille, qui proximus est ei? Qui dentibus hujusmodi stridunt circa Monachos, infelices sunt, & verba eorum vana. Sed audite cur talia dicunt. Lex enim dicit: Si quis Clericus in adulterio, vel in aliquo crimine fuerit deprehensus, aut ipse confessus, aut ab aliis revictus, juxta Concilia trecentorum decem & octo Patrum, ad honorem non potest redire, nisi per dignam pœnitentiam. Ex qua re multa ira, & invidia inflammati circa Monachos, vel circa Catholicos viros, die, noctuque optant insidias invenire, qualiter possint eos injustè illaquearе. Qui enim sua peccata nullatenus valent purgare, quomodo possunt aliena dimittere? Numquid potest cæcus cæcum ducere? Itaque qui res, vel honores Ecclesiæ subtrahere voluerit, anathema sit. Quid ultra dicam? Convertimini, & videte, quia nihil melius est, quàm relinquere sæculum, & sequi Deum, qui dicit: *Venite ad me omnes, & ego vos requiescere faciam.*

Rom. 6.

Luc. cap. 6.

Matth. cap. 11.

ANNOTATIO.

S. Bonifacius Papa Quartus, natus Valeriæ, Marsellæ oppidi, Benedictinus Monachus, ut testantur Arnoldus Vvion *tom. 1. pag. 131.* Anton. Yepius *in Chronic. tom. 1.* Sanvitores *in Sole occidentis*, Bucelinus *in Aquila Imperii Benedictina, pag. 108.* Trithemius *de viris Illustribus, lib. 1. cap. 5.* Azorius *Institution. Moral. parte 1. lib. 12. cap. 21. quæst. 2.* ex cœnobio Sancti Sebastiani in Urbe, Congregationis primæ Benedictinæ, ad Cardinalitiam assumptus Dignitatem, creatus est Summus Pontifex Anno Christi Domini 607. post Petrum Apostolorum Principem, el 67. in ordine, & tertius post S. Gregorium Magnum, & post ejus obitum, anno tertio, plus minusve. Quod consultò noto pro demonstrando D. Gregorium Magnum Benedictinum etiam fuisse, ut ipse Bonifacius apertè fatetur. Quis enim melius scire potuit Gregorii professionem, quàm Bonifacius, tam proximus ejus successor in Sede, & ex Cœnobio ejusdem Urbis assumptus ad Cardinalatum? Obiit S. Bonifacius Kalend. Novembris, Anno 613.

SERIES TITULORUM
Sequentis Repertorii.

A

ABbas.
Abbatia.
Abbatiſſa.
Ablativus abſolutus.
Aborſus.
Abſolvere, &c.
Acceſſorium, Acceſſus.
Accreſcens portio.
Accuſatio, &c.
Acquiſitio.
Actor.
Actus.
Additio.
Adminiſtrare, &c.
Adoptare.
Advocati.
Æquiparata.
Æquipollens.
Ætas.
Affectio.
Alexander VII.
Alienatio.
Alienigena.
Alimenta.
Allegationes.
Alternativa.
Amovibilitas.
Annus.
Anſelmus Gomez.
Antiquum.
Apoſtata.
Appellare.
Approbatio.
Arbiter, &c.
Archidiaconi.
Archiepiſcopi.
Argumenta.
Arrendatarii, &c.
Articulus mortis.
Autor, & Doctor.
Axiomata Juris.

B

BAnnitus.
Baptizare.
Bartolus.
Beneficia, &c.
Beneplacitum.
Bigamia.
Biſſextus.
Blaſphemi.
Bona.
Bona Eccleſiæ.
Bona Fides.
Bonifacius IV.
Bulla Cœnæ.

C

CAncellaria.
Canones.
Canonici.
Canonici Regulares.
Canonizare.
Cantare.
Capellæ Monachorum.
Capellaniæ.
Capitulum.
M. Carmona.
Carniſprivium.
Carolus Magnus.
Carolus V.
Caſus reſervati.
Cauſa.
Cenſura.
Ceſſio beneficii.
Ceſſio bonorum.
Charitas.
Citatio per edictum.
Clandeſtina.
Clauſulæ.
Clemens X.
Clericatus.
Clerici.
Coadjutor.
Codicillus.
Cœcus.
Cœmeteria.
Cogitatio.
Collatio, Collator.
Collegiata.
Coloni.
Commenda, &c.
Commiſſarii.
Communio Sacrament.
Communicatio cum excommunicatis, &c.
Communitas.
Computatio.
Concilia Generalia.
Concil. Trident.
Concordia.
Concubina, &c.
Concurſus.
Conditio.
Conductio, &c.
Confeſſio, Confeſſor.
Confeſſio judicialis.
Confidentia.
Confirmare, &c.
Congregatio Concilii.
Congregatio Caſſinenſ. & Valliſoletana.
Connexio.
Conſanguinei.
Conſenſus.
Conſervator Judex.
Conſiliarius.
Conſtitutio Apoſtolica.
Conſtitutio Synodalis.
Conſuetudo.
Conventio.
Conventus.
Copula.
Correctio.
Cubicularii.
Culpa.
Cultus divinus.
Cura, Curatum.
Curator.

D

DEcalogus.
Decanus.
Decimæ.
Declaratio.
Decrepitus.
Decreta S. Congregat.
Decretum irritans.
Defenſio.
Diffinitio.
Delegare, Delegatus.
Delictum.
Denunciatus.
Derelictio.
Deſtituere, Deſtitutio.
Detentatio.
Devolutio.
Dictiones.
Diœceſis.
Dies.
Dignitas.
Diſcretio.
Diſſimilitudo.
Diſmembratio.
Diſpenſare, &c.
Diſpoſitio.
Diſtributiones.
Diviſio beneficii.
Doctrina, Doctor.
Dolus.
Domicilium.
Dominium.
Donatio.
Dubium.
Duellum.
Duplicia.

E

ECceſia.
Eccleſiaſtici.
Edicta.
Electio, Electus.
Eleemoſyna.
Emancipatio.
Emendatus.
Emphyteuta.
Enormitas.
Enunciativæ.
Epiſcopi.
Eques.
Erectio.
Error.
Eſus carnium, &c.
Etymologia.
Euchariſtia.
Eugenius IV.
Evictio.
Eulogiæ.
Eunuchus.
Examen.
Excommunicatio.
Executio, Executor.
Exempti, Exemptio.
Exſecratio.
Expectativæ.
Expenſæ litis.
Expreſſum.
Expulſio è Regno.
Extinctio, & ſuppreſſio.
Extravagans.
Extrema Unctio.

E

FAcultas, Facultativa.
Fœmina.
Falſarius.
Fama.
Familiares.
Favorabilia.
Feſta.
Feudum.
Fideicommiſſarius.
Fides.
Filii Preſbyterorum.
Filius.
Forma.
Forus.
Fraus.
Fructus.
Furtum.

G

GAbella.
Gallina.
Gallus.
Generatio.
Gloſſa.
M. Gomez.
Gradus.
Gratificare.
Gregorius I.
Gregorius XIII.
Gregorius XV.
Gremium.
Gula.

H

HAbilitas.
Habitus.
Hæreditas.
Hæres.
Hæretici.
Hermaphroditus.
S. Hieronymus.
Homicida, Homicidium.
Honor.
Hoſpitalarius, Hoſpitale.
Hora.

Series Titulorum.

Horæ Canonicæ.
Humiliati.
Hybridæ.

I

Jejunium.
Ignorantia.
Illegitimitas.
Illiterati.
Immemorialis.
Immunitas.
Impedimenta.
Imperator.
Impetrans.
Impubes.
Incompatibilitas.
Indefinita.
Indigenæ.
Indulgentiæ.
Induſtria perſonæ.
Infamia.
Inferior.
Ingreſſus.
Inhabilitas.
Innocentius X.
Innocentius XI.
Inquiſitio, Inquiſitor.
Inſtitutio.
Inſtrumenta.
Interdictum.
Intermedia.
Interpretatio.
Intruſi.
Irregulares.
Judex.
Judicium.
Juramentum.
Juriſdictio.
Juſpatronatus.

L

Laici.
Læſæ Majeſtatis crimen.
Lectores.
Legatum.
Legatus Papæ, &c.
Legitimare, Legitimus.
Lex.
Libertas.
Libri, & ſcripta prohibita.
Licentia.
Lis, Litigioſum.
Literatura, & ſcientia.
Locus exemptus.
Luxuria.
Luna.

M

Mandatum.
Manuale beneficiũ.
Manumiſſio.
Manutentio.
Manzer.
Mas, & vir.
S. Marcus.
Mare Magnum.
Margo.
Mater.
Matrimonium.
Membra.
Mendavia.
Mendicantes.
Menſa.
Menſis.
Metus.
Miles.
Minor.
Miſſa.
Momentum.
Monachi.
Monaſteria.
Moniales.
Mora.
Mores.
Mors.
Mutatio.

N

Narrativa.
Naturalis.
Neceſſitas.
Negotiatores.
Negligentia.
Neophytus.
Nobilitas.
Nominare.
Notarius, Scriba.
Novale.
Novitius.
Novum.
Numerus.
Nuncius.

O

Obedientia.
Obligatio.
Obreptio, & Subreptio.
Obſervantia.
Occidere.
Odia, Odioſa.
Officia, Officialis.
Opinio.
Ordinarius.
Ordinatio.
Ordines Regulares.
Ordo judicialis.
Ordo Sacramentum.
Originarius.
Oriundus.

P

Pactio, conventio.
Papa.
Parochia, Parochialis Eccleſia.
Pater.
Patriarchatus.
Patrimonialia.
Patronatus, Patronus.
Pax Jordanus.
Peccatum, Peccare.
Pœna, Pœnalia.
Pœnitentiarii.
Penſio.
Perjurium.
Permutare.
Perpetua.
Perſonatus.
Pignus.
Pius V.
Poſſeſſio, Poſſeſſor.
Poſtulatio.
Potentia.
Præcepta.
Prædicare.
Præjudicium.
Prælati.
Prælatio, Præcedentia.
Præmonſtratenſes.
Præpoſitiones.
Præſcriptio.
Præſentare, Præſentatio.
Præſumptio.
Præventio.
Primatus.
Primitiæ.
Prior, Prioratus.
Privatio.
Privilegia.
Probatio.
Proceſſus.
Procuratio pro Viſitatoribus.
Procuratio ad lites, &c.
Procœmium.
Profeſſio.
Promiſſio.
Proprietas.
Proteſtatio.
Proverbia.
Proviſio, Proviſus.
Pubertas.
Publicatio.
Pugna.
Purgatio Canonica.

Q

Qualitas.

R

Ratihabitio.
Ratio.
Reconventio.
Rectores.
Regreſſus.
Regulares.
Regulæ Cancellariæ.
Regulæ Juris.
Relatio.
Religiones.
Remedium.
Remiſſio.
Remotio.
Renunciare.
Repetitio.
Reſervata.
Reſidentia.
Reſignatio.
Reſtitutio.
Retractatio, Pœnitentia.
Retroceſſio.
Res.
Rex.
Rota.
Rubrica.
Rumor.

S

Sacerdos.
Sacramenta.
Sacrilegium.
Scientia.
Schiſma.
Scholaſtria.
Scriptura.
Semeſtre.
Senex.
Sententia.
Sepultura.
Sequeſter.
Sexus.
Sigillum.
Similia.
Simonia.
Sodomia.
Solicitatio.
Sortilegium.
Spoliatus.
Status.
Status Religioſus.
Status ultimus.
Statutum.
Stipendia.
Subdelegare.
Subrogatio.
Subſcriptio.
Succeſſio.
Suffragia.
Suſpenſio.
Syndicus.
Synodus.
Stylus.

T

Tacitum.
Templarii.
Temporalitas.
Tempus.
Tertiarii.
Teſtamentum.
Teſtes.
Teſtimonium falſum.
Theſaurizare.
Titulus.
Tranſitus, Tranſlati.
Tributa.
Trimeſtre.
Tutor, & Curator.

V

Vacare, Vacatio.
Vagus.
Verba.
Verbum ſubſtantivum.
Verificatio.
Vicariæ, Vicarii Eccleſiarum.
Vicari Epiſcopi.
Vicarius Capituli.
Violentia.
Virtutes Theologales.
Viſitare, Viſitatio, & Viſitator.
Vitiati corpore.
Unctio extrema.
Unio.
Univerſitas.
Votum.
Urbanus VIII.
Uſucapio.
Uſuræ.
Uſus rationis.
Vulnerare.
Uxor.

X

Xenia.
Xenodochia.

Z

Zerola.

REPERTO

REPERTORIUM, SEU INDEX ALPHABETICUS EORUM OMNIUM,

Quæ in hoc Tractatu de Beneficiis Eccleſiaſticis, tum ex profeſſo dilucidantur, tum curſim, & obiter proferuntur.

Litera p, *Paginam, litera verò* n, *marginales numeros deſignat.*

A

Abbas.

SI ante annum 25. ætatis eligatur inceptum, ejus electio non eſt ipſo jure nulla. p.23.& ſeq.n.28.34 & ſeq.

Abbas Monaſterii, cui parochialis Eccleſia eſt unita, verus ejus Parochus eſt: & habet juriſdictionem in Vicarium, &c. p.81. & ſeq. n.234.236. & ſeqq.

Poteſt illos excommunicare. ibid. n.234

Sine conſenſu Abbatis, cui Eccleſia eſt unita, iſtius bona alienari non poſſunt. 81. n.26

Nec ſine ejus conſenſu maximas cauſas agere quis poteſt. ibid.

Inſtitutio, & deſtitutio, quoad titulum, in Eccleſia unita, ſpectat ad Abbatem, cui eſt unita.p.82. n.239. & p.532. n.1029

Si Abbas intra annum Sacerdos non fiat, non incurrit privationem. p.23. n.28.

Sed privandus eſt poſt monitionem, & ſententiam. ibid.n.30. & ſeq.

Abbas depoſitus per ſententiam, remanet Monachus ejuſdem Monaſterii. p.93. n.285

Poteſt exercere ſine Epiſcopi approbatione, omnia, quæ poſſunt alii Rectores exercere in ſua parochia: & confeſſiones audire. p.171. n.531. & p.175. & ſeqq. n.541. & 15. ſeqq.

Intellige in dicta ſua Parochia. ibid.

Abbas dictæ Eccleſiæ unitæ, eſt immediatus ejus Parochus. p.178. n.549.

Habet in illa officium non ſolùm temporale, ſed & ſpirituale. p.179. n.554

Accipiebat olim inveſtituram, & poſſeſſionem de manu Regis. p.282. n.111

Abbas, & quilibet alius Prælatus, qui juriſdictionem habet quaſi Epiſcopalem, & contentioſam pro utroque foro, nomine Epiſcopi venit. p.614. n.106.

Poteſt diſpenſare in denunciationibus matrimonialibus. ibid.

Poteſt relaxare monitorias generales pro rebus deperditis, & furto ablatis. ibid.

Omnia, quæ juriſdictionis ſunt, facere poteſt. ibid.

Quanta debeat eſſe Abbatis, & Prælati regularis ſcientia. p.453.n.808

Eligi debet Abbas, unus ex proprio gremio, ſi idoneus in eo reperiatur, aliàs ex alio. p.471.n.855

Abbates exempti à non exemptis differunt in hoc, quod coram non exemptis, non licet facere beneficiorum reſignationes, aut permutationes. p.531. n.1026

Abbas exemptus, ſi jus habet conferendi, jus habet admittendi reſignationes, & permutationes. ibid. n.1027.

Abbas exemptus habet Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas, & juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in eis. ibid.

Abbas exemptus poteſt deſtituere. ibid.

Habet jus viſitandi, caſtigandi, puniendi, & privandi. ibid. verſ. *Ratio*,

Abbates Caſſinenſes, & noſtræ Congregationis, exempti ſunt, & recipere poſſunt reſignationes. ibid. & p.532. n.1029.

Verè dicuntur Ordinarii, & Prælati Monachorum. p.531. n.1027. verſ. *Acedit.*

Majorem, & pleniorem poteſtatem dicuntur in Monachos habere, quàm Epiſcopus in Clericos diœceſis ſuæ. ibid.

Habent Eccleſias ſibi pleno jure ſubjectas, quoad viſitationem, correctionem, inſtitutionem, & deſtitutionem.p.531. & ſeq.n.1027. verſ. *Inſuper*, & n.1029

Poſſunt præſtare authoritatem alienationi rerum Eccleſiaſticarum. ibid. verſ. *Inſuper.*

Renunciare debent in manibus Superioris, non verò ſubditorum. p.532. n.1027. in fin.

Si Eccleſia ſolùm in temporalibus Abbatem recognoſcit, coram Epiſcopo reſignare debet. ibid. n.1028.& ſeq.

Abbates Congregationum Caſſinenſis, & Hiſpanæ, Eccleſiæ earum Monaſteriis unitæ, & iſtarum Vicarii exempti ſunt. Limita tamen. p.532.n.1029

Abbates, & Prælati, ad quos collatio ſpectat beneficiorum, habent in hac parte juriſdictionem Epiſcopalem. p.516. n.980.

Abbates, & Præſidentes Monaſterii Hyrachenſis, conferunt beneficia Eccleſiarum ei unitarum: &

eorum admittunt reſignationes. p.533.n.1031
Abbates conferre non poſſunt in omnibus anni menſibus, beneficia Eccleſiarum, quæ non ſunt menſæ Monaſteriorum unitæ. p.250.& 252.n.25. & 27
Poſſunt tamen, ſi ſic ſunt unitæ. p.769. n.1.& ſeqq. per tot.

Abbatia.

Abbatia in primo gradu dignitatis eſt conſtituta, & non eſt de inferioribus Epiſcopatu. p.105. n.325. & p.682.n.6
Epiſcopatui æquiparatur Abbatia. ibid.
Eſt de majoribus dignitatibus. p.682.n.6
Æquiparatur in juriſdictione Epiſcopatui. pag.531. num.1027
Caput omnium Eccleſiarum Regularium, & monaſteriorum dicitur. ibid.verſ.*Ratio.*
Omnium Monaſteriorum, & Eccleſiarum ab Abbatia dependet poteſtas. ibid.verſ.*Ratio.*

Abbatiſſa.

Inſtitutionem collatoriam, & realem habet. p.279. num.102
Ætas Abbatiſſæ quanta eſſe debeat, & quantum profeſſionis tempus. p.431.n.719
Conferre poteſt beneficia in Eccleſiis unitis, & inſtituere. p.600.n.64.& ſeqq.
Capax eſt juriſdictionis ſpiritualis, & ei ſubjiciuntur Clerici ſuarum Eccleſiarum. ibid.
Exercet curam animarum per Vicarium, habitu, mediatè, & remotè, illum nominando. ibid.
Confert beneficia ſimplicia, & curata Eccleſiarum unitarum jure pleno ſuo Monaſterio, quoad titulum, & poſſeſſionem: præſentat, & inſtituit, ſed non authorizabili inſtitutione. ibid. num.64. & ſeqq.

Ablativus abſolutus.

Regulariter importat formam ad validè, aliquando modum ad licitè, vel ex æquitate operandum. p.679.n.78

Aborſus.

Propoſitio aſſerens, *licere procurare aborſum ante fœtus animationem, ne puella deprehenſa gravida, occidatur, aut infametur*, damnata eſt ab Eccleſia. p.188.n.565.propoſ.34
Item damnata eſt propoſitio iſta: *Videtur probabile omnem fœtum quandiu in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primum incipere eandem habere, cum paritur, ac conſequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.* ibid. propoſit.35

Abſolvere, Abſolutio, Abſolutus.

Ab uno Judice abſolutus, non poteſt ab alio cogi Judice ad demonſtrandam innocentiam ſuam. p.39.n.102
Poteſtas abſolvendi, & ligandi, non cadit in foro Pœnitentiali, niſi in Sacerdotem. p.112. & ſeq. n.345.& ſeq.
Abſolvere competit incompletè omnibus Sacerdotibus, ratione Ordinis; indigent tamen juriſdictione Eccleſiaſtica, pro licito, & valido uſu poteſtatis. p.154.n.479.& ſeqq.
Non licet Regularibus abſolvere excommunicatos, quoad forum externum, etiam ſatisfacta parte. p.174.n.539
Abſolvere cuilibet licet Sacerdoti, in mortis articulo. p.213.n.623.& p.279.n.104
A cenſura ab Ordinario, vel ab alio inferiore obtenta abſolutio, cum mendacio, & falſa expreſſione cauſæ abſolutionis, an valida ſit. p.366.n.478
Excommunicatus unica cenſura, ob plures cauſas, an maneat abſolutus, ſi in impetratione abſolutionis, unam ex cauſis, ſaltem æquè principalem tacuerit. ibid.
Pluribus cenſuris, ob plures cauſas ligatus, abſolutus ab una, ob certam cauſam, ab aliis non cenſetur abſolutus. ibid.
Abſolutus à Papa, vel Legato, ex cauſa falſa, abſolutus non eſt. ibid.
Clauſula, *Teque harum ſerie abſolventes, &c.* vel cùm in abſolutione à cenſuris dicitur: *Ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum*; nihil operatur ad favorem excommunicati, & ſuſpenſi per annum. p.439.n.752
Nec favet his, qui Papæ ſunt inobedientes. ibid.n.753
Nec irregulari ex notoria favet fornicatione. ibid. num.754
Nec prodeſt Hæreticis. ibid.n.755
Nec literarum Apoſtolicarum falſario. ibid.n.756
Nec incendiariis, nec violatoribus Eccleſiarum. ibid.n.757
Nec aliis in regula 65. Cancellariæ. p.440.n.758
Nec denique prodeſt quando excommunicatio incurritur poſt impetrationem literarum dictam clauſulam continentem, & ante illarum executionem. ibid.n.759
Abſolvere à venialibus an ſimplex poſſit Sacerdos. p.751.addit.1

Acceſſorium.

Naturam ſui principalis ſequitur acceſſorium. p.34. num.87

Acceſſus.

Quando dicatur acceſſus, in materia beneficiorum. p.340.n.354

Accreſcens portio.

In naturam rei, cui accreſcit, convertitur. p.632. num.175

Accuſatio Accuſatus.

De aliquo crimine accuſatus, interim pendente Accuſatione promoveri non debet. p.442.n.776
Intellige prout explicatur. ibid.n.777
Promotionem non impedit accuſatio, niſi quando accuſatus infamatus eſt apud bonos, & graves. p.444.n.784

Acquiſitio.

Prohibitus acquirere novum jus in re, non venit contra prohibitionem, ſi poſt illam augmentat priſtinum jus. p.676.n.69

Actor.

Actore non probante, reus abſolvitur. p.352.n.420. Amplia etiam in re beneficiali, & etiamſi de jure ſuo non doceat. ibid.
Limita in caſu, quo poſſeſſor ſit actor in petitorio. p.352.n.421

Actus.

Actus unicus fieri poteſt ex juſtitia, & ſimul ex gratia. p.90.n.268
Stabilitate caret actus, cujus forma jure præſcripta omittitur. p.247.n.17
Actus agentium, ultra illorum non operantur intentionem. p.340.& ſeq.n.352.& 355

Additio.

Additio, & diminutio ejuſdem juris ſunt, & non mutant præcedentem ſtatum, ſed continuant. p.745.n.154

Adminiſtrare, Adminiſtrator.

Adminiſtratio etiam libera alicui conceſſa, non tribuit illi donandi facultatem, etiamſi ampliſſima conceſſa ſit. p.319.n.250.& p.548.n.1073

Adoptare.

Adoptandi ætas, quæ nam requiratur. p.432.n.720

Advocati.

Duplex eſt advocatorum genus : & unum eorum, perditiſſimorum hominum. p.429.n.710
Advocati ætas quanta eſſe debeat. ibid.

Æquiparata.

Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio, idem judicium, & ab uno ad aliud fit extenſio. p.172. n.535. & p.176. n.542.

Æquipollens.

Quod per æquipollens diſponitur, aut fit, idem operatur, ac ſi fieret, aut diſponeretur expreſſe, & formaliter. p.121. n.373
Non ſupplet æquipollens id quod pro forma requiritur. p.536.n.1038

Ætas.

Ætas requiſita pro prima tonſura. p.416.n.661
Requiſita pro minoribus Ordinibus. p.417.n.662
Pro Ordinibus majoribus. ibid. n.663. & p.420. n.675. & p.423. & ſeq. n.687. & 688
Pro Epiſcopatu neceſſaria. p.417.n.663. & p.426. n.699
Pro beneficiis ſimplicibus. p.417.& ſeq.n.664.& 4. ſeqq.
Pro Canonicatu, & portione Eccleſiæ Collegiatæ. p.418. n.667.
Ætas requiſita pro Canonicatibus, dignitatibus, & portionibus, quibus Ordo ſacer eſt annexus, an completa eſſe debeat tempore collationis Canonicatus, an ſufficiat compleri intra annum. p.418. & ſeq.n.669.& 6.ſeqq.
Requiſita pro dignitatibus, & perſonatibus Collegiatarum. p.420. n.676
Pro Capellanis laicis requiſita. p.421. n.678
Pro penſionario. ibid. n.679
Pro Canonicatu, & pro portionario Eccleſiæ Cathedralis. p.423.& ſeq.n.687.& 2. ſeqq.
Pro dignitatibus, perſonatibus, & Officiis Cathedralium. p.424.n.690. & ſeq.
Pro dignitatibus curam habentibus animarum.p.425. n.694
Pro Abbatibus neceſſaria. ibid. n.695
Pro Decanatu quænam requiratur. ibid. n.696
Pro Archipreſbyteratu. ibid.
Pro Præpoſitura. ibid.
Pro Curatis, & Parochialibus. p.425.n.697
Pro Coadjutoribus Parocherum, & Vicariorum perpetuorum. ibid.
Pro Curatis, & Parochialibus. ibid.
Pro Vicariis perpetuis Parochialium. ibid.
Pro Commendatariis. ibid.
Pro Canonico Pœnitentiario. p.426.n.698
Pro Archiepiſcopo, Patriarcha, & Primate. ibid. n.699.
Pro Cardinalibus. ibid.n.700
Pro Decurionibus, & Conſulibus. p.334.n.729

Affectio.

Affectio eſt tacita reſervatio, in corpore juris clauſa, & majoris efficaciæ, quàm reſervatio expreſſa. p.337. n.328
Abſque inhibitione, & decreto irritante ligat inferiores illico, ne provideant id, ſuper quo Papa manum appoſuit. p.336.& ſeq. n.326.& 328
Affectio, & reſervatio in quibus differant. ibid. n.325. & ſeq.
Affectio, & reſervatio inficiunt titulum, & poſſeſſionem. n.328
Plurimis contingit modis Affectio, quorum aliqui referuntur. p.337. & ſeqq.à n.329. ad 346
Intrat affectio ſtatim ac Papa manum apponit,quamvis proviſus non acceptet, nolit, aut non poſſit acceptare. p.340. n.348
Intrat affectio, quamvis manus appoſitio nulla ſit, ſubreptitia, vel aliàs invalida. ibid.
Beneficia minora 24. ducatorum, gaudent affectione & reſervatione Papæ. ibid.n.349
Æquè procedit affectio, & reſervatio beneficiorum quatuor ducatorum, ac magnorum. ibid. n.351
Ceſſat affectio beneficiorum Sedi Apoſtolicæ,quando Papa apponit ad alium finem, quam proviſionis illorum. ibid. n.352
Adducuntur exempla. ibid. n.353
Ceſſat etiam affectio, quando confert beneficium tanquam reſervatum, ſi tale non eſt.p.341.n.355. & ſeq.
Appoſitio manus Papæ non operatur ultra ejus intentionem. ibid. n.355
Si Papa prævenit conferendo beneficium, quod vacavit in menſe Ordinarii, illud remanet affectum, eſto proviſio nulla ſit, ob aliquem defectum.ibid. n.356
Ceſſat affectio, quando Papa apponit manum ex una vacatione principaliter narrata, & deinde contingeret diverſa vacatio. ibid. n.357. & ſeq. Ubi declaratur exemplis. ibid.
Non reſultat affectio, quoties præjudicium inducitur Concordatis Sedis Apoſtolicæ cum Gallis, & Germanis. ibid.n.360.
Limita, niſi appareat de contraria Papæ mente. p.342. n.361.
Nec reſultat affectio, quando præjudicium indulti Cardinalium ſequitur, niſi de mente Papæ appareat, voluiſſe dicto indulto derogare. ibid.n.362
Non inducitur affectio quando Collator prævenit, & ejus prævention fuit reſoluta, & poſtea confert Papa. ibid. n.363.
Nec inducitur affectio ſemel effectum ſortita, pro ſequentibus vacantiis, & proviſionibus. ibid. n.364. & ſeq.
Limita prout traditur. ibid. n.366
Regula, *Semel affectum ſemper remanet affectum*, in quo ſenſu vera ſit. ibid.n.365
Non inducit affectionem appoſitio manus, quando Papa commendat beneficium manuale. p.343. n.367
Manus appoſitio in beneficiis vacaturis afficit & poſſeſſionem & beneficium: ſed in vacantibus poſſeſſionem non afficit. ibid.n.369
Reſpectu collitigantis nunquam dicitur affecta poſſeſſio, ſed tantum reſpectu Papæ. ibid.
Non inducitur affectio in his, quæ ſolùm ad forum pertinent poli. ibid. n.370
Affectio, & reſervatio notoria eſſe debet, ad effectum, ut gratioſa ſubrogatio poſſit obtinere immiſſionem in beneficium. ibid.n.371

Alexander VII.

Opiniones damnatæ ab Alexandro recenſentur. p.184. & ſeq. n.563. & ſeq.

Alienatio.

Poſſeſſiones ad menſam Archiepiſcopi, vel Capituli pertinentes, alienari non debent. p.13. n.5
Regularibus prohibita, ;taut nec privilegiis renunciare valeant. p.125. n.384

Alienigena.

Alienigena idem eſt, qui vagus. p.235. n.695
Alienigenæ,& extranei,undecumque ſint, poſſunt de jure communi eligi, & inſtituti, ſi aliàs ſint idonei. p.470.n.853. p.471. n.854. & p.488.n.898

Alimenta.

Quando Monaſterium debeat Religioſo fugitivo, alimenta

alimenta præſtare. p.6.n.17.

Allegationes.

Recenſentur allegationes factæ pro expulſione Eccſiaſticorum è Regno, damnatæ. p.722. à num.49. ad 53. Reſpondetur illis. ibid.n.51.& ſeqq.

Alternativa.

Quid ſit alternativa, & quid operetur in beneficiorum proviſione. p.300.& ſeq.n.187.& 2.ſeqq.

Papa conferens beneficium vacans in menſe alternativæ, expreſſe derogare debet gratiæ alternativæ. ibid.

Juri communi derogat alternativa. p.301.n.189

Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis Alternativa à Papa concedi ſolita, quæ contineat. p.332. & ſeqq.à n.310.ad 323

Quando, ubi, & ſub qua forma acceptari debeat alternativa. p.333.n.311.& ſeq.

Statim ac Datarius recognoſcit litteras patentes Epiſcopi acceptantis gratiam alternativæ, iſtius effectu incipit Epiſcopus uti. p.334. n.315. verſic. *Ad quintum.*

Alternativa cenſetur quaſi contractus inter Papam, & Epiſcopum, qui poſt illius acceptationem reſilire non poteſt, niſi accedente Papæ conſenſu. ibid.& ſeq.n.316.& 318

Reſidentia in Epiſcopatu, ratione alternativæ, non permittit ullam abſentiam, etiam momentaneam. p.334.n.317

Nec ſufficit reſidentia indeliberata. p.335.n.320

Non reſidentes continuò, etiam ex urgentiſſima cauſa, proviſiones amittunt ſuas. p.334.n.317

Alternativa non comprehendit aliàs affecta, vel reſervata beneficia. p.335.n.318

Acceptari poteſt alternativa pro una parte Diœceſis, ſicut pro tota. ibid.n.319

Alternativa non comprehendit beneficia ad alios, quàm ad Papam, & Epiſcopum ſpectantia, quoad proviſionem. ibid.n.318

Nec comprehendit beneficia Eccleſiæ, in qua Epiſcopus nullum providet in aliquo menſe. ibid.

Morte Papæ non expirat alternativa, ſed ſucceſſor illam revocare poterit. p.386.n.321

Alternativa concedit Papæ ſex menſes, & totidem Epiſcopo, & unuſquiſque incipit à media nocte menſis præcedentis, & terminatur media nocte ſubſequentis. p.351.n.416

Si prima die menſis alternativæ Epiſcopus abſens ſit, etiamſi eadem die, vel poſtea revertatur, perdit pro illo menſe alternativam. ibid.

Amovibilitas.

Beneficia ſæcularia, quæ manualia ſunt, & perpetuis fructibus carent, non ſunt propriè beneficia; ſecus verò regularia, quæ collativa ſunt,& in titulum conferuntur. p.3.& 4.n.9.& ſeq.

Data amovibilitate Vicarii, neceſſariò ſequitur unio plenaria, & extinctiva tituli. p.67. & ſeq.n.191. & 193

Ex unione plenaria, quoad juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, non reſultat Vicariorum amovibilitas. ibid.

Amovibilitas Vicariorum, ſine cauſæ cognitione exequi poteſt. p.101.n.309

Qui curam exercet nomine alieno, ad nutum conſtituentis amoveri poteſt, etiam abſque cauſa. p.114.n.350

Regularis ſine cauſa amoveri non poteſt. ibid.

Amovibilitas, Canonica inſtitutio, & titulus, non ſibi bene cohærent. p.378.n.511

Amovibilitas an tollat rationem beneficii. p. 422. n.684.& ſeq.

Annus.

Quomodo computetur, & dividatur annus, & ejus partes. p.349. n.407. & ſeqq. Solaris habet 365. dies, & 6. horas. Biſſextilis habet 366. ibid.n.408

Anſelmus Gomez.

Refertur ſentiens Prælatos Regulares, quorum Monaſteriis Eccleſiæ Parochiales ſunt unitæ, ineligibiles eſſe in Confeſſores. p.165.& ſeq.n.508.& 2. ſeqq. Et impugnatur. p.168.n.511.& ſeqq.

Antiquum.

Quoad inſtrumenta, & ſcripturas, requirit centum annos, & ad minus nonaginta. p.640. & ſeqq. à n.201.ad 208.& p.643.n.217

Eo ipſo, quod Papa incipit cognoſcere de executione delegata, illam advocat. ibid.n.344

Signatura juſtitiæ ſe intromittere non poteſt ſuper commiſſione à Papa data. ibid.n.345

Papæ nullum currit ad providendum tempus. p.346. n.393.& 395

Papa eſt ſupra jus. ibid.n.395

Papa ſupremam habet poteſtatem ſuper beneficiis, & poteſt illa conferre ſub conditionibus, etiam futuris, & quæ jure non inſunt. p.359.n.449

Supremam habet poteſtatem circa matrimonium, & conſecutiva ejus, in iis, quæ à jure humano, & poſitivo procedunt, illud etiam à principio confirmando & retro legitimando, etiam prolem. p.395.n.574

Papa eſt dominus dominantium. p.400.n.596

In terris ſuis tantam poteſtatem habet, etiam quoad temporalia, quantam Imperator in ſuis, & ad omnes effectus legitimare poteſt ſubditos ſuos. p.401.n.597

Eſt Epiſcopus Epiſcoporum Urbis, & orbis. p.427. num.703

Eligendus eſt ſenex. ibid.

Supremam habet in Eccleſia poteſtatem, & juriſdictionem, in his, quæ juriſdictionis ſunt: concurrit cum omnibus inferioribus, & eſt Ordinarius Ordinariorum. p.666.n.3

Solius Papæ eſt creare, & de novo erigere dignitates Primatum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Priorum, Præpoſitorum Eccleſiarum Collegiatarum, & Regularium: & ipſas Eccleſias tales conſtituere. ibid.& ſeqq. n.4. 5.6. 7.30.& 2. ſeqq.

Solus ille diœceſim ſeparat, & illam Abbati, vel Prælato ſupponit. p.667.n.7

An Papa, invito Epiſcopo, dividere poſſit Epiſcopatum. ibid.n.8

Solus Papa, & nullus ſine ejus mandato, dare poteſt Paſtorem Eccleſiæ Cathedrali. p.668. num.9. & 18

Nec poteſt alius Eccleſiæ Cathedrali Adminiſtratorem, nec curatorem, quoad effectum agendi, dare. ibid.n.10

Epiſcopo nemo adjutorem dat, niſi Papa. ibid. num.11

Solus ipſe concedere poteſt, ut Religioſus laicus, vel Clericus ſæcularis, ſolis minoribus initiatus, Epiſcopus creetur. ibid.n.12

Solus ille Epiſcoporum, & Superiorum Antiſtitum majores cauſas cognoſcit, & dirimit. p.668.n.13

E gradu dignitatis dejicit ex cauſa, deponit, & reſtituit. ibid.n.14

Admittit Epiſcoporum renunciationes. ibid.n.15

A ſe & Romana Curia eximere non poteſt. ibid. num.16

Nec poſſet aliquem privilegiare, ne teneatur venire ad eum, vel ut per eum non poſſit excommunicari. ibid.

Locum Dei tenet in terris. ibid.

Contra Papæ poteſtatem præſcriptio non valet. ibid.

Erectiones omnes, & mutationes Eccleſiarum, præter parochialium, ad Papam pertinent. p.668. n.17.& p.671.n.30

Solus Papa poteſt Eccleſiam Parochialem, aut ſimplicem, in Collegiatam mutare. p.668.n.18

Ille ſolus poteſt mutare Eccleſiam ſæcularem in regularem. ibid.

Solus Papa poteſt transferre de loco ad locum Eccleſias Cathedrales, Metropolitanas, Collegiatas, & exemptas. p.669.n.19

Et ſolus ille beneficiarios dictarum Eccleſiarum transferre de loco ad locum. ibid.n.19

Solus Papa poteſt conſtituere novas Religiones, earum Eccleſias, & Religioſos: ubi excommunicantur contrafacientes. p.671.& ſeq.n.33.& 34

Dominium habet omnium Eccleſiarum, & rerum earum: & poteſt ab una auferre, & alteri tradere. p.705.n.116

Papæ quando vi reſiſti poſſit. p.730.n.81

Papæ ſcientia quanta eſſe debeat. p.460.n.823

Parochia, Parochialis Eccleſia.

Parochia dicitur Partitio Curæ. p.113.n.348

Quando quis habitat dimidia anni parte in una parochia, & dimidia in altera, æquè utriuſque parochianus eſt. p.234.n.692

Si domus ſit in confinio duarum parochiarum, illius parochiæ cenſebitur, in qua aditum illa habet; & ſi duas habeat portas, illius erit, in qua portæ principalis aditus, & magis frequentatus adeſt. ibid.n.693

Qui bona fide, & ſine fraude, in præjudicium proprii Parochi, pro brevi, ſeu notabili tempore acceſſit ad locum, unde ad propriam parochiam, commodè revertere non valet, ad ſuſcipienda Sacramenta, & ſepulturam de manu proprii Parochi, cenſetur ad hos effectus illius loci parochianus; ſecus ſi dolo, aut fraude. p.235.n.696. & ſeq.

Parochia certos fines, & limites habere debet. p.610.n.98

Parochia, alia eſt actu, & alia habitu. p.611.n.99. & ſeq.

Parochia habitu eſt, quæ à 40. annis caret parochianis, & etiam caret ſpe illos habendi. Eſt beneficium ſimplex, in cujus proviſione concurſus non deſideratur, nec ætas 25. annorum. ibid. num.100

Provideri poteſt à Nuncio Apoſtolico, ſi ad valorem non accedat in ſua taxatum facultate. ibid.

Ad effectum incompatibilitatis non cenſetur curata; ſecus ſi adſit ſpes recuperationis, habendi ſcilicet parochianos. ibid.n.100.& 101

Parochialitas nihil aliud eſt, quàm Cura animarum. p.224.n.657.& p.603.n.72

Parochia acquiritur, quoad Sacramenta, & ſepulturam, ſine domicilio, per ſolam habitationem per tempus notabile, quod eſt major anni pars. p.231.& ſeq.à n.679.ad 685

Parochialis cura ſub peccato mortali debet conferri dignioribus, & Eccleſiæ utilioribus, ex legitimo matrimonio natis, &c. p.18.n.17

Parochianus efficitur quis loci, in quo habitare incipit, cum animo ibi perpetuò manendi. p.233. & ſeq.n.688.690.& ſeq.

Regulares ad officium Parochi aſſumi an poſſint, cum Papæ, & Superiorum licentia, quæ neganda non eſt, ſi Eccleſiæ neceſſitas, aut utilitas poſtulat. p.12.n.3.& 4

Parochus Regularis, Socium ſui Ordinis ſecum habere debet, ſi commodè fieri poteſt. ibid.n.4

Parochialis Eccleſiæ unitæ titulus, & Curatus manet, non in Capellano, ſeu Vicario, ſed in Capitulo, aut Conventu Eccleſiæ, aut Monaſterii, cui eſt unita, & in ſingulis de Capitulo, prout Capitulum faciunt. p.17.& 18.n.15.& 2.ſeqq.

Parochus verus Eccleſiæ ad menſam, & jure pleno unitæ Monaſterio, Prælatus eſt, Vicarius verò nudus

nudus miniſter, ad ſimplicem illius nutum amovibilis, & deputabilis. p.20.n.21
Si ante annum 25. quis aſſumatur incœptum, ipſo jure irrita eſt jus aſſumptio. p.23. & ſeq.n.28.32. & 34
Procedit de his, qui per ſeipſos curam exercent, & non de his, qui per alios. p.24.n.33
Duo Parochi in una Eccleſia dari non poſſunt. p.69.n.197. & p.172.n.535
Verus Parochus, nomine proprio, & non alieno curam exercet. p.114.n.349. & 3. ſeqq.
Parochus jus habet ad fructus, ſub conditione, quod reſideat. p.138.n.427
Parochi jura recenſentur. p.152. à n.743. & ſeqq.
Parochi approbationem habent à jure pro omni loco. p.153. & ſeqq. n.476.477.491.492. & 501
Ubi quod non indigeant Epiſcopi approbatione. ibid.
Parochus extra ſuam parochiam audire poteſt confeſſiones ſuorum parochianorum. p.159.n.493
Parochus, ut approbatus cenſeatur, debet actu eſſe Parochus, & non ſufficit fuiſſe. ibid.n.492
Epiſcopus non poteſt approbationem Parochis revocare. ibid.
Jus proprium approbationis non cenſetur ablatum à Parochis per Concilium (& conſequenter per Papam) cum non exprimat, cùm facilè poſſet. ibid. n.493
Parochus delegare poteſt omnes functiones parochiales. p.172. n.535. & Sacerdotibus approbatis adminiſtrationem Sacramentorum. p.179.n.556
Quæ committere poſſit ſimplici Sacerdoti. p.201. num.576. & ſeq.
Parochus doctrinam ſuis ovibus præſtare tenetur. p.74.n.210.211
Peccat mortaliter, ſi non miniſtret Pœnitentiam, & Communionem, etiam dum vitæ periculum habet, & fugere non poteſt tempore peſtis. p.213. num.620
Parochi Regulares, ſive perpetui, ſive amovibiles, abſque ulla alia Epiſcopi approbatione poſſunt audire confeſſiones. p.176.n.542. & ſeq.
Miſſæ Sacrificium quoties celebrare teneantur. p.204.n.588. & 4. ſeqq.
An teneantur illud pro ſubditis applicare. p.206. & ſeqq. à n. 593. ad 605
Tenentur audire ſubditos, quando ex devotione confiteri volunt. p.205.n.590
Tenentur eis miniſtrare Sacramenta, quæ ſubditi ſuſcipere tenentur. ibid.n.591
Tenentur miniſtrare Vnctionem extremam ex officio. p. 211. n. 606. & ſeqq.
Dummodo periculum mortis non immineat. ibid. & ſeq.n.609. & 612
Illi dicuntur parochiani alicujus, intra cujus territorium domicilium habitationis habent, non autem Originis domicilium. p.228. & ſeqq.n.670. 674. & 677
Parochus ruralis non eſt propriè Parochus illius, qui rus inhabitat per tres, aut quatuor menſes. p.233.n.689
Parochialis beneficii proviſio, ſi ad Epiſcopum pertinet, ſemeſtri gaudet; ſi ad inferiorem, quadrimeſtri gaudet ad concurſum, electionem perſonæ magis idoneæ, & ad præſentationem. p.345. n.391
Una parochialis incompatibilis eſt cum alia. p.357. n.442. & ſeq.
Obtinens parochialem, intra annum ad Sacerdotium promoveri debet. p.358.n.443
Parochus Patronus eſt Eccleſiæ ædificatæ intra limites ſuæ parochiæ. p.249.n.23
Parochus, qui obtinuit beneficium per ſimoniam, per ſubreptionem, aut non ſervata forma Tridentini, & Conſtitutionis Pii V. an habeat juriſdictionem. p.310.n.220
Parochiani ſupplere debent congruam ſuſtentationem Parocho, quando Eccleſia tenues fructus habet. p.587.n.17

Pater.

Patris tantus eſt amor in filium, ut ſæpè malis filii magis quàm propriis affligatur. p.391.n.560
Sub nomine patris veniunt etiam mater, avus, & avia paterni, & materni. p.487.n.892. & ſeq.

Patriarchatus.

Beneficium ſæculare eſt Patriarchatus. p.498.n.928

Patrimonialia.

Patrimonialia dicuntur beneficia, eo quòd conferenda ſint natis, vel oriundis illius loci, aut patriæ. p.486.n.891
Sufficit, ut quis patrimonialis ſit, quod pater, mater, avus, aut avia ibi ſit nata. p.487.n.896
Recenſentur Epiſcopatus, quorum beneficia patrimonialia ſunt. ibid. n.892.893.& 896
Si aliis, quàm patrimonialibus dicta conferantur beneficia, an collationes firmæ ſint, vel infirmandæ. ibid. & n.898
Ut ſubſiſtant beneficia patrimonialia, approbari debent Papæ privilegio, aut conſenſu. p.487.& ſeq. n.896. & 2. ſeqq.
De Patrimonialibus beneficiis non eſt ullus in jure textus. p.486.n.890

Patronatus, Patronus.

Ad Patronum ſpectat rationem exigere de temporalibus Eccleſiæ, cujus eſt Patronus. p.96.n.297
Patronus univerſitatis, quomodo exequi debeat in præſtandis ſuffragiis. p.173.n.536
Conſenſus Patroni neceſſarius eſt ad unionem Eccleſiæ Patronatæ. p.243. & ſeqq.n.5.9. & 13. & 3. ſeqq.
Patroni Eccleſiaſtici eſt eligere perſonam inſtituendam. p.249.n.22.
Patroni inter ſe convenire poſſunt de perſona præſentanda, & illam Epiſcopo proponere tempore, quo illa inhabilis eſt, & poſtea jam habilem præſentare. p.261. & ſeq.n.48. & 51
Patronus, qui ſimul eſt inſtitutor, duplici actu hæc munia præſtare debet: vel præſentet procurator, & inſtituat ipſe. p.271.n.78
Patronus Eccleſiaſticus ſemeſtri gaudet ad præſentandum; laicus verò quadrimeſtri. p.345.n.390
Eccleſia Parochialis, juſpatronatus non acquirit in Eccleſia fundata intra ſuos limites, niſi de ſuo aliquid contulerit. p.656.n.18
Patronatus acquiritur, quando tempore fundationis dos aſſignatur, & non pòſt, niſi quando ex neceſſitate populi conſtituitur Eccleſia. ibid.n.19
Patrono ſpreto, proviſio facta tenet, illo non reclamante. p.475.n.866. & ſeq. & p.477.n.870
Alia vide verbo *Juſpatronatus.*

Pax Iordanus.

Refertur, & impugnatur doctiſſimus Pax Jordanus. p.723.n.56. & ſeqq.

Peccatum, Peccare.

Peccatum mortale non remittitur, niſi intervenientе contritione, aut Sacramento vero. p.164.n.504
Peccare in legem non poteſt, qui eam ignorat. p.693. & ſeq.n.64.& 68
Non peccamus, quando non occurrit dubitatio, vel notitia de malitia actus. p.694.n.69

Repertorium

Pœna, Pœnalia.

in Pœnalibus non eſt facienda extenſio de perſona unius qualitatis, ad perſonam alterius qualitatis. p.24.n.35. & ſeq.

Pœna in plurimum non debetur in foro conſcientiæ; bene tamen aliquando. p.46.n.130

Pœna mitior in lege nova inflicta, quàm fuerat in antiquiori inflicta, tollitur. p.227.n.664. & 4.ſeqq.

Pœnæ ampliandæ non ſunt, ſed reſtringendæ. p.49. n.136. p.214.n.625. & p.215.n.629

Pœna privationis beneficii, Officii, gradus, ſeu adminiſtrationis, ipſo jure inflicta, an obliget delinquentem, etiam in foro conſcientiæ, donec per Judicem declaretur crimen fuiſſe per illum commiſſum. p.309.n.219

Procedit difficultas, etiamſi palam de crimine conſtet. ibid. n.219. ubi quod non liceat, etiam in hoc caſu ſubditis, illum à gubernatione expellere. ibid.

Amplia procedere etiam nedum in pœnis privativis, ſed etiam in quibus actio exigitur. ibid.

Pœna eſt menſura culpæ. p.348.n.403. & p.693.n.63. & ſeq. Ubi quod ubi culpa non eſt, nec pœna. ibid.

Pœnæ inflictæ contra mentientes perſonas in litteris Apoſtolicis, ut expeditionem earum gratis aſſequantur. p.699.n.85

Pœnæ aliæ privativæ, & aliæ poſitivæ, & quænam illæ ſint. p.704.n.110

Recenſentur tres ſententiæ circa obligationem ſubeundi in conſcientia pœnas poſitivas, & privativas ante Judicis ſententiam. ibid. n.111. & 2.ſeqq.

Pœna privationis ipſo jure imponi non debet. p.446. n.789

Pœnitentiarii.

Pœnitentiariæ Eccleſiæ Cathedralis ſcientia, & gradus requiſitus. p.457.n.816

Penſio.

Reſervari poteſt penſio per Epiſcopum, & Legatum, ſub conditione, ut ſolum duret, donec beneficium obtineat. p.359.n.450

An pater habens penſionem, cum facultate illam transferendi, poſſit illam in filium transferre illegitimum. p.407.n.626 & ſeq.

Filius legitimus penſionem ſuper beneficio patris habere non prohibetur. p.408.n.628

Filius obtinens penſionem in Eccleſia, in qua pater habuit Canonicatum, quem reſignavit, an diſpenſandus. ibid.

Penſionem poteſt habere illegitimus in Eccleſia patris, ſed non ſuper ejus beneficio. ibid.n.629

Concilium Trid. non impedit filium naturalem gaudere penſione legitimè pro ſe conſecuta, quamvis poſtea beneficium ipſum ad ſuum patrem pervenerit naturalem. ibid.n.630

Penſio definitur. p.421.n.679

An ſit beneficium. ibid. n.679. & 4. ſeqq. & p.518. num.986

Non eſt beneficium. p.714.n.13

An ſit ſpiritualis, an verò temporalis. p.422. n.682. & ſeq.

Penſionarius tenetur ad Officium parvum, non ad majus. p.451.n.805. & p.714.n.13

Penſio requirit in eo, cui conferenda eſt, primam tonſuram. p.451.n.805

Aliquando datur penſio titulo clericali, aliquando pro mercede, & miniſterio. p.462.n.829

Ubi inter partes intervenit conventio, penſionem Papâ inferiores imponere non poſſunt. p.519.& ſeq.n.991.& ſeq.

Ex ſpeciali Papæ facultate poteſt Legatus imponere illam. p.519.n.991.& p.522.999. Solus Papa illam imponere poteſt. p.84.n.247

Compromiſſarii illam imponere non poſſunt. p.520. n.992.& p.522.n.998

Conventio de penſione reſervanda à Superioris authoritate, non à partibus, vel à compromiſſariis initium habere debet. p.520.n.992

Pro bono pacis, & ad ſedandam litem, an Judex poſſit penſionem imponere, & conventionem probare partium, modò is, apud quem remanet beneficium, jus haberet in eo. p.521.n.995. & 3. ſeqq.

Penſio ſpiritualis eſt, quæ datur Clerico, ut cleric. ibid.n.995

Exſpirat morte penſionarii. p.714.n.13

Perjurium.

Infamia per perjurium contrahitur, & per vitæ emendationem tollitur, & ad quem effectum. p.448.n.796

An contrahatur illa per contraventionem juramenti aſſertorii, & quando contra promiſſorium. ibid.

Irregularitatem incurrit perjurus, ſecuta ſententia declaratoria criminis. ibid.

Permutare.

Capitulum Sede vacante admittere poteſt beneficiorum permutationes, quorum collatio ad Epiſcopum in ſolidum ſpectat, vel ſimul cum Capitulo; ſed pro collatione expectandus erit Epiſcopus. p.317.& ſeq. n.246.& ſeq.

Si Epiſcopus noluerit conferre beneficia permutata, permutantes ad propria redire poterunt. ibid. n.246

Permutatio beneficii certæ qualitatis fieri non poteſt, niſi cum illam habente. p.477.n.869

Religioſus permutare non poteſt beneficium cum Religioſo alterius Ordinis. p.489.n.901

Permutatio in re beneficiali eſt reciproca quædam reſignatio, quæ ad invicem inter permutantes fit, legitimi Superioris authoritate. p.503.n.943

Et generatim eſt certæ rei ad alteram mutua præſtatio. p.513.n.971

Non fit permutatio, niſi inter duos. p.503.n.943

Eſt contractus innominatus, do, ut des. ibid.

Reſignans ex cauſa permutationis, ſub ea conditione reſignat, ut beneficium detur reſignatario, & beneficium reſignatarii ſibi viciſſim conferatur. ibid. & 2. ſeqq.

Admittens reſignationem cauſa permutationis, tenetur beneficium compermutandi conferre. ibid.n.943

Admiſſio reſignationum ex cauſa permutationis, non eſt tacita beneficiorum collatio. p.504.& ſeq. n.945. & ſeq.

Permutatio ſolùm fieri poteſt ex cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ. p.505. n.946. & an permutantium. ibid.n.947

Beneficiorum permutatio prohibita eſt à jure. ibid. n.946

An ſit ſimoniaca permutatio, ſi pro aliquo terreno commodo utriuſque, vel alterius fiat. ibid. n.946. & 2. ſeqq.

Permutationes admittere poſſunt Ordinarii ex cauſa legitima cognita, & examinata, aliàs nulla erit. p.506.n.948. & p.515.n.977

Omnia beneficia permutari poſſunt. p.506.n.949

Amplia etiamſi ſint commendata in perpetuum, vel ad tempus. ibid.

Item permutari poſſunt beneficia manualia, cum licentia Superioris, à quo accepta fuerant. p.507. n.950

Beneficia juriſpatronatus permutari poſſunt ; & ſi Patronus non contradicit , tenebit : & etiamſi contradicat,ſi ſit in magnam Eccleſiæ utilitatem : & poterit compelli ab Epiſcopo , ut conſenſum præſtet,& ſi noluerit, permutabit Epiſcopus. ibid. n.951

In permutatione beneficiorum requirendus eſt conſenſus eorum , quorum intereſt : v.g. eorum , ad quos conferendi jus pertinet, Electorum, Patronorum : in unitis,eorum,quorum intereſt unio ; Prælati Regularis , in manualibus ſuorum ſubditorum. ibid.

Non requiſito conſenſu eorum quorum intereſt , ipſo jure non eſt nulla permutatio , ſed annullanda, reclamante Patrono , vel eo , cujus intereſt , intra tempus ſibi competens , quod eſt quadrimeſtre reſpectu Patroni laïci ; ſemeſtre , reſpectu Eccleſiaſtici , & reſpectu collatoris. ibid. n.951. & 2. ſeqq.

Conſenſus præſtari poteſt ante , & poſt permutationem intra dictum tempus competens. ibid.

Permutari an poſſint beneficia Papæ reſervata ? cujus authoritate ; & an mentio reſervationis fieri debeat. p.508.n.954

An permutari poſſit beneficium litigioſum , lite pendente. ibid.n.955

Permutari poſſunt beneficia propria , nondum apprehenſa eorum poſſeſſione. p.509.n.956

Jus ad rem permutari non poteſt , niſi illud habens, facultatem habeat illud transferendi. p.509.n.957. & p.518.n.985

Si unus ex permutantibus non habet jus in beneficio , permutatio fieri non poteſt. p.509.n.958

Si duo litigant ſuper uno beneficio , etiam ab uno ex illis poſſeſſo , non poteſt coram Ordinario ex cauſa concordiæ permutari cum alio beneficio. p.510.n.959

Permutatió beneficii an fieri poſſit ante apprehenſionem poſſeſſionis illius. ibid.

Permutatio beneficii pro tertio , fieri an poſſit. ibid.

An unum beneficium pro pluribus permutari poſſit. ibid.n.960

Beneficii acceſſoriè uniti permutatio fieri non poteſt , ſi unio complerum habuit effectum , niſi permutato eo , cui fuit unitum. pag. 510. & ſeq. n.961.& 964. Neque coram Papa. p.512.n.965

Beneficii expectati , v. g. ad quod quis eſt præſentatus , vel electus , vel habet à Papa mandatum de providendo in primo vacaturo , fieri an poſſit permutatio. p.512.& ſeq.n.968.& 2.ſeqq.

An permutari poſſit beneficium cum penſione , cum jure decimarum , ſepulturæ , patronatus, cum jure, quod quis habet ad beneficium , aut cum patrimonio , ad cujus titulum fuit quis ordinatus. p.513.n.969

An permutari poſſit beneficium verum cum ficto. ibid.n.971.& ſeq.

Propria ex authoritate non poſſunt beneficiarii ſua permutare beneficia. ibid.n.973.& ſeq.

Qui propria ex authoritate beneficium , aut quodvis jus ſpirituale beneficium concernens permutat, ſimoniam committit. p.514.n.974.& ſeq.

Qui propria authoritate permutat beneficium , nihil facit , & illud retinere non poteſt. ibid.n.975

Agere , & tractare privatim de permutatione facienda , etiam ſub onere penſionis , & ſe invicem obligare ſub ea conditione , *ſub beneplacito Superioris* , licet. ibid.n.976

Permutatio admitti poteſt à Papa , Patriarcha , Primate , Archiepiſcopo , Epiſcopo , & à quolibet habente ordinariam juriſdictionem Epiſcopalem; p.506.n.948.& p.515.n.977.& 2.ſeqq.

Admittere etiam poſſunt Abbates permutationes beneficiorum , quorum collatio ad eos pertinet in ſingulis menſibus , etiamſi juriſdictionem non habeant contentioſam. p.515.n.979

Admitti non poteſt permutatio ab eo , qui conferre non poteſt. p.516.n.981

Vicarius Epiſcopi an poſſit admittere beneficiorum reſignationem , & illa conferre. ibid. n.981. & ſeq.

Quando beneficia permutanda ad duos pertinent collatores , coram utroque fieri debet permutatio: & quando in duabus diœceſibus ſita ſunt , coram utroque Epiſcopo fiat. p.517.n.983

Nemo poteſt beneficium , quod ſuum non eſt , permutare. p.518.n.984

Coram Ordinario non poteſt permutari beneficium pro penſione , nec penſio pro penſione. ibid. num.986

Nec poſſunt coram eo permutari beneficia inæqualia , compenſando inæqualitatem fructuum , & proventuum penſione , aut pecunia , ſine ſimonia; ſed benè coram Papa. ibid.n.987.& 5.ſeqq.

Permutatio beneficiorum , propriè reſignatio eſt. p.522.n.1000

Permutatio an fieri debeat coram Papa , aut Legato , cum mentione beneficiorum obtentorum. ibid.n.1000.& 5.ſeqq.

Permutantibus non eſt debita collatio , ſed ſuppoſita admiſſione. p.523.& ſeq.n.1002.& 1004

Permutatio fieri debet , nedum cum mentione beneficiorum obtentorum , ſed qualitatum beneficii. p.524.n.1004

Permutatio coram Ordinario non requirit mentionem obtentorum beneficiorum. ibid.n.1005

Permutari an poſſit beneficium , ad cujus titulum quis fuit ad Ordinem promotus , non facta mentione hujus qualitatis , niſi permutatio ſit æquivalens. p.537.n.1040

Permutatio facta per criminoſum beneficio privandum , etiam pendente lite , tenet ; niſi accuſatus ex accuſatione ſit apud viros bonos , & graves infamatus. p.539.n.1045

An qui crimen commiſit , ob quod ipſo jure privatus eſt beneficio , poſſit illud permutare , aut reſignare ante ſententiam criminis declaratoriam. ibid.n.1046

Permutatio non ſubſiſtit , ſi permutans non ſupervixit 20. dies. p.541.& ſeq. num.1049. & 1050. Et quomodo dies illi ſint computandi. p.542.n.1056

Perpetua.

Nihil ſub ſole perpetuum eſſe poteſt. p.29.n.66

Tempus perpetuum in infinitum ſe extendit. ibid.

Perpetuum dicitur , quod ad vitam conceditur. p.70. num.100

Alia vide verbo *Vicarii.*

Perſonatus.

Ille Perſonatus eſt , qui omni caret juriſdictione in utroque foro ; habet tamen eminentiorem ſedem, & locum ubique reſpectu aliorum , qui ſunt in eadem Eccleſia , aut Monaſterio , & tali , aut majori carent præeminentia. p.104. n.323.& p.424. num.692

Perſonatus in una conſideratione eſt beneficium duplex , & ſimplex in alia. p.290.n.141

Pignus.

Certum habet dominum pignus. p.313.n.232

Data facultate vendendi pignus , cui voluerit , non poteſt illud ſibi vendere. p.550.n.1080.in fin.

Repertorium

Pius V.

Refertur conſtitutio ejus 47. *Ad exequendum.* p. 71. & ſeq.n.202.205.& 207

In vim legis emanavit illa. p.72.n.207

Conſtitutio ejus, *In conferendis*, in quibus diœceſibus locum habeat. p.345.n.391

Poſſeſſio, Poſſeſſor.

Ad favorem poſſeſſoris præſumitur. p. 252. n. 28. & p.254.n.33

Plures poſſeſſionis effectus ſunt, inter quos unus eſt, quod faciat præſumere proviſionem anteriorem. p.295.& ſeqq.num.159.163.177.& 179. Ubi quod eſto non conſtet de collatione. ibid.

Poſſeſſio Canonicatus ad nullum ſuffragatur effectum, niſi fuerit tradita per majorem partem Capituli, capitulariter, & more ſolito congregati. p.295.n.161

Qui eſt bona fide in poſſeſſione juris conferendi, eligendi, vel præſentandi, poteſt validè conferre, eligere, & præſentare. p. 310. n.221. & p. 312. num.225

Limita quando poſſeſſio habet contra ſe decretum irritans. p.301.& ſeq.n.191. 193. p.308.n.215.& p.310.n.221

Poſſeſſio conferendi, eligendi, & præſentandi, apprehenditur per hæredem, abſque ullo actu, per unum actum conferendi, eligendi, & præſentandi, ad effectum perductum. p.311.n.222

Si poſſeſſio v. g. conferendi, aliis eſt contraria, actus ex quibus acquiritur, debent eſſe cum ſcientia, & patientia illorum. ibid.

Poſſeſſio beneficii non datur ſine titulo. pag. 415. num.658

Beneficii poſſeſſio ſemper penes Eccleſiam reſidet. p.603.n.72

Poſſeſſor removeri non poteſt ſine cauſæ cognitione. p.703.n.106

Poſtulatio.

Prælati poſtulatio quid ſit. p.243.n.5

Per illam ſolùm acquiritur dignitas ſuprema Eccleſiæ, aut Monaſterii. p.286.n.125

Papa ſolus poſtulationem admittere poteſt, & quare. ibid.num.126

In quibus defectibus diſpenſat, poſtulationem admittendo. ibid.n.127

Differt poſtulatio ab electione in eo, quod poſtulatus nullum jus acquirit per illam non admiſſam. p.287.& ſeqq. n.128. 129.135. & 137. Sed mediante illa. p.287.n.131

Poſtulatione jam facta, variare poſſunt poſtulantes. ibid.n.129

Poſtulari non poteſt, qui de jure eligi poteſt, & poſtulantes nihil agunt. ibid.n.130

Poſtulatio alia eſt ſolemnis, & non ſolemnis alia: & quænam utraque ſit. ibid.n.131

Quot modis ſe habere poſſit Superior in admittendo poſtulationem. p.288.n.132

An omnes poſtulantes debeant eſſe concordes. ibid.n.133.& 2.ſeqq.

Qui ſcienter indignum poſtulant, privantur pro illa vice facultate. p.289.n.136

Poſtulari quinam poſſint, & qui non. ibid.n.138

Potentia.

Vana eſt potentia, quæ non valet per potentem, cùm voluerit, ad actum reduci. p.415.n.658

Præcepta.

Præcepta moralia, & negativa, obligant ſemper, & pro ſemper. p.286.n.127

Prædicare.

Officium prædicationis privilegiatum eſt, & ob illud Religioſi Parochi eſſe poſſunt. p.74. n.210. & 213

Inhiberi valent PP. Jeſuitæ Indiarum occidentalium, ne prædicent, diſpoſitione Tridentini non ſervata. p.168.& ſeq.n.519.& 522

Regulares exempti, Epiſcopo inobedientes in prædicando, ab eo puniri poſſunt per cenſuras, in vim conſtitutionis *Inſcrutabili*, Gregorii XV. ubi illa viget. p.170.n.526

Qualiter Prædicatores benedictionem, aut licentiam debeant obtinere. p. 174. & ſeq. num.538. & 540

Præjudicium.

Papa præjudicium non infert Epiſcopis, & Parochis, eximendo Regulares à ſolutione Decimarum, &c. cùm ſuo jure utatur. p.138.n.426

Prælati.

Prælati Regulares tantam in ſubditos habent ſuos facultatem, quantam Epiſcopus in ſuos. p. 80. & ſeq.n.233.236.& 2.ſeqq.

Propriè & ſtrictè ſunt Prælati, qui habent juriſdictionem in foro externo, & contentioſo, & ſunt dignitates. Latè verò dicuntur Prælati, qui aliis præponuntur, ut Parochi. p.104.n.321

Prælati Regulares habentes Eccleſias unitas ad menſam, ſunt illarum Parochi, & ſine Epiſcopi approbatione poſſunt audire confeſſiones. p. 164. n.505.& ſeq.& p.171.n.531

Habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſubditos. p.199.n.572

An teneantur Sacrificia offerre pro ſubditis. p. 208. n.601.& p.210.n.605

Prælatiæ Regulares verè beneficia ſunt Eccleſiaſtica, & incidunt in ſimoniam, qui in earum electionibus paciſcuntur. p.284.n.119.& ſeq.

Prælati per ſeipſos verberare debent ſubditos. p.731. num.86

Juriſdictionem habent in utroque foro, Parochialem, & Epiſcopalem. p.458.n.818

Si ante annum 25. incœptum eligantur, non ſunt eorum electiones nullæ ipſo jure. p. 23. & ſeq. n.28.34.& ſeq.

Non arctantur ad ſubeundam pœnam privationis, inflictam ipſo jure *in cap. 1. de ætate, & qualit.& in cap. Cùm in cunctis, de elect.* ſed poſt ſententiam. ibid.n.28

Quanta Prælati Regularis ſcientia eſſe debeat. p.458. num.818

Prælatio, Præcedentia.

Præferri quis in beneficio debeat. p. 294. & ſeqq. n.156.& ſeqq.uſque ad 178

Non beneficiarius præferri debet beneficiariis in beneficii adeptione. p.475.n.865

Limitatur. ibid.

Si duobus Papa unum conceſſit beneficium, quis ex eis præferri debeat. p.296.n.170

Quando conſtat de poſſeſſione per proviſum inferioris collatoris, ante expeditionem literarum Papæ, dictus poſſeſſor præferendus eſt. p.297.n.175

Limitatur. ibid.n.174

Proviſus ab Ordinario, qui reſignavit ante literarum Papæ expeditionem, eſt etiam præferendus. ibid. n.173

Item proviſus ſimultaneè à duobus, vel tribus Prælatis. ibid.

Item proviſus ab Ordinario, quoties concurreret pro ejus literis veriſimilitudo excludens fraudis præſumptionem, (de qua n.171.) ibid.n.173

Dicta excluditur præſumptio, quamvis Notarius non ſit rogatus, ſi cætera concurrant. ibid.

Præferri

Præferri debet proviſus à Papa, ſi non conſtat de prævention Ordinarii. p.298.n.176
Limitatur ibid.n.177.& ſeq.

Præmonſtratenſes.

Canonici Regulares Præmonſtratenſes privilegium habent ad hoc, ut habere poſſint beneficia parochialia ſæcularia, quod non derogatum eſt per Concil. Trident. p.85.n.252

Præpoſitiones.

Præpoſitio *De*, cauſam ſignificat immediatam, non mediatam. Unde qui narrat ſe eſſe de Corduba, dicit ſe eſſe natum in ipſa Civitate Cordubæ, non in ejus diœceſi. Si tamen narrat eſſe Cordubenſem, unam, vel alteram originam indicaret. p.473. n.860

Præpoſitio *Ex*, parificatur cum præpoſitione *De*, & idem de utraque dicitur. ibid.

Præſcriptio.

Non currit præſcriptio ſine poſſeſſione civili. p.132. n.406.& p.135.n.417

Ubi etiam quod non detur, quando non eſt verus actus poſſeſſionis. ibid.& p.156.n.485

Non currit præſcriptio contra Congregationes Caſſinenſem, & Valliſoletanam, niſi per poſſeſſionem centenariam. p. 134. & ſeq. n. 413. & 416. & p.140.n.434. & ſeq.

Nunquam datur præſcriptio contra exemptionem à ſolutione decimarum, &c. quam habent dictæ Congregationes. p.135.n.417. & p.140.n.135

Præſcriptione acquiritur, quicquid privilegio acquiri poteſt. p.278.& ſeq.n.101.102. & p.598.n.55

Bona fides requiritur ad præſcribendum.p.305.n.199. & p.415.n.658

Præſcriptio juri communi derogans, quod tempus requirat. p.305.n.199

Ad præſcribendum inter præſentes, & perſonas Eccleſiaſticas, decennium ſufficit, regulariter. ibid.

Sæpè acquiritur præſcriptio tempore, & antiquitate. p.307.n.206

Præſcriptio titulus eſt à jure approbatus. p.308. n.212

Non conſequitur præſcriptio, niſi completo ultimo termino, die ſcilicet ultimo, ad præſcribendum præſcripto. p.433.n.723

Præſentare, Præſentatio.

Præſentare ſignum evidens eſt ſubjectionis in præſentante. p.52.n.143

Præſentationes factæ per viam ſupplicationis, non inferunt juſpatronatus in præſentantibus, nec ullam poſſeſſionem præſentandi manutenibilem. p.244 & ſeqq.n.7.11.13.& 19

Præſentationes precariæ inferunt prærogativam competentem populo, ad effectum habendi beneficiatos, & Vicarios gratos, & benevolos, & non tribuunt jus coactivum, & obligatorium. ibid. n.8. 11. & 13.& p.267.n.64

Præſentationes precariæ, etiam per immemorabile tempus factæ, non inferunt juſpatronatus, nec obligationem ullam. p.246. n.13. & p.248.n.20

Præſentatio duplex eſt, propria, & rigoroſa, & impropria,& latè ſumpta. p.261.n.48

Impropria eſt, quæ precario fit, & nullam vim coactivam inducit,ſed quandam honorantiam, &c. ubi de alia impropria præſentatione. ibid.n.48

Propria præſentatio, quæ vim coactivam inducit,deſcribitur. p.262.n.49

Præſentatus admittere, & acceptare debet præſentationem, ſed cogi ad acceptandum non poteſt. ibid. num.50

Præſentatus in abſentia, & non examinatus, ab inſtitutore admitti non tenetur. ibid.n.51.& ſeq.

Si beneficium parochiale non ſit, & præſentatus notus ſit idoneus Ordinario, ejus præſentationem, abſentia non obſtante, poteſt admittere, ſi velit, & illum inſtituere. p.263.n.53. & 54

In beneficiis juriſpatronatus, tam ſimplicibus, quàm parochialibus, ſolùm fit Epiſcopo præſentatio, quoad effectum examinis dumtaxat ſuper ætate, literis, & ſufficientia. Ubi quod remittere debeat approbatum ad inferiorem pro inſtitutione. p.266. num.61

Præſentatio ad univerſitatem pertinens, aliter facta quàm vocatis more ſolito ad locum conſuetum, omnibus ſingularibus vocem habentibus, & ſingulorum audita ſententia, nulla eſt. p.268.n.65

Quando præſentatio pertinet ſimul ad duas univerſitates, illæ conſiderantur tanquam duæ voces, & quælibet conſtare debet ex majori parte hominum uniuſcujuſque univerſitatis. ibid.

Præſentatio facta contempto aliquo ex compatronis, nulla eſt: & quot modis contemptio contingat. ibid.n.65

Præſentatio ad plures, ut ad ſingulos pertinens, ſingulariter præſentare poſſunt. ibid.n.66

Et an requiratur, quod abſentes vocentur. ibid. n.66. & 4. ſeqq.

Præſentatio pertinens ad plures, ut univerſos, non vitiatur quoad alios, ſi unus præſentet impedimento canonico affectus, v. gr. excommunicatus, ſimoniacus, &c. ſecus ſi ad plures, ut ſingulos. p.269.n.71

In præſentatione collegialiter facta, debet convenire major pars omnium patronorum; ſi verò fiat ſingulariter, major pars non eſt reſpectu omnium, ſed reſpectu aliorum,qui præſentaverunt diverſos. ibid.& ſeq.n.72.73.& 75

Ad præſentationem univerſitatis vocari an debeant omnes majores 14 annorum,etiam fœminæ.p.270. num.74

Quando præſentetur in capita, & quando in ſtirpes. ibid.n.76

In præſentatione ſpectante ad Epiſcopum, & Capitulum, duæ tantum voces ſunt: & idem, quando ad Abbatem,& Conventum. ibid.n.77

Poteſt quis ob diverſos titulos diverſas habere voces: & an hæres, qui in plures hæreditatis partes ſuccedit, plus juriſpatronatus acquirat. p.271. num.78

Præſentatio, aut inſtitutio propriè non fit in his, quæ de menſa ſunt,ſed in his,quæ ſimplici unione. p.293.n.151

Si moveatur lis inter prætendentes poſſeſſionem, aut proprietatem juris præſentandi, quomodo procedendum. p.311. & ſeq. n. 224. & ſeq. Et an ex poſſeſſione præſentandi acquiratur jus. p. 307. n.208. & p.311.n.223

Sequeſter bonorum temporalium, cui annexum ſit jus præſentandi laicum, præſentare poterit. p.313. n.233

Si plures præſententur, & detur locus gratificationi, eligendo quem inſtitutor maluerit, non eſt mera gratia, ſed potiùs juſtitia, & abſoluta neceſſitas. p.320 n.256

An fieri poſſit præſentatio à Patrono ſub conditione, alternativè, incertè, obſcurè,&c. p.354. n.431.& p.359.n.451

Per narrationem Epiſcopi in literis inſtitutionis probatur Patronipræſentatio. p.363.n.465

Inſtrumentum præſentationis teſtes requirit. p. 364. n.468

Repertorium

Præſentatio Patroni dat jus ad beneficium. p.568. n.1125

Simoniacæ ſunt, & nullæ præſentationes, ſi ſimoniacè fiant à pluribus ut univerſis, ſeu jure collegii, aut univerſitatis; ſecus ſi præſentent ut ſinguli; tunc enim præſentatio ſimoniaca unius non obeſt reliquis. ibid.

Præſentatio Regularis ad beneficium ſæculare nulla eſt, & nulla inſtitutio. p.402.n.910

Si tamen privilegium illi deſit. ibid.

Cui data eſt præſentandi facultas, Patronum præſentare non poteſt. p.550.n.1080

Præſentatus, & non inſtitutus, jus ad beneficium habet, & non in illo. p.561.n.1096

Præſumptio.

Quod eſt quid facti, non præſumitur, ſed probari debet. p.334.n.315. *verſ. Ad tertium.*

Ubi quod probari debeat ab eo, qui ſe fundat in illo. ibid. & p.348.n.402

Semper præſumitur ad favorem poſſeſſoris, & rei p.352.n.420

Potiùs præſumitur pro eo, quod eſt naturale, & ordinarium, quàm pro eo, quod eſt accidentale. p.353.n.424

Præſumendum eſt pro eo, quod contingere ſolet. p.393.n.569

Prævention.

Si duo ſunt Judices, aut plures, & alter eorum cauſam prævenit, non poſſunt alteri ſe in illa ingerere. p.38.n.101

Prævention Papæ convenit reſpectu Ordinariorum in collatione beneficiorum, quæ ad eos ſpectant. p.252.n.28

In collatione beneficii facta per Ordinarium, quomodo præcaveatur ejus ſubſiſtentia contra proviſum à Papa. p.294. & ſeqq.n.156.172.178. & 179

Prævention facit, ut teneat prima collatio, cujuſcumque illa ſit. p.295.n.157

Attenditur prævention reſpectu nedum diei, ſed horæ, & momenti. ibid.n.158

Prævention, ſi non appareat expreſsè, quia utrobique eadem ſit data, qui poſſidet, præferri debet. ibid. n.159. & ſeq.

An præſumatur Papam prævenire voluiſſe. p.296. n.166.p.300.n.185. & ſeq. & p.341.n.355

Per gratioſam ſubrogationem non cenſetur velle prævenire. p.296.n.167

Quando Papa providit tanquam de reſervato, prævention Ordinarii non juvat. ibid. n.168

Prævention Ordinarii quomodo probari debeat, ut excludat à Papa proviſos. p.294. n.156. p.296. n.171. & ſeqq. p.298. n.178. & ſeqq. & p.362. n.460

Si Papa præveniat Ordinarium in collatione, valida eſt Papæ collatio. p.298.n.176

Papa prævenire poteſt quemlibet inferiorem. p.300. n.185

Primatus.

Beneficium ſæculare eſt Primatus. p.498.n.928

Primitia.

De jure ad Parochum pertinent Primitiæ, de conſuetudine autem Hiſpaniæ, ad Eccleſiæ fabricam. p.115.n.353.& ſeq.

Regulares non tenentur primitias ſolvere de bonis Monaſteriorum, quæ ſuis ſumptibus colunt. p.144.& ſeq. n.449. & 452

Neque ex bonis, quæ habent conducta, aut in emphyteuſim. p.145.n.450. & ſeq.

Neque eorum arrendatarii. Vide verbo *Arrendatarii.*

Prior, Prioratus.

Prior Conventualis, ſi intra annum Sacerdos non fiat, ipſo jure eſt privatus. p.23.n.28

Prior clauſtralis, perſonatus eſt, in noſtra Congretione. p.105.n.324

Prior Conventualis renunciare non poteſt beneficia, quæ habet in alterius gratiam, ſicut nec Abbas. ibid.n.325

Prior Conventualis juriſdictionem habet Epiſcopalem. ibid.

Prioratus Conventualis, tam ſæcularis, quàm regularis, habet dictam juriſdictionem Epiſcopalem, & dignitas eſt. p.682.n.6

Privatio.

Privationem ipſo jure latam, nullum crimen inducit, niſi ſit in jure cautum. p.328.n.282

In dubio non præſumitur privatio ipſo jure, ſed per ſententiam. ibid.

Privati ipſo jure, an ſtatim amittant titulum, ita ut ante ſententiam Judicis teneantur in conſcientia cedere beneficio, & officio, & fructus reſtituere. p.697.n.80. & 3. ſeqq. p.701.n.93.95. & 5.ſeqq. p.705.n.115. & 5.ſeqq. & p.707.n.122

Privatio beneficii ipſo jure, etiam in pœnam, operatur ut ſtatim poſſit illius fieri collatio, electio, aut præſentatio, ante ſententiam, poſſeſſore non citato. p.702.n.98

Geſta per eum, qui eſt privatus ipſo jure beneficio, aut Officio, ſi privatio notoria eſt, ſunt nulla, ſecus ſi occulta. ibid.n.99. & p.703.n.109

Qui privandi ſunt beneficiis ſuis per Judicem, interim dum non privantur, faciunt fructus ſuos. p.710.n.130

Officio privatus, beneficio etiam privatus intelligitur. p.455.n.813

Privilegia.

A verbis privilegiorum recedendum non eſt ſine certa ſcientia. p.23.n.28

Omnibus privilegiis Caſſinenſibus noſtri gaudent Valliſoletani. p.80. n.229. & p.116.n.361

Communicatio privilegiorum, & exemptionum à decimarum ſolutione Caſſinenſium, per Julium II. Valliſoletanis facta, idem operatur, ex Rotæ deciſione, ac ſi in ſpecie eis fuiſſent conceſſa. p.117. & ſeqq. n.362.& 2. ſeqq. & p.120. & ſeq. n.372. & ſeq.

Nullus particularis renunciare poteſt privilegio communitatis, v. gr. Religionis, conventus, civitatis, ſtatus. Illuſtratur exemplis. p.124. & ſeq. n.381.& 384

Immò nec Superior poteſt. ibid.n.383

Neque poteſt quis juri tertii renunciare. p.124.n.381

Neque etiam communitas renunciare poteſt privilegio ſibi conceſſo, quando jus eſt acquiſitum: & ſi renunciet, quilibet particularis ſe opponere poterit. ibid.n.383

Nec Generalis, nec Capitulum Generale renuntiare poteſt privilegio toti Ordini conceſſo.p.125.n.384

Renunciatio etiam à potente renunciare facta, invalida eſt, ſi à Superiore privilegium concedente non acceptetur, vel à Jure, & quando hoc fiat. ibid. n.385

Renunciatio non impedit uſum privilegii, aut alterius juris, vel facultatis, ante acceptationem Superioris. p.126.n.386

Ubi exempla adducuntur. ibid.

Privilegia, alia perſonalia, & alia realia: ad quæ omnia reducuntur, & quænam illa ſint. p.129. n.396

Reale eſt, quod conceditur omnibus, vel aliquibus in

in communi, Eccleſiæ, Monaſterio, Statui, Officio, Religioni, & illorum bonis, & prædiis. ibid.
Privilegium conceſſum Religioni, aut Monaſterio, & ejus bonis, pro exemptione à decimarum ſolutione, reale eſt. ibid & ſeqq. n.396.& ſeq.401. & 2. ſeqq. 408. 418.422.426.428.432. 436. & 3. ſeqq.443. & ſeq. & n.447
Probabile eſt, hoc privilegium perſonale eſſe, ſed probabilius eſt eſſe reale. p.130. & ſeqq. n.399. 402.407. & ſeq.
Privilegium perſonale perſonam,aut perſonas,quibus conceſſum eſt, ſequitur, & cum illis extingitur: unde temporale eſt. p.129.n.397.p.133.n.409.& p.140.n.436
Reale verò, de perſona in perſonas tranſit, ſequendo ſemper res, locum, dignitatem, Religionem, Eccleſiam, Monaſterium, ſtatum, officium, & perſonas in communi. ibid. & ſeqq.n.397.398.401. 436. & 458
Privilegium reale perpetuum eſt.p.129.& ſeq.n.397. & 399
Non amittunt Regulares privilegia per non uſum, aut per contrarium uſum. p.134.n.413. & p.140. num.435
Privilegiis conceſſis, & concedendis cuicumque Congregationi, & Ordini, etiam non exiſtenti, gaudet noſtra Valliſoletana. p.146.n.453. & 455
Privilegium perditur, quando enormiter incipit eſſe gravoſum. p.145.n.450
Privilegiata fit res, cum ad privilegiatum pervenit, & naturam mutat antiquàm. p.248.n.21
Damnata eſt propoſitio: *Regulares poſſunt in foro conſcientiæ uti privilegiis, quæ ſunt expreſſe revocata per Concilium Tridentin.* p.186.n.564. propoſ.36
Privilegium conceſſum dignitati, non expreſſo nomine proprio perſonæ, reale eſt,& non perſonale. p.689.n.81
Alia vide ſub ſpecialibus verbis.

Probatio.

Probatio per teſtes, legitima eſt, & præſumptionem ceſſare facit. p.298.n.179
Probationes leviores, ſeu præſumptivæ, & conjecturales, in antiquis an admittantur, etiam contra poſſeſſorem, contra quem actor pleniſſimè probare debet, non obſtante temporis antiquitate. p.642.n.212.& 2.ſeqq.
Major fides debet dari duobus affirmantibus per metum fuiſſe beneficium dimiſſum, quàm mille dicentibus, id ſua ſponte feciſſe. p.559.n.1089

Proceſſus.

Proceſſus factus per Judicem recuſatum, & per non recuſatum, valet. p.258.n.45

Procuratio pro Viſitatoribus.

Procuratio ad viſitationem pertinens, importat expenſas, quæ debentur Viſitatoribus. p.44. & 45. n.123.& ſeq.
Redditur ratio cur debeatur Archiepiſcopis, & Epiſcopis viſitantibus. p.45.n.125
Ad quæ procuratio iſta ſe extendat. ibid. n.126. & ſeq.
Poſſunt viſitati, ſi velint, procurationem in pecunia ſolvere. ibid.n 127
Non poteſt viſitator procurationem ad pecuniam redigere, ſed tenetur recipere illam in ſpecie, qua fuerit ei oblata. ibid.
Quæ ſuperſunt de procuratione, non poteſt Viſitator ſecum aſportare in pecunia, aut in victualibus; ſed tenetur erogare illa pauperibus loci viſitati, & non aliis. p.45.n.127
Interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ incurrit, ſi procurationem in pecunia, & non in victualibus accipiat: ſi tamen ipſe in pecunia illam taxaverit. ibid.
Congregatio Valliſoletana, ejus Eccleſiæ, ac earum Vicarii, non tenentur ſolvere Ordinariis procurationem pro illarum viſitatione p.48.& ſeq.n.135. & 2.ſeqq. p.58.num.144. & p.80.n.230
Eſto Eccleſiæ, & Vicarii dictæ Congregationis, & Caſſinenſis, per quamplurimos annos procurationem ſolverint, nullam Epiſcopi poſſeſſionem acquiſiverunt. p.50.n.138.& ſeq.
Immò nec detentationem manutenibilem,ſeu inſiſtentiam facti. ibid.n.13. & ſeq.
Procuratio diverſis ex rationibus perſolvi ſolet.p.51. & 52.n.141. & 2.ſeqq.

Procuratio ad lites, &c.

Procuratorem propria ex authoritate poteſt conſtituere Religioſus in aliquibus caſibus. p.6.n.17. & p.78.n.225
Procuratorum ætas quanta eſſe debeat. p.430.n.711. & ſeq.
Procurator obligatur actione mandati, & condemnatur. ibid.
Quidquid poteſt quis per ſeipſum facere, poteſt per procuratorem ſuum facere. p.547.n.1069
Plures procuratores ſimul conſtitui poſſunt, & ſi inſolidum quidem, quilibet independenter ab aliis agere poterit; ſecus ſi non in ſolidum. Et tunc ſatis eſt, ut unus poſt alium agat. ibid.n.1070
Si duo ſimul procuratores conſtituantur ad reſignandum beneficium, & unus præſtet conſenſum, vivente domino, poterit eo mortuo illum alter præſtare. ibid.n.1071
Unus procurator conſtitui poteſt à duobus compermutantibus. ibid.n.1072
Idem procurator conſtitui poteſt à reſignante, cum onere penſionis, & à reſignatario. ibid.
Unus à duobus conſtitui poteſt, ut utriuſque vices agat. ibid.
Conſtitui non poteſt procurator ad recipiendum beneficium, & ſimul ad dimittendum. ibid.n.1072. & p.549.n.105
In mandato ad permutandum, vel ad reſignandum beneficium, quæ requirantur. p.548.n.1073
Procurator generalis cum libera, & generali adminiſtratione, & ſpecialis procurator, æquiparantur. ibid.
Procurator habens mandatum reſignandi in gratiam coram Papa, aut Ordinario, ſi abſolutè coram Ordinario reſignat, & non in gratiam, valet reſignatio, & etiam collatio, ſi poſtea Ordinarius contulerit eidem, in cujus gratiam dominus reſignari voluerit. ibid.n.1074
Procurator infra quod tempus debeat præſtare conſenſum in beneficii reſignatione. p.549.n.1076
An reſignatio beneficii per procuratorem facta, trahatur ad diem, quo mandatum datum eſt. ibid. n.1077.& 2. ſeqq.
In geſtis à procuratore, non admittitur retrotractio ad diem, quo mandatum fuit datum. ibid.n.1078
Procurator mandatum excedere non valet. p.550. n.1079
Limita ut ibi, dummodo excedat in domini favorem. ibid.
Pro utroque multi recenſentur caſus, menti tenendi. p.550.n.1080
Procurator, cui data eſt aliqua facultas, illa uti non poteſt ad ſui favorem. ibid.n.1080. ad fin. Ubi illuſtratur exemplis. ibid.
Procurator ad reſignandum, re non integra, poteſt

mortuo domino ad ultimam executionem mandatum deducere; ſecus ſi re integra. Et idem eſt, ſi ad alia conſtitutus ſit. p.552. & ſeq. num.1081. & 1083
Poſt annum elapſum ab obitu reſignantis, non poteſt Procurator præſtare conſenſum. ibid.n.1081
Poſt mortem domini, etiam à Procuratore ignoratam, ceſſat mandatum. ibid. & ſeq. num. 1082. & 1083
Conſtitutus ad reſignandum beneficium cum conditione, an poſt mortem reſignantis poſſit præſtare conſenſum. p.557.n.1083
Tacitè & expreſsè poteſt Procurator liberè à mandante revocari: & quando utraque fiat revocatio. ibid. n.1084
An revocatio mandati intimari debeat Procuratori. ibid.
Procurator qui literas miſſivas reſignantis recipit, quibus manifeſtat ne Procurator aliquid agat circa reſignationem, niſi dennò admoneatur, invalidè ulterius aget, etiam poſt porrectam ab eo ſupplicationem, & à Papa ſignatam, & à Datario recognitam. ibid.n.1085
Si per malitiam Procuratoris, aut Superioris revocatio reſignantis ad eos non perveniat, reſignatio invalida erit, ita ac ſi perveniſſet. pag. 558. num. 1086
An beneficium vacet in loco ubi mandatum conceditur ad permutandum, vel reſignandum; an verò ubi permutatur, vel reſignatur. ibid.n.1087
Si quis abſque mandato permutat, aut reſignat beneficium alterius, ubi iſte ratam habet permutationem, aut reſignationem, ibi illud vacat. ibid. in fin.

Proœmium.

Verba Proœmii explicant legiſlatoris mentem, & veram legis intelligentiam. p.83.n.245

Profeſſio.

Religioſa profeſſio ex neceſſitate petit ætatem ſexdecim annorum, & annum approbationis, qui à momento ad momentum integri eſſe debent. p.353.num.426
Profeſſio religioſa per metum facta nulla eſt. p.500. & ſeq.n.1091.& 1095

Promiſſio.

Promiſſio acceptata inducit obligationem civilem, quæ inducit rationem juſtitiæ. p.289.n.139

Proprietas.

Poſſeſſionem abſorbet proprietas, cum de proprietate clarè conſtat, reſpectu futurorum eventuum, non verò præteritorum. p.311.n.223

Proteſtatio.

Proteſtatio jus præſervat. p.475.n.867.circa med.

Proverbia.

Similis ſimilem quærit. p.494.n.918
Pares cum paribus facillimè congregantur. ibid.
Similitudo nominis mutuam amicitiam gignere ſolet. ibid.

Proviſio, Proviſus.

